KABBALÆ DENUDATÆ

TOMUS SECUNDUS:

Id est

LIBER SOHAR RESTITUTUS;

Cujus contenta pagina versa monstrabit.

OPUS

Omnibus genuinæ antiquitatis, & sublimiorum Hebraicæ gentis dogmatum indagatoribus, nec non Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ, & in specie Idiomatis Terræ Israëliticæ, tempore Christi & Apostolorum usitati, Studiosis, aliisque curiosis utilissimum, & verè Kabbalisticum.

cui adjecta

Adumbratio Cabbalæ Christianæ ad captum Judæorum.

FRANCOFURTI,
Sumptibus JOANNIS DAVIDIS ZUNNERI.
Typis BALTHASAR. CHRISTOPH. WUSTII Sen. 1684.

PARTE PRIMA

continetur

I. Synopsis dogmatum vulgatiorum totius Libri Sohar sub certos titulos digesta; cum adjectis parallelismis Novi Testamenti in usum Concionatorum; quæ est versio Libri Mareh Cohen, cujus Autor fuit R. Jisaschar F. Naphtali Sacerdos.

II. Introductio in dogmata profundiora ejusdem libri; quæ est versio partis cujusdam Libri Emekhammelech, cujus Autor fuit R. Naphtali Hirtz F. Jacobi Elchanan.

PARTE SECUNDA

I. Siphra de Zeniutha, seu Liber mysterii, pars fundamentalis totius Libri Sohar.

II. Idra Rabba, seu Synodus magna, pars alia Libri Sohar, quæ prioris quasi Commentarius est.

III. Idra Suta, seu Synodus minor, pars itidem nobilissima Libri Sohar, quæ est supplementum præcedentis.

Et hi omnes cum textu originario, qui in gratiam tyronum punctatus, & in Sectiones & Paragraphos dissectus exhibetur, una cum versione.

IV. Commentarius in Librum Zeniutha specialis, è Manuscripto à R. Chajim vital juxta tradita R. Jizchak Loriensis Germani edito, latinitate donatus.

V. Commentarius Generalis in tres illas partes Libri Sohar è scriptis R. Naphthali Hirtz collectus & translatus.

VI. Tres Tractatus initiales Libri Sohar, qui in editione Mantuana referuntur ad præfationem, cum textu originario, pro majori exercitio tyronum, non punctato, sed cum versione tamen, & Commentariis, allegatis ubique foliis utriusque editionis Libri Sohar, tam majoris seu Cremonensis, quam minoris seu Mantuanæ.

PARTE TERTIA

Quæ est

PNEUMATICA KABBALISTICA,

Seu

Doctrina Hebræorum de Spiritibus, nempe Angelis bonis & malis, item de Anima & variis ejus statibus.

I. Tractatus, excerptus & translatus è scripto Beth Elohim, cujus Autor R. Abraham Cohen Irira Lusitanus.

II. Tractatus de Revolutionibus Animarum, translatus è Manuscripto quodam Loriensi, rarissimo & magnæ inter Judæos autoritatis.

Additis per Tractatus omnes, de quibus prolixius agitur in præfatione, Locis Biblicis, qui in textibus originariis non adjecti sunt.

CANCRINIS CANCRINUS

Introitus patet haut claustris sunt ostia clausa

Ianua se pandit nec male progrederis

R	A	H	O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O	H	A	R
A	H	O	S	A	N	I	M	U	I	T	I	T	T	I	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O	H	A
H	O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O	H
O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O
S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S
A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A
N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	M
I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I
M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M
U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U
L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L
T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T
I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I
T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	U	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T
T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	U	X	U	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T
I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	U	X	E	X	U	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I
T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	U	X	U	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T
T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	U	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T
T	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	N	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I
T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	O	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T
I	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	C	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L
U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	E	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U
M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	N	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M
I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	T	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I
N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	R	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N
A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	O	S	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A
S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	S	U	A	S	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S
O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	U	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O
H	O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	A	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O	H
A	H	O	S	A	N	I	M	U	L	T	I	T	T	I	M	I	T	T	I	T	L	U	M	I	N	A	S	O	H	A
R	A	H	O	S	A	R	I	M	U	L	T	I	T	T	I	T	T	I	T	L	U	M	J	N	A	S	O	H	A	R

LECTORI PHILEBRÆO SALUTEM!

§. 1. Vod Titulus Cabbalæ nostræ denudatæ promiserat, post editum Tomô primô Apparatum, nunc ad ipsum librum Sohar convertimur, de quo paucula hîc præmittenda sunt. Nimirum ille nomen habet è loco Dan.12.v.3. ubi dicitur: Et intelligentes fulgebunt כזהר sicut splendor firmamenti. In quem locum sic scribitur in principio præfationis majoris תקוני seu Supplementorum Libri Sohar והמשכילים אלין רבי שמעון וחבריא׳
יזהירו כד אתכנשו למעבד האי חבורא רשותא אתיהיב לון ולאליהו עמהון וכל
כשמתין דמתיבתאן לנחתא בינייהו ולכל מלאכיא באתכסיא ובארח שכל ותלת על
כלא יהיב רשו לכל שמהן קדישין ולכל הויין ולכל כנויין לדרגא לון ׃ (נ״א לגלאה
לון) רזין תמירין כל שם בדרגא דיליה ורשותי יהיב לעש׳ ספירן לגלאה לון רזין
Id est: טמירין דלא אתיהיב רשו לגלאה לון עד דייתי דרא דמלכא משיחא ׃
Et intelligentes. Isti sunt R. Schimeon & socii. *Fulgebunt.* Cùm congregati essent, ut componerent hunc librum, licentia data est ipsis, & Eliæ cum ipsis, & omnibus animabus Scholarum (supernarum) ut inter eos descenderent; & omnibus Angelis, (ut id fieret) stylô obscurô, & methodô intellectuali. Et causa suprema omnium licentiam dabat omnibus nominibus sanctis, & omnibus variationibus Tetragrammaticis, & omnibus cognominibus, ut in gradibus sisterent illis (vel ut alii legunt, ut manifestarent illis) arcana abstrusa, & ut quodlibet nomen esset in gradu suo. Et licentiam dabat decem numerationibus, ut illis revelarent mysteria occulta, quæ publici juris facere concessum non est, donec veniat generatio Regis Messiæ. Et in præfatione minore ejusdem Libri de hoc nomine extant sequentia. כתוב והמשכילים יזהירו כזהר הרקיע
וגו׳ (דניאל יב) אלין אינון רבי שמעון בן יוחאי וחבריו רבי אבא ורבי יוסי ורבי
חייא ורבי יצחק ורבי אלעזר ושאר חבריא דאזדהרו זהירו לעילא כזהר הרקיע׃
מאי כזהר׃ אלא כד עברו האי חבורא אסתכמו עליה לעילא וקראו ליה ספר הזהר׃
Id est: Scriptum est: Et intelligentes fulgebunt ut splendor firmamenti. [Dan.12.v.3.] Isti sunt Rabbi Schimeon ben Jochai, & Socii ejus R. Abba; & R. Jose; & R. Chija; & R. Jizchak; & R. Elcasar [Hic à multis vocatur R. Elieser, sed in Sohar nunquam scribitur אליעזר cum Jod, sed אלעזר, quod est nomen Lazari apud Hellenistas.] & reliqui Socii, qui illustrati sunt splendore superno, qualis est splendor firmamenti. Quid sibi vult illud כזהר sicut splendor? Nimirum cum componerent hunc librum, consensu suo

ſuo eundem approbabant in ſupernis, eumque vocabant ספר הזהר Librum ſplendoris.

§. 2. Et quia hinc patet, quod Autor hujus libri dicatur R. Schimeon filius Jochai, breviter huc transferemus de iſto, quæ narrantur in Gemara Tractatu de Sabbatho cap. 2. fol. 33. b. his verbis: Qvodam tempore conſidebant una R. Jehudah, R. Joſe, & R. Schimeon præſente quoque ipſis R. Jehudah filio proſelytorum. Tum exorſus R. Jehudah dicebat: Quam pulchra ſunt opera populi hujus (Romanor. ſcilicet!) extruxerunt enim fora, extruxerunt pontes, extruxerunt thermas. Ubi R. Joſe tacebat. Sed R. Schimeon filius Jochai reſpondebat, dicens. Qvicquid ſtruxerunt, non niſi ſui commodi cauſa ſtruxerunt. Fora nimirum, ut illic ſedere queant mercatores: Thermas, ut ipſi in illis delicias habeant; & pontes, ut ex illis vectigal capiant. Tunc R. Jehudah filius proſelytorum abiens, iſta enarravit, ita ut innoteſcerent Cæſari. Qui hanc tulit ſententiam: Jehudah qui extulit extollatur: Joſe qui ſiluit, exulet in Cyprum: Schimeon qui vituperavit, occidatur. Tunc hic & filius ejus ſeſe occultabant in auditorio, & domeſtici ipſorum quotidie ipſis afferebant placentam panis & poculum aquæ. Sed quia rigoroſa erat ſententia, ipſe dicebat filio ſuo: Mulierum animus levis eſt; forte dolore angentur, & nos manifeſtabunt. Abierunt ergò & ſeſe occultarunt in ſpelunca quadam: ubi contingebat miraculum, ipſiſque creabatur arbor ſiliquifera, (cujus fructus κεράτια) & fons aquæ. Deponebant igitur veſtes, & usque ad collum ſuum ſedebant in arena, totâque die ſtudebant: tempore precum autem induebant & operiebant ſe, & orabant: deinde veſtes iterum deponebant, ne eas detererent. Sic ſedebant per duodecim annos in ſpelunca: donec veniret Elias, adſtansque ingreſſui ſpeluncæ, diceret: Quis indicabit filio Jochai, quod mortuus eſt Cæſar, & irrita reddita eſt ſententia ejus. Exite & videte homines, quomodo colant & ſeminent!

§. 3. De hoc egreſſu è ſpecu autem iſta narratur hiſtoria in Sohar ſuper Geneſin Editionis Cremonenſis col. 36. Mantuanæ fol. 11.

רבי פנחס הוה שכיח קמיה דר' רחומאי בכיף ימא דגנוסר וגבר רב וקשישא ביומין הוה ועינוי אסתלקו למחמי אמר לר' פנחס ודאי שמענא דיוחאי חברנא אית ליה מרגלית אבן טבא ואסתכלית בנהורא דההוא מרגלית נפקא כנהורא דשמשא מנרתיקה ונהרא כל עלמא והאי נהורא קאים משמיא לארעא ונהיר כל עלמא עד דייתי עתיק יומין ויתיב על כרסיא כדקא יאות וההוא נהורא כליל כלא בביתך ומנהורא דכליל בביתך נפק נהירו דקיק וזעיר ונפיק לבר ונהיר כל עלמא זכאה חולקך· פוק ברי פוק זיל אבתריה דההוא מרגלית דנהיר עלמא דהא שעתא קיימא לך נפק מקמיה וקאים למיעאל בההוא ארבא ותרין גוברין בהדיה חמא תרין צפרין דהוו אתיאן וטאסין על ימא רמא לון קלא ואמר צפרין צפרין דאתון טאסין על ימא חמתון דוך דבר יוחאי תמן· אשתהי פורתא אמר צפרין צפרין זילו ואתיבו לי· פרחו ואזלו עאלו בימא ואזלי להו עד דנפק הא אינון צפרין אתיין ובפומא דחדא מנייהו פתקא חדא וכתיב בגווה דהא בר יוחאי נפק מן מערתא ורבי אלעזר בריה אזל לגביה ואשכח ליה משניא וגופיה מליא חלודין· בכה בהדיה ואמר ווי דחמיתיך בכך אמר זכאה חולקי דחמית לי בכך דאי לא

חמי

חמי תנא בכך לא חוינא בכך : Idest, *R. Pinchas considebat ante R. Rachamai ad littus maris Genosar, qui admodum decrepitus erat, ut oculi ejus deficerent. Hic autem dicebat ad R. Pinchasum: profectò audivi, Jochaum socium nostrum habere margaritam pretiosissimam* [per quam intelligitur R. Schimeon filius Jochai] *& vidi splendorem istius margaritæ, quod prodiret in fulgore qualem sol habet, è theca sua:* [i.e. Rachamæus enarrat se in visione vidisse, quod R. Schimeon filius egrediatur è spelunca sua, plenus sapientia fulgidissima] *& illuminaret totum mundum* [sensus est doctrinam Cabbalisticam, quæ hactenus tantum traditione orali propagata fuerat, jam à R. Schimeone conscriptum iri, ut pluribus communicari queat.] *Et lumen illud stabat à cælo usque in terram, & illuminabat totum mundum.* [i.e. Ille divina theoremata in terra propalaturus est.] *donec veniret Senex dierum, & sederet super throno, prout decet.* [i.e. Doctrina sua in ordinem redigit omnes gradus divinarum emanationum usque ad Senem dierum sive coronam summam, cujus thronus dicuntur Nomina inferiora.] *Et illud lumen totum continebatur in domo tua:* [videras enim, quod ignoraverat, R. Schimeonem esse generum R. Pinchasi.] *Et è lumine contenta in domo tua, prodibat lumen tenue & exiguum,* [hic intelligitur R. Eleasar filius R. Schimeonis.] *Idque promicabat foras & illuminabat totum mundum.* [Sensus est; quod viderit & istum R. Eleasarem scripturum partes quasdam libri Sohar.] *O beatam portionem tuam!* Egredere fili mi! egredere! vade quæsitum istam margaritam, quæ illuminat mundum: [i.e. abi in occursum R. Schimeoni, quem in visione video egredientem è specu suo.] *nunc enim hora tibi favet. Hic exiit ab eo; cumque adstaret ut ingrederetur naviculam, ubi cum ipso erant duo viri; vidit duas aves* [vel sub earum forma angelos] *advenientes, & volitantes super mare. Emisit ergò vocem erga eas, dicens: O aves, aves, quæ circumvolitatis super mare, vidistisne locum ubi degat filius Jochai? Cunctatusque parum iterum dicebat: Aves, aves, abite & referte mihi responsum. Illæ avolantes abibant, & pergentes per ulteriora maris prosequebantur viam suam; donec exiret* [R. Schimeon cum filio suo è spelunca.] *Tunc illæ aves redibant, & in ore unius illarum tabella quædam erat, in qua scriptum erat, quod filius Jochai egressus sit è spelunca, ut & R. Eleasar filius ejus. Abiit ergò ad eum eumque inveniebat omnino mutatum, & corpus ejus plenum rubiginosis exulcerationibus. Flebatque cum eo dicens: Væ! quòd ita videam te. Ille autem respondebat; beatum me, quod ita videas me! nisi enim talem me videres, talis non factus essem!*

§.4. Vixit autem hic R. Schimeon Jochaides ante & post excidium Hierosolymitanum, prout è variis locis hujus libri colligi potest: & quanta deprædicentur de illius excellentia, inter alia etiam colligi potest ex historia illa de R. Chija, qui in visione eum vidisse dicitur post mortem ejus in Schola superna inter Sanctos & Angelos quam plurimos docentem; prout id legi potest col. Cremon. 23. Mant f. 4. De morte ejus quoque infra narrabuntur plura in fine Synodi minoris. Quæ autem in vita sua egerit, passim produnt historiæ in fine Synopseos Soharisticæ cumulatæ.

§.5. Dubium tamen quibusdam exortum est, an etiam vera sint ista, quæ in Sohar traduntur, de Sapientia ipsius Cabbalistica; ex eo, quod in Talmudis Codice, ubi sæpe

ejus fit mentio, nihil unquam de Cabbala ejus commemoretur. Verum enim verò quod pace illorum dixerim, quorum penes me magna semper fuit autoritas; id mirum nemini videatur, quia fieri potuit ut acroamatica hæc ejus dogmata quamvis conscripta essent, in terra Israëlis tamen occultata manserint; & ad Babylonios translata non sint. Præsertim cum scholæ hæ ambæ, Orientalis nimirum sive Babylonica, & Occidentalis sive Jisraëlitica non admodum sibi faverent, & ipse quoque R. Schimeon Jochaides Babylonios aliquoties vocet stolidos.

§. 6. Deinde fabulosum videri, ajunt, & incredibile, quod vulgus Judæorum comminiscitur: illum cum filio librum Sohar conscripsisse in spelunca. Ubi sciendum non totum librum Sohar factum, nedum conscriptum esse in spelunca. Sed aliqua, quorum hinc inde in ipso textu hujus libri fit mentio, prout exemplum occurrit in Genesin col. Cremon. 523. Mant. f. 249. Totus enim liber hic nihil aliud est in se, quàm relatio Discursuum quorundam à R. Schimeone & Discipulis ejus, nec non quibusdam aliis de rebus Divinis textibusque sacris variis in locis habitorum. Ubi deinde in utraque Editione indebite immixta sunt scripta quædam alia ejusdem materiæ, de quibus infra specialiùs dicemus. Adeoque pro Autore hujus Libri primario quidem haberi potest R. Schimeon ben Jochai, quia ex illius Schola & informatione emanavit tota hæc istius Sapientiæ compages, non ipse tamen eundem scripsit, nisi fortè Siphra de Zeniutha sive Liber Mysterii, quem hîc edimus, ipsi tribuendus est. Cætera autem pleraque conscripsit R. Abba, primarius discipulorum ejus. Imò nec ipse solus autor est omnium istorum dogmatum, sed eadem saltem, cùm antea tantùm oretenus traderentur, in unam summam redegit, partim ex ore Magistrorum percepta, partim ex scriptis quoque priorum collecta, quales fuerant Raf Hammenuna Senex; R. Jebha Senex, & similes: prout non tantùm hi, sed & liber Chanochi, Libri quidam Salomonis, & Traditiones variæ tàm in urbe Hierosolyma, quàm extra eam editæ, sæpissimè allegantur.

§. 7. Ratio autem, quare hic Autor censeatur esse suppositititius, hæc profertur: quia post mille demum annos & amplius innotescere cœperit hic Liber: cùm tamen nulla Schola in Ægypto tam diu duraverit, ut eum tot seculis ab hominum manibus excluderet, & à vermibus atque obliteratione conservaret. Ubi quidem Judæi respondent; id mirum non esse, quia & Lex ipsa per bis mille annos intra domesticos primorum Patrum parietes fuerit occultata, donec tempore Mosis per hunc publici juris fieret. Deinde & alios dari ipsorum libros, qualis est Sephir Jezira à R. Akiba è Traditionibus Abrahami Patriarchæ conscriptus, qui multô temporis spatio paucis fuerint cogniti. Adde quod ipsi Textus hujus Libri declarent, eundem non publicatum iri nisi circa ultima mundi tempora, prout apparet è loco Supplementorum veterum Suppl. 6. fol. 19. b. ubi dicitur, Eliam dixisse R. Schimeoni Jochaidæ: רבי רבי אנת הוא רבה אילנא
ותקיף באוריתא וכו׳ וכמה בני נשא לתתא יתפרנסון מנה איתבורא דילך כד
Id est. Rabbi Rabbi, tu es arbor : אתגלייא לתתא בדרא בתראה בסוף יומיא וכו׳
illa magna & grandis in Lege, (de qua dicitur Dan. 3.) sub ramis tuis, quæ sunt membra sancta multæ aves degunt, quæ sunt animæ sanctæ quoad partem supernam; & multi homines

mines quoad partem inferiorem nutrientur ex hoc Libro tuo, cùm manifestabitur inferius ætate ultimâ sub finem dierum. Quod & alibi sæpiùs repetitur. Quibus accedit, quòd scinnequeas quodnam ante ipsam hujus Libri impressionem ipsius fuerit fatum, & quibus in Bibliothecis Orientalium ejus latuerint exemplaria, quorum unum, [prout mihi relatum est per Epistolam quandam Oxonio scriptam,] etiam pervenit in manus Patrum Oratorii, quorum Collegium Parisiis est, in quorum Bibliotheca adhuc asservatur manuscriptum. Porrò etiam styli singularitas & constitutionum ejus antiquitas, & quod nec Gemaræ nec ullius Libri Talmudici ullibi faciat mentionem; item quod ab omnibus quorumcunque locorum Judæis pro Classico receptus sit; satis testantur, illum scripto illo, quod dicitur מערכת האלהות multò esse antiquiorem, ita ut opinio illa, quæ inter doctos quosdam de novitate ejus excitata fuit, procul dubio non amplius sit prævalitura.

§. 8. Materia quæ in illo tractatur, propriè loquendo nihil est aliud, quàm tota Doctrina de Deo, ejusque Essentiæ & Attributis sive Nominibus; item de Messia, deque Angelis bonis & malis; nec non de Anima hominis, ejusque origine & statibus; una cum Practicis quibusdam & Ritualibus; quorum magna pars à nobis hic exhibetur peculiari Synopsi, quæ primam hujus Tomi partem constituit.

§. 9. Forma sive methodus in hoc libro observata duplicis est generis: sicut enim Aristoteles inter dogmata sua alia vocat, acroamatica, alia exoterica: ita hic aliæ sunt scholæ intimioris tradita, quæ multis ænigmatibus involuta exercitatis saltem proponuntur præsertim de rebus sublimioribus in divinitate, aliisq; partibus pneumaticis: alia autem admiscentur vulgatiora. Ordo autem ab ipso Autore nullus fuit observatus; nisi quod diversis temporibus diversa edisseruerit. A collectoribus autem discursus illi digesti sunt secundum ordinem Pentateuchi; ita tamen ut non una eademque observata sit series in editione Mantuana, quæ impressa est in quarto, anno Judaico 318. id est anno Christi 1558. & in Cremonensi quæ impressa est in folio anno 319. i. e. 1559. cum qua concordat Lublinensis. Quia autem non omnes discursus directi sunt ad certum aliquem textum Biblicum: sed alii multò sunt generaliores: & præ cæteris certa quadam methodo speciali sunt conscripti tres Tractatus Synoptici, totam doctrinam Cabbalisticã in una epitome repræsentantes; & ita quidem ut alter alterius quasi sit Commentarius: hinc illi ipsi meritò præ cæteris præmittendi fuissent. Quod & ego in hac editione observavi: ita ut primo loco à me exhibeatur Siphra de Zeniutha, sive liber occultationis vel mysterii, qui Compendium est omnium brevissimum totius Cabbalæ, quamvis non amplius extet integrum, quem tractatum editio Cremonensis & Lublinensis inserunt Parti primæ in Genesin fol. 19. col. 75. 77. 80. 81. 84. 85. Sed Mantuana Parti secundæ fol. 176. seqq. De hoc libro sic loquitur R. Schimeon Jochaides in Sohar sub finem Sectionis Trumah ed. Cremon. fol. 78. col. 4. ובספרא רצניעותא תאנא ווים לעילא ווים לתתא וכלהו במתקלא חד סלקין׃ מאן צניעותא דספרא׃ ארש חמשה פרקין אינון דכלילן בהיכל רב ומליין כל ארעא׃ אמר ר׳ יהודה׃ אי כלילן הכי מכלהו עדי ארש הכי הוא למאן דעאל ונפק ולמאן דלא עאל ונפק לאו הכי׃ ילתמש הוי דיוריה

דיוריה ביני טורין ולא ידע בדיורי מתא זרע חטין ואכל חטין בגופייהו׃ יומא חד עאל למתא אקריבו נהמא טבא אמר ההוא בר נש דנא למא אמרו ליה למיכל אמר ומה אתעבידא אמרו מחטין׃ לבתר אקריבו ליה גריצין דלישא במשחא טעם מינייהו אמר ואילין ממה אתעבידו אמרו מחטין׃ לבתר אקריבו קדמוהי טריקי מלכין דלישין בדובשא ומשחא׃ אמר ואילין ממה אתעבידו אמרו מחטין אמר אנא מלכא דכל אילין דאנא אכיל עקרא דכל הני ובגין ההוא דעתא מעדוני מלכא לא ידע ואתאבידו מניה׃ כך מאן דנקט כללא ולא ידע בכלהו עדונין דמהניין דנפקין מההוא כללא עכ׳ Id est. Et in Libro Zeniutha didicimus; vavim supra & vavim infra, & omnia in unum recidunt. Quid est mysterium Libri? R. Schimeon dixit: Quinque capitula sunt, quæ continent Palatium magnum, & implent universam terram. Dixit R. Jehudah: Si ista continent, præstantiora sunt omnibus. Dixit R. Schimeon: ita est, respectu illius, qui intravit & exiit: sed respectu illius, qui non intravit & exiit, ita non est. [Huc quadrat simile] de homine quodam, qui habitabat inter montana, & nihil sciebat de habitatoribus Urbium; seminiabat enim triticum & comedebat triticum in granis suis. Die quodam cùm intraret in urbem, apponebant ei panem similagineum. Ubi dicebat homo ille: Ad quid hoc? respondebant ei: ad comedendum. Et ille porrò: & ex quo factum est? respondebant è tritico. Deinde apponebant ei tortas oleo imbutas; quas cum gustaret, iterum interrogabat: Et hæc unde facta sunt? & respondebant: è tritico. Deinde ipsi apponebant placentas regias depsendo cum melle pinsitas & oleo. Et iterum interrogabat: & hæc unde facta sunt? & respondebant; è tritico. Tunc dicebat: Ego igitur Rex sum super hæc omnia, quia ego comedo fondamentum istorum omnium. Et propter hanc opinionem de deliciis regiis nihil sciebat, quippe quæ ipsi erant, quasi non essent. Ita si quis adipiscitur Generalia, & tamen cognitionem non habet omnium deliciarum perceptibilium, quæ è Generalibus illis sortiuntur. Quæ verba egregie illustrantur à R. Moscheh Korduno in Libro Pardes Rimmonim Tractat. 27. cap. 2. fol. 190 col. 3. Et à R. Naphthali F. Jac. Elchanan in præfat. in Librum Emek Hamelech fol. 4 col. 3. seqq.

Huic adjunxi Synodum magnam, quæ dicitur Idra rabba, & quia in Sectionem נשא inserta est, aliàs quoque appellari solet אדרא נשא; Qui tractatus est Libri Zeniutha uberior explicatio; & reperitur in Editione Cremonensi & Lublinensi Parte tertia à fol. 61. col. 242. & seqq. usque ad col. 273. fol. 69. Sed in Mantuana Parte tertia fol. 128. Et tertiò addidi Synodum minorem, quæ dicitur Idra suta vel etiam אדרא האזינו à sectione in quam inserta est; quæ est quasi cygnea cantio R. Schimeonis ben Jochai, & supplementum illorum, quæ in Idra magna nondum expressè satis tradita erant: ubi etiam mors ipsius describitur, hæc autem reperitur in Editionibus Cremonensi & Lublinensi Parte tertia fol. 140. à col. 557. usque ad col. 575. fol. 156. In Mantuana autem Parte 3. fol. 287. usque ad fol. 296. Deinde tractatus quosdam initiales superaddidi juxta Editionem Mantuanam, quam etiam secutus est R. Jizchak Lorjensis cum omnibus orientalibus. Et quia hâc ratione è tenebris in lucem revoco genuinos illos Tractatus R. Schimeonis ben Jochai, qui hactenus à Christianis quasi ignorati fuerunt; hinc

hinc meritò editio hæc à me vocatur Sohar restitutus, ob ordinem nimirum, non quidem temporis, nec Pentateuchi, sed doctrinæ restitutum: ut nimirum generalia sic præmittantur specialibus.

§. 10. Finis tandem Libri hujus quoque spectandus est: quem quidem R. Schimeon Jochaides nullum habuit alium, nisi ut doctrinam hanc Theologiæ Hebraicæ summam, quæ hactenus oretenus saltem propagata fuerat, pro posteritate conscriberet, melioríque methodo discipulis suis imprimeret. Sed quia toties in hoc Libro mentio quoque fit variarum apparitionum & præsertim Eliæ, quem etiam Christo Domino nostro apparuisse historia Evangelica perhibet: Deinde etiam animarum quarundam sanctarum; imò vocum è cœlo auditarum, gestorumque miraculosorum haud paucorum: quæ omnia tamen post Christi adventum in carnem evenisse traduntur, imò in ipso Christianismi propagandi paroxysmo. Hinc sæpe multumque dubius hæsi, utrum hæc fabulosa sint omnia, an verò parabolica; ad minimum pleraque, an verò prout circa eadem tempora Apollonium Thyanæum inter gentiles Christo opponebat Satanas; ita hunc Jochaidem simili apparatu eidem opposuerit inter Judæos? an verò tandem in certum quendam finem Deus ter sanctissimus dogmata hæc conscribi curaverit? Ubi quidem contra tres casus priores mihi occurrebat; partim doctrinæ hujus sanctitas & sublimitas; partim ejusdem ad explicandam scripturam Veteris & Novi Testamenti usus insignis; partim etiam, quod circa fabulosa & Satanica Deus preces non audiat: meas autem circa difficilia hæc tam sæpe cum stupore audiverit, quod in æternam illius Jesuque intercedentis gloriam deprædico. Adde quod etiam contra Christum in toto libro ne minimùm quidem effutiatur, prout in recentioribus Judæorum scriptis plerumque fieri solet. Sciscitanti igitur respondebatur: Cum perfectio animæ partim versetur circa agenda, per Sophiam practicam, quæ consistat in actibus voluntatis; partim circa contemplanda per Theoreticam, quæ consistat in actibus intellectus: Jesum quidem ut Messiam contra omnem priorum temporum (partim inter gentiles per auxilium naturæ, partim inter Judæos per auxilium Legis & meditationum) usitatam methodum, novam introduxisse, pro perficienda in praxi animâ, viam, ut nempe homo, abnegatis viribus propriis, actus omnes edat per speciale Spiritûs Sancti auxilium, ardentibus (ex vera propter magnum illud Sacrificium fœdusque Messianum in se excitata fide,) ad Patrem fusis precibus impetratum: in quem finem Sophiæ Hebræorum theoreticæ dogmata quoad hoc studium practicum in pauciora reduxerit prolegomena: eâdemque methodo propagatum etiam tum temporis fuisse & propagandum semper esse Christianismum ceu novi fœderis professionem. Quia autem Animæ, ratione voluntatis suæ hoc modo consummatæ, pro perficiendo etiam methodicè intellectu, non sufficerent paucula illa â Christo & Apostolis ex hac ipsa Hebræorum Theologia excerpta inque usum vitæ activæ accommodata theoremata; Deusque prævidisset, Christianos in hunc finem refugituros ad avia gentilium, quod tamen nullo modo consultum esset Christianismo, nisi relabi vellet tam in praxi quam in theoria, ad Mæandros ex illis fontibus oriundos; hinc factum esse speciali illius providentia, ut quicquid Metaphysicum & Pneumaticum esset

esset in doctrina Hebræorum singulari istius Viri studio colligeretur; suo tempore, cum ultimata Christianismi instaret consummatio, inter exercitatiores feliciore praxi animos cum Christi traditis in ordinem pro facilitanda Animæ contemplatione redigendum: Ita ut non alio opus sit studiosis istius Optices Telescopio. Et Juxta hunc finem dimetiendos esse fines omnes secundarios alios; quò tandem in ultimo conspirent, qui sit Dei gloria & animæ perfectio.

§. II. Divisio porrò istius Libri fieri potest, in partes, tam internas quam externas. Partes internas voco illas, quæ simul in una Editione combinatæ sunt: Suntque primo textus Sohar propriè dictus, qui si reliqua additamenta separentur, usque adeo magnus non est: & propriè consistit in Relatione variorum Discursuum R. Schimeonis Jochaidæ cum Discipulis suis, & Discipulorum inter se & cum aliis.

Secundò ספרא דצניעותא seu Liber mysterii.

Tertiò אדרא רבא seu Synodus magna.

Quartò אדרא זוטא seu Synodus parva; de quibus egimus supra.

Quintò סבא דמשפטים seu Historia de Sene quodam, in Sectione Mischpatim, quæ agit de Leviratus mysterio & anima. Cremonens. Part. II. fol. 43. col. 169. Mantuan. Part. II. fol. 94. in fin.

Sexto מדרש רות seu Commentarius in Ruth. Cujus additamenta reperiuntur in Editione Cremon. Part. I. col. 61. 86. Part. III. col. 114. 124. 130. 174. 181. 184. 332. 530.

Septimò ספר הבהיר seu Liber Illustris quem composuit R. Nechonjah ben Hakkanah: & cujus excerpta inveniuntur in Editione Cremonens. Part. I. col. 76. 79. 82. 86. 88. 104. 110. 112. 122. 125. 127. 130. 137. 138. 185. 241. 462. Part. II. col. 145. 259. Part. III. col. 151. 176. 201. 333. qui textus etiam hinc exscripti & peculiari libello impressi reperiuntur.

Octavò תוספתא seu Additamentum cujus partes insertæ reperiuntur in eadem Editione Part. I. col. 83. 87. 145. 176. 188. 189. 203. 222. 259. 265. 295. 303. 318. 367. 371. 487. 513. Part. II. col. 48. 107. 120. 163. 238. 358. 426. Part. III. col. 50. 82. 97. 98. 117. 149. 155. 163. 177. 184. 186. 191. 193. 274. 331. 441.

Nonò רעיא מהימנא seu Pastor fidelis, per quem intelligitur Moses, qui apparuisse fertur R. Schimeoni Jochaidæ eique revelasse ea, quæ in Tractatu hoc reperiuntur. Excerpta autem ex hinc dispersa sunt locis sequentibus Part. I. col. 104. 126. 207. 211. 214. 247. 322. 343. 346. 378. 483. Part. II. col. 72. 165. 203. 281. 328. Part. III. col. 1. 26. 32. 42. 45. 47. 56. 57. 79. 122. 144. 147. 171. 187. 209. 214. 233. 235. 277. 289. 329. 332. 339. 343. 394. 400. 404. 408. 413. 422. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 447. 451. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 466. 468. 472. 519. 534.

Decimò היכלות seu Palatia, quæ tribus potissimum locis occurrunt Part. I. col. 116. Part. II. col. 358. & col. 438. Suntque descriptiones Paradisi & Inferni.

Undecimò סתרי תורה seu Arcana Legis, quæ carptim extant Part. I. col. 221. 258. 262. 370. Part. II. col. 259.

Duode-

Duodecimo מדרש הנעלם seu Commentarius secretus, cujus partes extant Part.I.col.257. 260. 261. 264. 265. 268. 269. 272. 273. 276. 296. 370.

Decimotertio רזי דרזין seu Arcana Arcanorum, quæ extant Part.II.col.134.

Ut nihil jam dicam de Tractatibus illis qui vocantur מדרש חזית: פקודא: יתקא & similibus, quorum quidam etiam in editione Mantuana non extant.

Partes externas voco illas, quæ in aliis editionibus prioribus superadditæ sunt: ut sunt primò præter Tomum hunc magnum, תקוני הזהר, sive supplementa Libri Sohar, quia sunt partes quædam in Tomo majore non comprehensæ; & vocari solent תקונים ישנים, seu supplementa vetera; respectu recentiorum. In specie autem hoc in Tomo vox בראשית à R. Schimeone Jochaide septuaginta modis exponitur; unde habet septuaginta capitula, quæ dicuntur תקונין: quibus adjecta sunt capitula adhuc undecim. Ipse liber autem impressus est Mantuæ anno 318. ut & Cracoviæ.

Secundo זוהר חדש seu Sohar novus, in quo continentur ea, quæ in impressis exemplaribus Libri Sohar non extant. Ejusque partes sunt quatuor: 1. Ipse Textus Sohar, cui insertum multis in locis est Supplementum Tractatus מדרש הנעלם, cujus pars aliqua etiam in Tomo magno continetur. 2. תקונים חדשים seu Supplementa nova. 3. זוהר שיר השירים seu Expositio in Canticum Canticorum ad Librum Sohar pertinens. Et 4. זוהר איכה seu Expositio in Threnos, ad Sohar pertinens. Et hisce partibus absolvuntur ea, quæ de Libro Sohar in manibus nostris versantur.

§. 12. Ut autem eò commodiùs tractari queat studium difficillimi istius Libri, haud parùm conducit, si cuidam ad manus sint libri sequentes impressi.

1. ספר דרך אמת, seu via veritatis: quæ sunt variæ Lectiones in Librum Sohar juxta Editionem Mantuanam dispositæ.

2. Pro meliori intellectu difficiliorum quorundam vocabulorum libellus אמרי בינה: quamvis eidem non in omnibus sit adhibenda fides; dirigitur autem juxta editionem Cremonensem.

3. Commentariolus extat in Partem primam Sohar, qui vocatur זוהרי חמה, quasi splendores solis, qui sequitur editionem Mantuanam.

4. Haud inutile erit perlegere Librum פרדס רמונים R. Moscheh, Kordueri, in quo quam plurimi textus Libri Sohar & Tikkunim explicantur: quamvis studium istius eo usque non ascendit quo pertigit R. Jizchak Lorjensis.

5. Valde conducit pervolvere Libellos Synopticos: quales sunt מקור חכמה, quæ est altera pars libri אמרי בינה. Item

6. מראה כהן, cujus maximam partem Latinitate donatam hoc in Tomo exhibemus: Nec non

7. Libellum זר זהב, cujus magnam partem inseruimus Apparatui nostro, Indicis loco.

8. Tandem etiam ut dicta Biblica in Sohar & Tikkunim hinc inde explicata, commodius inveniri queant, non inutilis est libellus פתח עינים.

§. 13. Si quis autem habere potest Tractatus Manuscriptos R. Jizchak Lorjensis

Germani, conscriptos à R. Chajim Vital, & haut ita pridem ex oriente in has plagas allatos, quorum ibidem magnus adhuc extare dicitur numerus; illi demum lumen affulgebit longè majus. Totum autem opus vocatur עץ חיים, juxta Nomen Compilatoris; quod variis tandem viis obtinui totum. Dividitur autem in Tomos potissimum sex: quorum primus vocatur

אוצרות חיים seu Thesauri Vitæ: cujus dissertationes sunt sequentes.

1. הקדמת עץ חיים Seu Præfatio in totum opus Arboris vitæ.
2. ליקוט הקדמה. Fragmentum Præfationis similis.
3. הקדמת אחת גדולה, Præfatio quædam magna.
4. שער אדם קדמון Tractatus de Adamo primo.
5. דרוש עתיק Dissertatio de Seniore.
6. דרוש אריך אנפין Dissertatio de Macroprosopo.
7. דרוש אבא ואמא Dissertatio de Patre & Matre.
8. שער רפח ניצוצין Tractatus de 288 Scintillis.
9. שער אורות ניצוצות וכלים Tractatus de Luminibus, scintillis & Vasis.
10. מוחין דקטנות ויניקה וגדלות De Cerebris status infantiæ & lactationis & adolescentiæ.
11. שער מוחין דצלם Tractatus de Cerebris Imaginis.
12. שער העיבור Tractatus de statu imprægnationis.
13. ענין עיבור דמוחין De Imprægnatione Cerebrorum causa instituta.
14. דרוש ישראל ורחל Dissertatio de Iisraële & Rachele.
15. שער ג׳ רישין Tractatus de tribus Capitibus.
16. שער אביע Tractatus de quatuor systematibus Emanativo, creativo, formativo & factivo.
17. ענין אור פנימי ואור מקיף De Luce interna & Luce ambiente.
18. הפרש שבין אצילות ובין בריאה De differentia, quæ est inter Emanationem & creationem.
19. ענין אביע De natura quatuor mundorum.
20. ענין ז׳ היכלות De septem Palatiis Sectionis Pekude.
21. ענין שם של מב De natura nominis quadraginta binarii.

Tomus Secundus vocatur ספר דרושים seu Liber Dissertationum, cujus Tractatus sunt sequentes. Et quidem Libri ejus Primi

1. ענין ב׳ חקירות המקובלים de duabus Opinionibus Cabbalistarum.
2. כדר אצילות בקיצור מופלג De ordine Emanationis tractatus synopticus.
3. השתלשלות יס דרך עיגולים Connexio decem Numerationum sub forma Sphærarum.
4. ענין פנים ואחור De natura anteriorum & posteriorum
5. דרוש טנתא Dissertatio de Accentibus Punctis, Apicibus & literis.
6. ביאור המלכים Expositio Hypotheseos de Regibus.

7. דרוש

7. דרוש א״א דרוש א׳ Dissertatio de Macroprosopo prima.
8. ענין פרצוף א״א חלק ב׳ De Natura Personæ Macroprosopi Pars secunda.
9. דרוש אבא ואימא Dissertatio de Patre & Matre.
10. סדר בינה ותבונה על מתכנתו Ordo Binah & Tebunah, seu Intelligentiæ superioris & inferioris juxta debitam formam suam.
11. שער ז״א ונוקביה Tractatus de Microprosopo & uxore ejus.
12. שער רפ״ח ניצוצין Tractatus de 288. Scintillis.
13. ענין האורות ניצוצות וכלים De luminibus, Scintillis & vasis.
14. ענין זו״ן על מתכונתו De Microprosopo & uxore ejus juxta formam suam debitam.
15. דרוש כולל כל בחינת ז״א וענין הנסירה Dissertatio exponens totum conceptum Microprosopi & naturam Dissectionis.
16. דרוש אחור ופנים Dissertatio de anteriori & posteriori;
18. דרוש עיבור ויניקה ומוחין Dissertatio de embryonatu & statu lactandi & cerebris.
17. דרוש ג׳ בחינות שיש בכל עולמות והם אחור ואמצע ופנים Dissertatio de tribus conceptubus qui in omnibus mundis inveniuntur, & sunt posterius, medianum & anterius.
19. דרוש פנימיות וחיצוניות Dissertatio de Interno & externo.
20. דרוש פרטי עולמות כלם : Dissertatio de Particularibus omnium mundorum.

Libri secundi.

21. דרוש קליפות Dissertatio de Corticibus. Pars prima & secunda.
22. מרכבת יחזקאל : De Curru Jecheskielis.
23. שער פנימי וחיצון Tractatus de Interiore & exteriore.
24. ענין יצר טוב ויצור רע De Concupiscentia bona & prava.
25. שער מים נוקבים Tractatus de Aquis fæmininis.
26. ענין הצלם באמיתותו De Imagine prout revera se habet.
27. שער פרקי הצלם Tractatus de Partibus Imaginis.
28. שער פרטי עיבור ומוחין Tractatus de Particularibus Embryonatus & Cerebrorum.

Libri tertii.

29. דרוש מיעוט הירח Tractatus de Diminutione Lunæ & Thronogloriæ.
30. דרוש אבי״ע Dissertatio de quatuor mundis.
31. ביאור יציאות הנקודות בפרטות De egressu punctorum in specie.
32. דרוש מטי ולא מטי Dissertatio de phrasi, Attigit & non attigit.
33. סדר בריאת המלכות ואיקונה De Creatione Regni & partibus ejus.
34. שער הנבואה ורוח הקודש Tractatus de Prophetia & Spiritu Sancto.
35. סדר אנשים הבאים מסיטרא הנוקבא De hominibus qui originem habent de parte fæminæ.
36. ענין מוחין דקטנות De Cerebris Infantiæ.

37. סוד יוסף ופרעה והחלומות של השרים Mysterium Josephi & Pharaonis & de somniis Principum.

38. סוד ז' בחינות שיש למלכות Mysterium septem notionum quas habet Regnum.

39. סוד ו' אלפי שנין הוי עלמא Mysterium dicti illius: Sex mille annos duraturus est mundus.

40. סוד נדב ואביהו Mysterium Nadabi & Abihu.

41. מעלת אה קודם שחטא De excellentia Adami protoplastæ ante lapsum.

42. ענין חטא אה De peccato Adami protoplastæ.

43. ענין ד' חכמים שנכנסו לפרדס De quatuor Sapientibus ingressis in Paradisum.

44. ענין הולדת קין והבל De nativitate Kaini & Hebelis.

45. סוד למה נקרא יחזקאל בן אדם Quare Jecheskeel vocetur filius hominis.

46. סוד תאומה יתירה שלקין והבל De gemella redundante Kaini & Hebelis. Item de Kaino & Hebele, & Schetho & Moscheh, Zipporah, Jethrone & Ægyptio.

47. סוד י"ח נשים שח מלך יכול ליקח De octodecim uxoribus quas Regi ducere licuit.

48. סוד שלוח הקן De dimissione Matris captis è nido pullis.

49. סוד ג' עלמות בי"ע De tribus mundis inferioribus, Creativo, Formativo & Factivo.

50. דרוש אבי"ע : Dissertatio de quatuor mundis.

51. שער אבי"ע בקיצור וג"ע וגיהנם Tractatus Synopticus de quatuor mundis, nec non paradiso & inferno.

Tomus Tertius vocatur ספר כונות sive Opus de Meditationibus in precibus festorumque celebratione adhibendis, & dividitur in duas partes, quarum

Prima continet Tractatus sequentes.

1. הקדמה Præfatio Generalis.
2. הקדמה מעץ החיים Præfatio specialis de Libro, quæ dicitur Arbor Vitæ.
3. ענין התפלה Tractatus de precibus.
4. שער הברכות Tractatus de Benedictionibus.
5. כונת הברכות Meditatio super Benedictionibus.
6. שער הציצית Tractatus de peniculamentis.
7. שער התפילין Tractatus de Phylacteriis.
8. ענין הרצועות וקשר תפלה שלראש De loris & nodo phylacterii capitis.
9. שער עולם העשיה Tractatus de mundo Factivo, sive de meditationibus sub ingressum Synagogæ necessariis.
10. ענין הק"ש De Lectione Audi Jisraël.
11. ענין ביטום הקטורת De mixtura suffitus.
12. מהדורא בתרא Repetitio posterior de Lectione Audi.
13. מציאות פיטום הקטורת De natura mixturæ suffitus.

14. כונת

14. כונת פיטום הקטורת Meditatio super mixtura suffitus.
15. משקל הקטורת De pondere suffitus, cum annexis quibusdam.
16. סוד ברייתא של ר ישמעאל Explicatio mystica Traditionis R. Jischmael.
17. שער הקדושין מהדורא קמא Tractatus de Cantico Seraphico, Repetitio prim.
18. מהדורא בתרא משער הקדושין Repetitio posterior in Tractatum de Cantico Seraphico.
19. קדיש דהודו ופרטים של כל קדיש De commemoratione Sanctitatis Formulæ הודו, & aliis particularibus omnium commemorationum Sanctitatis, seu Cantici Seraphici.
20. שער עולם היצירה Tractatus Mundi Formativi, in quo primo occurrunt meditationes in Formulam יהי כבוד ה׳ לעולם וכו׳, & quidem Repetitio prior & posterior. Deinde & formularum sequentium explicationes; usque ad ברוך אתה.
21. שער עולם הבריאה Tractatus mundi Creativi, in quo occurrunt meditationes in formulas ברוך אתה & sequentes.
22. מהדורא בתרא דק״ש בקיצור מופלג Repetitio posterior de Lectione Audi, quam brevissimè contracta.
23. קיבוץ כוונת ק״ש: Collectio Meditationum super Lectionem Audi.
24. ק״ש של שחרית De Lectione Audi matutina.
25. קו המדה Funiculus mensuræ; ubi agitur de Lectione Audi, in genere.
26. מציאות מין נוקבין: De natura Aquarum fœmininarum.
27. ק״ש דשחרית כוונת אחרת De Lectione Audi matutina, meditatio alia.
28. שער עולם הבריאה Tractatus de mundo Creationis, super Textu ויאמר.
29. שער עולם האצילות Tractatus de mundo Emanativo, sive de Stationariis.
30. סוד ברכת אבות Explicatio mystica Benedictionis Patrum.
31. סוד הקדושה Explicatio mystica Cantici Seraphici.
32. ליקוטים Collectanea quædam huc pertinentia.
33. סוד ברכת אבות Explicatio mystica alia in Benedictionem Patrum.
34. ענין הכריעת מהדורא בתרא De genuflexione repetitio posterior.
35. כוונת אמן Meditatio super vocula Amen.
36. ענין השיבנו מלקוטים De formula השיבנו è collectaneis; aliisque sequentibus.
37. סוד לבקשה על החלום De precibus somnii causa.
38. ברכת כהנים De Benedictione Sacerdotum.
39. סוד ברכת כהנים בקיצור Explicatio mystica de Benedictione Sacerdotum, compendiosa.
40. כוונת אחרת בברכת כהנים Meditatio alia in Benedictionem Sacerdotum.
41. סוד הוידוי: Mystica explicatio Confessionis Peccatorum.
42. סוד ויעבור Explicatio mystica textus ויעבור Exod. 34. v. 6.
43. כוונת ויעבור בקיצור Meditatio in textum ויעבור in compedium redacta.

44. כוונת יג מדות Meditatio in tredecim Attributa.

45. עוד כוונת ויעבור Ulterior meditatio in textum ויעבור.

46. שער יג מדות הרחמים Tractatus de tredecim Attributis Miserationum Microprosopi è textu Exod. 34. v. 6.

47. מהדורא בתרא סוד ויעבור וגו' Repetitio secunda mysterii textus Exod. 34. v. 6.

48. סליחות De Formula pro remissione peccatorum.

49. כוונת נא : Meditatio super prolapsu in faciem; pluribus partibus constans.

50. קדיש אחר העמידה De Cantico Seraphico post stationem.

51. שער הוצאת ספר תורה Tractatus de productione Libri Legis.

52. סת דחול De Libro Legis diebus profestis producendo.

53. סת דשבת בבוקר De Libro Legis die Sabbathi mane producendo.

54. סת דמנחה דשבת De Libro Legis precum Pomeridianarum.

55. אשרי שקודם ובא לציון De formula אשרי, quæ dicitur ante formulam ובא לציון Formulisque sequentibus.

56. ליקוטים Collectanea quædam.

57. כדר קריאת התורה De ordine Legendi Librum Legis; cum variis meditationibus huc requisitis.

58. תפילת ערבית De precatione vespertina.

59. סדר קש שעל המטה De Lectione Audi ante decubitum.

60. ליקוטים Collectanea de Somno, pollutione nocturna.

61. סוד הגלגול בעודם אחיים De revolutione eorum, qui adhuc vivunt.

62. ליקוטים Collectanea alia de formulis quibusdam & de luctu.

Tomus quartus constituit Partem secundam de Meditationibus, & continet Tractatus sequentes.

1. סדר הלכות שבת De ritibus Sabbathicis.

2. סוד הטבילה Explicatio mystica de Baptismo; aliisque materiis ad Sabbathum pertinentibus.

3. תפילת מנחה בעש : De precibus pomeridianis vesperæ Sabbathi.

4. תפילת ערבית של שבת Precatio vespertina Diei Sabbathi.

5. סוד הקידוש של ליל שבת De Sanctificatione Noctis Sabbathicæ.

6. דיני נטילה לאחר הקידוש ודיני סעודה של ליל שבת De Lotione manuum post consecrationem Sabbathi, & epulo noctis Sabbathicæ; item de copula maritali noctis Sabbathicæ.

7. דיני תפילות יום שבת De Precibus diurnis Diei Sabbathi.

8. תענית בשבת De jejunio Diei Sabbathi.

9. סעודה של שחרית De prandio Sabbathico.

10. דיני תבולת מנחה שלשבת De Ritibus precum pomeridianarum Diei Sabbathi.

11. סוד

11. סוד מוצאי שבת Mysterium exitus Sabbathi.

12. סוד התחום שבת Mysterium limitis Sabbathici.

13. סוד ערובי חצירות De mysterio mixtionis conclavium.

14. סוד אסורי חג De prohibitis Diei festi.

15. סוד ראש חודש Mysterium Neomeniæ.

16. סוד חנוכה Mysterium Encœniorum.

17. ענין טו בשבט De die decima quinta Mensis Schevat.

18. ענין פורים De festo Purim.

19. סוד פסח ויציאת מצרים Mysterium Paschatos & Exitus ex Ægypto.

20. פירוש ההגדה Explicatio Narrationis Paschalis.

21. סוד העמר Mysterium Manipuli; & numerationis hebdomadum.

22. סוד יום ז׳ של פסח Mysterium diei septimæ Festi Paschatos.

23. חג השבועות Festum Pentecostes.

24. בין המצרים De intervallo inter diem 17. Mensis Tamur & 9. Mensis Abh.

25. כונת מ׳ יום ראלול Meditatio instituenda per quadraginta dies partim Julii, totiusque Augusti.

26. ענין ראש השנה De Festo Novi Anni.

27. כונת התקיעות Meditatio Clangoris Tubæ.

28. סוד השופר Mysterium Tubæ.

29. ענין יום הכפורים De Die Expiationis, cum annexis.

30. כונת חג הסוכות Meditatio super Festo Tabernaculorum.

31. סוד לולב ואתרוג הדס וערבה Mysterium rami palmei & mali citrii, myrtique & salicis.

32. ענין שמחת תורה De Gaudio Legis.

33. ליקוטים Collectanea quædam de præparatione ad iter; item de Heptaëteride & Jubilæo, ut & de cultura agri & de Messe & similibus.

Tomus Quintus dicitur גילגולים Seu de Revolutionibus; qui cōtinet tres partes potissimum, quarum

1. dicitur ספר גילגולים ראשון Liber revolutionum primus, quem latinitate donatum, Operi huic in fine subnectimus.

2. *dicitur* ספר גילגולים שני Liber revolutionum Secundus, cujus capitula sunt plurima.

3. *Continet in se* Tractatus sequentes.

(1.) פירוש על סבא דמשפטים Commentarius in Dissertationem Senis cujusdam in Sohar Sectione Mischpatim; qui agit de revolutionibus & Leviratu atque similibus.

(2.) ליקוטי הגילגולים Fragmenta quædam de Revolutionibus; & de Animæ statibus aliis.

(3.) קצת דרושים על גלגולי' Dissertationes quædam de Revolutionibus.

(4.) דרושי הנשמה וגלגול ויבום ועיבור וכמה פרטות שבהם Dissertationes variæ de Anima & revolutione & Leviratu, & imprægnatione, & variis particularibus huc pertinentibus. Suntque capitula 15.

(5.) סוד האגוז Mystica explicatio Nucis.

(6.) : ברכת הנהנין De Benedictione super omnibus quibus fruimur.

(7.) : כוונת פאות הראש והזקן Meditatio super Angulis capitis & barbæ.

(8.) : סוד ברכת המזון Mysterium benedictionis Mensæ.

(9.) כונת האכילה Meditatio de Comestione.

(10.) כלל גדול לכל הזווגים Doctrina generalior de omnibus copulis.

(11.) לתפילה בכללות De precibus in genere.

(12.) ענין הטבת חלום Pro bonis Somniis.

(13.) ענין השחיטה De mactatione.

(14.) ענין הצדקה De Eleemosynis.

(15.) ענין המגפה De Peste.

Tomus Sextus vocatur ספר ליקוטים Liber Collectaneorum, ad quem pertinent Tractatus sequentes.

1. ספר טעמי מצוות Liber de Sensu mystico Præceptorum Legis, per totum Pentateuchum omnia Præcepta Cabbalisticè explicans; juxta Sectiones Legis divisus.

2. פירוש ספרא דצניעותא Commentarius in Librum Mysterii, cujus maximam partem infra exhibemus.

3. ספר פירוש על קצת מאמרים הזוהר Liber variorum Commentariorum in diversos textus Soharisticos.

4. ליקוטים Collectanea in varia Loca Scripturæ Sacræ: item variæ Annotationes in Libros supra recensitos: quæ omnia in specie describere hujus loci non est.

§. 14. Sicut autem magno mihi constitit Opus hoc Loriense; ita haud minore sumtu comparavi magnum Opus Manuscriptum aliud, quod vocatur ילקוט ראובני seu Pera Rubenitica; sive Commentarius in Universam Legem Cabbalisticus è variis Libris Cabbalisticis, & potissimum Manuscriptis collectus; ut sunt præter rariora quædam ex ipso Sohar & Tikkunim; חיט : סולי רזא : ספר תגין : מגלה עמוקות
: צרוף המור : אותיות ר׳ עקיבא : כנפי יונה : דברי שלמה׳ : בחיי : תמונה
: פליאה : שפתי כהן : ציוני : חסד אברהם : פרדס : גלי רזיא : ספר קנה
: כונתאר״י : מדרש הנעלם : רקנטי : עמק המלך : עשרת מאמרות : מדרש כונן
ספרא דשלמה מלכא : פרק שירה : טוב הארץ : שוחר טוב : עבודת הקודש
: מגיד משרים : תולדות יצחק : ספר החיים : גלגולים : מאמר עולם קטן
: סברי : ספר חסידים : חכם הרזים : מדרש חזית : ברית מנוחה מכילתא &c.&c.
Et præterea jam quoque Copia mihi est Magni illius operis Cabbalistici; quod vocatur חסד אברהם; Ita ut ad intimiora literaturæ Cabbalisticæ Arcana jamjam quasi penetrasse mihi videar, quo raro perveniunt ex ipsa quoque Hebræorum gente quam plurimi.

Imò

Imò adhuc alia mihi nuper enata est spes adipiscendi quoque reliqua quæ in occidente adhuc latent Manuscripta Lorjensia: ut ita tandem gloriari desinant illi, latere nos potissima suæ religionis mysteria.

§. 15. Quod autem ad præsens hoc opus attinet: Illius tres potissimum sunt Partes. Prima est Introductoria: secunda, Tractatus ipsi Soharistici: & tertia est Appendix. In parte prima duos propono Tractatus, primum ad prægustum dogmatum exotericorum sive vulgatiorum; & alterum ad prægustum dogmatum acroamaticorum Libri Sohar. In primo igitur Synopsin habebis doctrinæ Soharisticæ de Lege; de Precibus: de Eleemosynis; de Pœnitentia; de pœnis divinitus immissis; & judiciis humanis: de castitate intra & extra matrimonium; item de matrimonio & circumcisione: de iis quæ ad mensam spectant: de festis & Sabbatho: de bonis operibus & virtutibus variis: de Paradiso & inferno; item de Messia: de bona & prava Concupiscentia; de anima & spiritibus malignis & bonis; de Terra Jisraëlitica & Judæorum exilio; de Patriarchis; de morte; de sanctuario ejusque requisitis: & similibus aliis. Tractatus ipse quem hic latinitate donatum exhibeo vocatur מראה כהן seu visio sacerdotis, compositus à R. Jisaschar ben Naphthali; & impressus est Cracoviæ ann. 349. & Christi 1589. sub Sigismundo III. Adjunxi autem, in gratiam illorum quibus allegare dicta Soharis voluptas erit, sive in Concionibus sive in scriptis aliis, parallelismum aliqualem dictorum quorundam Novi Testamenti, cujus usum alio tempore, Deo favente, exhibebo uberiorem. Pars altera introductoria continet Excerpta potiora ex illustri illo Libro Cabbalistico, quod speculum est Cabbalæ recentioris, vocaturque עמק המלך sive vallis Regia: de quo cum in multorum versetur manibus, plura hic addere supersedeo.

16. Textus ipsos Soharisticos ita propono, ut tres Tractatus principales de quibus supra mentionem feci, legi possint cum Textu originario & quidem punctato, non quidem ad ultimam apicum Grammaticalium ἀκρίβειαν, sed prout id facere solent Rabbini nostrates, ita ut conversanti cum Judæis ipsis familiaris fiat illorum idiotismus. Insuper etiam tertiò addidi versionem; non quidem cum elegantia styli latini, prout id desideratur à delicatioribus; sed ut tyrones etiam assuescere queant stylo Soharistico: cum in communem hæc omnia faciam utilitatem, & neutiquam è studio vanæ gloriæ, quod à me absit quam longissimè! Tractatus autem posteriores in Editione Mantuana initiales, non punctavi; ut alium habeant exercitii gradum tyrones istorum studiorum: versionem tamen addidi. Omnibus autem in locis loca Scripturæ Sacræ allegavi cum versiculis, qui non minimus est laborum istorum; eorumque versionem aliquando mutare coactus fui ut cum sensu Cabbalistico congruerent; ubi tamen reliquis versionibus nihil velim præjudicatum. Porrò Commentarios adjunxi; & primò quidem specialem è Manuscripto meo in Librum Zeniutha translatum: Deinde & generaliorem è libro Emek ham Melech excerptum. In omnibus enim id studui ut ipsorum Hebræorum tradita tibi exponerem, & non mea: ne Judæi dicere queant, hæc à nobis falsò esse conficta. Ubi inter cætera veniam & in hoc rogo, quod Lectorem non in singulis Textuum difficultatibus, ad certum quendam paragraphum Commentarii remisi, prout ab

initio constituteram: non enim admisit hoc Nundinarum memet obruens terminus; idque vel resarciet, quicunque erit Indicis compilator, vel ipsa pervolventis diligentia. Commentarii in Tractatus initiales ultimò à me propositos, partim desumti sunt è libro Sohare Chammah, partim è Manuscriptis meis, quorum sphalmata, quæ in omnibus hisce Manuscriptis sunt innumera, in versione omnia correxi, superatis & hisce difficultatibus, per Dei gratiam.

§. 17. Appendicis autem loco Pneumaticam Cabbalisticam adjungo, cujus pars prior quæ agit de Angelis bonis & malis deque anima in genere: excerpta est è libro בית אלהים cujus autor est R. Abraham Cohen Irirah Hispanus: pars altera autem, quæ agit de Anima in specie, ejusque revolutionibus juxta mentem Hebræorum; traducta est è Manuscripto meo, quod in specie multò mihi constitit; & alias ad Opera Lorjensia pertinet, non tamen simul venditur. Hæc omnia enim ignorari non possunt ab iis, qui quomodocunque de conversione Judæorum cogitant.

§. 18. Et quia Editiones veteres Libri Sohar jam vix amplius prostant præter Lublinensem, quæ vitiosissima est: imò etsi obtineantur, una tamen sine altera exiguum habet usum, præsertim propter allegationes ab aliis autoribus factas; quorum quidam allegant Editionem minorem Mantuanam, prout facit R. Jizchak Lorja in omnibus Scriptis suis, sic liber Sohare Chammah; eodemque modo & Pardes meus correctus & alii antiquiores: alii autem Editionem majorem Cremonensem & Lublienensem, ut faciunt Poloni plerique inter quos magno fervore tractatur studium istud Cabbalisticum & Soharis, & recentiores alii plerique. Hinc editionem nunc paro totius Libri Sohar in usum vulgatiorem, in qua

primò utraque editio conciliatur, ita ut utriusque folia suis locis inveniri queant, quod magno labore in meo Exemplari primum effeci, nunc autem communi Usui dedico.

secundò Editio instituitur secundum Exemplar Mantuanum industria singular Cabbalistæ cujusdam maximi correctum & multis millibus additionum auctum. Additis tertio Variis lectionibus totius libri Derech Emeth de quo supra.

quartò adduntur explicationes locorum difficiliorum libri Imre Binah.

quintò adjicietur Index materiarum è libro Ser Sahab, & fortè locorum Scripturæ.

sextò retinentur folia Editionis majoris Cremonensis.

septimò Correctio ipsa hujus Editionis quam accuratissimè instituitur operâ trium Rabbinorum singulariter in id incumbentium; quorum duo sunt Cabbalistæ: superadditâ tandem & mea revisione propria. Ut ita & hoc bono gaudere queat studiosus, quod multa pecunia inter sese coëmunt Judæi accuratiores.

§.19. Quod si igitur ista tibi arriserint, amice Lector, non tantum in Versione ipsius textus Soharistici lubens pergam; sed etiam Manuscripta mea quandoque publici juris faciam. Unde cognoscere poteris quanto studio, in te ferar, imò cum periculo propriæ sanitatis & vitæ meæ: ut de bonis & sumtibus nihil dicam. Nec deterreri me passus

sum

sum cum circa initia Magistro meo jam seni, cujus nomen ob odium contribulium ejus reticeo, aliàs sua laude haud privandum, duo morerentur liberi; & mox totidem & mihi, quod ille in pœnam publicatæ hujus doctrinæ fieri interpretabatur. Nec deterreor tot non minùs domesticorum meorum, quam Amicorum undiquaque omnium monitis; hoc solo fine ut tibi inserviam: ut nimirum rerum Hebraicarum cognitio non amplius versetur circa nuda Ritualia; nedum Grammaticalia: sed ut ad res ipsas accedatur, earumque cum phrasi & doctrina Novi fœderis fiat collatio; si fortè hoc etiam medio facilitari queat Judaicæ gentis ad fidem Jesu Messiæ conversio. In quem finem hic inserere volui Hypothesin aliquam, proponendorum Judæis convertendis: hypothesin inquam, qualem & Astronomi & Physici supponunt; quamque tum demum admitti jubent, si omnia phænomena per illam explicari queant; sic & hic. Sed cohibeor! Et profectò Ego quidem tenuitatis meæ quàm maximè mihi sum conscius, ut neutiquam comparari velim, cum magnis illis in his studiis Luminibus, quibus Academiæ nostrates hactenus singulari Dei beneficio adhuc effulserunt: Ego scilicet umbratilis, mei nominis non studiosus, nec pro decoro rem agens & prout illis enitendum est circa minima, qui minimorum horologiorum sunt fabri automatarii: multa enim negligo; non elimo, non expolio; sed rudi crassaque opera luci exponere non vereor. Revera autem ad hoc opus adactus sum, illudque quasi extorsum mihi est ab Editore. Unde veniam rogo, si ut canis festinans cæcos peperi catulos: videbunt enim fortè, & oculos, ut spero, multis satis pandent. Sed illis potissimum, qui non illotis manibus huc accedent, i. e. qui citra præmissum studium vitæ purioris ad contemplativum hoc studiorum genus non aspirabunt. Frustra enim, eheù frustra ad summum istius montis culmen ascendere nituntur, qui cùm *sisypheo* affectuum pravorum saxo mox iterum retrovoluti ad ima relabuntur. Frustra etiam ad lumen istud advolant, quibus Theoremata Scholarum gentilium adhuc occæcant oculos; cujuscunque illa sint generis, sive recentiorum industria prodita, [quæ ob solius naturæ ductum ab ethnicismi cæcitate sese excusare non possunt, quamvis omnium sese glorientur esse perspicacissimos;] sive ex antiquorum scriptis eruta. Et fortè non sine omine factum, quod signum illud cæleste, in quo Constantinus Magnus jubebatur gentilismum superare, quatuor literas initiales Nominis mei expresse contineat. Fortè inquam labarum nunc erigitur idem; non quidem à me, cui etsi animus non desit, vires tamen non largitus est sufficientes istarum rerum arbiter: *sed à Te*, ô lector strenue, cui via me saltem panditur ruricolâ. Agedum igitur, non *nostrum est opus*, purgare aream, sed illius, qui manu suâ ventilabrum tenet: ventilemus saltem *ut ventilabra*; probantes omnia; retinentes quod bonum est. Ego ut vides, hæc mussito saltem; tu eloquere; in solius Dei nostri gloriam! Unum adhuc superaddo. Omnes quærunt quæ sit mea sententia? Ego hîc iterum repeto, quod Tomo priore jam dixeram: me translatorem esse, non theticè rem proponere: sed zeteticè. Prout enim qui Philosophorum scripta & qui Alcorani ediderunt, non eò ipso professi sunt Ethnicismum vel Muhammedismum; ita nec Ego totum Cabbalismum, sed quatenus à Christo & Apostolis correctus est; multò minùs Judaismum.

§. 20. Hunc in finem & Apologiæ loco hic subnecto Dissertationem meam de Toleratione Judæorum inter Christianos; quam haud ita pridem conscribere jussus sum ex certa quadam, tùm temporis enata occasione: Nam quamvis de populo Judaico ejusque susceptione in Republica Christianorum, nec non conversione tot jam tum extent scripta, ut is, qui plura de his in lucem edere conetur, videri queat mari aquam & ipsi soli lucem lucrari velle; videmus tamen hôc locô id usu venire, quod in cæteris non solum rebus Politicis; sed & vicissitudinibus naturalibus, ceu Cometis, & id genus aliis; fieri solet. Hi enim licet non primâ vice appareant, sed jam pridem disquisitionem passi sint; attamen adhuc & quasi de novo aspiciuntur & à variis variè dijudicantur. Ut igitur nationem hanc singularem paulo contemplemur accuratius, quàm hactenus factum, istam hîc breviter diducemus quæstionem. Num Judæi inter Christianos tolerandi sint, nec ne? Antequam autem id fiat, pium ac benevolum rogamus Lectorem, ut in perlegendo callidum imitetur serpentem, qui aquam ex fonte hausturus venenum prius exspuere dicitur, præconceptisque opinionibus paulisper carere velit, quò eò melius atque tranquillius veritatem discernere possit, in Dei gloriam & proximi salutem. Omnibus itaque hanc quæstionem circumstantiis rite atque exactè ponderatis, nemo non affirmativam amplectetur: cui nostræ thesi brevibus jam subnectemus argumenta in utramque partem quàm diligentissimè conquisita; quæque tum ad statuminandam eam facere, tum ad confutandam ab adversa parte objici quovis modo poterunt.

§. 21. Primum Argumentum, quod Thesin nostram confirmat, Judæos nempe inter Christianos esse tolerandos, desumtum est ab adhortatione DOMINI nostri Matth. 5. v. 43. seq. quæ ita se habet: *Audivistis quod dictum est: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro lædentibus & persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est: quia solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super justos & injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si complexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester, qui in cœlis est, perfectus est.* Quod mandatum primo omnes concernit, doctrinæ Christi ejusque imitationi addictos, id quod non epilogus solùm hujus orationis comprobat Matth. 7. v. 24, 26. ubi Dominus: *Omnis, qui audit hæc mea verba &c.* similesque doctrinæ in illa oratione contentæ: sed & Lucas Evangelista c. 6. v. 27. qui ita Dominum introducit loquentem: *Sed vobis dico, qui hæc auditis: Diligite inimicos vestros &c.* Cui assentitur Apost. *Paulus Rom.* 12. v. 14. 20. *Benedicite persequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere: Si igitur esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus:* juxta Prov. 25, 21. Et Petrus 1. c. 3, 9. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; sed è contrario benedicentes; scientes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis.* Secundo mandatum istud complectitur omne genus proximi nostri, quovis modô damnum nobis inferentis: quod ipsum non saltem Parabola de Samaritano, hosti suo Judæo misericordiam exhibente,

Luc.10.v.10,33,34. seq. sed & suo ipsius exemplo nos edocet Dominus pro *crucifigentibus* orans, Luc.23.v.34. Id quod pari modo & fecit Stephanus Actor.7. v.60. & Paulus 1.Cor.4.v.12.13. dicens: *Maledicimur & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur & obsecramus.* Tertiò Dictum hoc respicit cunctos benefaciendi modos, à quibus beneficium istud, quod miser ille dissipatusque cœtus Judaicus à Christianis exigit, ne scilicet habitaculum ipsis denegetur, haut eximi potest. Sarcasticè hic quidem nonnulli objicient; hunc actum heroicum saltem esse, si quis inimicos suos amore prosequatur, ad hunc tamen non æquè omnes adstringi. Quibus hoc damus responsi: primò non sequi: Actus est heroicus. Ergò non quilibet ad eum obligatur: Totus namque Christianismus in meris ejusmodi actibus heroicis consistit, qui zelo quodam ferventissimo, cum vera suarum virium abnegatione veterisque hominis mortificatione per solum Spiritûs S. auxilium, è vera fide fusis ad Patrem precibus propter Christum impetratum, sunt peragendi: [quare & in Reges nos unxit Servator noster Apoc. 1.v.6.] Et nihilominus quilibet istos adimplere tenetur sub pœna inobedientiæ. Secundo; posito, non autem concesso, aliquem ibi exemtum esse; talis tamen actus laudabilis omninò est, & præmio non cariturus; unde præ cæteris quilibet Magistratus Christianus operam dare deberet, ut illum observet. Si quis porrò objecerit, cavendum ne amor erga inimicos eousque extendatur, ut sub hoc prætextu Judæorum conniveatur blasphemus: Is sciat (1) Judæos in cultu suo formalis cujusdam blasphemiæ nunquam esse convictos, uti ex sequentibus patebit, (2) Demus, hunc vel illum Judæorum adversus Christum ejusque Ecclesiam blasphemias evomere, hi tamen hoc Christianorum beneficio emendari, atque ut illis benedicant, induci poterunt, etiam à Propheta sic moniti. Magistratus insuper (3) Christianus potestatem habet, in delinquentes ac blasphemantes justâ pœnâ animadvertendi, nec opus est ut insons sontis culpam ferat. Cum præsertim (4) tolerandi & modestâ instructione, quoad ejus fieri potest, corrigendi essent, licet universi blasphemarent, id quod Paulus sibi ac Apostolis attribuit, dicens 1.Cor.4,13. *Blasphemantibus illis, precibus ac obsecrationibus nos inhæremus.* Ex quibus omnibus clarissimè elucet, quod ob generale præceptum Christi Domini nostri, Judæi & possint & debeant tolerari.

§. 22. Ratio secunda cur Magistratus Christianus populum Judaicum tolerare debeat, innititur præcepto Paulino Gal.6.v.9,10. *Bonum autem facientes non defatigemur: tempore enim suo metemus non delassati. Ergò dum tempus habemus; operemur bonum ad omnes; maximè autem ad domesticos fidei.* Quod mandatum Dei tàm manifestum est, ut nihil ipsi objici possit. Quoniam scilicet obstricti sumus, ut benefaciamus omnibus, etiam infidelibus, & à nostra fide alienis.

§. 23. Expressis hisce mandatis accedit tertiò, quod in Novo Testamento nullibi sit interdictum, ne Judæos suscipiamus, illique nobis cohabitent. Unde hunc in modum argumentamur: Quod nec à Christo nec Apostolis uspiam, sive disertè sive illativè vetitum legimus, id in Christiani Magistratus libertate meritò positum est, citraque

conſcientiæ læſionem agere licet. Minorem facilè quis ſubſumet. Objectiones quoque, quæ hic opponi queant, infrà ſuo loco conſtanter elidemus.

§.24. Ex Veteri quoque Teſtamento quartum nunc argumentum nobis ſeſe offert, & quidem è v.12. Pſ.59. qui vaticinium eſt de Meſſia, ſub cujus perſona David hunc pſalmum in perſecutores ſuos Judæos compoſuit; prout communis omnium interpretum fert ſententia: Verba à Propheta expreſſa hæc ſunt: *Ne occidas eos, ne quando obliviſcatur populus meus. Diſperge illos in virtute tua.* Hic ſi quis excipiat, non neceſſariò hoc pro vaticinio habendum, ſtatimque in hodiernos Judæos applicandum: ejusdem tamen impletionem hodie in diſperſis miserè & ſub graviſſima Dei pœna gementibus Judæis tàm clarè cernere licet, ut ſicut alia Scripturæ vaticinia ex impletione dijudicantur: ita & hîc jure meritoque colligi poſſit, id quod nunc contingit, eô locô prædictum & quaſi ob oculos nobis poſitum eſſe. Quod ipſum egregiè confirmat Auguſtinus in hunc Pſalmum; qui ſuô locô evolvi poteſt. Et quamvis ſecundò hîc, quidam regerere velit: Exinde, quod Judæi non ſint trucidandi, non ſtatim probari, illis habitacula eſſe concedenda: dari quippe tertium, videlicet ut agantur in exilium: Reſponſio tamen eſt: illos jam tum in exilio degere è patria ſua excluſos, preſſos, afflictos atque in ſervitutem redactos; inter Chriſtianos licet habitent; id quod & ipſi pro exilio habent, ſeque exules eſſe lamentantur, quamdiu ſuæ non reſtituti ſunt patriæ, inque libertatem aſſerti & ſub proprio habitantes magiſtratu. Et quònam quæſo, eſſent pellendi, ubi majorem ſuſtineant calamitatem; eò quod loca inculta vix reperiantur amplius, quæ coli queant niſi forſan mittantur in Indiam occidentalem; quò tamen etiam jamjam dicuntur commigraſſe: vel planè in loca inculta atque deſerta relegentur, quod tamen idem eſſet ac ſi interficerentur. Et quamvis (3) 14. verſus hujus Pſalmi dicat: *Conſume eos in ira, conſume & non ſint amplius.* Hæc tamen ita ſunt intelligenda, ne ſuperioribus antecedentibus contrarientur; unde id ab interpretibus haud immeritò ad conditionis dignitatisque ſuæ abolitionem reſtringitur.

§. 25. Quintum nobis argumentum erit, quod & in Veteri Teſtamento Iſraelitis à Deo fuerit permiſſum, extraneos nec ſuæ religioni addictos tolerare atque commercia cum illis inſtituere; quò faciunt dicta quædam, ut Deut. 14, 21. *Quicquid morticinium eſt, ne veſcamini ex eo: peregrino qui intra portas tuas eſt, da, ut comedat, aut vende alienigenæ, quia tu populus ſanctus DOMINI Dei tui es.* Deut. 15. v. 2, 3. *Cui debetur aliquid ab amico vel proximo, ac fratre ſuo, repetere non poterit: quia annus remiſſionis eſt DOMINI. A peregrino & advena exiges, à fratre verò repetendi non habebis poteſtatem.* Deut. 23. v. 19, 20. *Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem, qua fœnus exerceri ſolet: ſed alieno: fratri autem tuo abſque uſura id, quod indiget, commodabis.* Deut. 28, 43. Verba maledictionis hæc continent. *Advena* qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te: eritque ſublimior, ſuprà, ſuprà, tu autem deſcendes, & eris inferior, infrà, infrà. Exod. 22. v. 21. Advenam non contriſtabis neque opprimes eum: advenæ

enim

enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. Exod. 23. v. 9. *Peregino molestus non eris. Scitis enim advenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti*, Lev. 19. v. 10. *Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia, congregabis: sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego DOMINUS Deus vester.* Ut sicco jam pede prætereamus plura ejus generis dicta, nimirum: Jerem. 7. v. 5. 6. cap. 22. v. 3. Zach. 7. v. 10. Mal. 3. v. 5. Deut. 10. v. 18. cap. 21. v. 14. 17. 18. 19. 20. 21. Ex quibus omnibus sic concludimus. Si Lex ipsa in Veteri Testamento non prohibuit tolerare à religione sua alienos; utique & Christianis hodienum liberum est tolerare homines Christianam Religionem haud amplexos. Cætera per se subsumi possunt.

§. 26. Sextum argumentum exemplis fidelium Veteris Testamenti, qui partim fœdus cum præputiatis inierunt, partim habitandi locum iis concesserunt ceu subjugatis. De Isaaco memoriæ proditum est Gen. 26. v. 31. quod cum Abimelecho Rege Philistæorum fœdus pepigerit, in ejusdemque regione aliquandiu commoratus fuerit. De Josua quoque & Principibus populi Jisraëlitici Jos. 9. v. 15-17. perhibetur, eos Gibeonitis licet paganis & incircumcisis domicilia penes se non denegasse, eosque ad findendum lingua, aquamque portandam tam domi quàm in æde sacra adhibuisse, 1. Chron. 19. v. 6-13. traditur: Davidem in Gentilium urbibus Syriæ ac Idumææ præsidia collocasse, easque sibi subditas ad circumcisionem nullatenus compulisse. Salomo quoque 1. Reg. 5. v. 2. 6. 12. fertur cum Hiramo incircumciso Tyriorum Rege fœdus pepigisse, atque Sidonios allophylos pariter servis suis in Templo extruendo adjunxisse; subque eo etiam utriusque nationis naves in terram Ophir simul navigarunt, 1. Reg. 9. v. 25. Quod si isti salva hoc fecere conscientia: Christiano quis exprobraret magistratui, si Judæos sibi habeat subjectos, & incolas; mentemque ipsorum incredulam in melius dirigat?

§. 27. Ut autem ad novi quoque Testamenti exempla descendamus, quæ nobis septimum suppeditant argumentum; sileamus jam, primos Christianos haud exiguo temporis intervallo Judaicis usos fuisse ritibus, ita ut Templum frequentarent, Actor. 2. v. 46. cap. 3. v. 1. Sanguinis atque suffocatorum esum interdicerent, Actor. 15. v. 29. Circumcisionem observarent cap. 16. v. 3. vota persolverent & sese purificarent oblatis hostiis ac capillis abrasis, cap. 21. v. 20-26. Quin etiam quod DEUS ipse ter maximus Johanni Theologo in Theatro omni ex parte juxta veteres ritus Judaicos instructo Apocalypsin visionesque repræsentarit, Apoc. 5. v. 8. cap. 8. v. 3. cap. 15. v. 2. 5. 6. solumque nobis præponamus Apostoli Pauli exemplum; considerantes, quid ipse de Judæis senserit, de illisque sentire præceperit in Epist. ad Rom. c. 9. v. 1-5. Ubi verba sunt: *Veritatem dico in Christo Jesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientiâ mea in Spiritu Sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema* (ita ut vilissimus omnium atque repudiatissimus sim, æque ac miseri illi abjectique peccatores, qui segregati sunt,) *à Christo* (ejusque Ecclesia) *pro fratribus meis* (Judæis adhuc infidelibus,) *qui sunt cognati mei secundum carnem* (& prosapiam) si sci-

si scilicet hac ratione Christo adduci possent;) *qui sunt Jisraëlitæ*, (ex Jisraële sancto illo & à Deo singulariter dilecto viro oriundi:) *quorum adoptio est* (filii quippe Dei vocantur Deut.14.v.1. Exod.4.v.22. Jerem.31.v.20.) *& gloria* (Hebræis Schechicah,quæ in arca fœderis super Cherubim sese manifestabat, 1.Sam.4.v.21,22. Psal.26.v.8.Hebr.9.v.5.) *& fœdera* (circumcisionis Gen.17.v.10. & sanguinis aspersionis Exod.24,8.) *& legis latio* (à DEO ipso in monte Sinai facta Exod.19,20. c.20,1. Deut.4,32.) *& cultus* (eò planè modo ac ritu, quem DEUS ipse præscripserat;) & promissa, (tam variæ benedictionis Lev.26.v.3-12. Deut.28.v.1-14.) *quorum* (etiam) *patres sunt* (nempe Abraham, Isaac & Jacob Exod.3.v.13,16.cap.4,5.c.13,5.&c.) *& ex quibus* (modo descriptis Jisraëlitis etiam) *CHRISTUS* (exortus est atque prognatus;) *secundum carnem, qui est* (juxta Divinam suam naturam) *super omnia DEUS benedictus in secula seculorum, Amen!* Quæ verba sequenti scite includi possunt Syllogismo: Iste populus, cujus dolore Apostolus tàm alte tangitur, quemque adeo effert, & ob cujus conversionem tanta sustinere spondet, inter Christianos meritò est tolerandus. Hi autem Judæi infideles ac nondum conversi, tùm temporis hisce nostris multò pejores, Evangelium quippe non odio tantùm habentes, sed & persequentes. Ergo &c.

§. 28. Et de hisce porrò loquitur Paulus Rom.10.v.1,2. *Fratres, beneplacitum cordis mei, & obsecratio ad DEUM pro Jisraël est in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem DEI habent, sed non secundum scientiam.* Hæc octavi argumenti loco esse possunt: Illi enim, quorum salus exoptatur, & pro quibus oramus, quin penes quoque habitent, quid obstat?

§. 29. Ut autem Apostolico huic argumento & ulteriùs insistamus, ad ea quoque accedimus, quæ cap.10.v.18,19,20. sibimetipsi ad objectionem illam respondet, quomodo nempe Judæi in universum omnes sint convertendi, cùm tamen non ubivis terrarum, quâ habitant Judæi, Evangelium sit prædicatum. *Sed dico:* inquit: *Nunquid non audiverunt? Equidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Dico autem: Nunquid Jisraël non cognovit?* (Contrarium docebit experientia, cùm & DEUS in veteri jam tum Instrumento vaticinatus sit eos hæc cognituros. Nam) *primus* (omnium Prophetarum) *Moses dixit:* (Deut.32.v.21.) *Ego in æmulationem vos adducam in non* (à me selecta) *gente: in gente* (olim) *insipiente in æmulationem vos mittam,* (quò ad parem vestri amorem ac benedictionem annitamini.) Ex quibus verbis sequens fluit argumentum. Illos, quos DEUS vult in æmulationem abduci, inter Christianos habitare, eorumque exempla ob oculos habere oportet, ut Prophetia Divina adimpleri queat. Pluribus id ipsum corroborat cap.11.v.11.seq. *Dico ergo: Nunquid* (ideo) *offenderunt, ut caderent* (& in casu persisterent)? *Absit. Sed illorum lapsu salus est gentibus* (illis nimirum verbum spernentibus hoc inter Ethnicos percrebuit ac divulgatum est. Cui accedit, quod illi forte si numerus ex ipsis conversorum nimium excrevisset, Ethnicos ad communionem suam haud admisissent, nisi circumcisioni ac legi sese subjecissent; à quo tamen non pauci Ethnicorum valdè abhorrebant: unde Providentiâ Divinâ ita prospectum est, ut istorum numerus Judæos superaverit.) ut illi (Judæi) hos

æmula-

æmularentur. *Quod si ergò lapsus illorum mundi* (ac Ethnicorum) *sunt divitiæ* (& causa, ut tot Christiani inter ipsos sint.) *& eorum diminutio* (inter conversos Christianos) *divitiæ* (ac multitudo) *gentium; quantò magis plenitudo eorum?* (Et quot Ethnici Judæorum doctrinâ ac vitâ ad Christianismum informari ac commoveri possent?) *Vobis enim dico gentibus: quamdiu quidē ego sum gentium Apostolus, ministerium meū honorificabo,* (meritoq; deprædicabo, quam plurimos Gentilium meâ industriâ ad Christianam vitam esse promotos:) *si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam* (Judæos secundùm eam mihi cognatos): *& salvos faciam aliquos ex illis.* Hæc sunt ipsissima Apostoli verba. Quæ quilibet Christianus in vita sua imitanda sibi proponere, & zelô quodam divino; tum demum Judæos auxiliante Spiritu Sanctô ad æmulandum provocare poterit, cum juxta se habitent, suaque bona opera adspiciant, de quibus Pater cœlestis glorificari queat.

§. 30. Pergit autem Apostolus & Rom. 11. v. 15. quæ verba decimum nobis faciant Argumentum: *Si enim eorum* (Judæorum scilicet ob suam ipsorum culpam facta) *rejectio mundi* (& Ethnicorum) *reconciliatio est,* (dum ista Judæorum rejectio occasionem dedit, ut gentes cum Deo fuerint reconciliatæ,) *quid erit assumptio* (illorum repudiatorum hominum); *nisi vita ex mortuis?* (quod ineffabile parit gaudium, æque ac si mortuus reviviscat.) Exinde hic nobis nascitur Syllogismus: Illi quorum assumptio ejusmodi incomparabile affert gaudium, ad eandem assumtionem omni studiô promovendi, eâque de causâ ipsis domicilia penes se deneganda non sunt: Tales autem sunt Judæi nondum conversi; qui obinde utique tolerandi, quemadmodum eosdem Deus tolerat, pro quibus etiam seriæ nobis fundendæ sunt preces.

§. 31. Exuberrimo isto textûs hujus Apostolici fonte, nostræ huic materiæ accommodatissimo, undecimum quoque hauriamus argumentum: quod in sequentibus consistit verbis. Rom. 11. v. 16. seqq. *Quod si primitiæ* (i.e. illa de singulis Judæorum panificiis juxta Dei mandata Num. 15. v. 20. separanda placenta;) *sanctæ sunt* (nullaque impuritate adspersæ, & ad escam aptæ) *& massa:* (reliquum scil. demtâ placentâ purum esse poterit.) Quibus verbis Apostolus id indicaturus est, quoniam primi Judæorum sub auspicium novi Testamenti Deo placuere, ut sanctificentur; nec reliquos ceu anathemata rejiciendos, sed bono usui destinandos esse: quod minime fieri poterit, si de loco in locum pellantur.

§. 32. Subjicitque Apostolus Rom. 11. v. 16. *Et si radix sancta, & rami.* (i.e. Cum Deus radicem Judaicæ stirpis Abrahamum ex gentibus & ab idololatria avocare, suoque officio apparare potuerit, extremos etiam ramos, videlicet sub finem viventes infideles Judæos ab infidelitate sua convertere, in suumque cultum quem novum præcipit fœdus, sanctificare poterit. Quæ cùm se ita habeant; æquum ut que est, ut ejusmodi hominibus domicilia inter nos concedantur, nihilque non tentetur, quò ad finem istum perduci queant. Hoc duodecimum nostrum est argumentum.

§. 33. Decimum tertium nobis subministrant subsequentia hujus capitis verba vers. 17-24. ubi Apostolus hanc materiam prolixiùs diducit, dicendo: *Quod si aliqui ex ra-*

mis fracti sunt, (hoc est, si quidam Judæorum à fide Abrahami abiere): *tu autem* (ô ethnice) *cùm oleaster esses* (ac propè bonam oleam, fideles nempe Veteris Testamenti progerminasses,) *insertus es in illis* (æque ac si surculi quidam oleastri, penes oleam positi, in bonam istam inflectantur, inflexóque modô eidem inserantur, & cerâ illitâ, coalescentes foliaque sua emittentes ab oleastro demum resecentur, bonæ oleæ soli relicti. Ita enim ethnici insiti sunt stirpi fidei Abraham:) *& particeps radicis* (fidei toties in Abrahamo deprædicatæ, atque ad imitationem omnibus sanctis propositæ,) *& pingvedinis oleæ factus es*, (Spiritus scilicet unctionis:) *noli gloriari adversus ramos* (& spernere, expellere, ejicere confractos, punitos illos peregrinos noli.) *Quod si gloriaris* (& superbias dominio tuo in illos, scias,) *non tu radicem portas, sed radix te*, (id est, Patriarchas nihil tibi acceptum referre, te autem illis illorumque posteris multum.) *Dicis ergò: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Benè: propter* (suam) *incredulitatem fracti sunt; tu autem* (hactenus) *fide* (in arbore) *stas: noli superbè de te sentire*, (nec vim inferas confractis:) *sed time: Si enim DEUS naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat*, (si confractis ramis arroganter insultares, & ita in infidelitatem prolabereris.) *Vide ergò bonitatem & severitatem DEI: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate*, (& eandem, quam Pater cœlestis bonitatem erga lapsos peccatores fide tuâ exercueris) *Alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim DEUS iterum inserere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oleam: quantò magis hi* (rami) *qui secundùm naturam inserentur suæ oleæ?* Quæ verba Apostoli adeò clara sunt, ut non opus sit, Syllogismum ex illis formare; & spes est, quemlibet, Magistratum Christianum verbô hocce Divino commotum iri, quò debitâ humilitate id curet, ne naturales illi rami ab oleâ penitùs abjiciantur, sed propiùs admoveantur; imò tandem omninò reinserantur.

§. 34. Apostolicam hanc doctrinam primitiva Ecclesia omni studio observavit, & quamvis Judæi adversus Christianos magnam sæpe excitarint persecutioem; hi tamen illis apud Magistratus nequaquam propterea detraxerunt, neque odium ipsis consciverunt; sed illos cohabitantes (unde binæ istæ religiones à persecutionibus pro una eademque habitæ eandem sæpe sustinuere persecutionem) circa Religionem placidissimam illis dedere informationem, satis superque id comprobante colloquiô Justini Martyris cum Judæo Tryphone. Qui modus primitivæ Ecclesiæ decimum quartum nobis argumentum exhibet.

§. 35. Nunc ex Verbo DEI atque Sanctorum exemplis circa hanc rem satis instructis, pergendum quoque est ad jus primò naturæ, quod nostræ etiam parti adstipulatur; [unde decimum quintum ducimus argumentum,] cùm jubet, ut id, quod nobis fieri velimus, aliis quoque faciamus; sive ut, quod benè alii nobis fecerint, illis retaliemus. Meritò igitur memoriâ recolamus, multa millia Christianorum primis Christianæ Ecclesiæ seculis inter Judæos, & præter illos inter ethnicos degisse;

non

non attento, quod multæ DEO ita permittente, interea persecutiones subrepserint. Considerandum etiam, quod fortè & nos vel alii Christiani à DEO captivitate Turcicâ sive Tartaricâ propter peccata nostra plecti possimus: adeoque vel ex hoc miserrimam peregrinorum exulum conditionem expendere, solatiique expertes ejusmodi homines in calamitate sua mitius tractare discamus. Ipso quoque lumine naturæ edocemur, cœcis hominibus, quales Judæos jure vocamus, in cœcitate sua majorem afflictionem haud addendam, sed illos benignè in viam rectam ducendos esse. Imò quamvis poneremus illos mente captos; lege tamen naturæ juberemur, ejusmodi homines ex commiseratione non in durum ejicere exilium, sed eorum curam sub proba inspectione gerere, illisque occasionem nocendi demere. Quod ipsum jure Gentium quoque confirmari exemplisque comprobari posset, alienigenas ubivis ferè locorum susceptos & pacem colentes toleratos fuisse.

§. 36. Decimum sextum hinc damus argumentum, quod nec jus Civile commune ullibi *eos ejicere* jubeat, sive susceptionem eorum prohibeat; quin potiùs in commodum *illorum* nonnulla passim constituat. Exempli gratia, quod (1.) Arcadius & Honorius *illis* concedant, ut diebus Sabbathi aliorumque festorum, quo cultus sui reverentiam servant, nemo ex *illis vel facere* aliquid cogatur, vel ulla ex parte conveniatur. l. 13. C. de Judæis & Cœlicolis. Similiter (2.) quod Honorius & Theodosius ipsis permittant, cunctos suos retinere ritus, modo id fiat citra contemtum Christianæ Legis. L. 11. C. eod. (3.) Quod Valentinianus & Valens militibus in ipsorum Synagogas ceu religiosarum loca habitationum *veluti* hospitii merito irruere interdicant. l. 4. ibid. (4.) Quod Arcadius & Honorius ipsis proprio jure suo sub certis quibusdam arbitris uti permittant, & judicibus *Christianis*, casu dato, eorum sententias, exequi mandent. l. 8. ibid. Nec minus (5.) *mercium* suarum æstimationem illis relinquant. l. 9. ib. Publicum quoque (6.) ediderint mandatum, ut nullus tanquam Judæus, cum sit innocens obteratur, nec contumeliæ exponatur, multò minus eorum Synagogæ vel habitacula concrementur vel perperam sine ulla ratione lædantur: & ut si quis sceleribus implicitus sit, idcircò tamen judiciorum vigor jurisque publici tutela observetur, ne quisquam sibi ipsi permittat ultionem. l. 14. ibid. (7.) Quod Theodosius & Valentinianus Primates illis cedant, qui in utriusque Palæstinæ Synedriis, aliisque provinciis ipsis præessent. l. 17. ibid. (8.) Quod Constitutio quoque Honorii ac Theodosii extet, ne ullus Christianorum Judæis quietè degentibus nihilque tentantibus turbulentum legibus contrarium audeat manus inferre *religionis* auctoritate abusus, sub pœna satis severa. l. 6. Cod. de paganis. (8.) Quod *Imperator* Justinianus illis Scripturam sacram quavis lingua legendam concesserit, *modò in lingua* Græca versione ne uterentur alia quam LXX. Interpretum & Aquilæ, *Novell. 146. c. 1.*

§. 36. Decimum septimum Argumentum è Jure Canonico petitur, quo Judæi à communi *inter nos* vita nullatenus excluduntur, sed potius ad eandem recipiuntur: quem in finem Gregorius l. 11. ep. 15. c. 3. qui sincera dist. 45. expresse pronunciat, Judæi omnes festivitates suas, sicut hactenus ipsi & patres ipsorum per longa colentes retrò

tempora tenuerunt, liberam habeant observandi, celebrandique licentiam Conferantur &c. etsi Judæos, 13. extra de Judæis pr. & c. Judæis Extra de Testibus. f. Unde in nullo unquam Concilio conclusum legimus, Judæos esse exterminandos, aut societate excludendos; sed potius in Concilio Meldensi sub Sergio II. Anno 845. communis omnium sententia fuit, ut erga Judæos à Christianis Principibus ac cæteris omnibus DEI fidelibus, tam clericis quam laicis, viris sive fœminis sacrorum Canonum & antiquorum Regum atque legum jura serventur. Eodem modo in Concilio Lateranensi III. Oecumenico Anno 1179. imperante Friderico I. sub Alexandro III. celebrato, Canon extat: Judæi ad baptismum non sunt compellendi, sed si voluerint, absque calumnia Christiani efficiantur. Nullus etiam eos sine judicio vulnerare vel occidere, vel eis res suas auferre, vel eorum solennitates perturbare præsumat. Similisque Canon reperitur in Concilio Turonensi ap. Bochell. Decret. Eccles. Gall. l. 1. t. 13

§. 37. Ne autem quis existimet ejusmodi jura publicis postmodum constitutionibus Imperialibus esse antiquata; decimum octavum jam argumentum proferamus ex Jure Publico, ubi à Doctoribus unanimiter statuitur, Judæos cives esse Romanos Reinking. de regim. secul. lib. 2. cl. 2. c. 3. &, si Imperium quid statuat pro subditis suis, subditorum nomine Judæos quoque comprehendi Schvvan. obs. Cam. 67. in f. Myns. 5. obs. 6. Schütz de statu Rei Rom. Vol. 2. d. 1. th. 18. c. Hinc Imperator Carolus IV. in Aurea Bulla c. 9. §. 2. Electoribus potestatem tradit, Judæos suscipiendi; quod jus tamen non Electoribus solùm, sed omnibus Regalia possidentibus, hodiè competit. Id quod ordinatione Politica de an. 1548. Tit. de Judæis disertè sancitur. Cui omninò similis est Constitutio Politica de anno 1577. tit. 20. Et quia Judæi in Romano Imperio haud habentur pro peregrinis, sed pro subditis ejusdem; hinc à Jurisperitis communiter statuitur, iniquum esse, si illi ex urbibus ac regionibus, ubi habitandi jus semel adepti sunt, & quietè atque legibus conformiter vivunt, proscribantur. Natta Consil. 620. n. 22. Becht. in tract. de securitat. & salv. cond. à th. 292. usque ad 103. Alexand. Cons. 99. n. 14. vol. 6. & consil. 13. n. 23. vol. 7. Daniel Otton. in Discurs. de Jure publ. c. 19. p. 666. seqq. Thom. Michaël de Jurisdict. concl. 49. in f. Franc. Becc. Cons 84. n. 3. 4. 5, 6, 7, 8. Ubi pluribus docetur, Magistratum quendam absque peccato Judæos ejicere non posse, si nempe pacem & tranquillitatem loci non turbent; verùm obstringi ut eos amet, ad minimum in quantum homines sunt; imò ut eleemosynas illis in indigentia sua eroget. Huc pertinet mandatum quoddam Cameræ Imperialis de 28. Sept. 1551. contra Senatum Neuhusiensem, cum Judæum quendam Joachimum Færber antea in clientelam susceptum, urbe suâ excedere jussisset, Ruland. part. 3. de Commissar. l. 7. c. 3: n. 5. Videatur Rumelin. ad Auream Bull. part. I. diss rt. 8 th. 18. p. 187.

§ 38. Decimum nonum argumentum superstruere possumus authoritati plurium eximiorum Theologorum omnium Religionum: inter quos sunt Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 11. Alexand. Alens. Summæ par. 2. 179. 180. Vincent. Belvacens. specul. doctr.

l. 10.

l.10.c.38. Lombard. p.38-56. Becanus Manual. l.5.c.18.p.729.n.2.3.seq. Lutherus quoque Tom.2.Jenens. in lib. Jesum Christum Judæum esse natum. Et quamvis Tomo octavo Jenensi ferè contrarium asserere videatur; tamen si scopum Lutheri ibidem intimius contemplemur, sensus hoc locô ita restringendus est: quod nimirum, si detestandæ Judæorum blasphemiæ ac usuræ intolerabiles cohiberi non possint, melius sit si penitus exterminentur. Vid. Bidenbach. Conf. Theolog. Tom.1.p.2.p.410. Luc. Osiander in cap. 11. Rom. Gesnerus in Psal.59. Mylius in cap.11.Rom. Arcularius Tom.1. Disput. Marpurg. disp.51.thes.34. Frid. Balduinus in Examine Apolog. Casparis Schoppii c.7. Helvicus Systemat. Controvers. Judaic. Elencho Judæor.8 Hutterus L.C.ar.32.q.6.p.1037. Gerhard. Tom.6.th.223. Loc.Com.ar.de Magistr. Polit.p.890.seq. Academiæ Jenensis Theologi in Consilio de anno 1611. Facultas Theolog. Academ. Francof. ad Oderam in Cons. de anno 1613. ap. Dedekennum vol.2. part.2.p.139.seqq. Müllerus in Rabbinism. p.1385.seqq & alii plures; & inter Autores Reformatæ Religionis, Peter Cunæus de Republ. Hebr. l.1.c.18. Altingius Probl. Practic. probl.21. Hottinger. Thesauri Philol. l.1.c.1.s.2.q.1.p.9. Hornbek. de convinc. & convertend. Judæis prolegom. §.15.17. Hisce Theologis adjungantur Jurisconsulti, Baldus vol.1.cons.315 316. Rolandus à Valle vol.3. Cons.25. Georgius Theodorus integro Tractatu de jure & statu Judæorum in Republ. Christianorum, & plures alii, quorum mentionem partim supra jam fecimus.

§. 39. Quibus omnibus non pauci hacce nostra ætate Magistratus Christiani morem gerunt, apud quos hic populus receptus est; & notatu insuper dignum est, Romanum Pontificem ipsum in urbe sua primaria Roma libertatem habitandi ac securitatem, in *hunc* usque diem illis indulgere. Videatur Pontificale Romanum fol.47. & L'auth. du Discours Politique de l'estat de Rome fol.119. Eandem semper invenere protectionem Judæi sub Imperatorib. S. Rom. Imperii, Regibusque Bohemiæ ac Poloniæ; ut & plurimis Electoribus atque Principibus S. R. Imperii; nec non sub Republica Venetorum, atque locis quibusdam confœderatis Provinciarum, quibus accedunt Urbes quædam celebres, Hamburgum, Francofurtum, Wormatia. Quæ Exempla vigesimum præbent argumentum, quod nempe conscientiam aut Christianismum id non lædat, si Judæi excipiantur aut tolerentur.

§. 40. Vigesimum primum argumentum desumimus ab inconvenientibus ac absurditatibus, quæ ex proscriptione eorum, & si prorsus excluderentur pronascuntur. Etenim (1) vaticinia de eorum conversione quomodocunque illa explicentur, cessarent omnia; siquidem à Turcis ac Ethnicis nullam de Christo informationem exspectare possunt: quî enim in Christum crederent, de quo nihil audirent, & quomodo audirent absque prædicatione? juxta Paulum Rom.10,14. (2) Si à Christianis planè non perferentur, major illis quasi porrigeretur occasio hac ratione sub infidelibus atrociora in

 Chri-

Christum ejusque confessores emittendi convicia; à quibus tamen sub Christianis vel absterrentur, vel saltem propterea puniuntur. (3) Captivitas illorum hac profligatione inincredulorum loca non exasperaretur, sed mitigaretur, siquidem à Saracenis liberè excipiuntur, nec perinde ut à Christianis onerantur: unde pœnam incredulitatis suæ ibidem quasi planè non sentiunt, & multò minùs per eandem ad veram commoventur fidem; quæ tamen à Christianis haud absque fructu ipsis proponi, illique incredulitatis suæ hoc modo ad minimùm convinci, si non omninò ad conversionem perduci possunt. (4) Si Judæi prorsus inter Christianos non essent tolerandi, dicendum, illos aut in universum omnes manifestos atque criminosos esse maleficos vitâque indignos; aut à Deo totaliter ac finaliter repudiatos. Neutrum tamen dici potest; reperiuntur enim & inter illos quàm plurimi quoad externa honestam ducentes vitam, quæ à Magistratu Politico criminaliter plecti nequit; Nec Deus illos prorsus repudiavit, teste Paulo Rom. 11. v. 1. *Nunquid DEUS repudiavit populum suum? Absit. Nam & ego Jisraëlita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin; non repulit DEUS plebem suam, quam præscivit.* Si itaque à DEO non planè sint repulsi, licet ob detestandum in Christum facinus temporali (prout quatenus infideles quoque æternâ) pœnâ severè satis multentur; cur igitur nos Christiani adeo simus inclementes, qui illos planè proscribant? (5) Inter infideles citiùs, quàm apud Christianos imperitiores quosdam ad suam seducere possent fidem, eosque sic ad conversionem ineptiores reddere. (6.) Cum certum sit, Judæos profligatione non emendari, imprudenter fieret, si quod isti committunt, potius illo loco quàm hoc permittere velint: imitati rusticos nonnullos, qui rabidum canem, quem includere ac curare debuissent, ex pago suo abigunt, inque vicinia quàm apud se videre malunt.

§. 41. Tandem usus quoque spectandus est, quem Christiani à populo Judaico hauserunt hactenus, quique etiamnum ab illis oritur inter Christianos degentibus; & hasce utilitates, Religionem propriè concernentes, tanquam vigesimum secundum pro nobis argumentum allegabimus: (1) autem perpetuum hi vivumque exemplum rigorosissimæ justitiæ divinæ præbent, ad emendationem vitæ longè utilissimum, ut ita præ metu, ne in parem incidamus pœnam, ad veram pietatem, quæ proh pudor! admodum rara est, eò magis instigemur. Quemadmodum enim DEUS Sanctissimus inter alia & hanc ob causam ethnicos sub populo Jisraëlitico in terra Canaan superstites esse voluit, qui nimirum propter Idololatriam suam Jisraëlitis subjecti essent, ut hi ob severam hanc servitutis pœnam de Idololatris sumtam, Idololatriam eò magis abominarentur: sic procul dubio Deus justissimus judæos relinquit inter Christianos, quò illorum exemplô sapere discant. (2) Nobis Christianis Scriptura S. Veteris Testamenti, in lingua originali Hebraica, unà cum Paraphrasi Chaldaica, quæ pluribus in locis vaticinia de MESSIA egregiè explanat, summâ judaici istius cœtus industriâ in hunc usque diem immutilata ac illibata servata est. Ipsis enim eloquia DEI

DEI fuêre concredita, testante Paulo Rom. 3, 2. Quantô autem labore, quantâve curâ illorum id factum sit, Masoræ beneficiô exponit Joh. Buxtorffius in Tiberiade sua s. Commentario Masoretico per totum. Quod beneficium sanè tantum est, ut vel propter illud solum sustentatio necessaria, ni ingrati esse velimus, illis debeatur: perinde ut & Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex; cùm Veteris Testamenti Codicem in Linguam Græcam eidem transferri curasset Judaica Natio, non libertatem modo in terra Ægyptiaca habitandi atque mercaturam exercendi, verùm multas insuper immunitates eidem concessit quondam. Quod beneficium etiam Patres agnovere, adversus ethnicos id allegando, quo hi convincerentur Libros Scripturæ à Christianis haud esse confictos. Deque his videri potest Augustin. in lib. de doctr. Christ. & in Psal. 59. Imò huc etiam spectat & probè notandum est, quod omnia fermè munia Ecclesiastica nec non forma divini cultus universa ex Ecclesia Judaica originem suam habeant, uti id prolixiùs demonstrari posset. (3) Quæ inde emanat utilitas hæc est, quod lingua Chaldaica ut & Hebraica minori ab illis negotio quàm in Academis nostratibus addisci queat, cujus beneficiô non sacra solum oracula utilius pervolvi, sed & libri illorum proprii perlustrari, & ex illis argumenta ad illorum conversionem maximè proficua colligi possunt: ut nihil jam dicam de variis temporum, locorum, rituum, cæterarumque antiquitatum circumstantiis ad meliorem ipsius quoque Novi Testamenti intellectum usumque facientibus, quæ omnes aliunde addisci nequeunt. Et hâc ipsa lingua viri tot insignes, utpote Origenes, Hieronymus, Raymundus, Martinius, Petrus Galatinus, Reuchlinus, Riccius, Picus Mirandulanus, Scaligeri, Drusius, Münsterus, Buxtorffii, Fagius, Hutterus, Arias Montanus, Hottingerus, L'Empereur, Voisin, Cunæus, Bortram, Sheringamius, Lightfootius atque alii non sibi modo ipsis famam comparavere immortalem; sed & Ecclesiæ Christianæ hanc accenderunt lucem, qua nobis adhuc, hac quidem in parte, frui concessum est. Nec prætermittenda censemus verba illa Clarissimi Buxtorffii, cùm in præfatione Lexici sui Talmudici circa hanc rem sic inquit: Nequaquam, quod multi somniant, ita jam à Christianis interpretibus exhausti sunt illi fontes, ut nil sit posterorum diligentiæ & solertiæ relictum. Plura certè adhuc restant quàm prostant, sint modo, qui eos adire velint & possint. (4) Et hanc nobis præbent utilitatem Judæi, quod illi non intermoriturum nobis sint mnemosynon sanctissimi DEI consilii de nostra redemtione, prout & de vita, morte ac passione DOMINI ac Servatoris nostri JESU CHRISTI. Hinc Bernhardus: Non sunt persequendi Judæi, non sunt trucidandi, sed non effugandi quidem, vivi quidam apices sunt, repræsentantes Dominicam passionem, &c. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, ut dum justas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redemptionis epist. 322. (5) diceremus utilitatem hanc, ut Doctores Christiani à multis non necessariis, arrogantibus, atque rixosis inter semetipsos altercationibus ac scriptis desistere, manusque invicem conferre, atque sic unita vi legitimâque & appropriatâ methodo conversionem miserorum isto-

rum

rum hominum aggredi & possint & debeant: de quo inferius plura. (6) Et in hoc ostenditur utilitas, ut Christiani, cum certissimum sit pietatem suam, scandalosamque vitam omnem offendiculum Judæis convertendis ponere maximum, in id incumbant sedulò, quò vestigiis Christi eò pressius insistant, veraque & sincera pietate testificentur, doctrinam reperiri nullam, quæ perinde ac Christiana veram doceat Sanctitatem, neque ullam aliam esse viam, qua ad unionem cum DEO perducamur, nec in ulla alia Religione tam certa & efficacia extare auxilia gratiæ, per continuata ardentissimis precibus fidei exercitia à Patre propter Christum impetranda, quàm in Christiana: quod ipsum profectò longè certius atque efficacius esset medium Judæos convertendi, quàm conciones ac disputationes alioquin omnes. Æquè ut sanctissima Christianorum vita in primitivâ Ecclesia adeò ad convertendos Ethnicos fuit proficua, ut Imperator Julianus Apostata non efficaciore methodo Ethnicos à Christianismo, avocari posse existimaverit, quàm si eosdem ad talem, vel moraliter saltem perducere posset vitam, qualem Christiani præ se ferrent; quò id, quod in aliis admirarentur, familiare fieret sibimet ipsis.

§. 42. Vigesimum tertium subministrabunt argumentum utilitates quædam Politicæ, rempublicam saltem ejusque incrementum spectantes; quamvis in istas vel minima fieri debeat reflexio. Primo enim haud ignotum est Politicis, crescentibus subditis, crescere quoque commoda Reipublicæ, quod satis testantur loca quævis Italiæ, Belgii, ac Germaniæ populosiora: eò quod hoc ipso non collectæ solum tàm ordinariæ quam extraordinariæ; prout & tributa, vectigalia, aliique reditus magistratuum augeantur, sed & opificia atque mercaturæ in universum, prout experientia docet satis, floreant, imò omnium quasi statuum conditio ob majorem consumtionem per importanda & exportanda melior reddatur. Secundo in specie per exemplum Judæorum, qui ob paupertatem suam ut plurimum industrii ac laboriosi sunt, quique in pane lucrando sedulitate sua formicas referunt, & ne unicum quidem nummum inutiliter profundendo omnemque vestimentorum luxum vitando, parsimoniæ ac sobrietati student, & inde magnas sæpè divitias corradunt, cæteri quoque subditi ad similem diligentiam, parsimoniam & sobrietatem excitari possunt, ne quemlibet teruncium, quem lucrantur, gulæ statim litent, aut ignaviæ, ut sæpiùs fieri solet, totos sese dedant. Satis etenim præprimis in urbibus celebrioribus, ubi major est civium frequentia, quotidie per experientiam edocemur, quâ ratione inter artifices, opificesque ac mercatores alter alteri calcar addat, quo ipso inter ingenuos alter alterum in statu suo sanè magis promovet quàm impedit. Ut siccô jam pede prætereamus specialia illa pseudopoliticorum quorundam commoda, quod scil. necessitate exigente magnam sæpe pecuniæ summam subministrent Judæi; quod & Judæus si criminis cujusdam reus sit, mulctâ puniri queat majori; quod hi plura etiam offerant munera, & quæ sunt alia similia, quæ à Magistratu Christiano cui timor Domini summa lex est, meritò ceu sordidiora omninò negliguntur.

§. 43.

§. 43. Unde ad ultimum jam accingimur argumentum: quod (24) eſt ſpes nempe converſionis hujus populi, certiſſimis ſanè & clariſſimis S. Scripturæ nixa vaticiniis. Et quia converſio hæc vel eſt ſpecialis, nimirum hujus vel illius ſaltem individui, adeoque paucorum quorundam; vel generalior, quæ univerſalis dici poſſet: de illa primò ſciendum eſt, fœdus illud, quod DEUS pepigit cum Abrahamo non prorſus eſſe abrogatum, de quo Geneſ. 17. v. 7. *Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: ut ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te.* Quo cum conſentit Petrus Actor. 2. v. 39. dicens: *Vobis enim facta eſt promiſſio & filiis veſtris:* atque David Pſal. 89. v. 21, 29, 30, 36. *Inveni David ſervum meum. In æternum ſervabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi: & ponam in ſeculum ſeculi ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cœli. Semel juravi per ſanctuarium meam, ſi Davidi mentiar: ſemen ejus in æternum manebit. Et thronus ejus, ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna firmabitur in æternum: & teſtis in nubibus fidelis.* Ex quibus dictis Doctores Eccleſiæ ſemper id collegere, Judæos non penitus eſſe repudiatos, ſed nullo non tempore ad finem uſque mundi quoſdam converſum iri. Quæ cùm ita ſint, nec DEUS Ipſe ter maximus illos ſimul omnes à regno cœlorum vitáque æterna penitus excluſit, qui nos igitur eosdem à cohabitatione Chriſtianorum omnimodo ſeparare velimus ac poſſimus? Porrò ſi aliqui ſemper ex Judæis ſive hoc ſive illo tempore converti debent, neceſſe omnino eſt, ut id fiat per media vel conſueta & ordinaria, vel per inconſueta & extraordinaria. Si hoc quemadmodum nimirum Paulus eſt converſus; tunc ſanè admodum conduceret, ut Judæi tùm temporis inter Chriſtianos habitarent, quo per eximium hoc miraculum tot etiam horum converterentur, quot per miraculoſas quaſdam olim factas converſiones in primitiva Eccleſia ex Judæis convertebantur. Sin verò per media ordinaria, qualia ſunt prædicatio verbi Divini, exempla piorum & ſimilia inſtitui debet illorum converſio, tunc utique etiam requiritur, ut inter Chriſtianos tolerentur Judæi. Quare cùm incertum ſit, quos DEUS hîc vel illîc tunc vel nunc, quod ipſius eſt beneplacitum, converti velit, eò ſane magis patienter ferendi, & ad converſionem præparandi ſunt; præſertim quod Chriſti ſit voluntas, ut Zizania una cum tritico ad tempus meſſis usque creſcere ſinamus. Matth. 13, 30. Reſtant autem vaticinia adhuc alia, majorem longè ac illuſtriorem promittentia converſionem; ut Hoſ. 3, 4. *Quia dies multos ſedebunt filii Jiſraël ſine Rege, & ſine Principe & ſine ſacrificio, & ſine ſtatua, & ſine ephod, & ſine theraphim; & poſthac revertentur Jiſrael & quærent Dominum Deum ſuum & David Regem ſuum* (i. e. Meſſiam juxta interpretem Chaldæum,) *& reverenter colent Dominum & bonitatem ejus, in noviſſimo dierum.* Item Lev. 26. v. 44, 45. *Attamen etiam cum erunt in terra hoſtili, non penitus abjiciam eos, neque ſic abominabor, ut conſumantur & irritum faciam pactum meum cum eis: ego enim ſum DOMINUS DEUS eorum, & recordabor fœderis mei priſtini, quando eduxi eos de terra Ægypti, in conſpectu gentium, ut eſſem DEUS*

eorum; Ego DOMINUS DEUS. Et Deut.4,31. *Quia DEUS misericors DOMINUS DEUS tuus est; non deseret te, nec omninò delebit te, neque obliviscetur pacti, in quo juravit patribus tuis.* Deinde & Jerem.30.v.9. vaticinium extat de extremo tempore, cum dicitur: *Sed servient DOMINO DEO suo & David Regi suo, quem suscitabo eis.* Idem c. 31. v. 1. quod ad novissima tempora applicant tùm Christiani tùm Judæi, ubi dicitur: *In tempore illo, dicit DOMINUS, ero DEUS universis cognationibus Jisraël, & ipsi erunt mihi in populum.* Et v.10: *Audite verbum DOMINI gentes,* & annunciate *in insulis, quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Jisraël, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum.* Ezech.37,21.seqq. *Hæc dicit DOMINUS DEUS: Ecce ego assumam filios Jisraël de medio gentium, ad quas abierunt, & congregabo eos undique, & adducam eos in terram suam. Et faciam eos in gentem unam: in terra in montibus Jisraël, & Rex unus erit omnibus imperans: & non erunt ultrà duæ gentes, nec dividentur amplius in duo Regna. Neque polluentur ultrà Idolis suis & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt, & emundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis DEUS. Et servus meus David Rex super eos, & pastor unus erit omnium eorum: In judiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea.* Præcipuus autem ac clarissimus locus circa hanc materiam continetur Rom. 11. v. 25. seqq. *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc,* (quod si igitur mysterium est, prophetiam sanè denotat specialiorem, nec de vulgari quadam conversione intelligi potest;) [*ne sitis intra vos ipsos elato animo,*] *quia cæcitas ex parte contigit in Jisraël* (populo Jisraëlitico,) *donec plenitudo gentium intraret, & sic* (tum demum) *omnis Jisrael salvus fieret. Sicut scriptum est:* (Esa. 59. 20.) *Veniet ex Sion, qui eripiat & avertat impietatem à Jacob.* (Esa.27,9.) *Et hoc illis à me fœdus est, quod ablaturus sim peccata eorum. Secundum Evangelium quidem* (*nostri sunt*) *inimici propter vos:* (ut citra circumcisionem vos in fœdus DEI recipiamini:) *secundum electionem autem,* (quod DEUS hunc præ cæteris sibi populum selegerit, sunt illi) *charissimi, propter Patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio DEI* (quod absque conditione absolutè illos in populum assumserit, hâc additâ promissione, illos nunquam prorsus deletum iri Jerem. 4,27. cap. 5. v. 18. cap. 15. v. 11. cap. 30. v. 11. cap. 46. v. 28. Ezech. 20. v. 17. quamvis præcepta sua transgrediantur; quæ incomparabilia sunt charismata, & vocatio in populum specialem, qualis nulli contigit populo amplius. Si autem certis sub conditionibus illos suscepisset, tantisper scil. eritis populus meus, quamdiu præcepta mea non transgrediamini; tunc pactum hoc semel initum conditione ab illis neglectâ posset antiquare: sub qua conditione ethnici in fœdus novum vocati fuere, ad quod in Oriente etiam frequentissimus fuit accessus, ubi tamen integræ jam nationes sunt deletæ, earumque locum infideles occuparunt.) *Sicut enim aliquando & vos non credidistis DEO: nunc autem misericordiam consecuti estis* (per) *& propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non credunt* (per) *& propter vestram misericordiam; ita tamen ut & ipsi aliquando misericordiam consecuti sint,* (quæ est alternatio DEI.) *DEUS enim omnes in incredulitatem concludi* (permisit; primò quidem Ethni-

Ethnicos, nunc & Judæos,) *ut omnium misereatur. O altitudo divitiarum Sapientiæ & Scientiæ DEI! quam incomprehensibilia sunt judicia* (pœnarum) *ejus*, & investigabiles viæ ejus (commiserandi?)

Et certe, si gesta hujus populi singularemque ejus indolem examinemus, ultrò patet, DEUM, utpote qui singulari illos modo semper tractavit, singulare quid & illis adhuc reservasse. Nunquam enim legimus populum quendam toties ac tam procul per terras dissipatum, & suam tamen distinctè semper asservasse nationem atque cultum divinum, nec aliis sese immiscuisse. *Est populus per omnes provincias regni tui dispersus, & inter populos divisus, & leges eorum aliæ sunt, quam omnium populorum: dixit Haman Regi Assuero.* Esth. 3, 8. *Populus solus habitabit & inter gentes non reputabitur, vaticinante Bileamo.* Num. 23. 9. Quæ cuncta Patres meritò solicitos effecere; ut Bernhardus Epist. 322. dicat: Convertentur tamen ad vesperam, & in tempore erit respectus eorum.

Ad quam conversionem multum conferre possent Christiani, si (1) quilibet ab omni scandalo tàm verbis quàm factis dato sibi studiosè caveret; maledictionemque illam DOMINI accuratiùs perpenderet, dicentis: *Væ mundo à scandalis.* Matth. 18, 7. Nec non verba S. Apostoli 1. Cor. 9. v. 19. *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer. His, qui sub lege sunt* (proselytis) *quasi sub lege essem, cùm ipse non essem sub lege, ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem.* (2) Si non ferè ubivis adeò vexarentur & exagitarentur, tesseras lusorias ab ipsis petendo, lardum illis affigendo, eosdem subsanniendo, aliisque injuriis afficiendo. (3) Si tùm publicè tùm privatim preces pro istis fierent crebriores ac efficaciores. (4) Si doctiores id potissimum studii genus excolerent, quomodo Judæi tractandi sint, (perinde ut olim religiosi Ordinis prædicatorum, qualis fuit Raymundus à penna forti, ejusque successores, inter quos & Raymundus Martini in Arragonia ac Castilia negotium hoc haud infelici sanè successu aggressi fuere,) quod fieri posset, si (5) vulgatam illorum linguam Germano-Hebræo-Chaldæam discerent; (6) eorum religionem totam atque antiquitates omnes examussim scirent; (7) deinde è propriis ipsorum fundamentis ac principiis cum illis colloquia instituerent; facultatem Judæis dantes interrogandi, suaque dubia movendi: quæ dehinc modestè, sobriè ac solidè essent solvenda. (8.) Si docti isti viri præ cæteris sanctiorem ducerent vitam, illisque discrimen inter verum atque internum, & inter externum falsumque & debitis fructibus carentem Christianismum dextrè proponerent; ut & (9) in conventibus eorum illo ipso Judæis usitatô idiomate crebrò concionarentur; (10) Si libros ederent Hebraico aut mixto isto vulgatô idiomate, pro captu Judæorum: (11) Si novi Testamenti libri vel saltem Historici in dictum verterentur idioma, & typis Hebraicis imprimerentur, quò ad legendum ea commoveri possent. (12) Si adigerentur ut liberos suos saltem legendi scribendique causa mitterent in Scholas nostras

ſtras Germanicas & Latinas, quò poſtmodum utiles Chriſtianorum libros, vel curioſitatis ergò, legerent. Et quæ plura his ſimilia media excogitari poſſent. Hæc itaque ſunt argumenta ac rationes, quæ quemlibet Magiſtratum Chriſtianum commovere poſſunt, ad receptandos tutandosque Judæos.

§. 44. Quibus nunc expenſis, deſcendendum quoque eſt ad objectiones, quæ hîc produci poſſunt, ut appareat, an illæ tanti ſint ponderis, prout à quibusdam exaggerari ſolent. Primò etenim Judæi in Chriſtum ejusque doctrinam, regnum atque populum varias ructare dicuntur blaſphemias & convitia, quo ipſo proinde indignos ſe omninò reddant, conceſsâ alioquin libertate. Cui reſpondendum. (1) Non omnia blasphemias eſſe, quæ ipſis imputantur; imò omnia nec illa, quæ ipſis ab adverſariis ſuis objiciuntur, legitimè eſſe probata; cùm non contemnendas etiam Apologias in medium proferant, adde quod cauſa tota in foro legitimo ſecundum rigorem proceſſus nunquam examinata, multo minus ſententia contra illos lata ſit, quod tamen ante relegationis eorum omnimodæque expulſionis pœnam utique fieri debuiſſet. (2) Blasphemias non ab omnibus publicè, ſed forte clam à nonnullis proferri, qui idcircò puniendi. (3) & inter Chriſtianos reperiri blasphemos, imò & atheos, qui tamen omnes extirpari nequeant: (4) illos per indignam illam, quam à Chriſtianis patiuntur tractationem, ad easdem adigi; cùm cæteroquin religio ſua obſtringat ad obſervandum mandatum illud divinum Jerem. 29, 7. *Quærite pacem civitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad DOMINUM: quia in pace illius erit pax vobis.* (5) Maledicta eorum privata ac clandeſtina, jam nihil eſſe novi, ſed eadem quamdiu Chriſtianiſmus eſt, jam duraſſe; & populum tamen hunc ad exemplum DEI, qui eos tolerat, ſemper eſſe toleratum. (6) Cœcitati eorum atque ignorantiæ, zeloque pro Gloria Divina hæc omnia eſſe aſcribenda, pro illisque orandum, æque ac Chriſtus fecit dicens: Luc. 23. v. 34. *Pater dimitte illis: non enim ſciunt, quid faciunt.* Atque Stephanus Act. 7. v. 60. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Nec non Petrus Actor. 3. v. 17. *Et nunc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Pœnitemini igitur & convertimini.* (7) Velamen iſtud remotum iri, cùm ad DEUM fuerint converſi. 2. Cor. 3. v. 16.

§. 45. Secundò adducitur dictum Pauli 2. Cor. 6. v. 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Et Johannis 2. epiſt. 10. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Ad quod R. (1) utrumque dictum illud velle, ne ejusmodi homines ſequamur, aut pravæ eorum vitæ ac doctrinæ participes eſſe debeamus. (2) Seipſum explicat Apoſtolus 1. Cor. 5. 9. *Ne commiſceamini fornicariis. Non utique de fornicariis hujus mundi* (extra Eccleſiam conſtitutis) *accipi volo, aut avaris aut rapacibus aut idolis ſervientibus, alioquin debuiſſetis de hoc mundo exiiſſe.* Unde (3) conceſſum omninò eſt cum illis quoad vitam externam ac negotia communia converſari.

§. 46.

§. 46. Tertio opponunt, Christianos undique, ubi hi illis cohabitant, maxima à Judæis pati damna, dum (1.) imprudentiores seducant, (2.) in proditionem, infidelitatem atque perjuria proni sint; (3.) subditos fraude, (4.) usuris, (5.) pignorum retentione, (6.) mercimoniorum suppressione enervent: (7.) furto ablata coëmant vel receptent, & similia his plura. Quæ distinctè sunt perlustranda ac diluenda. Et (1.) quidem, Christianos ad Judaicam commovere fidem, in jure civili illis sub pœna capitali prohibitum est. L. 17. 6. de Jud. quare cum ob metum tantæ pœnæ haud immeritò absterreantur, seductio quidem hoc in casu tantoperè non est metuenda: quin etiam severa inspectione malo huic facilè inveniri potest remedium. (2.) Ob proditionem, furtum, perjurium, cæteraque crimina publica Judæi longè duriùs plectuntur ac Christiani; quæ etiam cuncta autoritate magistratuum publica facilime, prout solet, cohiberi possunt. (3.) Adversus fraudem, à qua tamen & cæteri mercatores Christiani haud sunt alieni, in omnibus constitutionibus Imperialibus & ordinationibus politicis leges sancitæ sunt, quarum transgressio à Magistratu Judæis non condonanda. Ad (4.) (5.) & (7.) contra Judæorum usuras in Recessibus Imperii, & in specie de anno 1530. tit. de Judæis eorumque usuris. 1548. eod. tit. 1577. ibid. 1576. circa finem Recessus: nec non de pignoribus, rebusque furtivis expressæ extant constitutiones, contra quæ Judæus impunè haud delinquet. Ad (6.) victum subditi quærunt vel agriculturâ, vel manufacturis ac artificiis, vel mercaturâ. In primo genere nulli facilè detrimento sunt, cùm agros ac hortos non possideant; imò quia victu ac amictu interea carere non possunt, è contrario apparet hoc acquirendi genus ob consumtionem ab illis potius promoveri quàm minui. Nec opificia illis ubique conceduntur, & pauci illorum opifices facilè eò adigi possunt, ne aliis nisi Judæis operam locent, unde Christianis nihil decedet, præsertim ubi tribuum sunt statuta inter opifices. Mercaturam non omnes Christiani exercent, quare damnum, si quod inde nasceretur, non multi nec magnum paterentur. Præterea testatur experientia Amstelodami, Hamburgi, Francofurti, Venetiis, &c. quæ urbes præ cæteris commerciis florent, mercaturam à Judæis non detrimentum, sed incrementum potius capere. Mercator enim commercia sua vel stabilita jam habet, vel adhuc stabilienda. Qui prioris generis est, non metuit Judæum, cum certos jam tum habeat suarum mercium sive venditores sive emptores. Incipiens verò si tantam, quam Judæus, diligentiam adhibet, similiter non habet quod metuat; imò si pius est Deoque confidit, benedictionem à Domino præ infideli impetrabit. Atque sic & huic objectioni satisfecimus.

§. 47. Tandem & populum istum à DEO ipso execratum esse (4.) objicitur, Deut. 28. v. 15. Ps. 69 v. 24. Ps. 109. v. 17. Matth. 27. v. 25. c. 23. v. 35. Luc. 13. v. 35. Cui respondemus (1.) omnes hasce execrationes sub certis factas esse conditionibus, ita scilicet & tamdiu, dum vocem DEI non audiant, relictâ illis apertâ ad conversionem viâ, ad quam quilibet Christianorum illos perducere omni operâ meritò intendat, quò à maledictione

ledictione liberentur, ac in statum benedictionis denique restituantur. Maledictio enim (2.) hujus populi quidem est totalis, ut dici solet, omnes nempe ac singulos tangens, sed non finalis ac interminabilis; quod dicta prius allegata satis superque demonstrant.

§. 48. Objectiones reliquæ, quæ forsan adhuc moveri possent, ex iis, quæ satis prolixè jam tum disseruimus, abundè solvi ac refutari possunt. Nos igitur hîc subsistimus, connectentes pium hoc atque sincerum votum, ut nempe DEUS ter O. M. gloriosissimè adimplere dignetur vaticinium suum Apoc. 3. 9. *Ecce, dabo de synagoga Satanæ, qui dicunt se Judæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos, ut veniant & adorent ante pedes tuos: & scient, quia ego dilexi te.* Vale, & errata typographica, quæ sub prælo ob absentiam meam irreptura sunt, æquô animô corrige.

PARS

PARS PRIMA

ejusque Tractatus primus:

quæ est

SYNOPSIS

Celeberrimi illius Codicis Cabbalistici,

qui vulgo dicitur

LIBER SOHAR,

per novendecim titulos generales distributa,

Autore R. Jisaschar F. Naphthali Sacerdote.

INDEX TITULORUM.

TI-

TITULUS PRIMUS.

LUMEN LEGIS.

E Dissertationibus collectaneis
in

GENESIN.

1. SAnctus ille, qui benedictus sit, auscultat & attendit vocem illius, qui occupatus est studio Legis: & è quolibet verbo, quo iste noviter explicat Legem, formatur firmamentum aliquod; & isti sunt cœli novi; de quibus in Prophetis. col. 24. [conf. 2. Petr. 3, 13. *Novos verò cœlos & novam terram, secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat.* Ap. 21, 1. *Et vidi cœlum novum & terram novam. Primum enim cœlum & prima terra abiit: & mare jam non est.* Rom. 9, 5. *Quorum Patres, ex quibus est* CHRISTUS *secundum carnem, qui est super omnia* DEUS *benedictus in secula.*

2. De pœna illius gravissima, qui noviter explicat verba Legis, & illa tamen non intimè intelligit: Deque spiritu huic negotio Præfecto, qui vocatur Vir Contorsionum. [conf. 2. Pet. 3, 16. *Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis, de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant (detorquent) sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.*] qui exinde condat Firmamentum Vanitatis & Inanitatis. col. 25. [confer Jac. 3, 1. *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis.*

3. Propter pueros studio Legis occupatos mundus permanentiam habet. Et huc applicatur locus Cant. 1, 11. *Ordines aureos faciemus tibi, &c.* col. 17. [conf. Matth. 21, 15. *Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt.*

4. Neminem debere noviter exponere verba Legis, nisi istud acceperit ab arbore quadam magna (*i. e.* Doctore quodam excellente.) col. 25.

5. De magna illius dignitate, qui studio Legis incumbit nocte Pentecostes [conf. Act. 2, 1. *Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter (unanimiter) in eodem loco.*] ubi subnectitur Historia de R. Schimeone Ben Jochai. col. 30.

6. DEUS sanctus & benedictus quater inspexit Legem, antequam crearet creata sua: ut doceret homines, ne ex præcipitantia errores committant in negotiis suis. Ibidem etiam allegatur dictum illud Sapientum nostrorum b. m! multos propterea occisos

esse, quod Discipulus quidam, qui gradum informandi nondum assecutus esset, tam informaverit. col. 25.

7. Illis hominibus, qui stipendia largiuntur docentibus Legem, Sanctus ille, qui b nedictus sit, istud imputat, ac si ipsi fecissent istos Doctores Legis, quia illis tribuitur ctio Psal. 111. v. 10. *Initium sapientiæ timor* DOMINI, *intellectus bonus omnibus facien bus ea.* Doctoribus Legis autē Factio non tribuitur. col. 30. [conf. Matth. 23, 14. *Væ v bis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia comeditis domus viduarum, orationes longas ora tes: propter hoc amplius accipietis judicium.* Luc. 8, 3. *Iohanna, uxor Chuzæ, procurato Herodis, & Susanna & aliæ multæ, quæ ministrabant ei, de facultatibus suis.*]

8. Encomium Legis, quomodo illa consilium det & auxilium studentibus in col. 36.

9. Qui legis studio occupatur, restituitur & perficitur, accipiendo animam alia sanctam, & sic præparatur in mundum venturum. col. 39. [conf. 2. Cor. 5, 17 *Si quis gò in Christo, nova est creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova.* Ad Eph 15. *Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum minem.* c. 4. 24. *Renovamini spiritu mentis vestræ: & induite novum hominem, qui secu dum DEUM creatus est in justitia & sanctitate veritatis.*

10. Adhortatio ad studium Legis & ad cultum Divinum. col. 57.

11. Encomium Legis, & excellentia illius, qui studio Legis detinetur, quia idem cit ac si conderet mundos. col. 127.

12. Quia defecerunt, qui aliquid contribuerent pro stipendiis discipulorum Sapie tum; Lex ipsa oblivioni tradita est inter Israëlitas, & multæ miseriæ supervenerunt to populo. col. 391.

13. Liber quidam traditus est Adamo Protoplastæ, de quo dicitur Gen. 5, 1. Iste liber generationum Adam: quam reliquit filio suo Scheth &c. ad Abrahamum usque quo ipsi innotuerunt Arcana summa. Eodemque modo liber quidam traditus est Ch nocho, qui dicitur liber Chanochi. col. 178.

14. Qui in Lege studet jugiter, surgitque nocte mediâ, ille semper suam partem bet in mundo venturo. col. 249.

15. Qui semper occupatus est studio Legis, hæres fit ducentorum mundoru col. 300.

16. Amplissimum & prolixum encomium Legis atque docentium eam, cum increp tione eorum, qui eam deserunt. col. 312. 313. 319.

17. Nemo tam dignus est, qui laudet Sanctum illum benedictum, atque illi, qui su gunt nocte mediâ, ut in Lege studeant. col. 323.

18. Studendum esse in Lege ob solam DEI gloriam. col. 333.

19 Lex divina incedere hominem docet viâ Bonorum: de Impiis autem, qui ea dam negligunt, scriptum est Jesch. 46, 12. *quod remoti sint à justitiâ.* c 221.

20. Adhortatio strenua, ut quis studeat in Verbis divinæ Legis. col. 374.

21. I

21. Ille homo, qui divinam Legem negligenter tractat, multos habet accusatores & adversarios, tempore tribulationis suæ; inter quos est ipsa illius Anima. Contrarium autem accidit illi, qui toto robore Legi invigilat. col. 390.

22. Multi Justi atque pii occisi sunt sub persecutionibus Gentilium; idque non aliam ob causam, quàm in pœnam, quod neglexissent Legem, dum adhuc commorarentur in Terra Jisraël. col. 288.

23. Increpatio manifesta adversus eos, qui derisores sunt, & scommatibus incessunt Legem & Historias ejus. col. 374.

24. Encomium Legis & excellentiæ illius, qui ejus studio delectatur in DEI Legisque gloriam: cujus Mors ipsi non infertur per Angelum Mortis. col. 385. [confer Johan. 5, 24. *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transit à morte in vitam.*]

25. Sapientia Legis non confirmari (vel asseri & propagari) potest ab homine, nisi consederit: juxta illud Jesch. 14, 13. *Et sedebo in monte, &c.* col. 401. 470. [confer Matth. 23, 2. *Super cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia enim quæ &c.* cap. 5, 1. *Videns autem JESUS turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, &c.* Joh. 8, 2. *Diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.* &c.]

26. Quantoperè delectetur Sanctus ille, qui benedictus sit! iis, qui nocte media surgunt, & in Lege student. col. 232.

27. Qui occupatur studio Legis, eidem Sanctus ille, qui benedictus sit! annnunciat Evangelium, seu *læta nuncia*. Et quæ sit differentia præmii illius, qui legis studio vacat לשמה *ipsius* Legis gratia; (& nomine) & illius qui aliam ob causam idem præstat. col. 242. [conf. Matth. 11, 5. *Euntes, renunciate Johanni, quæ audistis & vidistis: Cæci vident, &c. pauperes evangelizantur.* Matth. 10, 41, 42. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit justum, &c. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* cap. 18, 5. 20. *Qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscepit. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

28. Historia de R. Jose Ben Pasi, qui primùm ad studium Legis sese applicuerat ex aliâ intentione, quàm ob ipsam Legis dignitatem: & deinde propter Legem ipsam hoc faciebat. ibidem. [conf. Act. 8, 18. 19. *Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manûs Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut, cuicunque &c.*

29. Dixit Elias ad R. Chija: Futurum esse ut Jerusalem & omnes Academiæ Sapientum devastentur: cum hâc admonitione, ut propterea magnam adhiberent in studio Legis industriam. col. 352. [conf. Matth. 17, 3. *Et ecce, apparuerunt illis Moses & Elias, cum eo loquentes.* Matth. 24, 2. *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.*

30. De illo, qui semper detinetur occupatione divinæ Legis, intelligendus est locus Ps. 106, 3. *Beati custodientes judicium, facientes justitiam in omni tempore.* col. 324. 325. ubi etiam agitur de pœnis eorum, qui Legem negligunt.

31. Adhortatio insignis ad studium Legis; deque præmio studiosorum ejus; qua ratione nimirum gradus assequentur semper ulteriores in Arbore vitæ col. 431. [confer Apoc. 2. v. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi DEI.*

32. De magno illorum præmio atque insigni, qui nocturno tempore in legis studio lucubrant. col. 433. [conf. Luc. 18, 7. *DEUS non faceret vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, &c.* c. 21, 37. *Noctibus morabatur (CHRISTUS) in monte, qui vocatur Oliveti.* Act. 20, 31. *Per triennium nocte ac die non cessavi cum lachrymis monens unumquemque.* Matth. 24, 42. *Vigilate quia nescitis, qua hora DOMINUS vester venturus est.* Marc. 13, 37. *Quod vobis dico, omnibus dico: Vigilate.* 1. Cor. 16, 13. *Vigilate, state in fide, &c.*

33. Sanctus ille qui benedictus sit! hominem dignum reddit honore sibi proprio per Legis studium. col. 441. [conf. Joh. 12, 26. *Ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorabit eum Pater meus.*

34. Adhortatio sedula ad studium Legis: Quodque non comedere debeat homo tempore matutino, donec studuerit in Lege. col. 442.

35. De præmio illorum, qui nocte media surgunt, ut in lege studeant. Vide admiranda col. 457. [Conf. 2. Cor. 6, 7. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut DEI ministros, in multa patientia, &c. in vigiliis &c.* Ephes. 6, 18. *Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes, &c.* Col. 4. 2. *Orationi instate, vigilantes in ea, &c.* 1. *Thess.* 5, 6. *Igitur non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus, &c.* 1. Pet. 5, 8. *Sobrii estote & vigilate, quia &c.* Apoc. 3, 3. *Si autem non vigilaveris, veniam ad te, &c.* c. 16, 15. *Ecce, venio sicut fur. Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta, &c.*

36. Quantum sit præmium illius, qui studium Legis amplectitur, tam in mundo hoc, quam in mundo venturo, & quo præconio illa ante hunc declamet, eumque defendat ab omni genere pœnarum: & quomodo omnia verba Legis, quæ didicit in hoc mundo, ingrediantur in ejus viscera, ut in mundo venturo in iis se exercere queat. Ex adverso autem ærumnæ plurimæ & mala multa eundem impetunt, qui illius studium negligit. col. 416. & 431.

37. Cum gallus cantat sub noctem mediam, surgere tenetur homo & studere in Lege. col. 222.

38. Mira descriptio præmii illius, qui semper Legis studio vacat. col. 425.

39. Illum, qui semqer meditationibus Divinæ Legis detinetur, hæc ipsa liberat à pravis cogitationibus. col. 425. 426. 427.

40. De præmio illius, qui filium suum docet Legem sacram. col. 422.

41. De præmio illorum, qui in Lege student in ipsius Legis gloriam; vel propter finem alium. col. 425.

42. Qui

42. Qui occupatus est studio Legis & observatione præceptorum Domini sui, illius timore percelluntur omnia, ejusque formam omnia extimescunt. col. 427. [Conf. Joh. 7, 30. *Quærebant eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.* 44. *Quidam ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super illum manus.* Joh. 8, 20. *Nemo apprehendit eum, quia nec dum venerat hora ejus.* Joh. 18, 6. *Ut dixit eis: Ego sum; abierunt retrorsum.* Marc. 6, 20. *Herodias insidiabatur illi (Johanni) & volebat occidere eum, nec poterat.* c. 11, 18. *Principes Sacerdotum & Scribæ, quærebant quomodo eum perderent. Timebant enim eum; quoniam &c.*]

43. Nihil prosunt thesauri impio. Et per hos intelliguntur illi, qui non amplectuntur studium Legis. col. 424. [Conf. Matth. 16, 26. *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur; animæ verò suæ detrimentum patiatur.* Luc. 9, 25. *Quid proficit homo, si lucretur universum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat.* Marc. 8, 36. *Quid proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat.* Luc. 12, 20. 21. *Stulte, hâc nocte animam repetunt à te: quæ autem parasti cujus erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat & non est dives in DEO.*]

44. Quicunque desiderat, ut accepta sit oratio ejus, is in Lege studeat. [Conf. Act. 10, 4. *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu DEI.* 31. *Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ &c.*]

45. Quicunque Legis studio delectantur, primi erunt in resurrectione mortuorum. col. 410. [Conf. 1. Thess. 4, 16. *Mortui, qui in CHRISTO sunt, resurgent primi.* Apoc. 20, 5. 6. *Cæteri mortuorum non revixerunt donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes DEI, & CHRISTI: & regnabunt cum illo mille annis.*]

46. Singulis diebus avis quædam (i. e. Angelus alatus) magna voce præconis instar exclamat in horto Eden sive Paradiso; & creaturas (i. e. homines) admonet ad studium Legis. col. 450. [Conf. Marc. 16, 15. *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Apoc. 5, 2. *Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna &c.* c. 14, 6. 7. 8. 9. *Et vidi Angelum volantem, per medium cœli habentem Evangelium æternum &c.* c. 15, 18. *Et facta sunt fulgura, & voces & tonitrua* &c.]

47. Lex vocatur nomine Turturis, & Pulli columbini, quia vox ejus est dulcis. [Conf. Luc. 2, 24. *Ut darent hostiam &c. par turturum aut duos pullos columbarum.*] col. 480.

48. Quantum sit præmium, & quasi infinitum illius, qui novas proferre scit explicationes super verba Legis: & quomodo Sanctus ille qui benedictus sit! delectetur talib. col. 512. [Conf. Luc. 24, 27. *Incipiens à Mose & omnibus Prophetis interpretabatur illis &c.* Matth. 22, 29. *Erratis nescientes Scripturas &c.* Luc. 4, 21. *Hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris &c.* Joh. 7, 15. *Mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit &c.* Act. 17, 2. *Secundum consuetudinem Paulus introivit ad*

eos: & per Sabbatha tria differebat illis de Scripturis &c. c. 18, 28. *Vehementer Judaos revincebat, publicè ostendens per Scripturas esse CHRISTUM Jesum.*

49. Quicunque lectionibus Legis invigilat nocturno tempore, illius vocem attendit Sanctus ille qui benedictus sit! cum justis in Paradiso degentibus col. 489. & 490.

50. Qui alimoniam præstat, & in aliis usui est ei, qui in Lege studet, meretur divitias accipere, tàm mundi hujus, quàm mundi venturi. col. 510. [Conf. Marc. 10, 30. *Nemo est, qui reliquerit &c. qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc, domos & fratres &c. & in seculo futuro vitam æternam.*

51. Qui studio Legis incumbit, similis est asino: non verò equo vel bovi: quia asinus non curat honorem suum. col. 511. [Conf. Matth. 21, 2. 5. 7. *Ite in castellum &c. & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite & adducite mihi &c. Ecce Rex tuus veniet tibi mansuetus, & sedens super asinam &c. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* Joh. 12, 14. 15. *Et invenit JESUS asellum, & sedit super eum &c. Ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.*] Ubi plura adduntur de excellentia studiosorum Legis, præsertim si nocte mediâ surgant.

52. Ille qui saltem desiderat speculari & studere in Lege, quamvis actu nequeat, suam tamen habet laudem. col. 207. [Conf. Luc. 19, 3. *Zachæus quærebat videre JESUM, quis esset, & non poterat præ turba &c.* Joh. 12, 20. 21. *Erant quidam gentiles Græci &c. rogabant Philippum dicentes: Domine, volumus JESUM videre.*]

53. Verba illa Legis circa quæ versatur homo in hoc mundo, nec tamen assequi potest eadem; illa assequetur atque intelliget in mundo venturo. col. 416. [Conf. 1. Cor. 13, 9. 10. 12. *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.*]

54. Quantum futurum sit præmium illius, & quantô gaudio exhilaret Creatorem suum, qui nocte media surgit, ut lectionibus Legis vacet. fol. 123. col. 489.

55. Non excitabit Sanctus ille qui benedictus sit! dexteram suam ad liberationem Israëlis, donec ipsi Israëlitæ exsuscitent dexteram Dei: quæ est Lex. col. 487. [Conf. Apoc. 5, 1. 7. *Et vidi in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus & foris signatum sigillis septem. Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.*]

56. Qui studium Legis exosculatur in hoc mundo, non citatur ad judicium in mundo venturo. col. 313. [Conf. Joh. 5, 24. *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam & in judicium non venit, sed transiit à morte in vitam.*]

57. Adhortatio seria, ut homo semper in Lege studeat. Quodque eadem hora, cùm Sanctus ille qui benedictus sit! creavit mundum, eundem ita sit allocutus: Munde, ô munde, tu & omnia statuta tua in alio non consistunt, nisi super Lege. col. 319. [Conf. Hebr. 1, 3. *Qui cum sit splendor gloriæ & character substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ &c.*

58. In

58. In illa hora, cum Jisraelitæ incumbunt studio Legis, omne robur idololatrarum coram iis confringitur. Col.511. Et in Exodum col.120.

59. Qui filium suum manè & vesperi deducit in domum Magistri, ille in tanto gradu est, ac si bis Legem accepisset in monte Sinai. [Conf. 2.Tim.3,15. *Quia ab infantiâ sacras literas nosti &c.*]

60. Loca quædam dantur, ubi prosperè succedit studium Legis; & ubi infelici fato mulctantur qui eam negligunt. col.253. [1.Cor.16,9. *Ostium mihi apertum est magnum & efficax, & adversarii multi &c.* 2 Cor.2,12. *Cum venissem autem Troadem propter Evangelium CHRISTI, & ostium mihi apertum esset in Domino &c.* Col.4,3. *Orantes simul, & pro nobis, ut DEUS aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi &c.* Act.14,27. *Morati sunt ibi (Antiochiæ) tempus non modicum cum discipulis.*]

61. Qui in Lege studere vult, necesse habet ut sese præparet, quoad corpus & quoad cogitationes. col.213. [Conf. 1.Cor.9,27. *Castigo corpus meum & in servitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Rom.12,1. *Obsecro vos fratres, per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, DEO placentem, rationalem cultum vestrum.*]

62. Quanta sit dignitas illius, qui nocte media surgit, ut exerceat studium Legis. col.213.

63. Adhortatio severa ad studium Legis, col.415.416.

64. De præmio illius qui nocte media surgit ut in Lege studeat: ubi historia additur de quodam, qui clepsydram sibi præparaverat, [quæ nocte media exstillasset &c.] & de alio, qui è cantu Galli observabat noctis medium. col.249. [Conf. Marc.13,35. *Vigilate, nescitis enim quando Dominus domus veniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane &c.* Actor.20,7. *Protraxit (Paulus) sermonem usque in mediam noctem.* Act.16,25. *Media nocte Paulus & Sylas orantes laudabant DEUM.* Apoc.21,13. *Ab aquilone portæ tres &c.* Matth.26,34.74. *Amen, dico tibi, in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*]

65. Encomium Legis & quantum sit præmium Doctorum ejus. col.280. [Conf. Luc.2,46. *Post triduum invenerunt JESUM in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Actor.13,1. *Erant in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores &c.* Rom.2,20. *Confidis te ipsum esse ducem cæterorum &c. eruditorem insipientium, magistrum simplicium &c.* 1.Cor.12,28.29. *Quosdam posuit DEUS in Ecclesia, primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores &c.* Hebr.13,7.17. *Mementote Præpositorum vestrorum &c. Obedite præpositis vestris, subjacete eis: Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus &c.*]

66. Surgendum esse nocte media, & studendum in Lege. col.404.

67. Admonitio ad studium Divinæ Legis. col.378.

68. Discursus prolixus de præmio studentium in Lege, & de pœna acerbissima illorum, qui hoc casu negligentes sunt. col.399. & 400.

69. Loco Hos.14,10. *Recta via Domini &c.* per verba illa: *Justi ambulabunt in eis;* intel-

intelliguntur, qui ſtudio Legis occupati ſunt: & per verba ſequentia; prævaricatores corruent in eis; intelliguntur, qui Legem negligunt. ibidem.

Sequuntur Loca quædam, propter analogiam ad hunc Titulum reducta.

1. De dicto illo Sapientum noſtrorum: Nullum reperiri benedictionem, niſi in rebus ab oculo ſemotis: & quæ ſit hujus ratio, vide col. 25. & col. 447. & 128. [Conf. Matt. 6,4.18. *Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*]

2. De uſu vocis פקידה ſub ſenſu viſitandi, quod nempe ſemper præſupponat actum aliquem [converſationis] præcedentem: vid. col. 277. [conf. Luc. 7,16. *Deus viſitavit plebem ſuam.* Luc. 19,44. *Quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.* Luc. 1,68. *Quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.*]

3. De dicto illo Sapientum: Si principium alicujus rei difficile eſt, bonum eſt pro rei ſucceſſu ſignum. Item de dicto alio: Juſtorum initia ærumnoſa ſunt, & finis tranquillus: Impiis autem contrarium accidit. vide col. 396. [conf. Luc. 16,25. *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.*]

4. De trito illo maledicendi genere: Hic vel iſte ſit expiatio mea: Vel, inveni expiationem. Vid. col. 397. [conf. 1. Cor. 4, 13. *Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.* Gal. 3, 13. *Maledictus omnis qui pendet in ligno &c.*]

5. Quater in anno judicatur mundus: in feſto Paſchatis ſuper frugibus: In feſto Pentecoſtes ſuper fructibus arborum: in feſto novi Anni ſuper omnibus creaturis mundanis; & in feſto Scenopegiæ ſuper Aquâ. Hîc autem involvi reſpectum Abrahami, Jizchaci, Jacobi & Davidis. Col. 476. 477. 227. [conf. Matth. 7, 2. *In quo judicio judicaveritis, judicabimini &c.* Joh. 12, 31. *Nunc judicium eſt mundi hujus.*]

6. Id quod dicunt Sapientes noſtri, quædam creata eſſe inter ſoles veſperæ Sabbathi; ita eſt intelligendum: Creationis tempore hæc conſtituta eſſe in potentia, ut poſſent prodire in actum, requirente neceſſitate. col. 294.

7. Id quod dictum eſt: Neminem iter facere debere ſolum: Intelligendum eſt de Lege; ita ut qui ſine Lege eſt, ſolitarius dicatur. col. 488. [conf. Luc. 24, 14. *Ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant.*]

8. Ubi de ſtellis dicitur: Gen. 1, 14. *Erunt in ſigna, & tempora, & dies, & annos:* Per ſigna, intelliguntur Sabbatha; quia de Sabbatho dicitur Exod. 31, 13. *Quia iſtud ſignum eſt inter me & inter vos &c.* Per tempora, feſta; per dies, Neomeniæ; & per annos, Initium anni. col. 500.

9. Ubi dicitur: v. gr. Gen. 1, 3. ויהי (connotato tempore tam præterito quoad ſenſum, quam futuro quoad literam) *& fuit*, intelligitur aliquid factum tam quoad mundum præſentem, quàm quoad mundum venturum. col. 83.

10. Diſci

10. Discipuli Sapientum vocantur *Aves alatæ.* Gen. 1, 21. *& Animæ viventes*, ib. col. 125.

11. Locus ille, ubi habitant impii, vocatur חרוב desolatus. col. 275. [Matth. 12. v. 25. *Omne regnum in se divisum, desolabitur: & omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit.* Luc. 11., 17. *Omne regnum in se ipsũ divisũm, desolabitur, & domus supra domũ cadit.* Matth. 23, 38. Luc. 13, 35. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Act. 1. 20. *Fiat commoratio ejus deserta, & non sit, qui habitet in ea.*

12. Idiotæ plebeji, qui dicuntur Populus terræ, intelliguntur per *bestias agri* Gen. 1. v. 24. & per *volatile cæli* v. 26. col. 134.

13. Per agrum nil nisi uxor intelligitur. col. 176. & 188. [conf. Matth. 13, 24. *Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.*]

14. Invenimus septem nominibus vocari terram, quæ sunt: (1.) ארץ (2.) אדמה (3.) ארקא (4.) גיא (5.) נשיה (6.) ציה (7.) תבל. Et sunt septem Terræ regiones distinctæ, sive climata: Et in quolibet climate creaturę (sive homines) diversi sũt. col. 180.

15. Ratio quædam memorabilis admodum, quare nullus Prophetarum vaticinatus sit contra Regnum Edom, præter unicum Obadiam. col. 390.

16. Quomodo David dicere potuerit: Psal. 27. v. 11. *Doce me Domine viam tuam.* Cum timorem suum Deus libero arbitrio hominum commiserit, quamvis cætera omnia in manibus suis habeat. col.

17. Vox *Reminiscendi* quandoque in bonam partem sumitur, quandoque in malam: Et sic quoque vox *Visitandi*, sicut dicitur Psal. 78. v. 39. *& recordatus est, quod caro sint.* col. 368. [conf. Ap. 16. v. 19. *Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum.* Luc. 1. v. 72. *Memorari testamenti sui sancti.*]

18. *Israëlitæ* non metuunt nivem infernalem, juxta Prov. 31. v. 21. quia ibidem dicitur: *quia omnis domus ejus vestita est* שנים. Ubi non legendum שָׁנִים coccino: *sed* שְׁנַיִם duplicibus; & intelligitur Circumcisio & denudatio: item fimbriæ & phylacteria: (& paria similia) col. 504. [confer 1. Joh. 5. v. 6. *Hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Jesus Christus. Non in aqua solum, sed & in sanguine.*

19. In verbis illis Jer. 10. v. 7. *Quia in omnibus sapientibus gentium* &c. per sapientes gentium intelliguntur Turmæ & exercitus superni. col. 34. [conf. 1. Cor. 3. v. 18. 19. *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens: sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt.*

20. Gen. 1. v. 9. Cum dicitur: *Congregentur aquæ sub cœlis ad locum unum*: Per *locum unum* intelliguntur Israëlitæ, (in quibus congregari debet Lex.) col. 130. [conf. Ap. 16. v. 16. *Congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Harmageddon.* c. 20, 9. *Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt sancta sanctorum, & civitatem dilectam.*]

21. Per *Gramen & herbas* Gen. 1. v. 11. 12. intelliguntur Discipuli Sapientum. col. 132. [conf. Apoc. 8. vers. 7. *Tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.* c. 9. v. 4. *Preceptum est locustis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride neque omnem arborem.*

 22. Quis

22. Quis sit sensus Dicti illius Magistrorum nostrorum bonæ memoriæ! Quam primùm infans loqui incipit, pater ejus cum ipso loquatur linguâ sanctâ. col. 219. [conf. 2. Tim. 3. v. 15. *Quia ab infantia sacras literas nosti.*

23. Elegans explicatio Dicti illius: Deut. 4. v. 24. *Dominus Deus tuus est ignis consumens.* Quo non obstante Israëlitæ tamen eidem adhærent. col. 142. [conf. 1. Tim. 6. v. 16. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Matt. 3. v. 11. *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Luc. 3. v. 16. *Ipse baptizabit vos igne,* Luc. 12. v. 49. *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi ut accendatur?* Ebr. 12. v. 29. *Deus noster ignis consumens est.*]

24. Emanatio Sanctissimæ Divinitatis eleganter comparatur cum coloribus in lucerna apparentibus. col. 142. [conf. Matth. 25. v. 1. *Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ.*]

25. Circa tempora Messiæ manifestabuntur omnes sapientiæ species, etiam profundissimæ, vel ipsis quoque pueris. col. 290. [conf. Act. 2. v. 17. *Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus: effundam de Spiritu meo super omnem carnem; & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ, &c.*

26. Dictum illud Talmudicum, quod nempe Deus dixerit ad Doctorem quendam: Si vis, destruam mundum: explicatur ex illo sensu, quod homo vocetur Microcosmus. col. 154. [conf. Luc. 21. v. 25. *Et erunt signa in sole, luna & stellis; & in terris pressura gentium, &c.* & parallela ubi agitur de desolatione Judææ sub allegoria totius Mundi.]

27. Ecclesia Israëlitica (seu Gradus ille Divinitatis, qui regnum dicitur, & ad quem refertur Spiritus sanctus,) denominationes accipit secundum operationes suas: si enim dominium habet in herbas, vocatur Rosa; si in arbores, Arbor fructifera dicitur. col. 166. [conf. Matth. 13. v. 32. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit, &c.* Luc. 13. v. 19. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, &c.*]

28. Interdum Deus appellatur nomine Tetragrammato, cum justi in mundo multiplicantur: cum autem multiplicantur impii, vocatur nomine Elohim. col. 396.

29. Dicta illa Genes. 4. vers. 17. sq. de generatione Chanochi, Irad, Mechujaël, Methusaël, &c. omnia intelligi possunt de prava concupiscentia, ab illo scilicet tempore, quo eadem intravit in hominem, usque ad diem illam, qua debitam suam accipiet mercedem. col. 169. [conf. Jac. 1. v. 14. 15. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem.*]

30. Quæ toties dicuntur de Isaaco, quod sese applicuerit ad Metrum Judicii, ea sic intelligenda sunt; quod per mundum propalaverit esse Judicium, & esse Judicem, qui salvare queat & judicare mundum. col. 214. & 241. [conf. 2. Tim. 4, 8. *Reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex.* Jac. 5. v. 9. *Ut non judicemini: ecce Judex ante januam assistit.*]

31. Sicut dici solet: Qui auget scientiam, auget dolores: Ita plerumque quibus multum Sapientiæ largitur DEUS, illi eâdem ad peccandum abutuntur, quod declaratur exemplis Adami, Noæ, Abrahami, Isaaci, Jacobi, Salomonis; solo Mose excepto; & temporibus

poribus Messianis. col. 220. [conf. 1. Cor. 8, 2. *Si quis se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat scire.* 1. Cor. 13, 2. *Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia & omnem scientiam, &c. charitatem autem non habuero, nihil sum.* 1. Cor. 1. vers. 24. 30. *Prædicamus vocatis Judæis & Græcis Christum, Dei virtutem & sapientiam. Christus factus est nobis sapientia, &c.* Eph. 1. v. 8. 17. *Gratia ejus superabundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, &c.* v. 17. *Ut Deus det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, &c.* c. 3. v. 10. *Ut innotescat principatibus & potestatibus, in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis Sapientia Dei, &c.* Jac. 1, 5. *Si quis vestrûm indiget sapientiâ, postulet a Deo.* c. 3. v. 17. *Quæ desursum est Sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, &c.*

32. R. *Jehudah* veniens in locum quendam, ubi eidem Azyma mittebant, respondebat, se pretium pro iis soluturum: illisque mirantibus, dicebat: annon permittetis, ut id faciam per verba Legis? atque sic fecit. col. 247. [conf. Rom. 15. v. 27. Debitores sunt eorum: nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. 1. Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus.*]

33. Dictum illud Cant. 8. v. 8. *Soror nobis parvula*: explicatur de Iisraëlitis, qui propterea dicuntur soror Sancti illius, qui benedictus sit! quia sicut soror & frater respectu hoc privari nequeunt in æternum, ita nec illi à Deo separantur. col. 285. [conf. Matt. 12. v. 50. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mater est.*]

34. Ad locum Ex. 3. v. 5. *Solve calceamenta tua de pedibus tuis*: dicitur: Uxorem hominis vocari pedes ejus. col. 285.

35. Ratio, quare Uxor dicatur, *sicut vitis fructificans.* Psal. 128. v. 3. col. 288.

36. Ubicunque dicitur ויהי *& factum est*, (ut Genes. 22. vers. 1. quamvis non dicatur ויהי בימי *& factum est in diebus* (ut Gen. 14. v. 1. Ruth. 1. v. 1.) semper narratio alicujus ærumnæ vel tribulationis inseritur. col. 292.

37. Dictum illud Psal. 92. v. 13. *Justus ut palma viret*; sic explicatur: quod sicut palma semel excisa, non iterum progerminet nisi multo tempore elapso; ita & mortuo justo quodam, non succedat alius ipsi similis, nisi post multa temporum intervalla. col. 231.

38. De petenda licentia, quoties quis aliquid è Scriptura sacra proponere cupit. col. 294. 257.

39. De Cantico Canticorum, & excellentia Sanctitatis ejus. col. 260.

40 *Litera* ט *Thet* (è voce טוב bonum) à dextris homini adstat, & ab illa oriuntur dies fausti: *sed litera* ר (è voce רע malum) à sinistris adest eidem, & ab illa procedunt dies infausti, qui circundant hominem propter peccata ejus, quæ committit. col. 450.

41. Ubicunque in Scriptura adhibetur vocula אֵלֶּה mysterium partis adversæ (malignorum spirituum) involvitur. col. 482.

42. Locus ille Cant. 8, 6. *Pone me ut signaculum &c.* exponitur de Iisraelitis, qui ita dicunt ad Dominum illum benedictum: quia sigillum semel applicitum, quamvis deinde

de tollatur, attamen vestigium sui ibidem relinquit. col. 515. [confer 2. Tim 2. v. 19 *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt ejus.*]

43. De dicto illo Sapientum n. b. m! Deum confestim è modio tollere peccata. col 485. [conf. Marc. 1. v. 31. *Accedens elevavit eam apprehensâ manu ejus, & continuo dimisit eam febris.*]

44. Lex vocatur תּוֹר turtur; זֹה, hoc, item זֹאת hæc: quorum omnium numeru æqualis est, juxta numerum parvum (qui est ternarius,) col. 480.

45. Ubicunque dicitur, לדוד משכיל *Davidi erudiens:* ut Ps. 32. v. 1. vel Psalmu & similia, subintelligendum, Spiritum sanctum id dixisse. col. 504. [conf. Act. 1. v. 16 *Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus S. per os David, &c.* Act. 2. v. 31. *David Propheta providens locutus est de Resurrectione Christi.*]

46. Ubicunque in Lege scribitur זֹאת sine vav, id ob peccatum quoddam fieri intelligendum est. col. 68.

47. Phrasis יצירה id est, formandi, sensum habet congregandi: sicut dicitur Gen. 2 v. 19. *Et formavit Deus*) i. e. & congregavit) *è terra omnem bestiam agri, & omne volatil cœli, & adduxit ad hominem.* col. 125.

48. Dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ, Deum creasse mundos eosdemque rursus destruxisse: explicatur de populis illis, qui non observant præcept Legis, qui relicti sunt desolati & aridi. col. 129. [Matth. 23. v. 38. *Ecce relinquetur vob domus vestra deserta.*]

49. Quæ sit differentia inter רשע impius: & רע malus: & quod Malus dicatu mastrupator, qui polluit seipsum & polluit terram &c. Impius autem qui elevata man peccat. col. 182.

50. Quod Doctor intelligatur per mare: & Discipuli ejus per fluvios. col. 203. [con fer Apoc. 16. v. 3. *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima vivens mortua est in mari.*]

51. Dictum illud Prov. 31. v. 23. *Notus* בשערים *in portis maritus ejus:* explicatu per phrasin æstimandi: quasi Deus in tantum cuivis innotescat & adhæreat, in quantur ab eo æstimatur in corde suo. (ut sensus sit: Notus ab æstimatoribus Dominus.) col. 27

52. Dictum illud: Gen. 1. v. 21. *Et creavit Deus cetos magnos*; exponitur de Jacob & Esavo. col. 327.

53. Lingua sancta adjutorium est, ad perficienda quæ fiunt, & quæ dicuntur. co 219. & 220.

54. E dicto illo Gen. 11. v. 6. (*Et omnibus est labium unum*, & *hoc incipere eoru ad faciendum &c.* & v. 7. *& confundamus labium eorum:*) patet, quod omnia depen deant à sermone hominum. col. 221.

55. Phrasis *Exeundi*; dicitur de eo, qui penitus transfert domicilium suum è loc priori fixo; phrasis *eundi* autem, dicitur de eo, qui proficiscitur, quocunque vult. co 223. & col. 226.

56. Quicunque in somnio videt fluvium, pacem & tranquillitatem nanciscetur: sic dicitur Jes. 66 v. 21. *Ecce ego declino ad eam tanquam fluvium, pacem.* col. 432.

57.

57. E loco illo Cant. 2. v. 17. *donec aspiret dies, & fugiant umbræ:* monentur homines, mundum hunc fugacem esse & vix uno oculi ictu durare. col. 261.

58. Dictum illud Cant. 3. v. 6. *Quæ ista ascendens è deserto sicut columnæ fumi.* pulcrinè explicatur. col. 301.

59. Dictum illud Eccles. 9. v. 10. *Omne quod invenerit manus tua ad faciendum, in virtute tua fac:* non sumendum est in malam partem. Non enim hoc ipso habenæ laxantur nobis. col. 417.

60. Locus ille Nahum. 1. v. 12. *Num pacifici? & certè multi &c.* eleganter explicatur. col. 444.

61. Nemo tanta mercede beabitur in mundo venturo, ac ille, qui omnibus viribus id urget ut cognoscat mysteria Legis: deque hujus excellentia videatur. col. 310. [conf. Matth. 11. v. 12. *A diebus Johannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*]

62. Qui contemplatur id quod didicit à Magistro suo; & contemplatur Magistrum ipsum in eodem studii genere, ille plus proficere potest in sapientia illa. col. 428 [conf. Hebr. 12. v. 2. *Adspicientes in autorem fidei & consummatorem Jesum &c.*]

63. Vox רוגז exacerbatio seu ira aliquando etiam sumitur de benedictione & in bonam partem col. 451. Ubi dicitur: duas esse iras, alteram sub benedictionis genere comprehensam, & alteram sub genere maledictionis. col. 415. Et exempli loco allegatur Isaac, è quo prodierunt Jaacob & Esav; quorum alter erat benedictio, & alter maledictio. [Joh. 11. v. 33. *Jesus, ut vidit eam plorantem &c. infremuit spiritu & turbavit seipsum.* & v. 38. *Jesus rursum fremens in semetipso, venit &c.* Actor. 17. v. 16. *Incitabatur Spiritus Pauli in ipso, videns Idololatriæ deditam civitatem.* Hebr. 10. v. 24. *Et consideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum.*]

64. Sicut homo in varia dividitur membra atque articulos, certis gradibus sibi invicem innexos & supra se invicem elevatos; è quibus omnibus tamen exurgit unum corpus: Sic quoque omnia creata, quæ in mundis sunt, membra sunt supra sese invicem disposita, & quando omnia debito ordine considerantur, unum sunt corpus. Ad instar Legis, quæ in varios etiam articulos distributa, & unum tamen corpus est. col. 319. Et in Exodum col. 287. & 252. [conf. Rom. 12. v. 4. 5. *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra.* 1. Cor. 10. v. 17. *Unus panis, & unum corpus multi sumus: nam omnes de uno pane participamus.* 1. Cor. 12. v. 12. *Sicut corpus unum est, & membra habet multa; omnia autem membra corporis unius cùm sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus.*]

LUMEN LEGIS.
è dictis in
EXODUM.

1. Encomium Legis, & excellentia illius, qui in ea studet à mediâ nocte & ulterius. col. 79.

2. Adhortatio ad studium Legis , eò quod Adversarii dentur Supra & infra. col. 97.

3. Cum Jisraëlitæ operam dant Legis studio, infringitur robur Idololatrarum; nihilque tam est robustum, quod istos æquè retundat ac studium hoc: unde Lex etiam vocatur Robur. Col. 102.

4. Sanctus ille benedictus filum aliquod Gratiæ è luce illa occultata in illos derivat, qui in Lege student nocturno tempore. col. 265.

5. Nemo mortalium perfecte vocari potest nomine אדם seu hominis, nisi cum studio Legis incumbit. col. 153.

6. Nihil dicitur mundi nomine, nisi illi, qui studium Legis amplectuntur: Plebeji autem vocantur bruta. col. 159.

7. Furari scientiam Magistri sui in Lege, licitum est. col. 166.

8. Omnia occulta quadantenus adumbrantur in Lege, & deinde magis paulò revelantur, donec tandem plenè in lucem prodeant: quæ quidem à prudentibus conspiciuntur; à stultis autem negliguntur, quia occultantur aliis narrationibus. col. 176. Ubi & simile de his proponitur. col. 177. [conf. 1. Cor. 10. v. 11. *Hæc omnia in figura contingebant ipsis: Scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines seculorum devenerunt.*]

9. Cum homines in Lege student , Sanctus ille benedictus totam suam Aulam convocatam sic alloquitur: En vobis populum istum sanctum, quem in mundo creavi col. 277. [conf. Luc. 15. v. 7. *Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia* v. 10. *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.*]

10. Non est studendum in Lege tempore pomeridiano diei Sabbathi; in memoriam, quod circa hoc tempus mortuus sit Moses Magister super quo pax! & idcircò Lex ibidem finitur. col. 278.

11. Quantum boni reconditum sit pro eo, qui surgit media nocte, ut in Lege studeat, & preces fundat: quodque iste mercedem accipiat cum Justis qui in Paradiso. col. 307.

12. Admonitio seria ad studium Legis: quia qui in bello Legis præliatur, pacem in mundo multiplicat. col. 98.

13. Qui nocte media surgit, ut in Lege studeat, vocatur Filius Sancti illius benedicti & quicunque id præstare desiderat, is certò poterit, & nihil eum impedire valebit. col. 116.

14. Adhortatio strenua ad studium Legis. col. 238.

15. Illa hora, quâ Jisraëlitæ occupantur studio Legis, gaudium magnum exoritur coram Sancto illo, qui benedictus sit. col. 277.

16. Dictum illud Eccl. 7. v. 20. *Sapientia roborabit Sapientem:* explicatur de illis, qui amplexantur studium Legis; ubi hæc eosdem defendit ab omni malo. col. 278. [conf. Ephes. 6. v. 10. *Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus.*]

17. Cu

17. Cum illi, qui in Legis ſtudio verſantur, multis cibis ſupernis è ſupremo omnium loco nutriantur, quæritur, quare iidem debiliores ſint, cæteris hominibus? Rationem invenies. col. 108 & 109. [conf. 1. Tim. 5. v. 23. *Noli adhuc aquam bibere; ſed modicò vino utere, propter ſtomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.*]

18. Cum homines in ſtudio Legis negligentes ſunt, Vis ſuperna, ſi ita dicere fas eſſet, debilitatur: Unde cæteri diſcipuli ſapientum alacriter inſtigandi ſunt, ut curſum ſuum ferventiſſimè proſequantur. col. 277. [conf. Matth. 13, 58. *Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.*]

19. Increpatio vehemens & exclamatio acerbiſſima contra Creaturas (i. e. homines) qui non auſcultant, ut Legis ſtudio delectarentur, & cultum DEI ſanctiſſimi benedicti proſequerentur. col. 308.

20. Nocte media ſurgat homo & in Lege ſtudeat, usque ad lucem diei, ac deinde in Synagogam eat. col. 52.

21. Qui ſocium ſuum non informat in Lege, idem facit, ac ſi idolum ex illo faceret, quia hic tandem in omnes impietatis gradus proruit & præcepta Legis transgreditur. Plebejus enim ſuſpectus eſt de delictis omnibus. col. 165.

22. De præmio illius, qui in ſtudio Legis ſeſe exercet nocte media. fol. 25. col. 100.

23. Prohibitum eſt Ethnicum informare in Lege. col. 197.

24. Inſignis adhortatio ut homines ſemper occupentur ſtudio Legis. col. 218.

25. Encomium Legis & præmium illius: nec non admonitio ad ſtudium ejusdem. col. 57.

26. Sexcentas & tredecim Conſilii ſpecies Lex præbet hominibus, ne à Legis tramite deflectant. col. 147. & fol. 37. col. 3.

27. Lex data eſt per Ignem & per tenebras; quo docemur, eum, qui illius ſtudium amplectitur, defendi ab igne & tenebris infernalibus. f. 149. [conf. Matth. 8. v. 12. *Filii regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Matth. 22. v. 13. *Ligatis pedibus & manibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

28. Qui in hoc mundo ad hunc gradum aſcendere meretur, ut ſtatis temporibus in Lege ſtudeat, is hoc è veræ fidei propoſito & in DEI honorem faciat. col. 399.

29. Is qui à Lege non ſeparatur, duplicem accipere meretur vitam, hujus nempè mundi, & mundi venturi. Et quid è contrario accidat ei, qui non obedit, ut in ea ſtudeat. col. 154.

30. Quilibet monetur, ne ex ore ſuo proferat verbum aliquod è Lege, quod non intelligat, vel quod non acceperit à Magiſtro ſuo. Quia ſcriptum eſt: Exod. 20. v. 4. *Non facies tibi ſculptile* &c. col 155.

31. Quodlibet præceptum quod homo implet in hoc mundo, fit radius, qui ipſum illuminabit in mundo venturo: Lex ipſa autem eidem fit Lux, radium illum emittens. col. 293.

32. Lex homini manifeſtatur pedetentim, flectitque animum ejus ad amorem variarum

riarum sui expositionum, donec evadat in hominem magnum atque insignem: quod illustratur per simile de sponso & sponsa. col.177.

33. Prohibitum est è libris alienis, qui non tractant de Lege vel rem minimam, discere, multò minus talia, per quæ Lex explicari debeat. col.218.

34. Legem intuitus est Deus sanctissimus benedictus, cum conditurus esset mundum; & illa fuit architecta ejusdem. col.284.

35. Encomium Legis: quodque is qui in Lege studet, idem faciat, ac si mundum de novo conderet. Cujus ratio traditur. col.284. [conf. 2 Cor.5,17. *Si quis in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova.* 2.Cor.6.v.15. *Quæ autem conventio Christo ad Belial?* Eph.2.v.10. *Ipsius sumus factura, creati in Christo Jesu ad opera bona &c.* Eph.4.v.24. *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est.*]

36. Encomium illius, qui in Lege studet; & multò magis illius, qui ejusdem præcepta observat. col.293. [conf. Luc.11.v.28. *Assumsit Petrum, & Jacobum & Johannem: & ascendit in montem, ut cum illis oraret.*]

37. Encomium illius qui Legis studio detinetur, quodque Is eripiatur è triplici judicio in mundo hoc; & è judicio angeli mortis; & è judicio inferni. col.350. [conf. Joh. 5.v.24. *Qui verbum meum audit &c. habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transiit à morte in vitam.*]

38. Encomium & excellentia illius, qui Legis studium amplectitur. col.391.

39. Quanta pœna maneat illum, qui cum applicari queat ad nexum verborum Legis, & illum negligit. col.444.

40. De excellentia illius qui nocturno tempore invigilat studio Legis; & quomodo hæc ab eo accipiatur per animal quoddam, quod appellatur בזק i. e. fulgur. col. 441. [conf. Matth.28.v.3. *Erat autem aspectus ejus, sicut fulgur.* Apoc.4.v.5. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua &c.*]

41. Dantur præfecti quidam (Angeli scilicet;) qui observant illos, qui occupati sunt studio Legis, & inter istos sese immiscent, ut simul studeant in Lege. col.449. [conf. 1.Pet.1.v.12. *Quibus revelatum est, quia non semetipsis, sed nobis ministrabant ea &c.*]

42. Dantur præfecti quidam, qui per præconium exclamant horrendas quasdam maledictiones super illum, qui filium suum abstinet à studio Legis. col. 459. Ubi etiam agitur de præmio habitus, prodeuntis ab ore infantum è Schola. [conf. Matth. 21. v. 15. *Videntes principes sacerdotum & pueros clamantes in templo, & dicentes Hosanna, &c.*]

43. Triginta duo Præfecti dantur illorum, qui Legis studio occupantur continuò; nec cessant sive noctu sive interdiu. Et alii sunt Præfecti illorum, qui statis temporibus in Lege student. Et si præfecti puniunt omnes eos, qui in Lege studere possunt, nec id tamen faciunt. col.460. [conf. Luc.2.v.37. *Hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens die ac nocte.*]

44. De præmio illius, qui in lege studet, & unire potest Nomen Sancti illius benedicti. col.460.

45. De pœna illorum gravissima, qui cavillantur verba Legis & Sapientum. col. 475.

Sequun-

Sequuntur loca quædam propter analogiam ad hunc Titulum reducta.

1. Ubicunque reperitur נער juvencula sine ה intelligitur virgo, antequam cognoverit virum. Sed נערה dicitur eodem sensu, juvencula, quæ virum jam admisit. col. 68. & col. 406.

2. Sanctus ille, qui benedictus sit, Israëlitas vocavit Regnum sacerdotale: imò eousque eosdem amavit, ut eos vocet Populum sanctum & gentem sanctam, & viros sanctos. col. 213. [conf. 1. Pet. 2. v. 5. *Ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, &c.* v. 9. *Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Ap. 1. v. 6. *Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & patri suo.* Ap. 5. v. 10. *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.*]

3. Ubicunque reperitur אורח semita, ibi intelligitur via quædam noviter facta, דרך autem denotat viam à multo jam tempore factam. col. 388.

4. Locus ille Jesch. 21. v. 12. *Dixit custos: Venit mane, & etiam nox.* &c. egregiè & prolixè explicatur de exilio Israelitarum, interrogantium quasi Deum; & quasi idem responderet. col. 231.

5. Locus ille, Cant. 2. v. 17. *Donec aspiraverit dies*, &c. explicatur de redemptione ultima. col. 59.

6. Quandoque Sanctus ille benedictus vocatur תורה Lex, item עץ Arbor. col. 106.

7. Quandoque idem quoque vocatur לב cor: sicut dicitur Is. 73. v. 26. *Petra; cor meum.* col. 226.

8. *Tres insignes Moysi occurrerunt difficultates, juxta literas Nominis ejus* משה*: nimirum circa* מנורה Candelabrum in tabernaculo fabrefaciendum: circa שקלים seu Siclos, quos Iisraëlitæ contribuere debebant: & circa החדש seu mensem, quinam scilicet sanctificandus esset in mensem primum. col. 281.

9. De excellentiâ Cantici Canticorum videatur. col. 255.

10. Vox עם seu populus denotat tales, qui confregerint corda sua pro cultu divino: cùm enim dicitur Deut. 27. v. 9. *hodie* נהיית *factus es in populum*: vox illa נהיית habet sensum confringendi. col. 283.

11. Quare pupilla vocetur filia oculi? col. 365.

12. Non facienda est distinctio inter sectiones, imò ne quidem inter singulas voces, ubi non distinxit Moses Magister noster, super quo pax! col. 364.

13. Cum Deus interrogare dicitur: Quis habet dominium in me? & respondetur: Justus: quia Deus decernit decretum aliquod, & iste idem infringit. Id non ita intelligendum, quasi hic reluctari queat Domino. col. 361.

14. Explicatio dicti illius Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Ipse, tanquam princeps coram Rege; & Ego tanquam servus, habetur col. 24.

15. Justi vocantur Reliquiæ populi. col. 95.

16. Iidem vocantur, Vasa; Vasa Domini. col. 390.

17. Explicatio dicti illius Sapientum nostrûm bonæ memoriæ! Inter Israëlitas Propheta talis non surrexit, sed inter Gentiles surrexit: Quis autem ille? Bileam. col. 37. & 122. Ubi sensus dicitur esse talis: quod sicut ex parte Sanctitatis nemo sit superior Mose; sic ex parte impuritatis nemo fuerit superior Bileamo.

18. Justi & Pii, qui in hac vel illa ætate vivunt, vocantur Facies Gloriæ cohabitantis; quia Gloria cohabitans propter illos præsens est. col. 288 [conf. 2. Cor. 4. v. 6. *Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Jesu Christi.*]

19. Sanctus ille, qui benedictus sit, vocatur Domus: sicut dicitur: Num. 12. v. 7. *in omni domo mea fidelis est.* Item Jesch. 56. v. 5. *& dabo eis in domo mea & in muris meis, manum & nomen, &c.* col. 160.

20. Quæ sit ratio dicti illius Sapientum nostrorum, bonæ memoriæ! Quicunque in Lege tantùm studet, (& eam nō observat) is similis est ei, qui nullū habet Deum. col. 208.

21. Ubicunque occurrit vocula אלה, isti, illi; ibi innuitur genus adversum. col. 424.

22. Quare dixerint Sapientes nostri bonæ memoriæ: Haud licitum esse viro, in speculo se intueri. col. 483

23. Ubicunque occurrit Vox דרך via, intelligitur via publica & lata: sed ubi occurrit נתיב semita, intelligitur trames minor. col. 95. [conf. Matth. 3. v. 3. *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.*]

24. Cùm dicitur 2. Reg. 4. v. 9. *Novi, quod Vir DEI, sanctus est:* quæritur, unde illa hoc sciverit? Nimirum, cùm ille mane surgeret, de lecto ejus ascendebat odor suavis, sicut odor Paradisi: cum surgentibus aliis hominibus odor fœtidus ascendat. col. 76.

25. Explicatio dicti illius Psal. 33. v. 18. *Ecce oculus Domini ad timentes eū.* Cùm tamē multos reperiamus justos, qui ne quidē tantum cibi habent, quantum corvus. col. 404.

26. Cùm dicitur קדש sine vav, sublimius quid intelligitur in sanctitate, quàm קדוש sanctus. col. 213.

27. Sanctus ille benedictus assimilatur Cervæ & capreæ, quia hæ, quamvis procul abeant è loco quodam, mox tamen revertuntur in locum suum: quod idem etiam facit Sanctus ille, qui benedictus sit. col. 245.

28. Cum Sanctus ille benedictus Decalogum promulgaret Iisraëlitis, ad præcepta singula istos interrogabat, utrum hoc vel istud in se suscipere vellent, an minùs? cum annexis pœnis & promissis. col. 260.

29. Ubicunque viri & mulieris simul fit mentio, ambo masculino genere notantur: & omne quod accidentaliter inest alteri, nomine principalis appellatur. col. 263.

30. Cùm dicitur Ps. 127. v. 1. *Nisi Dominus custodiverit civitatem, &c.* intelligitur Halitus, qui prodit ex ore puerorum in Schola Magistri sui discentium: è quo deinde formatur vox, & extenditur per mundum. Et ipsi sunt custodes mundi. col. 69.

31. Lex tradita est mense tertio, cui præsunt in Zodaico Gemini; in quibus os reperitur atque lingua; quo docemur, hominem in Lege studere debere die ac nocte, juxta Ps. 1. v. 2. Joh. 1. v. 8 col. 139.

32. Ubi-

32. Ubicunque dicitur ויהי & factum est: quamvis non addatur בימי in diebus &c. aliquid miseriæ connotatur. col. 249.

33. Cùm dicitur Deut. 6. v. 5 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota vehementia tua*: unum non est separandum ab altero; quia non dicitur, vel ex tota anima tua, &c. col. 286.

34. Mundus Creativus subtilis est admodum: Formativus non usque adeò: Factivus autem crassissimus omnium. col. 330.

35. Cùm Puncta & accentus denotent mysteria sublimia; quæritur, quare mysteriis istis careat Liber Legis. col. 368.

36. Eden sive Paradisus terrestris, unde prodiit Fluvius ad irrigandum hortum propter Eden sive Paradisum supremum atque sanctum occultatus & reconditus est: si enim revelandus fuisset locus Paradisi inferioris, revelandus etiam fuisset locus Paradisi superni atque sancti. col. 377.

37. Locus ille ubi de Elia dicitur 1. Reg. 17. v. 9. *Ecce præcepi ibi mulieri viduæ ad alendum te*: sic intelligendus est, ut decretum hoc jam factum esse supponatur à DEO, antequam Elias venisset in mundum. Quod notandum & de Præcepto corvis dato, ibid. v. 4. col. 397. & 348.

38. Cùm duæ quædam res occurrunt, quarum altera occulta & altera manifesta est, ambæ appellantur juxta nomen rei manifestæ: sicut exempli gratia, Pectorale & Ephod sive Thorax Sacerdotis magni, ambo vocantur Ephod sive thoracis nomine; ita ut nominato thorace, Pectorale etiam subintelligatur. Sic nomen Adonai manifestum est, & Tetragrammaton occultum, unde hoc per Nomen Adonai legitur. col. 413.

39. Si Benedictio non quiescit super re numerata, (prout dici solet:) quæritur quare ergò omnia & singula numerata sint apud tabernaculum divinum; & sic quoque decimæ? col. 403.

40. Opus tabernaculi & sanctuarii consummatum est per se ipsum: & sic quoque opus cœli & terræ; quia scriptum est: Gen. 2. v. 1. *Et perfecti sunt &c.* nempe per se. Et quamvis scriptum sit ibid. v. 2. *& perfecit Deus in die septimo, &c.* hoc tamen sic intelligendum, quod adveniente Sabbatho, hoc ipso perfectum fuerit totum opificium cœlorum & terræ. col. 399.

41. Quæritur quare Deus præceperit Abrahamo, ut ligaret Jizchak filium suum; & nō ipsi Jizchako, ut sese ligaret? Ratio hæc est, quia nisi Abraham (id est, Gratia,) ligasset Isaacum (id est, judicium severissimum) nihil de Jisraële mansisset superstes. col. 462.

42. Quadraginta & novem literæ sunt in Nominibus Tribuum Jisraëliticarum. col. 25.

43. Ex eo quod dicitur: Ex. 19. v. 3. *Et Moscheh ascendit ad Deum, & vocavit eum Dominus*: discimus; quod verum sit illud; qui initium facit ut purificetur, hunc adjuvant. col. 460. [conf. Matth. 9. v. 22. *Confide filia, fides tua salvam te fecit.* Marc. 9. v. 24. *Credo Domine, adjuva infirmitatem meam.*]

44. De loco Deut. 26. v. 3. *Annunciavi hodie Domino Deo tuo, &c.* ubi dicendum videtur: Deo nostro. Vid. col. 141.

45. Quæ venia petenda sit, si quis coram majoribus quædam differere velit. col. 170.

46. Illa hora, quâ Pueri abeunt in domum studiorum, & in domum precum, Deus assumit animam illam, eâque delectatur, eique dat munera varia. col. 175.

47. Juxta locum illum Iesch. 54. v. 13. *Et universi filii tui erunt docti Domini*: dicitur, quod Deus virtutem largiatur pueris ut studeant in Lege; quod nisi foret, illi studium hoc sustinere non possent. col. 300.

48. De eo, quod dicitur: Rem adeò esse difficilem, atque Deo erat fissio Maris rubri: quæritur; an ergo fissio maris rubri difficilis dici queat Sancto illi benedicto? col. 301.

49. Ubi Deut. 6. v. 5. dicitur: *de toto corde tuo*: intelligitur utraque concupiscentia, tam bona, quam mala. Fatendum enim homini est, quid acceperit de parte boni & de parte mali. col. col. 307.

50. Qui novit universale, & non etiam particularia illa, quæ ex universali isto fluunt, similis est ei, qui triticum feminat, & illud comedit prout crevit. col. 312.

51. Locus ille Jesch. 66. v. 5. *Dixerunt fratres vestri, odio habentes vos, abominantes vos propter nomen meum, &c.* intelligendus est de opprobriis illis & contumeliis, quibus populi mundani nos conviciantur. col. 329.

52. Omne opus, quod noviter in mundo producitur, à Deo jam constitutum est (in potentia) intra sextiduum creationis. col. 348.

LUMEN LEGIS
è dictis in
LEVITICUM.

1. Dicta Sapientum nostrorum nullo sanè casu in dubium vocanda: ne historia quidem R. Nehoræi, qui submersus in mari, per miraculum salvatus, & certis quibusdam viis deductus est in ima Maris profunda, & pervenit in habitationem quandam &c. col. 15.

2. Non prius vastata Hierosolyma, nisi postquam neglexerunt Legem. col. 37.

3. Quicunque non amplectitur studium Legis, non fit particeps Mentis, nec spiritus, sed Psychen tantùm accipit: & supplicium ejus est maximum. col. 41.

4. Idem prolixiùs diducitur. col. 126.

5. Encomium illius, qui occupatus est studio Legis. col. 31. & 37.

6. De præmio illius, qui pertigit ad gradum Magisterii, & informat secundùm tradita. Et de pœna illius, qui gradum informandi non attigit, & tamen informat. col. 154.

7. In lucerna tres sunt colores ignis; albus nimirum, niger, & cœruleus; quibus similes sunt Lex, Prophetæ, & Hagiographa. Lex enim vocatur Lucerna, & lumen. col. 56. [conf. Luc. 24. v. 44. *Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Moysis, & Prophetis, & Psalmis de me.*]

8. Encomium & præmium illorum, qui occupantur studio Legis; quodque hi sublimiores sint, quàm Propheta mundi. col. 60.

9. Qui-

9. Quicunque amplectitur studium Legis non opus habet victimis & holocaustis, quia Lex sublimior his omnibus. col.60. [conf. Hebr.10.v.14. *Unâ oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.*]

10. Qua ratione Lex oblivioni tradenda sit donec veniat Rex Meschiach. col.103.

11. Quicunque diligit Sanctum illum, qui benedictus sit! vero amore cordis sui, tenetur media nocte surgere ut in Lege studeat: & magna est merces ejus. col.119.

12. Quanta sit gloria & quam insigne sit præmium ejus, qui continuò studio Legis detinetur. col.123.

13. Prohibitum est in Lege informare talem, qui non habet characterem sanctum, & quanta sit illius pœna. col.130.131.132.

14. De laude atque præmio illorum, qui in Lege student, prolixè agitur & varia narrantur. col 136.

15. Si homines intuerentur ea, quæ scripta sunt in Lege, non peccarent. col.142.

16. Encomium Legis insigne; quodque cum eo, qui non studet in Lege nullum habendum sit commercium, nec approximandum sit eidem. col. 144. [conf. 2.Tim.3, 6. *Hos devita: sunt enim ex his, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis &c.* Rom.16,17. *Observetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis.* 1.Cor.5,11. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, &c. cum hujusmodi ne cibum sumere.* Tit.3,10. *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem devita.*]

17. Encomium Legis, simile aliud; quodque eadem æquipolleat omnibus sacrificiis; & quod ipsa nequeat pollui, quia homo per eam purificatur. col.146. [conf. Matth. 9.v.13. *Euntes discite, quid sit: Misericordiam volo; & non sacrificium.* Actor.15.v.9. *Fide purificans corda eorum.*]

18. Surgendum esse nocte media & studendum in Lege. col.146.

19. In quo non est Lex, in illo non est honor. col.148.

20. Si magno quis tenetur desiderio studendi in Lege, & neminem tamen invenit, qui ipsum doceat; ipse tamen præ nimio amore hoc studium aggreditur ipse, & hinc inde balbutit; illius singula verba ascendunt ante Sanctum illum benedictum; &c. qui magnas exinde plantat arbores, quæ vocantur Salices rivi. col. 155. [conf. Act.8,31. *Quomodo possum (intelligere,) si non aliquis ostenderit mihi?*]

21. Quicunque conatur cognoscere mysteria Legis, & tamen improbus est; circa illum multi sunt angeli perditionis &c. qui cogitationes ejus confundunt, ne ingrediatur in id, quod suum non est. Qui verò probus est, & hoc studium amplecti desiderat, de eo omnes benè loquuntur, eumque introducunt. col.165.

22. Quicunq; studet in Lege, idem facit ac si studeret circa Nomen sanctum: & quicunque sese à Lege separat, is procul abit ab ipso DEO sanctissimo benedicto! col.170.

23. Quantum sit præmium & quanta sit excellentia illius, qui media nocte surgit, ut discat in Lege. col.171.

24. Doctores & studiosi Legis vocantur domus, sive prædia urbana intra muros extructa: & qui non sunt studiosi Legis vocantur domus sive prædia rustica. col.210.

25. Claritas & perspicuitas Legis nocturno tempore major est, quam diurno. col.39.

26. Beatus ille, qui amplectitur Legem: sed Væ illi, qui Legem non amplectitur. col.41.

27. Prohibitum est in Lege informare Gentilem; & quamvis factus sit proselytus, attamen nisi observet præcepta Legis, habendus adhuc est pro ethnico; & vetitum est, eundem docere verba Legis. col.130. col.131.132. In specie autem col. 170. dicitur: eum qui verba Legis tradit homini non proselyto, falsificare Legem & Prophetas & Hagiographa. [conf. Matth. 10. v.5. *Ad duritiem cordis vestri, scripsit vobis præceptum illud.* Actor. 10. v. 45. *Et stupuerunt ex circumcisione fideles, quia & in gentes gratia Spiritus Sancti effusa est.* Actor. 11. v.3. *Quare introisti ad viros præputium habentes & manducasti cum illis.* v. 18. *Glorificaverunt Deum, dicentes: Ergò & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*]

28. Dictum illud Deut. 29. v.29. *Abscondita Domino Deo nostro, & revelata nobis & filiis nostris* &c. sic explicatur, ut per abscondita intelligatur timor & amor Dei; quos nemo novit nisi Deus solus: per revelata autem, studium Legis. col.165.

29. Quicunque in lege student ut propterea mercedem accipiant, illi vocantur servi: & qui studium hoc amplectuntur citra respectum mercedis, vocantur filii. Et super illos, qui mercedis gratia student, constituti sunt præfecti quidam, qui vocantur servi, qui illis mercedem suam præbent. Illis autem, qui citra respectum mercedis student, ipse Deus ille Sanctissimus atque benedictus mercedem dat. col. 48. [conf. Rom. 8. v.15. *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater.* Matth. 20. v.8. *Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos.* Gal. 4. v.7. *Jam non est servus, sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum.*]

30. De excellentia illius, qui studet in Lege; deque pœna illius, qui eandem negligit. col.94.

31. De excellentia illorum, qui studium Legis exercent nocte media. col.87.

32. Qui amplectitur Legem, amplectitur ipsum Deum Sanctissimum atque benedictum. col.108. [conf. Joh. 14. v. 21. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.*]

33. Sanctissimus ille Deus benedictus Jisraëlitis dedit animas sanctas, ut studeant in Lege: de quorum excellentia vide col.121.

34. Verba Legis dicuntur Aquæ frigidæ. col.114. [conf. Luc. 16. 24. *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam &c.* Matth. 10. v.42. *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, &c.*]

35. De excellentia illius, qui nocte media in Lege studet. col.115.

36. Quicunque delectatur in Lege, nihil penitus timet. col.121. [conf. 1. Johan. 4. v. 18.

v.18. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foràs mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate.*}

37. De præmio & excellentia illius, qui nocte media surgit, ut in Lege studeat. col. 222.

38. Encomium illius, qui nocte media surgit, ut in lege discat, & quid de eo exclament; & quomodo eidem benedicant. col.20.

39. Qui verba legis adeo è corde suo tollit, ut eadem obliviscatur, idem facit ac si oblivisceretur ipsius Dei sanctissimi atque benedicti. col.21.

40. Si quis nocturno tempore surgit ut in Lege studeat, eidem Lex manifestat peccata sua, ad instar matris, quæ castigat filium suum. col.40.

41. Encomium illorum qui in lege student, præsertim nocturno tempore. col.61.

42. Quicunque in lege studet, præsertim nocturno tempore, & nocte media surgit, & studet, vocatur filius Dei sanctissimi benedicti. col.171.

43. Quicunque in Lege studet, tenetur elevare vocem suam. col.68.

44. De excellentia illius qui in Lege studet, & quomodo de eo proclamationes fiant. Qui verò in Lege non studet, ab eo aufertur præsentia divina, & custodes illi, qui custodiunt hominem, eum deserunt. col.92.

45. Insigne encomium illius qui studiosus Legis est. col.109.

46. De excellentia & præmio illius, qui in Lege studet: & pœnâ ejusdem, qui eam negligit. col.184.

Sequuntur Loca *quædam ob similem materiam ad hunc Titulum relata.*

1. Quod circa initium Anni, & diem Expiationis conciones fieri debeant inter multos. col.11.

2. Interdum Benignitas Abrahami vocatur Nomine אל DEI, interdum etiam Severitas. fol.13. col.52.

3. Anima discipuli Sapientum vocatur Sabbathum, & festum; & anima superemin ens. Sed psyche plebeji & idiotæ vocatur brutum. col.49. [conf. Apoc.22. v.15. *Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, &c.*]

4. Quando Deus sanctissimus atque benedictus decretum aliquod decernit, Scriptura sic de eo loquitur, ac si illud jam esset factum; quamvis nondum factum sit; quia scilicet certissimè fiet. col.54.

5. Quomodo conciliand a sint dicta illa, Lev.21.v.17. *Vir de semine tuo &c. cui fuerit macula non accedet ad offerendum panem Dei sui.* Et illud: Jesch.57.v.15. *Habitabo cum contrito & humili spiritu.* col. 173.

6. Multæ animæ sunt in homine; nulla tamen illorum licentiam habet loquendi coram Deo sanctissimo atque benedicto, exceptâ illâ, quæ vocatur Neschamah seu Mens. Quare eadem vocatur Spiritus loquens. col.81.

7. Ad

7. Ad dictum illud Psal. 39. v. 7. *Veruntamen in imagine ambulabit Vir* : & dicitur; quod hæc Imago Jisraëlitis detur de loco sancto : Idolotatris autem de loco immundo. col. 199.

8. Cùm scriptum sit Gen. 2. v. 17. *In die illa, qua comederis ex illa, moriendo morieris*: quæritur quare mors statuta sit omnibus creaturis (i. e. hominibus) cum tamen non omnes creaturæ peccaverint, sed Adam solus? col. 207.

9. Liber Psalmorum conscriptus est juxta decem genera canticorum; inter quæ supremum omnium est Hallelujah. col. 193.

10. Plebeji idiotæ servi sunt populorum mundanorum. col. 49.

11. Dictum illud Lev. 19. v. 32. *Ante canitiem surge & honora faciem senis*: explicatur de Libro Legis, coram quo surgendum est; & facies senis exponitur de Pentateucho; multò magis autem intelliguntur Discipuli sapientum. col. 167.

12. Quamvis prohibitum sit in hoc mundo lætitiam capere è rebus mundanis: lætari tamen verbis divinæ Legis licitum est. col. 100.

13. Quicunque dicit, Legem tantùm enarrare res mundanas, illius spiritus crepet. col. 282.

14. Dictum illud Cant. 5. v. 16. *Iste dilectus meus, & iste socius meus*: sic exponitur; ut per dilectos intelligantur illi, qui non semper præsentes sunt alicui: qui verò semper præsentes sunt, dicantur socii. col. 2.

15. De Nominibus sanctissimarum Numerationum, אלהים : יה & similibus videatur col. 16. & col. 17.

16. Deus ipse sanctissimus atque benedictus, item Lex, & pariter circumcisio, Nomine Fœderis vocantur. col. 131.

17. Deus ille sanctissimus atque benedictus vocatur Aqua vitæ seu viva. col. 18. [conf. Joh. 4. v. 10. *Si scires &c. tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* Johan. 7. v. 38. 39. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.*]

18. Locus ille Cant. 8. v. 7. *Si dederit Vir omnem substantiam domus suæ pro amore contemnendo, contemnent eum.* Sic explicatur, ut per voculam בוז contemnendo, intelligatur dies secunda, & sexta atque septima festi Tabernaculorum; quibus effundebatur Aqua & vinum super altare. col. 97. [conf. Joh. 7. v. 37. *In novissimo die magno festivitatis, stabat Jesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*]

19. Dictum illud Lev. 4. v. 22. *Cum Princeps s. Prælatus peccaverit* &c. sic exponitur; si nempe cor ejus extollatur super populum; col. 39. [conf. Matth. 24. 49. *Si servus cœperit percutere conservos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, &c.*]

20. Egregia explicatio illius Dicti sapientum nostrorum: si quis incipit purificari, illum adjuvant. col. 98.

21. Dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ: Expiate me, quia diminui Lunam; explicatur col. 142.

22. Dictum illud Lev. 6. v. 1. *Et erit cum peccaverit & deliquerit* &c. sic exponitur, quod

quod quis restituere teneatur quod corrupit. Sicut scriptum est, Num. 5. v. 8. *Delictum restitutum Domino* &c. col. 163.

23. Dictum illud Prov. 21. v. 17. *Qui diligit vinum & oleum, non ditabitur*; sic exponitur, ut aliæ divitiæ huic dicantur esse paratæ. col. 70.

24. Jisraëlitis tribuitur nomen Zijon. col. 59.

25. Sicut Pisces & locustæ non subsunt regulis de legitima mactatione; sed sufficit quod colligantur: ita Discipuli sapientum non subsunt morti; sed colliguntur: sicut dicitur Gen. 49. v. 33 & aggregatus est ad populos suos. col. 73. [conf. Matth. 3. v. 4. *Esca ejus erat, locusta &c.*]

26. De discipulo qui nondum pertigit ad gradum docendi & docet, vid. col. 73.

27. Ad dictum illud sapientum nostrorum: Si mulier semen suum emittat prior, ipsa pariet masculum: quæritur: cum Deus ipse sanctissimus atque benedictus decernat de quavis gutta seminali, utrum exinde masculus pronasci debeat an fæmina; quomodo illud intelligendum. vid. col. 73.

28. Dictum illud Eccles. 2. v. 13. sic exponitur: *Et vidi ego, quod utilitas esset sapientiæ ad stultitia*, eum qui discere vult sapientiam, quoque discere atque scire oportere stultitiam. col. 83.

29. Quia dicitur Gen. 1. v. 27. *Et creavit Deus* את האדם *hominem in imagine sua*: hinc patet quod nomen Adam, præstantius sit quàm nomina גבר vir; אנוש homo; איש vir. col. 84.

30. Præmium illorum qui fulciunt & sustentant manus discentium Legem, major est, quam ipsorum Legis studiosorum, quia scriptum est. Prov. 3, 18. *Sustentantes eam, beati*. col. 94.

31. Dictum illud Psalm. 133. v. 1. *Ecce quàm bonum & quàm jucundum*; exponitur de Discipulis sapientum, qui student in Lege, similesque sunt præliantibus invicem, & tamen in fraterna hoc faciunt societate, ita ut tandem invicem uniantur cum Gloria cohabitante. col. 106.

32. Quod nemo debeat exponere Legem, coram Magistro suo. col. 107.

33. Dictum illud Cant. 2. v. 14. *Columba mea in scissuris petræ, in abscondito gradus*. Sic exponitur, ut per eos qui in fissuris &c. intelligantur studiosi Legis; & per eos, qui in abscondito gradus, pii illius generationis. col. 109.

LUMEN LEGIS
è dictis in
NUMEROS.

1. Quicunque dicit Narrationes Legis, alium non habere sensum, quàm illius simplicis historiæ, istius crepet spiritus. col. 282.

2. Rumpantur ilia illius, qui dicit, narrationes Legis tantùm continere res vulgares. col. 288.

3. Quicunque studium Legis prosequitur, idem facit, ac si omnes totius mundi victimas offerret; & Deus sanctissimus atque benedictus condonat ei omnia peccata ejus; multique eidem throni parantur pro mundo venturo. col. 302. [conf. Luc. 22. v. 30. *Ut sedeatis super thronos, judicantes duodecim tribus Jisraël.*]

4. Mundus non est creatus in alium finem, nisi ut Jisraëlitæ studeant in Lege: Et Deus sanctissimus ipse, & Lex, & populus Jisraël uniti sunt invicem. col. 306.

5. Anima sive Mens hominis est vasculum Dei sanctissimi benedicti: non autem utitur eâdem, nisi prius eandem depuraverit Igne Legis: sicut scriptum est: Jirm. 23. v. 29. Nonne sic? Verbum meum tanquam ignis. col. 289. [conf. 2. Tim. 2. v. 21. *Si quis se emundaverit ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino ad omne opus bonum paratum.* Act. 2, 3. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, seditque super singulos eorum: & repleti sunt omnes Sp. S. &c.* Matth. 3, 11. *Ipse vos baptizabit in Spiritu & igne.*]

6. In Dicto illo Deut. 29. v. 29. *Abscondita Domino Deo nostro, & revelata nobis & filiis nostris:* per abscondita intelliguntur mysteria Legis; & per manifesta, sensus literalis & allegoricus sive tropicus. col. 302.

7. Quicunque in Lege studet, vocatur Pius col. 409.

8. Omnis doctrina Sapientum nostrorum, sive Mischnicorum sive Gemaricorum, structa est super mysterio Legis. col. 452.

9. Cùm verba Legis prodeunt ex ore Jisraëlitarum, Michaël & Gabriel tanquam Legati DEI ipsius sanctissimi atque benedicti ad eos advolant, quia hic habitat in illis. col. 421. [conf. Joh. 14. v. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*]

10. De præmio illius qui magis semper magisque in lege studet, vid. col. 528.

11. Redemptio Jisraëlitarum ab exilio, seu lytron eorum erit per Legem, quæ vocatur Argentum, à כסף, quod sit res omnium desiderabilissima. col. 339. [conf. Matth. 20. v. 28. Marc. 10, 45. *Filius hominis venit, ut ministraret, & daret animam suam redemtionem pro multis.* 1. Pet. 1. v. 18. *Scientes, quod non corruptibilius aurô vel argentô redemti estis, de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi &c.*]

12. Quicunque studet in Lege, idem facit, ac si singulis diebus staret in monte Sinai & acciperet Legem. col. 341.

13. Quicunque occupatur studio Legis, eundem non tangunt fata stellarum & planetarum. Contrarium autem accidit plebejis idiotis, qui in lege non student. col. 397.

14. Quicunque non honorat Legem & eos, qui in eâ student, primus est qui judicatur festo novi anni. col. 424. [conf. Joh. 12, 48. *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum: sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.*]

15. Non esse tradenda arcana Legis, alicui qui ineptus est. Nec negligendas & vilipendendas esse coronulas & apices Legis. col. 451. [conf. Matth. 7, 6. *Nolite sanctum dare canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis: & (canes) conversi dirumpant vos.* Matth. 5. v. 18. *Amen dico vobis: donec transeat cælum & terra, jota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*]

16. Qui-

16. Quicunque occupatus est studio Legis, vocetur Rex in duobus mundis: quia bis scriptum est: Ps. 24. v. 7. & 10. *Quis est iste Rex Gloriæ?* col. 471.

17. Homo non debet manifestare verba & arcana Legis, donec ipsi detur licentia. col. 556.

18. Encomium Legis, & quantū sit præmium illorū qui in eâ student semper. col. 227.

19. In Lege occurrunt literalia, in quib. tamen occultantur arcana summa. Sicut enim Angelus non potest videri in mundo hoc, nisi induat indumentum humanum: sic multò magis Lex divina; in qua stulti tantum contuentur vestem; sapientes autem non ita. col. 288. [conf. Gal. 4. v. 24. *Quæ sunt per allegoriam dicta.*]

20. Lex vocatur Chebron (quasi urbs Sociorum;) quia, qui illius studio detinetur vocatur חבר socius. col. 304.

21. Qui studet in Lege, liberatur à spiritibus noxiis. col. 297. [conf. Luc. 8, 2. *(Erant cum illo) mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus.*]

22. Qui Legem præscindit, i. e. qui dicit Legem cessare, & officio functam cum enarravit res mundanas; illius dies præscindentur. col. 307.

23. In illum locum, ubi Discipulus sapientum in hoc mundo novas expositiones edit super Legem, idem etiam post mortem suam redire solet: & multò magis, si inibi consederint sapientum discipuli & studio legis indulgeant. col. 404. [conf. Matth. 18, 20. *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*]

24. Encomium Legis elegantissimum. col. 335.

25. Summam hominis excellentiam consistere in eo, si quis studio Legis detineatur noctu atque interdiu in occulto, & non in publico. col. 347. [conf. Matth. 6. v. 4. *Sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo.* v. 6. *Tu cùm oraveris intra in cubiculum tuum: & clausô ostiô, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo.*]

26. Quanta sint merita illius, qui novas expositiones invenit super Lege. Col. 353.

27. Encomium & præmium illorum, qui in Lege student; quodque cum Pestis in mundo grassatur, Deus perditori præcipiat, ne illos tangat. col. 343.

28. Encomium legis & illorum, qui ejus studio delectantur, nec ullam ob causam desistendum esse ab ea: deque pœna illius qui hoc studium negligit. col. 512.

29. Nihil tantopere promovet Redemptionem Jisraëlitarum ab exilio, quàm Lex divina, si illius studium hi decenter prosequantur. col. 515.

30. Studium Legis melius est, quàm omnia sacrificia, ad impedienda & rescindenda decreta judiciorum divinorum severissima. col. 524.

31. Encomium & præmium illius qui studium Legis amplectitur; & pœna ejus, qui illam negligit. col. 234.

32. Non manifestandum esse cuivis, cum quis est studiosus Legis, nisi necessitas exposcat. col. 300.

33. Encomium Legis, & illius qui ejus studio delectatur. col. 281.

34. Encomium Legis ex ore Doctoris illius Sancti, R. Schimeon ben Jochai. col. 316.

35. Encomium illius, qui nocturno tempore in Lege lucubrat. Hanc enim ob causam noctu homines evigilant è somno; quamvis arbor mortis dominium habeat in mundum: ne quis dicere queat, si experrectus essem, noctu, in Lege studuissem. col. 229.

36. Qui in itinere est, studio legis occupetur; quod melius est, quàm aliud quidvis. col. 499.

Sequuntur Loca quædam, propter analogiam materiæ ad hunc Titulum relata.

1. Ubicunque occurrit phrasis דיבור seu verba faciendi, ibi elevanda est vox: sed ubi occurrit phrasis אמירה seu dicendi; ibi non opus est elevare vocem. col. 251.

2. Ubicunque dicitur יוי אלהים, Tetragrammaton Deus, ibi Nomen intelligitur plenum. col. 262.

3. Ubicunque occurrunt nomina duplicata (ut Abraham, Abraham &c.) ibi accentu distinguuntur eadem; excepto Loco, *Moscheh Moscheh:* Exod. 3, 4. col. 208. & col. 484.

4. Non alia loquendi formulâ magis exprimitur dolor & angustia spiritus & animæ, quàm cum præ anxietate cordis exclamant: Pater noster. col. 379. [Marc. 14, 36. *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt &c.* Rom. 8, 15. *Accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater.* Gal. 4. v. 6. *Misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem: Abba Pater.*]

5. Egregia explicatio dicti illius Ps. 51. v. 19. *Sacrificia Dei spiritus contritus.* col. 444.

6. Discipuli sapientum similes sunt poculo benedictionis. col. 422. & col. 454. [conf. Matth. 26. v. 27. *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes.* 1. Cor. 10. v. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?*]

7. Membrum aliquod hominis, quo quis implevit præceptum quoddam Legis, dicitur Gratia, benignitas, clementia: & quo quis commisit peccatum, dicitur judicium, ira, indignatio, furor. col. 479.

8. Silentium intelligitur per Stationem: Ezech. 1, 21. Stant enim, dum homo silet, membra pleraque immota, ut cor, pulmo, arteria aspera, dentes, labia &c. col. 328. [conf. Matth. 13, 2. *Et omnis turba stabat in littore.*]

9. Quamvis interdum duo vel tres versiculi sensum habeant occultum: mox tamen iterum textus sequitur apertus: & mox iterum sequitur sensus occultatus. col. 330.

10. Ubicunque occurrit aliquid Masculini, quamvis vel centum Fœminina simul immisceantur, omnia tamen Masculino genere efferuntur. col. 349.

11. Discipuli Sapientum, quibus sunt liberi sancti, ad Legem tam oralem quàm scriptam discendam idonei & proni, vocantur duo Altaria. col. 363.

12. Discipuli Sapientum similes dicuntur leonibus: è quorum tamen ore facilius eripi potest præda, quàm ex ore leonum naturalium. col. 362.

13. Per os intelligitur gradus & potentia, quæ ab excelsis traditur omnibus creaturis. Exempli gratia, os asinæ denotat gradum & vim quandam asinæ traditam. Et sic in

sic in cæteris. [confer Act. 10, 34. *Aperiens autem Petrus os suum, dixit.* Apoc. 12. 16. *Aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.*]

14. Manna, quod descendebat in deserto, vestiebatur vestimentô quodam, [id est, naturam quandam corpoream induebat:] sicut Asa & Asael, [duo quidam Angeli lapsi,] cùm descenderunt, vestiti sunt vestimentô hujus mundi. col. 384. [confer Apoc. 2. v. 17. *Vincenti dabo edere Manna absconditum.*]

15. Ubicunque dicitur: וַיְדַבֵּר *Et elocutus est*; וַיַּגֵּד *Et annunciavit.* וַיְסַפֵּר *Et narravit*, וַיֹּאמֶר *Et dixit*; singula sensum habent proprium. col. 305.

16. Locus ille Ex. 3, 5. *Solve calceamenta tua desuper pedibus tuis:* explicatur de faciendo divortio ab uxore sua. col. 342.

17. Locus ille Ex. 20. 6. *Et faciens misericordiam millibus diligentibus me, & custodientibus præcepta mea:* sic explicatur, ut intelligatur Revolutio pro bonis, quod ea vel mille vicibus fiat: cùm è contrario impii saltem ter revolvantur: juxta illud Jobi 33, 29. *Ecce ista omnia operabitur Deus vicibus tribus cum viro.* col. 396.

18. Mos est Legis-peritorum, qui arcana illius nôrunt, margaritas eloqui Discipulis suis sensu admodum occultatô: ut cum dicunt, mulierem quandam unâ fœtatione uterô gestasse sexaginta myriades infantum: [ubi intelligunt Mosen:] item ovum quoddam delapsum inundasse sexaginta urbes, &c. In omnibus enim sublimia latent mysteria. col. 356. [conf. Matth. 7, 6. *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos.*]

19. Antequam promulgaretur Lex divina, omnia dependebant ab influxu stellarum; etiam liberi, vita, & alimenta. Cùm autem Lex traderetur Iisraëlitis, Deus ille Sanctissimus atque Benedictus illos, qui studio Legis sese dedunt, exemit è subjectione astrorum. col. 357.

20. *Ubicunque dicitur* וַיְהִי *Et factum est:* ibi subinnuitur ærumna quædam. Si autem dicitur: *Et factum est in diebus &c.* indubitatò casus aliquis lamentabilis subindicatur. 425.

21. Quinquagesies in Lege mentio fit Exitus ex Ægypto. col. 500.

22. Ubicunque dicitur *Canticum graduum*; nec additur, quis illud composuerit: ibi intelligitur à Spiritu Sancto hæc dici de Iisraëlitis in exilio detentis. col. 507.

22. Ubicunque in Sohar dicitur הִיא Illa: ibi intelligitur litera ultima nominis Tetragrammati; & denotatur Numeratio ultima Divinæ Emanationis, in qua nulla unquam est divisio. col. 422. & 477.

23. Lex Divina dicitur Panis: Et præceptum unum sive ritus unicus, vocatur massa, sive forma panis unica, כִּכָּר. col. 451.

24. Discipuli Sapientum vocantur Adam & Iisraël. Sed plebeji & Idiotæ non vocantur Adam nec Iisraël; sed servi Iisraëlitis venditi: quia non aliter quàm bruta se habent. Et huc refertur illud Ezech. 34, 31. *Et vos pecus meum, oves pascui mei, Adam estis.* Ubi per oves & pecus intelliguntur plebeji; voce Adami autem Discipuli Sapientum. col. 237.

25. Deus ille Sanctissimus atque Benedictus dicitur gaudium. col. 394. [conf. Rom.

 14, 18.

14, 18. *Regnum Dei non est cibus & potus, sed justitia, & pax & gaudium in Spiritu Sancto.* 1. Petr. 1. v. 8. *Exultabitis lætitia inenarrabili & glorificatâ.*]

26. Hillel & Schammai inter gradus sublimes referebantur hôc modô, ut ille ad benignitatem; hic verò ad Severitatem spectaret. col. 453.

27. Psalmus vigesimus: *Exaudiat te Dominus in die angustia, &c.* utiliter recitatur super fœmina difficultate partûs laborante. col. 462.

28. Quicquid in se parvum & exiguum est, de sublimibus tamen cùm prædicatur, gloriosum & excellens atque magnificum aliquid denotat. col. 565.

29. Quia Deus ille Sanctissimus atque benedictus multis vocatur nominibus atque gradibus; quæritur an propterea in illo sit multiplicitas sive divisio. col. 478.

30. Corpus hominis vocatur ellychnium. col. 486. [conf. Matth. 12, 20. *Linum fumigans non extinguet.*]

31. Animæ justorum vocantur herba agri & aves mundæ. col. 399.

32. Omnis ille, in quo est Spiritus Sanctitatis, vocatur Angelus. [confer Matth. 11, 16. *Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Apoc. 14. 6. *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli.*]

33. Explicatio dicti illius Sapientum: Deo nihil placuisse in Iisraëlitis quàm paupertatem &c. col. 522. [conf. Matth. 5, 3. *Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*]

34. Illo tempore, cùm Iisraëlitæ intrarent in terram sanctam, omni locô, quô incedebant, audiebatur vox quædam dicens: *Hæc est Lex illa, quam statuit Moses coram filiis Israel.* Deut. 4. v. 44. Atque hinc intelligitur illud Jes. 24. v. 16. *Ab uno extremo terra ad alterum cantus audivimus in gloriam justo.* col. 551.

35. Idolum illud, quod coluerunt in Ægypto, in cœlis vocatur Abominatio Ægyptiorum. col. 466.

36. Discipuli Sapientum vocantur Sabbathum & Festa: quia aluntur à plebejis & idiotis, sicut Sabbathum & Festa nutriuntur à diebus profestis. col. 236.

37. Psalmus centesimus, qui dicitur Psalmus pro laude seu confessione: & Psalmu 149. *Cantate Domino canticum novum*; vocantur Pupilli. vid. col. 324.

38. Lex sine mandatis vocatur sterilis. col. 400. [conf. ad Gal. 4, 27. *Lætare sterilis quæ non paris.*]

39. Ratio, quare Iisraëlitæ huc illuc nutent, cum Legis studiô detinentur: non si autem cæteri populi. col. 402. 403. [conf. Matth. 11. v. 7. *Quid exiistis in desertum vide re? arundinem vento agitatam?*]

40. Explicatio elegans dicti illius Sapientum: tres sociari in producendo homine Deum nempe cum Patre & Matre. Ubi simul explicatur dictum illud Gen. 1. vers. 26 *Faciamus hominem.* col. 403.

41. Septem partes inveniuntur in arbore, nimirum radix, cortex, medulla, rami, folia, flores, & fructus. Eodemque modo septem sunt genera explicand Legem; nimirum sensus Literalis; sensus Homileticus; sensus Allegoricus; sensu

Cabba

Cabbalisticus sive Mysticus; sensus Arithmeticus; Arcana occulta; & Arcana occultissima: qui singuli iterum subdividuntur in decem modos alios, ut hinc exurgant septuaginta. col. 373.

42. Egregia explicatio de Sacrificiis. col. 444. & 445.

43. Multæ describuntur pœnæ illorum, qui micas ciborum negligunt; qui profundunt semen; & qui negligunt Legem, col. 411. [conf. Joh. 6. v. 12. *Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.*]

44. Egregia & prolixa explicatio de ultima Numeratione, quæ vocatur Corona Iisraëlis, & quàm variis illa vocetur nominibus, ratione gestorum variorum. col. 477.

45. Cùm de Mose dicatur: *Et Deus clamavit ad Mosen.* Lev. 1. v. 1. de Bileam autem dicatur Num. 22. vers. 9. *Et venit Deus ad Bileam:* quæritur, annon Bileam sic habeatur pro digniore & honoratiore? Simile autem datur de leproso, qui ad portam clamat: ubi Rex foras prodit eumque increpat, ne propiùs ascendat ad filium suum. col. 370.

46. Quod sigillum Dei sit אֱמֶת veritas, quâ denotetur, DEUM esse unum: ubi simul explicatur dictum illud: Deut. 6, 4. *Dominus Deus tuus Dominus &c.* quodque hæc tria unum sint; & in hoc consistit Sigillum Dei, nempe Veritas. col. 307.

47. Illud quod dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ! ventum Septentrionalem esse apertum: explicatur de Spiritibus, qui creati dicuntur vespera Sabbathi inter Soles, ita ut nulla ipsis tributa sint corpora. col. 339.

48. De Moyse dicitur: Exod. 3. v. 5. *Solve calceamenta tua*; & de Josua: Jos. 5. v. 15. *Solve calceamentum tuum.* col. 280.

49. Gigantes vocantur רְפָאִים, id est, remissi seu relaxati, quia cùm debilitarentur, dimidia saltem corporis illorum pars debilitabatur, medietate alterâ incolumi. Mortuâ autem medietate priore, accipiebant herbas venenatas, quibus comestis moriebantur: & quia sic cogebantur seipsos occidere; hinc vocabantur רְפָאִים id est, αὐτόχειρες. R. Jitzchak dicebat, illos in mare magnum prosiliisse, ibique submersos sic esse mortuos. col. 305.

50. Mori dicitur & ille, qui delabitur, adeoque descendit è gradu illo, in quo prius erat, juxta illud: *Et mortuus est Rex Ægypti.* Ex. 2, 23. col. 256.

51. Fœmina dicitur filia hujus vel illius, antequam nubat alicui: postquam autem matrimonium contraxit, dicitur mulier sive uxor. col. 330.

52. Locus ille: *Et factum est post diem tertiam, ut Esther vestiretur regno.* Esth. 5. v. 1. sic explicatur, quod debilitatio corporis [v. g. per jejunium, ut fecerat Esther] sit corroboratio spiritus. col. 348. [conf. 1. Cor. 9. v. 27. *Sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* 2. Cor. 12. v. 9. *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur.*]

53. Pectus linguâ Arabicâ vocatur כֹּחַ id est, fortitudo, vel potentia, vis &c. Hinc intelligi potest locus ille Ex. 15. v. 6. *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine.* col. 371.

54. Iisraë-

54. Iisraëlitæ scripturam habent & linguam, ita ut in singulis literis intueri queant formam atque figuram (sublimem) prout decet. Populi autem mundani, nec scripturam, nec linguam habent, nec contemplari aliquid vel scire possunt. col. 376.

55. Cum scriptum sit: Malach. 3, 6. *Ego Dominus, & non mutor:* quæritur, quomodo impii benignitatem Dei mutare queant in judicium. col. 256.

56. Deus ille Sanctissimus atque Benedictus vocatur אֵל, id est, Deus fortis; ut indicetur, illum potentem esse super omnem Deum: Et vocatur אלהים; ut indicetur, illum esse judicem omnium judicum supernorum: Et vocatur אדון quia est Dominus omniũ dominantium. Eademque est ratio omnium reliquorum nominum Dei. col. 395.

57. Mysterium Cantici simplicis, & duplicis, & triplicis, & quadruplicis, explicatur col. 401. 416.

58. Ubicunque dicitur: Et factus est dies: ibi intelligitur initium anni. col. 224.

59. Ratio, quare carnis esus prohibitus fuerit Adamo Protoplastæ, & concessus filiis Noach. col. 442.

60. Quæcunque dixerit Paterfamilias, id est, Deus; id facias: exceptò casu, quo dixerit: Exi. col. 451.

61. Quod futuris temporibus regnum superborum tollendum sit è terra. col. 456.

62. De dicto illo Sapientum, nihil incipiendum die secunda, & nihil finiendum die quartâ. vide col. 521. & 545.

63. Ubi scriptum est נָשָׂא sensu portandi, ibi denotatur onus. Sed ubi scriptum est נְשִׂיא sensu tollendi, ibi denotatur ablatio oneris. col. 459.

64. Ubicunque occurrit vox מָתְנַיִם, ibi intelliguntur lumbi & pars illorum superior. Sed ubi dicitur חֲלָצַיִם: ibi intelligitur pars femorum & inferior. col. 397.

65. Cùm Deus Legem traderet Iisraëlitis, pactus quasi est cum populis mundanis, ne præ invidia exhinc contractâ nocerent Iisraëlitis: ubi simul adducitur simile aliquod. col. 355.

66. Explicatio illius dicti Eccles. 9. v. 10. *Omne quod invenerit manus tua ad faciendum, in virtute tua fac.* col. 338.

67. Cùm in Historia de vitulo Ex. 32, 28. cecidisse è populo dicuntur tria fermè millia: in Sohar hoc ita explicatur, quasi è Iisraëlitis ne unicus quidem homo mortuus esset. col. 358.

68. Nominum Balak, Bileam, & Amalek duplex expositio. col. 368.

69. De Regno Emanativo & Creativo vid. col. 537.

70. De Sene decrepito Sanctissimo, & Microprosopo videatur col. 561.

TITU-

TITULUS SECUNDUS,
DOMUS PRECUM.

E Dictis in
GENESIN.

1. De præmio illius, qui pronuntiationi literæ ד in voce אחד sub recitatione Lectionis, Audi Israel, diu immoratur. col. 2. & 8.

2. Tria sunt precum genera, alterum altero sublimius: Oratio; Clamor; & Lachrymæ. Oratio fit voce silente: Clamor voce elevatâ; Lachrymæ autem superant omnia. col. 314. [conf. Heb. 5, 7. *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum salvum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.*]

3. Quod homo teneatur elevare vocem suam sub precibus, & attollere oculos suos in cœlum. col. 314. [conf. Joh. 11. v. 41. *Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater &c.* Joh. 17. v. 1. *Hæc locutus est Jesus, & sublevatis oculis in cœlum, dixit: Pater &c.*

4. Preces dicuntur Scala in terra consistens & summitate suâ cœlum attingens. col. 347.

5. Quicunque desiderat, ut preces ejus acceptæ sint coram Deo illo Sanctissimo; is studio Legis occupetur. col. 448.

6. Quandoque non opus est, ut homo clarâ voce preces suas fundat; sed sufficit, si tacitè id faciat. col. 457.

7. Locus Jesch. 10 v. 30. *Jubilando eleva vocem tuam filia Gallim*; exponitur de eo, qui laudaturus est Sanctissimum Deum nostrum, atque benedictum; ita tamen, ut eidem sit vox dulcisona; quam nisi habeat, vocem quoque non elevet. col. 523.

8. De præmio illius, qui est è numero decem illorum, qui primi sunt in synagoga. Ubi simul exponitur dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Quod Sanctissimus Deus noster atque benedictus irascatur, si ibidem non inveniat decem: adducto pariter simili. col. 44.

9. De pœna illius, qui garrit in Synagoga, quod Deus avertat. col. 45.

10. Prohibitum est super impiis orare, ut moriantur; sed orandum saltem est, ut convertantur. col. 268.

11. Cum Ecclesia respondet; Amen! sit nomen ejus magnum, &c. remissionem habent & quietem, illi qui judicantur in Gehenna. col. 194. [conf. 1. Cor. 14. v. 16. *Si benedixeris Spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet: Amen, super benedictionem tuam, &c.*]

12. Qui fundit preces suas, distinctè pronunciare tenetur voces singulas, ut accepta sit precatio ejus. col. 387.

13. Ne precetur homo precationem suam, antequam splendet Sol. col. 403.

14. Patriarchæ quotidie ter orant pro Israelitis. col. 474.

15. In oratione pomeridiana, quæ Minchah dicitur, cautior esse debet homo quàm in aliis precibus. col. 488. & 414.] conf. Act. 3. v. 1. *Petrus & Johannes ascendebant in Templum, ad horam orationis nonam.* Act. 10. v. 30. *Cornelius ait: A die abhinc quarto usque ad hanc horam, orans eram horâ nonâ in domo mea.*]

16. Cùm homo peregrè abiturus est, preces priùs fundere debet ad Dominum suum ut in sese derivet custodiam divinæ præsentiæ. col. 488. [conf. Act. 20. v. 36. *Cum hæc dixisset, positis genibus suis, oravit cum omnibus illis.*]

17. Cum cantatur Hymnus Paschalis [Psalmus nempe 113. 114. 115. 116. 117. 118. requiruntur tria hominum genera; Pii nempe, reputati ad dextram; Justi reputati ad sinistram: & Iisraëlitæ ubique locum habentes. col. 495. [conf. Matth. 26. v. 30. *Et hymnô dictô exiverunt in montem oliveti.*]

18. Hoc tempore, cùm nulla nobis sunt Sacrificia; Oratio supplet locum sacrificiorum. Et qui benedicit Sanctissimo Deo nostro atque benedicto, is bendictionem ab eodem accipit: qui verò non benedicit Domino huic Sanctissimo, nullam quoque accipit benedictionem. col. 525. [conf. Hebr. 13. 15. *Per CHRISTUM ergò offeramus hostiam laudis semper DEO, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus, &c. Beneficentia & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.*]

19. Oratio Ecclesiæ non revertitur inanis: & quare id ita fiat? Item quod oratio pauperis superet cæteras omnes. col. 385. fol. 97. & col. 386. [conf. Act. 12. v. 5. *Oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro Petro.*]

20. Perpetuò præmittere homo tenetur Laudem Dei sui; & deinde precetur: quod didicimus à Jacobo. col. 327.

21. De ordine precum matutinarum & nocturnarum vid. col. 485 & 486.

22. Quod Sanctissimus ille DEUS atque benedictus eum, qui solus orat, quàm accuratissimè examinet, utrum dignus sit, cujus oratio accipiatur, an minùs: quod non contingit, si quis orat cum Ecclesia. col. 495.

23. Licet quis non possit attentè meditari super versiculis Psalmorum (ne eosdem intelligat:) nihilominùs eosdem recitare tenetur: & sic quoque in precibus. col. 514.

24. Certum est, si quis meminerit sacrificiorum in Synagogis sive Oratoriis, & Auditoriis sive Scholis; illi nullum inferri posse damnum, ab angelis commemorantibus peccata ejus; sed hos potiùs prodesse ipsi. col. 261.

25. Qui attendit, quando Sanctissimus ille atque benedictus accepturus sit orationem suam: vocatur, *ægritudine cordis affectus* juxta Proverb. 13. v. 12 col. 447. 448.

26. Qui iter facturus est, priùs oret. col. 452 & col. 507.

27. Qui iter facit, & non priùs consilium habet cum Deo illo sanctissimo atque benedicto, (id est, preces ad eum fundit:) infidelis est, & vocatur stultus. col. 186.

28. Unde id discatur: quod profundenti lachrymas inter preces suas, annihiletur sententia judicialiter contra ipsum lata: nempe ab expemplo Leæ. col. 470.

29. Qu

29. Quare Angeli ministratorii non adjungant se illi, qui precatur linguâ Aramicâ, seu Syriaca: (ut nempe orationem ejus ad Deum deferant.) col. 243.

30. Quo ordine locentur Angeli illi, Michaël, Gabriël, Raphaël & Uriel; primus nempe ad dextram; secundus, ad sinistram Schechinæ; tertius ante eam; & quartus post illam. vid. col. 258.

31. Qui cum attentione cordis recitat versiculum primum Lectionis; Audi Iisraël, &c. eidem hoc sic imputatur, ac si se ipsum obtulisset ad martyrium pro sanctificatione nominis divini; hæresque fit quadringentorum mundorum. col. 300.

32. Quia juxta dictum illud Sapientum, quilibet Magistrum suum timere debet, ut Deum ipsum; hinc nemo orare debet à tergo Magistri sui: quia hoc ipso ostenderet, se tantam non habere reverentiam erga Magistrum suum, quantam habet erga Deum. col. 314.

33. *Oratio* pauperis transcendit omnia: hinc homo corde contrito fundat preces suas. *col.* 386.

34. Cùm quis noctu cubitum iturus est, prius legat Lectionem Audi Iisraël &c. & versiculum aliquem de amore divino. col. 412.

35. Cùm congregantur in Synagoga, decem; & unus ex illis abit; huic DEUS ille sanctissimus atque benedictus irascitur. col. 445.

36. Quamvis homo confessus sit peccata sua anni præteriti, & convertatur; utile tamen est eadem confiteri omni tempore. col. 216. [conf. Matth. 6. v. 12. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*]

37. Qui orare vult pro remissione peccatorum suorum, primò animum eò dirigat, ut ipsum priùs peccatum expurget; sicut dicitur: Thren. 3. v. 40. *Scrutemur vias nostras, & inquiramus, & revertamur ad Dominum.* col. 483.

38. *Liber Legis* cùm ejicitur è Loco suo, ut exulare cogatur in loco quodam alio, expiationem quidem infert peccatorum illius generationis: sed væ illi generationi, in quâ hoc fieri necesse est. col. 474. & 475.

39. Ratio elegans, quare precatio nocturna sit arbitraria. col. 486.

40. Inter preces nostras hæc quoque formula occurrit: & meminit Gratiæ Patribus exhibitæ: quia merita Patrum non abolentur in æternum. Et cùm Iisraëlitæ in tribulatione sunt, DEUS intuetur iconem Jacobi, insculptam Throno gloriæ; & propter illum eripit Iisraëlitas. col. 385. [conf. Luc. 1. v. 72. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.* Et Joh. 16. v. 23. ubi pro Patribus substituitur Christus: *Amen, amen, dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*]

41. Iisraëlitæ ter in die recitant versiculum Jes. 6. vers. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum: plenitudo totius terræ est gloria ejus:* quia ter ita canunt Angeli sancti per noctem. col. 424.

DOMUS PRECUM.

è Dictis in

EXODUM.

1. De præmio illius, qui debitè in se suscipit jugum Regni Cœlorum. col. 283. [conf. Matth. 11. v. 29. *Tollite jugum meum super vos, &c.*]

2. Quia scriptum est Ps. 100. v. 2. *Servite Domino in lætitia*: quæritur, quomodo acceptæ possint esse preces illius, qui in mœrore est, ita ut lachrymæ ex oculis ejus promanent? col. 292. ubi plura de dignitate illius, qui cum lachrymis orat.

3. Dum labia hominis mussitant sub precibus, cor ejus attentionem habeat, & devotè ad Deum dirigatur: & nocte implebitur desiderium ejus. Excedit enim ex hoc mundo, & anima ejus ab ipso egressa redit ad Dominum suum. col. 382.

4. Qui in mediis precibus cessat, easque præscindit, ille præscindetur: qui preces abbreviat, illius dies abbreviabuntur, &c. col. 318.

5. Admonitio seria, ut homo cum attentione preces suas fundat. fol. 28. col. 112.

6. Antequam precatus est homo orationem suam, non componitur anima ejus in ipso, quamvis etiam in Lege studeat. col. 386.

7. Quatuor ordinationes fiunt in precibus: ordinatio suiipsius; ordinatio mundi hujus; ordinatio mundi superni; & ordinatio ipsarum precum: Prima fit commemoratione sacrificiorum: secunda commemoratione operum hujus mundi in formula illa: Benedictus, qui dixit: Tertia commemoratione turmarum cœlestium in formula Hallelujah: Quarta fit per octodecim formulas Benedictionum. col. 387.

8. Multa sunt genera precum; sed clamor transcendit omnia. col. 34.

9. Illô tempore, cùm Sacerdotes expandunt manus suas; gloria Divina advenit, & implet manus eorum. col. 403. [conf. Luc. 24. v. 50. *Et sustollens manus suas, benedixit eis.*]

10. Cùm oratio cujusdam repellitur, quia indigna est, quæ ingrediatur ante Regem Sanctum, hæc traditur in manus Angeli cujusdam, qui vocatur Sahadiel. Et si homo ille verâ pœnitentiâ convertitur, & aliam orationem precatur meliorem & decentiorem, prior illa rejecta cum secundâ hac suscipitur. Si autem homo iste non convertitur, genus adversum orationem illam accipit, & commemorat peccata istius hominis. col. 401.

11. De dicto illo, quod portæ lachrymarum non claudantur, vid. col. 440.

12. Datur animal quoddam inter Angelos, cui nomen Basak, id est, fulgor. Et Angelus iste hanc habet præfecturam, ut numeret omnes illas preces, quæ ascendunt; & omnia illa verba Legis, de quibus tractatur nocturnô tempore, cùm exurgit aquilo, & nox fit media. col. 441.

13. Qui ex ore suo profert verbum aliquod non necessarium, & qui polluit os suum, vel aliàs peccat coram Domino suo, nec convertitur vera pœnitentia; illius preces non accipiuntur, donec pœnitentiam egerit. col. 448. [conf. Matth. 12. v. 36. *Dico*

autem

autem vobis: quod omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.]

14. De excellentia precum, & de decem primis, qui in Domo precum sive Synagoga conveniunt. col. 448.

15. Quàm acerbum sit supplicium illius, qui intermittit & cessat inter tredecim illas laudes formulæ illius ישתבח à verbis illis שיר ושבח usque ad verba ברכו col. 231.

16. Tredecim præcepta dantur in verbis illis Deut. 6. v. 5. *Et diliges Dominum Deum tuum*; usque ad verba v. 9. *Et in portis tuis.* col. 286.

17. De numeratione dierum manipuli, & quare eandem stando fieri oporteat: quodque mulieres ab illa sint liberæ. col. 319.

18. Encomium & excellentia illorum, cum Deus in Synagogam advenit, & ibi invenit decem, & quanta pœna sequatur, si non inveniat decem. col. 290.

19. De septem Benedictionibus in copulatione Sponsi & Sponsæ recitatis vid. col. 299. & in Genesin col. 157.

20. In formula Benedictionis, quæ recitatur super copulatione novorum Conjugum, quæ incipit: *Qui creavit gaudium & lætitiam &c.* decem enarrantur species Gaudii. col. 300.

21. De precibus, quæ sedendo funduntur cum tota materia precum vide col. 315.

22. Nomen Dei celebrandum esse quàm optimè, & vero magnoque amore super illo meditandum: item de mysterio & sanctitate Lectionis: Audi Jisraël &c. & quâ ratione quis tradere seipsum debeat Deo totum. col. 387. & 388. [Conf. Rom. 12. v. 1. *Obsecro vos, fratres, per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra (i. e. vos ipsos) hostiam viventem.*]

23. Quicunque comedit & bibit illotis manibus, & sine Benedictione desuper recitata, de eo intelligendus est locus: Lev. 19. v. 26. *Non comedetis super sanguine:* & ille accusatur in supernis, ac si esset præstigiator & augur. col. 386. [Conf. Matth. 15. v. 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, cum panem manducant.*]

24. Dantur præfecti quidam, qui accipiunt illas preces, quæ emittuntur ab his, qui Dominum suum ritè sanctificare nôrunt. Et deinde alii quoque dantur præfecti, qui preces illorum accipiunt, qui sanctitatem nominis Divini non deprædicant, prout decet: & utræque preces simul uniuntur. col. 444.

25. Oratio requirit attentas cogitationes & propositum Spiritûs liberum, & pronunciationem verborum. col. 448.

26. In Oratorio sive Synagoga faciendæ sunt duodecim fenestræ. col. 450.

27. Locus ille: Ezech. 1. v. 8. *Et manus hominis sub alis eorum &c.* sic explicatur, ut per manus has intelligatur officium accipiendi preces Jisraëlitarum, easdemque introducendi, per omnes portas supernas. col. 468.

28. Homo quotidiè tenetur cibum à Deo petere, quamvis cibos jam habeat in do mo sua. col.109.110.

29. Non abeundum est in campum ad peragendas preces, sed extruendum est Oratorium sive Synagoga pulchra cum omnibus requisitis fenestrisque angustioribus. col 105. [Conf. Luc.7.v.5. *Et Synagogam ipse adificavit nobis.*]

30. Summopere monendus est homo, ut cautus sit circa preces pomeridianas, & magnâ devotione super illis meditetur. col.464.

31. Quare necessarium sit, speciatim enarrare peccata sua; cum tamen omnia manifesta atque nota sint coram Deo. col.70.

32. Necesse est, ut homo elevet manus suas tempore orationis suæ, non verò extra hoc tempus. col.118.

33. Oratio pauperis citissimè suscipitur. col.154.

34. Ratio elegans, quare dicamus è Ps 69,14. *Et ego oratione mea ad te Domine &c.* Vid. col.164. Idemque latiùs deducitur sectione Truma. col.278.

35. Qui se non incurvat, sive genua flectit in recitatione formulæ Modim: [cujus verba sunt hæc: Confitemur tibi, quod tu sis Dominus, Deus noster, & Deus Patrum nostrorum in seculum & in sempiternum &c.] non resurget in æternum. col.178. [conf Phil.2.v.9. *Ideò & Deus illum superexaltavit & donavit illi nomen super omne nomen. Ut in nomine Jesu* (& non amplius in nomine, sive mentione facta Patrum) *omne genu flectatur*, (quando recitatur Oratio Confessionis:) *cœlestium:* (i.e. animarum in Paradiso superno degentium;) *& terrestrium* (i.e. hominum in terra degentium;) *& infernorum*, (i.e. animarum in Paradiso inferiore consistentium:) *& omnis lingua confiteatur*; (dùm dicitur in Ecclesiis: Confitemur tibi &c.) *quod Dominus Jesus sit Messias, in gloriam Dei Patris.* (Unde patet, quod formula hæc Modim, in primitivis Ecclesiis sic recitata fuerit: Confitemur tibi, quod tu sis Dominus Deus noster, & Pater Domini nostri Jesu, qui est Messias, in seculum & in sempiternum &c. & quod in ista Confessione flexa fuerint genua, ritu antiquo. Hæc enim formula est è numero octodecim benedictionum, quæ non sunt de recentioribus Judæorum precibus sed antiquissimi jam instituti.]

36. Ratio, quare verba illa, Amen, sit nomen ejus magnum &c. dicantur lingua Chaldaicâ, videatur col.229.

37. Ratio, quare solitarius Hymnum angelicum, Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. in formula illa: &c. ובא לציון dicere possit: cum in aliis formulis, in quibus verba hæc occurrunt, requirantur decem ad minimum. col.229.

38. Nos in recitatione Hymni istius sanctificatorii plus præstamus quam Angeli ministratorii col. 229.

39. De oratione nocturna; quod sit res arbitraria. Et quare formula illa; והוא רחום & ipse misericors est, &c. recitetur diebus profestis; non autem in Sabbatho. Et sic etiam illud: שומר עמו ישראל לעד אמן, & custodit populum suum Jisraël in æternum, Amen. col.230.

40. Egregia explicatio illorum verborum: Et immutat tempora, & ordinat stellas, &c. col.131. & col.134.

41. Quan

41. Quantum sit præmium illius, qui primus accedit in Oratorium sive Synagogam. Ubi simul fit objectio, è dicto illo Sapientum: Deum cum in Synagogam venit & non invenit decem, irasci. ad quam respondetur per simile. col. 232.

42. De acerbissima illius pœna, qui in Oratorio sive Synagoga garrit. col. 233. [confer Matth. 21. v. 12. 13. *Et intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit, & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum.*]

43. Quanta sit vis Canticorum & precum Jisraëlitarum; & quomodo tres Hierarchiæ Angelorum supernorum ad cantica & preces Jisraëlitarum destinentur. col. 233.

44. Ratio, quare ebrius orare non debeat. col. 273.

45. De oratione, & quo ordine accipiatur; & quod debeat esse tacita. col. 354.

46. Sex præcepta circa preces observanda, quæ dependent ab ore. Primum; Timendum esse Deum benedictum: cum dicimus ea, quæ de sacrificiis agunt; & cantica. Secundum, benedicendum esse Sanctissimo nomini Divino; cum dici debet formula: ישתבח; Laudetur nomen tuum &c. Benedictus sis tu, &c. qui vivis in secula. Item, Benedictus sis tu &c. qui formasti lucem &c. Tertium; Eundem amandum esse; cum accedimus ad formulam, Amore magno &c. Quartum; deprædicandam esse Unitatem Dei, cum accedimus ad Lectionem: Audi Jisraël &c. Quintum; A Sacerdotibus benedictionem pronunciandam esse super populo. Sextum; tradendam esse Deo animam, prono corde, cum procidimus in faciem, & dicimus; è Psal. 25, 1. Ad te Domine animam meam levabo. Vid. col. 362.

47. Certum est eum, qui cum attentione recitat ordinem suffimenti, liberari ab omni malo & ab omnibus pravis cogitationibus. col. 391.

48. Ratio, quare quotidie fiat mentio exitus ex Ægypto. col. 388.

49. De anima omnis Viventis, vid. col. 245.

50. Cum homo orat die jejunii, odor atque halitus, qui prodit ab ore ejus, omninò similis est sacrificio. Quodque preces institutæ sint loco sacrificii jugis. col. 35.

51. De eo qui peccata sua quidem specialiter enarrat & confitetur, & tamen non veram agit pœnitentiam. col. 70.

52. De ordine precum, & super quibus instituenda sit meditatio; & de præmio ejus magno qui id observat. Item quod ad quemlibet cæli cardinem certi sint præfecti super preces: quodq; ad hunc cardinem converti debeat, qui precatur ut concidant osores ejus: & ad cardinem alium, qui precatur super angustia sua &c. vid. col. 352. 353. & 354.

53. In formula illa, quæ incipit &c. עזרת אבותינו Tu es auxilium Patrum nostrorum ab æterno &c. quater instituenda est meditatio nominis אמת veritas. col. 388.

54. Duodecim sunt membra in corpore humano, quę ad cultum divinum ipso opere exercendum requiruntur. Et sic quoque duodecim sunt membra divini cultus interna, quæ consistunt in spiritu & precibus hominis, in quibus magna latent mysteria, quæ homines ignorant. col. 352.

55. Quan-

55. Quanta sit excellentia precum, quæ fiunt cum attentione, & quo ordine suscipiantur. col. 353.

56. Admonitio seria, ut homo quotidie cum attentione recitet Canticum Maris rubri: quodque præmium ejus quasi infinitum sit. col. 95. & 96.

57. Non quilibet homo eâ pollet Sapientiâ, ut adimplere sciat voluntatem Dei Sanctissimi atque benedicti, & propterea precibus opus est. col. 166. [conf. Jac. 1. v. 6. *Si quis autem vestrûm indiget Sapientia, postulet à Deo &c.* 1. Thess. 5. v. 17. *Sine intermissione orate.* Judæ v. 20. *In Spiritu Sancto orantes vosmet ipsos in dilectione Dei servate &c.*]

58. In Psalmo 145. [qui secundum ordinem Alphabeticum conscriptus est,] semper altera pars versiculi incipit à litera Vav, excepta litera ח & litera ק; quarum una denotat peccatum, & altera est media vocis שקר i. e. mendacium: unde etiam duæ hæ literæ non inveniuntur inter nomina tribuum. col. 315.

59. Admonitio seria, ut cum attentione recitentur preces. col. 112. fol. 28.

60. Mentionem faciendam mixturæ suffimenti, omni tempore vespertinô & matutinô, ante omnia Cantica & Laudes. col. 392. 393.

61. In omni Benedictione digiti elevandi sunt sursum. col. 372.

62. Qui complet numerum denarium in Synagoga, tantundem habet præmii, ac cæteri novem: ad instar Numerationis ultimæ, quæ perficit decadem Divinæ Emanationis, eamque totam in se includit. col. 153.

63. Historia de quodam, qui desiliit de tabulato ædium, ut interesset recitationi Hymni Angelici: *Sanctus &c.* col. 293.

64. Sex gradus esse debent in suggesto, è quo prælegitur Lex Divina; & liber Legis gradus est septimus. col. 369.

DOMUS PRECUM
è dictis in
LEVITICUM.

1. Qui non numerat numerum manipuli (inter festum Paschatos & Pentecostes,) non dicitur purus. col. 187.

2. Quamvis Jisraëlitæ sint in exilio, ita ut quasi separati sint à Deo: nihilominus Sanctissimus ille Deus atque benedictus maturat adventum suum in Synagogam. col. 3.

3. Prius homo sese exhilaret in Lege, & deinde fundat preces suas. col. 11. & 12.

4. Cautiùs recitandam esse Orationem pomeridianam; additâ simul ratione. col. 115.

5. Jisraëlitæ vocantur filii & Servi Dei: quicunque enim Deum Sanctissimum atque benedictum tantùm cognoscit generaliter, ille vocatur Servus: qui verò eundem novit specialius, vocatur Filius, sicut filius accuratè novit, & perquirit omnia secreta patris sui. Inter preces autem assumenda est tàm filii quàm servi qualitas. Vide de his prolixiùs col. 216. [Conf. Rom. 8. v. 14. 15. 16. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi sunnt filii Dei:*

Non

Non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis: in quo clamamus Abba Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Gal. 3. v. 26. *Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu.* Gal. 4. v. 6. 7. *Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem: Abba Pater. Itaque jam non amplius est servus, sed filius. Quod si filius & hæres per Deum, Dei per Christum.*]

6. Qui linguam habet maledicam, illius precatio non intrat ante conspectum Dei sanctissimi atque benedicti. col. 94.

7. Si Angelus Ecclesiæ pravus est, nullius valoris quoque est Ecclesia, cui ipse præest. col. 300. [Conf. Apoc. 1. v. 20. *Septem stellæ Angeli septem Ecclesiarum sunt.*]

DOMUS PRECUM
è dictis in
NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quicquid vocari debet nomine Precum, proferri debet labiis & ore hominis; quia quod homo cogitat & meditatur in corde suo, nondum dicitur verbum, nisi postquam prodiit è labiis. col. 503.

2. Quæ sit differentia inter קדוש & inter קדש sine ו. vid. 575.

3. Quod verba illa: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, respectum habeant ad tres mundos. col. 493.

4. Qui ad singulas Benedictiones respondet, Amen, illi aperiuntur Portæ cælestes, & benedicuntur superni & inferni: & cum eidem opus est, Sanctissimus Deus atque benedictus ipsi omnes portas aperit, superiores & inferiores, quamdiu ipse adhuc est in hoc mundo: & cum anima ejus ab ipso discedit, eadem defertur in Regnum supernum, ubi exclamant coram ea, quod dicitur Jes. 26. v. 2. *Aperite portas & ingrediatur &c.* Si quis autem non respondet Amen, coram illo occluduntur omnes hæ portæ; tandemque deferunt eum in imum habitaculum Gehennæ, quod vocatur *terra obscuritatis:* Job. 10. v. 22; *vel duplicata:* idemque etiam vocatur *Abaddon*, sive *perditionis locus.* Prov. 15. v. 11. col. 555. [Conf. Apoc. 9. v. 11. *Et habebant super se Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen exterminans.*]

5. Deus Sanctissimus atque benedictus, orationem pauperis præ omnibus suscipit precibus; hinc scriptum est: Psal. 102. *Oratio pauperis cum deficit angore.* Sicut dicitur: Gen. 30. v. 42. *Pecora debilia pro Labano.* Hinc quilibet seipsum reddere debet pauperem, cùm precaturus est. col. 360.

6. Qui inter preces suas quatuor assumit gradus sequentes, ille certus esse potest, quod oratio ejus suscipiatur: nimirum si sit pius; pauper; servus; & tradens seipsum pro Sanctitate Nominis benedicti. col. 360. 420.

7. Cum autem seipsum reddit pium; specialiter confiteatur peccata sua. col. 361. [conf.Jac.5.v.16. *Confitemini alii aliis peccata vestra.*]

8. Sub precibus componendi sunt pedes, & tegendum est caput, & claudendi sunt oculi &c. & qui oculos suos aperit sub precibus, ille gravi mulctatur pœna. col. 494. [conf.1.Cor.11.v.4. *Ubi Paulus Græcis, accommodando sese ad ritum eorum patrium, de capite contrarium præscribit.*]

9. Si quis, qui mentionem facit bonorum proximi, v.g. liberorum ejus, vel divitiarum, vel eruditionis aut gradus ejus, eidem benedicere tenetur oculo bono, i.e. ex animo, & non oculo malo sive ex invidiâ: multò magis benedicere tenemur DEO sanctissimo atque benedicto, ex intimo cordis affectu.col.226.fol.57. [conf.Matth.20.v.15. *Non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus malus est, quia bonus sum?* Matth.6.v.23. Luc.11.v.34. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: sin autem malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.*]

10. Quid requiratur ad preces, sive quoad opera, sive quoad verba & os? vid. col. 232.

11. Cum Sacerdotes ascendunt in locum illum elevatum, unde benedicere solent populo; Gloria divina cohabitans residet in digitis manuum eorum.col.278.

12. Quare etiam prohibitum est illos aspicere.col.153. Vide plura de dignitate Loci istius benedictorii. col.274.

13. Levita ille, qui Sacerdoti benedictionem pronunciaturo manus lavat, seipsum prius sanctificare, i.e. manus lavare debet.col.276.

14. Dictum illud; qui abbreviat, abbreviabitur: sic exponitur; qui breviter respondet Amen, illius vita abbreviatur in hoc mundo.col.307.

15. Dictum illud; qui abbreviat, prolongatur; sic exponitur: qui brevi raptu pronunciat literam Aleph in voce אחד, Lectionis, Audi Jisraël &c. illius dies annique prolongantur. col.307.

16. Quicunque non inflectit corpus & genua sua sub recitatione Formulæ, מודים Confitemur &c. è corpore ejus fit serpens. Qui in Synagogam ingreditur, quasi duas occupaturus portas, is adhæret Domino suo. Qui speculatur super effectu orationis suæ, procul est ab exauditione.col.311.

17. Tria sunt orationum genera: Oratio Moysis; cui non fuit similis inter Prophetas. Oratio Davidis; cui non fuit similis inter Reges. *Oratio pauperis* Psal.102.v.1.quæ superat cæteras omnes. Et quamvis etiam scriptum sit Chabak.3.v.1. *Oratio Chabbakkuk* &c. Hoc tamen eodem modo non exponitur.col.360.

18. Homo tenetur specialiter confiteri peccata sua; & quamvis non omnia enarrare queat, quæ per totam vitam suam commisit, quia multa oblitus est; nihil tamen refert: Symbolum autem hujus habemus in Inquisitione fermenti. col.360. [conf.1.Cor. 5,7. *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi.*]

19. Antequam Jisraëlitæ congregantur in Synagogis, Genus adversum circumit, & præcludit omnia lumina superna, ne effulgeant super mundum.col.362.

20. O-

20. Omnes in mundo homines eunt in Synagogam ut excitent divinitùs influxum aliquem: sed pauci sunt, qui modum istius exsuscitationis sciunt. col. 349.

21. Ter in die Pars adversa cum Uxore sua abeundo per mundum, circumvolitat in montibus caliginosis: atque tunc tempus est orandi; quia tum temporis accusatores absentes sunt. col. 362.

22. Ter in die recitare Laudem Davidis, sive Psalmum 145. nemo obligatus est; sed bis tamen: & prima quidem vice in laudem Regis ipsius. col. 424.

23. Quicunque confitetur peccata sua, ab illo discedunt judices Tribunalis, & ipse à solo Deo judicatur. Imò hanc enarrationem quis etiam facere potest per mandatarium. Vid. col. 425.

24. Quicunque iter facturus est, prius componat animum ad orandum. col. 499.

25. Adhortatio strenua ut homines in Synagogam properent, tam manè quàm vesperi: deque præmio illius insigni, qui primus est in eâ. col. 239.

26. Cum Sacerdotes expandunt manus suas, homo sedeat in timore & tremore cum silentio. col. 274. & col. 286.

27. Sacerdos benedicere tenetur populo in charitate & amore plurimo. Ubi simul narratur historia de sacerdote quodam, qui mutatus est in cumulum Ossium antequam absolverat benedictionem; quia non benedixerat ex intimo cordis affectu. col. 278.

28 Turris sive suggestum Synagogæ, unde prælegitur Lex divina, debet habere sex gradus. col. 312.

29. De pœna illius, qui non ex omnibus viribus suis respondet: Amen, sit Nomen ejus magnum. col. 405.

30. *Homo* inter precandum assumere debet qualitatem servi; ita ut sub benedictionibus primis similis sit servo, qui enarrat laudes domini sui; in mediis servo, qui præmium accipit à domino suo; & in ultimis, ut accipiens præmium & abiens &c. col. 410.

31. Deus Sanctissimus atque benedictus dixit ad exercitus suos supernos: nullas preces intromittendas esse in Palatium suum, donec in illis appareant decem requisita, de quibus vid. col. 415.

32. Incurvatio corporis facienda est, cum dicitur: Benedictus &c. & elevatio fieri debet, cum profertur nomen Dei. col. 420.

33. Hominem currere debere ad preces, & ad Lectiones Sabbathinas, & ad omnia præcepta: & sub precibus componendos esse pedes; elevandum cor; & demittendos oculos. col. 451. [Conf. Luc. 18. v. 13. *Nec volebat oculos ad cœlum elevare.*]

34. Oraturus coronatus esse debet Phylacteriis. col. 422.

34. Et internum simile esse debet ipsius externo. col. 422.

35. De præmio illius, qui in se suscipit jugum Regni cœlorum per Lectionem Audi Jisraël. col. 436.

36. Quâ ratione ordo precum institutus sit respectu sacrificiorum. col. 446.

37. Odor precum Jisraëliticarum æquiparatur Myrrhæ & thuri: tempore Sabbathi autem melior censetur suffitu omnium aromatum. col.449. [Conf. Apoc.5.v.8. *Habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* c.8.v.3.4. *Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.*]

38. Quare diebus profestis recitetur formula: Et ipse est misericors &c. non autem die Sabathi. vid. col.450.

39. Cùm homo venit in Synagogam, seipsum prius purificat commemoratione sacrificiorum &c. & quare octodecim benedictiones stando recitentur. col.496.

40. De aliis requisitis istarum precum. vid. col.232.

41. Quicunque in Synagogam abit instructus esse debet phylacteriis capitis & brachii! quod nisi fiat, ne etiam recitet è Psal. 5. v.8. *Et ego in multitudine misericordiæ tuæ introibo domum tuam.* col.506. [Conf. Matth.23.v.5. *Dilatant phylacteria sua.*]

42. A formula: *Qui creat lucem &c.* usque ad preces octodecim oratio dicitur sedentaria: ipsæ autem formulæ octodecim vocantur oratio stationaria. col 424.

43. De præmio illius, qui benedictionem recitat, ad quam quis respondet Amen: & quantum sit præmium illius, qui respondet Amen. vid. col.517.

44. Genua flectenda esse in benedictionibus, cum dicimus: Benedictus: & caput inclinandum esse, cum dicimus Tu. col.518.

DE PENICULAMENTIS.

45. Non pauciores nectendos esse nodos in quolibet filo peniculamenti: nec plures quàm tredecim. col.333. [Conf. Matth.23.v.5. *Et magnificant fimbrias vestimentorum suorum.*]

46. Qui non amicitur veste fimbriatâ in hoc mundo, ille in mundo futuro vestitur vestibus impuris & sordidissimis; plurimique lictores hominem talem corripiunt, eumque abducunt in Gehennam. col.331.

47. Vestis, in qua non est peniculamentum, vocatur vestimentum perfidorum. col. 332.

48. Quàm magnum sit præmium fimbriarum. 500.

49. Qui è domo sua egreditur involutus pallio fimbriatô & instructus phylacteriis, illum duo Angeli comitantur usque ad Synagogam: & Angelus ille noxius, qui adstat portæ abinde discedit: & ipse insequitur vestigia gloriæ Divinæ unà cum duobus illis Angelis; auditque benedictiones illorum, quibus ipsi benedicunt: iisque respondet Amen. col.332.

50. De præmio illius, qui amicitur veste peniculata, & applicat phylacteria, & observat schedulam postis in porta domus suæ, atque sic abit in Synagogam. Item de pœna illius, qui ista negligit. col.506.

DE

DE PHYLACTERIIS.

51. Qui coronatur Phylacteriis, vocatur Rex hîc infra, sicut Deus Sanctissimus atque benedictus vocatur Rex ibi supra. col. 514.

52. Tres illi nodi, qui nectuntur super digito, in loro phylacterii fiunt respectu trium illarum vocum: Sanctus, Sanctus, Sanctus. col. 419. & 422.

53. Quàm magnum sit præmium illius, qui applicat phylacteria. vid. col. 500.

DE SCHEDULA POSTIUM.

54. Admonitio sedula de circumspecto usu Schedulæ postium, & quomodo illa hominem dirigat in viam rectam. col. 499. it. col. 506. 507. & 509.

55. Qua benedictione benedicatur ei, qui Schedulam in poste occultat: & de pœna illius, qui eandem negligit. col. 509. [conf. Joh. 10. vers. 9. *Ego sum ostium, per me si quis intraverit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet.*]

56. In Schedula postium descripta est tota sectio Lectionis Audi Iisraël, exceptô textu de fimbriis: cujus complemetum tunc accedit, cum homo per portam exit & intrat involutus palliô fimbriatô. col. 332.

57. Multæ catervæ sanctæ præstò sunt, cùm homo schedulam posti suæ imponit; quæ omnes exclamant ex Ps. 118. v. 20. *Hæc est porta Domini, justi intrabunt per eam.* col. 508.

58 Phylacterium brachii vocatur sedentis: capitis autem vocatur stantis. vide in Genesin col. 314.

59. De præmio illius, qui applicat Phylacteria: & de pœna ejus, qui eadem negligit. vide in Genesin col. 331.

60. De Phylacterio brachii, quodque benedictio super illud sedendô recitari debeat juxta quosdam: vide in Exodum col. 235. v. 247. Et in Levit col. 186.

61. Necesse est, ut in Phylacteriis adhuc appareat aliquid de pilo vitulino. Rationem vide in Exodum col. 424.

62. De mysterio textuum in phylacteriis descriptorum. videatur in Exodum col. 280. & col. 300.

TITULUS TERTIUS.
SEMITA ELEEMOSYNARUM.

E Dictis in

GENESIN.

1. Excellentia Eleemosynæ liberat à morte. col. 274.

2. Qui liberalis est erga pauperes, dignus est, ut mundus propter illum conservetur. col. 282.

3. Qui non refocillat animam pauperis in hoc mundo, illius animam Deus Sanctissimus atque benedictus non refocillabit in mundo venturo. col. 282.

4. In omni gaudio associandi sunt pauperes: & quanta sit pœna illius, qui hoc negligit

 git

git unà cum historia quadam. vid. col. 35. [conf. Luc. 14. vers. 13. *Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.*]

5. Deus Sanctissimus atque benedictus homini largitur divitias, liberos & omnia bona, ut horum beneficiô impleat voluntatem Divinam: si verò per illa extollitur, iisdem quoque punitur. col. 296.

6. Cùm judicia Divina in mundo sæviunt, Deus Sanctissimus atque benedictus ei homini, quem diligit, mittit donum quoddam, id est. pauperem, ut eidem opituletur, atque benefaciat: quod si fiat, Deus hunc hominem filô quôdam sive tenui quôdam signô benignitatis signare solet; cumque judicium in mundum venit, Angelus perditor conspectô hôc signô, illum ipsum non attingit. col. 274.

7. Moris esse in terra, ut novis conjugibus donentur munera. col. 346.

8. Inter officia hospitis esse, ut faciat voluntatem patrisfamilias, quamvis aliàs ipse hospes sic agere non soleat. Exemplum autem hujus proponitur in ipso Deo, cùm hospes esset Davidis. col. 345.

9. Avari homines, qui usque adeò obdurarunt cor suum, ut thesauros sibi cumulent, & nullam dent Eleemosynam, intelliguntur in loco illo Proverb. 10. v. 2. *Non proderunt thesauri impietatis.* col. 442.

10. Nec plus laudatur, nec plus plangitur homo, quàm honor ejus fert. col. 492.

11. Qui sustentat Studiosos Legis, meretur accipere divitias hujus & alterius mundi. col. 510.

12. Cùm fames in mundo grassatur, duo eidem præpositi sunt Spiritus. Et si populi mundani aliis benefaciunt & Eleemosynas distribuunt, potentia illorum corroboratur. Si autem Iisraëlitæ Eleemosynas largiuntur, potentia illorum infringitur. Et certi præpositi huic pœnæ præsunt, ut quamvis comedant homines, non tamen saturentur. col. 481. [conf. Luc. 15. v. 14. *Et postquam omnia consumsisset, facta est fames valida, &c.* Item Act. 11. v. 28. *Agabus significabat per Spiritum, famem magnam futuram in universo orbe terrarum.*]

13. Quanta sit excellentia eorum, qui pacem diligunt. col. 444. 445. 446. [confer Matth. 5. v. 9. *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.*]

14. Deus Sanctissimus atque benedictus in mundo creavit sapientes & insipientes; justos & impios; divites & pauperes sibi invicem oppositos, ut isti his benefaciant. Et vide plura de excellentia Eleemosynæ col. 458. it. col. 455. fol. 115. [conf. Hebr. 13. v. 16. *Beneficentiæ nolite oblivisci.* 1. Timoth. 6. vers. 18. *Divitibus præcipe, &c. facilè tribuere, communicare.*]

15. Qui eleemosynam largitur, non est quod metuat feras bestias, quia in illo effigurata est imago Divina, per quam dominium habet in omnia viventia. Cujus exemplum est Nebucadnezar col. 41. [conf. Coloss. 3. v. 10. *Qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* 2. Cor. 3. v. 18. *Nos omnes &c. in eandem imaginem transformamur.*]

16. De

16. De excellentia illius, qui cibat pauperes. col. 376.

17 Quanta sit excellentia illius, qui ægrotum commovet, ut convertatur à peccatis suis. col. 300. [conf. Jac. 5. v. 20. *Qui converti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, salvabit animam à morte.*]

18. Homo tenetur comitari hospitem suum: Ab ista enim deductione dependent omnia; & talis in se derivat præsentiam Divinam. col. 275. [conf. Act. 20, 38. *Et deducebant eum ad navem.* Act. 15. v. 3. *Illi deducti ab Ecclesia pertransibant, &c.* Act. 21. v. 5. *Profecti ibamus deducentibus nos omnibus, cum uxoribus & filiis usque foras civitatem.*]

19. Hospes laudandus est, (non verò extenuandus.) col. 243.

SEMITA ELEEMOSYNÆ.
è dictis in
EXODUM.

1. Qui convivam invitat, cum illo etiam conversetur, & non cum alio. col. 82. [conf. Luc. 7. v. 44. *intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: osculum mihi non dedisti: oleo caput meum non unxisti.*]

2. Certi quidam præfecti præsunt, & inspectionem habent super illos, qui consolantur pauperes, vel afflictos corde suô: item illos, qui ambulant in via præceptorum, & qui misericordiam exercent erga mortuos: & mentionem eorum faciunt, ut effiguretur forma ejus in supernis, & ipse introducatur in mundum venturum. col. 449 [conf. Matth. 25. v. 34. 35. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, &c.*]

3. Certi quidam Præfecti inspectionem habent in eos, qui visitant pauperes, illosque edocent, quomodo inquirere debeant in opera sua, & converti verâ pœnitentiâ: talis enim quasi fit curator ejus & advocatus, ut eundem eripiat à judicio. col. 108. & 449 [conf. Matth. 25. *Ægrotavi & visitastis me.*]

4. Qui miseretur pauperis, & nummos suos erogat in Eleemosynam, & in Sabbatha atque festa; eidem DEUS Sanctissimus atque benedictus hæc o-omnia retribuit dupliciter: quasi nimirum pecuniam suam mutuò dedisset Domino, sicut scriptum est: Eccles. 8. vers. 15. *Et ipse mutuò dabit ei in labore suo.* col. 458.

5. Si quis pauperem ad mensam suam assumat, & verba Legis inter cibos contempletur; illa mensa dignum eum reddit, ut particeps fiat mundi omnium summi: & duo Angeli veniunt, & duabus benedictionibus benedicunt ei. col. 274. [conf. Luc. 14. v. 13. *Sed cùm facis convivium, voca pauperes.*]

6. Benefaciendum esse pauperibus de mensa nostra. vid. col. 298.

7. De magno præmio illius, qui libenter erogaret Eleemosynam, & observaret præcepta, quamvis in potestate ejus non sit. Item de eo, qui consolatur pauperem, & hortatur ægrotum, ut convertatur. col. 444. 449. 450.

8. Pauper,

8. Pauper, qui ad hominem aliquem accedit, donum est Regis cœlestis: quare hic hilari vultu eundem suscipere tenetur: & Deus Sanctissimus atque benedictus ipsi hoc, imputat, quasi hunc hominem de novo creasset. col. 347.

9. Homo tenetur pauperi frusta panis frangere in conspectu ejus, ne ille erubescat juxta illud: Jes. 58. v. 7. *Nonne frangere debes esurienti panem tuum.* col. 347. idque facere debet de pane proprio, & non de injusto, vel rapto: qui enim hoc facit in causa est, ut peccatorum ejus fiat commemoratio. col. 347.

10. Qui ab alio quicquam accipit, vocatur domus respectu illius, qui dat. col. 5.

11. Quàm magnum sit opus Eleemosynarum cum multis historiis huc pertinentibus. vid. col. 108.

12. Multa genera ciborum supernorum dantur pauperibus & ægrotis & studentibus in Lege, è loco omnium summo. col. 108. & 109.

13. Sunamitis appellatur mulier excellens, quia cum gaudio excepit hospitem suum, & pecuniam pro illo erogavit. col. 76.

14. De Excellentia Eleemosynæ videantur plura col. 108.

15. Spiritus prodeuntes de latere sinistro, accedunt ad hominem, & impediunt manus ejus, ne Eleemosynas eroget, & benefaciat. col. 114.

SEMITA ELEEMOSYNÆ.

E Dictis in

LEVITICUM.

1. De dignitate & excellentia Eleemosynæ vid. col. 219.

2. Homo erogare debet Eleemosynam, & non dicere: Si hoc nunc erogo, quid faciam cras. col. 213. Ubi simul narratur historia.

3. Qui miseretur pauperis, pacem largitur Ecclesiæ Iisraëlis, cumulatque benedictiones supernas. col. 210.

4. Qui multa contribuunt fisco studiosorum Legis, illorum præmium transcendit super caput ipsorum. col. 94.

5. Quousque pertingat excellentia & meritum Eleemosynæ. col. 220.

6. Cum annonæ caritas est in mundo, & pauperes plorando & clamando invocant Deum Sanctissimum atque benedictum, hic animitùs miseretur eorum. Væ autem divitibus illius temporis! Deus enim vel pestem in mundum mittit, vel famem majorem. col. 12.

7. Qui satisfacit animæ pauperis, illius animæ Deus iterum satisfacit, vel ipso tempore discessus ejus è mundo. col. 154.

8. Cùm affluentia & benedictio in mundo est, homo studeat Eleemosynis & beneficiis. col. 69.

SEMITA

SEMITA ELEEMOSYNÆ.

E Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. De excellentia Eleemosynarum porrò vid. col. 292.

2. Magna est vis pacis. col. 335.

3. Qui consolari vult lugentem, priùs meditari debet, ut verba inveniat pro fundando solatio. col. 336.

4. Si Discipulus Sapientum moritur, alii studiosi Legis divinæ congregari debent in locum illum, ubi ille solitus fuit studiis suis incumbere dum viveret. col. 404.

5. Cùm quis convivium apparat, ne negligat ad illud quoque vocare pauperes: quod nisi faciat, *Satanas* ipsum propterea accusat, & pœna ejus magna admodum est, col. 484. & col. 487. & 488.

6. Locus ille Exod. 5. v. 16. *Palea non datur, &c. otiosi estis, &c.* exponitur de divitibus, qui nolunt erogare Eleemosynam. col. 290. [conf. Luc. 15. v. 21. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ante januam divitis ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat.*]

TITULUS QUARTUS.

PORTA POENITNTIÆ

è Dictis in

GENESIN.

1. Kain expulsus de superficie terræ, quæ אדמה dicitur; dejectus est in locum terræ infimum, qui vocatur ארקא. col. 176.

2. Cùm Adam protoplastes peccasset, ablatus ipsi est Liber ille, qui antehac ipsi traditus erat è cœlo. Abiit igitur & flevit, & consedit in flumine Gichon, donec caput ejus situm contraheret & scabiem: atque tunc Deus ipsi misit Raphaëlem, qui sanavit eum; & redditus ipsi est Liber ejus. col. 178.

3. Adam Protoplastes residet ad portam Paradisi, gaudetque cum Justis & pœnitentibus; quia & ipse conversus est à peccatis suis. col. 200. [conf. Luc. 15. v. 7. *Dico vobis, quod gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, &c.*]

4. Adam Protoplastes transgressus est totam Legem ab Aleph, usque ad Tav. Deinde autem convertebatur, initium faciendo à duabus ultimis literis Alphabethi, quæ sunt שׁ ת, in voce תשובה seu pœnitentia; usque ad primas, quæ sunt א ב. Atque sic literæ Alphabethi erant inversæ, donec Deus sanctissimus atque benedictus traderet Legem in monte Sinai, & inciperet per א, in voce אנכי Ego &c. vid. col. 178. & 179. [confer Apoc. 22. v. 13. *Ego sum* Α *&* Ω, &c.]

5. Lachrymæ illę, quas demisit Esav coram Patre suo, demiserunt Iisraëlitas in exilium atque hinc cum lachrymis isti redibunt in terram suam; sicut scriptum est: Jer. 31. v. 9. *Cum fletu venient, & cum miserationibus faciam adducere eos.* col. 341.

6. Justi non nisi post longum temporis intervallum & de gradu in gradum perveniunt ad desiderium suum, DEum nempe Sanctissimum atque benedictum: qui convertuntur autem, & pœnitentiam agunt, simul & semel. col. 307. [conf. *quæ de regeneratione Joh. 3. v. 5. & de resuscitatione dicuntur Rom. 6. v. 4. 1. Cor. 6. v. 14. Col. 2. v. 12. 1. quæ propriè loquendo intelligenda sunt de instantanea illa Conversione.*]

7. Initium justorum est dolor, sed finis, tranquillitas. Impiis autem contrarium accidit. col. 396. [conf. 2. Thess. 1. v. 7. *Justum est apud Deum retribuere vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum, in revelatione Domini JESU de cœlo, cum angelis virtutis ejus in flamma ignis, dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & non obediunt Evangel Domini nostri Jesu Christi.*]

8. DEUS Sanctissimus atque benedictus retardat iram suam erga impios, ut pœnitentiam agant atque convertantur: Vel ut ex illis prodeat stirps quædam sancta. col. 32. [conf. Rom. 2. v. 4. *An divitias bonitatis ejus &c. contemnis? ignorans, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te invitat.*]

9. Ærumnæ dulces sint homini. col. 408. [conf. Rom. 5. v. 3. *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, &c.* 2. Cor. 7. v. 4. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudiô, in omni tribulatione nostra.*]

10. Quare justi quidam pluribus ærumnis premantur quàm alii justi. col. 408.

11. Qui traditur in manus inimici, difficilius eripitur quàm ex aliis periculis. col. 41. [conf. Joh. 18. v. 36. *Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent, ne traderer Judæis.*]

12. DEUS Sanctissimus atque benedictus affligit justos, ut dominium habeat anima ipsorum: cùm enim corpus in statu sanitatis est, Anima non dominatur. col. 330.

13. Quanta sit excellentia Conversionis: quodque animanda sit Concupiscentia bona adversus pravam: [conf. Gal. 5. v. 17. *Spiritus concupiscit adversus carnem.*] Item quod meditanda sit dies mortis, ut ambulemus in via recta. Singulis quoque diluculis homo consideret in corde suo, quod testes contra ipsum constituti sint, qui testimonium contra ipsum perhibeant: quodque singulis horis vel ipsa anima ejus testis sit contra eum. Si igitur auscultat, bene est; sin minus libri aperti sunt, & opera ejus ibidem consignantur. col. 477. [conf. Rom. 9. v. 1. *Veritatem dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto.* Apoc. 20. p. 12. *Et libri aperti sunt, & liber alius apertus est, qui est vita.*]

Qui cupit, ut peccata sua aboleantur precibus & lachrymis, ille priùs cessare debet omnibus peccatis prioribus. Sicut scriptum est Thren. 3. v. 40. *Scrutemur vias nostras* col. 483. & col. 70.

15. De afflictionibus justorum, vide plurima col. 408.

16. C

16. Qui pœnitentiam agit & convertitur, hunc stabiliet DEUS Sanctissimus atque benedictus in mundo hoc & in mundo venturo. col. 417.

17. Anima ipsum hominem admonet, ut convertatur verâ pœnitentiâ, dum adhuc vivit in hoc mundo, qui unico saltem quasi oculi ictu durat. col. 261.

18. De dicto illo Sapientum: Qui incipit purificari, eundem adjuvant col. 299. & col. 301.

19. Dum nondum suscipit consolationem super impiis, DEUS Sanctissimus atque benedictus; locus est pœnitentiæ: sed cum accepit consolationes, locus non ampliùs est pœnitentiæ. col. 183.

20. De excellentia pœnitentiæ videatur quoque col. 307.

PORTA POENITENTIÆ
è Dictis in
EXODUM.

1. Scriptum est Psal. 34. v. 16. *Oculi Domini ad justos.* Et tamen videmus multis justis ne tantum quidem alimenti suppetere, quantum est corvis. col. 404.

2. Cùm homo ægrotat, judiciô Legis superni judicatur: & Angelus quidam omnia peccata conscribit, quæcunque ille fecit, eademque proponit DEO Sanctissimo atque benedicto. col. 452.

3. Cùm dicitur Ezech. 1. v. 8. *Et manus hominis sub alis eorum:* ibidem intelliguntur ministri illi, qui suscipiunt pœnitentes, eosque introducunt in omnes portas supernas. col. 468.

4. *Quanta sit excellentia* mercesque illius, qui paupertatem suam lubenti animô in se suscipit, nec obloquitur providentiæ supernæ. col. 210.

5. Quod pauper habeatur pro mortuo. col. 210.

6. Jejunium hominis majoris æstimatur, quàm sacrificium. col. 210. [conf. Act. 13. v. 2. *Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dicit &c.*]

7. De dignitate pœnitentiæ. col. 267.

8. Omnia dependent à Conversione & à precibus: multoque magis si quis lachrymas profundat orando. col. 19.

9. De dicto illo: Justum perire in justitia sua propter peccatum generationis illius. col. 68.

10. Si homo objurgationem & afflictionem cum amore suscipit, hôc ipsô viam sibi sternit introeundi in mundum venturum. col. 293. [conf. Luc. 24. v. 26. *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?*]

11. Finis dependet à pœnitentia: ubi simile datur de filio Regis nimiô sale conspergente cibos suos. col. 329. 330. 331.

12. Gratum est justis, si pluribus gradatim fracturis confringantur propter san-

ctitatem nominis Divini. col. 347. [conf. Gal. 5. v. 24. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* c. 6. v. 13. *Per Christum mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*]

13. Homo contemplari tenetur opera sua, & converti ad Dominum suum, antequam veniat tempus ejus, ubi non amplius converti poterit. col. 349. & 350. [conf. 1. Tim. 4. v. 16. *Attende tibi.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis.* Matth. 6. v. 1. *Attendite, ne eleemosynam &c.*]

14. Quod magni æstimetur pœnitentia vid. col. 189. & 190.

15. Quod morbi insectantur justos atque pios, id non provenit de parte mali, quia scriptum est: Esa 53. v. 10. *Et Dominus voluit contundere eum morbo.* col. 338.

16. De dicto illo: Portas lachrymarum non occludi. col. 401.

17. Quatuor Angeli præfecturam habent super eum, qui peccat coram Deo Sanctissimo atque benedicto, & non agit pœnitentiam, ut eundem excommunicent, & increpent: imò nocturnô etiam tempore, cum anima ejus ascendit, eadem foras expellitur. col. 448.

18. Quare justo cuidam bene, cuidam autem malè fit. col. 208. & col. 17.

19. Iisraëlitæ non agunt pœnitentiam, nisi tempore calamitatis. col. 81.

20. Quâ ratione homo per jejunium, quasi sacrificet adipem & sanguinem suum super igne. col. 35.

21. Duo sunt palatia: in uno præfectus est Angelus quidam illis, qui sibi proposuerunt pœnitentiam agere, sed morte præventi sunt: & in altero Angelus præfectus est illis, qui in vita sua conversi sunt. col. 391.]conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.*]

PORTA POENITENTIÆ.

E Dictis in

LEVITICUM.

1. De dignitate pœnitentiæ vid. col. 125.

2. Cùm mundus in tribulatione est, abire debent in cœmeteria, secum illuc deportantes librum Legis, in quo nullus sit error, ut ibidem pœnitentiam agant cum jejuniis & precibus. Cum Historia quadam. col. 127.

3. Deus Sanctissimus atque benedictus supplicia retardat erga impios, si fortè converterentur pœnitendo. col. 95.

4. Quotidiè homo sacrificium offerre potest adipis & sanguinis sui. col. 13. [conf. Rom. 12. v. 1. *Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, &c.*]

5. Ob meritum conversionis exibimus ab exilio. col. 37.

6. Quomodo Deus Sanctissimus atque benedictus consilium inierit cum conversione, dum crearet hominem. col. 125.

7 Qui in facie sua signatus est nævis & plagis malignis, hæc velut signa peccati habet; & istis non datur nomen castigationis amorosæ. col. 80. & 135. it. 136.

8. Qui

8. Qui dolore tangitur super morte justorum, ab illo tolluntur peccata ejus. col. 102. [Conf. Luc. 23. v. 48. *Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora sua, revertebantur.*]

9. Cùm homo peccat bis vel ter, & non redit conversus, eidem in publico propalantur peccata ejus, & proclamatio fit super illo. col. 193. [Conf. Matth. 18. v. 17. *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.*]

10. Cùm homo quidam peccat coram Domino suo, qui aliàs justus est, tàm superi quàm inferi illud contegunt. col. 193. [conf. 1. Pet. 4. v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.*] Et projiciunt peccata ejus in profundum maris Michæ 7. v. 19. Atque hinc mos inolevit, ut die Novi anni ad flumina & stagna aquarum abeant, dicendô versiculum istum. *Et projicies in profundum maris omnia peccata eorum.*

11. Cùm homo contegit peccata sua, nec eadem confitetur coram Rege Sanctissimo, eidem non aperiuntur portæ Conversionis. col. 33. [conf. Actor. 5. v. 8. *Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti.*]

12. Admonitio ut homo revertatur verâ conversione: quoniam mundus iste in judicio creatus est: omnique die, cùm homo exit è domo sua, ipse sanè ignorat, an sit rediturus: vel si consider, ignorat, an sit exiturus. col. 51. [conf. Jac. 4. v. 13. *Ecce nunc, qui dicitis: Hodie aut crastinô ibimus in illam civitatem &c. qui ignoratis, quid erit in crastinum.*]

13. Cùm polluitur homo peccato suo, in ipso residet Spiritus impuritatis, donec purificetur. col. 98. [conf. Tit. 1. v. 15. *Coinquinatis & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens & conscientia.*]

14. Locus ille Lev. 6. v. 4. *Cum peccaverit & deliquerit & reddet &c.* sic exponitur: Si quis peccaverit & correctus fuerit conversione, sicut dicitur Num. 5. v. 8. *Delictum redditum Domino* &c. col. 163.

15. Conversio nominatur vita. col. 164. 165. & 166. [conf. Luc. 15. v. 32. *Quia frater hic tuus mortuus erat, & revixit.*]

16. Dives majori expiatione atque lytro opus habet, quàm pauper: quia cor ejus elatum est; non autem cor pauperis. col. 12.

17. De dignitate pœnitentium & conversorum vide plura col. 24. & 25.

18. Si homo quidam incedat viâ perversâ, oculi Domini vagantes per omnem terram, faciem ejus signant nævis & characteribus quibusdam; deque eo proclamationes fiunt in omnibus mundis in deterius. Per conversionem autem iterum tolli possunt ista signa. col. 135. & 136. Ubi simul narratur historia de tali, cui signatum erat in facie sua, quod peccator esset; qui deinde pœnitentiam agebat cum lachrymis & corde contrito, & sanabatur à nævis istis.

19. Quandoque homini denegatur conversio. col. 135.

20. Multæ sunt species Conversionis, alia aliam superans. col. 165.

21. Ad locum illum: *Quem diligit Dominus, illum redarguit.* Prov. 3. v. 12. col. 222.

22. Qui inter jejunandum quiescit tempore Sabbathi, illius decreta judicialia rescinduntur in septuaginta annos. Cum simili de Rege. col. 204.

23. Jejunium conducit, si quis somnium vidit terribile. vid.col.176.

PORTA POENITENTIÆ

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Cùm convertuntur justi perfecti & mediocres & impii, similiter fit, ac si vasa Paschalia eluuntur, quædam aquâ frigidâ, quædam tepidâ, quædam fervente. col.289.

2. Justus, cùm in adversitate versatur, similis est ligno, quod accenditur, sique flammam non edat satis claram, agitare solent illud & concutere, unde flamma deinde prodit pulchrior. Eôdem enim modô res se habet cum corpore, è quo non clarè satis prodit lux animæ. Et hæc de justo. Impius autem in tribulatione sua blasphemias evomit & contumelias. Unde *Justus probari* dicitur Psal.11.v.5.col.319.

3. Debilitas corporis est robur animæ, quod probatur è loco Esth.5,1. *Et die tertia Esther se induit regno.* col.348.

4. Melius est, si homo accuratè inquirat in opera sua, antequam cum ipso incipiat judicium cœleste: tunc enim longè difficillimum est, illud ipsum cohibere. col. 235.

5. Cùm homo in hoc mundo ambulat & agit, quod suum est, & peccat coram Domino suo, tunc finis istius operis ejus est judicium. Si autem convertitur verâ conversione, DEUS Sanctissimus atque benedictus eundem iterum recipit. col. 336. [Conf. Hebr.9.v.27. *Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem judicium.*]

6. Homo convertatur verâ conversione in hoc mundo, quia post mortem ejus nihil ipsi prodest quicquam. Singulis igitur noctibus computum ineat operum suorum, antequam cubitum eat: & si quædam invenit pravè facta, pœnitentiam agat, & confiteatur, & misericordiam exoret à Domino suo. col.338.

7. Lepra ex undecim causis originem habet, ut sunt incestus; falsum testimonium; furtum; convitiatio; perjurium; oculus pravus sive invidia; amotio terminorum; pravæ cogitationes; seminatio litium inter fratres; si judex pervertat judicium; & blasphemia. col.381.

8. Qui orat pro remissione peccatorum; prius ipsum peccatum aboleat; atque tunc precetur. col.483.

9. Homo convertatur pœnitendo in juventute sua, antequam cortex pravæ concupiscentiæ in ipso obdurescat; quia tunc durities vix cedit loco: ad instar nucis aridæ, è qua cortex difficilius amovetur. col.414.

10. DEUS Sanctissimus atque benedictus tribulationibus affligit Jisraëlitas: quia si in judicium venire debeant coram Deo, inter cæteros populos, Deus ipsis vix posset parcere, propter Samaëlem accusatorem. Hinc illô tempore eidem commonstrat tribula-

bulationes illas, quas jam sustinuerunt. col.368. Et huc pertinet illud Jerem. 30. v. 11. & cap.46.v.28. *Et castigabo te pro judicio.*

11. Qui verè convertitur, tenetur mutare nomen, mutare locum, & mutare opera. col.400. [conf. Apoc. 2. v.17. *Dabo illi novum nomen scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* 1.Tim.2.v.10. *Promittentes pietatem per opera bona.* Eph. 2,10. *Creati in Christo Jesu in operibus bonis.*]

12. Quare Justi affligantur tribulationibus: cum Simili. col.400. & 401.

13. De dicto illo: Quod justi moriantur propter peccatum illius generationis. Item quod dolores justorum expient peccatum generationis: unà cum simili de Phlebotomia in brachio instituta. col.402. & col.28.

14. Quandoque morbis affliguntur homines, quia numerare debuissent hanc vel illam summam pecuniæ: quâ erogatâ sanantur. col.570.580.

15. De præmio illius justi, qui simul abripitur propter peccata generationis. col. 402.

16. Etiam perfectè justi descendunt ad inferos, & exinde efferunt multos homines, conversos quidem pœnitentiâ, sed morte præventos ante satisfactionem. col. 405. [Conf. 1.Pet.3. v. 17.18. *In quo & his, qui in carcere erant spiritu veniens prædicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant &c.*]

17. Egregia explicatio dicti illius Psal.51. v.19. *Sacrificia Dei Spiritus contritus.* col. 443.

18. De justo, qui adversitatibus agitatur. col.319.

19. Dives, qui afflictionibus & doloribus oneratur, vocatur pauper. col.522.

20. Cùm homo peccatum aliquod committit, adversarius ille, qui ipsum accusat, non statim in cœlum ascendit, sed expectat, an forte pœnitentiam agere velit. col.512.

21. Omne opus malum, quod homo perpetrat, descriptum manet coram Deo Sanctissimo atque benedicto, donec homo ille convertatur verâ pœnitentiâ. col.523.

22. Homo qui peccat, non potest restituere animam suam, nisi quoad id, in quo deliquit. col.398.399.

23. Cùm Jisraelitæ verâ conversione convertentur ad DEUM Sanctissimum atque benedictum, ob meritum Legis congregabuntur ab exilio, & redibunt in Terram Sanctam. col. 515.

TITULUS QUINTUS.
ORDO JUDICII
è Dictis in
GENESIN.

1. Quamvis decretum fiat divinitùs, sive in bonum sive in malum; DEUS tamen Sanctissimus atque benedictus illud ipsum rursus immutat, propter opera hominum. col. 283.

2. In-

2. Interdum justus quidam in omni opere suo perfectus propterea moritur, qui DEUS Sanctissimus atque benedictus novit, quod postmodum peccaturus sit. col. 181.

3. DEUS Sanctissimus atque benedictus non exercet judicium in impios, donec prius consilium capiat cum animabus justorum. col. 265.

4. DEUS hominem bonis cumulat, ut per illa voluntati Creatoris sui satisfaciat & si superbit propter illa, iisdem quoque punitur. col. 296.

5. Cùm homo prehenditur propter peccata sua, quamvis deinde liberetur intuitu bene meritorum suorum, tamen accusator ille eundem non dimittit, nisi ipsi locô hujus tradatur impius quidam alius. Et huc pertinet illud Hiob. 33. v. 24. *Inveni expiationem.* col. 97.

6. DEUS Sanctissimus atque benedictus revelat mysteria sua justis, ne impii excusationem habeant: quia non puniuntur, nisi priùs moneantur. col. 275.

7. Interdum DEUS Sanctissimus atque benedictus pœnas impiorum retardat donec moriantur justi illius generationis. col. 181.

8. Ratio, quare multi impii è morbis suis reconvalescant, quandoque hæc est, quia adhuc semen bonum ex iis proditurum est. Vide rationes plures col. 477.

9. Deus Sanctissimus atque benedictus non exercet judicium in impios, donec impleta sit mensura illorum omnium. Quia difficile est, judicare hos, & liberare illos. col. 286.

10. De justis morientibus propter peccata generationis; vide col. 407. [conf. Joh. 11. v. 49. *Expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Ad Rom. 4. v. 25. *Qui traditus est propter delicta nostra.* cap. 5. v. 6. *Christus pro impiis mortuus est* 1. Cor. 5. v. 7. *Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus.*]

11. Jizchak Patriarcha notum in mundo fecit, quod judicium sit atque judex. Et hanc ob causam ubique dicitur, quod Jizchak sese applicuerit ad metrum judicii. col. 214 & col. 241.

ORDO JUDCII
è dictis in
EXODUM.

1. Attributum misericordiæ convertitur in attributum judicii per opera impiorum. col. 111.

2. Sessiones judicii instiduendas esse manè, non autem postquam homo comedit atque bibit. col. 215. [Conf. Joh. 18, 28. *Adducunt Jesum ad Caipham: Erat autem manè.*]

3. Admonitio ad judices, ut primò incipiant à benè meritis. col. 462. & 463.

4. Attributum judicii Divini comparatur cum rosa rubra, cujus aqua est alba. Item attributum judicii quasi rubicundum est, & mutatur in album, i. e. in misericordiam col. 34.

5. Duæ

5. Duæ rationes, quare DEUS retardet iram suam erga impios in hoc mundo. col. 401.

6. DEUS Sanctissimus atque benedictus nulli creaturæ suum præscindit præmium. Et hæc est ratio, quare regnum Jismaëliticum tamdiu dominetur. col. 56. [Conf. Matth. 10, 42. *Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ &c. non perdet mercedem suam.*]

7. Satanæ creditur deferenti quæcunque opera hominum singulorum; non verò plurium. col. 58.

8. Nunquam DEUS Sanctissimus atque benedictus voluntatem imputat pro facto, nisi in Idololatria. Videatur ratio col. 63.

9. Tres sunt, qui judicant sine testibus: Moscheh; Schlomo; & Meschiach. col. 133. [Conf. Joh. 5. v. 22. *Neque enim judicat Pater, sed omne judicium dedit Filio.* Act. 17. v. 31. *Statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit.*]

10. Concessum est judici, furtim & callidè expiscari circumstantias facti litigantium: ut re sic investigatâ, sententiam statuere possit veram. col. 166.

11. Cautissimum esse debere hominem in exercendo judicio, eò quod in illo consistant omnia. Vid. col. 217.

12. Quandocunque judicia exercentur erga mundum, Angelus mortis ibidem semper præstò est. col. 407. [Conf. Apoc. 9, 11. *Et habebant super se Regem, cui nomen Hebraicè Abaddon.*]

13. Justus è mundo tollitur propter peccata generationis; vel quia DEUS prænovit, illum non fore constantem. col. 17.

ORDO JUDICII
è dictis in
LEVITICUM.

1. DEUS Sanctissimus atque benedictus sellam judicii locat illâ ipsâ horâ, cum Judices consident. col. 155.

2. Permissum & præceptum est judicibus, exploratores constituere, in provincia, qui inquirant in opera mala, & illa coram judicibus referant. Quia DEUS diligit judicium, & super eo mundus consistit. col. 191.

3. Cum decretum malum decernitur erga mundum, triginta diebus hoc ipsum suspenditur, donec DEUS Sanctissimus atque benedictus illud notificet justis. col. 162.

4. Si Deus Sanctissimus, qui benedictus sit, exactè exposceret hoc ipsum, quod illi debetur, mundus ne unicô quidem momentô subsistere posset. col. 222.

5. DEUS Sanctissimus atque benedictus quàm exactissimè procedit cum justis ad pili usque subtilitatem. Cum historia huc pertinente de R. Pinchas, filio Jair. col. 62.

6. Certi præfecti quotidiè per mundum oberrant, qui observent opera hominum, venientesque referant ea coram Rege Sancto. col. 401. Et id quoque tribunalia terrena observare debent.

7. Mors justorum est expiatio seculi. col.100. [conf. Matth.20 v.28. *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis.* 1.Tim.2, 6. *Christus dedit seipsum redemptionem pro omnibus.*]

8. Quotidie circa horam sacrificii pomeridiani DEUS Sanctissimus atque benedictus judicat omnes transgressores præceptorum Legis.col.115. [conf.Matth.27.46.*Circa horam nonam clamabat Jesus.* Luc.23 v.44. *Et tenebræ factæ sunt usque in horam nonam &c. Et clamans Jesus expiravit.*]

9 Singulis diebus tribunalia sublimia aperiri jubentur: exceptâ vesperâ diei expiationis.col.139.

10. Cum dictum sit ob tres causas famem in mundum venire: quæ omnes tamen reperiuntur in divitibus: quæritur quare tunc divites superstites maneant; pauperes autem moriantur? col.12.

11. Quamvis pauperes interdum propositum habeant peccandi: ob crucem tamen suam & miseriam domesticorum suorum hoc ipsis non imputatur. ibid.

ORDO JUDICII

è Dictis in

MUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. DEUS Sanctissimus atque benedictus justos assumit in mundum venturum, ut protegant mundum istum: quoniam & ipsi sunt de mundo hoc. col. 65. [conf. Hebr.2, 17. *Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex in Divinis ad expiandum peccata populi.*]

2. Propter justos & pueros Scholam frequentantes conservatur mundus, & DEUS benedictus illos è mundo tollit, cùm puniturus est populum.col.38.& 402.

3. Nisi judicium & supplicia reperirentur in mundo, homines non studerent in Lege, nec observarent mandata Domini sui, prout decet. col.339.

4. Judicium durissimum exercetur mensibus Juniô, Juliô & Decembri. col. 330.

5. Cum pars quædam litigantium judicem quendam metuit, ne scilicet propter odium aliquod antiquum ipsi adversetur; judex ille surgere debet; & discedere ab illo judicio. Quod nisi faciat, vocatur vir protervus & impudens.col.380.

6. Illo tempore cum judicium mundo imminet, hic protegitur per justum aliquem istius generationis. Ubi quomodo hoc fiat, explicatur per simile de Rege quodam &c.col.337.

TITU-

TITULUS SEXTUS.
PORTA CASTITATIS & SANCTITATIS
è Dictis in
GENESIN.

1. De pœna illius, qui obscœna loquitur, ut in eo nascantur lascivæ cogitationes ad committendas pollutiones fornicationis. col. 31. [conf. 1. Cor. 15. v. 33. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Eph. 4. v. 29. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.*]

2. Parentes sponsæ eandem introducant in sponsi propria [conf. Johan. 16, 32. *Ut dispergamini unusquisque in propria.* cap. 19, 29. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in propria.*] col. 138.

3. Quilibet homo reperiri debet ut mas & fœmina [contractô scilicet matrimoniô:) & cum peregre abit iter facturus, uxoris loco sibi sociare debet Præsentiam Divinam, per preces & pia vota. col. 139. [conf. 1. Cor. 7. v. 2. *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum virum.*]

4. Ratio, quare homo visitare debeat uxorem suam peregrè abiturus & è via redux. col. 139.

5. Atque sic quoque nocte Sabbathinâ & nocte Baptizationis. col. 160.

6. Qui ritè observat tempus elongationis uxoris suæ; cum illo interea copulatur Gloria Divina, donec purificetur uxor ejus. col. 160.

7. Quandocunque quis tempus esse scit copularum, hilari admodum sit animô. col. 160. 140.

8. Non datur benedictio & societas DEI Sanctissimi atque benedicti, nisi ubi contractum est matrimonium: quia mas & fœmina similes sunt cœlo & terræ. col. 178. [conf. Eph. 5. 23. *Vir caput est mulieris, &c.* Et v. 31. *Et erunt hi duo in carnem unam. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico de Christo & de Ecclesia.*]

9. Nihil datur in mundo, quod DEUS Sanctissimus atque benedictus majori zelô prosequatur, quàm debitum fœdus Divinum in perpetua conservandi sanctitate. col. 202. [conf. 1. Thess. 4, 4. *Ut sciat unusquisque vas suum possidere in Sanctificatione & honore: non in passione desiderii.*]

10. DEUS Sanctissimus copulat matrimonia, atque tunc dicitur ædificare mundos. col. 245.

11. Populi gentiles non dominati sunt in Jisraëlitas, nisi postquam hi neglexerunt denudationem fœderis. col. 251.

12. Panis ille, quem comedit improles, vocatur panis mœstorum: sed cum alicui liberi sunt, panis ejus vocatur Panis lætitiæ. col. 420.

13. De pœna illius acerbissima, qui semen suum profundit inaniter, quod Deus avertat. col. 421.

14. Si quis nudus concumbit cum uxore ad lumen lucernæ, in liberos exinde natos intrat spiritus malignus, & epileptici fiunt: vel strix illa Lilith in eos intrat, eosque occidit. col.42.

15. Quanta sit dignitas signi circumcisionis, & fœderis sancti: & quantâ pœnâ afficiatur ille, qui negligit sanctificationem ejus: (per castitatem.) Cum enim Adam Protoplastes in hoc transgressus esset, DEUS sanctissimus atque benedictus jam destruere volebat mundum; nisi respexisset id, quod Jisr. ëlitæ suscepturi essent Legem. col.179.

16. Generatio diluvii multa quidem perpetrabat scelera; delicta tamen ejus non consummabantur, donec sanguinem profunderent inaniter. Quid autem per hoc intelligitur? quod nempe juxta Gen.6.v.12. *Omnis caro corrumperet viam suam super terram.* col.182.

17. Quandocunque Jisr ëlitæ fœdus sanctum castè custodiunt, nullus populus vel Lingua in illos dominari potest. col.201.

18. Id quod dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ! Circumcisum non descendere in Infernum: intelligendum de eo casu, si egregiè caverit, ne fœdus suum pollueret. col. 250.

19. Cum amor mariti exsuscitatur erga uxorem, & desiderium hujus erga illum; ex hinc nascitur filius, qui continet duos gradus. Quare quilibet seipsum sanctificare debet, tempore copulæ. col 246. & col.229.

20. Cum homo è via redux est, magnopere cavere debet, ne aspiciat mulieres: quia calor itineris in ipso prædominatur & parum abest, quin dominium in ipsum obtineat prava concupiscentia. col.273.

21. De pœna illius, qui improles moritur: quod Deus avertat. col.483.

22. Qui Legis est studiosus, & omnia opera sua peragit in honorem Dei sanctissimi atque benedicti; & non habuit liberos: vel si habuit, & mortui sunt: vel si ipse est sterilis: Ille magnam tamen habet portionem in mundo venturo. col.420. & 421.

23. Quomodo, cum Deus matrimonia jungat; quædam tamen adeo eidem dicantur difficilia, ac fissio maris rubri. col.184.

24. Cautissimè observandum esse signum fœderis sancti: deque pœna illius, qui illud polluit. col 507.

25. Fœdus constans atque sanctum (circumcisionis scilicet) vocatur Opus manuum ejus; & opus manuum nostrarum. col.31.

26. Qui negligenter observat fœdus circumcisionis idem facit, ac si dirueret altare. Qui verò (vera castitate) conservat illud, idem agit, ac si altare constitueret. col 201.

27. De dicto illo: Quædam matrimonia tam difficilia esse, atque fissio maris rubri. Item; quod dicitur: Cavendum, ne alius quidam ipsi præveniat in amore. Item, an alius hic non habeat consortem? col.248.

28. Mundus non nisi super his consistit qui dominantur spiritui (seu affectui) suo: prout fecit Joseph justus. col. 268. [conf. Rom. 6. v. 12. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.*]

29. Qui

29. Qui fœdus sanctum ritè custodit, & observat præcepta Legis, vocatur Justus: & cùm benedictiones descendunt, eædem quiescunt super capite ejus: & ab illo benedictiones istæ derivantur in liberos sanctos atque probos. col. 373.

30. Quanta sit dignitas illius, qui fœdus stabile atque sanctum legitimè conservat atque stabilit. Et quanta sit pœna illius, qui facit contrarium. col. 424.

31. Non alio loco quiescit benedictio, quam ubi mas & fœmina matrimonio juncti sunt. Quod probatur exemplo Jacobi Patriarchæ; super quo pax. col. 378.

32. Uxorem ducendam esse in juventute tenera. col. 422.

33. De pœna illius, qui semen inutiliter profundit. col. 422.

34. De dignitate illius, qui studiosus est prolificationis & multiplicationis: & de pœna illius, *qui præceptum* illud negligit. col. 39.

35. *Ubicunque* celebratur circumcisio, ibi Elias præstò est, quatuor volatibus: cui propterea locanda est sella, his verbis clarè prolatis: Hæc est sella Eliæ; quod nisi quis dixerit; Ipse illuc non accedit. col. 40. & col. 251.

36. De præmio illius, qui castè custodit fœdus stabile atque sanctum: quodque propterea particeps fiat mundi venturi. col. 188. & col. 189.

37. Qui moritur improles, quamvis aliàs multis polleat benè meritis, non tamen videt faciem Adami protoplasti, qui considet ad portam Paradisi. col. 200. & col. 245.

38. Fœdus circumcisionis æquiparatur toti & universæ Legi. col. 438.

39. Ratio, quare prohibitum sit cohabitare uxori, illis annis, cùm annonæ caritas & fames dominantur. col. 450.

40. Cum Pater profert filium suum ad fœdus circumcisionis, Deus Sanctissimus atque benedictus totam aulam suam cœlestem congregat, &c. & Elias advolans, quatuor *volatibus illuc accedit: hinc* sella ibidem collocanda est. Ubi hic deinde ascendit & testimonium perhibet coram Deo benedicto. col. 251.

41. Cùm circumciditur infans, adstantes dicere tenentur è Psal. 55. v. 5. *Beatus, quem elegisti, & appropinquare fecisti, &c.* Deque pœna illius, qui id non dicit. col. 253.

42. Pater circumcisi hilaris esse debet per totum diem illum, quod præcisum sit præputium filii sui. col. 254.

43. Qui liberos generat in hoc mundo, meretur intrare intra Velum mundi venturi. col. 288.

44. Qui seipsum ritè sanctificare novit in hoc mundo; cùm filium generat, è cœlo in illum derivat Spiritum Sanctum: & tales vocantur filii Dei. col. 311 [conf. Joh. 1. v. 12. 13. *Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios DEI fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt.*]

45. De pœna illius, qui fœdus sanctum polluit mulieribus alienis: filius enim, qui ab illo nascitur, immundus est duplici impuritatis genere. col. 312.

46. Quicunque impedit concubitum legalem, de eo Scriptura dicit, quod concubuerit cum uxore proximi sui. col. 400.

47. Mulier illa, quæ duobus nupsit in hoc mundo, restituitur primo. col. 100. [conf. Matth. 22. v. 27. *Novissimè omnium & mulier defuncta est.*]

48. Fœdus circumcisionis vocatur Altare. col. 201.

49. Quæritur, quomodo intelligendum sit dictum illud Jesch. 60. v. 21. *Et populus tuus omnes justi, &c.* Cum tamen multi sint impii in illo? Nimirum ex eo, quod circumcidantur die octavâ: & fœdus circumcisionis vocatur sacrificium perfectum. col. 200.

50. Quindecim genera incestus recensentur Levit. 18. respectu duarum literarum Tetragrammati יה : & adhuc sex alia. vid. col. 148.

51. Præceptum est homini ut cum zelo amet uxorem suam, veroque amore cordis copuletur cum ipsa: nec oculis suis sectetur alias. col. 516.

52. Qui fœdus stabile atque sanctum castè custodit, dignus evadit, ut ab ipso generentur Reges atque dominantes: vel ipse evadit Rex. Quod nos docent exempla Josephi & Boasi. col. 251.

53. Fœdus sanctum non stabilitur, donec quis uxorem ducat, & illud loco debito inferat. col. 252.

54. Qui offert filium suum ut intret in fœdus, idem præstat, acsi obtulisset omnia mundi sacrificia. Et hinc præputium mandatur terræ: ac si altare terreum adesset. col. 253. 254.

55. Benjamin vocatur Justus, quia custodivit fœdus stabile atque sanctum. col. 356.

56. Cum pudore instituendam esse copulam maritalem, propter duos illos angelos, ad dextram & ad sinistram homini assistentes, qui sunt cupido boni, & cupido mali. col. 378.

57. Ubicunque instituitur copula legalis, ibi reperitur Gloria divina cohabitans. Et qui hanc copulam impedit, in causa est, ut Gloria divina tollatur è mundo. col. 400.

58. Qui improles moritur, non ingreditur intra velum, donec frater ejus ipsum liberet è manu Angeli perditoris. Quam ob causam hic vocatur Redemptor. col. 420.

59. Ratio, quare Elias ubique adsit locis illis, ubi circumcisio celebratur: quia nimirum ipse descendit è mundo masculino. col. 456 fol. 115.

60. Nullus est peccator in mundo, cui non concedatur pœnitentia, præter illum, qui semen inutiliter profudit. col. 467.

61. Qui habitat sine uxore, illi non cohabitat Præsentia Divina. col. 483.

PORTA CASTITATIS ET SANCTITATIS.

E Dictis in

EXODUM.

1. Fœdus sanctum vocatur janua corporis.

2. Tempore concubitûs instituendas esse meditationes sanctas. col. 18.

3. Tres sunt, qui Gloriam Divinam cohabitantem è mundo expellunt: qui concumbit cum menstruata: qui concumbit cum Syriaca (seu Gentili): & præ cæteris ille, qui infantem occidit in utero matris (i.e. qui abortum causatur. col. 4.

4. Capi-

4. Capita populi in qualibet generatione puniuntur, quia non impediant illos, qui rem habent cum Syriacis (sive Gentilibus) & illi hoc sciant. col. 4.

5. In exilio Babylonico Israëlitæ duxerunt uxores alienas: & propterea Deus Sanctus atque benedictus nulla ipsis exhibuit miracula. col. 10.

6. Filius probus, qui generatur ab impio, laudabilior est patre. col. 80.

7. In dicto illo Jobi 3. vers. 2. *Et nox dixit: Conceptus est vir*: Intelligitur Gabriel. col. 18.

8. Cujus semen reprobum est usque in tertiam generationem, ab istius posteris non facilè recedet improbitas. col. 132.

9. Propter dignitatem fœderis sancti, Israëlitis osores sui subjiciuntur. col. 219.

10. De præmio illius, qui custodit fœdus sanctum: quodque pœna transgressoris in hoc genere sit gladius. col. 45.

11. Qui non timet Deum sanctissimum atque benedictum, in puncto fœderis sancti, eundem planè non timet. col. 45.

12. In mundo venturo è bello Gog & Magog nemo superstes erit, nisi qui fuerit circumcisus, & fœdus stabile atque sanctum custodit. col. 101.

13. Tempus copulæ discipulis Sapientum est Nox Sabbathica; & quidem præcisè post mediam noctem; neutiquam verò ante mesonyctium. Ratio hujus videatur col. 241. Vid. etiam fol. 28. col. 112.

14. De pœna acerbissima illius, qui cum uxore sua concumbit præter viam naturalem. col. 465. 466.

15. Historia de quodam, qui duxerat uxorem Idololatricam: cujus prosapiam cum inquisivissent, inventum fuit quod ipse filius mulieris Idololatricæ, & pater ejus è semine rejecto natus fuerit. col. 79.

16. Qui uxorem ducit alienigenam, circa illum sunt præfecti quidam, qui seipsos transformant in formas illarum mulierum, quibus ipse polluit fœdus sanctum: cumque ex hoc mundo abit, illi ipsi coram eo præcedunt, eumque polluunt. col. 476.

17. Certi quidam præfecti sunt, qui in Gehennam detrudunt eum, qui non custodit fœdus sanctum. col. 481.

18. Cùm Deus suppliciis mundum affligere cogitat, certi quidam Angeli constituti sunt, qui sanguinem circumcisionis ante Deum apportent: quô factô decretum illud rigorosum mox rescinditur. Item quomodo fœdus circumcisionis accusationem convertat in apologiam. col. 459. [confer Hebr. 12. v. 24. *Et sanguinis adspersionem melius loquentem, quam Abel.*]

19. Certi quidam Spiritus constituti sunt super eum, qui præputium filii sui circumcidere impedit. col. 481.

20. Non falsificandum esse fœdus sanctum. col. 158. 155.

21. Certus quidam præfectus constitutus est nomine פִּתְּחוֹת, qui persuadet homini, eumque seducit, ut intueatur pudenda, & res illicitas. Cumque hic moritur, ille ad ipsum intrat in sepulchrum, & confringit oculos ejus, quia ipsius sunt. col. 575.

22. Adhuc

22. Adhuc alii præfecti constituti sunt super illos, qui semen suum emittunt vel inutiliter; vel in brutum; vel in mulierem Dei alieni. col. 456.

23. Duo dantur Angeli, quilibet præpositus duodecim millibus præfectorum. [conf. Matth. 26. v. 53. *Et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum:*] Et omnes illi lachrymas profundunt super eo, qui divortium facit cum uxore sua legitima, propter septem illas benedictiones, in copulatione super illa exsuscitatas, jam verò non conservatas. col. 458. conf. Matth. 19. v. 9. *Quicunque dimiserit uxorem suam nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*]

24. De dignitate illius, qui custodit fœdus stabile atque sanctum. col. 106.

25. De denudatione circumcisionis. col. 106.

26. Propter denudationem signi sancti meriti sunt Iisraëlitæ panem cibumque accipere cœlestem. col. 108.

27. Cum circumciditur filius cujusdam, vocatur altare expiationis: cui nomen est; *Dominus signum meum* Exod. 17. v. 15. col. 117.

28. Cavendum esse, ne quis ducat viduam, præsertim si jam nupta fuerit duobus. col. 183.

29. De matrimonio primo & matrimonio secundo, videatur col. 180. & 183. it. col. 194. & 199.

30. Qui circumcisus est, & custodit fœdus sanctum, vocatur justus. col. 40. & col. 105.

31. Prohibitum est, inspicere pudenda propria & aliena. col. 117.

32. Ratio, quare matrimoniô secundô juncti continuò altercentur. Quia nimirum Spiritus ille, quem maritus prior reliquit in uxore, adversatur illi Spiritui, quem in eam introduxit maritus secundus: unde perpetua altercatio: & illa semper mentionem facit prioris mariti. col. 172. 182.

33. Mulier, cui moritur maritus, si non nubit viro alii, hôc ipsô beneficium & rem gratam præstat marito priori. col. 122.

34. Cum hominem judicant in mundo altero, inter opera ejus inquirunt, an etiam vitiaverit signum illud stabile atque sanctum: item de pœna illius acerbissima, qui signum hoc stabile atque sanctum non servavit purum; nisi plenè fuerit conversus. col. 384.

35. Cum mulieri cuidam moritur maritus, quamvis ille non fuerit verus ejus consors; & deinde verus illius compar eam quidem desiderat, illa verò eidem nubere renuit: illa propterea non punitur. Huic autem viro destinatur uxor alia. Sed levirum admittere ex præcepto tenetur. col. 183.

36. Cùm circumciditur infans, incipit vocari homo: & cùm studet in Lege, meritò demum vocatur homo. col. 153.

37. Si quædam mulier non accuratè observat dies indumentorum suorum alborum; vel si se baptizaverit, & non indicaverit marito suo, ut saltem ipsi incommoda creet; cum ipsa rem habent stryges & maligni Spiritus. col. 197.

38. Ob dignitatem fœderis circumcisionis Iisraëlitis subjiciuntur hostes sui, ut occupent hæreditates eorum. col. 219.

39. Sponsæ præparandum est conopeum nuptiale pulcherrimum, in honorem sponsæ alterius, quæ accedit & ibi quiescit. Sicut in Circumcisione locanda est sella fœderis, ut in illa quiescat fœderis Angelus. col. 299.

40. Mulier gentilis & Idololatrica, quamvis fiat proselyta; debitè tamen non legitimatur; eamque homo omninò vitare debet; quia difficile est, inquinamentum illud evertere. col. 156.

PORTA SANCTITATIS ET CASTITATIS

E Dictis in

LEVITICUM.

1. Quocunque tempore populus congregatur ad præscindendum præputium infantis, Deus Sanctissimus atque benedictus totam familiam suam cœlestem congregat, eidemque hoc notificat. col. 76. [conf. Luc. 12. v. 8. *Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.*]

2. Pater infantis meditationem instituere debet super circumcisione, ac si obtulisset sacrificium. col 76.

3. Quicunque approximat uxori alteri præter suam, idem facit, ac si serviret duobus dominis; [id est, Diis] col. 78. [conf. Matth. 6. v. 24. *Nemo potest duobus dominis servire.*]

4. In muliere inveniuntur quinque species sanguinis puri, & quinque species sanguinis impuri; & qui his casibus transgressor est, idem facit, ac si transgrederetur Decalogum. *col. 57.*

5. *De dicto illo*; hominem non satisfecisse præcepto de fructificatione & multiplicatione, nisi genuerit filium & filiam. col. 58. Vid. quoque col. 157. & 414.

6. Qui approximat uxori alii præter suam, quamvis illa sit soluta, illius pœna magna est: & difficile est, ut admittatur ad conversionem. col. 78.

7. Cum quis cogitationes habet de uxore proximi sui, & deinde rem habet cum uxore propria, illius liberi, qui hinc generantur, vocantur Dii fusiles. col. 172.

8. Non præficitur homini Spiritus cœlestis, donec circumcisus est. col. 174. it. fol. 33. *col. 130.*

9. *Illâ horâ*, cùm copula exercetur hîc infra, Deus Sanctissimus atque benedictus formam quandam demittit in similitudine hominis, &c. Et si homini concederetur facultas illam videndi, tunc videret imaginem supra se adstantem: & hæc vocatur Spiritus sanctus. col. 199.

10. Quicunque seipsum sanctificat hîc infra, illum sanctificant supra. col. 53.

11. In quo non invenitur signum sanctum (circumcisionis,) cum illo non instituenda est societas, nec gaudendum cum eo: imò prohibitum est eidem aperire verba Legis Divinæ. col. 130. & 131. [conf. 1. Cor. 5. v. 11. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri cum*

fratre, qui est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, a[ut] rapax, cum hujusmodi ne cibum sumere. 2. Thess. 3. v. 6. *Denunciamus vobis fratres, [in] nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inord[i]natè.*]

11. Uxor resecare debet omnes crines & ungues, qui ipsi creverunt in diebus impur[i]tatis suæ. col. 142.

13. Prava concupiscentia magis suscitatur in homine circa libidinem, quàm circ[a] actus illicitos alios. col. 25.

14. De ordine copulæ conjugalis. col. 147.

15. Homo non vocatur homo integer, nisi in copula sua conjugali. col. 14[7] & 157.

16. Quicunque vitiat signum hoc sanctum, dignus est, ut eradicetur è mundo. co[l.] 350.

17. Conjunctio maris & fœminæ vocatur Unum. col. 158. [conf. Matth. 19. v. 6. *Ita que jam non sunt duo, sed una caro.*

18. Antequam mulier ter fuerit prægnans, non absoluta est fructificatio ventris eju[s] col. 161.

19. De dignitate fœderis sancti: unde etiam Iismaëlitis, quamvis in illis sit tantù[m] pars una istius signi, non verò signum totum, DEUS Sanctissimus atque benedictu[s] concedit partem terræ sanctæ, per omne tempus exilii nostri. col. 179.

20. De dicto illo; *Si mulier sementaverit, & pepererit masculum,* Levit. 12. vers. 2 col. 33.

21. Cùm homo copulatur cum uxore sua in Sanctitate & puritate, in illum è supern[is] derivatur Spiritus quidam sanctus. col. 75.

22. Pro præputio parari solet vasculum cum pulvere terræ, ad implendum dictum i[l]lud: Gen. 3. v. 15. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* col. 76.

23. Locus ille, ubi non invenitur mas & fœmina, dignus non est ut videat facie[m] Præsentiæ Divinæ. col. 105. & col. 65.

24. Omnes animæ creatæ sunt androgynæ: & si homo dignus est, ipsi destinatur v[e]ra compar ejus. col. 75.

25. Qui uxorem habet, in qua non est timor Domini Benedicti, ille non vocatur m[a]gnus. col. 5.

26. Qui non est uxoratus, non pertinet in genus Adami, nec dignus est Benedictio[ne]. col. 5.

27. Homo non vocatur integer, nec nomine Adam, donec genuerit filium & filia[m]. Deque pœna illius, qui non contrahit matrimonium, & moritur. col. 9.

28. Qui descendit ab impuro semine, tandem detegitur coram omnibus. c[ol.] 204.

29. Sacerdos, qui non habet comparem suam, arcetur à cultu. col. 275.

30. Si vir quidam descendit è latere dextro; ipse dominium habet in uxorem sua[m]

qu

quia & ipsa venit è latere dextero. Sed si ipse venit de latere sinistro; illa dominatur ipsi; quamvis & ipsa de eodem sit latere: quoniam mas & fœmina de uno latere descendunt. col. 76.

31. Tempore copulæ conjugalis componendus est animus piis meditationibus, ut liberi generentur sancti. col. 99.

32. De temporibus studiosorum Legis, quod est de vespera Sabbathi in vesperam Sabbathi. col. 108.

33. Sub mediam noctem, vel post noctis medium congredi solent plebeji & idiotæ: sed tempus Discipulorum Sapientum est à nocte Sabbathina in noctem Sabbathinam. col. 146.

34. Si mas & fœmina se ipsos sanctificant tempore ministerii lecti, major est laus fœminæ, quàm viri. fol. 37. col. 148.

35. *De dicto* illo Sapientum nostrorum bonæ memoriæ; Si mulier maritum alliciat ad *negotium* legale, ex illis progenerantur liberi virtuosi. col. 79.

36. Sanguinem circumcisionis DEUS sanctissimus atque benedictus custodit: & cum *judicia* statuenda sunt super mundo, hunc sanguinem intuetur; mundumque liberum dimittit. col. 22.

PORTA SANCTITATIS atque CASTITATIS
è Dictis in
NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Justi, qui cum uxoribus suis, quæ steriles sunt, tamen copulantur, generant animas præselytorum. *col.* 318.

2. *Cum mulier se ipsam* purificat pro marito suo, abscindat ungues suos cum spurcitie illorum, & aliquid de capillis capitis sui: & hæc omnia convolvat & abscondat in foramine quodam occulto atrii sui, ubi non transeunt homines. col. 460.

3. De matrimonio primo & secundo: & quare moriatur maritus primus. col. 550.

4. Mulier quam verecundissima esse debet, ita ut ne unicum quidem pilum capitis sui denudet: nisi mala quam plurima causari velit tam supra quàm infra: & marito suo liberisque suis in specie paupertatem. col. 239. & 287.

5. Homo tenetur alloqui uxorem suam ante concubitum; quia fieri posset, ut succu*ba* ipsi quædam illius loco substituta esset. col. 537.

6. Admonitio seria, ut quilibet caveat, ne semen suum permisceat cum familiis rejectis. col. 438.

7. Cum Justus magno zelo conservare conatur sanctitatem Domini, circa fœdus sanctum, Patriarchæ mundi eidem sese associant: & DEUS avertit iram suam. col. 439.

8. Quotiescunque Achasverus voluit congredi cum Esthera, hujus loco ipsi substituta fuit succuba. col. 533.

9. Encomium atque excellentia illius, qui fœdus sanctum ritè custodit. col. 313.

10. Nulla laus quam quis coram DEO habere queat, huic similis est, quæ eidem

tribuitur, qui fœdus sanctum legaliter servat: Deus enim sanctissimus atque benedictus illius quotidiè meminit, col. 314. & 315.

11. De Leviratu, rationes elegantissimæ. col. 317.

12. Qui fœdus sanctum non legaliter observat, idem est ac si non esset circumcisus. col. 350.

13. Præputium deponendum est in vase cum pulvere terræ. col. 478.

14. Mulier tollere debet omnem capillum suum cum matrimonio jungitur cum marito suo. Et propterea nullam ipsa habet barbam. col. 241.

15. De pœna illius, qui vitiat signum fœderis sancti, illudque immittit loco alieno. col. 508.

16. De pœna illius, qui semen suum inaniter educit; vel coit cum menstruata; vel cum filia Dei alieni. col. 451.

17. Matrimonia cur adeò difficilia dicantur Deo, atque fissio maris rubri. col. 550. in fin.

18. Nulla in tali quiescit benedictio, qui masculus est sine fœmina; quia ipse dimidium tantùm corpus est. col. 573.

19. Qui vitiat fœdus sanctum, seipsum vitiat: & illi liberi, qui hinc nascuntur, vitiati sunt supra & infra. col. 551.

20. Qandoque moritur homo hanc ob causam, ut vir quidam alius ducere queat uxorem ejus. col. 550.

21. Præsentia divina non quiescit super tali, qui non init matrimonium: & multò magis si sacerdos sit, quia hi cautiores esse debent, quàm omnis populus. col. 275.

22. De copula corporea quæ in hoc mundo fit: & de copula animarum mundi illius: quodque hæc fiat sub noctem mediam. col. 318.

23. Mulier antequam nubit, vocatur filia hujus vel illius: contracto autem matrimonio eadem vocatur אשה uxor. col. 330.

24. De discalceatione vid. col. 343.

25. Qui ritè custodit fœdus sanctum, liberatur in supernis & hîc infra. col. 437.

26. Qui stabile conservant fœdus sanctum, merentur filios accipere sanctos. col. 495.

Sequuntur Loca quædam, ob analogiam materiæ ad hunc Titulum relata.

1. Ratio arcana, quare homo anno ætatis suæ decimo quarto obligatus sit observare præcepta. col. 225. in princip.

2. Homo cum absolvit annum ætatis suæ decimum tertium, est filius hominis. Cum autem absolvit annum vigesimum, tunc filius est DEI Sanctissimi atque benedicti. Qui ipsum alloquitur è Ps. 2. v. 7. *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* col. 175.

3. Homo tredecim annorum vocatur filius diei. In Exodum col. 201.

TITU-

TITULUS SEPTIMUS.

OPUS MENSÆ

è Dictis in

GENESIN.

1. Homo bibere tenetur poculum benedictionis, ut dignus evadat benedictione supernâ. col.274. [conf.1.Cor.10,16.

2. R. Jebha senex, quamvis habuisset quod ederet, non tamen accubuit, antequam illud petiisset è domo Regis, per preces.col.442.

3. Poculum benedictionis vocatur Rosa. col.17. [conf. Marc. 14. v. 23. *Et accepto calice gratias agens, dedit illis &c.*]

4. Raf Hammenuna poculum benedictionis non dedit alii, nisi illud prius prehendisset dextrâ.&c. vid.col.525.

5. Sinistra non debet juvare dextram in actu poculi benedictionis col.360.

6. Ratio quare panis in mensa esse debeat, cum dicitur benedictio cibi. col. 244.

7. Discipulus Sapientum qui sese inebriat, vocatur *Inauris aurea in nare porci.* Prov.11.v.22.col.269.

8. Moris est, quod conviva facere debeat id, quod vult hospes ejus. col. 345.

9. Ratio, quare manus tempore matutino impuræ sint: quodque nemo accipere debeat aquas, ab eo qui non est lotus: item quod non accipere debeat vestes suas ab eo qui non lavit manus. col. 147.

10. Homo nihil comedere debet tempore matutino, donec studuerit in Lege. col. 442.

11. De præmio illius, qui cautè observat lotionem manuum: deque pœna ejusdem qui illam negligit. col. 342. [conf. Matth. 15. v. 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, dum panem manducant.*]

12. Quod etiam qui aliquantulum saltem dormitat, & interdiu; teneatur lavare manus. col. 409.

13. Benedictio cibi dicenda non est, mensâ adhuc vacuâ. col.507.

14. Qui cibum largitur studiosis Legis, meretur accipere divitias hujus & illius mundi. col. 510.

15. Cautè observandam esse lotionem manuum: easque aquas non amplius esse adhibendas. col. 415.

16. Ratio, quare manus levandæ sint manè; & cum quis redit è cloaca. col. 35.

OPUS MENSÆ
è Dictis in
EXODUM.

1. Explicatio benedictionum mensalium, quarum una formula incipit, המוציא: idque tam Cabbalisticè, quam populariter. col.297.

2. Benedictio cibi recitanda est cum gaudio, & velando caput. col.298.

3. Multas benedictiones, cum longævitate accidere illi, qui dicit benedictionem cibi. col.299.

4. Cavendas esse aquas ultimas. col.299.

5. Non dicendam esse benedictionem cibi super mensa vacua, quia benedictio ibidem non quiescit. col.156.

6. Qui non cautè tractat carnem & lac, sed utrumque simul comedit; & genuerit filium intra quadraginta dies, huic inditur anima de latere adverso. col.221.

7. Ratio, quare ebrio liceat dicere benedictionem cibi. col.273.

8. Si quis ad mensam suam assumit pauperem, & verba Legis meditatur, ille meretur in mundum omnium supremum ingredi: & duo angeli accedentes eidem benedicunt duabus benedictionibus. col.274.

9. Vetitum est comedere ante levatam alvum. Et ratio petitur è loco Jes. 28. v. 8. *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordeque absque loco.* Adde quod salutare hoc sit corpori, & conducat sanitati. col.275.

10. Ratio, quare in benedictione cibi mentio fiat terræ bonæ &c. cùm tamen sit devastata. col. 280.

11. Cavendas esse aquas ultimas. col.280.

12. Qui tristis est, & cum dolore cibum capit propter vastatum Sanctuarium, eidem DEUS Sanctissimus atque benedictus hoc imputat, ac si reædificaret domum Sanctuarii, & omnia loca desolata Hierosolymarum. col.280.

13. Ratio quare benedictio post mensam dici nequeat, nisi in consessu trium. col. 280.

14. Admonitio, ut quis pauperes invitet ad mensam suam. col.298.

15. Tota benedictio post mensam explicatur sensu Cabbalisticô col. 298.

16. Pauperi frangendæ sunt frusta super mensa, ne erubescat aliquid accipere & comedere. col.347.

17. Qui Eleemosynam dat pauperibus de raptu & furto, ipse facit ut mentio fiat peccatorum ejus. col.347.

18. Quicunque comedit antequam oraverit orationem suam, ille defertur ac si esset hariolus & augur. col.386.

19. De præmio illius, qui benedictionem cibi, (sive post mensam,) debite recitat, & corde hilari. col.391.

20. Qui

20. Qui non sectatur voluptates, in eum dominium non habet genus adversum post mortem ejus. col. 290.

21. Nihil expetendum esse ab eo, qui invitus aliquid largitur & oculô malo col. 5. fol. 1.

22. Quotidie precandum est ante cibum, quamvis cibum quis habeat in domo sua: Nec præparandi sunt cibi, nisi hora una post factas preces. Nec coquendum est una die pro die alia. col. 109. & col. 110.

23. Qui convivam invitavit, cum illlo etiam converfetur, & non cum alio. col. 82.

24. Poculum benedictonis elevandum est è mensa, distantiâ unius palmi. col. 331.

25. *Quicunque* comedit & bibit, antequam lavet manus aquis, de eo intelligendus est *locus ille* Levit. 19. v. 26. *Non comedetis super sanguine*. col. 386.

OPUS MENSÆ
è Dictis in
LEVITICUM.

1. Principium vini est lætitia, & finis ejus mœror. Hinc Sacerdotibus prohibitum est bibere vinum. col. 67.

2. Prohibitum est vinum libaminis Idololatræ; quamvis saltem tetigerit illud Idololatra. Deque pœna illius, qui non cautè hîc agit. col. 69.

3. Dictum illud Ecclef. 6. v. 7. *Omnis labor hominis ob os ejus*: explicatur de eo, qui seipsum contaminat eduliis immundis: quodque hîc judicetur in mundo venturo. Unde verba illa, *Ob os ejus*, sic explicantur, quod puniatur propter os suum. Vide de pœna ejus insupportabili. col. 72.

4. Qui seipsum sanctificat hîc infra, illum sanctificant è supernis. Et sic quoque qui seipsum polluit hîc infra, eundem inquinant è supernis: quia è verbis & dictis inferioribus dependent superna. col. 53.

OPUS MENSÆ
è Dictis in
NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Qui contemnit panem, eumque rejicit in locum indebitum, illum persequitur paupertas: & certus quidam præfectus constitutus est super tales. col. 451.

2. Meditationes super benedictione cibi: & encomium atque præmium illius, qui benedicit. col. 517.

3. De rebus illis, quas homo cautè tractare & adhibere debet super mensa. col. 453.

4. De

4. De dicto illo, quod non negligendæ & dispergendæ sint micæ. col. 519.

5. Omninò hilaritas, ubi non invitatur DEUS Sanctissimus atque benedictus, & Gloria ejus cohabitans, non est habenda pro hilaritate. Quod si autem quis invitet DEUM Sanctissimum, etiam parentes ejus jam demortui simul cum illo accedunt. col. 403.

6. Non parandum esse convivium ullum, nisi eodem quoque fruantur pauperes. Deque pœna illius, qui hanc admonitionem negligit. col. 484. 485. 486.

7. Cùm paterfamilias accumbit mensæ, Præsentia Divina ibidem adstat: sed pariter quoque genus adversum. Et si quis legaliter incipit benedicere, genus adversum supprimitur. col. 486.

8. Ratio quare non ad benedictionem super omnia utibilia recitandam, etiam requirantur tres viri. col. 486.

9. Qui accumbit mensæ & proponit verba Legis, ei de jure incumbit, ut benedictionem recitet.

10. De præmio illius, qui benedictionem dicit super omni, quô utitur: & quænam sit hujus benedictionis natura. col. 516.

11. Homo debet invitare Legis peritum, qui secum converśetur ex Lege Divina super mensa sua. col. 522.

12. Qui seipsum inquinat hîc infra, eundem inquinant è supernis: & hic longè removetur à DEO. vid. col. 191.

13. Quia Jisraëlitæ comessantur & compotant inter alios populos, hinc refractarii & rebelles dicuntur coram DEO Sanctissimo atque benedicto. col. 365. & 529.

TITULUS OCTAVUS.

PORTA FESTORUM SIVE CONVOCATIO SANCTITATIS

è Dictis in

GENESIN.

1. Nocte Sabbathicâ & die Sabbathi genus adversum seipsum abscondit, exceptô Spiritu unico, qui vocatur אסימון cum tota sua caterva: qui circumvolitant & inquirunt, utrum inveniant aliquem, qui ministerio lecti utatur denudato corpore ad lumen lucernæ: atque tunc introducunt Spiritum malum in tales infantes, ut epileptici fiant: vel ipsa Lilith in illos ingreditur, eosque occidit. col. 42.

2. Tres sunt, qui sibi ipsis malum creant: unus, qui sibi maledicit; secundus, qui micas quantitate olivæ negligit; & tertius, qui lucernam accendit, antequam instruxit sanctitatem, [recitandô benedictionem, cujus initium קדיש vesperâ Sabbathi:] omnes enim damnati in Gehenna eidem maledicunt: cum alias eidem benedicant, ut vera in ipso fiat benedictio illa, quæ incipit ויתן לך' &c. col. 43.

3. Tem-

3. Tempore neomeniæ & Sabbathi, Psyche delitiis fruitur Spiritûs & Mentis suæ. col. 472.

4. Non dicendum esse nocte Sabbathinâ : *& custodi exitum nostrum* : quia omnes Spiritus maligni sponte fugiunt, sesequeabscondunt, usque ad finem Sabbathi. col. 130.

5. Præceptum de accendendâ lucernâ Sabbathinâ potiùs incumbit fœminæ, quam viro: & præmium illius valdè magnum est. col. 130.

6. Ad minimum homo duo edulia cocta comedere debet die Sabbathi. col. 130.

7. Copula discipulorum Sapientum tantùm instituitur noctibus Sabbathinis. col. 140.

8. *Die Sabbathi* diebusque festis & neomeniarum mundus abundantiùs cibatur, quàm *diebus aliis*: item de distinctione inter sanctum & profanum. col. 219.

9. *Circa finem Sabbathi* dicimus è Ps. 90. v. 17. *Et sit jucunditas Domini DEI nostri super nos*; ut derivemus in nos jucunditatem supernam, & liberemur à judicio Gehennæ; quæ robur suum recipit hâc ipsâ horâ. col. 439.

10. Cùm Jisraëlitæ faciunt separationem [inter sacrum & profanum recitandô formulam benedictionis in hunc finem institutæ :] in exitu Sabbathi ; genus adversum fugit & descendit in infernum, in locum ubi Korach & asseclæ ejus. col. 92.

11. Quomodo quis intueri debeat ungues digitorum suorum tempore separationis Sabbathinæ. col. 98.

12. Vide quoque de unguibus col. 305. & col. 375.

13. *In exitu Sabbathi* omnes Spiritus maligni per mundum circumvolitant, ut vestiantur corpore quôdam: sed non possunt, atque tunc contra illos nos præmunire tenemur, dicendô Psalmum malorum contingentium [i. e. nonagesimum primum] col. 129.

14. Die Sabbathi & neomeniarum quietem habent damnati in inferno: & sic pariter singulis diebus ter. col. 199.

15. Eadem est ratio hirci, qui oblatus fuit festô neomeniæ; quæ fuit hirci emissorii. col. 199.

16. Tempore neomeniæ, cum Spiritus ascendit, ut delitiis Paradisi fruatur, hic intrare tenetur in speluncam illam, ubi sunt Adam atque Patriarchæ, ibique eidem datur tabella quædam signi locô; & sic intrat in Paradisum, ubi Cherubini adstant cum flammagladii: si igitur dignus est, conspiciunt tabellam istam, eique aperiunt Paradisum: sin minus &c. vid. col. 229. & 230. ubi describitur, quomodo invicem delectentur in horto Eden, Psyche, Spiritus & Mens, festis Neomeniarum & Sabbathi aliisque majoribus. vid. quoque col. 473.

17. Die Sabbathi omnes portæ aperiuntur, & benevolentia, & quies ubique reperitur. col. 219.

18. Tres catervæ Angelorum ministrantium die Sabbathi & Neomeniæ, mentem deducunt ad locum dignitatis suæ. col. 320.

19. In inferno septem dantur gradus, & septem portæ: & animæ impiorum die Sabbathi abinde exeunt; & quietem habent, usque ad finem Sabbathi. col. 502.

20. Singulis Neomeniis animæ justorum fruuntur facie præsentiæ Divinæ. col. 277.

21. Quare die Sabbathi panis duplicatus mensæ imponi debeat. col. 515.

CONVOCATIO SANCTITATIS
SIVE
DE FESTIS
è Dictis in
EXODUM.

1. Omnes dies profesti benedictionem accipiunt à die Sabbathi: & propterea mensa probè instruenda est; quia benedictio non quiescit in loco vacuo. col. 112. fol. 28. & col. 157. 158. & 164.

2. De tribus epulis Sabbathicis, & quomodo singulis his epulis contineantur reliqua epulorum genera: unde etiam cœna Sabbathica instructior esse debet, quàm prandium Sabbathicum. vid. in Numeros col. 559. 156. & 164. & 165.

3. Quam magni æstimetur populus Jisraëliticus sub ingressum Sabbathi: & quare nocte Sabbathinâ non recitetur formula precum והוא רחום. col. 260.

4. Sabbathum æquiparatur toti legi: & quomodo hac die homo se gerere debeat: item quare die Sabbathi homo non loqui debeat, sicut diebus profestis: cum similibus quibusdam huc facientibus. col. 82.

5. Spiritus quidam præpositus est mensis, quæ vacuæ sunt nocte Sabbathi, vel nocte festi cujusdam: & hic Spiritus vocatur נגע i.e. plaga, quæ est metathesis, vocis ענג i.e. voluptas. col. 480.

6. Tempus copulæ Legisperitorum nonnisi noctibus Sabbathicis est. col. 336. & 386. & 241.

7. E quo loco in hominem die Sabbathi veniat anima adhuc alia superflua. col. 175.

8. Sub ingressum Sabbathi omnes species ignis judicii rigorosi occultantur; adeoque & ignis Gehennæ, usque ad exitum Sabbathi; & Jisraëlitæ benedictionem recitant super igne: atque tunc omnes redeunt in loca sua. col 364.

9. De anima superflua, quæ est spiritus descendens, qui superadditur hominibus; & quando descendit, priùs lavatur liquoribus aromaticis in Paradiso &c. col. 368.

10. Et iste Spiritus usum habet certum ex illo cibo ac potu Sabbathico: hinc cùm dicitur Exod. 31. v. 16. *Et custodient filii Jisraël* את השבת Sabbathum; Particula את superinvolvit significationem istius Spiritus qui probè observandus est &c. col. 365. & 366.

11. Quod

11. Quod circa exitum Sabbathi diu satis sit retardandum, ne videamur expellere convivam hunc sanctum. col.371.

12. De benedictione, quâ benedicitur illi homini, qui ritè instruit mensam pro Sabbatho, & quomodo, quid & quando &c. Item de casu contrario. col.453.

13. Qui prophanant Sabbatha & Festa alia deliberatô animô; illi nullam quietem habent in inferno, per omnia secula: quamvis enim die Sabbathi diebusque festis judicium ab illis cesset; nihilominus tamen non exeunt ex inferno, sicut cæteri, quibus venia conceditur exeundi. col.268.

14. Die Sabbathi ab hora diei nona & porrò, homo non studere debet in Lege: (quia Moses illo tempore mortuus dicitur) col.278. [conf. Luc.23.v.44. *Usque in horam nonam &c. & clamans Jesus &c. expiravit.*]

15. *Qui* die Sabbathi in jejunio sedet, illius decretum judiciale rescinditur: videatur ratio *col.292.*

16. *Præceptum* est, quod homo lavare debeat vesperâ Sabbathi in Sabbathi honorem. *videatur* ratio col.364.

17. Ratio, quare prohibitum sit jejunare die Sabbathi: item quare (si dies jejunii alicujus incidat in Sabbathum,) diei jejunii sui adhuc aliam superaddere debeat, & quidem præcisè septimanæ primum. col.371.

18. Quod homo teneatur incurvare digitos suos coram lucerna, sub egressum Sabbathi: quodque intueri debeat quatuor digitos manus dextræ, extroversos & non intro in manum versos. col.373.

19. Die neomeniæ atque Sabbathi Gloria Divina in cœlo quodam, qui vocatur רקיע *i. e. firmamentum,* manifestatur, & justi adveniunt, & coram ea se incurvant. Et *si justi illi induti sint* veste quadam honorificâ è bonis suis operibus, quæ fecerunt in hoc mundo; nunc, cùm reverentiam hanc exhibent Divinæ Gloriæ, vestiuntur vestibus aliis. col.376.

20. Quot laudibus & benedictionibus cumulentur Jisraëlitæ, ita ut illis benedicant impii in Gehenna; qui sub egressum Sabbathi in infernum redeunt, cum dicimus: *Et ipse est misericors &c.* Item de ordine Sanctificationis Sabbathinæ, & de dicto Ps.90. *Et sit jucunditas &c.* col.371.

21. Ratio, quare dicamus è Ps. 90. v.17. *Et sit jucunditas Domini &c.* Sub exitum Sabbathi. col.95.

22. Sabbathum & omnia festa memoria sunt exitus ex Ægypto. col.67.

23. Mundus non aliter subsistit, nisi per illos, qui creati sunt è concubitu noctibus Sabbathicis instituto. col.159.

24. De præmio Spiritus, in Paradiso inferiore; quodque hic omni Sabbatho & neomenia deliciis fruatur superioribus cùm mente sua. col.174.

25. Multi præfecti constituti sunt, qui cùm anima illa redundans, quæ die Sabbathi Jisraelitis superadditur, rursus discedit, cum ipsa exeunt: omnemque dolorem & tristitiam & mœrorem à Jisraëlitis arcent; nec non ab illis, qui in gehenna judicantur. col. 460.

26. Admonitio seria, de gaudio Sabbathino; quodque mensa hac die sic instruenda sit, ut ab ea benedictionem accipiant omnes dies hebdomadæ: item de necessitate triurn epulorum; & de pœna illius, qui illa non cautè observat. col. 157. & 158. item col 164.

27. Hominem die Sabbathi non exhilarari debere solum, & sine pauperib. Quod voluptas dierum festorum & neomeniarum major sit quam Sabbathi &c. col. 158. & 157.

28. De tribus epulis Sabbathicis, quò pertineant, & quid denotent? col. 157.

29. Quod homini die Sabbathi detur anima alia. col. 157. & col. 158.

30. Quod Sabbathum multis gradibus sublimius sit cæteris festis. col. 157. & 158.

31. Quare die Sabbathi recitetur hæc precatiuncula: ואני תפילתי: vid. ibidem: item Sectione Trumah col. 278.

32. Quod inter aromata, quæ adolentur sub egressum Sabbathi, sumenda sit myrtus. col. 374.

33. Quod tempus copulæ Legisperitorum sit nox Sabbathica, & præcisè mesonyctium; & quare? col. 241.

34. Nocte Sabbathica & festorum & neomeniarum psyche à corpore separata eandem assumit speciem in qua vixerat, illoque corpore & ossibus vestitur. Et nisi homines præ stultitia quasi cæci essent, illam videre possent sub exitum Sabbathi & festorum atque neomeniarum. col. 252. 253. & 279.

35. Die Sabbathi circa nonam pomeridianam mortuus est Moscheh Magister noster, super quo pax! & Joseph justus: & sic David Rex, super quibus pax. col. 278.

36. Cum nocte Sabbathi non dici soleat precatiuntula illa: *qui custodit populum suum Jisraël in æternum. &c.* quia custodia opus non habemus; quæritur, quare Sapientes nostri bonæ memoriæ præceperint, hominem non debere solum exire nocte diei quartæ; & nocte Sabbathi. &c. col. 367.

37. De pœna illius, qui verba inania profert in Synagoga die Sabbathi. col. 367.

38. Ratio, quare die Sabbathi ad Librum Legis advocentur septem; & die festo, quinque; & die expiationis, sex; & die neomeniæ, quatuor? col. 368.

39. Prohibitum est Angelo Ecclesiæ (sive Præcentori;) ne legat in Lege, nisi prius Sectionem illam perlustraverit. Item de ritibus istius lectionis vid. col. 370.

40. Cautè adornandas esse delicias Sabbathi; & procuranda omnia eidem necessaria dum adhuc dies est. col. 82.

41. Lectio quæ legenda fuit Sabbatho præterito, non est legenda Sabbatho sequente. col. 370.

42. De pœna illius, qui non singulis Sabbathis lectiones Sabbathorum illorum proprias legit. col. 370.

43. Qui die Sabbathi loquitur ea, quæ dicenda sunt diebus profestis, eidem hoc imputatur, quasi fecisset opus aliquod, vel exivisset è termino Sabbathico. col. 370.

44. Singulis neomeniis & Sabbathis ascendunt animæ usque ad locum quendam, qui vocatur murus Hierosolymarum: intrò autem pergere nequeunt, quia nondum dealbatæ sunt; & ibi delectantur. Porrò autem hinc abeunt & conspiciunt pœnas impiorum in gehenna. col. 379.

45. Sin-

45. Singulis Neomeniis & Sabbathis Anima justorum accedit ad illos peccatores, qui sustinent pœnas suas: prout etiam ad illos, qui tolerant mala quædam propter unitatem Dei Sanctissimi atque benedicti; abiensque hæc annunciat Messiæ; hic igitur in se suscipit partem aliquam dolorum istorum: quod nisi fieret, impossibile esset ut subsisterent. col. 379 [conf. Matth. 8. v. 17. *Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portavit.*]

46. Singulis diebus hora sacrificii pomeridiani judicium instituitur; exceptâ die Sabbathi, quia hoc tempore beneplacitum excitatur: hinc Mosches Magister noster, super quo pax! mortuus est circa sacrificium pomeridianum Sabbathinum; ut indicetur, illum non esse mortuum, ut cæteri homines moriuntur. col. 158.

47. De voce illa Ex. 31. v. 17. וינפש, quod communiter sonat: *& respiravit*. Mysticè autem dividitur, quasi dicatur וי נפש væ animæ! vel potius, væ corpori! col. 366.

48. Homo testimonium illud Gen. 2. v. 1. ויכלו השמים *& perfecti sunt cæli & terra &c.* perhibere debet, cum gaudio & animo lubente. col. 372.

CONVOCATIO SANCTITATIS, seu DE FESTIS

E Dictis in

LEVITICUM.

1. Die Sabbathi non dicitur: Convocatio Sanctitatis; quia ipsa est Sanctitas. Sed festa sic inchoantur sanctificando: quia Sabbathum sublimius est illis. col. 180.

2. Quod etiam non dicatur: Convocatio Sanctitatis, festo novi anni; & die expiationum. col. 180. & 182.

3. *Peccatoribus* in Gehenna quies conceditur die Sabbathi: Cum simili quodam. *col.* 181.

4. Si festum incidat in diem Sabbathi, quare non instruantur duæ mensæ. col. 181.

5. Non esse negligenda tria epula Sabbathica: & si in Sabbathum incidat festum aliud, quomodo ordinanda sint tria hæc epula. col. 182.

6. Quid intersit Sabbatho, utrum quis loquatur inania, illa die, an minus? Quodque qui hoc facit, dicatur transgressus esse limitem. col. 203.

7. Ratio, quare rescindatur decretum aliquod judiciale, vel ante septuaginta annos contra aliquem promulgatum, si die Sabbathi sedeat & jejunet. Una cum simili. col. 203.

8. Omni neomenia, omnique Sabbatho & festo, DEUS Sanctissimus atque benedictus accedit, & visitat Iisraëlitas. Hinc quilibet seipsum ritè præparare debet. col. 221.

9. Ad tertium Sabbathi epulum necessariò requiritur Panis. col. 181.

10. Ratio, quare die Sabbathi necessariò facienda sit benedictio super vino. col. 181.

11. Quamvis Iisraëlitæ sint in exilio; DEUS Sanctissimus atque benedictus, tamen advenit eosque respicit singulis Sabbathis, neomeniis, & festis: propter Pignus illud, (quæ est Lex divina,) quam in manibus suis habent. Una cum simili de Rege quodam. col 221.

12. Die Sabbathi adhuc una homini superadditur anima è mundo venturo. col. 182.

13. Ne parcus sit homo circa expensas in Sabbathum & festa; & confidat in Dominum. col. 214.

14. Homo die Sabbathi & neomeniæ sit hilaris lætique animi: quia Deus Sanctissimus atque benedictus manifestatur nobis illis diebus. col. 221.

15. Ad dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Afferte mihi expiationem; quia diminui Lunam; egregia explicatio. col. 142.

16. Singulis neomeniis & Sabbathis psyche, spiritus & mens hominis invicem uniuntur; & adorant (reverentiam exhibendo) Regem sanctum, qui benedictus sit. col. 126.

17. De dignitate Sabbathi super cætera festa. col. 181.

18. Quod nocte Sabbathi ad recitandam benedictionem panis per formulam מוציא, frangendus sit panis inferior. col. 186.

CONVOCATIO SANCTITATIS seu DE FESTIS;

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quod die Sabbathi non recitatur hæc precum formula: Et ipse est misericors, &c. col. 450.

2. De pœna illius, qui adornare potest tria epula Sabbathina; & illa tamen negligit. col. 402. & col. 522.

3. Singulis neomeniis homo tenetur suscipere faciem Divinæ præsentiæ. col. 580.

4. Cùm incipit Sabbathum, animæ superfluæ descendunt super populum sanctum; & animæ justorum ascendunt. col. 328.

5. Et sub exitum Sabbathi animæ istæ iterum ascendunt: & interrogantur, quæ nova iisdem proposita sit explicatio in Lege? & utrum novi quid istius generis audiverint? col. 328.

6. Qui in Legis studio versatur die Sabbathi, illius præmium majus est, quam si id faciat diebus profestis. Et quo præmio afficiatur Pater talis Viri. col. 329.

7. Quamvis die Sabbathi descendat anima redundans super omnes Iisraëlitas; hoc tamen non fit æqualiter: sed quilibet eam accipit pro suo gradu: Nimirum quatenus vel benignus est, vel severus; vel perfectus, vel justus, vel sapiens vel intelligens, eatenus peculiarem quoque accipit animam superfluam. col. 448.

8. Singulis neomeniis & Sabbathis & festis masculi illi, qui in mundo altero degunt, ascendunt ad Regem Sanctum. col. 317.

9. De tribus epulis Sabbathicis, & quid designent; deque præmio illius, qui eadem celebrat ritu debito. col. 559. Ubi etiam exponitur: quare dicatur tempore sacrificii pomeridiani; ואני תפילתי &c. col. ead.

10. Qui tria epula Sabbathina observat, non opus habet ut metuat, sibi jejunandum fore (propter somnium aliquod infaustum) die Sabbathi: quia nihil tale ipsi accidet. col. 559.

11. Quod nocte Sabbathinâ non dicatur formula illa: Et ipse est misericors, remittet peccatum, &c. col. 450.

12. Cuicunque possibile est, is singulis epulis Sabbathicis apponat quatuor panes. col. 453.

13. De

13. De pœna illius, qui lucernam accendit, antequam Iſraëlitæ dicant benedictionem de ſanctificando Sabbatho. col. 455.

14. Admonitio ſeria, quod quilibet pro facultatibus ſuis in honorem Sabbathi adornare debeat lucernas & ſellas. col. 520.

15. Quod in benedictione nocte Sabbathi ſuper vino recitandâ, verba quædam omittantur, quæ agunt de convocatione Sanctitatis, quæ efficiunt voces ſeptuaginta duas. col. 454. & in Geneſin col. 26.

16. Quare in Sabbatho panis duplex apponatur. col. 515.

17. Quod epula Sabbathica reſpectum habeant ad Sapientiam cum corona unitam; ad pulchritudinem; & ad regnum. col. 559. & in Exod. col. 157. & 165.

TITULUS NONUS.

DE FESTO PASCHATOS ET RELIQUIS FESTIS IN SPECIE

è Dictis in

EXODUM.

1. Præceptum eſt, hiſtoriam Exitûs ex Ægypto enarrare corde hilari: & de præmio illius, qui hoc obſervat. col. 70.

2. Ratio, quare DEUS præceperit enarrationem iſtius exitûs ex Ægypto: cùm tamen coram eo omnia ſint manifeſta atque cognita. col. 70.

3. Qui comedit fermentatum tempore Paſchali, idem facit, ac ſi adoraret Idola. col. 317.

4. Quod homo teneatur hilaris eſſe temporibus feſtivis, & benefacere pauperibus. In Geneſ. col. 35.

DE FESTO PASCHATIS

E Dictis in

LEVITICUM.

5. De agendis veſperâ Paſchali, item de his, quæ agenda ſunt nocte Paſchali: nec non de quatuor calicibus epuli Paſchalis. col. 183.

6. Benedictio recitanda ſuper numeratione manipuli, recitanda eſt ſtando. col. 186.

7. Qui non numerat numerationem dierum manipuli, non vocatur purus. col. 187.

8. Quod homo teneatur exhilarari tribus feſtis majoribus, quaſi nimirum invitaſſet convivam aliquem &c. Una cum Simili de Rege quodam &c. quodque hæc multò magis fieri debeant die Sabbathi: & quæ ſit inter hoc & cætera Feſta differentia. Una cum Simili de filio Regis. col. 180.

DE FESTO PASCHATIS.

E Dictis in

NUMEROS.

9. Qui comedit fermentatum tempore Paschali, mortem sibi accelerat in mundo hoc & in mundo venturo: Quod observari potest voce מחמצת; ubi prima litera cum ultima mortis; mediæ autem fermenti significationem habent.

10. Azyma efficiunt, ut fugiant omnes Spiritus noxii: quod etiam efficit nomen שדי si scribatur in poste januæ. Et hinc azyma vocantur מַצּוֹת quasi à bello, quod inferant spiritibus malignis. col. 468.

11. Dictum illud Jesai. 58. v. 9. *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet*; explicatur de azymis & septem diebus Paschalibus. col. 548.

DE FESTO PENTECOSTES

è dictis in

GENESIN.

12. De dignitate & præmio illius, qui in Lege studet, nocte Pentecostali. Una cum historia de R. Schimeone filio Jochai. col. 30.

E Dictis in

LEVITICUM.

13. In quocunque est Spiritus Pietatis, ille non dormit nocte Pentecostali; sed stude in Lege orali. Una cum simili. col. 188.

DE FESTO NOVI ANNI & DIE EXPIATIONIS.

E Dictis in

GENESIN.

14. De festo Novi Anni & signo tubæ: item de hirco emissario: & quare unus imm landus fuerit Domino; ubi quæritur, si hoc factum sit ad Samaelem ab Iisraëlitis arce dum, annon suffecisset hircus unus. Una cum simili. col. 328.

15. Quod die expiationis homo non teneatur confiteri peccata sua coram alio: quam ob causam. 351.

16. De tuba & de die expiationis vid. quoque col. 287. Ubi simul traditur ratio, q re in confusionem seducatur Satan.

17. De festo Novi Anni & die expiationis; item de festo tabernaculorum videri q que possunt columnæ 207. & 208.

18. Quamvis homo confessus est peccata sua die expiationis præteritâ, & revera c versus sit; bene tamen agit, si eadem semper iterum confiteatur. col. 216.

19. Qui aliquid comedit die Jejunii nona mensis Abh: idem facit, ac si comed de nervo luxato. col. 390.

20.

20. Festô Novi Anni & die expiationis tres formulæ recitandæ sunt, quarum initium est ובכן. col. 92.

E Dictis in

EXODUM.

21. De festo novi anni deque libris viventium & de libris mortuorum. col. 57. 58. 59. [conf. ad Philip. 4. v. 3. *Quorum nomina sunt in libro vitæ.* Apoc. 3. v. 5. *Qui vicerit, &c. non delebo nomen ejus è libro vitæ.* cap. 13. v. 8. *Quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni.* cap. 17. vers. 8. *quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ.* cap. 20. vers. 12. *Et libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est liber vitæ: & judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris.* ibid. v. 15. *Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* cap. 21. v. 26. *Non intrabunt in eam, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni.* c. 22. v. 19. *Si quis diminuerit &c. auferet Deus partem ejus de libro vitæ.*]

22. Datur palatium, quod vocatur meriti; item aliud quod vocatur culpæ. Festô novi anni autem utriusque fit invicem comparatio: & hoc est, quod dicitur de lance meriti & de lance culpæ. col. 479.

23. De die expiationum materia plenissimè tractatur; unà cum ratione nominis. col. 312.

E Dictis in

LEVITICUM.

24 Quod circa festum novi anni & diem expiationis Conciones haberi debeant in cœtu plurium. *col. 11.*

25. Meditatio, quæ instituenda est super clangore tubæ: quod clangere non debeat, nisi talis, qui exactè noverit methodum meditandi. col. 181. 283. & 192. [conf. Matth. 24. v. 31. *Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna.* 1. Cor. 15. v. 52. *In novissima tuba mortui resurgent &c.* 1. Thess. 4. v. 16. *Ipse Dominus in tuba Dei descendet de cælo.*]

26. Preces novi anni & diei expiationum publicè non recitandas esse à quolibet, sed à talibus tantùm, qui eruditi sunt, & justorum operum studiosi. Multò magis autem cautionem adhibendam esse his temporibus circa clangorem tubæ. col. 28. & 30. Ubi plenè tractatur tota hæc materia de sono tubæ, & meditationibus ad eundem requisitis.

27. De sono tubæ videatur etiam col. 320.

28. Si homo justus peccet, peccatum hoc absconditur in profundo maris. col. 193. Atque hinc ortus est ritus festô novi anni abeundi ad flumina & recitandi versiculum illum Michæ 7, 19. *Et projicies in profunda maris omnia peccata eorũ.* vid. etiã col. 323. & 114.

29. De festo novi anni, & quare DEUS Sanctissimus atque benedictus mundum judicet per testes & probationes: & testimonia edita conscribat igne nigrô super igne albo. Et quare hæc omnia fiant, cùm tamen omnia manifesta sint ipsi, col. 191.

30. Per totum annum certi præfecti per mundum obvolitant, ut contueantur opera hominum, quæ deinde referunt coram DEO Sanctissimo atque benedicto. col. 191.

E Dictis in

NUMEROS.

31. Babylonii ex ignorantia instituunt & cum dubio, clangorem tubæ Altum & Ba-
sum: & nesciunt, quod utrôque modô præcisè sit opus. Altus enim sonus denotat judi-
cium remissum; & Bassus judicium rigorosum. col. 428.

32. Quod die novi anni recitanda sit formula וּבְכֵן צַדִּיקִים col. 401.

33. Quomodo tres modi clangendi tubâ, applicentur ad exilium Iisraëlitarum. co
401.

34. Tota materia de clangore tubæ ulteriùs explicatur col. 430. & 283.

35. Festum novi anni celebrandum est per biduum, quamvis non ob dubium de or
Lunæ, sicut fit in festis aliis. col. 425.

36. De clangore tubæ vide etiam col. 548.

37. De festo novi anni plenissimè tractatur, & quare hoc sit initium judicii. col. 4

DE DIE EXPIATIONIS

E Dictis in

LEVITICUM.

38. De die expiationis, & quomodo judicent juxta meritum & juxta culpam. vi
col. 200.

39. Ratio dicti illius: Qui comedit die nonâ, idem facit ac si jejunaret die nonâ & de-
cimâ mensis Tisri. col. 122.

40. Quando Iisraëlitæ expiati sunt die expiationis, DEUS Sanctissimus atque b
nedictus omnia illorum peccata conjicit in capita populorum mundi. Unde si scivisse
populi gentiles, quodnam fuerit mysterium hirci emissarii, Iisraëlitas ne unicâ quide
horâ in mundo reliquissent. col. 194.

41. Propter amorem, quo DEUS Sanctissimus atque benedictus Iisraëlitas dilig
iisdem dedit diem expiationis. col. 112.

42. Die expiationis legitur sectio Achare moth: ut mentio fiat mortis duorum
liorum Aaron: fiatque expiatio locô duorum hircorum. Quia mors justorum exp
peccata generationis. col. 100.

43. De tribus libris, qui aperiuntur die expiationis: & de tota materia diei expiati
nis vid. col. 119. & col. 120.

44. Tribunalia cœlestia semper sunt aperta, exceptâ vesperâ diei expiationum. c
119.

45. Explicatio Cabbalistica de ritu numerandi conspersiones sanguinis hirci exp
torii, ut diceret: Semel: Semel & semel &c. col. 195.

46. Sacerdoti magno intranti Sanctum Sanctorum ad pedem alligatus fuit quasi
niculus; ut si ibidem fuisset mortuus, per hunc potuisset extrahi. col. 195.

47. Quicunque dicit, non opus esse opere in omnibus; vel voces non clarè profer
das, illius exturgescat Spiritus. col. 203.

48. I

48. Ratio, quare nocte expiationis recitanda sit formula כל נדרי vid. col. 414.

49. Bonum est, ut etiam pueri jejunent die expiationum, totumque diem maneant in Synagoga col. 374.

DE FESTO TABERNACULORUM.

E Dictis in

GENESIN.

50. Omnibus septem diebus festi Tabernaculorum preces fiunt pro pluvia: ut populi mundani strenuè incumbant agriculturæ, nec veniant & imisceantur Iisraëlitis. col. 197.

51. Quare immolati fuerint septuaginta tauri, intuitu populorum mundanorum. Unà cum simili. col. 197.

52. De dicto illo: quod videns umbram suam nocte Hoschanah magni (seu diei ultimæ festi tabernaculorum,) absoluturus sit annos suos. col. 60.

53. De festo tabernaculorum brevibus agitur. col. 60.

54. De fusione aquarum: Una cum explicatione dicti illius Hillelis: Si ego hîc sum; omnia hîc sunt. col. 70. [conf. Joh. 7. v. 37. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*]

E Dictis in

EXODUM.

55. De mysterio festi Tabernaculorum & quatuor speciebus Rami festivi mysticè expositis. col. 324. & 325.

56. E festo novi anni, & festo Pentecostes discitur; quod omne initium sit difficile, finis autem jucundus. col. 324. & 325.

E Dictis in

LEVITICUM.

57. De sessione in tabernaculis: quodque homo hospites supernos ad se invitare; & eleemosynam pauperibus distribuere debeat antequam ipse comedat; & aliis prolixius videatur col. 198.

58. Cùm Iisraëlitæ capiunt ramum palmæ & citrum, (ut benedictionem desuper recitent:) hoc signum est, quod vicerint die Expiationis accusatores suos: Una cum simili. col. 202. [conf. Apoc. 7. v. 9. *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum &c.*]

59. E vocula כן Cant. 8. v. 7. probatur; quod in festo tabernaculorum die secunda, sexta, & septima vinum & aquam libaverint super altari. col. 97.

60. Tres myrti exponuntur de tribus Patriarchis. col. 60.

61. Ratio quare die ultima festi Tabernaculorum fasciculum saliceum concutiant. col 54. fol. 14. Ubi tota hæc materia de festo Tabernaculorum, deque quatuor speciebus fasciculi palmei explicatur.

62. Quare

62. Quare nocte Hoschianah magni ad splendorem Lunæ disquirant de umbrâ s & si cuidam vel caput, vel aliud è membris ejus, desit, quid hoc sibi velit? col. 4.

E Dictis in

NUMEROS.

63. Rationes de Festo tabernaculorum, & fasciculo palmeo, & octodecim quassati-nibus, Cabbalisticè explicatæ reperiuntur. col. 475. & 476. Ubi plurima invenies de nu-mero octodecim. [conf. Luc. 13. v. 4. *Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris Siloa &c.* v. 11. *Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, &* v. 16. *Quam alligavit Satanas decem & octo annis, &c.*]

64. Quod taurorum numerus festo tabernaculorum immolatorum, propter diminutus fuerit, quia illo mense Iisraëlitæ multâ observatione præceptorum Legis e fecerint, quod & peccata sua diminuerentur, & angeli perditores super peccata constitu-ti; qui sunt Præfecti septuaginta populorum. col. 476.

65. Instituendum esse gaudium die Pentecostes, quod vocatur Gaudium Legis; ub Lex conoratur coronâ suâ. col. 476.

66. Admonitio seria ut diebus festis pauperibus aliquid distribuatur, iidemque a mensam assumantur: deque pœna illorum, qui hoc negligunt. col. 484.

67. Cùm Jesch. 58. v. 9. dicitur: אָז *tunc invocabis &c.* per literam אָ vocula אָז, de-notatur Tabernaculum: & per ז septem species fasciculi palmei; quæ sunt tres ramuli myrtei; duo salicei; & palma, & citrus. col. 548.

68. In dicto illo: Cant. 7. v. 8. *Dixi:* אֶעֱלֶה *ascendam in palmam &c.* literis vocis אֶעֱלֶה denotantur literæ initiales specierum fasciculi palmei; ita ut אָ sit אֶתְרוֹג citrus; עֲ, עֲרָבָה salix; לְ, לוּלָב palma; & הֲ, הֲדַס myrtus. col. 548.

TITULUS DECIMUS.

SEMITA JUSTORUM.

E Dictis in

GENESIN.

1. Homo, qui ambulat in via bonâ, in se derivat Spiritum Sanctum supernum &c. & filius ille, qui ab ipso generatur, descendet de genere sancto atque superno. col. 175. & 177.

2. Excellentia piorum transcendit omnia; quin etiam excellentiam eorum, qui per pœnitentiam convertuntur. col. 117.

3. Qui sustentat Studiosos Legis, illisque alimenta subministrat, meretur accipere divitias mundi hujus & mundi venturi. col. 510.

4. Legis Studiosi cum uxoribus non copulantur nisi de nocte Sabbathi, in noctem Sabbathi: per totam autem septimanam cum ipsis copulatur Gloria divina cohabitans. col. 101.

5. Cùm Noah videret, quod Ætas illa, in qua viveret, mala esset; ipse occultatus in Lege studebat. col. 186.

6. Cum

6. Cum homo polluit viam suam, in se attrahit omnes spiritus malignos. Quæcunque autem occultantur ab oculis aliorum, magnum accipiunt auxilium è supernis. col. 25. [conf Matth. 6. v. 4. *Sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo.* Matth. 6. v. 6. *Clausô ostiô, ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo.*]

7. Si secta quædam, quæ non respicit honorem Dei, subsistere potest, cum unanimes sunt & in una societate permanent: multò magis societas sancta talium, qui student in Lege. col. 221.

8. Homo ne loquatur verba inania, quæ in ipso excitare queant pravas cogitationes, ut polluat signum fœderis sancti. col. 31.

9. Quod homo Jugum regni cœlorum lubenti animo singulis noctibus in se suscipere, & depositum suum Domino restituere (animam scilicet eidem commendando:) mane autem dicere debeat (è Num. 24. v. 1.) *Quam bona sunt tentoria tua Jacob: &c.* col. 36. [conf. 2. Tim. 1. v. 12. *Certus sum, quod potens est depositum meum servare in illum diem.*]

10. Timor Domini triplex est: primò cum timetur pœna, quæ hoc in mundo nobis immitti potest; secundò, cum timetur pœna mundi venturi; & tertiò, qui verus est timor, cum homo Deum timet ob magnificentiam & potentissimum robur atque Majestatem ejus; quodque eidem meritò debeatur reverentia. col. 37. [conf. Actor. 9. v. 31. *Ecclesia per totam Judæam &c. ædificabatur ambulans in timore Domini.* 2. Cor. 7. v. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore DEI.* Eph. 5. v. 21. *Subjecti invicem in timore Christi.* Col. 3. v. 22. *Servi obedite per omnia Dominis carnalibus, &c. in simplicitate cordis timentes Dominum.* Hebr. 12. v. 28. *Habemus gratiam, per quam serviamus, placentes Deo cum metu & reverentia.*]

11. Credendum est, DEUM esse in supernis; & illius unitas ritè curanda est; idemque quoque amandus est utroque cupidinis genere, bono scilicet, & malo; credendumque, quod ille qui est יהוה i. e. Dominus benignus; etiam sit אלהים i. e. Judex severus col. 38.

12. Cum homines benè instituunt vias suas; Gloria divina habitat in terra, & propter illos omnia bona in mundo reperiuntur. Casu contrario autem eadem sursum ascendit, & terra disperditur, ob malum eorum qui in ea habitant. col. 151.

13. Influxus superni non demittuntur, donec hîc infra aliquid præparetur, ubi quiescere queant. col. 223.

14. Mulier non debet suscipere convivam, nisi cum consensu mariti sui. Paterfamilias quoque non debet recipere hospitem talem, quem novit esse impium. Hospes etiam non debet alios hospites secum introducere. col. 202.

15. Portio proselyti non tam perfecta est, quam portio Jisraëlitæ. col. 40.

16. Si quis objurgat proximum suum, quamvis hic admonitionem ejus non suscipiat, ille cum hoc non punitur propter peccatum illud (sciente ipso) commissum. Sed tamen (si pœnæ hujus particeps esse nolit,) tam seria debet esse increpatio illa, donec hic eun-

eundem verberet, vel ei maledicat. col.204. [conf. Matth. 18. v. 15. *Si autem peccave in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, &c.*]

17. De impiis illis, qui opera sua occultare volunt coram mundi domino, qui bet dictus sit! Unà cum simili. col.502. [Actor.5.v.3. *Anania, cur tentavit Satanas cor tuu mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri?*]

18. Justi seipsos custodiunt, ne polluantur operibus malis. Quicunque enim pc luitur, & polluit mundum hunc, non resurget ad mundum venturum: sed resurget ad j dicium magnum. col.206. [conf. Luc.14.v.14. *Retribuetur tibi in resurrectione justoru* Joh.5.v.29. *Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egeru in resurrectionem judicii.* Apoc.20.v.5.6. *Cæteri mortuorum non revixerunt, donec cons mentur mille anni. Hac est resurrectio prima. Beatus & sanctus, qui habet partem in r surrectione prima: in his secunda mors non dominatur &c.* Apoc. 20. v. 13. *Et dedit ma mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus, dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: judicatum est de singulis, secundum opera ipsorum.*]

19. Quicunque saltem desiderio tangitur inspiciendi & addiscendi Sapientiar quamvis non possit, laude tamen dignus est. col.207. [conf. Act.8.v.28. *Ecce vir Æthi eunuchus &c. revertebatur, sedens supra currum suum, legensque Esaiam Prophetam &* v.34. *Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc, de se, an de alio aliquo &c.*]

20. Cum judicium mundo imminet, homo cavere debet ne nominis ejus ment fiat coram Deo sanctissimo atque benedicto; ne forte & peccata ejus commemorenti coram illo. col.207.

21. Homo non solus ambulare debet in via, sed cum alio quodam, cum quo loq possit de divina Lege. col.213. [conf. Matth.10.v.2. *ubi emittuntur sex paria.* Luc.10.v *Posthac designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem sua in omnem civitatem, &c.*

22. Corpus hominis vocatur Castrorum nomine: hinc dicitur Deut.23,14. *& eri castra tua sancta, & non videbitur in te turpitudo aliqua:* i.e. turpiloquium, ex ore tuo grediens. col.220. [conf. Eph.5,4. *Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas &*

23. Homo admonitiones suas erga impium perpetuo continuare, nec eundem c mittere debet, quia aliàs statim relaberetur ad viam suam pravam. col.226.

24. Si quis proximum suum aliquid boni edocet, omnia bona opera hujus, eide imputantur qui eum ita docuit, quasi ipse illa fecisset. col.226.

25. Multas tentationes acerbas & dolorosas justi tolerant à prava concupiscenti ut ritè præparentur ad mundum venturum. col. 406.

26. Beneficia, quæ quis in pios confert, hominem in mundo protegunt. col. 2 [conf. Matth. 10. v. 40. *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, &c.* cap.25. v. *quacunque fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*]

27. Antequam homo aliquid faciat vel discat, fœdus inire debet cum Deo Sanct simo atque benedicto, ne hic ob eo discedat: & deinde facere potest, quæ ipsi facien sunt pro lubitu suo. Una cum simili de homine quodam &c. col.285.

28. Ju

28. Justi non attingunt scopum DEI Sanctissimi atque benedicti, nisi post multa temporum intervalla, atque gradatim: sed pœnitentes, qui convertuntur, simul atque semel eodem perveniunt. col. 307.

29. Concessum est homini, ut exploret tempora sua, nimirum an prospere res ipsi succedat: sin minus; ab opere desistat. col. 370.

30. Si quis desiderat adhærere DEO Sanctissimo atque benedicto, DEUS ipse eum prehendit, nec iterum dimittit. col. 374.

31. Quod nemo hominum sit contemnendus! Unà cum historia quadam huc pertinente. col. 376.

32. De præmio illius, qui discipulo Sapientum pecuniam suppeditat pro studiis: quodque mala multa Jisraëlitis accidant, quod in studiosos tàm parum conferant. col. 391.

33. *Per* verba sancta & bona, quæ homo eloquitur, creari dicuntur cœli: & *per verba* prava atque perjura & similia, sibi ipsi totique mundo multa creat mala. *col.* 187.

34. Homo pius quasi sacrificium est, & sicut victima expiare potest. Sed de homine impio scriptum est: *Nævum habet, non est acceptus.* Lev. 22. v. 20. col. 199.

35. De dignitate oculi faventis: si autem quis habet oculum avarum, super illo quiescit oculus perditoris; & talis vocatur corrumpens terram. col. 205. [conf. 2. Cor. 9. v. 7. *Hilarem datorem diligit Deus.* Jac. 1. v. 5. *Deus dat omnibus affluenter, & non improperat:* Matth. 6. v. 22. 23. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.*]

36. Studiosus Legis depositum domini sui in manu sua habet. col. 248.

37. Res omnes sive bonæ sive malæ, consistunt in verbis, operibus & in voluntate. col. 266.

38. Prout homo in hoc mundo ambulat, sive in via bona, sive in via mala, talem è supernis in sese derivat spiritum: & post mortem suam genus illud ipsi adhæret. col. 263. & 266.

39. Tria in se gubernare debet homo: intellectum suum, concupiscentiam pravam, & corpus suum. col. 269.

40. Conviva componat res suas juxta consuetudinem patrisfamilias, quamvis ipse sic non consueverit. col. 345.

41. Admonitio seria, ne homo suspicetur mala: quia omnia dependent à cogitationibus. col. 361. [conf. Matth. 9. v. 4. *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?*]

42. Cùm homo incedit in via bona, concupiscentia prava à bona ejus intentione supprimitur, cumque hac conjungitur in custodiam hominis. col 379.

43. Quantâ vi armandus sit homo contra pravam concupiscentiam; quia hæc hominem perpetuò tentat: quodque tales vocentur *fortes robore.* Ps. 103, 20. col. 424. [conf. Matth. 11, 12. *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Jac. 1, 14. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.*]

44. In

44. In quocunque exurgunt pravæ cogitationes, ille studeat in Lege. col. 425. 426. 427.

45. Opera bona, quæ homo peragit, sunt robur cordis: & opera mala, sunt rupturæ cordis. col.447.

46. Præcepta Legis sunt istud, è quo vestimenta fiunt homini pro mundo venturo. col.477. ubi de vestimentis his plura. [conf. Apoc.19. v.8. *Byssinum enim justificationes sunt Sanctorum.* Apoc.3.v.18. *Ut vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ.*]

47. Si ita dicere liceat, Congregatio Jisraëlis [i. e. gradus ille Divinitatis, ubi prævalet Spiritus S.] juramentum exposcit ab animabus illâ horâ, cùm producuntur; quod velint esse sanctæ: ut illas redimat DEUS Sanctissimus atque benedictus.col.510. [conf. 1. Petr. 3. v. 21. *Baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum &c.* Rom. 6. v. 4. *Consepulti sumus cum illo per Baptismum in mortem: ut quemadmodum Christus resurrexit à mortuis, per gloriam Patris: ita & nos in novitate vitæ ambulemus.*]

48. Illi homines, qui peccatum tàm vilipendunt ac pilum, intelligendi sunt per dictum illud. Jes. 5. v. 18. *Væ trahentibus iniquitatem in funibus mendacii &c.* col. 182.

49. Mos est in terra, ne hospes patrifamilias nuncium bonum nunciet, antequam comederit: ne hic videatur cibum ei dedisse propter nuncium hoc. col.267.[conf. 1.Pet. 4. v. 9. *Hospitales invicem sine murmuratione.* Hebr. 13. v. 1. *Hospitalitatem nolite oblivisci.*

10. Quicunque oculis suis periculum aliquod videt, & seipsum tamen eidem immittit; ab ipso discedit Gloria Divina cum omnibus custodibus sanctis.col.380.

51. Duo genera gaudii sunt: gaudium Legis pro concupiscentia bona: & gaudium vini, pro concupiscentia mala.col.446. [conf. Eph.5.v.18. *Nolite inebriari vinô, in quo est luxuria.*]

52. Qui peccaturus est, metuat, ne bonæ cogitationes supprimantur à peccatis; & in ipso deinde nullum amplius sit robur. col. 447.

53. Cùm homo manè surgit, jam testes quidam ipsi adsunt, qui ipsum moneant: & ipsa anima ejus singulis horis contra ipsum testatur, (quasi certa quædam dicta contra ipsam allegandô) cùmque aperit oculos suos, eidem suggeritur dictum Prov. 4. v. 25. *Oculi tui ad rectum aspiciant, & palpebræ tuæ dirigant coram te semitam tuam.* Et sic circa singula ejus membra. si itaque obedit bene est; asin minus; libri aperiuntur, & opera conscribuntur in illis. col. 477. & 427. [conf. Rom. 8. v. 16. *Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui Dei.* 2.Cor.1.v.12. *Testimonium conscientiæ nostræ.*]

54. Si quis aliquid laudare vult, is priùs benedicere debet DEO Sanctissimo atque benedicto. col. 481. 482. [conf. 1.Thess.5.v.18. *In omnibus gratias agite.* Coloss.3.v.17. *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.*

55. Pro-

55. Prohibitum est, ne homo priùs laudet proximum suum, antequam benedixerit DEO Sanctissimo atque benedicto: rationem vide col. 521.

56. Homo ne solus ambulet noctu, & præcipuè nocte diei quartæ. col. 388.

57. Viro benedicendum est priùs, & deinde mulieri; quia hæc ab illo benedictionem accipit. Et quando uxorem duxit homo, DEUS Sanctissimus atque benedictus duas eidem largitur portiones. col. 494.

58. Cùm homo in hoc mundo Deum sectatur, eundem etiam post mortem suam insequitur. col. 263. & 266.

59. Qui filium suum manè & vesperi in scholam ducit, idem præstat, ac si bis accepisset legem in monte Sinai. col. 265.

60. Non licet orare super impiis, ut moriantur, sed ut convertantur in melius. col. 268.

61. *Si Legis peritus inebriatur, meritò dicitur, monile aureum in naso porci* Prov. 11. v. 22. *col. 269.*

62. Homo tenetur studere in Lege, ut liberetur à Spiritibus malignis, qui dominium habent noctu. [conf. Eph. 6. v. 12. *Non est nobis colluctatio &c. adversus rectores tenebrarum harum.*]

63. Qui venit sibique proponit, ut purificetur, eundem adjuvant &c. Una cum historia quadam huc pertinente. col. 299. & 302.

64. Dantur fluvii, unde educantur sapientes; & dantur fluvii, unde educantur stulti: & qui observat animam suam, ab his longè discedat. col. 301.

65. Qui seipsum humiliat, illum DEUS Sanctissimus atque benedictus magnum reddit: & contra. *col. 318.* [conf. Luc. 14. v. 11. Luc. 18. v. 14. *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.*]

66. Ne confidat homo, quod DEUS Sanctissimus atque benedictus eidem facturus sit hôc vel illô modô; vel quod illum sit liberaturus, sed fiduciam habeat in eum, quod sibi auxilium missurus sit ad observanda præcepta Legis. col. 333. [conf. Rom. 8. v. 26. *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Hebr. 2. v. 18. *In quo passus est ipse tentatus, potens est eis, qui tentantur, auxiliari.*]

67. Historia de quodam, qui R. Jitzchakum non invitaverat ad nuptias filii sui ob tres rationes: primò, quia ipsum non novisset; ubi si fortè vir esset magnus, facilè aliquid fieri potuisset contra honorem ejus: secundò, quia fortè festinâsset in itinere suo, unde nullam ipsi creare voluerit molestiam: & tertiò, ne fortè pudefactus esset coram convivis, qui omnes dona darent novis nuptis; cum ipse manus haberet vacuas. col. 346.

68. Quod homo cautissimè honorare debeat Patrem suum. col. 377.

69. Nemo peccata committit, nisi qui humanitatis vix habet initia, sicut embryo, (i. e. insipiens.) col. 296.

70. Satanas hominem accusat tempore periculi; unde homo cavere debet, ne Satanæ occasionem præbeat calumniandi. col. 394. 398. [conf. Apoc. 12. v. 10. *Accusator*

R *fratrum*

fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei, die ac nocte. Eph.4,27. *Nol* *locum dare calumniatori.*]

71. Homo tenetur purificare omnia membra sua, quia unumquodque est simili do quædam rerum supernarum.col.419.

72. Admonitiones necessariæ, ut homo magnam cautelam adhibeat in operib suis; filiumque suum doceat Legem: & uxorem ducat in juventute sua. col. 422. [co Phil.2.v.12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.*]

73. In quo exurgunt cogitationes malæ, ita ut prava concupiscentia, jamjam i clinet eum; is studeat in Lege. vid. col.425. & 426. [conf. Matth.26,41. *Vigilate & or te, ut non intretis in tentationem.*]

74. Tempore exilii homo cautiùs observare debet opera sua, & diligentiùs stud re in Lege; quia hæc sacrificiorum loco est, omnemque cultum domus sanctuarii su plet. col. 428.

75. Ad omnia verba inferius facta aliquid excitatur superius.col.362.

76. Duo Angeli hominem comitantur per totum diem: sique bonum aliqu opus facit, is qui ad dextram est, adjuvat eum. col.435.

77. Quidam timent, & nesciunt, quid timeant: & hoc fit propter peccata, quæ illis vilipenduntur.col.401.

78. Quatuor fuerunt Reges, qui timuerunt peccata, quæ alii quasi pedibus calca præ contemtu: quantò magis id facere debet quilibet alius homo? col.441.

79. Homo singulis noctibus remittere debet culpam illi, qui offendit eum: u cum historia insigni huc pertinente. col. 446. [conf. Matth. 18, 22. *Non dico tibi,* *que septies; sed usque septuagesies septies.* Ephes. 4, 26. *Sol non occidat super iracundia vestram.*]

80. Semper instiget homo bonam suam cupiditatem contra concupiscenti pravam, eamque moneat, quod aliquando constituenda sit coram judicio Re superni, qui benedictus sit! col.446. [conf. Rom. 14, 11. *Omnes stabimus ante t bunal Christi.*]

81. Qui exit iter facturus, instructus esse debet tribus requisitis; nempe precibu donis & armis. Ubi quoque narratur historia de quodam, qui indutus erat palliô pen culatô, sub quo accinxerat arma sua. col. 452.

82. Cum Angelus perditor dominium habet in mundum [tempore pestis v belli] homo cavere debet, ne in publicum prodeat, nec ab illo conspiciatu quia hic in omnes habet potestatem, qui in conspectum ejus veniunt. col. 205. 267. & 412.

83. Excitatio ad homines, qui in hoc mundo incedunt cœcorum instar. col. 263.

84. Quantopere quis DEUM æstimat in corde suo, tantam quoque acquirit illi cognitionem.col.271.

85. Quamvis Jaacob callidè egerit cum Esavo & Labano, nihilominus vocatur perfectus: quia in eo consistebat perfectio ejus, ut pius esset cum piis, & perversè age cum perversis.col.329.

86.A

86. Admonitio seria, ne homines cedant illecebris pravæ concupiscentiæ: quid igitur agendum? Cogitationibus tuis bellum gerere debes, bellum nimirum Legis. col. 368. [conf. 1. Pet. 2, 11. *Obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam &c.* Jac. 4, 1. *Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris.*]

87. Adhortatio, ne quis juret per nomen Dei, col. 377. [conf. Matth. 5. v. 34. *Ne juratis omnino &c.*]

88. Cavendum esse, ne aquas lotionis manuum effundamus illô loco, ubi transeunt homines. col. 415.

89. Non plus laudandum esse in homine quodam, quàm in ipso est. col. 492.

90. Cùm homo vadit in via bona, in se attrahit omnes spiritus sanctos: & filius, quem generat, provenit de parte Spiritûs sancti: si autem ambulat in via prava, in sese derivat Spiritum polluentem, & filius, quem generat, provenit de latere impuritatis. col. 175. & 177. & 147. & 263. & 266. [conf. 1. Cor. 7. v. 14. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem, & sanctificata est mulier infidelis per virum: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.*]

91. Quodcunque peccatum committitur in propatulo, illud præsentiam Divinam cohabitantem ex mundo expellit. col. 181.

92. Mulier quidem licentiam habet hospitem è domo sua educendi, sed non introducendi. col. 210.

93. Moris est in terra, si hospes munus aliquod det mulieri, quod illud eidem tradat in manus suas, non verò in manus mariti ejus. col. 210.

94. Cùm quis in se derivare vult influxum quendam cœlestem, fundamenti locô assumere debet rem omninò certam. Unde in omnibus amuletis & cameis mentio facienda est nominis tantùm matris cujusdam, non vero patris: quia certissimum est, quod ille sit filius matris suæ. col. 205.

95. Singulis diebus hora quædam est, in qua dominium habet judicium, unde homo magnâ cautione opus habet. col. 411.

è Dictis in

EXODUM.

1. Nunquàm seipsum separet homo è cœtu plurium (sive ab Ecclesia) col. 59. & 77. [conf. Hebr. 10. v. 25. *Nec deserentes majorem Synagogam nostram.*]

2. Ubicunque simul sermo est de masculo & fœmina, laus nonnisi ad masculum pertinet. col. 68.

3. Quicquid homini accidit in mundo, sive bonum sit sive malum, id omne dependet ab operibus ejus. col. 63.

4. Qui invitat convivam, cum eo quoque converſetur, & non cum alio. col. 82.

5. Duobus modis Jisraëlitæ DEUM Sanctissimum atque benedictum ad iram commoverunt: quod conjuraverint Angelos supernos: & quod in se attrahere potuerint virtutem Planetarum atque stellarum. col. 199.

6. Non licet homini ignominiosè convitiari genus adversum, quia de illo scriptum est: Ezech. 1. v. 4. *Et splendor undique circa eum.* [conf. Judæ v. 9. *Michaël non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Increpet te Dominus.*]

7. Si primores populi justi sunt; benè populo: sin minus; væ populo. col. 64.

8. Si quis manus suas elevat exceptô casu precum, illi maledicitur 248 maledictionibus à decem potentibus, qui in urbe. Eccles. 7. v. 20. col. 118. 472.

9. Homo non debet occidere, nec contemnere ullam creaturam, à Creatore benedicto conditam, sive bona sit, sive mala. col. 120. 121.

10. Homo non potest in se attrahere Spiritum aliquem supernum, nisi per timorem & meditationem cordis. col. 121.

11. Nihil potest dici purum, nisi quod exivit ab impuro: & tales sunt meliores omnium. Et huc pertinet dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ: Observate filios plebejorum, quia ab illis prodit lex. col. 20. & 122.

12. Qui mentionem facit nominis Divini inutiliter, melius illi foret, si non esset creatus. col. 156.

13. Nunquam debet commemorari Nomen DEI Altissimi, nisi præmissâ voce quadam ad minimum unicâ. col. 156.

14. Cùm homo in melius convertit vias suas hôc in mundo, DEUS Sanctissimus atque benedictus proclamationes fieri curat de eo, eôdemque gloriatur quotidie. Quod etiam post mortem ita fit cum anima ejus. col. 173.

15. Vir maledicus in Gehennam detruditur, & propter illum morbi pessimi in mundum descendunt. Deque pœna illius, qui proximum suum turpi nomine compellat. col. 214. & 478. [conf. Matth. 5. v. 22. *Qui dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit: fatue, reus erit gehennæ ignis.*]

16. Qui non cautè tractat carnem atque lac, & intra quadraginta dies eidem nascitur filius, huic anima datur de latere adverso. col. 221.

17. Qui præceptum aliquod observat, circa illud occupari tenetur omni modô, prout decet; nec enim frustra id faciet, sed mercedem perfectam accipiet: quod latè deducitur col. 226. & 227.

18. Quàm magnum sit præmium illius, qui impios convertit in viam Domini benedicti: & quàm acriter iisdem sit insistendum. col. 222.

19. Gratum est justis pati afflictiones propter Deum, quia sic liberantur ab exilio hoc. col. 347. [conf. Matth. 5. v. 10. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*]

20. Insignis admonitio, ne quis sectetur voluptates vanas, sed voluptates Divinorum præceptorum. col. 250.

21. Homo piis meditationibus sibi proponere ad minimum debet, quod velit observare hæc vel illa præcepta, & erogare tales eleemosynas, quamvis forte occasionem

nem

nem non habeat, eadem actu præstandi: quia & hoc acceptum erit. col. 267. 448. 449. & 450.

22. Omne præceptum, quod homo observat in hoc mundo, eidem fit lumen, quod ipsi lucebit in mundum venturum: Lex ipsa autem lucerna est horum luminum. col. 293.

23. Per iram hominis cognoscitur via ejus, utrum nempe benè compositus sit, an minus, &c. Ibidemque etiam ratio additur dicti illius Sapientum nostrorum bonæ memoriæ: Quicunque irascitur, idem facit ac si idola coleret. Sed ira Rabbinorum legitima & concessa est. col. 318. [conf. Matth. 5. v. 22. *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.*]

24. Si in urbe quadam pestis grassatur, homo in occulto versari debet: quia aliàs perditor commemorat peccata ejus, & ipse citatur ad judicium. col. 345.

25. *In arbitrio* hominis positum est, propositum habere serviendi Domino, donec in se *attrahat* splendorem supernum, cum omnibus benedictionibus. col. 348.

26. Homo protervus portionem nullam habet, nec in hoc mundo, nec in venturo. *col. 391.*

27. De pœna illius, qui avertere potest malum, & non avertit. col. 200.

28. Adhortatio de lotione manuum, una cum ratione, quare lavandæ sint manus. col. 322.

29. Tres sunt, qui Gloriam divinam ex hoc mundo expellunt: qui concumbit cum alienigena; & qui cum menstruata; & multò magis qui fœtum occidit in utero matris. col. 3. & 4.

30. Quotidie vox auditur è monte Choreb, quæ exclamat: Væ super illos, qui cultum *Creatoris sui negligunt*: & ex adverso de præmio illorum, qui emendant opera sua. *col. 7.*

31. *Si* peccatum aliquod committi soleat ab impio, & iste ab hoc desistat, DEUS Sanctissimus atque benedictus hoc tanti æstimat, ac si justus quidam peccatum aliquod superasset. col. 17.

32. R. Jose unicô quasi momentô sese immiscuerat rebus mundanis; & eum persecutus erat serpens: quanto magis illum, qui à studiis omninò se separat, mordebit serpens. col. 29.

33. Rectores Iisraëlitarum, cùm justi sunt, merentur accipere vitam æternam: & comparantur variis rebus, v. g. pastoribus ovium, & similibus. col. 35 & 36. [conf. Joh. 21. v. 15. *Pasce agnos meos.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis & universo gregi, &c. pascere Ecclesiam Dei, &c.*]

34. Qui fiduciam suam collocat in DEUM Sanctissimum atque benedictum, confirmatur, &c. col. 38.

35. Qui salutat justos, idem facit, ac si salutaret DEUM Sanctissimum atque benedictum. col. 41.

36. Qui in itinere incedit, & occurrit impiis quibusdam, ab iisdem se separet. col. 54.

37. Mundus iste creatus est per judicium, ut homines etiam justè ambulent, nec ex orbita discedant. col. 38.

38. Qui salutat impios, in corde suo convertat verbum suum erga DEUM benedictum, quasi eundem salutaret. col. 41.

39. Homo ab Ecclesia nunquam sese separet; rationem vide col. 76. & 59.

40. Cognoscere DEUM Sanctissimum atque benedictum, quod iste dominium habeat super omnia, præceptum primum est. col. 43. [conf. Matth. 22. v. 38. *Hoc est maximum & primum præceptum.* Joh. 17. v. 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum DEUM, &c.* Hebr. 11. v. 6. *Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se munerator sit.*]

41. Quicunque diligit impios, illius oculi caligant. col. 80.

42. Qualis pastor populi, talis populus: si ille justus est, justus est & populus: si autem ipse ad justitiam eos non promovet, illi propter eum puniuntur. col. 81. & 64. & col. 347.

43. In omni negotio homo seipsum purgare tenetur coram hominibus: quod discimus à Mose Magistro nostro super quo pax! col. 396.

44. Quamvis dictum sit, benedictionem non quiescere super re mensuratâ & numerata: attamen si eadem numeretur, vel benedictionem accipiat per Prophetam aliquem illius generationis, benedictio super eo quiescit. col. 397.

45. Cùm numeratur vel mensuratur res quædam sacra, benedictio DEI Sanctissimi atque benedicti eandem adauget. col. 403. & 404.

46. Quandocunque numerantur res aliæ, quæ sacræ non sunt, genus adversum dominium habet in eas. col. 403.

47. Quæcunque ab homine fiunt in occulto & secreto, super iis quiescit benedictio superna. Si quid autem fiat in propatulo, benedictio super eo non quiesc[it] col. 408.

48. Cùm calumnia & maledicentia in mundo exoritur, certi quidam [ser]pentes exuvias suas deponunt: unde mala plurima in mundo oriuntur. [col.] 478.

49. Qui justus est, sacrificium est DEI Sanctissimi atque benedicti: non ver[o] etiam injustus. col. 488.

50. Homo scire tenetur 248. præcepta, quæ sunt medicina 248. membrorum [e]t & sic quoque 365. præcepta alia, quæ sunt medicina 365. dierum anni: Sciendum e[st] omnia sibi invicem esse innexa, ut homo benedictionem accipiat è supernis, & h[i]fra. col. 291. & 292. & col. 44.

51. Via illa, in qua vadunt justi, quamvis sit antiqua, nova tamen dicitur, in ame[…] justorum. col. 385. [conf. 1. Joh. 2. v. 7. *Non mandatum novum scribo vobis, sed [man]datum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus sit verbum, quod audistis. [ite]rum mandatum novum scribo vobis, &c.*]

52. Laus illa, quæ ad DEUM Sanctissimum, qui benedictus sit! ascendit e[x]

m

mundo, gratior ipsi est, quàm cæteræ omnes; quia remotior & magis quasi insperata est. col. 80.

53. Quod dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis*: sic intelligendum, ut unum citra alterum non sufficiat. col. 286.

54. Quod dicitur *Ex toto corde tuo*: intelligitur de duabus concupiscentiis, bonâ & malâ: & quomodo possibile sit, ut DEUS colatur concupiscentiâ pravâ. col. 287.

55. *Ex omni anima tua* dicitur, ubi quæritur, quot ergo animas habeat homo? Ubi etiam explicatur, quid sit illud: *Ex omnibus ulterioribus tuis*. col. 287.

56. Homo non debet properare, ut vindictam sumat de quodam, qui ipsum aut res suas offendit: & melius est, si vindictam committat alii. col. 232. [conf. Rom. 12. v. 19. *Non vosmetipsos vindicantes, sed date locum iræ.*]

57. Illi socii sive condiscipuli, qui seipsos non diligunt, ex hoc mundo tolluntur, antequam tempus illorum exposcat. col. 303. [conf. Joh. 15. v. 12. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos.*]

58. Cùm homo peragere præsumit opus quoddam bonum, primum propositum hoc ascendit super cor ejus: & deinde bona illa voluntas ascendit in omnia membra corporis ejus: atque sic attrahitur in ipsum Præsentia Divina, ut in eo habitet. col. 345. [confer. Johan. 14. vers. 23. *Si quis diligit me, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*]

59. *Singulis noctibus sic homo componat animum suum, quasi excessurus sit ex hoc mundo. col. 381.*

60. Si per aliquem scandalum accipiat proximus, ut cespitet, quamvis non fiat ex intentione illius, nec ipse ad opus hoc concurrat; DEUS Sanctissimus atque benedictus eundem tamen punit. col. 401. [conf. Matth. 18. v. 7. *Væ homini, per quem scandalum venit.*]

61. Quàm magna excellentia sit humilitatis. col. 417.

62. Quod verum sit dictum illud: Qui superaddit, diminuit: discimus ex aulæis tabernaculi. col. 408.

63. De parte animæ irascibili; & quot sint species iræ; & unde quælibet species iræ veniat. col. 432. conf. Matth. 5. v. 22. *Omnis qui irascitur fratri suo temerè, reus erit judicio.*]

64. Si quis animam suam polluit in vita sua, ista non facilè redit ad latus sanctitatis. col. 485.

65. Tempore annonæ caritatis eleemosynas erogare debet homo. col. 481. [confer Rom. 15. v. 6. *Decreverunt Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum &c.*]

66. Præcepta Legis correspondent membris hominis; & si deficit membrum

brum aliquod homini, ille dicitur mutilus: quanto magis igitur, si aliquod ex præceptis Legis deficiat (homini, ille mancus erit.) col. 291. 292. & col. 44.

67. Sexaginta myriades malignorum spirituum dominium habent in ungues, qui disperguntur in publicum; atque hinc mors induci potest toti mundo. col. 305.

68. Stella quædam datur, quæ dicitur צִפְעֹן: cumque illa dominium habet, & quis ungues resectos negligenter dispergit; vel ad veneficia iisdem utitur, is mortem inducere potest toti mundo. col. 305.

69. Tria debet homo filio suo: ut illum circumcidi curet; ut illum redimat; ut illum ad matrimonium promoveat. Et hæc omnia DEUS Sanctissimus præstitit Iisraelitis. col. 68.

70. Cùm DEUS Sanctissimus atque benedictus populosam reddere vult urbem quendam, priùs intuetur caput illius, & ducem, utrum hic bonus sit an minus. col. 347.

71. Ad omnes benedictiones homo elevare tenetur digitos suos. col. 372.

72. Sapiens melior est Prophetâ: quia à Sapiente Spiritus Sanctus non aufertur in æternum. col. 10. [conf. Joh. 14. v. 16. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum.*]

73. Illo tempore cum judicium mundo impendet, ne foràs prodeat homo. col. 63.

74. Homo nunquam habitet in loco impiorum, quia aliàs cum illis comprehendi potest: sed habitet in loco justorum; quia per illos melior fieri potest. col. 68.

75. Duo sunt mulierum genera, in quibus locum habere potest vox serpentis: unum earum, quæ non accuratè observant dies impuritatis suæ & indumentorum suorum alborum: & unum earum, quæ non annunciant maritis suis, quando sese baptizarunt, ut ipsos mortificent. Si talis mulier parit filium, hic sanè in potestate Lilith & spiritus alicujus immundi est. col. 197.

76. Omnia præcepta Legis, æstimantur pro uno: & si quis vel unicum minuit, idem facit ac si totam Legem è medio sustulisset. col. 287. & col. 292. [conf. Jac. 2. v. 10. *Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*]

77. Prohibitum est aspicere arcum supernum (id est, iridem,) & arcum inferum, (id est, membrum virile:) quia hoc est signum fœderis sancti in corpore humano facti. col. 317.

78. Concessum est judici furtim expiscari statum causæ à litigante, ut sententiam ritè ferre queat. Et sic discipulo quoque permissum est, furtim sibi comparare scientiam Magistri sui in Lege. col. 186.

79. Homo ne nimium excrescere sinat ungues suos: quo magis enim hi crescunt, eo magis ipsi quoque prævalent spiritus maligni, ut ipsum quotidiè affligant. col. 373.

80. Qui sustentat vel liberat animas multas; illarum causa, vocatur nomine plurali. col. 46.

81. Nocte mediâ surgat homo & studeat in Lege; usque ad ortum diei; & deinde eat in Synagogam. col. 92.

82. Ex omni opere suo homo aliquid concedat generi adverso, ne ipsum accuset. col. 60.

83. Valdè

83. Valdè exaltatur gloria Dei, cùm Populi collaudantes confitentur Domino. col. 121.

84. Bene jam agit, qui observat præcepta Domini sui, quamvis non cum debitâ meditatione (nec intelligat, quid ea sibi velint,). Id tamen non sic ei rependitur, sicut illi, qui debitè meditari novit. col. 166.

85. Non quilibet homo sapiens est, ut facere queat voluntatem Dei Sanctissimi atque benedicti: hinc talis orare debet debitas preces. col. 166. [conf. Jac. 1. v. 5. *Si quis vestrûm indiget sapientiâ, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.*]

86. De dignitate oculi faventis, (qui hilariter largitur;) quia talis benedictionem confert omni loco. col. 390.

87. *Si Israëlitæ* in quadraginta illis annis cùm in deserto fuerunt, fecissent voluntatem *Dei*, genus illud adversum omnino sublatum fuisset è mundo. col. 280.

SEMITA JUSTORUM
è Dictis in
LEVITICUM.

1. Sicut homo punitur propter verba mala; sic punitur propter verba bona, si ea proferre posset ad monendum populum, & id tamen non facit. col. 82.

2. Monendus est homo, ne peccet, sed sanctificet membra sua 248; quæ vocantur Castra. Hinc dicitur: *Et Castra tua erunt sancta.* Deut. 22. v. 14. col. 135.

3. Omnia præcepta, quæ homo facere tenetur, præstare debet ipso opere: ubi autem opera locum non habent, verbis tamen eadem commemorare debet. col. 217.

4. *Si caput populi* justitiæ studet, totus populus propter ipsum servatur. Et Joschijahu propterea punitus est, quod non severius corriperet eos. col. 220.

5. Qui vias suas in justitiam dirigit hoc in mudo, magnam felicitatem creat patri suo in hoc mundo: quantò magis in mundo venturo. col. 224.

6. Qui maledicit proximo suo in faciem ejus; idem facit ac si sanguinem ejus effunderet; si autem absentem calumnietur, illa tamen verba sursum ascendunt. Et sic quoque omnia verba prava. col. 154. [conf. 1. Joh. 3. v. 15. *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est; & scitis, quod omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.*]

7. Nocturno tempore homo non proferre debet verba futilia; sed potiùs verba Legis. col. 220.

8. Ilia crepent illi, qui dicit, non requiri opera & verba in omnibus; nec opus esse voce. col. 203.

9. R. Jehudah (honoris causa) surrexit coram puero quodam, à quo verbum quoddam è Lege divina didicerat. col. 71.

10. Qui nocturno tempore solus est in domo, vel in campo; vel etiam interdiu in domo solitaria, damno affici potest. col. 78.

11. Qui avertere potest malum aliquod, & non avertit, is propterea punitur. col. 81.

12. Si quis ædificat domum, is eandem sapienter extruat, ut in ea exerceri queat studiũ Legis, & præceptorum: idque ore suo expresse pronunciet, ut ibi commoretur Spiritus Sanctus: quod nisi faciat, illi, qui in ea habitant, puniuntur. col. 88. 89. 90. 91. Ubi quoque historia quædam huc pertinens enarratur.

13. Et sic quoque super omni opere & præcepto quod observatur, homo commemorare debet nomen Dei, dicendo; hoc est præceptum istud; & hoc est pro præcepto illo. Rationem vide col. 88.

14. Monendus est homo, ut nomen Dei cum sanctitate & puritate scribat: quod nisi fecerit, de eo intelligitur dictum illud Num. 15. v. 31. *Quia verbum Domini sprevit.* col. 117.

15. Cùm judicium & plagæ publicæ in mundo grassantur, homo ne prodeat foràs; nec solus vadat ullo loco. col. 96.

16. Cavendum est ne Liber Legis divinæ transportetur de Synagoga in Synagogam aliam; & multò minus in locum quendam tertium. col. 120. & 126.

17. Bathsheba Davidi quidem deputata erat ab ipso sextiduo creationis: sed David tamen punitus est, quod ante debitum tempus illam acciperet. col. 141.

18. Cautelam adhibendam circa rescindendos ungues. col. 141.

19. Si tempore famis homo cibum habet, periculosum est, ut seipsum exhibeat hominibus. col. 44. & col. 176.

20. Singulis annis, mensibus, hebdomadibus, diebus atque horis certa quædam tempora sunt, ubi benevolentia divina prævalet; & alia pariter, ubi judicium ejus rigorosum dominatur. Hinc homo semper metuere debet, ne è timore Domini excedat. col. 103. [conf. Phil. 2. v. 12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.*]

21. Quàm acerba & prava res sit oculus malus, (sive invidus:) describitur col. 113. una cum historia quadam.

22. Cultus Dei primùm incipiat à timore; & deinde procedatur ad cultum ex amore præstandum. col. 100.

23. Prohibitum est homini gaudio indulgere in hoc mundo: nisi sit gaudium Legis. col. 100.

24. Summopere mirandum est, quod homines mundani non meminerint novissimorum suorum: cùm Deus sanctissimus atque benedictus tamen, item Lex divina, & ipsa anima eorum usque adeo eos commoneant. col. 103.

25. De illis, qui obediunt illecebris pravæ suæ concupiscentiæ, intelligi potest dictum illud: Psal. 81. v. 10. *Non erit in te Deus alienus.* col. 205.

26. De pœna illius qui nomen Dei in vanum usurpat, vel jurat per nomen Dei benedicti. col. 216.

27. Ne unicum quidem è ministris Dei Sanctissimi atque benedicti vilipendendum esse: in quorum numerum etiam referri debent, aqua, ignis, serpentes, scorpii, &c. col. 206.

28. Magnum esse præceptum de correptione proximi sui: & quo ordine correptio hæc

hæc instituenda sit. col. 126. & col. 40. [conf. Matth. 18. v. 15. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, &c.* Jac. 5. v. 19. *Si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, scire debet, quod &c.*]

29. Nocturno tempore homo tenetur legere Lectionem; Audi Israël, &c. & animam suam commendare in manum DEI Sanctissimi atque benedicti, multis laudibus & confessionibus. Et quomodo liberetur à Dæmonibus noxiis: item quomodo anima ascendat sursum; quælibet juxta gradum suum. col. 37. & col. 49.

30. Justi vocantur Sabbatha & festa sancta, & vasa sancta: & qui eos vilipendit, reus est lapidationis: & quilibet eos honorare illisque delectari debet, ut honorat Sabbathum & festa alia. col. 49. [conf. 2. Tim. 2. v. 20. *In magna domo, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam in honorem, quædam autem in contumeliam.*]

31. Seriò monendi sunt homines ut cautissimè observent honorem Domini sui. col. 51.

32. Benedictio non quiescit in loco vacuo. col. 58.

33. Cùm tempora sunt felicia & benedictione plena, homo multas eroget eleemosynas: atque tunc quandoque in publicum prodire potest, ut in ipsum quoque descendat felicitas & benedictio superna. Cùm autem mundus plagis premitur, è domo sua ne exeat. col. 96.

34. Cùm homo bonum aliquod opus peragit, super capite ejus quiescit Spiritus quidam sanctus: si verò pravum opus committit, in sese derivat spiritum malum. col. 160.

35. Demonstratio, quod vetitum sit aliquid inaniter projicere, quod usui esse queat spiritibus malignis. col. 75.

36. Qui perjurium committit, universam legem transgreditur. fol. 14. col. 90.

37. Ab illa die, quâ vastatum est sanctuarium, vera amplius medicina non reperitur in mundo: unde monendus est homo, quò seriò semper caveat. col. 91.

38. Divitias quandoque & bona accipere meretur homo quidam, propter uxorem suam, & pietatem ejus: quod demonstratur è loco Genes. 12. v. 13. *Ut benè sit mihi propter te.* col. 91.

39. Cultus perfectus hominis est, ut DEO serviat, intimô sui cordis amore. col. 122.

40. Prohibitum est capite nudô incedere, vel quatuor cubitorum spatiô, quia Gloria Divina super homine quiescit. col. 164.

41. Homines in omnibus operibus atque conversatione suâ associare sibi debent Nomen DEI Sanctissimi col. 213.

42. Quilibet potest offerre victimam, etiam non extructô sanctuariô; adipe nimirum & sanguine (id est, jejuniô) suô. col. 13.

43. Quotidie exclamatio quædam fit, quæ hominem monet, ut à peccato abstineat: & quomodo DEUS Sanctissimus atque benedictus homini, antequam nascatur, ostendat mille & octo mundos & Paradisum, ceu præmium justorum. col. 11. & col. 2.

44. Cùm homo peccat, Deus Sanctissimus & Lex divina mirantur eum. col. 91. & 25.

45. Cùm pauper opus aliquod servile peragit in domo quadam, halitus ab ore ipsius prodiens sub gravi illo labore ad noctem usque sursum ascendit. Væ igitur illi patrifamilias, qui mercedem ejus retardat. col. 124.

46. Cum plagis affligitur mundus, Liber Legis exportatur ad sepulchra justorum, precesque ibidem fiunt: atque tùm justi intercedunt pro mundo. Notandum autem, quod liber ille Legis omni carere debeat errore. Videatur col. 126. 127. Unde hic mos inter nos exolevit.

SEMITA JUSTORUM

E Dictis in

NUMEROS.

1. Cùm Legisperitus quidam moritur, eundem locum invisere solet, in quo solitus erat incumbere studiis Divinæ Legis, dum viveret: hinc præceptum est, ut ibi conventus instituant, Legisque studium ibidem excolant. col. 404.

2. Qui ore suô profert verba prava, illius verba sursum ascendunt, omnesque exclamant: Secedite à pravo hoc verbo istius viri. col. 81.

3. Qui præceptum aliquod observat, ad singula opera pronunciare debet: Hoc est pro isto præcepto; & hoc pro præcepto illo. Videatur ratio col. 88.

4. Qui ædes extruit, initio statim dicat; se illas extruere pro cultu Dei Sanctissimi atque benedicti. col. 88.

5. Lingua maledica vocatur gladius, & qui linguam habet calumniis plenam, illius preces non ingrediuntur ante Deum Sanctissimum. col. 93. & 94.

6. Nihilque majori odiô Deus prosequitur, quàm linguam maledicam. col. 305.

7. Quidquid ore suô profert homo, sursum ascendit. col. 97.

8. Prohibitum est intueri iridem, & digitos Sacerdotum è suggestu benedicentium: & multò magis locum talem, quem odio habet Dominus. col. 153.

9. Egregia explicatio dicti illius; Eccles. 9. v. 10. *Omne, quod invenerit manus tua ad faciendum in virtute tua, id fac.* col. 405.

10. Illi homines, qui gressu veloci adeunt Synagogam, & auditorium, & si quæ observanda sunt præcepta, socii fiunt Angelorum: & certum ipsis destinatum est palatium. col. 421.

11. Nullum est præceptum, quod non æquiparetur toti Legi. col. 418.

12. Omnia quæ fiunt festinanter, non fiunt cum sapientia perfecta. col. 561.

13. Quamvis homo quædam cogitet corde suô, & meditetur animô; nihil tamen ipsô opere faciat, nisi prius de eo locutus sit disertis verbis. col. 570.

14. Si quis seipsum polluit infra, illum quoque polluunt supra. col. 291.

15. Qui irâ plenus est, monendus est, ne sibi ipsi maledicat hôc ipsô tempore: quia hoc certissimè confirmabitur. col. 295.

16. Qui

16. Qui à quibusdam ablegatur, is legatus fidelis sit eorum, qui illum ablegârunt. Quodque homo non cuivis aperire debeat, quod sit Legis peritus: Unà cum historia quadam. col. 300.

17. Si homo non peccat, non gustat saporem mortis: ascenditque in mundum supremum. col. 303. [conf. Matth. 16, 28. Joh. 8, 52. *Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum.*]

18. Historia de quodam, qui cùm socius ejus in Lege legisset, & ipse sciret, quod ille erraturus esset circa verbum aliquod, condiscipulis tamen reliquis prohibuerat, ne ipsi aliquid suggererent: unde hic cùm ad locum illum pertigisset, pudore suffusus est. Quia autem pudore hôc affecerat socium suum, in gehenna punitus est unâ hora cum dimidiâ. Quia DEUS Sanctissimus peccatum illud non remittit, si quis Divinâ suâ Lege abutatur ad pudorem alterius. col. 317.

19. Si cuidam benè non sit in urbe hac, is abeat in urbem aliam. col. 316. [conf. Matth. 10, 14. *Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel civitate &c.*]

20. Etiam vox ex ore hominis prodiens suum habet locum, vocemque aliam erga se excitat, prout facit Echo: & quare Echo respondeat finalia, & non initialia, vide col. 320.

21. Qui seipsum humiliat in hoc mundo, magnus erit in mundo venturo; & qui seipsum extollit in hoc mundo, parvus erit in mundo venturo. Quod probatur loco de annis vitae Sarae Gen. 23. v. 1. col. 319.

22. Qui autem res suas in occulto gerit, nec omnia in publico facit, praestantissimus est omnium: *talis enim vir* pius est & perfectus, qui praecepta Legis observat, & in Lege *studet noctu & interdiu.* col. 347.

23. Qui os linguamque suam assuefacit, ut nihil revelet, meretur accipere Spiritum Sanctum: & contra. col. 348.

24. Qui filium suum per forum deducit, eundem contegat, ne dominium in ipsum obtineat oculus malus (*fascinatorius*) col. 391.

25. Qui habitat in urbe prava, exhinc transferre debet domicilium suum. col. 400.

26. Festô novi anni primò omnium judicatur ille, qui non honorat nomen DEI *benedicti*, vel Legem Divinam, vel illos, qui in ea student &c. col. 424.

27. Discipuli sapientum, qui è studio Legis unicam suam faciunt professionem, ita praesentem habent Divinam Gloriam, ut ab illis non discedat: qui autem non semper hôc studiô detinentur, cum illis haec quandoque habitat, quandoque non. col. 440.

28. Qui infamem reddit uxorem suam, idem facit, ac si ipsam Gloriam cohabitantem infamiae maculâ notaret. col. 508.

29. In noctem spiritibus noxiis potestas tradita est: hinc precibus & supplicationibus opus est, ut quis ab illis liberetur. col. 297. [conf. Luc. 22. vers. 53.

Sed hac est potestas tenebrarum. Coloss. 1. v. 13. *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.*]

30. Is cui oculi sunt occœcati, tantâ pœnâ non punitur, ac ille qui oculos habet apertos. col.533. [conf. Joh.9.v.41. *Si caci essetis, non haberetis pœnam: nunc verò dicitis: quia videmus, ideo vestra pœna manet.*]

31. Qui filium suum in scholam ducit, sacrificium perfectum offert. col.311.

32. Excellentia Levitarum major est, quàm sacerdotum. col.456.

33. In hilaritate sua homo ad se invitet DEUM Sanctissimum atque benedictum, atque tùm hic advenit, secumque adducit parentes istius hominis, & plures demortuos, ad istam hilaritatem: sed in luctu hominis Deus ter Optimus solus advenit. col.404.

34. Necesse est, ut homo faciat voluntatem Domini sui, dum super capite suo adhuc ardet lucerna Domini, (i. e. anima ejus) col.405.

35. Qui aliquem occidit, ille descendit ex latere adverso. col.413.

36. Ex timore quis procedit in humilitatem & pietatem. col. 274.

37. Actibus inferis excitantur actus superi: atque hinc expansione manuum sacerdotes excitant Divinam Gloriam, ut super illis quiescat. col.274.

38. Timeri dicitur DEUS Sanctissimus atque benedictus, modô generali & modô speciali. col.502.

39. Qui degit sub potestate altera, influxum assugit à potestate altera: idemque est, ac si infidelis esset. col.509.

40. Qui descendit de latere judicii rigorosi, ne sinat excrescere capillos suos: atque hinc mulieres capillos suos contegere tenentur. col.287.

41. Qui secreta revelat, illius anima certissimè non est de loco sancto & superno: & cùm anima ejus excedit ex hoc mundo, Regi Sanctissimo adhærere nequit. col. 571.

42. Medicus ille, qui ægrotum visitat, cum ipso agat de medicinis, pro omni possibili; nec dicat, à Deo hunc morbum ipsi immissum esse singulariter &c. quod si verò medicamenta sua ipsi applicare nequeat; cum ipso agat de rebus divinis, ut eum convertat ad pœnitentiam atque preces. col. 580.

43. Quicquid homo sibi in hoc mundo proponit, non confirmatur, nisi disertis verbis illud enunciet: tunc enim alicui committitur negotium. col. 225. & 226.

44. Quicunque meminit prosperitatis proximi sui, vel liberorum & divitiarum ejus, is eidem benedicat oculo favente, non verò oculo invido. col.226.

45. Si quis ex deposito penes se solutionem debiti sui facere velit, ille facta inquisitione, procul dubio non descendit è semine sancto. col.229.

46. Quantam vim habeat peccatum in delinquentem, in familiam ejus, & in totum mundum. col.234.

47. Homo scrutetur opera sua, antequam producatur ante judicium cœleste, quia tunc difficilis est liberatio. col.235.

48. De

48. De homine securo, qui in hoc mundo sic vivit, quasi iste duraturus sit in secula seculorum: &c. deque pœna illius subitanea; & quid de eo proclametur; col. 240.

49. Prohibitum est digitos frustra elevare, nisi sub precibus & benedictionibus & in honorem Dei Sanctissimi atque benedicti. col. 274. & 381.

50. Ab illo momento, quo homo surgit è lecto suo, Deus Sanctissimus in ipsum constituit observatores, qui testentur de conversatione, verbisque & operibus ejus, eôdem die ab ipso peragendis. col. 333.

51. Quicunque sectatur id, quod suum non est, ille perdit id, quod suum est, nec tamen lucratur id quod est alienum. col. 335.

52. Qui irascitur, æquiparatur idololatræ, quia genus adversum in ipso quiescit. col. 360.

53. Quod Jisraëlitæ comedant & bibant cum gentilibus, sic illis imputatur, quasi essent rebelles atque refractarii erga Deum. col. 365.

54. Tria dicuntur esse signa: icterus dicitur signum peccati: multiloquium dicitur signum stultitiæ; & laus propria, signum, quod quis nihil sciat. col. 357.

55. Homo filium suum consecret præceptis: & qui hoc negligit, punitur. col. 499.

56. Monendus est homo, ne aquas turbidas, vel aliquas sordes effundat sub porta ostii sui, vel prope eandem; quia spiritus aliquis malignus ibidem semper commoratur; qui hac ratione licentiam accipit ipsam domum intrandi: & magnum est periculum per talem locum transire. col. 503. 506. & 509.

57. Nimium quantum monendus est homo ut cautè observet opera sua; quia quàm sæpissimè judicium mundo imminet. col. 337.

58. Quicquid homo agere præsumit sive bonum sit sive malum, non ritè ascendit, donec verbis & opere debitè in actum deducatur. col. 349.

59. Homo majori honore prosequi tenetur Patrem suum post mortem, quàm in vita ejus. Hinc quilibet monendus est, ut filium suum erudiat in Lege & in præceptis. col. 221.

60. Si caput populi bonum est, totus populus melior evadit: sin minùs, contrarium accidit. col. 225.

TITULUS UNDECIMUS.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

E Dictis in

GENESIN.

1. De Paradiso supero & infero. Et sic quoque de Inferno. col. 269.

2. Septem sunt palatia, & in quovis horum præmia dantur illis, qui observant præcepta; uni plura alteri pauciora. col. 116. 117. & 118. [conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt: si quo minùs, dixissem vobis, vado parare vobis locum.*]

3. Deus

3. Deus sanctissimus atque benedictus nulli creaturæ (sive homini,) mala quædam infert; sed tantùm præsentiam suam gratiosam eidem subtrahit: atque sic illa per se perit. col.277. [conf. Act.17,25.28. *Ipse dat omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. In ipso vivimus, movemur & sumus.* Hebr.1,3. *Portans omnia verbô virtutis ejus.*]

4. Tria sunt præmiorum genera, pro Psyche; pro spiritu, & pro mente. Pro psyche extra Paradisum inferum; pro spiritu in Paradiso infero; & pro mente in Paradiso supero. In neomeniis autem & Sabbathis psyche ascendit, & fruitur præmio spiritus & mentis. col.473. & col.229.

5. Cum justus ex hoc mundo discedit, Deus Sanctissimus atque benedictus eidem præparat formam aliam, qua vestiatur juxta ritum illius mundi. col.235. [conf. 2. Cor.5. v.1.2. *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, & non nudi inveniamur.*]

6. Deus Sanctissimus atque benedictus prodit ad excipiendum Justos; Abraham autem & Jizchak non procedunt, donec procedentes videant Deum benedictum & Jacobum; atque tunc etiam ipsi sese movent in occursum illorum. col.257.

7. Duodecim mensibus psyche judicatur cum corpore: atque tunc psyche illa per mundum divagatur, ut misericordiam quorundam commoveat ad intercedendum pro sese. Et sic quotidie Patriarchæ intercedunt pro mundo. col.474.

8. Quod mortui inter gentiles & idololatras non resurrecturi sint tempore mundi venturi; col.410.

9. Illo tempore cum anima Justi cujusdam ex hoc mundo discedit, eandem adducunt ad speluncam duplicem, ut Patriarchæ videant semen illud sanctum, quod reliquerunt in mundo hoc. col.526.

10. Prodigia fient denotantia bella inter Edomitas & Jischmaëlitas, reliquosque populos, prope adventum Redemtoris. 279. [conf. Apoc.14,20. *Calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.* Apoc. 19.v.19. *Vidi bestiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum eo, qui sedebat in equo, & cum exercitu ejus.*]

11. Rex Messias sive è vivis sive è mortuis sit, David vocabitur. col.232. [conf. Apoc.1.v.5. *Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.*]

12. Diem unum Ecclesia Jisraëlitica sedebit in pulvere (i.e. exulabit,) nec amplius. col.289.

13. Futuro tempore Deus sanctissimus atque benedictus Jisraëlitis aperiet portam aliquam lucis tenuissimæ; deinde portam aliam lucis majoris; atque sic majorem semper admittet lucem, usque ad gradum diei. Sic enim cùm Jisraëlitis procedit in omnibus negotiis eorum. Cum gentilibus autem processum observat contrarium. Unà cum simili de medico quodam &c. col.389.

14. Sanctuarium erigetur ante collectionem exulantium: rationem vide. col.317.

15. Justi

15. Justi jam in hoc mundo prægustum aliquem habent mundi venturi, quem singulis noctibus degustant. col.233.

16. Tempore resurrectionis mortuorum corpora fulgebunt sicut splendor firmamenti. col.273. [conf. 1. Cor. 15. v. 41. 42. *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, stella enim differt à stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.*]

17. De mortuis extra terram sanctam, quod nempe corpus illorum restaurandum sit extra terram, & illi volutandi sint per antra subterranea usque in terram. col. 273.

18. Ratio quare corpora volutari oporteat usque ad terram Jisraëliticam, ut ibi vivificentur; & quare non resurgant extra Terram sanctam. col.276.

19. Qua formâ justi fuerunt in hoc mundo, tali exsculpuntur in throno gloriæ; ut anima certa esse queat se redituram in corpus, prout fuerat dum hîc viveret. col. 277.

20. Animæ, quæ admitti merentur ad faciem divinæ gloriæ, vocantur Filiæ Jeruschalem. col. 296.

21. Pro plebe dictum fuit, quod futuro tempore comesturi simus carnem Leviathanis atque bovis; & bibituri vinum optimum: ut corda illorum allicerentur ad timorem Domini: quia nullâ aliâ re citius allici potest humana natura, quàm cibô & potu. col. 321.

22. Septem diebus primis post mortem, Psyche atque corpus singulis diebus ter judicantur. col. 476.

23. *Filii Gad & filii* Reuben primi erunt, qui bellum gerent tempore redemtionis; totumque mundum subigent. col. 498.

24. Rex Messias vocatur Vinum, quia gaudium erit Jisraëlitis, judicium verò gentilibus. col. 506.

25. Prope dies Messiæ omnes sapientiæ, etiam profundissimæ, vel pueris manifestabuntur. col 290.

26. Messias primò manifestabitur in terra Galilæa; illisque diebus multa signa & prodigia existent. col. 291. [conf. Joh. 2. v. 11. *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ &c.* Matth. 28. v. 10. *Nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.*]

27. Angelus quidam Dumah constitutus est super computum justorum & piorum, quique tradiderunt animas propter sanctitatem DEI benedicti, & spem præmii futuri. col. 300.

28. Tempore Resurrectionis DEUS Sanctissimus atque benedictus advocabit Angelum Dumah, & exposcet computum omnium justorum. col. 300.

29. De præmio illius, qui filium post se relinquit: deque pœna illius, qui nullum relinquit filium. col. 129.

30. Omnis anima futurô tempore redibit in corpus suum, & resurgent simul, fuerant antea; sed multâ cum scientia atque sapientia. col. 302.

31. Bona opera, quæ homo peragit, conscribuntur coram Deo sanctissimo atq benedicto: & sic etiam opera mala. col. 195.

32. Cum anima ascendit ad portas Jerusalem, Michaël Dux magnus cum ipsa ascen dit, eamque salute excipit. col. 301.

33. Homo qui peccat, annotatur coram DEO Sanctissimo qui benedictus sit! & in illa stultitia perseveret, nota illa augetur. col. 216.

34. Cum homo ambulat in via sancta, formam quandam sanctam habet; omnes que mundi creaturæ eundem metuunt, & coram eo contremiscunt. Si autem inced viâ perversâ, figura Domini sui ab ipso tollitur, & ipse metuit omnes in mundo creatu ras. col. 210.

35. Metatron princeps ad faciem DEI ministrans futurô tempore suscipiet comp tum justorum, de manu Dumah. col. 304.

36. Futuro tempore corpora volutabuntur usque in terram Jisraeliticam: & qui dam dicunt Gabrielem Angelum eadem illuc perducturum. col. 308. & 311.

37. Quadraginta annis ante Resurrectionem anima corpus suum expectat in terr Jisraëlis. col. 308. & 324.

38. De pœnis atque suppliciis acerbissimis, quibus affligendi sunt impii in mundo vindictæ futuræ. col. 310.

39. Qui seipsum sanctificat in hoc mundo, illius anima sese applicat ad gradus san ctos supernos. Qui verò seipsum contaminat, ille adhæret spiritibus noxiis & perdito ribus; unde morbi pessimi. col. 266. 309. 310.

40. Juxta doctrinam de Revolutione animarum una anima tria habet corpora: un de quæritur, quodnam è tribus illis corporibus resurrecturum sit, in resurrectione mor tuorum? col. 311.

41. Tempore futurô corpora consistent ad portas sepulchrorum suorum ad exci piendum animas suas: & Dumah computum exhibebit omnium. col. 320.

42. Ter singulis diebus spiritus quidam è supernis descendit super Patriarchas, eos demque resuscitat: atque tunc hi intercedunt pro Jisraëlitis &c. Non enim misereretur mundi DEUS Sanctissimus, nisi Patriarchæ forent. col. 474.

43. Os quoddam in sepulchro superstes manet, ex quo reædificabitur futu rô tempore corpus; & hoc officulum nullum habuit alimentum è cibis hujus mundi; hinc tantum ipsi robur est, ut non putrescat in terra. col. 324. & 206.

44. Structura Sanctuarii & collectio dispersionum exulantium, & resurrectio mortuorum, sese invicem insequentur. col. 328.

45. De miraculis illis, quæ eventura sunt tempore redemtionis. col. 328.

46. Festô neomeniæ & die Sabbathi, aliisque festis, Mens, Spiritus & Psyche simul delectantur. col. 229. & col. 473.

47. Qui moritur in terra Jisraëlitica, & eâdem die sepelitur, in illum dominium non habet spiritus malignus: quid autem fiat morientibus extra terram, vid. col. 250.

48. Justi ascendunt è Paradiso infero in Paradisum superum: & quandoque abhinc etiam descendunt huc inferius, & apparent hominibus quibusdam, iisque revelant mysteria sublimia. col. 302.

49. In illo mundo anima vestitur veste pretiosâ, cujus beneficiô haurire possit lucem præclaram mundi superni: sicut in hoc mundo eadem pariter vestitur veste quâdam, ut haurire possit aërem hujus mundi. col. 200.

50. Corpora volutabuntur sub terra usque ad terram Jisraëliticam: & ibi accipient animam novam. col. 207.

51. *Qui multum* in Lege proficit, & omnia opera sua in honorem DEI peragit; & non habet *liberos*; vel si habuerit, iidem sint mortui; vel si ipsi sint steriles; is portionem tamen *bonam* habet in mundo venturo. vid. col. 420. & col. 421.

52. Justi impediunt pœnas, ne in mundum veniant. col. 432.

53. Anima hominis justi ingreditur in Paradisum inferum, & ingreditur in speluncam duplicatam, & occurrit Adamo Protoplastæ. col. 288.

54. In resurrectione mortuorum primi resurgent illi, qui student in Lege. col. 410. [conf. Apoc. 20. vers. 4. *Et animas decollatorum propter testimonium Jesu, & qui &c. hæc est resurrectio prima.* 1. Thess. 4. v. 16. *Mortui in Christo resurgent primùm.*]

55. *Omnes dies hominis*, ex quo in mundum productus est, in mundo circumvolitant, & *quilibet* dies hominem monet, ut incedat viâ recta: quod nisi faciat, illa dies ascendit & testimonium contra ipsum perhibet coram DEO Sanctissimo atque benedicto, & sola foràs consistit &c. Et si homo justus est, è diebus illis DEUS benedictus vestem pretiosam efformat, ut homo iste futurô tempore exhinc magnâ voluptate perfundatur. Si ergò operibus malis indulget homo, vestis illa interpolata variè est, & propterea homo dupliciter punitur in gehenna. col. 472. & 468.

56. Omnes dies hominis in supernis consistunt: cumque tempus adest, ut homo è mundo discedat, illi omnes apparent coram DEO Sanctissimo, & cum operibus hominis *conferuntur. col.* 263.

57. Cùm homo moritur, si probus est, confestim applicatur corpori regio: sin minùs lavandus est igne ardente, ut restituatur, quò partem aliquam habeat in corpore Regis. Si verò restaurari nequeat ob nimia peccata sua; væ ipsi, quia tunc de ipso verificatur, quod dicitur 1. Sam. 25. *Et anima inimicorum tuorum jaculabitur in medio fundæ.* col. 463.

58. Anima illa, quæ non est justa, in hoc mundo permanet, donec corpus sepultum sit, quô factô ipsa deducitur in Gehennam. vid. col. 466. & 476. ubi traditur, quod singulis septiduis anima ascendat & descendat.

59. Gehenna ex igne constat & ex aqua: & de tempore, quô puniuntur impii. vid. col. 281.

60. Quæritur, quâ pœnâ afficiatur homo tredecim annorum & plurium, postquam moritur? quia jam patriâ potestate solutus est, & in ordinem pœnarum cœlestium, ante annum vigesimum tamen non assumitur? De hoc vid. col. 291.

61. Futurô tempore illud ipsum præceptum, quod moriens homo deseruit, in eo iterum apparebit. col. 416.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

è Dictis in

EXODUM.

1. Homo tredecim annorum habetur pro filio unius diei: unde si talis moritur, quoad peccata sua, excusare se potest coram DEO Sanctissimo, quod ætatem saltem habeat unius diei. Et sic etiam spurius excusare se potest: quid ad me peccatum parentum meorum, si opera mea sint justa? Idem intelligendum de embryonibus mortuis in utero matris. col. 201.

2. Si anima non reperitur digna, quæ vestiatur veste supernâ, digna quoque non est videre Regem sanctum. col. 412.

3. Ratio quare quandoque moriantur infantes in tenerâ ætate sua. col. 172.

4. E bonis operibus, quæ homo peragit, huic paratur vestis, in qua consignantur omnia ipsius opera bona. Hâc autem veste non induitur nisi post triginta dies: quia nulla est anima, quæ non aliquâ mulctetur pœnâ intra triginta hos dies. col. 376. & 377.

5. Locus quidam paratus est pro infantibus qui moriuntur, in quo ne perfectè justi quidem consistere possent. Et isti protegunt vivos. col. 201.

6. Anima hominis lavatur in flumine igneo, & offertur in holocaustum. Non tamen comburitur sed tantum lavatur, sicut vestis Salamandrina, quæ non nisi igne purgatur, ita ut ignis sordes in ipsa contentas excedat: sic enim res & cum anima sese habet. Quod si igitur multa in ipsa est spurcities, pœna hæc est magna & dolor acerbissimus. Bis autem lavatur anima, semel in gehenna &c. & quare vocetur gehenna. Vide plura de præmiis & pœnis. col. 379. & 380.

7. Cum Justus aliquis ex hoc mundo discedit, præpositi quidam in ipsum constituuntur, ut anima ejus exeat per osculum. col 460.

8. De tali, qui moritur sine liberis. col. 178. & 179.

9. In corpora Justorum, qui non sectati sunt voluptates nisi Sabbathis, festisque & epulis legalibus, post mortem illorum dominium nullum habere potest Cortex durus, quia illius nullum habuerunt usum in hoc mundo; Si quis autem deliciis indulgeat diebus profestis, cortex iste durissimus in illum habet dominium. vid. col. 220.

10. In Paradiso Mansiones quædam sunt pro piis è populis gentilibus, & pro Regibus mundanis, qui benefaciunt Iisraëlitis. De pœnis autem illorum, qui ipsos malè tractant vid. col. 485. [conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt: si quo minus, dixissem vobis: Vado parare vobis locum.*]

11. Quadraginta novem odores quotidie ascendunt ab Animabus Justorum, usque ad locum Paradisi superni. col. 25.

12. Dantur & habitacula pro Animabus proselytorum. col. 325.

13. Pro omnibus mercedem numerat DEUS Sanctissimus atque benedictus: Unde & pro quadraginta duobus illis altaribus, quæ extruebat Bileam, temporibus Elischæ ab ursis occidebantur 42. pueri. col. 402.

14. De his qui suppliciis afficiuntur à Magistratibus; & qui occiduntur à gentilibus: quodque horum formam, præfectus quidam imprimat vesti suæ, quæ est ignis ardens; eamque sursum efferat; DEUS autem Sanctissimus illos notet in facie suâ col. 442.

15. Prout homo in hoc mundo incumbit studio Legis, ita eidem vestis quædam præparatur pro mundo venturo. col. 443.

16. Tempore futuro Justi tam certi erunt quod in bonis operibus perrecturi sint, sicut mons Zijon, quæ non nutat in seculum. Quod hoc tempore ita se nondum habet: ubi tantùm fiduciam quandam habent, ad instar Catuli Leonis, qui debilior est Leone sene, vel Leænâ, vel Leone fero. col. 253. & col. 204.

17. Angelus quidam præfectus animam morientis suscipit, eamque in flumine igneo submergit: ubi lavanda & purganda est. Quandoque igitur statim iterum emergit & induit illam vestem suam, quæ ipsi parata est è bonis suis operibus. Quandoque autem ibidem submergitur & detinetur, nec iterum emergit, usque in diem aliam, cùm ventus australis flare incipit: tunc eadem innovatur & canticum canit: sicut Angeli superni, qui quandoque ibidem pariter exuruntur, exuti omni potestate suâ: ubi tamen deinceps renovantur, sicut scriptum est Thren. 3. v. 22. *Misericordia Domini, non quod consumpti sumus, quia non defecerunt misericordiæ ejus: novæ sunt quolibet mane, &c.* col. 443.

18. Illi pueri, qui moriuntur post annum ætatis decimum tertium usque ad vigesimum, traduntur in manum Præfecti cujusdam è serpente curvo oriundi: & quia hic videt, quod mox futurô tempore peccaturi sint; hinc eosdem tollit ante tempus debitum. col. 446. & col. 478.

19. De pœna illius acerbissima qui proximum suum nomine turpi compellat, deque pœna linguæ maledicæ vid. col. 478. & 214.

20. Animæ sanctæ, qualis fuit anima R. Akibhæ, & discipulorum ejus, non descendunt ut laventur in flumine igneo, sicut animæ reliquæ. col. 456.

21. Ob dignitatem illius ætatis, in qua vixit R. Schimeon Ben Jochai, mundus consistet, donec veniet Rex Messias. col. 14.

22. Si quis moritur in terra Iisraëlitica, & eâdem die sepelitur, in eum spiritus malignus nullum habet dominium. De iis autem, qui moriuntur extra terram sanctam, vid. col. 250.

23. Anima idololatræ, qui moritur in terra sancta, multis revolvitur revolutionibus, donec exinde discedat. col. 250.

24. Merces Psyches & Spiritûs & Mentis, tribus locis distinctis distribuitur. col. 251.

25. Spiritus omnes humani delitiis fruuntur in Paradiso infero: quin etiam Spiritus hominis antequam nascatur, ibidem vestitur vestimentô & corpore & vultu quôdam hujus mundi. Sed delitiæ illæ non similes sunt iis, quæ extant in hoc mundo, &c. Vide totam materiam de Paradiso & Gehenna. col. 267.

26. Si quis moritur sine liberis, corpus ejus non perit: quia Deus Sanctissimus nulli creaturæ decurtat mercedem suam. col. 178.

27. Gehenna ardens correspondet operibus impiorum, peractis vi pravæ concupiscentiæ, quæ etiam ardet ad instar ignis. col. 268.

28. Septem dantur portæ in Gehenna, correspondentes septem speciebus impiorum, quæ sunt רע malus; בליעל perversus; חוטא peccator; רשע impius; משחית vastator sive perdens; לץ derisor; יהיר arrogans. col. 268.

29. Pueri, qui moriuntur, antequam studium Legis amplectantur, certum suum habent palatium, certumque suum præfectum, qui illos informat in Lege. col. 355.

30. Ab illis animabus, quæ in inferno puniuntur, sordes quædam prodeunt, quæ vocantur stercus fervens: & peccatores, & qui alios peccare faciunt, qui non curant honorem Domini sui, & prophanant sabbatha & festa è malitia, ibidem in secula puniuntur, nisi ante mortem suam pœnitentiam agant; & diebus neomeniarum, sabbathique & festis aliis, quamvis pœnas non patiantur, nihilominus exinde non exeunt: sed corpora quoque eorum illuc introducuntur è sepulchris, ibique circumdantur vermibus, &c. col. 268. & 269. [conf. Marc. 9. v. 43. *Ire in Gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*]

31. Septem judiciis homo judicatur post mortem suam. col. 349. & 350.

32. De signis & prodigiis, quibus manifestandus sit adventus Messiæ: quodque hic primò manifestandus sit in terra Galilæa. col. 12. & 14.

33. Cùm Spiritus descendit è supernis, in Paradiso formam accipit illam, quam habiturus est in hoc mundo. Et cum Spiritus à corpore separatur, in Paradiso eâdem formâ delineatur, quam in hoc mundo habuit. col. 18.

34. Rex Messias vocatur Zebaoth. col. 14.

35. Post mortem hominis Spiritus ejus unitur cum quatuor ventis, sicut in hoc mundo unitus fuerat, cum quatuor Elementis. col. 21.

36. Deus Sanctissimus atque benedictus ignominiam justo illatam graviùs ulciscitur quàm propriam. col. 112.

37. De resurrectione mortuorum videatur prolixè col. 49.

38. In locum illum Jobi 33. v. 23. *Si fuerit pro eo angelus intercedens unus è mille, &c.* quæritur, cùm omnia Deo sint nota atque manifesta; quid opus sit defensore & accusatore? col. 57.

39. Quod spiritus mulieris & fœminæ in unionem deventuri sint in illo mundo. col. 123.

40. Deus

40. DEUS Sanctissimus atque benedictus descendet in sanctuarium cùm reædificatum erit: & deinde ædificabit muros Hierosolymarum. col. 193.

41. Futurô tempore quilibet homo, qui nondum gustavit saporem mortis, tamen morietur, ut nihil superstes maneat in mundo de illo inquinamento; mundusque erit novus a DEO Sanctissimo atque benedicto fabricatus. col. 493. [conf. Apoc. 21. v. 1. *Vidi cœlum novum & terram novam: primum enim cœlum & prima terra abiit.* 1. Cor. 15. v. 51. 52. *Omnes quidem non obdormiemus: omnes autem immutabimur, &c. Mortui resurgent & nos immutabimur.*]

42. Stella quædam dicitur צירין quasi Cometa; quia cùm hæc dominatur, nova decreta & plagæ acerbissimæ in mundo grassantur. Et circa adventum Messiæ stella illa fulgebit. col. 305. [conf. Matth. 2. v. 2. *Vidimus enim stellam ejus in Oriente.* Luc. 21. v. 25. *Erunt signa in stellis.*]

43. Futurô tempore etiam ossa gentilium medicinam quandam accipient in sepulchro, sed non resurgent. col. 350.

44. Lapides fundamentales urbis Zion & Hierosolymarum, nôn perditi sunt, nec ullus ex iis combustus est: sed DEUS Sanctissimus & benedictus sursum illos assumpsit; & futurô tempore super iis ædificabitur Zijon & Jeruschalem; quia scriptum est Ps. 126. v. 1. *Quando redire faciet Dominus reversionem Zion.* col. 431.

45. De calice solaminis, & de calice horroris vid. col. 442. [conf. Apoc. 8. v. 6. *In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.*]

46. Omnes infantes, qui moriuntur, traduntur in manum præfecti cujusdam, qui iisdem delectatur: & singulis Sabbathis & neomeniis eosdem sursum fert, ut appareant coram Rege sancto. col. 146. Ubi rationes describuntur plures, quare moriantur infantes in ætate sua tenella.

47. Messias judicabit sine testibus. col. 135.

48. De operibus bonis, quæ homo peragit in hoc mundo, halitus quidam efficitur, qui ascendit, & in supernis coronatur, & pro hoc homine intercedit, ut ligetur in fasciculo viventium. Ex operibus malis autem halitus pariter sursum ascendit, qui fit hominis istius accusator, & post mortem ejus anima talis immittitur curvaturæ fundæ. col. 104.

49 Opera illa, quæ justi peragunt in hoc mundo, coadunita sese repræsentant coram DEO Sanctissimo & benedicto in forma istius justi; & DEUS hâc formâ delectatur; & deinde eadem scribuntur in libro memoriæ coram Domino, ibique consistunt perpetuò. col. 389.

50. Septem nomina habet prava concupiscentia: & septem mansiones sunt in Gehenna correspondentes septem palatiis sanctis. Porrò duodecim mensibus homo peccator in mundo judicatur, qui correspondent duodecim sanctis. col. 474.

51. Messias manifestabitur in portione Josephi primùm, & in terra Galilæa; quia Galilæi primi abierunt in exilium. Ibique etiam resurgent mortui. col. 393. Vide plura ibidem de Resurrectione mortuorum.

52. Futurô

52. Futurô tempore Assyrii & Edomitæ maximis afficientur pœnis, exemplô sumptô ab Ægyptiis. col. 12.

53. Corpus istud, quod quis habuit in hoc mundo, resurget cum anima sua pro mundo venturo. col. 179.

54. Beatus ille, qui vivet temporibus illis, cùm veniet Messias: & væ illi, qui tùm temporis vivet. col. 12.

55. Futurô tempore Deus Sanctissimus atque benedictus vivificabit omnes Reges & potentes, qui oppresserunt Iisraëlitas, eosdemque judicabit, &c. col. 103.

56. Admiranda, varia & bella horrenda existent mari terrâque circa Jerusalem, cùm revelabitur Messias. col. 56. [conf. Luc. 21. v. 9. *Cùm audieritis prælia & seditiones, &c. v. 25. resonabit mare & fluctus.*]

57. Sanctuarium primum extructum est per judicium; Et hinc quoque non fuit perenne; Sanctuarium autem secundum futurum ædificabitur per gratiam, atque hinc stabile erit. col. 104.

58. Sanctuarium primum non ædificatum est cum beneplacito Divino, & propterea non potuit subsistere: Sanctuarium ultimum autem ædificabitur juxta beneplacitum Divinum; & propterea stabile erit; imò ne Angeli quidem superni illud ipsum intueri poterunt. col. 192.

59. Mundus venturus vocatur justus. col. 25.

60. De variis speciebus excisionis vid. col. 273.

61. Pauci sunt in mundo, quibus non sustinenda sit pœna sepulchri. col. 289.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

E Dictis in

LEVTICUM.

1. Deus Sanctissimus propriè non dicitur Rex, donec redeat in urbem Hierosolymam: & sic quoque Iisraëlitæ non vocantur filii Regum, donec redeant Hierosolymam. col. 171.

2. Iisraëlitæ non vocantur populus unus, nisi cùm sunt in terra sancta. col. 178.

3. Cùm homo opera mala peragit, Spiritus Sanctus ipsi traditus ab eo tollitur, & Spiritus immundus in ipsum descendit. col. 81. Ubi quoque exponitur, quomodo lingua maledica & verba prava sursum ascendant, & anima talia loquens obmutescat. col. 81.

4. Multis modis Psyche judicatur cum corpore in mundo illo, antequam ab invicem separentur. Ubi quoque differentia est inter justos & impios, quomodo judicentur. col. 93. & 168.

5. Si homo peccet bis vel ter, de eo proclamant in supernis: Secedite circumcirca ab hoc &c. col. 193.

6. Animæ justorum Angeli sunt sublimes. col. 98.

7. Et animæ impiorum maligni spiritus fiunt: Ubi quæritur, quomodo, hôc positô iidem puniantur in inferno. col. 125. 126.

8. Quan-

8. Quanta mala ingruant super impios in mundô pœnarum. col. 125. 126.

9. DEUS Sanctissimus punit impios in hoc mundo & in futuro. col. 95.

10. Cùm homo peragit opera bona, dies illa super ipso diem exuscitat in supernis, quæ illius hominis est tutor. col. 177.

11. Filius laudabilem reddit patrem. col. 224.

12. Quâ ratione Psyche, Spiritus & Mens præmia sua accipiant in tribus diversis locis: sicut homo primo etiam saltem accipit Psychen; & deinde spiritum; atque dein demum mentem. col. 126.

13. In inferno loca distincta sunt pro singulis peccatorum generibus: alia nimirum pro iis, qui prophanant Sabbatha; alia pro incestuosis; atque sic pro singulis. Et sic etiam in Paradiso loca sunt separata pro singulis præceptis & illorum observatoribus col. 26.

14. *Justi* transeunt per fluvium igneum; ibidemque purgantur: impii autem in eodem *comburuntur*. col. 27.

15. *Major* est potestas Justorum in morte sua, quàm dum vivunt: viventes enim tantùm existunt in hoc mundo: post mortem suam autem in omnibus mundis reperiuntur. col. 118.

16. Cùm Iisraëlitæ justitiæ student, DEus benedictus accelerat redemptionem: sin minus, expectandum ipsis est in finem usque, ubi eos redimet propter nomen suum. col. 118.

17. Si quis transgreditur præceptum aliquod Legis, DEus eidem notam imprimit in facie sua, ut eundem intueantur superi & inferi; qui maledictiones effundunt super caput ejus, col. 135. 136. Una cum historia quadam huc pertinente. Videatur quoque col. 63. & 98.

18. De operibus bonis, quæ homo peragit, DEus eidem parat vestem pretiosam: & si declinet ab operibus suis primis, & opera mala edat, DEus opera illius bona præparat in vestem pro justis quibusdam aliis. col. 193.

19. Quocunque locô justi degunt, DEus ad illos mittit animas justorum demortuorum, qui Angeli sunt atque superni. col. 98.

20. DEus Sanctissimus vocatur primus: & Esav vocatur primus; & Sanctuarium vocatur primum: futurô igitur tempore veniet primus, & puniet primum, & extruet *primum*. col. 99.

21. Futurô tempore DEus novos mundos creabit ex animabus justorum. col. 122.

22. Septem flumina ignea descendunt super capita impiorum circa horam diei nonam: unde illi exclamant: Væ nobis, quia declinat dies &c. Unde homo magna cautione opus habet circa preces pomeridianas. col. 115.

23. Futurô tempore DEus Sanctissimus atque benedictus vestimentum vindictæ induet contra Edom. col. 169. [conf. Apoc. 19. v. 13. *Et vestitus erat veste aspersâ sanguine.*]

24. Futurô tempore DEus ita perficiet Iisraëlitas, ut inter illos nemo inveniatur, qui defectu quodam laboret. col. 173.

25. Illô tempore, cùm DEUS vindictam exercebit pro populo suo Iisraël, carnibus hostium illorum cibabuntur omnes bestiæ mensibus duodecim; & aves cibum exinde habebunt septem annis. col. 169 [conf. Apoc. 19. v. 17. *Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magnâ, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, ac magnorum.*]

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ
è Dictis in
NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quantus in justis est gradus justitiæ, tantus quoque erit gradus præmii eorum. col. 347.

2. Spiritus in Paradiso infero vestitur eâdem formâ, quâ hic vixerat: & hic singulis neomeniis & Sabbathis ascendit, & unitur cum anima sive mente. Vide plura de præmio Psyches, Spiritûs & Mentis. col. 303.

3. Divitiæ hujus mundi sunt quasi interesse, cujus ipsa sors reposita est in mundo venturo. col. 296.

4. Quomodo homo judicetur post mortem suam: deque præmio illius, qui novas explicationes & quidem veras adinvenit super Lege. col. 353.

5. Futurô tempore DEUS Sanctissimus atque benedictus aperiet illorum oculos, qui aliàs intueri non potuerunt sapientiam supernam (Cabbalæ). col. 499.

6. Si homo ambulat in via recta coram DEO, DEUS eidem largitur Spiritum Sanctum: Si verò ambulat in via perversa, in sese derivat spiritum impurum. col. 531.

7. De præmio & delitiis animæ in mundo venturo, etiam videatur col. 109.

8. Etiam justi perfecti descendunt in infernum, & abhinc educunt multos homines pœnitentiam quidem meditatos in hoc mundo, sed morte tamen præventos. col. 405.

9. Spiritus non vestitur vestimentô illius mundi, donec corpus fuerit sepultum. col. 321.

10. Omne verbum & opus singulis noctibus sursum ascendit per animam, &c. col. 233.

11. De misericordia, quæ fit ei, qui improles moritur, si uxor ejus discalceet levirum suum. col. 343.

12. Justi post mortem suam magis assistunt Iisraëlitis, quàm dum viverent. col. 348.

13. DEUS plus curat honorem justorum, quàm suam propriam. col. 527.

14. In via illa, in qua justus ambulat, DEUS eidem destinat animas justorum, qui eundem liberent ab omni damno & lapsu. col. 97.

15. Præcepta, quæ ab homine observantur, sursum ascendunt, & ante DEUM sanctissimum consistunt, dicendo: Hic vel ille vir observavit me. col. 227. 233.

16. Filius gloriam tribuit Patri, etiam jamjam demortuo. col. 363. & col. 221.

17. De

17. De præmio justorum in Paradiso, inque mundo venturo vide etiam col. 363.

18. Tres sunt muri circa Paradisum, & intra quemlibet multi spiritus & animæ delectantur odore delitiarum, quibus justi fruuntur: ipsas autem has justorum delitias oculus non vidit, &c. Et in Nissan sive Aprili, & Tisri, id est Septembri, dies sunt beneplaciti, quia Iisraëlitæ multum incumbunt observationibus præceptorum; hôc igitur tempore animæ illæ evolant in locum quendam concessum, ibique consistunt super muris similitudine avicularum, omnique manè, & vesperi suaviter cantillant: & hæc cantillatio continet laudes Dei Sanctissimi atque benedicti, & preces pro viventibus Iisraëlitis in hoc mundo. col. 363.

19. Palatium quoddam datur, quod vocatur nidus avium: in illo coronabitur Messias tempore futurô. Et ter in anno, cùm Deus Sanctissimus delitiis indulget cum justis. col. 363.

20. In resurrectione mortuorum idem fiet, quod nunc fit cum massa panis & caseo. Et utrum resurrectio futura sit creationis ordine, an minus. col. 408. & 436.

21. Mulieribus justis optima parata est merces in mundo venturo occulta præ omnibus. col. 318.

22. Si ita dicere liceat, Deus Sanctissimus non vocatur Rex, nisi cùm Iisraëlitæ revertentur in locum suum. col. 532.

23. Deus Sanctissimus atque benedictus spiritum immundum auferet è terra, quia homines eundem coluerunt cultu alieno. col. 536. [conf. Apoc. 20. v. 2. 3. *Et vidi angelum descendentem de cælo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanas: & ligavit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super illum, ut non seducat amplius Gentes, donec consummentur mille anni.*]

24. Dantur justi, qui pœnam nonnisi aliquantulum tantùm sustinent; sicut vasa dantur, quæ purificari possunt solâ elotione per frigidam factâ. Dantur autem & intermedii, quibus plura toleranda sunt, ad instar vasorum, quæ pro elotione aquam calidam requirunt: atque sic qualis est cujusvis impuritas, talis est ejusdem purificatio. col. 289.

25. Quicunque moritur sine liberis occultari non potest sub alis petræ sanctæ. col. 398.

26. Sicut pasta fit mediante fermento, ita futurô tempore structura corporis fiet nova Creatura. col. 321.

27. In atrio illius mundi sunt duodecim portæ, quarum singulis inscriptum est nomen quoddam è duodecim tribubus v. g. Rubenis, Simeonis, &c. Qui igitur è tribu Rubenis est, non recipitur ab ulla portarum, nisi à porta tribus suæ: atque sic se habent & tribus reliquæ. col. 322. [conf. Apoc. 21. v. 12. *Et habebat murum magnum & altum & portas duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.*]

28. R. Jose vidit præmium martyrum, qui seipsos tradiderunt pro sanctificatione nominis Divini; & præmium eorum, qui Deum diligunt ex toto corde, transcendit omnia. col. 507.

28. Temporibus Messiæ Deus Sanctissimus & benedictus dicet ad plebejos & Idiotas: Si recepturi estis in vos studiosos legis ad instar equi recipientis sessorem suum, & ad instar servorum, qui ministrant Domino suo; bene est: sin minus; hîc erunt sepulchra vestra. col. 237.

29. Totam materiam de redemptione ultima invenies col. 328.

30. Semper redemtio evenit Iisraëlitis è tribu Dan: nam Zeliah filius ejus erat contra Bileam: Irah erat cum Davide; & Schrajah filius Dan futurô tempore veniet cum Messia filio Ephraim. col. 328.

31. Messias est Menachem filius Ammiel, filii Chephzibah uxoris Nathan filii David. col. 328. conf. Luc. 3. v. 31. *qui erat Nathanis; qui erat Davidis &c.*]

32. De asino illo, in quo sessurus est Messias, videatur col. 389. [conf. Matth. 21. v. 7. *Et adduxerunt asinum & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.*]

33. Quæstio, cùm in Scripturâ tantùm duo templa descripta sint, quomodo nos adhuc tertium expectare queamus? col. 356.

34. Quam magno judicio homo judicetur post mortem suam, sub manu Satanæ, qui vocatur Taurus; & sub manu Angeli Dumah. col. 353.

35 De dicto illo Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Liberatio Iisraëlitarum erit hodie, si vocem ejus audiveritis. col. 537.

36. In Paradiso quatuor sunt parietes intergerini; ut conclavia fiant pro infantibus; pro pueris; pro adolescentibus; & pro senibus. col. 521. [confer 1. Joh. 2. v. 13. 14. *Scribo vobis Patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis adolescentes, quoniam fortes estis, &c.*]

TITULUS DUODECIMUS.

PORTA CONCUPISCENTIÆ BONÆ & CONCUPISCENTIÆ PRAVÆ.

è Dictis in

GENESIN.

1. Futuro tempore debilitabitur concupiscentia prava: nec quisquam desiderabit copulam cum uxore sua, nisi in finem fructificationis & multiplicationis tantum: quia scriptum est: Jechesk. 36. v. 26. *Et dabo vobis cor carneum:* id est, cor tale, quod carnis tantum productionem appetat. col. 325. & col. 70.

2. In mundo venturo prava concupiscentia planè abolebitur è mundo: sed tempore futuro Messiano non planè abolebitur, sed portiuncula quædam illius superstes erit. col. 308.

3. Futuro tempore Prava concupiscentia vocabitur Laban. col. 324.

4. Quænam futura sit operatio pravæ concupiscentiæ tempore futuro Messiano. col. 325.

5. Nisi

5. Nisi prava Concupiscentia foret, nullum quoque existeret gaudium super studiis. col.325.

6. Prava concupiscentia seducit hominem ut extollat cor suum, & comat capillos suos, donec eundem trahat in gehennam. col.380.

7. Admonitio, ut homo caveat pravam concupiscentiam. col.405.

8. Prava concupiscentia homini insita est à die nativitatis ejus. Ubi porro ostenditur, quod bruta à diebus nativitatis suæ cautè evitent omnia damna; homo verò damna sua nullatenus evitet, sed ad illa spontè accedat: quæ omnia proveniant à prava concupiscentia. col.405.

9. Ab anno ætatis decimo tertio & porrò concupiscentia bona ab homine non secedit: & si hic incedit Viâ rectâ, concupiscentia prava sese submittit & cum bonâ conjungitur, hominemque custodiunt. col.379.

10. *Pravæ* concupiscentiæ statuti quidam sunt dies, quibus potestas ipsi data est hominem à via bona abducendi. col. 401.

11. Duo angeli qui hominem conducunt, sunt concupiscentia bona & concupiscentia prava: quod si igitur in via bona ambulaverit homo, corroboratur concupiscentia bona: si verò ambulet in via prava; corroboratur concupiscentia prava. col.337. & 379.

12. Prava concupiscentia similis est ligitanti coram judicio, qui causam suam instruit, antequam accedat pars adversa. col. 15.

13. Prava concupiscentia similis est exploratori cuidam emisso â cohorte quadam Prædonum, ut observet transeuntes per viam illam, ut blandiloquentia sua Creaturas (seu homines) abducat ad locum illum, in quo prædones habitant. col.272. & col.343.

14. Prava concupiscentia & Samaël dominantur in corpus, & inquinatur. col.350.

15. Prava concupiscentia vocatur Peccatum. col.379. [conf. Rom.7.v.7. *Quid ergò dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per Legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.*]

16. Septem sunt nomina pravæ concupiscentiæ. col.474.

è Dictis in

EXODUM.

17. Illa hora qua spiritum pravæ concupiscentiæ comprehensum incluserunt Aheno cupreo [quod sub templo secundo per conjurationes factum dicitur;] ignis gehennæ non arsit. col.288.

18. In corde hominis duæ sunt cameræ; una sanguine plena, & ibidem habitaculum est pravæ concupiscentiæ: & altera plena spiritu; & ibidem est habitaculum concupiscentiæ bonæ. col.191.

19. Dicto illo, Gen.1.v.31. *Bonum valde:* intelligitur prava concupiscentia. Et si quæratur in quo consistat bonitas ejus? istud explicatur per simile de meretrice quadam; (quæ virum probum cum tentat, nec tamen superat, præmium ejus insigniter auget) vide plura de his col. 288.

20. Septem nomina habet prava Concupiscentia, & his correspondent septem habitacula gehennæ, à quibus concupiscentiæ hæc data sunt nomina. col.475.& col.476.

21. Prava concupiscentia vocatur fermentum: quia parum ejus saltem viscera pervadit, & deinde tamen in tantum exturgescit ut findantur. col.317.

è Dictis in

LEVITICUM.

22. Prava concupiscentia vocatur Reptile. col.56.

è Dictis in

NUMEROS.

23. Prava concupiscentia similis est ferro, antequam incandescat: quia postquam incanduit totum quasi convertitur in Ignem. col. 511. Ubi vide similia plura.

24. Prava concupiscentia vocatur Ursus; Leo; Canis; & Asinus: omnique nomine Animalium rapacium & conculcantium: & in quolibet nomine peccati sui specifici nuncupatur: (v.g. Homicida, Scortator, fur &c.) col. 439.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

PORTA SPIRITUUM.

è Dictis in

GENESIN.

1. Animæ creatæ sunt per paria, mares nempe & fæminæ: & quandoque unus consors aliquo tempore nascitur citius. col.248.

2. Nocturno tempore cum homo dormit, anima ejus sursum ascendit; & hic homo judicatur quoad omnia opera atque verba sua quæ per totam illam diem ore suo protulit. col.248.

3. Angeli in illo mundo nesciunt quid hic geratur, nisi in quantum illis manifestatur: quod autem futurum est illud exinde nôrunt, quia Deus Sanctissimus atque benedictus, super omnibus quæ fieri debent, certas quasdam proclamationes fieri jubet per præcones. col.267.

4. Mulier quæ præstigiis utitur tempore pollutionis suæ menstruæ, majori successu gaudet, quam diebus puritatis suæ. col.303.

5. Quare Mulieres potius inclinent ad fascina & incantationes, quàm Viri. col. 302.

6. Deus Sanctissimus atque benedictus nocturno tempore Animæ notificat Veritatem circa illa, quæ homo fuerat meditatus. col.412.

7. Nihil in mundo fit, quod non proclametur per præconem; vel manifestetur Prophetæ cuidam, vel tali qui somnia habet, antequam eveniat. col.413.

8. Duo

8. Duo angeli cum quavis Anima exeunt, unus à dextris & alter à sinistris. Et si probus est homo, isti eundem custodiunt; sin minus, eundem accusant. Et R. Pinchas inquit, istos Angelos esse tres: qui sint tutores hominis. col. 40.

9. Vesperâ Sabbathi inter solem declinantem & occidentem creatæ sunt animæ corporibus destitutæ; quæ vocantur dies defectivi: quasi innuatur, quod nec ad vesperam Sabbathi sive parasceven nec ad Sabbathum pertineant. Unica autem hora singulis diebus involvuntur corporibus, & inter montes deambulant. col. 600.

10. Cuilibet homini somnia exhibentur secundum opera atque gradus suos: exceptis Regibus, quibus sublimiora exhibentur, quàm gradus illorum secum ferunt. col. 433.

11. De somniis; & quomodo Anima sursum ascendat. col. 443.

12. De dicto illo Sapientum nostrorum, bonæ memoriæ: Homini bono, exhibent somnium malum. col. 443.

13. Qui in somnio videt Jacobum Patrem nostrum, illius vita augebitur. col. 386.

14. Ratio, quare populi gentiles somnia videant, nihil significantia. col. 503.

15. Psyche annexa est corpori; & spiritus psychæ; & mens spiritui: Ad instar luminis lucernæ, quod inhæret ellychnio, flammâ semper ascendente. col. 234.

16. Mens major est lumine Throni. col. 304.

17. Decem sunt genera rei magicæ, de quibus videatur. col. 384.

18. Ratio quare somniorum eventus sequatur explicationem interpretantis. col. 412.

19. In omnibus atque singulis firmamentis, præfecti sunt quàm plurimi, ministrantes DEO Sanctissimo atque benedicto: & singuli sua norunt ministeria atque officia. col. 423.

20. Tempore creationis omnes animæ vestitæ fuerunt forma hujus mundi. col. 246.

21. Cùm homo nascitur, spiritus ejus nullum invenit locum, ut extendatur in corpore; hinc in certo quodam loco subsistit, donec corpus ad debitam excrescat magnitudinem; atque tunc spiritus per illud expanditur. Hinc intelligitur illud, quod scriptum est Zach. 12. v. 1. *& formans spiritum hominis in interiori ejus.* col. 438.

22. Cum homo nascitur, nonnisi Psychen solam accipit, & præterea nec spiritum nec mentem: cùm autem deinde incedit in via virtutum, eidem superadditur Spiritus & Mens. col. 454.

23. Multi sunt præfecti in hoc constituti, ut accipiant vocem hominis, quam ore suo effert, sive in bonum sive in malum finem. vid. col. 151. & 248.

24. Quamvis Gloria Divina cohabitans non moretur in terris extraneis; attamen, si justus quidam eripiendus est è periculo, eadem illuc advenit. col. 380.

25. Si anima justi è sublimiore loco descendit, quàm animæ cæteræ, quæritur quare DEUS Sanctissimus eandem in hunc mundum mittat? ubi simile affertur de Rege quodam mittente filium suum in pagum aliquem. col. 516.

26. Ani-

26. Animæ justorum vocantur filiæ Jerusalem. col. 510. [conf. Luc. 23. v. 28. *Fili Jerusalem nolite flere super me.*]

27. Eædem etiam vocantur fructus & poma DEI Sanctissimi. col. 232. & 237.

28. Una de septem terris inferis vocatur Arca; ibidemque degunt posteri Kain quorum forma similis est Angelis: & in illos constituti sunt duo præfecti עפריריא & קסטימון: & isti nocturnô tempore evolant ad Asam & Asaelem, & ad Naëmam & atque in causa sunt, ut Naëmah hominibus appareat sub variis formis, eosque seducat via sancta. col. 33. *

29. Psyche & spiritus uniuntur invicem; Menti autem locus est occultus. col. 193.

30. De Lilith sive strige, quæ occidit infantulos: & de Naëmah succubâ: quæ ge nerat Spiritus atque Dæmones ab hominibus, qui soli in domibus dormiunt. col. 69.

31. Angelorum pars quædam habet naturam aëris, & quædam naturam ignis, ita u pars una aliquid tribuat parti alteri: & quia consistunt è duobus his elementis; hinc cum descendunt huc infra, iisdem ulterius involvuntur: unde si hîc infra permanent septe diebus, jam induuntur elementô istius mundi, ut non iterum possint sursum evolare. co 124.

32. Angeli vocantur pedes Domini. col. 238.

33. Elias Propheta descendit è mundo masculino; & propterea vivus permansit i perpetuum. col. 456. fol. 115.

34. Cuilibet justo duo sunt Spiritus; unus pro mundo hoc, & alter pro mundo ven turo: & propterea nomina illorum duplicantur: exceptô Jisaaco. col. 189.

35. Elias Propheta reliquit corpus suum in illo turbine; ipsique data est vestis quæ dam, in qua apparet in supernis: cùm autem descendit, iterum vestitur vestimentô cor poris illius, quod deposuit in illo turbine, & in illo apparet hominibus. col. 345.

36. Omnia miracula, quæ DEUS Sanctissimus edit, ea per manus Eliæ operatu fol. 115. col. 456.

37. Qui in somnio suo videt fluvium, in pace erit: quia dicitur: *Ecce extendo sup eam pacem ad instar fluminis* Jes. 66. v. 12. col. 432.

38. Anima è loco originis suæ evolat, & expectat in loco quodam certo, donec p ipsa formetur corpus, in quod introeat: sicut embryo formatur in utero Matris, ibide que consistit usque ad tempus egressus sui. col. 438.

39. Quomodo anima nocturnô tempore ascendat, & occurrat accidentibus & sp ritibus illis malignis: ubi si proba est &c. col. 63.

40. Per singulas tres noctis vigilias DEUS Sanctissimus atque benedictus cum a nima conversatur. col. 296.

41. Datur firmamentum ad instar unius puncti, quod interdiu connectitur cum s pernis, & noctu cum inferis: in illo sunt animæ justorum, in illo nimirum igne nigro, q adhæret igni albo se superiore, & adhæret ellychnio, & oleo infra se constituto. Vide p ra ibidem, quomodo omnes animæ studio Legis & bonorum operum detentæ inter absorbeantur in isto puncto, à quo deinde regenerantur, juxta illud Thren. 3. v. 22. *N va singulô mane.* col. 362. & 383.

42. Da

42. Dantur Dæmones, qui vocantur plagæ filiorum Adam: & fœminæ quidem in hoc genere illudunt homini noctu dormienti, eductôque semine ejus generant Dæmones alios hominibus similes, modò quod capillis careant: masculi autem ex hoc genere eôdem modô illudunt mulieribus hominum &c. col. 176. & 177. it. col. 388.

43. Anima sursum ascendit dormiente homine, & judicatur propter opera bona, quæ homo jam fecit, & quæ facturus est postmodum: sed non propter mala quæ peracturus est: & hinc anima in corpus suum redit. col. 295.

44. Quamvis Dæmones moriantur sicut homines; nihilominus Lilith & Naëmas & Igrath filia Machalath de generatione in generationem perennant; donec DEUS Sanctissimus & benedictus Spiritum impuritatis sublaturus est è terra. col. 177.

45. Qui sese applicat ad cultum DEI Sanctissimi benedicti, post mortem suam evadit minister sanctus Domini sui. Sed animæ impiorum, qui ambulant appliciti ad latus impurum, & rei Magicæ operam dantes in hoc mundo, post mortem suam adhærent lateri impuro, & mutantur in Dæmones noxios, qui homines damnis afficiunt. col. 266.

46. Quadraginta octo Prophetæ surrexerunt inter Jisraëlitas; & quilibet illorum accepit guttam unam à quadraginta octo guttis, quas acceperat Adam Protoplastes. col. 301.

47. Angeli cum huc infra descendunt, vestiuntur aëre & elementis hujus mundi. col. 266.

48. Ex quo vastatum est sanctuarium, illi, qui in supernis cantant, non canunt, nisi sub tribus divisionibus noctis. fol. 123. col. 489.

49. Angeli cùm descendunt in hunc mundum, vestiuntur corpore aëreô, ne discedant ab usu hominum. col. 336.

50. De serpente & exercitu ejus, quod est sidus aliquod cœleste, præfectum illis, qui opera mala in occulto peragunt. col. 299. & 302.

51. De excellentia Prophetiæ Mosis super Prophetas reliquos. col. 390.

52. Inter omnes catervas Angelorum nulli dantur, qui ita misceri possint elementis hujus mundi prout illi, qui vocantur אישים viri, & בְּנֵי אֱלֹהִים i. e. Filii Dei. col. 184.

53. Quomodo omnes spiritus graduati sint invicem, & quæ sit cujusvis natura: unius scilicet calida & humida; & alterius frigida & sicca, ita ut in quolibet existant duæ naturæ contrariæ, & proinde ex illis oriantur contrariæ operationes. fol. 11. col. 41. & 42.

54. Etiam maligni Spiritus & Dæmones in usum hujus mundi sunt, ut nempe per illos homines puniantur & corrigantur.

PORTA SPIRITUUM

è Dictis in

EXODUM.

1. Quinque Angelorum chori cantica canunt sub tribus vigiliis noctis: & quænam sint cantica cujusvis chori. col. 343.

2. Magi fundamenti locô semper substituunt rem quandam indubitatam; unde etiam mentionem non faciunt Patris sed Matris cujusdam saltem. col. 28.

3. Dumah primò fuit præfectus Ægypti: illô autem tempore, cùm Jisraëlitæ ex Ægypto egrederentur, hæc præfectura ipsi sublata est, & præfectus est Gehennæ, vel juxta quosdam demortuis. col. 30.

4. Cùm anima hominis sursum ascendit & ingreditur in palatia illa Paradisi inferi, eadem signata est viginti duabus literis Legis. col. 447.

5. Jonas descendens in navem est typus animæ humanæ è cœlo descendentis intra corpus col. 348.

6. DEUS Sanctissimus & benedictus nemini adimit dominium & præfecturam supernam, donec illius locô substituerit alium; ne in aula cœlesti vel unicô momentô quædam sit vacantia. col. 85.

7. Cùm dicitur Psal. 104. v. 3. *Qui ponit nubes crassas currum suum*; intelliguntur Michaël & Gabriel. col. 176.

8. Ab anno ætatis decimô tertio & ulterius DEUS Sanctissimus qui benedictus sit, duos homini adjungit Angelos, unum à dextris, & alterum à sinistris: & si ambulat in via bona, angelus dexter fortificatur, & proclamationes coram eo fiunt &c. si verò ambulat in via prava, angelus sinister fortior evadit. col. 190.

9. Omnia, quibus utuntur Magi, è talibus desumta sunt, quæ nondum cognoverunt fæminam. col. 322.

10. Dantur populi, qui Auroram colunt, lumen scilicet illud, quod lucet ante solis exortum: eumque vocant Deum, qui lucere solet. col. 219. & 260.

11. De omnibus, quæ in mundo fiunt, proclamationes fiunt per præcones: & singuli gradus idipsum notificant gradibus vicinis sese inferioribus; donec hoc etiam resciant aves cœlorum: cùm autem Prophetæ adhuc in mundo essent, avium respectus non habebatur. col. 451.

12. Die secunda creatæ sunt creaturæ mutabiles, quæ cùm ad ignem accedunt, statim moriuntur, redeuntque in statum suum pristinum. col. 296.

13. Quandocunque homo ab uxore sua se separat, spiritus maligni & Dæmones cum eo rem habent, generantque striges & lemures. col. 415.

14. Spiritus quidam, qui vocantur morbi maligni, impediunt hominem, ne de facultatibus suis ipse comedat, vel aliquem rerum suarum habeat usum. col. 114.

15. Cùm genua Doctorum fatigantur, & vestimenta eorum deteruntur, causa hujus sunt spiritus. col. 198. 199.

16. Ro-

16. Robur lateris adversi maximum est mense Nisan. col. 431. [conf. Luc. v. 53. *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.*]

17. Cùm nox ingruit, Angeli non possunt canere cantica sua, propter latus adversum, quô cingitur Gloria Divina: hinc sexaginta myriades Angelorum sanctorum descendunt, somnumque in homines demittunt; ubi latus hoc adversarium mox etiam descendit, eosdemque polluit: interea autem Angeli sancti cantica sua canunt. col. 306.

18. Ratio, quare Dæmones adhæreant capris. col. 326.

19. Anima antequam in mundum deducatur, ante DEUM constituitur, ubi eandem adjurant, &c. col. 285.

20. In genere Sanctitatis diminutio literarum adauget sanctitatem: sed in genere adverso additio literarum istius diminutio est. col. 384.

21. Quatuor Angeli à dextris homini adstant, Michaël, Gabriel, Nuriel, & Raphael: & quatuor à sinistris Ira & Excandescentia, Peccatum & Perditio. col. 72.

22. Et pro ratione signi cujusvis, horum quoque ordo incipit: v. g. si quis in signo Leonis, penes illum ordo est supra dictus &c. ibid.

23. Nocturnô tempore in somno omnes animæ sursum ascendunt: & si justæ sunt, eædem ascendunt usque ad locum, qui dicitur Sanctum sanctorum: sin minus; foras easdem expellunt. col. 345.

24. Gabriel infantem in utero Matris edocet septuaginta linguas; deinde autem eundem deducit in unum de septem illis habitaculis, ubi omnes iterum obliviscitur. col. 72.

25. Quicunque applicatur lateri maligno, extinguitur, & è mundo tollitur: quia hoc non amat ut homines, qui amicos suos diligunt ut seipsos. col. 198.

26. Cùm dicitur Jobi 3. v. 3. *Et mox dixit: conceptus est vir: intelligitur Gabriel.* col. 18.

27. Anima singulis noctibus ascendit, & judicatur secundum lancem justitiæ. col. 322. 295. & 342.

28. Anima justorum vocatur filia Levi. col. 18.

29. Catervæ animarum descendentes, ut mares & fœminæ descendunt, col. 441.

30. Cuilibet animæ statutum est tempus moriendi: exceptis quibusdam, quibus nullum est statutum tempus mortis suæ. col. 172.

31. Infantuli quandoque moriuntur per manum Lilith, quia notorium est coram Deo, nihil boni ex iis proditurum in mundum. col. 172.

32. Quædam animæ tàm sublimes sunt, ut anima R. Akiba & sociorum ejus, quæ non descendunt, ne in flumen igneum quidem. col. 456.

33. Multi spiritus maligni hominem impediunt, ne eleemosynam eroget, & præcepta observet. col. 114.

34. Seraphini sex habentes alas tàm accuratè examinant res justorum, ne pili quidem quantitate intactâ remanente: iidem etiam puniunt eos, qui vilipendunt Magistros suos, etiam si quis vel unicum tantùm verbum Legis Divinæ ab iis didicisset: nec non illos, qui Legis peritis utuntur ad ministeria quædam. col. 444.

35. Angelus quidam Jophiel mercedem petit à Deo pro omnibus illis, qui sectantur eruditos, ut ab iis quædam discant de cognitione Domini sui col. 444.

36. De dicto illo sapientum, quod Michaël sacrificet animas justorum. col. 445.

37. Quidam rebus Magicis operam dat, quæ prosperè ipsi succedunt; & alius nullum habet successum. col. 424.

38. Spiritus quidam dantur, qui res vanas veritatibus illis immiscent, quæ homini aperiuntur in somnio è loco sancto. col. 477.

39. Duo sunt Spiritus, qui modò incubi, modò succubi sunt, & hominibus in somno apparent sub forma pulchrarum mulierum, & libidinem in illis excitant. col. 477.

40. E spiritibus, qui dicuntur Ira & Excandescentia, omnes illi emissarii prodeunt, qui hominem seducere tentant à via Veritatis atque Legis: & his opponuntur Angeli, qui dicuntur rotæ, & hi hominem protegunt. col. 448. & 478.

41. Spiritus quidam vocatur Ascarah, qui cum infantulis ludit, quasi illos lactaret mater eorum, donec ipsos occidat. col 478.

42. Magi & Sagæ diminuuntur in mundo, quia interdum prosperô successu utuntur, interdum verò non: ipsi autem ignorant rationem. col. 305.

43. Qui rei Magicæ operam dat, non debet parcere sumtibus, col. 335.

44. Datur & Palatium quoddam pro Animabus proselytorum. col. 355.

45. Omne osculum facit ut spiritus adhæreat spiritui. col. 461.

46. Præfecti quidam constituti sunt, qui protegant Jisraëlitas à gentilibus; & quasi clypei & gladii & lanceæ sint contra istos. col. 448.

47. Ad latus dextrum sanctum datur Socius quidam bonus, qui hominibus benefacit, in hoc mundo & in mundo futuro, & resistit iis qui prava consilia contra hominem cudunt, ascendensque eadem annihilat. Sed ad latus sinistrum est socius malus, & si quis rebus magicis operam dat, eidem hic sese associat. col. 449.

48. Præfecti quidam constituti sunt, ut observent eos qui eleemosynas erogant; col. 449. & eorum mentionem faciunt, ut forma eorum delineetur pro mundo venturo. col. 449.

49. Præfecti quidam constituti sunt in eos, qui pravam suam concupiscentiam subigunt. col. 449.

50. Præfecti alii constituti sunt in eos, qui in Lege student, & iisdem sese adjungunt ut cumm iis in Lege studeant. Item in illos, qui ægrotos visitant, illisque indicant, quod agenda ipsis sit pœnitentia; de quorum præmio vid. col. 449.

51. Tri-

51. Triginta duo Præfecti constituti sunt in eos, qui in Lege student continuò: Item in illos, qui statis saltem temporibus hæc studia tractant. Deque pœnis illorum, qui incumbere possent Legis studio, illudque tamen negligunt. col. 460.

52. Præfectus quidam existit, qui vocatur persuasor, qui homines allicit ut aspiciant res pudendas & turpes. Cumque talis moritur, ille spiritus jam prior adest in sepulchro, eique eruit oculos, quia ipsius sunt proprii. col. 475.

53. Quadraginta Angeli constituti sunt in eum, qui ex ore suo profert verba non necessaria, & os suum polluit: Nec non super eum, qui non pœnitentiam agit, nec convertitur à peccatis suis; eundemque excommunicant; & nocturno tempore animam ejus foràs propellunt. col. 448.

54. Alii præfecti constituti sunt in pœnam eorum, qui verba prava & turpia ore suo proferunt, & postmodum rursus sancta. col. 475.

55. Alii præfecti res istas suscipiunt, quas homo è manu sua projicit per iram; quia hæc sacrificium fit lateris adversi. col. 475.

56. Alii constituti sunt in eos, qui mastupratores sunt, vel Sodomitæ, vel rem habent cum alienigena. col. 476.

57. Cùm novi quid in mundo eventurum est, illud manifestatur pueris, vel stultis, vel avibus cœli. col. 9.

58. Alii constituti sunt in eos, qui Rabbinos quidem audiunt objurgantes, sed malis non resistunt. Item in eos, qui deridente verba Legis vel Sapientum. col. 478.

59. Ratio, quare Dæmones non creati sint cum corpore. col. 384.

60. Alii constituti sunt in eos, qui ambulant in via præceptorum, vel in Lege student; sed non cum gaudio: unde eosdem mœrore afficiunt. col. 478.

61. Alii præfecti sunt maledicis: de quibus vid. col. 479. & 480.

62. Caterva quædam angelica vocatur Lingua sancta; quæ præfecta est illis, qui bona & sancta loquuntur. col. 479.

63. Duo dantur angeli, qui singuli præfecti sunt viginti duobus millibus præfectorum aliorum, qui lachrymas demittunt super eo, qui cum uxore sua prima divortium facit. col. 458.

64. Multi præfecti suscipiunt clamorem mulieris parturientis, eumque deferunt ante palatium illud, quod vocatur Sella parturientis: & cum Accusator accedit eandem accusaturus, eundem clamorem intro deferunt; unde hic eidem nocere non potest. Quandoque tamen Satanas prior adest, eamque accusat. col. 459.

65. Caterva alia datur eorum, qui homini persuadent, ut voluptates hujus mundi sectetur atque libidines. col. 480.

66. Caterva alia hominem allicit in Auditorio stantem, vel studio Legis incubiturum; ut his neglectis mundanorum societati sese jungat & voluptatibus indulgeat. col. 480.

67. Angelus mortis vocatur *Valde bonus*, Gen. 1. v. ult. & bonitas ejus in hoc consistit, quod multi præcepta Legis observent & peccatum timeant, præ timore mortis. col. 266.

68. Spiritus quidam dicitur Plaga; qui præfectus est mensis, quæ vacuæ reperiuntur nocte Sabbathi & festorum: utque puniat maledicos. col. 480.

69. Spiritus quidam constituti sunt in eos, qui maledicunt sibi ipsis, sive verbis maledicis, sive juramentis vanis; unde maledictio ingruit super totum mundum. col. 480.

70. Spiritus quidam dicitur Plaga Lepræ; qui constitutus est super Linguas maledicas. col. 480.

71. Duo spiritus constituti sunt in præfecturam, cùm annonæ caritas mundum affligit. Cumque populi gentiles eleemosynas erogant & benefaciunt, robur illorum augetur: Si autem Israëlitæ benefaciunt & liberalitatem exercent, robur gentilium deficit col. 481.

72. Spiritus alii præfecti sunt hominibus famis tempore, ut comedant, & non saturentur. col. 481. videatur etiam col. 455.

73. Alii spiritus inspectionem habent super illos, qui Legem transgrediuntur; & si quis retardat circumcisionem filii sui, col. 481.

74. Spiritus quidam hominem seducunt ad omnia mala perpetranda; postmodum autem animam ab ipso tollunt, & tres guttas in ipsum conspergunt; unam ut in morbum incidat; alteram ut moriatur; & tertiam ut putrescat, &c. col. 483.

75. Præfecti quidam sunt, qui dicuntur Manus; ut suscipiant omnes pœnitentiam agentes; & preces Iisraëlitarum. col. 468.

76. Si quis rem habet cum alienigena, præfecti quidam corpora sua transformant in formam talium mulierum alienigenarum; cumque talis moritur, iisdem ipsum inquinant. col. 476.

77. Spiritus quidam hominem alliciunt ut sese exornet & comat capillos suos, seque tandem in speculo contueatur. col. 483.

78. Certi quidam præfecti suscipiunt preces & animas, easque examinant. col. 440.

79. Præfectus quidam in veste Dei sanctissimi atque benedicti depingit formas illorum, qui occiduntur à gentilibus. col. 442.

80. Præfectus quidam animam hominis baptizat in flumine igneo. col. 443.

81. Multi præfecti sunt, ut recipiant preces illorum, qui debitè sanctificare queunt Dominum suum. Et alii constituti sunt ut recipiant preces illorum, qui Dominum suum debitè sanctificare non possunt. col. 444.

82. Nullum in mundo oritur bellum, neculłum exscinditur Regnum, nisi exercitus cœlorum in prodigio quodam appareant pugnantes & omnia confundentes. col. 447. [conf. Luc. 21. v. 26. *Nam virtutes cœlorum tumultuabuntur.*]

83. Cùm homines ambulant in via perversâ, Animæ illæ quæ descendunt, eadem hora abripiuntur à latere adverso: & ex illis deinde fiunt Pii gentilium, & animæ spuriorum à Legisperitis generatorum, quæ præstantiores sunt Sacerdote magno idiota. col. 171.

84. Spiritus quidam homines avertere nituntur à bonis operibus; sed aliâ quædam caterva, eosdem protegit. col. 448.

85. Præ-

85. Præfectus quidam, qui appellatur Fames, tempore annonæ caritatis efficit, ut homines quidem comedant, sed non saturentur. col. 455. & col. 481.

PORTA SPIRITUUM.

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Chorus quidam Angelicus Cantica canit DEO Sanctissimo atque benedicto horis matutinis; & chorus alius sub meridiem; & chorus alius inter Soles. col. 115. Ubi etiam agitur de omnibus Vigiliis.

2. Spiritus impurus non propriè quiescit super Caprâ, quia aliàs non esset idonea, ut offerretur super altari: sed per illas transit, iisque apparet, non autem commoratur super illis. col. 72.

3. De Lilith & Naëmah, quæ occidunt infantes: & quomodo quis ab iis tutus esse queat. col. 38.

4. Idololatræ ne quidem Psychen habent propriam; & si proselyti fiunt, hoc ipso loco psyches immundæ, quasi psychen sibi emunt; (i. e. psychen sanctam comparant.) col. 41. [conf. Luc. 21. v. 19. *Per patientiam emite animas vestras*]

5. Imago illa, quæ ab homine tollitur, una die ante mortem ejus, unde ortum habeat? col. 75.

6. Postquam serpens spurcitiem suam injecit in Evam, hæc generavit Kainum; & ab eo originem habent omnes impii totius mundi, & simul Dæmones. Hinc Dæmones pro dimidià parte similes sunt superis, & pro dimidia inferis. col. 137.

7. Ibidem quoque traditur, quod Dæmones geniti sint à Naëmah, cujus pulchritudo à superis & ab inferis descendebat. col. 137.

8. Interdum Naëmah dormienti cuidam superveniens ad libidinem eundem incitat; qui si evigilans statim concumbit cum uxore sua, & infans exinde nascitur, hunc educat Lilith, & non occidit eum; sed singulis neomeniis eundem concutit atque debilitat, nec unquam illum deserit. Et sic singulis noviluniis illa capillos talium infantum plectit. col. 138.

9. Sicut quiescit Spiritus bonus super capite justi, ut eundem ducat in via bona: ita spiritus turbinis super capite impii quiescit, ut eundem ducat in via perversa; utque eum tandem præcipitet in puteũ perditionis. col. 165. [conf. Apoc. 9. v. 1. *Clavis putei abyssi.*]

10. Singulis diebus cibantur Spiritus hominum; exceptis spiritibus infantum ante trigesimum tertium ætatis diem demortuorum. col. 76.

11. Cùm Cherubini alas suas extollunt, sic dicunt: *Magnus est DEUS & laudabilis valdè* Psal. 49. v. 2. Et cùm alas suas extendunt, sic dicunt 1. Paral. 16. v. 26. *Omnes Dii gentium vani sunt &c.* Et cùm contexerunt propitiatorium, sic dicunt: Psal. 9. v. 9 *Et ipse judicabit mundum in justitia.* col. 105.

12. Cùm mundus affligitur plagis, Psyche justi demortui idipsum notificat Spiritui suo; Spiritus autem Menti. col. 126.

13. Spi-

13. Spiritus supernus non inditur homini, donec circumcidatur: & si justitiæ studet, & in Lege educatur, sublimior motus ipsi confertur: & si præcepta Legis observat, adhuc sublimiore excitatione excitatur, & uxorem ducit &c.& liberos generat &c. col. 175.

14. Spiritus impurus magis appetit corpora Iisraëlitarum, quàm corpora Gentilium. col. 169.

15. Anima hominis, antequam in corpus veniat, consistit coram Deo Sanctissimo in forma hujus mundi; descenditque in Paradisum inferum, ibique delitiis fruitur per triginta dies; iterumque ascendit, atque tùm creatur (id est, in mundum deducitur.) col. 20.

16. Anima hominis vocatur, *Domus proximi tui*. col. 36. Ubi etiam describitur, quomodo animæ sursum ascendant, singulæ juxta gradum suum.

17. Animæ quorundam justorum in supernis detinentur, & consistunt coram Deo Sanctissimo & benedicto, donec hic easdem demittat: & tales rursum ascendunt sine morte, sicut Chanoch & Elias. col. 122.

18. Cùm homo ab uxore sua se separat, eidem se adjungunt duæ Succubæ, & ex ipso generant Dæmones, qui vocantur plagæ, filii hominis: & hi seducunt homines, commoranturque circa portas domûs, & in cloacis. col. 137.

19. Cùm nox ingruit, omnes Spiritus maligni per mundum circumvolitant, hominisque corpus appetunt: cùm autem ad lectum venientes conspiciunt formam Regis (i. e. coronatum phylacteriis, dum precatur,) cum Lectionem; Audi Israel legit, statim perterrefiunt. col. 36.

PORTA SPIRITUUM.

E Dictis in

NUMEROS.

1. Anima Patrem & Matrem habet eodem modô ut corpus. col. 331.

2. Angeli dantur, qui vocantur gramen: & animæ justorum dicuntur herbæ agri; & aves mundæ. col. 399.

3. Multa Spirituum noxiorum genera in mundo circumvolitant nocturno tempore, illuduntq; animabus impiorum, quædam ipsis notificantes, quæ partim vera sunt, partim falsa. Illisque data est facultas, ut lædant omnes, qui ipsis occurrunt. col. 297.

4. Prophetia Mosis Magistri nostri major fuit, quàm Prophetia Josuæ & reliquorum Prophetarum. col. 513.

5. Nihil est in mundo, de quo non participet aliquatenus genus adversum. col. 490.

6. De Echo, quæ auditur in campis, refertque verba finalia, non verò initialia, vid. col. 320. Ubi etiam sermo est de voce tubæ festi novi anni.

7. Quæritur quid prosit Angelo mortis, quod hominem seducat vel occidat? col. 322. & 327.

8. Qui oculis invidis aliquid fascinaturi sunt, rem illam prius laudant. col. 391.

9. Omne verbum & omne opus, quod illâ die locutus est vel peregit homo, per multos

tos cœlos ascendit, locóq; aliquo destinatô consistit, usque ad tempus noctis: atque tunc anima hominis ascendit, illudq; secum elevat ante Regem sanctissimum benedictum, sive bonum sit sive malum &c. Et hoc ipsum est, quod dicitur Michæ 7. v. 5. *Acumbente in sinu tuo custodi ostia oris tui*, col. 233.

10. Ter singulis diebus adversarius noster & uxor ejus abeuntes circumvolitant per montes caliginosos, atque tunc tempus est precum. col. 361.

11. Tria sunt genera Dæmonum: quidam enim Angelis sunt similes; quidam hominibus; & quidam brutis. Sed Asmodæus cum omni suo populo sunt Dæmones Judaici. col. 468. & col. 535.

12. Dæmon ille, qui commoratur circa portam domûs, ministros secum habet trecentos & sexaginta quinque: & si quis portam suam non debitè observat, eundem accusant interdiu, & noctu affligunt in somniis. col. 509.

13. Deus Ahasvero substituit succubam Estheræ locô. 533.

14. Angelus mortis singulariter gaudet planctu mulierum mortuos deflentium, ut præ lætitia subsultet, auresque arrigat. col. 327.

15. Spiritus justorum in supernis commorantur, antequam descendant. col. 330. & col. 331.

16. Michaël, Gabriël, Nuriël & Raphaël dominium habent in quatuor Elementa bona hominum, quæ sunt aqua, ignis, spiritus, & terra. col. 417.

17. Michaël inter Intelligentias est Aqua; Gabriël est Ignis intellectualis; Raphaël, Terra in Intelligentiis &c. col. 432.

18. Angeli cùm in hunc mundum descendunt, corpore quôdam amiciuntur, ut videri queant ab eo, cui apparere volunt. col. 240.

19. Tres voces non pereunt, præter voces Legis & precum, nimirum parturientis, moribundi, & serpentis deponentis exuvias. col. 320.

20. Quæritur, quid Satanæ prosit, quod homines seducat? ut scilicet impediat, ne vestiatur veste superna, & pereat structura corporis ejus, atque hoc in potestatem suam deveniat. col. 322.

21. Spiritus hominis originem habet è latere Spiritûs Sancti; & Mens ejus procedit ab arbore vitæ. Et cùm Spiritus Sanctus vires suas largitur, mox etiam satellitium earum superadditur, quod sunt ossa & membra omnia. De latere autem adverso nihil accedit, quàm caro. Et satellitium ejus sunt veni & nervi. Cœlum etiam dat vires suas, nimirum cutem, quæ est ad instar firmamenti, & hæc de parte cœli est; terra autem elementa sua contribuit. Tandem autem singula res suas iterum ad se recipiunt: & de satellitio sancto residua est portio una, quæ sunt ossa, & de latere Satanæ remanet caro &c. vide col. 322.

22. Dantur Dæmones docti, quibus in terra correspondent Philosophi Iisraëlitarum: & dantur Dæmones brutales, quibus correspondent plebeji & idiotæ. col. 535.

23. Cùm crearetur Adam Protoplastes, cum ipso etiam creatus est Spiritus, & Psyche vivens. Cùm autem peccaret, ex his facti sunt homines, quorum corpora non sunt perfecta:

fecta; & illi rem habuerunt cum corpore ejus, & ex eo generarunt: & tales vocantur plagæ filii Adami, & quidam his paulò sunt altiores; qui eidem non adhæserunt, ad ima usque descendendô; & hi sustentantur in aere, audiuntque multa è supernis, quorum aliqua hîc infrà notificant. col. 85.

TITULUS DECIMUS QUARTUS.

DE EXCELLENTIA TERRÆ JISRAELIS POPULIQUE JISRAELITICI ET DE EXILIO EORUM

E Dictis in

GENESIN.

1. In terram Iisraelis dominium non habuit legatus vel præfectus quidam, sed Deus solus. col. 195.

2. Deus benedictus & populus Iisraël & urbs Jerusalem vocantur sancti: & sicut Deus perennat per omnem æternitatem, sic & hi æternùm durabunt. col. 276.

3. Aliquando idololatræ cum Iisraëlitis permixti festum aliquod celebrare voluerunt Hierosolymis; sed non benè ipsis successit. col. 218.

4. Lachrymæ illæ, quas profudit Esavus, effecerunt, ut Iisraëlitæ expellerentur: atque hinc iidem cum lachrymis etiam redibunt. col. 341.

5. Ex illo tempore, quô vastatum est Sanctuarium, benedictio non quiescit in mundo. col. 178.

6. Novies numerati sunt Iisraelitæ: & adhuc semel numerabuntur futurô tempore Messiano, quia dictum est Jerem. 33. v. 13. *Adhuc transibunt oves ad manus numerantis.* col. 72.

7. Cùm Iisraëlitæ exiverunt ex Ægypto similes fuerunt infanti, qui loqui non potest, donec comedat panem. col. 364.

8. Populi mundani meritò benefacere deberent Iisraëlitis, quia iidem causa sunt incrementi ipsorum, dum non faciunt voluntatem Domini sui. col. 485.

9. Terra Iisraëlis vocatur Lectus patris tui. col. 499.

10. Quomodo R. Elieser disputaverit cum Philosopho quodam, eique demonstraverit, quod Iisraëlitæ meritò vocandi sint, Dominus excelsus è loco Jerem. 10. v. 7. Quis non timeret te, Rex gentium &c. Unde hic factus sit Proselytus. col. 34.

11. Septem terræ sunt erga septem cœlos: terra Iisraëlitica autem in medio harum sita est. col. 23.

12. Omnes adversarii neminem accusant nisi solos Iisraëlitas, quia isti filii sunt Dei Sanctissimi. col. 57.

13. Populi nos oderunt, quia Deus nos diligit. col. 412.

14. Dictum illud Proverb. 11. v. 10. Cùm peribunt impii, erit exultatio coram Deo: sic intelligendum est, cùm omninò perfecta sunt peccata eorum. Si autem moriuntur ante tempus suum, eò quod malè tractârint Iisraëlitas, nullum Deo est gaudium. Et dum vasta-

vastatum est Sanctuarium, etiamsi consummata sunt peccata eorum, nullum tamen coram eo existit gaudium. col. 192.

15. Quare Iisraëlitarum cadavera polluant hominem, non verò gentilium. col. 312.

16. Si Iisraëlitæ fecissent voluntatem Domini stante Sanctuariô primô, inter populos mundanos, nulli extitissent Reges & dominatores. col. 236.

17. Tota terra Iisraëlitica comprehenditur nominibus Jeruschalem & Zion. col. 277.

18. Gloria Divina non manifestata est nisi in terra Iisraëlis: & raro etiam extra terram; ibique saltem super aquis, quia talis locus est purior. col. 469.

19. Deus Sanctissimus Iisraëlitas non dispersit inter gentes: nisi ut gentes etiam benedictionem accipiant propter illos. col. 514.

20. In terra Iisraëlitica & Ægypti corpora citiùs putrescunt, quàm in aliis terris; quod ipsis quoque magis prodest. col. 526.

21. Postquam inter Iisraëlitas fuissent septem Justi, Abraham, Jizchak, Jaacob, Joseph, Moscheh, Aharon, David; surrexerunt septem impii: Jerobeam, Baësa, Achab, Jehu, Pekach, Menachem, Hoschea: & propter istos vastata est Hierosolyma. Et hoc ipsum est, quod dicitur Jerem. 15. v. 9. *Infirmata est pariens septem.* col. 56.

22. Ecclesia Iisraëlis comparatur Leoni & Leopardo; quia cùm hi olfaciunt prædam suam, procidunt; ubi tamen lapsus hic ipsis tantùm inservit ad arripiendam prædam: sic etiam se habet lapsus Iisraëlis. col. 402.

23. Iisraëlitæ similes sunt bombyci; unde Regibus sua generantur vestimenta: hic enim pariendô ova sua moritur; deinde autem restituitur, ut priùs. Iidem etiam comparantur materiæ, unde fit vitrum. col. 403.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELITICÆ
è Dictis in
EXODUM.

1. Tam digni sunt Iisraëlitæ, ut appellentur regnum Sacerdotum; imò gens sancta, & adhuc ulteriùs populus sanctus; imò tandem viri sancti. col. 213.

2. Iisraëlitæ nihil sciunt, donec comedant cibum supernum: sicut infans, qui nil novit, donec comedat cibum hujus mundi. col. 364.

3. Nullum Regnum excellentius fit, nisi dum Iisraëlitæ in illo exulant. col. 9.

4. Iisraëlitæ comparantur toti mundo; hinc qui in illos dominium habet, tantus est ac si dominium haberet in totum mundum. col. 9. & 27.

5. Colluvies plebeja non collegit Manna; nec comedit, nisi quod Iisraëlitæ ipsis dederunt: nec etiam incesserunt intra nubem Gloriæ. col. 335.

6. Cùm Deus Sanctissimus benedictus à Iisraelitis fugit, non aufugit, nisi ad instar capreoli, qui currens & fugiens caput semper retrò convertit. col. 22.

7. Cùm Ethnicus quidam diceret ad socium suum: Septies exspue in faciem hujus Judęi, quia turpissimus est, & subjectus septem populis Cananiticis; eidem maledixit R. Jehoschua; & terra ipsum absorpsit. col. 28.

8. Illâ horâ, cùm exurgit dominator quidam, qui afflicturus est Iisraëlitas, contremiscit omnis terra. col. 29. Ubi etiam historia narratur huc pertinens.

9. Si populi scivissent, quantô amore DEUS amaret Iisraëlitas, ad instar leonis rugientis eosdem persecuti essent. col. 7.

10. DEUS Sanctissimus Iisraëlitas judicat sinistrâ; dextrâ autem eosdem ad se reducit: cum populis mundanis autem agit casu contrariô. col. 47.

11. Mundus pro dimidia parte habitatus est; & in medio partis hujus dimidiæ sita est urbs Hierosolymarum; & in hac domus Sancti sanctorum. col. 279.

12. Iisraëlitæ vocantur arena maris, quia sicut arena cohibet fluctus, ne inundent terram; sic Iisraëlitæ cohibent pœnas, & propter illos persistit mundus. col. 327. & 404.

13. Iisraëlitæ vocantur labium veritatis. col. 389.

14. Nisi omnes assecurationes descriptæ essent in Lege, Prophetis & Hagiographis, Iisraëlitæ non possent sustinere jugum exilii. col. 329. Ubi etiam describitur, quibus calumniis & contumeliis nos afficiant Edomitæ.

15. DEUS Sanctissimus & benedictus multò accuratiùs examinat facta Iisraëlitarum, quàm gentilium, quia illos diligit. col. 57.

16. Iisraëlitæ non abierunt in exilium, donec vera fides cessaret inter eos. col. 467.

17. Abraham pater noster expetiit à DEO, ut posteri ejus exularent inter gentes. col. 249.

18. Ab Abrahamo usque ad Salomonem quindecim sunt generationes; atque tunc luna fuit in plenilunio: à Salomone usque ad Zedekiam, iterum sunt quindecim generationes; & tunc luna defecit, & Zedekiæ effossi sunt oculi. col. 51. [conf. Matth. 1. v. 17.]

19. Quamdiu Iisraëlitæ habitârunt in terra sancta, idololatræ cibati sunt à vinaceis & furfuribus, sicut canes cibantur ossibus, quæ ipsis projiciuntur è mensa Regis. Jam verò casus inversus est: quod declaratur per simile, col. 271.

20. Nullus populorum in terra tàm magnus est ac Iisraëliticus, & quamvis Iismaëlitæ & Edomitæ satis magni sint; attamen immixti sunt reliquis populis: non sic autem Iisraëlitæ. col. 290.

21. Quater dispersi sunt Iisraëlitæ in exilium: hinc quatuor extant phrases gaudii in dicto illo Jesaiæ 35. v. 10. *Et venient in Sion cum præconio & lætitia seculi super caput eorum: gaudium & lætitiam apprehendent, & fugient mœror & gemitus.* col. 162.

22. In exilio Ægyptiaco oblivioni traditum fuit inter Iisraëlitas mysterium Nominis Sancti; donec Moses & Aharon illud restituerent. col. 396.

23. Mille annis Iisraëlitæ exulabunt. Et quamvis tempus hoc protrahatur ulteriùs, millenarius tamen hic est alius. col. 408. & 28.

24. Gloria Divina in exilio præsens est, ut defendat Iisraëlitas: ipsa verò non exulat, quia nec in Sanctuario primo & secundo visibilis fuit, iis destructis, sed jam ante abiverat. col. 388.

25. DEUS tàm diu Iisraëlitas peregrinari fecit de loco in locum, donec descenderint in Ægyptum, qui populus erat protervus, despiciens & subjiciens istos, ne cum illis matrimonia inirent & polluerentur. col. 24.

26. Cùm

26. Cùm Jisraëlitæ facerent vitulum, mille partes splendoris faciei Mosaicæ iisdem sublatæ sunt. col 102.

27. Quicunque moritur in terra Israëlis, illius anima non excedit per angelum mortis. col. 269.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELITICÆ

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Quia Israëlitæ in gradu majore constituti sunt, hinc cùm non obediunt, pœna ipsorum gravior est. col. 41.

2. Israëlitæ vocantur filii & servi DEI altissimi. Si quis illum novit generaliter, iste vocatur servus; qui eum verò specialius novit, vocatur filius. vid. col. 216.

3. Quare Jisraëlitæ à DEO variis afficiantur pœnis, populi verò mundani tranquilli sint & quieti. col. 186.

4. Jisraëlitæ in exilium abierunt manibus post terga ligatis, & lapidibus onerati molaribus in cervice sua, ut non possent aperire os suum. col. 49.

5. Quocunque Jisraëlitæ abierunt in exilium, eodem cum illis abiit Gloria Divina, quod explicatur per simile de Rege quodam & filio ejus. col. 282.

6. Quare Jisraëlitæ in morte sua graviter polluant; idololatræ autem amplius haud polluant, quàm in vita sua. col. 199.

7. De excellentia & præmio illius, qui habitat in terra Israëlitica adhuc vivus. fol. 33. col. 130.

8. Jisraëlitæ tàm dilecti sunt DEO, ut eos vocet servos suos, & deinde filios, imò planè fratres, juxta illud Psal. 133. v. 1. *Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum.* col. 70. [conf. Hebr. 2. v. 11. *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.*]

9. Israëlitæ vocantur firmamentum cœli. col. 18.

10. Tria sibi invicem innexa sunt, DEUS Sanctissimus atque benedictus, Lex, & Jisraëlitæ: & in singulis horum aliquid est occulti & aliquid manifesti: & hoc est mysterium, quare Jacob interdum vocetur Jisraël. col. 131.

11. *Si Jisraëlitæ scire volunt,* quare DEUS severiùs eos puniat, quàm populos alios idololatricos, *intelligant,* quod DEUS tantum tollat, quod suum est, imò vix unum pro centenis. col. 118.

12. Ratio, quare Jisraëlitæ ejecti sint in exilium Jismaëliticum. col. 179.

13. Colloquium Jisraëlitarum cum DEO de exilii hujus diuturnitate, Deique responsum. vid. col. 37.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELIS

è Dictis in

NUMEROS.

1. Jisraëlitæ similes sunt cordi humano cum venis & arteriis ejus; gentiles aut hepati cum venis ejusdem. col. 430.

2. Jisraëlitæ & Jismaëlitæ annos suos computant juxta Lunæ cursum, quæ si Ecc sia patitur in plenilunio, malum signum est pro Jisraëlitis; si verò tum non in pleniluı est, malum est signum pro Jismaëlitis. col. 545.

3. Quamvis à via recta discedant Jisraëlitæ, & Deus ab iis avertat faciem suam, tamen eos non planè deserit, sed eos iterum respicit: quod nisi fieret, non possent sub stere. col. 294.

4. Quod DEUS Sanctissimus Jisraëlitas tractet, sicut homo tractat filium su dilectum. col. 375.

5. Unicâ saltem die Jisraëlitæ exulabunt, nec amplius. col. 515.

6. Hæreticus quidam tres proposuit quæstiones R. Eliesri, quarum prima fuit: cum Sanctuarium primum & secundum tantùm descripta sint, quare nos adh tertium expectemus? Secunda; cùm nos propinquiores simus Regi, quam septuag ta populi; qui autem vicinus est Regi, hilaris semper esse debeat; quare nobis cont rium accidat? Tertia; Cùm nos non comedamus cadavera discerpta & reptilia, qu nihilominùs simus debiles admodum; gentiles autem, qui omnia hæc comedunt, modum sint robusti atque sani? Responsiones ejus autem describuntur col. 4 407.

7. Ante rem gratam semper præcedit dolor: hinc intelligi potest exilium Jisra tarum, & dolor mortis ante animæ discessum.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

GESTA PATRUM

è Dictis in

GENESIN.

1. Abraham Pater noster absque licentia descendit in Ægyptum: hinc Jisraelit quadringentos annos subjecti fuerunt Ægyptiis. col. 229.

2. Abraham Pater noster Solem habuit pro re Divina: & hôc occidente pu Lunam rem esse Divinam &c. col. 239.

3. Septem Reges mali fuerunt inter Jisraelitas, & totidem boni; inter autem Salomo mediô constitit locô, ut nec inter bonos numeretur, nec inter los, col. 96.

4. C

4. Quomodo Dumah Angelus accusaverit Davidem Regem propter factum cum Bathscheba: & quid responderit Deus, latè traditur. col. 31.

5. Nulla est generatio, in qua non sit aliquis de fructu Jacobi. col. 552.

6. Amram, Levi, & Benjamin mortui sunt propter solum consilium serpentis, (i.e. sine peccato actuali.) col. 183.

7. Jacob Pater noster accepit benedictiones pro mundo hoc & pro mundo superno: quæ autem mundi sunt superni, ipsi non confirmatæ sunt usque ad adventum Regis Messiæ. col. 336.

8. Nisi peccasset Adam Protoplastes, liberos generasset de genere Sanctitatis, qui non peccassent per omnia secula. col. 191.

9. David nullos habuit annos vitæ proprios; sed Abraham & Jacob & Joseph eidem concesserunt septuaginta annos. col. 326. & 327.

10. *Joseph* generationes fecit æquales omnibus tribubus: hinc Jisraëlitæ ipsius nomine vocantur, & nomine filii ejus Ephraim. col. 237.

11. Ab illa hora, quâ Adam transgressus est præcepta Creatoris sui, omnes homines juxta ipsius nomen appellantur, in ignominiam ejus, & non in honorem. col. 150.

12. Propter Abrahamum, quia ab illo prodiit Jaacob, consistit mundus. col. 139.

13. Justitia Patriarcharum non tradetur oblivioni in æternum. col. 385.

14. Cùm dicitur Abraham, Abraham: Jacob, Jacob: medio loco ponitur accentus: & sic ubique præterquam cùm dicitur Moscheh Moscheh. Ratio videatur. col. 294.

GESTA PATRUM

è Dictis in

EXODUM.

1. Samuel æquiparatus fuit Mosi; namque & Propheta fuit, quamvis non æqualem haberet cum Mose excellentiam: idem etiam æquiparatur Aharoni, quia & Sacerdos erat, quamvis non in excellentiâ Aaronis. col. 264.

2. Septem nomina habuit Salomo. Rationem vide col. 65.

3. Nullus homo dignus est ad regnum simul admitti, & ad Prophetiam, exceptô Moscheh. Et Saul, Propheta tantùm erat, antequam confirmaretur regnum ejus. col. 274.

4. Salomon Rex duabus nubibus & aquilæ insidens, adiit locum, ubi degebant, *delabens, & apertos oculos habens*, (qui duo sunt Angeli, qui tempore diluvii descenderant, à quibus etiam Bileam sapientiam suam didicerat) ut ab illis disceret sapientias sublimes. col. 199. & col. 200.

5. De Mose cùm ascendit intra nubes. col. 202.

GESTA

GESTA PATRUM
è Dictis in
LEVITICUM.

1. Mundus primum creatus est per Isaacum, & non substitit, nisi per Abrahamum & Jacobum. Et huc pertinet dictum illud Psal.25.v.6. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, & benignitatum tuarum, quia à seculo sunt.* col.65.

2. Jacob (i.e. Deus intuitu Jacobi) liberavit Abrahamum è furno igneo: & sic etiam Chananiam, Misaëlem, & Asariam. col.102.

3. Schlomoh Rex per Spiritum quendam effecit, ut Chiram Rex Tyri revocaret verba illa, quæ dixerat: Se in throno Dei sedisse col.109.

4. Quæ sit differentia inter Moschen & Noachum, describitur col. 23. & 162.

GESTA PATRUM
E Dictis in
NUMEROS.

1. Cùm Jizchak ligaretur super altari, anima ejus jam assumta fuit in cœlum. col.98.

2. Ruth & soror ejus jam Proselytæ factæ erant, antequam nuberent Machloni & Kiljoni. col. 492.

3. Quidam dicunt Jobum fuisse è piis inter gentiles: quidam autem, eum fuisse è piis inter Jisraëlitas, col.424.

4. Salomo Rex quotidie aquilæ insidens abiit in regionem Tarmud, ibique didicit scientias sublimes. col. 427.

5. In tribu Benjamin & Joseph dominium non habet oculus invidus. col.374.

6. De excellentia Adami Protoplastæ ante peccatum vid. col.499.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.
PORTA MORTIS
E Dictis in
GENESIN.

1. Illâ horâ, cùm homo moritur, socios suos videt & cognatos; si probus est, qui lætantur super eo, eique locum suum ostendunt in horto Eden: si autem probus non est, impios videt & malignos, qui ipsi acclamant: Væ, væ, &c. col. 265. & 464.

2. Triginta dies, antequam homo moritur, præconium de ipso proclamatur per mun-

mundum, ut vel aves cœli intelligant: & si justus est, proclamatio de ipso fit in Paradiso. col. 464.

3. Cùm tempus hominis appropinquat, ut ex hoc mundo discedat, superadditur ipsi Spiritus Cognitionis, Prudentiæ, & Intellectus. col. 465.

4. Omnibus illis triginta diebus anima hominis ab illo exit singulis noctibus, sursumque ascendit, & locum suum videt in illo mundo: & ille homo hæc omnia ignorat, nec dominium habet in animam suam per omnes illos triginta dies: & imago obtenebrascit, & forma ejus diminuitur. col. 463. 464. & 465.

5. Et anima ejus testimonium ipsi perhibet suarum cogitationum; non verò operum, quia hæc descripta sunt in libro. col. 477. Ubi quoque additur ratio, quare tot impii è morbis suis reconvalescant.

6. Quare anima hominis ab homine discedat per triginta dies ante mortem. col. 474.

7. Illâ horâ, quâ homo discedit è mundo, spiritus ascendit & descendit in corpore, tanquam navis remô destituta, & ab omnibus corporis membris auxilium exposcit. col. 515.

8. Illâ horâ, cùm tempus appropinquat, ut homo dissolvatur ex hoc mundo, id videt, quod antehac videre non potuisset: & tres legati super ipso adstant, & rationem ab ipso exigunt. col. 277.

9. Demortui noverunt præmium mundi venturi, & quæ fiant in hoc mundo. col. 230.

10. Historia de R. Eliezer tempore mortis ejus. col. 260.

11. Cùm homo sursum ascensurus est, multa genera spirituum malignorum ibidem adstant: cumque vident signum fœderis sancti, quodque circumcisus sit, ab eo rursus discedunt. col. 252.

12. Præfectus quidam umbram hominis tollit, cùm tempus mortis ejus appropinquat. col. 252.

13. Sepulchrum Adami Protoplastæ vicinum est Paradiso. col. 184.

14. Qui occiditur ab homine quodam, non moritur per Angelum mortis: atque hinc iste ultionem exposcit ab homicida, quod occisum istum de manu sua rapuerit. fol. 166. col. 458.

15. *Illâ horâ*, cùm homo ex hoc mundo tollitur, rationem reddit, dum Spiritus & Psyche adhuc simul in ipso extant. col. 200.

16. Homo non tollitur è mundo, donec videat Angelum mortis, atque tunc moritur. Rationem vide col. 183. & 303.

17. Cùm tempus hominis appropinquat, ut de mundo discedat, Angelus mortis ipsi istius mundi vestem exuit, & aliam ipsi præbet vestem optimam in Paradiso, in qua contemplari potest Sapientiam supernam &c. Et hanc ob causam Angelus mortis bonus valdè dicitur, quia bonum est homini, quod ipsi exuatur vestis hujus mundi, quia ipsi parata est vestis pretiosior in Paradiso. col. 267.

18. Bonum est tàm justis quàm impiis, si sepeliantur in pulvere terræ; qui corpora citò consumit. col. 269. & 526.

19. Locus quidam est qui vocatur Lus, in quo habitatores mori non possunt, nisi ex urbe exeant. Rationem vide col. 74.

20. Moses Magister noster super quo pax, & Joseph justus, & David Rex, omnes tres mortui sunt circa nonam Sabbathi. col. 278. & in Exod. col. 158.

21. Qui animam efflat extra terram sanctam, & sepelitur in terra Jisraëlis, de eo dici potest illud Jerem. 2, 7. *Ingressi estis, & contaminâstis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.* col. 475. Ubi simul etiam solvitur objectio de Jacobo, qui animam efflavit extra terram Canaan, & in ea sepultus est.

22. In terra Canaan & in terra Ægypti corpus citiùs putrescit, quam in terris aliis. col. 526.

23. Homo etiamsi vel mille annos viveret, illâ die cùm moritur, sibi tamen videtur vix unicam diem vixisse. col. 471.

PORTA MORTIS

è Dictis in

EXODUM.

1. Quatuor præfecti ad justum approperant, cùm anima ejus ex hoc mundo exitura est, ut eadem egrediatur per osculum. col. 460.

2. Latus adversum non suscipit animam hominis, sed in corpus tantum dominium habet: anima autem ab isto se proripit, quia penes se invicem non amplius consistere possunt. col. 483.

3. Cavendum est, tempore illo cum mortuus è domo effertur in sepulchrum, & cum è cœmiterio reditur, ut ne de facie ad faciem inspiciantur mulieres, præsertim si sint decem vel septem. col. 344.

4. Demortui opera viventium nôrunt, & si cuidam casus aliquis tristis accidat, cognati ejus nullam in sepulchro quietem habent. Et nisi mortui orarent pro vivis, impossibile esset, ut mundus vel unicô momentô subsisteret. col. 27.

5. Mortui sciunt, quis ad ipsos accedere debeat quàm proximè: gaudentque de adventu justi, & tristantur super adventu impii. col. 252.

6. Quicunque moriuntur in terra Jisraelis, illorum anima non dissolvitur per Angelum mortis. col. 269.

7. Jacob pater noster & Moses Doctor noster super quo pax, non sunt mortui: & sic omnes, qui in perfectione sunt; quia vera vita ab hac dependet. Et quamvis de illis scriptum sit, quod mortui sint, id tamen intelligendum saltem est nostri, & non illorum respectu. col. 308.

PORTA

PORTA MORTIS

è Dictis in

LEVITICUM & NUMEROS.

1. Quicunque ægrotans morti proximus est, talia videt, quæ homo vivus videre non posset. Item quomodo Angelum mortis videat, & anima in corpus regredi velit, ipsi verò non liceat. col.93. & col.168.

2. Ordo Patriarcharum & primævarum Matrum nostrarum, quomodo sepulti sint in spelunca duplici. col.311.

3. Qui mediocris pietatis est, cùm ægrotat, Gloriam Divinam adstantem habet capiti, & Angelum mortis adstantem pedibus suis. Sed si moriturus est perfectè justus, Gloria Divina circumcirca eundem ambit. col.429.

4. Cùm homo moritur, amici ejus eidem claudere debent oculos, sicut dicitur. Gen.46,4. *Et Joseph ponet manum suam super oculos tuos*. col.321.

5. Nullô gaudiô tangitur Angelus mortis, quod hominem occidere debeat: & nihilominus lætum sese gerit, quia videt sic esse voluntatem Domini sui. col.327.

6. Quilibet homo gustare cogitur mortem: hinc sub promulgatione Legis animam efflârunt Jisraëlitæ. col.499.

7. Qui moritur & è mundo discedit, vocatur filia spontanei. col.342.

8. Planctu mulierum delectatur Angelus mortis. col.327.

9. Quicquid mortuus (sive Spiritus ejus) homini præbet; bonum est: sed si quid è domo aufert, malum est, præsertim si calcei sint. col.342.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

DE SANCTUARIO EJUSQUE REQUISITIS,

E Dictis in

GENESIN.

1. Altare vocatur lupus rapax col. 520.

2. Certum est, eum, qui legit textum de Sacrificiis in Synagogis, ab Angelis non deferri propter peccata sua, imò hos non posse nocere eidem, sed tantùm benefacere. col. 261.

DE SANCTUARIO ET REQUISITIS EJUS,

E Dictis in

EXODUM.

1. Fumus sacrificii jugis vespertini, & membrorum, & adipis, per totam noctem ardentium non ascendit rectâ, sed curvatus in latus Septentrionale. Rationem vid. col. 230. & 250.

2. Lamina frontalis prosternere potuit protervos: quia si quis eandem intueretur, literæ sanctæ fulgorem emittebant in faciem ejus, ut oculos demittere cogeretur, & remissionem petere; sic ista humiliare poterat hominem coram Domino suo. col. 389. & 391.

3. Quicunque olfecit odorem suffimenti, statim sibi proposuit, quàm lubentissimè & cum gaudio servire Domino suo, & ab omni discedere malo. col. 391.

4. Sanctum Sanctorum, Arca fœderis, & Propitiatorium, & Palatia, & Atria, & urbs Hierosolyma totum repræsentavit mundum, fuitque instar pupillæ oculi. col. 398.

5. Propter dignitatem Sancti Sanctorum totus mundus accipit benedictionem, quamvis Jisraëlitæ abinde ejecti sint. col. 280.

6. Omnia vasa Sanctuarii unum constituebant corpus, sicut omnia membra corporis humani: & sic omnia quoque præcepta Legis in unam assurgunt summam. col. 287. & 292.

7. Omnis structura tabernaculi atque templi Salomonis, postquam incepissent opifices, sese consummavit ipsam. col. 405.

DE SANCTUARIO
è Dictis in
LEVITICUM.

1. Nadab & Abihu puniti sunt propterea, quod suffimentum offerrent vivente Aharone. col. 107.

2. Quando sacrificium Deo acceptum fuit, fumus rectâ sursum ascendit, & super altari quasi forma leonis apparuit: si autem sacrificium acceptum non esset, fumus curvò ducta se gyravit, & super altari formâ canis apparuit. col. 55.

3. Quia homo, qui peccavit & expiationem desiderat per sacrificium suum, spiritu tristi & corde contritô id facere debuit: quæritur quare scriptum: Psalmo 100. v. 2. *Servite Domino in lætitia!* nimirum sacerdotes & Levitæ canticis suis illius locô hoc præstabant. Jam igitur cùm nihil tale amplius supersit, homo prius exhilarari debet in Lege, & deinde preces suas fundere. col. 11. 12.

DE SANCTUARIO ET REQUISITIS EJUS
è Dictis in
NUMEROS.

1. Quâ ratione omnes Angeli superni & omnes dæmones, qui se habent ad instar hominum, cibati fuerint à sacrificiis: singuli scilicet secundum naturam suam. col. 431. 432. 433.

2. Quæ-

2. Quælibet species animalium in supernis habet potestatem quandam, quæ vocantur animalia; & singulæ illæ potestates accipiebant illa sacrificia boum, vel ovium, vel caprarum &c. col. 433.

3. Ratio sacrificiorum; quodque anima bruti steterit locô hominis, qui peccaverat. vid. col. 442.

4. Tauri in festo tabernaculorum immolati propterea semper diminuti fuerunt, quia illô mense diminuerentur peccata Iisraëlitarum, & maligni spiritus peccatis præpositi, qui præfecti sunt septuaginta populis. col. 476.

5. Tauri festi tabernaculorum non immolati sunt potestatibus supernis; sed Deo Sanctissimo benedicto: hic autem iisdem eos distribuit. col. 482.

6. Cùm primogenitura asini redimenda esset per agnum, typus erat redemptionis Iisraëliticæ ab exilio, in quod non relapsuri sunt in æternum. col. 339.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.
PORTA COLLECTANEORUM.

1. Quomodo oculus humanus totum repræsentet mundum. Album nempe oceanum; nigrum orbem terræ universum; fibræ pupillares Domum Sanctuarii; & figura interna pupillæ, Arcam fœderis & propitiatorium. Videatur in Genesin col. 475. & in Exodum col. 398.

2. Nepotes homini chariores sunt, quàm liberi proprii. in Genesin col. 493.

3. Sicut in cœlo sunt stellæ & planetæ; sic in cute hominis lineæ sunt & colores, in quibus apparet quid in ipso delitescat. col. 129.

4. Et prout sese gesserit homo, istæ lineæ mutantur; eodem modo sicut & in collo accidit cùm Deus tempora mutat & stellas ordinat. col. 131. & 134. in Exodum.

5. Lux illa quæ occultata fuit in sextiduo Creationis, non penitus à Deo abscondita est: quia aliàs ne unico quidem momento subsistere posset mundus: sed Deus sanctissimus atque benedictus illam disseminavit per omnes generationes. col. 265.

6. Medietas mundi habitata est, in cujus medio est terra Iisraëlis, & in medio istius Hierosolyma. &c. Dimidia autem pars deserta est, & ad hanc quoque pertinet desertum illud, per quod Iisraëlitæ ambularunt per quadraginta illos annos; quod est inter deserta omnia maximè horrendum. Et nisi Iisraëlitæ transgressi essent voluntatem Creatoris sui, genus adversum planè abolitum fuisset è terra. col. 289. & 290. in Exodum.

7. Mons Abarim, in quo sepultus est Moses Doctor noster, super quo pax! nunquam traditur in manum generis adversi. col. 280.

8. Generatio Diluviana non fuit sub forma hominum. col. 210. in Genesin.

9. Qui justi sunt in hoc mundo, tales jam fuerunt antequam in mundum venirent. Et sic quoque impii & præfracti. Et quicquid homo in hoc mundo discit, illud jam didicerat antequam in hunc mundum veniret col. 225. in Genesin.

10. Quicquid in terra est, id omne typum & similitudinem gerit rerum quarundam admirandarum: imò etiam Arbores & herbæ omnes. col. 25. in Exodum.

11. Omnes arbores eodem modo inseri possunt; excepto malo: & sic arbores steriles eodem modo se habent, exceptis salicibus: & sic omnes herbæ similes sunt inter se, excepta hyssopo. col. 25. in Exodum.

12. Quod quatuor anni Quadrantes instituantur juxta os hominum. col. 143. & 142. in Exodum.

13. Dudaim sive (Mandragoræ vel) Violæ non auxilio sunt sterilibus; sed illis tantùm, quæ difficulter pariunt. col. 62. in Genesin.

14. Duodecim horæ sunt tempus noctis; si verò aliquid iisdem additur, id ad diem pertinet. col. 342. in Exodum.

15. Cùm Luna nova est, spiritus maligni in mundo inveniuntur; sed cùm Luna plena fit, gaudium adest. col. 182.

16. Qui in angustiis versatur, nihil videt, quamvis damno affici queat. In Numeros; col. 301.

17. Multa sunt hominis membra, sed omnia constituunt unum corpus vel hominem. Sic quoque se habent omnia vasa Sanctuarii; & sic omnia præcepta Legis ad unum pertinent corpus. Unde si quis vel unicum præceptum minuit, idem facit ac si totam Legem destrueret. col. 287. & col. 292. in Exodum. Et in Genesin col. 319.

18. Quomodo in creatione hominis supera sociata sint cum inferis; itemque in vita ejus. col. 404. in Deuteronomium.

19. Quod duodecim sint in corpore humano membra, in quibus consistat cultus divinus. col. 352. in Exodum.

20. Tres mundi destinati sunt pro homine, mundus hic separatus; Et hortus Paradisi annexus mundo superno: & mundus supernus occultus & absconditus. Eodemque modo etiam mundus superior dividitur in tres gradus: ita ut mundus unus ibidem sit ille, in quo occultus latet Deus Sanctissimus atque benedictus; mundus secundus autem dicitur Corollæ, in quo illa cognoscendam se præbet; & mundus tertius est mundus Angelorum, in quo Deus manifestatur, ita tamen, ut si eum intueri velint, cum ipsum laudaturi sunt, iterum evanescat; & illi quærant: *Ubi est locus gloriæ ejus?* Eodemque modo in hoc mundo est homo: juxta illud: Prov. 23. v. 5. *Si volare facies oculos tuos in illum, non est* &c. Et huc pertinet illud Gen. 1, 27. *in imagine Dei fecit illum.* col. 302. & 303. in Numer.

21. Mundus consistit in spiritu (sive aëre:) quia si hic vel unico momento cessaret; animæ non possent subsistere. col. 42. in Exodum.

22. Flamma quæ prodit è lucerna, symbolum est unitatis Dei supremi, qui benedictus sit. col. 405. in Exodum.

23. Juxta naturam creationis & Scientiam Physicam Iris diebus æstivis videri non potest: (dies enim pluviæ dicuntur hyemales; & dies æstivi, quibus pluvia nulla decidit:) unde quæritur; quomodo illa dici queat signum fœderis æterni? vid. col. 214. in Genesin.

24. Nihil in mundo hominis opera sic imitari potest, quam avis. Sicut enim homo domum extruit, ita & avis; sicut homo laudat & confitetur Domino suo; sic etiam Avis. col. 530. in Deuteronomium.

25. Loca

25. Loca in mari sunt diversissima. In quodam enim mari aquæ sunt claræ; in alio autem aquæ sunt turbidæ, vel amaræ, vel dulces. Et hanc ob causam hæc dicuntur maria. col. 509. in Genesin.

26. Circa illum mundi cardinem, in quo Sol dominium habet fortius, altissimi sunt montes, & nisi serpentes adurentes ibidem invenirentur, mundo non deesset aurum optimum, quod in copia ibidem invenitur. col. 529. in Genesin.

27. Cujus horoscopus est Taurus, dotes habet alias; alias verò cujus horoscopus est aries. &c. col. 72. in Exodum.

28. Quæritur, quare animalia hominem metuant; cùm iste tamen astris æque subsit ac illa, & alius pro signo habeat taurum, vel arietem, vel Leonem &c. Et respondetur, id fieri propter nomen Altissimi benedictum, quod in ipso quiescit. col. 166. in Leviticum.

29. In pomo bona est medicina; & odor; & sapor; & aspectus: col. 132. in Leviticum.

30. *Basiliscus* si aliquis eum aspiciat, vel ab eo aspiciatur, statim occidit. col. 206. in *Leviticum.*

31. Ratio, quare aquæ Maris inferioris sint amaræ. Col. 238. in Numeros.

32. Deus benedictus unus est, non sicut Unitas numerica &c. col. 103. in Genesin.

33. Ad omne opus requiritur homo idoneus; quandoque enim adhibetur homo idoneus, per quem omnis benedictio affluit ad negotium illud; quandoque autem contrarium quoque accidit. col. 113. in Levit. Ubi & historia narratur materiam hanc illustrans.

34. Deus Sanctissimus atque benedictus literam ט locavit ad dextram; & literam ך ad sinistram: quia à dextra veniunt dies fausti; & à sinistra dies infausti. col. 450. in Numeros.

35. *Propriissimè nox dicitur, à mesonyctio & ultra.* col. 79. in Exodum.

36. *Nihil manifestatur, nisi illi cui debetur.* col. 306. in Genesin.

37. *Infans nihil novit donec gustavit panem hujus mundi.* col. 364. in Genesin.

38. Homo vocatur Rex istius mundi. col. 266. in Exodum.

39. Cum mulier ultimò exclamat (in partu,) porta illa perrumpitur, ad quam peccatum cubat, (id est, natura, quæ propter peccatum primum clausa erat, aperitur.) col. 198. in Exodum.

40. Qui quatuor cardines mundi intuetur, idem est ac si totum mundum conspiceret. col. 359. in Genesin.

41. Benedictio è supernis minùs non continet, quàm millecuplum de quavis specie. col. 370. in Genesin.

42. Quicquid in supernis est, simile quid habet inferius: & quicquid inferius est, simile quid habet in mari. &c. col. 34. in Exodum.

43. Quicquid à genere adverso provenit, corticum naturam habet, qui ab extra fructum ambiunt, fructuque priores sunt & citius excrescunt; deinde autem projiciuntur: col. 193. in Leviticum.

44. De ore asinæ; de puteo deserti, & ore terræ (aperto pro deglutiendo Coracho &c.) quod ista creata sint vespera Sabbathi inter Soles. vid. col. 372. in Numeros.

45. Qui-

45. Quilibet opifex dum loquitur, de opificio suo loquitur. col. 191. in Exodum.

46. Nulla est herba, nec planta, quæ suam in supernis non habeat stellam. Et quædam stellæ serviunt per totam noctem; quædam per dimidiam noctem; quædam verò parum saltem. col. 303. in Exodum.

47. Nisi obtusæ mentis essent homines, cœcique intellectus, subsistere non possent à strepitu horribili quem edit orbis Solaris. col. 343. in Exodum.

48. Septem sunt firmamenta; & sic septem terræ hic infra; septem quoque maria; septem flumina; septem dies; septem hebdomades; septem anni; septem annorum heptades; septem quoque millennia mundi. Et Deus Sanctissimus atque benedictus in omnibus his septenariis est. col. 14. in Leviticum.

49. Quomodo mundus creatus sit sub forma imaginis humanæ, ut corpus; cor; cerebrum; &c. habeat. col. 306. in Numeros.

50. Septem sunt auri species; de quibus vide latius, col. 136. in Exodum.

51. Cùm dolor vel gaudium exoritur in homine, & ipse ignorat quid illud sit; vix eadem tolerare potest. col. 151. fol. 38. in Exodum.

TITULUS DECIMUS NONUS.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

GENESIN.

1. Historia de R. Acha, qui pestem sanavit precibus suis in pago Tarsa. col. 264.

2. Historia de R. Eliezer, qui abierit ad R. Schimeon filium Lekonja socerum suum. col. 192.

3. Historia de R. Chia & R. Jose, qui iter facientes pervenerint ad montes maximos. col. 195.

4. Historia de R. Jose, qui fuerit apud R. Schimeonem: ubi occupati fuerint explicatione illius dicti: *Et sanavit altare confractum.* 1. Reg. 18. v. 30. col. 201.

5. Historia de R. Jose, quod fuerit apud R. Schimeonem filium Jochai, cumque interrogaverit; quam ob causam Deus Sanctissimus diluviô perdiderit omnem carnem? Et si peccavissent homines, an igitur & bruta peccâssent? col. 214.

6. Historia de R. Jose filio Pasi, quod propter factum aliquod hoc nomen adeptus sit. col. 243.

7. Historia de morte R. Elieseris magni 260.

8. Historia de R. Eliesere, qui consederit coram Schimeone filio Jochai, eumque interrogaverit: quare non scriptum sit, Deum Abrahamo dixisse plurali numerô *Exite*; cùm tamen plures essent: sed singulari tantum *Exito*. Gen. 12. v. 1. col. 224.

9. Historia de R. Schimeone filio Jochai, quomodo consederit & occupatus fuerit in explicando textu Deut. 21. v. 1. de vitula decollanda. col. 286.

10. Historia de R. Schimeone, quod iter fecerit Tyberiadem. col. 139.

11. Hi-

11. Historia pulchra de claudis quibusdam grallatis. col. 126.

12. Historia de R. Jose & R. Illai, qui iter facientes occurrerint R. Eliesri: quodque per ipsos mysterium aliquod in Lege detectum sit. col. 157.

13. Historia de R. Eliesere, quod abierit visitatum R. Jochananem filium Zaccai magistrum suum: quodque illa dies fuerit neomenia. col. 7.

14. Historia de R. Chija, qui jejunaverit quadraginta dies, ut videret faciem R. Schimeonis jam demortui; quæ ipsi tamen ostensa non fuerit. Unde jejunaverit adhuc quadraginta dies, cumque tandem viderit, cum collegis collegii superni, cumque Messia. col. 23.

15. Historia de R. Abba & R. Eliesere, quos in itinere secutus sit quidam: à quo perceperint mysteria summa; tandemque intellexerint, quod esset filius R. Hammenunæ senis. col. 25.

16. Historia de R. Chija, qui duris verbis allocutus sit terram, quod justi in pulvere ejus absumendi sint. col. 23.

17. Historia de R. Eliesere & R. Abba, qui pervenerint ad montem quendam, ubi rami arborum sibi invicem allidi cœperint: ipsi verò audiverint vocem quandam admirandam. col. 29.

18 Historia de Philosopho quodam, qui à R. Eliesere petierit explicationem dicti illius Jer 10,7. *Quis non timeret te, Rex gentium* &c. Quod cum hic explicuisset, ille factus sit proselytus in pago Schachlaim. col. 34.

19. Historia de R. Pinchaso, quod considens studuerit in lege, ad littus maris Genetsarath coram R. Rachumai: cui hic dixerit, quod abire debeat quæsitum R. Schimeonem filium Jochai, qui jam exiverit è spelunca. Quodque hic cum conscendere vellet naviculam, viderit duas aves in mari volantes, easque allocutus dixerit, annon vidissent aliquid de R. Schimeone Jochaide? Quæ mox accedentes ore suô ipsi attulerint tabellam quandam, in qua scriptum fuerit: R. Schimeonem Jochaidem exivisse. col. 36.

20. Historia de R. Schimeone, qui incedens per portam (vel suburbium) Tyberiadis, viderit quosdam, qui in publico transgrederentur Legem; quique, cùm acriùs eos intuitus esset, conjecti sint in mare. col. 183.

21. Historia de R. Chija & R. Juda. qui gressi sint trecentos passus, super osse quodam hominis alicujus diluviani. col. 193.

22. Historia de R. Jose & R. Chija, qui abeuntes ad montes Ararath, viderint Judæum quendam, qui exierat allatum concivibus suis quatuor species rami palmei scenopegitici. col. 96.

23. Historia de R. Chiskia, qui iter faciens secum habuerit puerum quendam, à quo didicerit mysteria Legis. col. 207.

24. Historia de R. Juda, qui pernoctaverit in diversorio quodam, & cùm nocte mediâ surgeret, ut in Lege studeret, hospes autem diversorii ipsi responderet verbis Divinæ Legis in lecto decumbens; hunc inclamaverit, ut è lecto surgeret, eò quod scriptum sit Amos 4. v. 12. *Præpara te ipsum in occursum DEI tui Israël.* col. 213.

25. Historia de R. Eliesere, qui inciderit in Judæum quendam ludimagistrum antehac,

hac,ſed cui jam ablati eſſent pueri,commiſſique R.Joſe,de pago Chanan: quem adduxerit in domum patris ſui R.Schimeonis.&c.col.242.

26. Hiſtoria de R.Elieſere,& R.Abba,qui cùm veniſſent in pagum Tarſa,nocte mediâ ſurrexerunt,ut in Lege ſtuderent. col. 249.

27. Hiſtoria de R.Joſe,cui dixerit Pater ejus, quod cùm ætatem attigiſſet ſexaginta annorum, in loco quodam certo inventurus eſſet divitias magnas: ipſe verò ibidem librum invenerit egregium col.290.

28. Hiſtoria de R.Jizchak, qui tranſierit coram viro quodam, qui cum duobus filiis ſuis, ſtuduerit in Lege iturus ad nuptias filii ſui: à quibus ipſe quædam è Lege didicerit, tandemque ploraverit,quod ab his ſibi abeundum eſſet. col. 345. 346.

29. Hiſtoria de R. Chija & R.Chiskia, qui ſederint ſub arbore quadam in agro: ubi cùm dormiiſſet R.Chija, eidem apparuerit Elias, ipſi indicans, quod Hieroſolyma & omnes urbes Sapientum mox eſſent deſtruendæ. col. 352.

30. Hiſtoria de R.Chija & R.Joſe,qui viderint virum quendam de habitatoribus climatis Arca, qui eos interrogaverit, quô nomine hæc regio appelletur, in qua nos verſamur? ubi ipſi reſponderint: illam vocari nomine Arez ſive terræ. col.364.

31. Hiſtoria de R.Jizchack & R.Joſe,qui iter facientes inciderint in virum quendam, qui filium ſuum portaret in humeris; cui benefecerint, cibumque dederint; ab ipſo autem quædam è Lege divina didicerint. col.376. fol.94.

32. Hiſtoria de R.Joſe,qui ex olfactu herbarum venenatarum in morbum inciderit; à DEO autem per miraculum ſanatus ſit. col.141.

33. Hiſtoria de R. Elieſere & R.Jizchak iter facientibus: Ubi appropinquante tempore Lectionis; Audi Iiſraël, ſurrexiſſe dicitur R. Elieſer & precatus eſſe preces ſuas; R. Jizchak verò jam oraſſe perhibetur antequam exiiſſet: ubi traduntur rationes pro utraque parte. Item quomodo in montibus illis altiſſimis viderint creaturas admirandas; & R.Jizchak metu correptus ſit: non verò R.Elieſer. col.403.

34. Hiſtoria inſignis de R.Chija,qui uſque adeò occupatus fuerit ſtudiô Legis, donec facies ejus luceret ad inſtar luminis ſolis: ſciveritque quinam è diſcipulis Legis ſtudium amplexus fuerit in alium,quàm Divinæ gloriæ finem,& pro eo oraverit. 425.

35. Hiſtoria de ſapientibus, qui ſtudium Legis exercuerint. col. 418. 438. 442.

36. Hiſtoria de R.Abba, qui viderit illum hominem,cui duo miracula acciderant, ut è mortis periculo liberatus eſſet: quem interrogaverit,quænam ſint opera ejus? Cui ille reſponderit, neminem unquam ipſum læſiſſe, cum quo non ſtatim reconciliatus fuerit: quodque ſi cum ipſo reconciliari non potuiſſet, ipſe eidem remiſerit culpam, antequam cepiſſet ſomnum; nec unquam in animum ſibi induxerit, eidem nocere. col. 446.

37. Hiſtoria de R.Chija & R.Joſe, qui viderint hominem indutum palliô peniculatô, ſub quo accinxiſſet arma: quodque hic homo inſignis atque pius fuerit. col.451.

38. Hiſtoria de R.Jehuda, qui dormiens ad portam Tyberiadis in ſomnio viderit excellentiam R.Schimeonis per ænigma quoddam. col.462.

39. Hiſtoria de R.Joſe & R.Chija,qui viderint hominem quendam ad fluvium,in cu-

jus

jus capite ſederet avis, & coſta quædam in ore ejus, quam comederit & conculcaverit ad deſignandam rem quandam ſingularem. col. 466.

40. Hiſtoria de R. Joſe & R. Jehuda, & R. Chiskia; qui ambulaverint in monte quodam, donec nox ingrueret: ubi ſpeluncam quandam invenerint metuente R. Joſe: ipſi verò noctem diviſerint in plures vigilias, & Legis ſtudium exercuerint.

41. Hiſtoria de R. Jizchak & R. Jehuda, qui inciderunt in ſenem quendam equitantem; qui ſecum habuerit infantem in Lege jamjam informatum; ita ut etiam à ſene illo diſceſſerit, iſtoſque ſecutus ſit, ut plura è Lege diſceret. col. 504.

42. Hiſtoria de R. Schimeone, qui in ſpelunca ſedens per Spiritum Sanctum viderit, quod illa die in urbe collapſura ſit domus quædam, duoque Dæmones ibidem emanſuri eſſent. col. 523.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

EXODUM.

1. Hiſtoria de R. Elieſere, qui ſedens in porta Lyddæ intellexerit cantillationem aviculæ cujusdam. Ubi mira invenies de Prophetia. col. 9.

2. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Abba, quod inciderint in hominem narrantem ipſis, quâ ratione perveniſſet ad antrum illud, ubi janua ſit in Paradiſum. col. 20.

3. Hiſtoria admiranda de R. Schimeone Jochaide cum diſcipulis, qui per biduum conſederint nihil comedentes vel bibentes &c. col. 24.

4. Hiſtoria de R. Elieſere, qui jejunium edixerit, quod tamen non ſit ſecuta pluvia: ubi deinde accedente R. Akiba ſecuta ſit pluvia, cum admiratione R. Elieſeris. col. 29.

5. Hiſtoria inſignis de R. Elieſere, qui dormiens in ſepulchro quodam viderit & audiverit, quomodo commotum ſit ſepulchrum præ dolore Patris cujusdam ibidem ſepulti, qui ſciviſſet filium ſuum captum eſſe à gentilibus. fol. 7. col. 36.

6. Hiſtoria de R. Joſe & R. Jizchak iter facientibus, ubi ſerpens quidam perſecutus ſit R. Joſen. col. 29.

7. Hiſtoria de R. Jizchak, qui viderit virum quendam ſub arbore dormientem atque ſomniantem, quaſi terra conſternata fuiſſet propter plagas Iiſraëlitarum. col. 29.

8. Hiſtoria de R. Joſe & R. Juda, qui audiverint vocem cervæ mediâ nocte transeuntis, & altâ voce clamantis. col. 69.

9. Hiſtoria de R. Jizchak & R. Juda iter facientibus cum Joſe mercatore quôdam: ubi Joſe mercator viderit mulierem quandam gentilem, cumque ea rem habuerit: Ipſis deinde inquirentibus in proſapiam ejus; ubi inventum fuerit, ipſum rejectitii ſeminis fuiſſe, quoad patrem & matrem. col. 78.

10. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe iter facientibus in deſerto: ubi vir quidam declinare eos juſſerit ab illa via in aliam; quia ibidem plebejus quidam occideret Sacerdotem ſapientem, unde periculoſa hæc via ſit omnibus tranſeuntibus. col. 85.

11. Historia de paupere quodam, qui fuerit in vicinia R. Jesa, cui R. Jesa benefecerit. Item historia de paupere alio transeunte coram R. Jizchako, & habente in manu sua dimidiam Mæam (qui est velor, quasi crucigeri;) cui R. Jizchak tantùm addiderit, ut Mæam haberet integram. &c. col. 108.

12. Historia de R. Chiskia, qui visum à se serpentem occidere voluerit, cui tamen id non concesserit R. Eliezer. col. 120.

13. Historia de homine quodam colligente herbas ad expellendum spiritum immundum habitantem in domo sua. col. 141.

14. Historia de R. Chija & R. Jose iter facientibus cum mercatore quodam, à quo didicerint novas explicationes Legis in pago Chanan. col. 276.

15. Historia de viro quodam, qui desiliit è tabulato, ut interesset precationi cantionis Angelicæ &c. col. 293. 297.

16. Historia de R. Eliesere, à quo Gentilis quidam petebat interpretationem dicti illius Proverb. 12. v. 19. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum; & ad momentum lingua mendacis*; ubi auditâ explicatione congruâ, gentilis ille factus sit proselytus. col. 329.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Historia de sacerdote quodam in sacrificium offerente duos turtures; quos sacerdos magnus offerre noluerit, quia esset sacrificium pauperis. col. 12.

2. Historia de R. Schimeone, qui viderit solem aliàs clarum ter occultari: quodque idem serpentem viderit ore apertò pulveri terræ inhiantem: unde intellexerit, pœnam insignem imminere habitatoribus terræ: quam precibus suis averterit. col. 23.

3. Historia de R. Chija & R. Jose videntibus volatile quoddam ante sese repens: quâ occasione liberati sint à prædonibus insectantibus eos. col. 34.

4. Historia de R. Eliesere è Cappadocia Lyddam eunte unà cum R. Jesa, & R. Chiskia, &c. ubi iisdem occurrit quidam tres ramulos myrteos habens olfactûs gratiâ, in memoriam trium Patriarcharum. col. 60.

5. Historia de R. Eliesere, qui iter faciens incidebat in R. Pinchasum filium Jair, cujus asinus rudebat ob serpentem pedi ejus circumvolutum; quia illâ die transierat per locum aliquem immundum: cùm R. Pinchas interim in Lege occuparetur. col. 62.

6. Historia de R. Juda & R. Jizchak, quibus occurrebat puellus quidam filius R. Seiræ de Ramin, à quo multa discebant è Lege Divina. col. 67. 68.

7. Historia de R. Chia & R. Abba, qui mediâ nocte videbant stellam quandam ter supprimentem stellam aliam, ut fulgor hujus occultaretur. Quod signum erat eôdem tempore DEUM Sanctissimum ingressum esse in Paradisum, ut conversaretur cum justis. col. 77.

8. Hi-

8. Historia de R. Chija & R. Jose, qui iter facientes occurrerunt cuidam, cujus facies vulneribus plena esset: à quo multa discebant è Lege.

9. Historia de R. Jizchak, qui advenerat ad speluncam Seroniam, ubi offendebat virum quendam cum filio suo ægro, ligatô super asino qui ad antrum illud Seronium (à Magis opem imploraturus) accesserat: sed à fumo hinc exeunte occidebatur. col. 91. fol. 14.

10. Historia de R. Chija, qui inveniebat duos viros in speluncis petræ sedentes, & dicentes versum illum: Psal. 48. v. 1. *Magnus Dominus & laudatus valdè &c.* quem versiculum explicabant; ita ut multa ab illis disceret. col. 100.

11. Historia de sociis, qui accesserant ad R. Schimeonem, cùm pluviâ opus esset, & ab ipso didicerint novas quasdam explicationes in dictum illud: Ecce quàm bonum & quàm jucundum. col. 105.

12. Historia de R. Chiskia & R. Jesa; sedentibus in loco deserto; R. Jesâ volumen Legis manibus tenente, ubi apertum sit sepulchrum quoddam &c. col. 27. vid. etiam col. 489.

13. Historia de R. Eliesere sedente apud socerum suum, ubi transibat vir quidam alterô oculô privus &c. col. 172.

14. Historia de R. Schimeone sociisque videntibus serpentem pugnantem cum basilisco ambobus morientibus, ne homo quidem ab iis læderetur. col. 206.

15. Historia de R. Chija & R. Jose, quibus in itinere occurrebat vir quidam, qui per triduum nil comederat, paululum panis ab iis petens: ubi è duobus quibusdam aliis ibi etiam præsentibus alter prior ipsi porrexerit panem: cui propterea magnum acciderit miraculum, ut è magna liberaretur pœna. col. 213.

HISTORIÆ INSIGNES,
è Dictis in
NUMEROS.

1. Historia de R. Eliesere & R. Jose & R. Jizchak ad montem Cardoniæ. col. 281.

2. Historia de R. Jecheskiel & R. Jose, qui offendebant sapientem quendam, à quo multa discebant è Lege, qui tamen innotescere nolebat, donec ipsi intelligerent, quod ablegatus esset ad R. Schimeonem Jochaidem. col. 299. 300.

3. Historia insignis, quod DEUS Sanctissimus aves quasdam destinaverit, quæ R. Pinchaso filio Jair, & R. Schimeoni Jochaidæ (sedentibus in campo & studentibus) umbram facerent, quas cùm alloqueretur R. Pinchasus, ne sibi molestiam parerent; Deus tres illis parabat arbores, fontemque sub illis. col. 372.

4. Historia de R. Illai & filio ejus, qui ingressi in speluncam quandam miranda viderint de Paradiso & sede Mosis Magistri nostri super quo pax, & Bezaleele. col. 308. 309. 310.

5. De R. Pinchaso occurrente Arabibus quibusdam, qui ipsi narraverint miracula quædam, quæ in campo illo vidissent. 370.

6. Historia de R. Eliesere & R. Abba, super quibus cum surgerent, ut in Lege studerent, umbra quædam apparebat, discedens iterumque accedens; quæ erat umbra R. Pinchasi filii Jair. col. 402. 404.

7. Historia de R. Eliesere, cui gentilis quidam proposuerit tres quæstiones. col. 406.

8. Historia de R. Pinchaso filio Jair, qui cum iter feceret è Cappadocia Lyddam, asinum suum de loco amovere non poterat, donec accederet R. Schimeon. col. 407.

9. De rana quadam, quæ increpuerit Davidem Regem, quod seipsum appellâsset pium. col. 409.

10. Historia de R. Pinchaso, qui viderit aquilam rosam ore tenentem, quam projiceret inter socios. col. 426.

11. Historia de Rabh Hammenuna & sociis ejus captivatis in palatio Regis cujusdam, ubi accedens Elias effregerit palatium, morientibus quadraginta quinque dominis, & eductô R. Hammenunâ sociisque in vallem Eno, ubi illos cibaverit pane & aquâ, cùm per triduum nihil comedissent. col. 273.

12. Historia de R. Mari & R. Jizchak, qui diverterant apud mulierem quandam, cui filius esset tenellus, à quo multa didicerunt mysteria Legis. col. 485.

13. Historia de R. Eliesere, qui studium Legis tractaverit præsente Gloriâ Divinâ. col. 410.

14. Historia de R. Schimeone, cui occurrebat Elias ipsi indicans, quod DEUS Sanctissimus in cœlis verba quædam Legis explicasset juxta mentem ejus. col. 446.

15. Historia de R. Jizchak ægrotante, quem R. Juda & R. Jeheschua invenerint ridentem in somno: ubi interrogatus responderit: se vidisse præmium illorum, qui seipsos traderent pro sanctitate Nominis Divini. col. 510.

16. Historia de R. Eliesere & R. Acha, videntibus hominem quendam obvolutô capite labia sua moventem, qui ab ipsis salutatus, nihil responderet, ita ut pro stulto haberetur, à quo tamen mysteria quædam Legis didicerint. col. 512.

17. Historia de R. Jose, de Pekiun, quem cùm mortuus esset, restituebat filius ejus minor, per preces quasdam è Deut. 22. v. 6. col. 378.

18. Historia insignis de obitu R. Schimeonis Jochaidæ, post conventum in area minore. col. 592. fol. 140.

19. Historia de R. Chija, qui septem dies jejunaverit, ut intelligeret verba illa Jesai 49. v. 15. Nunquid obliviscetur mulier lactentis sui, à miserendo filii uteri sui? &c. quem oblitus erat: ubi cum adiret interrogaturus R. Schimeonem, eidem occurreri R. Jizchak, eumque commonefecerit. col. 578.

20. Historia de R. Eliesere, quod à mercatore librum quendam medicum accepe rit, & per totum annum retinuerit; ubi cum pervenisset ad mysteria quædam Bileami, i somno dictum ipsi fuerit, quid tibi in limitibus alienis? Ubi & alia superadditur histori de medico quodam, qui sciverit, quisnam ægrorum suorum sanitatem recuperaturus, & quisnam moriturus esset: quibus etiam ostenderit viam Domini, cui sit benedictio! co 580.

FINIS.

PARTIS PRIMÆ

Tractatus Secundus,

quæ est

INTRODUCTIO

pro meliori intellectu

LIBRI SOHAR.

E Scripto R. Naphthali Hirtz, F. R. Jaacob Elchanan;

quod vocat

VALLEM REGIAM.

INTRODUCTIO
pro meliori Intellectu
LIBRI SOHAR
E Scripto R. Naphthali Hirtz, F. Jaacob Elchanan,
quod vocat
VALLEM REGIAM.

SECTIO PRIMA
De Mundo Infiniti primo.

Ubi notetur, quod omnes Digressiones, expressæ sint lineis retractis, ad distinctionem materiæ principalis.

Causa Creationis impulsiva.

§. 1. BEnedictum sit Nomen ejus sanctum. Antequam esset quicquam, voluntate suâ simplicissima proponebat sibi Mundos condere. Non enim datur Rex sine populo, sicut scriptum est Prov. 14, 28. *In multitudine populi consistit decor Regis.* Et hæc quoque est natura Boni, ut benefaciat: Quod si autem mundus non foret, cui benefacere posset?

Locus replens omnia ante Creationem. Lucis locus & operatio.

§. 2. Isto autem tempore locus non erat vacuus pro mundis, proque septem terris infra ipsos locatis; (ab illis enim ulteriùs descendendo iterum Infinitum sequitur.) Omnia enim plena erant Luce substantiæ ejus, qui Benedictus sit! quam determinatè locaverat in medio sui, & ex cujus partibus & in qua postmodum complicationem instituturus erat.

Agentis liberrimi prima ante Creationem operatio. Lucis intrinsecæ evacuatio atq; compressio pro statione Mundorum.

§. 3. Quid tùm egit בעל הרצון liberrimum illud Agens? Dimensus est æstimatione suâ intra substantiam suam, quæ benedicta sit! latitudinem & longitudinem circuli cujusdam evacuandi, ubi foret statio mundorum suprà dictorum: illamque Lucem, quæ intra circulum hunc, compressit, complicavitque quandam ejus partem, veluti cùm quis colligit atque conduplicat vestem suam (nudandô se:) illamque Lucem elevavit in sublime, atque sic relictus est locus primâ Luce vacuus.

§. 4.

§. 4. Non tamen omnimodo (evacuatus est locus iste luce suâ:) vestigia enim Lucis primæ in loco suo persistebant, nec inde recedebant: juxta mysticum illud Rabbinorum nostrorum bonæ memoriæ: Non dimota est Schechinah, donec imprimeret vestigia. Et sic alibi dixerunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Sanctitas prima est sanctitas moderna, & sanctitas temporis venturi. Omnis enim lux sancta, quamvis discedat è loco suo, illô tamen in loco sua relinquit vestigia.

Ea tamen non omnimoda.

§. 5. Atque hæc est compressio prima intra lucem scil. substantiæ ejus instituta: inque spatio hoc circulari postmodum omnes collocati sunt mundi; ita ut ipse circulus hic locatus esset intra lucem substantiæ ejus, quæ benedicta sit! Et hoc est mysterium illud, quod scriptum est. Exod. 33, 21. *Ecce locus mecum.* In quem locum sic commentati sunt Sapientes nostri bonæ memoriæ: *Ipse* est locus mundi, non verò mundus est locus ejus. Et propterea dicitur: *Jes.* 44, 6. *Ego primus & ego postremus*, i. e. Summum circuli & imum circuli atque sphæræ: *Et præter me non est Deus*, i. e. in medio: nempe in ipso circuli medio existebat lux substantiæ ejus, qui benedictus sit! quæ eadem quoque erat ex parte postica circuli, & à duobus lateribus ejus, nec minus supra & infra circulum. De hoc disserunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Ne percontetur homo, quid sit antrorsum, & quid retrorsum. Hinc patet, in spatio illo, in quo nunc omnes locati sunt mundi cum interstitiis suis, cumq; spatio vacuo mundi hujus, primùm substitisse ipsam substantiam ejus, qui benedictus sit! atque omnia fuisse sancta.

Positio mundorum intra circulare Lucis spatium.

Lux ipsa in ipso circuli medio, nec minùs supra & infra ipsum, atque etiam à duobus ejus lateribus.

§. 6. Adam primus autem peccato suo; cùm scil. addictus esset cultui alieno, polluit spatium istud, sicut dixerunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Adam primus triplici transgressione peccavit, nimirum illicitô concubitu, & idololatriâ, & profusione sanguinis.

Culpa Adami primi polluens locum istum sanctum.

§. 7. Mysterium autem ita se habet: Finitô opere Creationis, cum Sanctus ille Benedictus creavisset bonum atque malum in mundo, juxta id quod dicitur: Jes. 45, 7. *Qui facit lucem & creat malum*; malum *occultum erat* admodum: non aliter ac cùm lucerna quædam intra oleum ardet, eò quod ellychnium in ipsum vasculum immissum est; ita ut flamma non ardeat nec luceat extra, sed in illo. Atque sic malum non poterat generandô prodire, nisi mediante peccatô Adami primi. Unde Rabbini nostri bonæ memoriæ dixerunt: Adamum primum generâsse dæmones & Spiritus, & striges; quod intelligendum de peccato ejus, quod multiplex fuit, sicut exponam suô locô, auxiliante Sanctô illô Benedictô & Schechinâ ejus.

Mali occulti manifestatio facta per culpam Adami primi.

Culpæ Adami primi effectus.

§. 8. Quia igitur Adam primus licentiam dedit 70. Principibus populorum, illisque distribuit terras superiùs & inferiùs, contaminavitque spatium exterius: nonne fas est, ut rem istam restituant filii ejus? id est: Nos Israëlitæ. Nos enim populus sumus sanctus, juxta id, quod dictum est Deut. 7, 6. *Quia populus sanctus tu Domino Deo tuo*: adeoque nos oportet restituere ista, mediante halitu Legis & præceptorum, (quem ex ore emittimus his studiis incumbentes;) in exilio nostro omnium locorum, ut locum demus throno Gloriæ ejus, utque Schechinah quiescat in omni loco. Atque sic etiam mysteriò precum ritè disponimus aliquid de Sanctuario, quamvis parum, ut attrahamus vestigia sancta ex umbella illa tenui, quæ superiùs est in cœlo super domo Sancti Sanctorum, quæ Hierosolymis de sanctitate superstes est, etiam desolationis tempore. Sic etenim etiam tempore Jacobi Patris nostri, super quo pax! quamvis nondum extructa esset domus Sanctuarii, tamen dicitur: Genes. 28, 17. *Non est hic, nisi domus DEI, & hæc porta cœli*; nimirum pro halitu precum, & pro animabus, quibus transmigrandum est per spatium mundanum illuc usque; ibi enim sursum ascendunt per portam istam.

Transmigratio Jisraelitarum ex hoc spatio mundano ad alterum.

§. 9. Atque ita restituitur spatium externum, sicut innuitur his verbis: *Et cùm oraverint via terræ eorum.*

Restitutio spatii mundani externi, 2. Par. 6, 38.

§. 10. Et quia in diebus Messiæ spatium externum purificabitur usque ad finem suum; hinc Rabbini nostri bonæ memoriæ dixerunt: Domûs aggregationis & domûs studiorum fixæ erunt in terra Israël: id est, cù erunt sanctitate, quâ terra Israël. Unde etiam in Midrasch dicitur, terram Israëlis tàm magnam fore, ac totus est mundus.

Terræ Jisraeliticæ duratio atque amplitudo usque ad finem mundi.

Sensus loci (Exo. 33, 21.)

§. 11. Mens autem loci supra citati: (*Ecce locus mecum, & stabis supra petram. Et erit, cùm transierit Gloria mea &c.*) hæc est: *Ecce locus mecum*, i. e. in medio mei locati sunt omnes mundi, quos creavi. Possibile autem est, ut Sanctitas promicet per spatium illud, utque reducantur vestigia (lucis originariæ) in statum pristinum.

Reductio vestigiorum possibilis in statum pristinum.

§. 12. Et propterea ne mireris, quod manifestem Gloriam meam in *deserto* hoc *magno atque terribili serpentis adurentis, & scorpionis, & loci siticulosi, in quo non sunt aquæ*: Deut. 8, 15. quæ omnia sunt patres patrum impuritatis, sicut dicitur Lev. 16, 16. *Ego Dominus commorans cum eis in medio immunditiarum eorum.* Et in manu mea est (facultas) cogendi omnes potestates impuritatis, faciendique è malo bonum. Omnis enim intentio Sancti illius Benedicti circa iter ipsorum in deserto ea erat, ut faceret è malo bonum, adeoque restitueret spatium istius circuli cum omnibus 70. terris.

Benedicti clementia ac sapientia in tolerando malo.

§. 13.

§. 13. Et sanè in deserto meritò debilitandæ erant vires illorum: sicut in Sohar dicitur Sect. Trumah: Punctum polare atque *centrum* totius exercitûs immunditiei esse in deserto, in quo *serpens adurens & scorpio:* & ibi quiescit Lilith (lamia nocturna.) Ex sententia R. Jehoschuæ filii Levi autem ibidem locus est dæmonum, spirituum & Lilith, ibidem habitantium. Per singulos illos 40. annos, à quibus Jisraëlitæ ambulabant in deserto, princeps deserti ante ipsos incedebat, ligatus atque vinctus ad instar hœdi; ita ut pœnis ipsum mulctarent pro lubitu suo.

Impuritatum debilitatio in deserto.

Principis deserti potentia sufflaminata.

§. 14. Autor autem hujus restitutionis erat Moscheh Magister noster, super quo pax! qui erat revolutio Sethi & Hebel, ut tegeret nuditatem Patris sui, Adami scil. primi, adeóque mederetur peccato ejus consummatissimè.

Restitutionis in deserto autor Moscheh.

§. 15. Et nisi prolapsi essent ad cultum alienum Jisraëlitæ, facientes vitulum, & attrahentes hoc modo potestates immunditiei hôc in deserto: non amplius postea fuisset exilium, sanctitasque externi spatii fuisset restituta, sicut in diebus seculi, inque annis prioribus.

Causa exilii Jisraelitarum in deserto, cultus vituli.

§. 16. Sed peccatum Adami primi & generationis deserti, in causa fuit, ut corrumperetur vacuum hoc externum. Atque ibidem decretum prodiit ex ore Sancti illius Benedicti de reliquis exiliis omnibus; sicut scriptum est Psal. 106. v.20,26. *Et mutaverunt gloriam ejus in similitudinem bovis comedentis herbam. Et elevavit manum suam super eos, ut faceret eos cadere in deserto: & ut cadere faceret semen eorum inter gentes, & dispergeret eos in terras &c.* Donec miserebitur nostri, qui fecit nos, atque effundet super nos Spiritum ex alto, utque solamen fiat, nobis per Messiam filium David subigendô totùm mundum subactione multorum, quorum sunt 60. myriades: Et per illum & per manus Angelorum, quorum etiam 60. myriades, dilatabitur terminus Sanctitatis, sicut dicitur: Jes. 54.2. *Dilata locum tentorii tui.* Et sicut ait Sohar Sect. Pekude super textum Exod. 40,18. *Et erigi fecit Moses tabernaculum &c.* Vid. ibid. Propterea orabat David Rex, super quo pax. Psal. 82, 8. *Surge Deus, judica terram, quoniam Tu hæreditabis omnes gentes.*

Peccatum Adami primi & peccantium Jisraelitarum in deserto causa corruptionis vacui externi.

17. Quinimò etiam Adam primus ejiciebatur ex horto Eden, ut restitueret spatium externum halitu Legis & opere præceptorum. Nec minùs in exilio nostro idem fieri incepit in omnibus terris istis. Et hanc ob causam per Samaritanos, exilio mulctatos, quod non essent studiosi Legis, non restituenda est atque sanctificanda nisi pars una è mundo; Nos verò filii Jehudah & Benjamin, cùm Legis studiosi simus, quotcunque egressi sumus ex Hierusalem, dispersi sumus foràs, ut medeamur spatio omni-

Causa finalis exilii Adami primi hodiernorumque Israelitarum, hujusq; proficuus effectus.

Exilii Jisraelitarum & Samaritanorum conditio longè diversa.

omnium terrarum in tribus partibus reliquis; utque educamus exinde ſcintillas puritatis; & Klippoth (cortices) ſint ſacrificia mortuorum, & ſpatium Infiniti redeat in ſtatum priſtinum , & omnia ſancta fiant per anxietates exilii habitumque Legis & precum atque præceptorum, donec veniat tempus viſitationis, de quo dictum eſt l. c. *Surge Deus, judica terram, quia tu hæreditabis omnes gentes.* Et hunc in finem ſanctitas terræ Jiſraël totum abſorbebit mundum, & ſpatium mundi ſanctum erit, juxta id, quod dicitur: Jeſ. 25, 8. *Abſorbebit mortem in æternum.* Unde Sohar ait Sect. Pekude: Quoniam abſorbebitur pars adverſa, id eſt, locus partis adverſæ.

Terminus ac finis ignominiæ, quam hodie ſuſtinent Iſraelitæ à gentib9.

§. 18. Atque tunc ratio non erit cur populi ſuſcitentur & objiciant Iſraëlitis, dicentes: Raptores eſtis. Unde Rabbi Iſaac in Midraſch dicit: non opus eſſe, ut Lex incipiatur alibi, quàm in loco illo: Exod. 12, 2. *Menſis iſte vobis caput menſium erit &c.* Et reſponſio eſt: Pſal. 111, 6. *Potentiam operum ſuorum annunciavit populo ſuo.*

Potentia operum Benedicti quid. Myſterium mundi veſtimenti, elevatæque lucis ſubſtantiæ Benedicti. Spatium mundi extraneum prophanatum à gentibus occupantibus.

§. 19. Atque hoc eſt myſterium mundi veſtimenti, elevatæque lucis ſubſtantiæ ejus; In hoc enim creavit locum vacuum & inanem. *Et per hoc annunciabit populo ſuo, ſe daturum eis hæreditatem gentium*, quæ eſt ſpatium hoc extramundanum iſtius circuli, quod primò ſanctum fuit, à populis autem raptu occupatum eſt.

Demonſtratio injuſtæ ignominiæ.

§. 20. Hinc patet, falsò Iſraëlitas vocari raptores, cùm è contrario illi raptores ſint : Hæreditas enim eorum provenit ex *potentia operum ejus.* Hoc enim fuit Hiuli [materia prima,] & potentia nondum in actum deducta , quod evacuavit locum pro mundis; & ex illo factum eſt ſpatium extra mundum, ex quibus poſtmodum prodiit *hæreditas gentium. Opera* enim Sancti illius Benedicti, qui ſunt mundi , nondum erant creati, ſed adhuc in potentia valdè remota : Potentia autem illa remota erat locus iſte vacuus.

Potentia operum Benedicti quid. Loci vacui pro mundis creatio non fuit absq; aquis fœmininis.

§. 21. Vel etiam dici poteſt, ex hac ratione id vocari *potentiam operum ejus* , quod illô tempore, quô elevabat lucem ſurſum , ut conderet locum vacuum pro mundis , nondum eſſent in mundo aquæ fœmininæ. Fieri autem non poteſt , ut ulla fiat elevatio ſine aquis fœmininis, quæ ſunt ſuſcitatio inferiorum , (ſicut cùm fœmina ſeminis ſui , quod per aquas intelligunt , pruritu exuſcitata marito blanditur, & illum ad prolificationem provocat.) Tum enim nondum erant juſti in mundo.

Potentia operum Benedicti quid. Benedictus

§. 22. Contentus autem erat Benedictus ille cogitatione atque idea ſua, qua ſibi juſtos concipiebat: juxta id, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Jiſraëlitæ objectum fuerunt cogitandi. Et alibi dicunt: Cum

Cum animabus Sanctorum consilium iniit Sanctus ille Benedictus, creavitque mundum. Propterea autem voluit justorum ideam sibi proponere, quoniam finis operis penes ipsum est initium cogitationis: Tunc ergo in idea sibi proponebat, quomodo futurus ipsi esset populus sanctus.

creaturus mundum, justos futuros habebat pro objecto.

§.23. Et in hoc consistit mysterium horum verborum: *Potentia operum ejus*, quod per id intelligantur justi, tunc cùm adhuc essent in potententia, nec adhuc prodiissent in actum. Potentia igitur ipsorum remota objectum fiebat cogitationis ejus, id quod ipsi erat locô aquarum fœmininarũ Per hanc igitur ideam justorum fiebat elevatio hęc (lucis); & hæc ipsa elevatio, per quam creabatur locus vacuus, vocatur *Potentia operum ejus.*

Aquæ fœmininæ fuerunt idea atque cogitatio de justis futuris.

§.24. Ubi autem *annunciavit illis?* Cùm dicit: Gen. 1, 1. *In principio creavit DEUS*; ubi sensus est, mediante principiô hôc, quod est spatium circuli, qui dicitur ראשית Reschith, principium, cum fuerit ante reliquas creaturas omnes atque mundos. *Creavit DEUS cœlum & terram*: quasi dicat: Illud cœlum & illam terram creavit intra spatium hoc: Vocula enim את consignificat expansionem cæterorum mundorum, ex quibus expansi sunt cœlum & terra.

Spatium circuli internum fuit principium creationis mundorum, exque his cœli & terra.

§.25. Vox בראשית tamen aliud quid etiam connotat, nempe Iisraëlitas, qui vocantur principium, quoniam cùm venirent ipsi in mentem, spatium mundi hujus creatum est: id quod etiam vocari potest *Potentia operum ejus, de quo suprà.* &c.

§.26. Nec objicias ore perturbatô: Annon totum spatium externum restituetur? Quare tantum Synagogarum mentio fit? Nimirum halitus precum ex istis prodiens ad infirmandas immunditiei potestates extenditur in sanctitate ad subigendum reliquum terræ illius spatium: Et quoniam ille hujus rei causa est, hinc fit, quod Synagogarum facta est mentio. Multò magis autem id dici poterit de Lege.

Halitus precum Israeliticarum & Legis observatio causa sunt subactionis immunditierum in spatio reliquo.

§.27. Quinimo & Gehenna extinguetur aliquando, & hortus Eden illius locum occupabit, juxta id, quod dicitur: Jes. 30.33. *Disposita est ab heri Tophteh, etiam ipsa Regi parata est:* Fuit enim primitùs Sanctitas Regis & spatium sanctum; atque adeò futuris temporibus ad Sanctitatem iterum revertetur, eritque Sanctitas Regis sicuti quondam, & ab initio. Et hinc intelliges, quid sibi velint verba illa in Tractatu Pesachim capite 4. ubi quæstio movetur de Gehenna his verbis: Ignis Gehennæ autem vespera Sabbathi creatus est. Didicimus autem in Barajetha, septem res creatas esse, antequam conderetur mundus, quæ sunt Lex, Conversio, Hortus Eden, & Gehenna, & thronus Glorię, & domus Sanctuarii, & Nomen Messiæ &c. Et Gehenna quidem, quia scriptum est l. c. *Disposita est ab heri Tophteh.* Mox tamen mutatur ibidem sententia, dicendo: Cavitas, quæ creata fuit, antequam crearetur mundus, cum igne ejus, vespera Sabbathi

Successio horti Eden in locum Gehennæ extinctæ.

Verborum in Tract. Pesachim c. 4. expositio.

bathi creata est. Et docet Barajetha, R. Jose inquit: Ignis, quem creavit Sanctus Ille Benedictus inter duo Sabbatha, non extinguitur in æternum: Dicitur enim *Jes.66,24. Et egredientur & videbunt cadavera virorum prævaricantium in me, quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*&c. Cavitas autem antequam crearetur mundus, & ignis ejus inter duo Sabbatha. Hæc ibi: Ubi considerandum, quare distinguat Doctor de Gehenna loquens inter cavitatem & inter ignem ejus; & quare id non faciat de Horto Eden loquens: Et ex nostra sententia responderi poterit: Quod, antequam conderetur mundus, cavitas inferni fuerit sancta: Et omnis quidem locus, qui mundus dicitur, compositus est ex bono & malo; tùm verò nihil adhuc mali erat in mundo: idcirco rationem adducit ex textu: Jes.30,33. *Disposita est ab heri Tophteh, etiã ipsa Regi præparata est*, sicut diximus. Et propterea dicitur *Psal.* 84,7. *Transeuntes in vallem fletus fontem ponent eam.* Id est; Maligni in lamentatione sua flebili, cùm dicent: Moses est veritas, & Lex ejus est veritas; ibidem quasi fontem facient fluentem. *Ez.* 47,1,2. *sub limine domus* tempore venturo, qui asservabitur ad mundificandum, ut undæ menstruatæ: Sic inundabunt fletu suo locum Gehennæ; hinc etiam additur: *Psal.* 84,7. *Etiam benedictionibus operietur docens.* Et hortus Eden absorbebit locum Gehennæ: atque ibi erit locus choreæ (de hoc inquit R. Eliezer in fine Taanijoth: Futurum est, ut DEUS Sanctus Benedictus paret locum choreæ justis, DEO ipso inter ipsos considente in Paradiso, & unusquisque digito suo monstrabit dicens: *Ecce iste est DEUS noster, in quem speravimus, & servavit nos* &c. Jes. 25,9) justorum, cùm illuc veniet filius David, ut restituat

Distinctio inter cavitatem Gehennæ & inter ignem ejus.

» istam. Et tunc pulvis erunt sub plantis pedum justorum, quoniam infra
» ipsos erunt: Super isto pulvere autem non incedent calceis; quia terra
» sancta erit Domino Exercituum DEO Israël. Et propterea inquit David
» Rex, super quo pax! qui ipse erat anima Adami primi, eamque restituit,
» & reduxit Coronam in pristinum statum: *Ps.* 141,10. *Cadent in retia sua*
» *impii, simul ego donec transeam*, scilicet in Gehennam ad purificandam il-
» lam. Et propterea Poëta ait; Zemach vir, Zemach nomen ejus, Ille est
» David ipse de se ipso vaticinans & dicens &c. Et Jecheskeel quoque ait:
» Ezech. 34,24. *Et David servus meus erit Princeps super eis in æternum.*
» Quòd autem dicit R. Jose, Gehennæ non fore extinctionem לעלמין in
» seculum; non sic intelligendum, quod non sit desitura nec extinguenda:
» sed vox לעלמין denotat omne tempus, quo duraturus est mundus iste,
» tamdiu non est distinguendus infernus: Cùm autem vastaverit Sanctus
» Benedictus ille mundũ hunc, & è medio sustulerit malum, & omnia erunt
» Sabbathum, & quies in vitam perpetuam; tunc quoque destruetur infer-
» nus, & impii non supererunt amplius, nec incalescent fervore transgres-
sionum:

sionum: istæ enim revera sunt aquæ fœmininæ pro incendio ignis ve- »
hementissimi gehennalis. Et tunc locum inveniet textus ille: *Psal.* 104, »
35. *Consumentur peccatores de terra, & impii ultra non erunt, Benedic anima mea Domino, Allelujah.* Atque tunc planè restituetur Nephesch David, quæ est Nephesch Adami primi; unde inquit, *Nephesch mea benedic Domino*: perfecta enim erit restitutio Nephesch ejus.

28. Omnes enim animæ dependebant ab Adamo primo, & postquam ipse eas peccato suo corrupit, ipse quoque easdem restituere tenetur. Et hoc est quod dicût Magistri nostri bonę memorię! in tract. Sanhedrim cap. חלק: Non venit filius David, donec consumentur omnes animæ, quæ in corpore Adami primi fuerunt: Ab ipso n. omnes dependent, ut restituantur. Et hoc est, quod dicitur *Jes.* 59, 20. *Et veniet ad Sion Redemptor & ad redeuntes ab iniquitate in Jacob, dixit Dominus.* In quibus verbis literæ initiales vocum גואל ולשבי פשע constituunt vocabulum גוף, sicut diximus; ipsi enim incumbit restituere eas.

Restitutio animarum dependet ab Adamo primo.

§. 29. Sed hæc sufficiunt ad excitandum corda sapientum Israel super "
spatio hoc, ex quo multæ sectiones & mysteria legis prodeunt. Audiat "
Sapiens & addat doctrinam omnemq; perfectionem circa sensum capitis "
hujus, ut detur intelligentia contemplativa illis, qui non invocant princi- "
pium illud Emanativum omnium; quod circumdat circulum & sphæram "
hanc, cui litera competit nulla, nec ulla similitudo, nec aliquod nomen è "
Nominibus sanctis, ac terribilibus, per quæ manifesta fiunt opera ejus: "
Mundi autem sunt nomina exhibita super charta substantiæ ejus Benedictæ; singuli magis semper magisque remoti ab illo.

Mundorum descriptio.

§. 30. *Mundi autem isti facti sunt è vestigiis relictis, de quibus suprà.* Prin- "
cipium enim emanativum omnium, collegit vestigium in puncta minuta; &
ex 100. punctis facta est litera una, sicut docebimus: in illis enim omnibus "
vita est, consistuntque è Luce substantiæ ejus, qui benedictus sit: *Nam in luce* "
faciei Regis vita est. Prov. 16, 14. "

Mundi è quibus facti sint?

§. 31. Et propterea Elijahu inquit in Tikkunim: Tu unus es, & non in numero, nec signum, vel similitudo ulla tibi. Unde apparet, quod Lux Principii Emanativi omnium signo nulli nullique similitudini subjaceat. Mundi autem qui locati sunt intra circulum, omnes sunt literæ & similitudines, coloris albi & nigri, & rubri, & viridis, quorum ἀκρόςιχον est חדר המלך conclave Regis, id est, חסד דין רחמים benignitas, judicium, misericordia. Et ex mundis nobis innotescit differentia, quæ inter ipsos & inter Principium Emanativum omnium; Et per eos scimus, quod cognoscere non poteramus: Et in hoc consistit perfectio, quod innotescit illud, quod cognosci & intelligi non poterat.

Differentia inter Mundos & inter Principium Emanativum.

Mundorum nota atque signum.

§. 32. Porrò hoc quoque caput commodum præbet intellectum, contra

Invectiva contra Ari-

Aristotelem ejusque sequaces, in puncto de origine Mundi.

tra Aristotelem & Sectatores ejus, qui dicunt in Libris suis, mundum esse entium primum. Et profectò stultus in tenebris ambulat, & d. e. *Diminuitur ab impiis lux eorum.* Lux enim & mysterium Cabbalæ veræ nihil ab ipsis æstimatur, quippe qui ignorant Lucem Substantiæ ejus implevisse locum destinatum pro creatione mundorum in illo ordinanda. Et si non evacuasset locum pro mundis, non potuisset fieri statio, in qua mundi consisterent.

Loci evacuatio fuit creatio prima.

§. 31. Apparet igitur, quod evacuatio loci fuerit creatio prima, sicut expositum est super loco illo: *Ecce locus mecum.* Ipse est locus mundi, non verò mundus est locus ejus.

Alterum argumentum contra Aristotelem.

§. 33. Et quomodo venire potest in mentem homini, mundũ esse ens primum, quoniam non fuit locus vacuus? Et propterea dicitur: *Prov. 9, 4. Prov. 8, 5. Quisquis est simplex, huc declinet, ut detur simplicibus astutia.*

Tertium argumentum.

§. 34. Nihil autem datur, quod non indigitatum sit in Lege nostra sancta. Atque hoc est mysterium illud, quod Sanctus ille Benedictus vocatur מקום locus, & de ipso dicitur: Benedictus sit locus. Intelligens autem intelliget. Deus autem Dominus illuminet oculos nostros in Lege Ejus sancta, & exultabit Jacob & lætabitur Israël. *Psal. 89, 12. Benedictus sit Dominus in æternum, Amen & Amen.*

Cap. II.

Lucis ascensus factus fuit in benignitate & respectu ad justos futuros.

§. 1. Et ascensus iste lucis factus est per Legem benignitatis, (cujus symbolum Aqua) sicut dictum est *Psal. 89, 3. Quoniam dixi; Mundus benignitate ædificabitur.* Nullus enim est ascensus, nisi per mysterium aquarum fœmininarum, seu exuscitationis operum justorum, qui in mundo inferiori. Sic enim hæc effert Sohar Cantici Cant. Sicut opus est excitatione ab imo ad summum, ut excitetur Rex & matrona Ejus ab imo ad summum; sic opus est excitatione Regis & Matronæ, ut excitetur Pater & Mater. Non enim possunt elevari aquæ fœmininæ, nisi mediante bono opere inferiorum, sicut notum est: unde suscitatur influentia quædam bona pro effundenda super nos benedictione è mysterio copulæ excelsæ. Sic enim inquit Schechina: Respice, cum hoc filio ego veni coram te, ita vel ita studuit, talia vel talia sunt opera ejus: hinc æquitas postulat, ut per illum influxus & benedictio detur mundo inferiori. Unde apparet, ascensum hunc factum esse per Legem benignitatis.

§. 2. Ne itaque irritum fiat statutum altissimum, decretumque Regium; non fieri debere ascensum vel creationem novam factam per ascensum vel copulam excelsam nisi per meritum operis justorum, atque excitationem inferiorum; ideoque proponebat sibi in idea sua opera bona justorum, qui creandi erant; hæc sibi pro norma locabat, quam non esset transgressurus.

Con-

Contentus autem erat in idea sua concipere justos, quos creaturus erat, populumque sanctum & opera eorum: Atque sic produxit ideam suam è potentia in actum, & elevabat Lucem hanc ad se, & intra se.

§. 3. Nec hic tantum ascensus factus est per Legem benignitatis; sed & multi ascensus postmodum alii usque ad tempus post creationem Adami primi: sicut dicitur: *Gen. 2, 5. Et homo non erat ad colendam terram*: quæ est Schechinah, quæ pro dispositione sua opus habet elevatione operis inferiorum; sicut dicit Sohar in *Gen. 2, 15. Ad colendum eum*, præceptis affirmativis; *& ad custodiendum eum*, præceptis negativis: Juxta id quod dicitur in præcedentibus; *Gen. 2, 5. Et omne virgultum agri antequam esset in terra, & omnem herbam agri, antequam germinaret.* Quare non germinabat? & quare non erat pluvia? Et respondet textus: *l. c. Et homo non erat ad colendam terram*, idest, ad elevandum aquas fœmininas pro Schechinah, quæ vocatur אדמה cujus numerus est 50. quoniam accipit 50. portas intelligentiæ à Matre excelsa.

Lucis ascensus etiam facti sunt plures

Nomen Schechinę אדמה per Gematr. notans 50. portas 50. Intelligentiæ.

§. 4. Hinc apparet, omnem elevationem, quales sunt elevatio prima, qua evacuatus est locus pro mundis, & sic elevatio secunda, qua elevata est medietas vestimenti inferior, deinde medietas vestimenti superior, & sic omnes elevationes, quas elevavit litera יוד Nominis ס״ג potestatis 63. è lumine substantiæ ejus, quæ erat in medio טהירו seu splendoris, puritatis; & sic elevatio septé luminum internorum in fragmentis vasorum, quæ elevavit אריך Arich cum duplicaretur medietas ejus in se ipso; omnes, inquam, factæ sunt per Legem benignitatis: Satisq; fuit pro iis idea Divina, qua prævidit justos, & quomodo futuri sint ipsi populus sanctus, qui inclaresceret per opera bona præceptorum & studii Legis, quæ omnia condita sunt propter ipsos.

Lucis ascensus seu elevatio multivaria.

Elevationes lucis omnes factæ fuerunt per Legem Benignitatis.

§. 5. Et illicò gavisus est secum, si ita dicere licet, populo illo sancto aliquando exituro. Cumque lætitia hæc esset דין i. e. vehementia quædam, hinc creata exinde est commotio & exhilaratio, quæ sunt collectio punctorum literalium, de quibus dicturi sumus juvante Sancto Benedicto & Schechina ejus. Exultet Jacob & gaudeat Israël.

Nata punctorum literalium collectio ex gaudio Benedicti de futuris Justis.

§. 6. Antequam autem progrediar, ad ulteriorem dilucidationem cogitationis Principii Emanativi omnium atque hujus elevationis, præmittam textum aliquem ex Tract. Rosch haschanah cap. 4. cujus verba hæc sunt: Ecce decem regna; Quorum respectu? &c. R. Jochanan inquit; respectu decem orationum, per quas creatus est mundus. Quænam sunt illæ? Dicendumne, hic intelligi illud, *Et dixit* in textu de creatione? Sanè illud novies saltem occurrit: Annumeres igitur vocem בראשית *in principio*, quæ ipsa quoque oratio est, juxta id, quod dicitur *Psal. 33, 6. Sermone Domini cæli facti sunt.* Quæstio tamen est, quomodo vox, *in principio*, oratio sit & sermo? Nisi fortè hoc ita dicatur ad complendum numerum

Textus allegatus ex tract. Rosch haschanah c. 4. illustrans creationem factam fuisse absque socio.

ſermonum denarium, quamvis revera formam orationis non habeat. Ulterius tamen quæritur, quamobrem oratio hæc phraſi tam occultè deſcripta ſit, ut character dicendi ibi non inveniatur, ſed nudè dicatur, *in principio:* unde colligendum, nō potuiſſe hîc ſubintelligi cōnotationem dicendi ex certa quadam cauſa. Ad quæ reſponderi poterit ex Midraſch Bereſchith rabba fol. 1. cujus verba: R. Jochanan inquit: Die ſecunda creati ſunt Angeli, ſicut ſcribitur *Pſal.* 104,3. *Contignans aquis cœnacula ſua*, &c. Et ſcriptum eſt ibid. *verſ.* 4. *Faciens Angelos ſuos ſpiritus.* R. Chanina inquit: Die quinta creati ſunt Angeli, quod ſcriptum eſt *Gen.* 1,20. *Et volatile volet ſuper terram* &c. Et ſcriptum eſt *Jeſ.* 6,2. *Duabus volabant.* R. Luliani filius Tabrin inquit, nomine R. Chizchak: tam juxta mentem R. Chanina quàm R. Jochanan: omnes fatentur, die prima non eſſe conditum quicquam, ne dici poſſit, Michaëlem extenſionem feciſſe cardinis meridionalis in cœlo, & Gabriëlem ſeptentrionalis, DEUM autem dimenſionem inſtituiſſe in medio; ſed locum habeat illud: *Jeſ.* 44,24. *Ego Dominus, faciens omnia, extendens cœlos ſolus Ego, expandens terram* מאתי *à mecum.* מי אתי Mi ithi ſcriptum eſt, i. e. Quis aderat mihi ſocius, cùm conderem mundum. Hæc ibi. Porrò invenimus in verbis Magiſtrorum noſtrorum bonæ memoriæ, & R. Iiſmaël, Sacerdotis magni; ex quolibet ſermone DEI Benedicti factum eſſe Angelum quendam: Si itaque diei primæ adſcripta eſſet vox dicendi & orationis, ſtatim creatus eſſet Angelus aliquis; & mox dixiſſent, eundem ſocium fuiſſe Sancto illi Benedicto in opere creationis. Unde Scriptura ait *Pſal.* 33,6. *Verbo Domini cœli facti ſunt, & Spiritu oris Ejus omnis exercitus eorum.* Id eſt: Propterea vox בראשית etiam dicitur oratio, quia ſcriptum invenimus: *Verbo Domini cœli facti ſunt.* Quare autem ſermonem ſic contorſit textus, ut verbum dicendi non adhibuerit? Ratio eſt, quia *Spiritu oris Ejus omnis exercitus eorum factus eſt.* Si enim Sanctus ille Benedictus verbum produxiſſet, per Spiritum oris ſui, mox creati eſſent omnes exercitus Angelorum, atque tum dici potuiſſet: Angelus iſte extendit auſtralia cœli, & ille ſeptentrionalia. Et hæc concordant cum ſuprà dictis ex Midraſch, ubi dicitur, omnes fateri, illos non creatos die prima, ne dici poſſit &c. Vel etiā exponi poterit vox *Breſchith* inter ſermones numeratâ ad mentem commentationis Sohar novi Sect. Breſchith *fol.* 30. *a.* ad textum: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram* &c. ubi rationem dat, qua reſponderi queat Epicuræis objicientibus, vocem, *Faciamus*, eſſe pluralis numeri; & reſpondet R. Buta per ſimile à Rege deſumtum, qui omnia verba ſua plurali numero profert, ut oſtendat regimen à ſe dependere ſuæq; manui multos ſubjici. Hoc reſponſum autem non receperunt diſcipuli dicentes, rem ita non eſſe, & hæreticos reſpondere incongruè hæc

Hunc textum ulterius explanat Autor.

Reſponſio ad objectionem ex verbis: *faciamus hominem.*

hæc dici, donec res deveniret ad R. Schimeonem Jochaidem, ſuper quo pax, qui interrogatus reſpondit ipſis his verbis *l. c.* Dixit R. Schimeon: *O ſurdi audite, & cœci reſpicite ad videndum.* An igitur cœcos ac ſurdos alloquitur Lex iſta? Minimè; ſed tales cœcos, qui cœci & ſurdi ſunt ratione Legis, cumque via recta coram ipſis ſit, ſemita tamen tortuoſa ambulant, ſicut cœci & ſurdi, ignorantes quodnam rei fundamentum. Iſte enim textus noſtra doctrina expoſitus eſt, & ſic decidimus. Cùm Sanctus ille Benedictus crearet mundum, fundamentum omnium erat aqua, & ex aqua omnino fundatus eſt mundus: fecitque DEUS tres opiſices, qui hîc conficerent opus ſuum: Suntque hi; Cœlum, & Terra, & Aquæ; & illorum beneficio creatum eſt quicquid in mundo hoc. Evocansque tres illos *cuilibet* mandabat, ut produceret creaturam aliquam, qua opus *ſit mundo.* Evocataque aqua dixit ipſi: Tu produc terram, quæ ſub *te eſt*, & abiens collige te in locum unum; & aquæ fecerunt ſic. Sicut ſcriptum eſt *Gen.* 1, 9. *Congregentur aquæ* &c. Mox terram evocavit, dicens: Tu creaturas ex te producito, beſtias & animalia, & ſimilia illis: & illicò factum eſt ita, ſicut ſcriptum eſt: Et dixit DEUS *v.* 23. *Producat terra animam viventem ſecundum ſpeciem ſuam.* Appellavit & cœlos dixitque: Vos diviſionem inſtituite inter aquas & aquas; factumque eſt ita, ſicut ſcriptum eſt *verſ.* 7. *Et fecit Deus firmamentum.* Mox terram inclamans dixit ipſi: Produc gramen & herbas & fruges & arbores agri: & factum ſtatim, ſicut ſcriptum eſt *verſ.* 12. *Et protulit terra germen, herbam ſeminificantem in ſpecie ſua.* Mox cœlos inclamavit dicens: Exiſtant in vobis luminaria, & lumina quæ luceant ſuper terram, ſicut ſcriptum eſt *verſ.* 14. *Fiant luminaria in firmamento cœlorum.* Similiter & aquis dixit: Vos producite reptile, & reptificationes piſcium & avium, & ſimilia, ſicut ſcriptum eſt *verſ.* 19. *Reptificent aquæ reptile anima viventis.* Adeoque beneficio horum trium factum eſt omne opus creationis quodcunque ſecundùm ſpeciem ſuam. Cùm veniret dies ſextus, omnia parata erant ad creandum, ſicut diebus cæteris: Sed dixit ipſis Sanctus ille Benedictus; Nemo ex vobis facere poteſt creaturam iſtam ex ſe ipſo, ſicut factæ ſunt hactenus creaturæ: Omnes autem vos ſociemini & ego vobiſcum, & faciamus hominem: Vos enim non poteritis conficere eum ex vobis ipſis; ſed corpus hoc ſit ex vobis tribus; anima autem à me: Quare inclamavit eos & dixit ipſis *v.* 26. *Faciamus hominem*, ego & vos, ego animam & vos corpus; & factum eſt ita. Corpus enim factum eſt ex tribus illis, qui erant opifices creationis, & animam dedit Sanctus ille Benedictus ſociatus cum illis in hoc. *ibid. In*

imagine nostra secundùm similitudinem nostram, id est, ut appareat coram nobis in illo corpore, quod desumtum est à vobis, ut cognoscat & perpendat vos, sicut illud, quod desumtum est à me, anima scilicet separata erit ab operibus mundi, & desiderium atque voluntas ejus erit ad superna sancta. Vel aliter: *l. c. In imagine nostra secundùm similitudinem nostram.* Quoniam corpus, quod desumtum est à vobis, non poterit persistere propter vos, sicut illæ creaturæ, quas vos produxistis, quoniam pulvis est, sicut omnes creaturæ reliquæ: Ista autem anima sancta, quam ego ipsi trado, permanens erit in æternum: Non enim est corpus, & duratione similis est mihi, &c. Hucusque aliquanto prolixius pro commodiore responsione hæreticis danda: Quanquam hinc quoque dilucidetur, quod dixerunt Rabbini nostri bonæ memoriæ de voce בראשית inter orationes computanda. Notum est enim primitus Sanctum illum Benedictum creasse tres istos opifices die prima, qui sunt Cœlum, Terra, & Aqua, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Decem creata sunt die prima, inter quæ tres opifices isti, qui sunt ministri inservientes Domino, id est, Sancto illi Benedicto per totum septiduum creationis. Creatio autem ministrorum ipsorum die prima ad opus futurum facta est, tum verò ipsi nondum erant ministri ad creandum ipsos ministros; quem enim debuisset compellare ad creandum eos? Ideo dicitur vocem *Breschith* etiam esse orationem; non autem tum dicitur: *Et dixit*: quoniam tum nondum habebat ministros; omnia enim erant in principio seu circa initium, cùm nulli adhuc ipsi existerent servi. Unde patet, necessariò ipsum loqui ad se ipsum, cùm servos hos faceret. Hæc autem non est via terræ, nec consuetudo mundi: ipse verò contentus fuit cogitatione, utque creaturam in idea sibi proponeret; & tunc creavit ista. Mundi autem hæc est natura, quòd homo (sculpturus imaginem) lignum cedrinum ad manus sumat; si autem tantum cogitatione sua volvit figuram istius rei, in infinitum sculpet, & res illa nunquam fiet. Et huc pertinet textus: *Exod.* 31, 4. *Ad cogitandum cogitationes in fabrefactione lapidis, ligni*, &c. Sensus autem Scripturæ literalis non eò tendit, ut docearis Legem modo populari, & pro consuetudine humana, sed vox *Breschith* etiam est oratio, ut sapienter intelligas, orationem ibi tectè & occultè intelligi. Unde paraphrasis Hierosolymitana vocem *Breschith*, *in Sapientia*, traduxit. Sed de his satis.

Principii Emanativi cogitatio idealis fuit creativa.

Thora accuratè atque profundè scrutanda. Mundi in Sapientia creati.

§. 7. At-

§. 7. Atque sic hîc quoque nondum erant justi in mundo, nec poterat compellare eos oratione præcipiente, ut nimirum facerent præcepta Ejus, & elevarent aquas fœmininas, quippe quæ nondum existerent in mundo. Contentus ergo erat cogitatione sua circa ideam hanc, ita ut sursum coram se sisteret opera justorum, ex quibus postmodum prodirent mundi, & quorum beneficio crearentur. Propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Cum quo consultavit? Cum animabus justorum, &c. Iidem quoque dixerunt: Quicunque præmittit sapientiam operibus suis, illius sapientia subsistit.

§. 8. Hoc ergo sermone revera creavit locum istum vacuum, intra quem locanda erant Cœlum & Terra, spiritualia & corporalia: & hic est sensus verborum: *In principio creavit Deus cœlum & terram:* in quæ sic commentatus est R. Schimeon Jochaides, super quo pax! Sub initium activitatis Regis, sculpsit sculpturas in puritate excelsa; quæ suo loco exponemus.

§. 9. Summa eorum quæ diximus, hæc est; non posse elevari aquas fœmininas, nisi beneficio operis boni justorum; cumque ipsi nondum essent servi i.e. justi, elevantes aquas fœmininas, contentus erat cogitatione suâ, qua sibi in idea proponebat justos & opera eorum bona aliquando creanda. Finis ergo operis est initium cogitationis; qui nempe sunt illi propter quos creabatur mundus, qui totus spiritualis est animæ, necnon Lex & opera præceptorum quæ illi facturi erant; sicut dictum est: Jerem. 33, 25. *Si non foret pactum meum cum die & nocte, statuta cœlorum & terræ non posui.* Vox autem *statuti* habet significationem termini, sicut dicitur Jer. 5, 22. *Posui arenam terminum mari statutum sempiternum, & non prateribit illud.* Et sensus est, statutum & terminum, quem posui mundo, qui comprehendit cœlum & terram, i. e. loco huic vacuo, qui est initium cogitationis meæ, (evacuandi scil. locum pro mundis) non posui nec creavi, nisi propter legem & opera præceptorum, ut eleventur aquæ fœmininæ.

Justi in idea concepti concitarunt Benedictum statim ad creationem mundorum.

§. 10. Et præ magnitudine gaudii, quo ferebatur in justos, exhilarabatur & in delitias effluebat, quòd habiturus sit populum sanctum.

Idea illa cum summo gaudio conjuncta.

§. 11. Et ex ista commotione generabatur potentia judicii remota, quæ est collectio literarum generatarum ex punctis vestigiorum intra circulum reductorum: Singulis enim literis sui sunt termini super charta.

Potentia judicii remota consistit in collectione literarum.

§. 12. Quod ut clariùs intelligas, simile tibi apponam ad multas distinctiones profuturum. Homo corporeus, si aliquo movetur gaudio aut animo vol-

Oriturque ea

potentia ex gaudio & insigni commotione Benedicti.

volvit insignem aliquam lucri spem, exhilaratur intra se ipsum & ridet secum, & præ magnitudine gaudii insigniter commovetur: Notum vero est, risum in homine corporeo provenire à liene, qui nihil est aliud quàm superabundantia sanguinis; Risus ergo in homine provenit ex superabundantia sanguinis, quæ est nota judicii sive vehementiæ. Sic, si ita dicere licet, Agens illud liberrimum, cujus Nomen benedictum sit in æternum, contemplatus est atq; vidit illis mundis, quos emanatione producturus erat, opus fore judicio, ut nimirum distribui posset præmium atque pœna. Et nisi ita exhilaratus fuisset, locus non esset judicio.

Ratio redditur, cur Benedictus intra suam substantiam non sculpserit.

§. 13. Imò etiam sculpturæ illi, quam sculpturus erat in substantia sua, non erat locus; nam sphæra illa locandis mundis destinata respectu Infiniti judicium est: Et propterea exhilarabatur. Non aliter ac aqua vel ignis cùm vento exufflantur, insigniter moveri solent, flammisque fulguris instar oculos feriunt splendentque & coruscant huc & illuc. Sic Infinitum, cujus Nomen sit Benedictum, commovebatur in se ipso, splendebatque & coruscabat in circulo illo à medio ejus & iterum usque ad medium: & ista commotio vocatur exhilaratio. Et ex illa exhilaratione intra se ipsam variè divisa, generabatur potestas determinandi sculpturas literarum.

Exhilarationis effectus literarum sculptio.

§. 14. Et hæc est lex in potentia remota in Alphabetis, quæ postmodum exponam.

Cogitatio Benedicti de justis causa fuit omnium.

§. 15. Et summa rei hæc est, quòd omnia facta sint ex cogitatione, qua ferebatur in justos: id quod sufficiebat pro elevando lumine substantiæ Ejus Benedictæ, ut fieret locus vacuus creandis mundis; utque commoveretur & ipso actu exhilararetur intra se ad colligendum particulas scintillarum de vestigiis, ex quib. fierent literæ. Omnia autem fiebant tempore uno; & quoniam Infinitum, cujus Nomen benedictum sit, simplicissimum est, ideò ex omni parte motus generabatur calor, ita ut exhilaratio hæc fieret determinatio potentiæ remotæ judicii.

Potentia judicii remota exserebat sese uno tempore.

Exhilaratio Benedicti determinatrix fuit sculpturæ, adeoque etiam judicii.

§. 16. Et ab exhilaratione illa generabatur determinatio sculpturæ: Hæc autem sculptura notatur in Sohar. Sect. Breschith his verbis: Sub initium regiminis Regis sculpebat sculpturas suas in splendore superno. Sensus hic est: Sub initium, cùm in mentem ipsi veniret emittere exhilarationem, de qua diximus: Quod fuit initium determinationis illius, qua determinabat intra se, quod futurum sibi esset regimen. Omne autem regimen est ex parte judicii, eò quòd ipse quasi præceptum sit iis quæ subsunt, ita ut facientibus, quod præceptum est, distribuat mercedem, & facientes contrarium plectat. Unde apparet, regimen esse radicem mercedis & pœnæ. Atque sic etiam in dicta hac exhilaratione radix latet fundamentalis judicii: quæ sunt רל״א אחוריים 231. Alphabetha retrorsum scripta; Cum hoc combinavit miserationes, earumque radicem fundamentalem, quæ est Neschamah Infiniti,

Radix fundamentalis 231. Alphabetorū retrorsum scriptorum.

cujus

cujus Nomen benedictum sit in æternum, Amen. Nimirum Neschamah Alphabethi אלבם Albam quæ in eo. Et benignitatem benignitatum quæ est combinatio 231. portarum Alphabethicarum antrorsum scriptarum, cum Neschama אלבם Albam in ipso recondita. Et judicium hoc fuit radix initii הורמנות, quod est imperium sive regimen; unde R. Schimeon ben Jochai illud vocat הורמנותא דמלכא regimen regis; & ipsum vocat Regem & Imperatorem, ut ostendat quod diximus.

Radix fundamentalis 231. Alphabetorum antrorsum scriptorum.

§. 17. Sculptura autem illa ab exhilaratione hac enata erat determinatio illa, qua Infinitum intra se determinabat ista, quasi dicendo: Sphæra hæc sit locus debitus, in quo creentur omnes mundi. Unde patet, partem illam Infiniti, quæ intra dictam hanc determinationem erat, fuisse circumdatam; illud autem Infinitum, quod circa illam sculpturam erat, fuisse circumdans: Unde clarum est quod diximus, Infinitum esse circumdans & circumdatum. Et portio Infiniti, quæ veluti charta circumdata est, est radix massæ omnium mundorum, & Lux paulatim detegebatur, donec ex illo fieret vestimentum.

Infinitum ad sculpturam sese determinavit. Infinitum quo sensu dicatur circumdatum & quo circumdans.

Cap. III.

§. 1. Prævidebat autem liberrimum illud Agens, cujus Nomen benedictum sit, mundos illos, quos emanatione producere constituerat, opus habere judicio, ut præmium atque pœna distribui posset in mundo: At vero si exhilaratus non fuisset, locus non foret judicio. Hinc judicium hoc deinceps eò usq; deorsum tendebat, donec ex ipso fierent fragmenta vasorum, ex quib. facta sunt judicia; & ex illis provenerunt cortices, qui vocantur Dii alieni assuguntque aliquid à Deo sancto, sicut dicitur *Psal.* 79, 1. *Psal.* 21, 10. *Elohim, Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam &c.* Ex igne enim valido prodierunt, & ignis perdet eos.

Judicium à Liberrimo Agente prævisum. Cortices orti ex fragmentis vasorum Dii sunt alieni.

§. 2. Quare omnis cupido & omne desiderium eorum ad nocendum tendit, non vero ad benefaciendum; sicut natura canis est mordere homines, & natura ejus maligna tantùm est quotidie.

Corticum desiderium non nisi nocivum.

§. 3. Imò etiam de Angelis illis, qui influxum sortiti sunt de Sephirah Hod, s. Gloriæ, dicitur: Gen. 6, 5. Gen. 10. 8. *Et gloria mea versa est in me in corruptionem.* Vocanturque בני אלהים filii Deorum; quorum aliqui rectè dirigunt viam suam, aliis eandem corrumpentibus, ita ut fiant accusatores, cùm inferiores fructum ad se trahunt amarum. Et huc pertinet quod dicitur: Job. 1, 6. *Et fuit dies, & venerunt filii Deorum, ut starent coram Domino, & advenit etiam Satan in medium eorum &c.*

Angeli בני אלהים vocantur & hi duplices generis.

§. 4. Judicium autem primum provenit è potentia determinationis literarum è vestigio factarum, quod colligebat Infinitus ille, cujus Nomen benedictum sit in puncta illud contrahens, ex quibus punctis fiebant literæ.

Judicium primum unde?

Quò

Punctorum & literarum origo.

Quò pertinet mysterium illius textus: *Prov.* 13,9. *Lux justorum lætificat*. scriptum est alibi: *Psal.* 104,31. *Erit gloria Domini in seculum, ut agnosc magnitudinem & gloriam Ejus, lætabitur Dominus in operibus suis.*

§.5. Et quanquam diximus, terminum & limitem literarum esse radic judicii, id tamen saltem intelligendum est, si respiciantur quatenus hic in sunt. Hoc vero in loco in mundo vestimenti idem est radix omnium n serationum, respectu illorum quæ infra ipsum: Respectu Infiniti autem j dicium vocatur.

Terminus literarum est radix judicii & miserationum, diverso respectu. Differentia primæ compressionis & secundæ. Ratio destinatæ hujus literarum figuræ hoc in mundo manet ignota. Quis eam rationem sit patefacturus? Ortum literarum ex punctis quis revelaverit?

§. 6. Apparet ergo compressionem primam eò factam, ut ascender Lux prima fieretque locus vacuus. Secunda vero compressio fuit, cum reli queretur vestigium lucis sublatæ, quod vestigium compressum fuit in pu cta: & ista compressio facta est beneficio motus lætitiæ; sicut homo ride præ magnitudine gaudii commovetur. Id volo: ipsum radiando & co scando effecisse puncta; ut scintillæ eorum fulguris instar ferirent ocul Puncta vero singula combinavit invicem, donec inde fierent literæ ad sim tudinem imaginemque illarum, quibus decreta Sapientiæ suæ proposuit B nedictus. De quarum figuris disquirere non licet, quare scil. Infinitus c hoc modo creaverit, & non sub forma alia; quoniam mundus primus occ tus est valde, nec manifestabitur ratio, nisi tempore futuro per R. Akiba lium Joseph super quo pax! qui manifestabit id ex ratione coronarum liter lium, quæ sunt mysterium lucis vestitus Infiniti; vocanturque coronæ rati ne literarum, quæ sub eis.

§. 7. De luce autem punctorum istorum, quomodo ceciderint i rintque, ut ex illis fieret figura literarum, revelationem fecit Elias bonæ m moriæ Doctori & Præceptori nostro R. Isaaco Germano bonæ memor cujus verbis nihil addendum, nec detrahendum.

CAP. IV.

Ortus iste hic & in sequentibus prolixè edocetur.

§. 1. Ecce è 100. punctis creata est litera una. Et initio quidem creal Alphabetum secundùm ordinem suum.

§. 2. Postmodum vero combinabat singulas Alphabeti literas cum teris omnibus, ita ut infra singula membra debitè concinnarentur, nasus ne pe cum oculo, oculus cum aure, manus cum pede, & sic præterea. Unde in l bro Jezirah dicitur: Libravit eas, combinavit eas, mutavit eas; Aleph c omnibus & omnes cum Aleph: & Beth cum omnibus & omnes cum Beth sicut dilucidabimus hoc ista Sectione auxiliante DEO benedicto & Schec nâ Ejus.

§. 3. Atque sic combinatis literis omnibus usque ad Tau apparet, ci bet literæ viginti esse Alphabeta præter אל בם quod est centrum & vita

j

juslibet Personæ in qualibet litera: Estque lux ejus interna. Et de his dicitur: Literæ formatæ sunt: Item dicitur; Locatæ sunt sicut vestimentum. Et hæc est Lux vestis Sancti illius Benedicti, sicut dicitur *Psal.* 104, 2. *Amictus lumine sicut vestimento.*

§ 4. Et in hoc conveniunt, quod 10. Alphabeta semper locentur supra centrum, & decem infra illud: Estq; Spiritus vitalis in eis, quod est centrum, unde vita toti Personæ ejus, & facultas lineationis toti Alphabeto ejus.

§. 5. Unde apparet, quamlibet personam literarum tantùm continere bis 231. literas, quæ sunt uno numero 462. juxta vocabulum נְתִיב semita.

§. 6. Porrò usque ad Lamed provenit numerus 231. Alphabetorum antrorsum scriptorum; Alphabetum enim אַל בַּם eò usque directò procedit tanquam Neschamah vestimenti.

§. 7. *Dantur tamen etiam* 231. Alphabeta retrorsum scripta à litera Lamed usque ad Tav: ubi אַל בַּם Albam cum 11. turmis suis retrorsum procedit hoc modo &c. לֵא מֵב נֵג סֵך.

§. 8. Notum autem quòd, quæ antrorsum, designent benignitatem sub nomine Masculi, quæ vero retrorsum, designent judicium sub nomine fœminæ. Quanquam ibi judicium reale non inveniatur, nisi saltem in potentia remota, idque tantum respectu Ipsius, qui superior est, non vero respectu mundorum infra ipsum consideratorum, quo respectu verè est potentia miserationum.

§. 9. Et nisi in mundo primo aliquid fuisset judicii, literæ non apparuissent; quoniam ipsis non fuisset determinatio, in qua consisterent, & omnia rediissent in unum simplicissimi: nec ulla creatura fuisset in mundo pro arbore vitæ, quod est mysterium Nominis יְהֹוָה, nec pro arbore scientiæ boni & mali, quod est mysterium Nominis אֱלֹהִים divisum in mysterium de Diis sanctis & de Diis alienis: Nec fuisset bonum & malum, nec præmium & pœna in mundo, nec boni malique usus ad perficiendum operationes agentium.

§. 10. Si autem dices: Quare necessum habuit liberrimum Agens sic agere? R. quod suprà jam dictum, hanc esse notam Boni, ut benefaciat extra semet ipsum. Id quod testantur verba illa: *Ps.* 31, 20. *Quàm multum bonum tuum, quod abscondidisti timentibus te.* Ubi notetur vocabulum צפנת *abscondisti* quod habet connotationem vocis צפון Septentrionis, quo notatur judicium, sicut dicitur: Jer. 1, 14. *Ab Aquilone pandetur malum.* Et hoc ipsum est quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Quàm magni sunt justi, quoniam invertunt attributum judicii in attributum miserationum! Ecce merces eorum in horto Eden. Nam ex parte Septentrionis, quod est attributum rigoris & justitiæ, Benignitas est, sed admodùm tenuis, ita ut secundum naturam ejus nemo mercatur illa uti posse; itur

Nomen Masculi & Fœminæ quid notent.

Potentia judicii & miserationum una est atque eadem, diverso tamen respectu.

Judicium, origo literarum & creaturarum, boni quoque & mali adeoque præmii & pœnæ atque etiam providentiæ circa malum.

Nominis יְהֹוָה & אֱלֹהִים mysterium.

Judicium omne vergit in bonum.

Judicium omne naturam habet Boni.

 ergo Septentrio

nota judicii, ut & vespera, sed iste dignioris est gradûs.

ergo ad vesperam, ubi quoque attributum justitiæ, sed mitigatæ per Benignitatem, ut possit accipi. Gradûs enim superioris est aurum quàm argentum, si usum ejus spectes: Dicitur autem Job. 36, 22. *A Septentrione aurum provenit:* Estque res animæ valde similis argentoque crassior.

Porta Binæ quinquagesima impervia.
Mundus vestimenti Lex mundo prior mille annis.

§. 11. Sed redeamus ad propositum. Ecce bis 231. efficiunt numerum vocis נָתִיב & hæc est porta quinquagesima Binæ seu Intelligentiæ, ad quam non pertigit Moses Magister noster bonæ memoriæ, sicut dicitur Job. 28, 7. נָתִיב *semita quam non cognovit avis.* Et Sapientes nostri vocarunt mundum vestimenti hujus, Legem mundo priorem mille annis ex phrasi Job. 33, 33. ואאלפך *Et docebo te Sapientiam,* i. e. doctrinam duplicem, quæ sunt duo illa 231. suprà dicta. Et de istis sibi invicem oppositis etiam intelligendum, quod habetur in Sohar Sect. Breschith: Dixit Raf Hammenuna Senex, super quo pax. Duo millia annorum indigitantur in his verbis: בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת quæ sunt duo Beth & duo Aleph connotantia duo hæc 231. suprà dicta.

בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת connotat duo dicta Alphabeta.
Cur Lex dicatur prior.

§. 12. Lex autem dicitur prior, quoniam Lex extenditur deorsum in omnes mundos per mysterium Linguæ Sanctæ: Et in contextu suo, qui est extra ordinem Alphabeticum, non potuisset creari, nisi accessisset beneficium combinationis literarum in Alphabetis mundi vestimenti. Exhinc enim provenit convenientia & compositio literæ Aleph in vocabulo אֵת in Lingua Sancta cum litera Tav, & similia, quod pariter est citra ordinem Alphabeticum: & sic omnia nomina & voces citra ordinem Alphabeticum sunt; unde Lex vocatur prior.

Potentia exercitus immundi causa est dispersionis literarum.
Literarum inordinatio à fragmentis vasorum inducta causa est omnium inimicitiarum adversus populum sanctum.

§. 13. Scito autem, quod omnis additio, & separatio, & auctio, & defectus alicujus literæ vel vocis, sit potestas partis adversæ, quæ creata est per separationem literarum earumque dispersionem factam à fragmentis vasorum iisq; literis quæ delapsæ sunt deorsum, cùm crearet mundos, eosq; destrueret. Et exhinc generata sunt inimicitia, odium & rixæ in mundo & bella populorum ex illis creata sunt, omneque desiderium & intentio nocendi populo sancto, truncandique arborem sanctam cum omnibus surculis ejus, quod Deus avertat! Sicut dicitur *Gen. 3, 15. Et inimicitiam ponam inter te & mulierem,* quæ est Schechina: *Et inter semen ejus,* quod est semen populi sancti, cujus animæ prodierunt ex illa, ut notum est.

Bellum inter Principes perditionis cum Angelis Schechinæ.

§. 14. Unde colligimus, omnem defectum vel superfluitatem omnino viam esse & potentiam partis adversæ: & hæ revera sunt literæ hominis Belial, cujus natura est profundere sanguinem in bello vehementi, quod geritur inter principes perditionis & Angelos Schechinæ.

Potentia partis adversæ quo tempore

§. 15. Corroboratur autem deficiente Luna & debilitatur plenilunii tempore potentia exercitus immunditiei.

§. 16. Longè autem aliter se habet sanctitas, cujus via ac semita omnis pax est; istiusque literæ nec defectum, nec argumentum, nec separationem

non habent ullam: Et ideò quælibet litera Alphabetica secum combinat omnes reliquas Alphabeti literas, sicut ait Liber Jezirah: Aleph cum omnibus & omnes cum Aleph, & sic in reliquis. Et in combinatione est convenientia cum omnibus literis reliquis & adhæsio; unde inferiùs quoque Lex cum literis suis extra Alphabeti ordinem concatenata est.

roboretur, & quo debilitetur.

Sanctitas non fertur nisi in ordinem Alphabeticum.

§. 17. Qui prudens autem est, intelligit, Legem istam priorem esse radicem; massam & fundamentum omnium mundorum sub illa contentorum; omnes enim concatenati sunt è combinationibus ejus ejusque literis: Superius enim nihil aliud est nisi quod literæ lucis collocantur juxta mysterium figuræ humanæ, masculi & fœminæ, secundum id quod dicitur *Gen.* 5, 2. *Masculum & fœminam creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam.*

Lex collocationis literarum radix est ac fundamentum mundorum omniũ.

§. 18. Revera autem stant in forma maris & fœminæ, & hæc similitudo atque imago descendit in omnes mundos, etiam in mundum Angelorum.

In collocatione literarum delitescit mysterium Masculi & Fœminæ.

§. 19. Scribit enim R. Jismaël Sacerdos magnus in Capitulis de Palatiis: Inter Angelos quidam sunt forma masculorum, quidam forma mulierum.

Masculus & Fœmina pertingit omnes Mundos.

§. 20. Omnia tamen hæc, literæ sunt quæ aluntur & fruuntur lumine „ claræ hujus, quæ est lux ipseitatis, si ita dicere licet, post multa tabulata & „ parietes iis accedens, sicut dicitur *Cant.* 2, 9. *Ecce iste stat post parietem nostrũ* „ *prospiciens è fenestris, prodens se è cancellis. Prospiciens* מן החלונות, quasi è „ quinq; *fenestris* sunt 5. benignitates, *prodens se* מן ה׳ חרכים quasi è quin- „ que *cancellis* sunt 5. rigores. Fenestræ autem semper apertæ sunt ad largien- „ dam influentiam, nullo judicio prohibente: Cancelli autem non sunt a- „ perti nisi sub mysterio foraminis parvi: quò pertinet allusio vocis נקֵבָה: „ innuo autem fœminam, quæ est mysterium judicii, quod prohibet illumi- „ nationem deorsum ipso influente. „

Omnes Mundi opus habent luce Ipseitatis, atque ejus Influentia.

§. 21. Id omne autem pro commodo mundi sæpe est, ut scil. homines Angelique possint suscipere quæ affluunt: Imò ne mundus more solito cesset habere præmium & pœnam, nec benignitas omne judicium destruat, unde nulla in mundo foret pœna: Omnes enim ignes extinguerentur cum gehenna, quod non fiet nisi temporibus futuris. Et hæc sufficiant.

Influentia omnis bona est.

§. 22. Literæ autem Sephiræ Kether quæ in hoc mundo, magis sunt occultæ quam ulla Influentia cæterarum Sephirarum; & ab iis participant Chaschmalim, qui ipsi quoque occulti sunt: nec prodeunt, nisi exurgat *justus quidam* Mosi similis, Magistro nostro super quo pax, vel Magistro nostro R. Jizchak Germano bonæ memoriæ in quorum manibus clavis est resuscitandi mortuos. Hi aliquantulum habent è vestigiis deciduis Kether in mundo venturo, nec ultra: Quin etiam ad avertendum decreta maligna. Literæ enim & fragmenta dilapsa de Kether sunt aquæ fœmininæ pro resuscitatione mortuorum, sicut exposui Cap. ultimo Sectionis Mundi vacui.

Literæ Sephiræ Kether ut & Chaschmalim in hoc mundo manent ignoti. Mosis & Rabbi Jizchak præcellentia.

Mysterium Jechidæ post mortem Israelitarum revelandum.

§. 23. Et exhinc provenit mysterium Jechidæ seu Animæ singularis super omnem justum post mortem ejus in horto Eden: Hic enim mundus non potest sufferre eam præ nimia ejus sanctitate, quod omne effecit peccatum Adami primi.

Principum Legis dignitas atque officium.

§. 24. Sed literas Sephiræ Chochmah participant principes legis, qui operantur, ut Sapientes reddant & informent multos: & isti accersere possunt Eliam Prophetam felicis memoriæ, ut revelationes faciat sic operanti, postquam sanctificaverit se 7. annis jejunio & mersione, ut notum est nobis.

Quæ speranda à literis Chochmah.

Quæ à Tiphereth & Malchuth.

Mysterium 7. vocum Psal. 29, 1.

§. 25. Omnia autem fiunt per Sephiram Malchuth, quæ ipsa est mysterium sermonis vel verbi, & Seir Anpin, seu Microprosopi, qui est Sephirah Tiphereth, seu gradus pulcher, qui repræsentat personam per se: id quod est mysterium de 7. vocibus, quæ sunt 7. Sephiroth in ipso locatæ semper; quarum mentio fit Ps. 29, 1. *Date Domino &c.*

Pater & Mater sunt occulti, & qua ratione manifestentur.

§. 26. Pater autem & Mater super ipsos sunt, & ex his illi prodeunt: hi autem in locis suis occulti sunt, at infrà manifestantur per Chochmah & Thebunah & Daath. Et hæc sufficiant.

Literarum Chochmæ operatio & quomodo sit limitata.

§. 27. Porro quoque literæ Sephiræ Chochmah operantur in cogitatione per 32. judicia sua, quæ sunt 32. Elohim operis Creationis: Ad largiendam influentiam omnibus Sephiroth, prout visum fuerit Chochmæ, singulis nimirum portionem suam debitam & non nimus, ne annihiletur statutum & providentia pro influentia reliquorum inferiorum. Et ipsa distribuit alimenta toti exercitui in altis & sphæris & stellis earum & 12. signis: Et ipsa dat influentiam Angelis seorsim & hominibus seorsim. Et si plus daret, quàm determinatam portionem, species ista annihilaretur penitus, Imò & statutum mundi annihilaretur. Ipsa autem dat omnia per Schechinam, sicut dicitur *Prov. 31, 15. Et dedit predã domui suæ, statutumq; puellis suis*; quæ sunt 7. palatia in Briah, & domus sunt habitacula in Jezirah & Asiah. Omnia tamen fiunt per Kether, cujus influentia determinationem non habet: Quapropter 32. illa judicia membranæ sunt separatoriæ, ne plus foràs prodeat influentiæ.

Kether Influentia haud est limitata per se.

Non ipsa Chochmah, sed literæ ejus operantur deorsum.

§. 28. Unde patet, quod Sephirah Chochmah & operationes literarum ejus omnes peragant operationes deorsum: Ipsa vero Chochmah determinationem non habet. Nihil autem porrò addam, & si quid sapis, ipse intelliges creationis ordinem in opere Breschith ejusq; concatenationem, quam oportet derivare ex Causa Prima per mundos Infiniti ordine debito, donec deveniatur ad providentiam Chochmæ; cui facultas est sapienter comprehendendi omnem Providentiam pro mundis ipsa inferioribus. Descensus enim gradus habet, donec accipiat determinationem respectu mundorum superiorum.

§. 29.

§.29. Ipsa autem influentia non est nisi literæ, quæ incrassescit descendendo. Et huc respexit David dicens *Ps.* 104, 24. *Quàm multa sunt opera tua Domine! Omnia in Sapientia fecisti.* Et dicitur *Prov.* 3, 19. *Dominus in Sapientia fundavit terram.* Et ipsa est cibatrix totius exercitus in altis cum inferioribus. Literarum Chochmæ descendentium crassitudo.

§.30. Et hoc fit solummodo per conjunctionem literarum Sephiræ Binah cum ea, ista enim est quasi fœmina, si ita dicere licet. Crassitudo illa unde contingat.

§.31. Et ex his prodeunt literæ Daath: quæ & ipsa distribuit omni exercitui in altis influentiam & cibum ad instar hominis, si fas est ita dicere, cui est sapientia, quique à Magistro suo accipit legem, ita tamen ut ipse nihil possit novi exponere vel interpretari verbum ex verbo: Cui verò talis est Sapientia, ut verbum per verbum edocere queat, ille noviter aliquid exponere poterit, quod non accepit à Magistro suo. Et ista innovatio dicitur Daath, Scientia, quæ gignitur ex Sapientia ejus ejusque Informatione. Literarum Daath ortus atque operatio.

§. 32. Propterea quandocunque Chochmah seu Sapientia, & Binah seu Informatio copulantur, gignitur ex ipsis Daath, seu Cognitio, quod nota.

§.33. Quapropter principes Chochmah & principes Binah & principes Daath semper simul operantur; suntque mysterium cerebrorum, quæ simul includuntur, & deorsum prodeunt, sicubi copula fit: Quando autem non fit copula, occlusa manent in scaturigine sua. In mundo Jezirah autem explicavi, quicquid de iis revelari potest; & nisi timuissem homines, qui non consueti sunt tractare hæc, prolixior fuissem: Si quis autem dignus fuerit, ut ipsi appereat Elias felicis memoriæ, ille præstantior est gradu annunciatoris graduque principum illorum, quorum feci mentionem. Chochmah, Binah & Daath semper simul operantur. Mysterium Cerebrorum. De cerebris hisce ex professo egit Autor in mundo Jezirah.

§. 34. Adducam tamen adhuc quædam è Libro Berith menucha quam brevissimè: Et illa loquitur de Sephirah Chochmah mundi Briah, quæ accipit de Chochmah mundi Aziluth, dicens: Illuc devenit influentia ejus, quæ sunt nomina magna & præclara, distensa per omnes partes Mercabæ. Et è splendore Chochmah (hæc sunt verba ejus) ejusq; gloria expanduntur omnes dispositiones custodiarum: omnisque custodia in loco suo est, ut operetur operationes suas faciatque opera sua: ipsæ autem custodiæ accipiunt de splendore Chochmah & ab ea dependent. Septentrionem versus locata est custodia una, observans exitus Angelorum perditionis, ne exeant & extendantur ad perdendum mundum. Et huic custodiæ attributum est spatium 600. milliarium &c. Id sic intellige; Ubicunque allegatur esse milliare פַּרְסָה denotatur Nomen Sanctum: valet enim per Gematriam secundum quod הַשֵּׁם 345. Et pergit ibid. Et de Sephirah Chochmah dicunt, quod sit mater omnium luminarium & omnium sphærarum Adducit nonnulla è Libro Berith menucha. פרסה & השם Gematria.

rarum & exercitus earum &c. & omnia occulta non aliter reputantur penes eam, ac quasi non forent, quoniam ipsa habitat in sinu Regis, & adjutrix est Regis. Et cùm speculantur Sapientes circa profunda Sapientiæ occupati, ut sciant fundamentum, unde expansa sint omnia luminaria, & sphæræ, & exercitus earum, & mundus, & exercitus ejus, & abyssi, & pisces maris, & aquæ supracœlestes; tùm ipsos Chochmah superintegit totos, & nihil ex ipsis videtur è summo ad imum: & penes Chochmam omnia reputantur sicut scutella exigua, in qua aquæ nullæ. Et omnia inserviunt ei & Sapientes rimantes profunda scientiæ super Chochmah dicunt: Omnia miranda Domini mundorum, & omne robur & fortitudinem ejus penes eam non aliter haberi, ac quasi non sint. Et ipsa est luminare salutem afferens & respondens tempore angustiæ, & ipsa vocatur *Sepulchra desiderii Num.* 11. 34. quoniam omnia creata attingere desiderant profunditatem ejus, & Intelligentiam ejus ejusq; Pulchritudinem, & Dominium. Et dicunt viri intelligentes, quamprimum pertingant ad aliquid de Intelligentia istius Luminaris, quosdam stare attonitos, quosdam abscedere à via & fide, & pervenire ad interitum æternum: sicut invenimus de viris magnis (sicut Elisa alter, qui erravit circa Metatronem, qui est Chochmah Jeziræ: & sic fil. Assai, & fil. Soma, de quibus dictum *l. c. Quia ibi sepelierunt populum concupiscentem*, quod nota). Et dicunt de Chochma; nihil sive sursum sive deorsum facere aliquid sine ea, quoniam ipsa Sapientiam det ad faciẽdum istud, unde nihil fiat sine Chochmah. Et quis creavit Chochmam, & quis produxit eam de loco suo? Et hæc est quæstio insignis è dubiis difficillimis, quomodo Chochmah possit esse creata inter ea, quæ ambiunt ipsam, cùm ne locum quidem compleat? & cùm fuerit, antequam prodiret de substantia illa magna, quæ sit ejus natura? Similium quæstionum non est finis, nec ulla sapientia explicari possunt, cùm profundæ sint nimium. Et dicunt de mysterio Chochmah, quod sit luminare, proveniens è scaturigine occulta, quæ dicatur scaturigo Sapientiæ (id quod est mysteriũ mundi vestimenti, quod vocatur Lex prior, & de hac dicit R. Eliezer: Antequã conderetur mundus, ipse erat & Nomen Ejus solùm, & Nomen יהוה in combinationibus suis. Ipsum includit totum mundum vestimenti, sicut videbis hac ipsa Sectione. Et de eo Sanctus Ille Benedictus aliquid Sapientiæ dedit Salomoni Regi, super quo pax! sicut dicitur: *Et Dominus dedit Sapientiam Salomoni*; intellige Sapientiam simpliciter ita dictam, non verò Sapientiam notam. Sic quoque Sanctus Ille Benedictus Regi Messiæ dabit: sicut dicitur 1. *Reg.* 4, 29. *Et quiescet super eo Spiritus* יהוה *Spiritus Sapientiæ*. Et dicitur *Jes.* 11, 2. 9. *Et repleta est terra scientia de* יהוה &c. Et dicitur *Joel* 3, 2. *Et super servos & ancillas effundam Spiritum meum* &c. Et Cochmah postquam extensa est

Chochmah abstrusa & abscondita mortalibus.

Chochmæ nomẽ Sepulchra desiderii.

Aliqualiter saltem approximans indagatio Chochmæ mortalibus existit nociva.

Nihil fit sine Chochmah.

Quæstiones de Chochma intricatæ atq; insolubiles mortalibus.

Mysterium mundi vestimenti vocatur Lex prior.

De Sapientia Mysterii Mundi Vestimenti participavit Salomon: participabit etiam Messias.

tenſa eſt, produxit operationes ſuas in lucem, & prior fuit Jezirâh mille annis, & potentiam ſuam oſtendit ante ſcaturiginem ſuam, ſicut dicitur *Prov.* 8, 30. *Et eram apud eum opifex, & eram in lætitiis die die.* Dies autem Sancti illius Benedicti ſunt mille anni, ſicut dicitur *Pſal.* 90, 4. *Quia mille anni in oculis tuis ſicut dies heſternus cùm tranſierit.* Et vox שָׁנָה annus per Gematriam idem valet ac סְפִירָה 355. & in mundis iſtis Sephirah una major eſt quàm mille Sephiroth inferius, & omnes virtutem contribuunt ad augendas horas diei, de quo infra). & Chochmah illa ſemper ambulat cum Iſraëlitis, unde Salomo de ea *Cantic.* 3, 6. *Quænam ea, quæ aſcendit de deſerto, ſicut columna fumi;* hoc eſt myſterium Geburæ: ipſa enim extenditur cum fortitudine magna ad protegendum Iſraëlitas per ſuos 32. Elohim: Ipſa enim protegit Iſraëlitas à populis (Vox תָּמָר palma vel columna per Gematriam idem valet ac 320. judicia bis ſumta, quæ ſunt 320. illius & uxoris ejus, quorum numerus 640. Et hoc eſt quod dicitur *Eſth.* 2, 1. כְּשֹׁךְ *ſecundùm quieſcere furorem Regis;* ubi vocula שֹׁךְ 320. denotans. Et hoc eſt myſterium prunarum juniperi, quæ non extinguuntur 12. menſibus, quas vidit Rabba bar Barchanah, quia ſi invertas תָּמָר palma, occurret vox רֹתֶם juniperus. Et hoc eſt arcanum Juniperi Eliæ bonæ memoriæ, 1. *Reg.* 19, 4. *Et ſedit ſubtus juniperum unam, & petivit animæ ſuæ mori.* Et id tantum fit, cùm extenduntur Geburoth deorſum in mundos inferiores). Et ipſa dat Sapientiam purificatis, nec quieſcit niſi ſuper purificatis; & ibi vocatur חֶשְׁבּוֹן numerus, quoniam ipſa in ſemita Sapientiæ ſuperaddit creaturis omnia neceſſaria, cibatque & ſuſtentat eas, & oſtendit numerum, quanta ſit ſumma capitalis, qua opus habet ad ſuſtentandum & proſpiciendum eis. Hæc ibi.

Chochmah prior fit quam Jezirah.
Gematria inter vocem שָׁנָה & סְפִירָה
Myſterium Geburæ.
Judicia 320. in voce שֹׁךְ: bis ſumta in voce תָּמָר
Myſterium prunarum juniperi: תָּמָר per inverſionem רֹתֶם
Chochma rē habet cum purificatis.
Chochmah quo reſpectu vocetur חֶשְׁבּוֹן

§. 35. Iſtis in locis deſcribitur, quod Cochmah expandatur è mundo primo, qui dicitur Lex, mundo prior bis mille annis; quo alluditur ad 2. Alphabetha & 2. doctrinas. Atque ideò ne quæras, quis creaverit eam; quoniam ipſa tota conſiſtit in literis, & creata eſt ab Agente liberrimo, cui ſignum nullum, nec ulla ſimilitudo, quique occultus eſt valde, ita ut nec benignitas, nec judicium ibi nominari poſſit, donec paulatim urgeatur, ut emanando producat literas pro qualitate Sephira, nempe benignitatis, judicii & miſerationum.

Chochmah expanditur ex mundo primo
Mundi primi deſcriptio atque ortus.
Liberrimum Agens in ſe occultum eſt.

§. 36. Et literæ judicii inverſæ ſunt ab imo ſurſum, ſicut verſus Exod 14, 20. ויבא in Nomine 72. literarum. Ad inſtar naturæ ignis qui ſurſum aſcendit, ut avertat influentiam majorem ab inferioribus. Et per literas iſtas benè facit omnibus, malis & bonis, inque iis revera occulitur, illisque dat vitam & potentiam, & ſi aufertur ab iis, quod abſit, ſtatim deficiunt in momento, ſicut iis accidit in mundo inanitatis.

Literæ judicii inverſæ.
A literis iſtis bona fluunt omnia in inferiora.

§. 37. Apparet ergo omnia eſſe unum omnino: niſi quod illarum beneficio

Homo ſuperior ſanctus.

facit Israëlitas unum quid.

ficio inferioribus fit notificatio: Et ab imagine & similitudine earum creatus est homo inferior. Anima enim tota consistit in literis: propterea dicitur Ezech.34,31. *Et vos pecus meum, pecus pascuæ meæ homo estis.* Et dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Vos vocamini Adam: propter animam Adami primi; populi mundi autem non vocantur Adam, homo, quoniam nullam habent Animam ex Homine superiore sancto; sed Nephesch est ipsis ex Adam Belial in mundo, in quo literæ præstigiarum. Et quamvis omnes generati sint ab Adamo primo, fratres tamen nostri tantùm sunt ex parte corporis, non verò ex parte animæ.

Populi verò mundi non sunt unum.

Agens Liberrimum & Sephiroth nil differunt.

Sephiroth ab Agente Liberrimo dependent.

§.38. Et propterea fieri non potest, ut distinctio & separatio fiat inter Sephiroth & inter Agens liberrimum; quoniam hæ vitam non habent, nisi quatenus adhærent ipsi, & Ipsum per eas operatur operationes suas inferiùs. Talis verò sermone Sapientum nostrorum bonæ memoriæ, vocatur truncans plantas; id est, divisionem instituens inter plantas & plantatorem, quod absit. Ipsæ enim revera sunt sicut literæ libri Legis, quæ extant super pergameno: ipse verò in causa est, quòd videantur.

Sephiroth vocantur ita ab operationibus suis innumeris.

§.39. Et Sephiroth quidem denominantur ab operationibus suis, per quas vel benè vel malè facit inferioribus. Quælibet autem Sephirah multa millia & myriades nominum habet.

Lex ante Salomonem erat quasi simia.

§.40. Et antequam veniret Salomo, Lex erat quasi simia, quæ nullas habet aures i.e. lecta tum sunt nomina continentia omnes literas suas, ita ut quilibet discipulus Sapientum aure sua intelligere posset legem, juxta optimam explicationem; si ad id se præberet dignum. Et hoc sufficiat.

Operatio nominum Kether super Israëlitas.

§.41. Et ecce hæc est natura Kether juxta operationem Ejus, quòd nempe sit mysterium Lucis ambientis expandens super omnes Israëlitas tabernacula pacis ad eripiendum eos ab omnibus pœnis Adami primi, & à dæmonibus malignis: atque ideò corona ipsis est regni.

Mediante Chochmah, Binah & Daath.

§.42. Id autem non fiet nisi mediante Chochmah, & Binah, & Daath, quas aliquis habebit per legem nostram sanctam.

Differentia inter mysterium מִי & מָה

§.43. Binah autem mitigavit & purificavit judicia mundi inanitatis, quoniam hic latet mysterium מִי; ille qui dicitur Job.14,4. מִי *dabit mundum de immundo? Non unus.* Et hæc vocatur מי quod per Gematriam valet 50. portas Binæ. Et ipsa magis est manifesta, quam Chochmah, quæ vocatur מה quæ est phrasis occulta. Et propterea data est in manum ejus libertas tubæ jubilæi, quæ servos ducit in libertatem. Et vocatur conversio, quoniam purificat revertentes.

Operatio nominum Chesed & Gedulah.

§.44. Et manus dextra hominis superioris est Sephirah Chesed & Gedulah & nomina ejus id operantur, ut adducantur ejecti, & colligantur dispersi.

Operatio no-

§.45. Sephiræ autem Geburah nomina hæc sunt, quod sit manus sinistra ad

stra ad percutiendum osores Israël, & ad ulciscendum sanguinem servorum ejus effusum.

minum Sephiræ Geburah.

§. 46. Sephirah autem Tiphereth operatur ad intelligendum, & ipsa pertingere facit cor ad arcana Legis scriptæ, & exhibet in mundis superioribus mysteria mirabilia.

Sephiræ Tiphereth. Operatio

§. 47. Porrò Sephiroth Nezach & Hod sunt crura, & operantur, ut saltu percurratur via: Ipsę quoque operantur ad stabiliendum omnes operationes, ut vita & stabilitas sit mundo. Et hæc est explicatio vocis Nezach, quòd stabiliat operationes in æternum.

τῶν Nezach & Hod eorumque Nominum.

§. 48. Et eadem est operatio Hod. Et Tiphereth cũ Sephirah Jesod hoc operatur, ut hoc fiat fundamentum mundi. Sed hominem Belial quod attinet; quicunque operam dabit præstigiis, deseretur in dimidio dierum suorum, *sicut Bileam*, qui occidebatur in dimidio dierum suorum: vel potestas ejus & *operatio* ejus cessabit in eo post aliquod tẽpus, sive post septenniũ, *sive post* novennium, & tunc nulla ipsi supererit facultas. Unde dixerunt *Magistri* nostri bonæ memoriæ, quod abscissi sint pedes serpenti: Talibus enim non sunt רגלין Nezach, Hod, Jesod, qui sunt pedes sanctitatis. Porrò & hæc operatio Fundamenti, quæ sit Fœdus sanctum, ad solvendum quod ligatum est per præstigias, & inde proveniant liberi.

Operationes τῶν Hod & Tiphereth cum Sephirah Jesod. Hominis Belial maledictio. Homini Belial abscinduntur pedes. Pedes Sanctitatis רגלין. Operatio alia Fundamenti.

§. 49. Huc etiam pertinet copula, quæ est inter Sponsum & Sponsám, qui sunt Tiphereth & Malchuth pro augendo amore: & nomina valdè operantur ad amorem & gratiam.

Amor Sponsi & Sponsæ inter Tiphereth & Malchuth.

§. 50. Sed prolixior hîc esse non possum, ne dilabar à scopo. Tu verò ipse judices, quæ operationes membris humanis conveniant; quibus simile quid, si ita dicere licet, operabuntur nomina hæc.

§. 51. Et nomina Malchuth operantur ad intelligendam Legem oralem. Sed nomina in Chochmah, Binah & Daath operantur circa arcana Legis. Et propterea inquit R. Eliesér: Nisi Lex scripta esset suo ordine, homo per eam posset excitare mortuos.

Sephirarum operationes nonnullæ innotescunt ex analogia cum mẽbris corporis humani.

§. 52. Et ecce in mundis Infiniti combinatio est ex combinatione Alphabetorum, quorum beneficio creari potest massa humana; sed operatio humana eò se non extendit, ut ipsi facultas loquendi dari queat.

§. 53. *Et in* mundo Aziluth etiam sunt combinationes 10. Nominum, quæ nec *ipsa*, nec numeri, nec combinationes eorum delentur. Et de iis dictum est Jes. 42, 8. *Ego Dominus, est Nomen meum, & gloriam meam alii non dabo, nec gloriam meam idolis.* Quasi dicat: Non pertingunt combinationes Nominis mei ad alium ibi habitantem, id est, de mundis Briah, Jezirah, Asiah; Non sunt ibi perpetuò, sed exiguntur ibi tempore beneplaciti ad salvandam puellam desponsatam, quæ est Schechina, quæ clamat in urbe Jerusalem, quæ superiùs est, & nemo salvat ipsam ibi, nisi ex mundo Aziluth.

Operationes nominum Malchuthicẽ Chochmæ, Binæ & Daath. Sententia R. Eliesèris. Mundi Infi-

Ee §. 54. Et

Mundi combinantur per combinationem Alphabetorum, eorumque potentia.
Mundus Aziluth combinatur per 10. Nomina.
Combinationes Nominis Tetragrammati non pertingunt ad Mūdos ביע: sed manent in Mundo Aziluth.
Textuum Legis combinationes emanant in Mundo Briah.

§. 54. Et in mundo Briah emanant combinationes textuum Legis citra ordinem suum scriptorum in Lege: scriptorum quidem in Lege, cùm tamen omnia sint Nomina sancta.

In Mundo Jezirah emanant Angeli.
Notarikon vocis שְׁמִי & רְאָם.
Uriel & Pniel in dictionibus ופני לא יראו

§. 55. Et in mundo Jezirah sunt Angeli, quorum nominum initia inveniuntur in Lege, sicut apparet ex voce שְׁמִי quæ per Notarikon est Schmuel, Metatron, Jehuel, & vox רְאָם quæ occurrit in illo versu Gen. 32, 2. *Et dixit Jacob: Quando vidit eos; castra Dei;* illa per Notarikon denotat Raphaël, Uriel, Michaël. Et voces ופני לא יראו sunt literæ אוריאל ופניאל ubi vocabulum אל utrinque servit. Dantur quoque similia per Gematriam: Et inveniuntur in שמושא זוטא Geoneorum bonæ memoriæ. Sunt autem in Lege 60. myriades literarum, & ex iis proveniunt 60. myriades Angelorum.

Mysterium Themurah in Mundo Asiah.
Omnium Israelitarum nomina in Lege habentur.
Exemplum hujus præbet אבנר discipulus Ramban.

§. 56. Et in mundo Asiah invenitur mysterium Themurah, sicuti Ophanim per Themuram proveniunt: & mutatio Alphabetorum ex Lege. Et de hoc loco dicitur Lev. 27, 10. *Non mutabit bonum in malum, & si commutando commutaverit, erit & ipsum & mutatio ejus sanctitas.* Nec invenitur homo ullus inter Israëlitas, cujus nomen non proveniat è Lege nostra sancta, vel per explicationem vel per Gematriam, vel per transmutationem & Themuram. Et invenimus, quòd Sapiens ille Ramban seu R. Moscheh bar Nachman, bonæ memoriæ, habuerit discipulum, qui comederet carnem suillam, & ambularet juxta desideria cordis sui: Cumque interrogaret ipsum, quis futurus sit exitus suus, respondit ipsi ex versu illo Deut. 32, 26. אמרתי אפאיהם אשביתה מאנוש זכרם *Dixi: exterminabo eos, cessare faciam ex homine memoriam eorū.* Ubi tertia quælibet litera producit ראבנר R. Abner, quod erat nomen istius discipuli: Et exitus ejus fuit, quòd perierit. Unde patet, quòd etiam malorū mentio fiat in lege secundùm opera eorum. Et dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, Hamam ex Lege &c. Et inquit R. Jizchak Germanus: Quoties circumciditur puer ex Israëlitis, nomen ipsi indunt; quod non mundano more vocatur, sed Sanctus ille Benedictus parat id per os Patris ejus; atque ita statim consignatur in throno Gloriæ, & si futurus est justus, Deus vivens & Rex mundi confirmat filium eum, sicut dicitur Jes. 46, 3. *Et omnes filii tui erunt docti à Domino;* & dicitur: *Qui portamini ab utero & gestamini à vulva.*

CAP. V.

§. 1. Lex prior construitur è numero 231. bis sumto, quæ sunt Alphabeta antrorsum & retrorsum scripta: proceduntque & extenduntur secundum longitudinem, donec Tav vestimenti inferiùs attingat finem circuli, ubi nimirum iterum incipit Æn Soph. Et hæc vocatur longitudo vestimenti.

§. 2. Se-

§.2. Secundùm latitudinē verò etiam attexuntur literæ והו centri loco, nimirū ה antrorsum וה retrorsum: Sicut & plenitudines ejus עב סג i.e. potestatis 72. & 63. antrorsum locantur: nimirum עב supra centrum & סג infra illud quæ etiā sunt viginti literæ: ita ut quælibet litera cuilibet Alphabeto stationem & lineam suam confirmet: sine hoc enim literæ suam non haberent firmitatem propter nimiam chartæ lucem, quæ est ipsa substantia.

Longitudo Vestimenti. Latitudo ejus.

עב & סג Plenitudines.

§.4. Atque hoc est mysterium, Fuit, est & erit, ad denotandam firmitatem literarum, quam corroborat Nomen יהוה supra dictum in plenitudinibus suis, juxta Alphabetha supra dicta.

Mysterium אהיה

§.5. Atque sic מה & בן firmitatem dant 231. Alphabetis retrorsum scriptis, ita ut 10. *supra literas* וה quæ est vitalitas centri, quod est anima atque vita ipsius *turmæ* Alphabeticæ, nimirum אל בם in medio; & 10. infra illud.

מה & בן Plenitudines.

§.6. *Et nomen* יהוה in 4. plenitudinibus suis comprehendit omnes *mundos; quoniam* per עב ædificatur mundus Aziluth, & per סג Briah, per מה *autem* Jezirah, & per בן Asiah. Ista enim sunt radix, massa, fundamentum, vita, stabilitas & statio omnium mundorum, qui infra ea.

Quatuor plenitudines fundamentum omnium Mundorum.

§.7. Et 4. *illa* nomina ascendunt ad numerum 232. qui convenit cum numero 231. adjungendo generalitatem Alphabeti אל בם. Figura autem & forma mundi vestimenti secundum longitudinem & latitudinem hæc est.

Quatuor plenitudines faciunt numerum 231.

Cap. VI.

אל Persona Keter.

Nomen עב	Al
י	אב גד הו זח טי כל מן סע פצ קר שת
ו	אג דה וז חט יך לם נס עף צק רש תב
ד	אד הו זח טי כל מן סע פץ קר שת בג
ה	אה וז חט יך לם נס עף צק רש תב גד
י	או זח טי כל מן סע פץ קר שת בג דה
ו	אז חט יך לם נס עף צק רש תב גד הו
י	אח טי כל מן סע פץ קר שת בג דה וז
ו	אט יך לם נס עף צק רש תב גד הו זח
ה	אי כל מן סע פץ קר שת בג דה וז חט
י	אך לם נס עף צק רש תב גד הו זח טי
יה	אל מן סע פץ קר שת בג דה וז חט יך

Nomen סג	
י	אם נס עף צק רש תב גר הו זח טי כל
ו	אן סע פץ קר שת בג דה וז חט ור לם
ד	אס עף צק רש תב גר הו זח טי כל מן
ה	אע פץ קר שת בג דה וז חט יך לם נס
י	אפ צק רש תב גר הו זח טי כל מן סע
ו	אץ קר שת בג דה וז חט יך לם נס עף
א	אק רש תב גר הו זח טי כל מן סע פץ
ו	אר שת בג דה ח טח יך לם נס עף צק
ה	אש תב גח הו זח טי כל מן סע פץ קר
י	את בג דה ח חט יך לם נס עף צק רש

Cap. VII.

בם Persona Chochma.

Nomen ע״ב	Bam
י	בג דה וז חט יך לם נס עף צק רש תא
ו	בד הו זח טי כל מן סע פץ קר שת אג
ד	בה ח חט יך לם נס עף צק רש תא גר
ה	בו זח טי כל מן סע פץ קר שת אג דה
י	בז חט יך לם נס עף צק רש תא גר הו
ו	בח טי כל מן סע פץ קר תש אג דה ח
י	בט יך לם נס עף צק רש תא גר הו זח
ו	בי כל מן סע פץ קר שת אג דה ח חט
ה	בך לם נס עף צק רש תא גר הו זח טי
י	בל מן סע פץ קר שת אג דה ח חט יך
יה	בם נס עף צק רש תא גר הו זח טי כל

Nomen ג״ס	
י	בן סע פץ קר שת אג דה וז חט יך לם
ו	בס עף צק רש תא גר הו זח טי כל מן
ד	בע פץ קר שת אג דה וז חט יך לם נס
ה	בפ צק רש תא גר הו זח טי כל מן סע
י	בץ קר שת אג דה וז חט יך לם נס עף
ו	בק רש תא גר הו זח טי כל מן סע פץ
א	בר שת אג דה ח חט יך לם נס עף צק
ו	בש תא גר הו זח טי כל מן סע פץ קר
ה	בת אג דה וז חט יך לם נס עף צק רש
י	בא גר הו זח טי כל מן סע פץ קר שת

Cap. VIII.

גן Persona Binah.

Nomen עַנ Gan.
גר הו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב   י
גה וז חט יך לם נס עף צק רש תא בר   ו
גו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב דה   ד
גז חט יך לם נס עף צק רש תא בר הו   ה
גח טי כל מן סע פץ קר שת אב דה וז   י
גט יך לם נס עף צק רש תא בר הו זח   ו
גי כל מן סע פץ קר שת אב דה וז חט   י
גך לם נס עף צק רש תא בר הו זח טי   ו
גל מן סע פץ קר שת אב דה וז חט יך   ה
גם נס עף צק רש תא בר הו זח טי כל   י
גן סע פץ קר שת אב דה וז חט יך לם   יה

Nomen סַג
גס עף צק רש תא בר הו זח טי כל מן   י
גע פץ קר שת אב דה וז חט יך לם נס   ו
גפ צק רש תא בר הו זח טי כל מן סע   ד
גץ קר שת אב דה וז חט יך לם נס עף   ה
גק רש תא בר הו חז טי כל מן סע פץ   י
גר שת אב דה וז חט יך לם נס עף צק   ו
גש תא בר הו זח טי כל מן סע פץ קר   א
גת אב דה וז חט יך לם נס עף צק רש   ו
גא בר הו זח טי כל מן סע פץ קר שת   ה
גב דה וז חט יך לם נס עף צק רש תא   י

Cap. IX.

דס Persona Daath.

Nomen עַב Das.
דה וז חט יך לם נס עף צק רש תא בג   י
דו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב גה   ו
דז חט יך לם נס עף צק רש תא בג הו   ד
דח טי כל מן סע פץ קר שת אב גה וז   ה
דט יך לם נס עפ צק רש תא בג הו זח   י
די כל מן סע פץ קר שת אב גה וז חט   ו
דך לם נס עף צק רש תא בג הו זח טי   י
דל

ו	רל מן סע פץ קר שת אב גה וז חט יך
ה	רם נס עף צק רש תא בג הו זח טי כל
י	רן סע פץ קר שת אב גח וז חט יך לם
יה	דס עף צק רש תא בג הו זח טי כל מן
Nomen סג	
י	רע פץ קר שת אב גה וז חט יך לם נס
ו	רף צק רש תא בג הו זח טי כל מן סע
ד	רץ קר שת אב גה וז חט יך לם נס עף
ת	רק רש תא בג הו זח טי כל מן סע פץ
י	דר שת אב גח וז חט יך לם נס עף צק
ו	רש תא בג הו זח טי כל מן סע פץ קר
א	רת אב גח וז חט יך לם נס עף צק רש
ו	רא בג הו זח טי כל מן סע פץ קר שת
ת	רב גה וז חט יך לם נס עף צק רש תא
י	רג הו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב

Cap. X.

Nomen עב	הע Persona Chesed. Hoa.
י	הו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב גר
ו	הז חט יך לם נס עף צק רש תא בג רו
ד	הח טי כל מן סע פץ קר שת אב גר וז
ה	חט יך לם נס עף צק רש תא בג רו זח
י	הי כל מן סע פץ קר שת אב גר וז חט
ו	הך לם נס עף צק רש תא בג רו זח טי
י	הל מן סע פץ קר שת אב גר וז חט יך
ו	הם נס עף צק רש תא בג רו זח טי כל
ה	הן סע פץ קר שת אב גר וז חט יך לם
י	הס עף צק רש תא בג רו זח טי כל מן
יה	הע פץ קר שת אב גר וז חט יך לם נס
Nomen סג	
י	הף צק רש תא בג רו זח טי כל מן סע
ו	הץ קר שת אב גר וז חט יך לם נס עף
ד	הק רש תא בג רו זח טי כל מן סע פץ
ה	הר שת אב גר וז חט יך לם נס עף צק
י	הש תא בג רו זח טי כל מן סע פץ קר
ו	הת אב גר וז חט יך לם נס עף צק רש
א	הא בג רו זח טי כל מן כע פץ קר שת
	הב

הב גד וז חט יך לם נס עף צק רש תא ו

הג דו זח טי כל מן סע פץ קר שת אב ה

הד וז חט יך לם נס עף צק רש תא בג י

Cap. XI.

Nomen עֹ״ב — וף Persona Geburah. Veph.

וז חט יך לם נס עף צק רש תא בג דה י

וח טי כל מן סע פץ קר שת אב גד הז ו

וט יך לם נס עף צק רש תא בג דה זח ד

וי כל מן סע פץ קר שת אב גד הז חט ה

וך לם נס עף צק רש תא בג דה זח טי י

ול מן סע פץ קר שת אב גד הז חט יך ו

ום נס עף צק רש תא בג דה זח טי כל י

ון סע פץ קר שת אב גד הז חט יך לם ו

וס עף צק רש תא בג דה זח טי כל מן ה

וע פץ קר שת אב גד הז חט יך לם נס י

וף צק רש תא בג דה זח טי כל מן סע **יה.**

Nomen סֹ״ג

וץ קר שת אב גד הז חט יך לם נס עף י

וק רש תא בג דה זח טי כל מן סע פץ ו

ור שת אב גד הז חט יך לם נס עף צק ד

וש תא בג דה זח טי כל מן סע פץ קר ה

ות אב גד הז חט יך לם נס עף צק רש י

וא בג דה זח טי כל מן סע פץ קר שת ו

וב גד הז חט יך לם נס עף צק רש תא א

וג דה זח טי כל מן סע פץ קר שת אב ו

וד הז חט יך לם נס עף צק רש תא בג ה

וה זח טי כל מן סע פץ קר שת אב גד י

Cap. XII.

Nomen עֹ״ב — זץ Persona Tiphereth. Saz.

זח טי כל מן סע פץ קר שת אב גד הו י

זט יך לם נס עף צק רש תא בג דה וח ו

זי כל מן סע פץ קר שת אב גד הו חט ד

זך לם נס עף צק רש תא בג דה וח טי ה

זל

	י	מן סע פץ קר שת אב גר הו חט יך
	ו	נס עף צק רש תא בג דה וח טי כל
	י	סע פץ קר שת אב גר הו חט יך לם
		עף צק רש תא בג דה וח טי כל מן
	ח	פץ קר שת אב גר הו חט יך לם נס
	י	צק רש תא בג דה וח טי כל מן סע
	יח	קר תש אב גר הו חט יך לם נס עף
Nomen	סג	
	י	רש תא בג דה וח טי כל מן סע פץ
	ו	שת אב גר הו חט יך לם נס עף צק
	ד	תא בג דה וח טי כל מן סע פץ קר
	ח	אב גר הו חט יך לם נס עף צק רש
	י	בג דה וח טי כל מן סע פץ קר שת
	ו	גר הו חט יך לם נס עף צק רש תא
	א	דה וח טי כל מן סע פץ קר שת אב
	ו	הו חט יך לם נס עף צק רש תא בג
	ח	וח טי כל מן סע פץ קר שת אב גר
	י	חט יך לם נס עף צק רש תא בג דה

Cap. XIII.

חק Persona Nezach.

Ch

Nomen	עב	
	י	יך לם נס עף צק רש תא בג דה וז
	ו	כל מן סע פץ קר שת אב גר הו זט
	ד	לם נס עף צק רש תא בג דה וז טי
	ח	מן סע פץ קר שת אב גר הו זט יך
	י	נס עף צק רש תא בג דה וז טי כל
	ו	סע פץ קר שת אב גר הו זט יך לם
	י	עף צק רש תא בג דה וז טי כל מן
	ו	פץ קר שת אב גר הו זט יך לם נס
	ח	צק רש תא בג דה וז טי כל מן סע
	י	קר שת אב גר הו זט יך לם נס עף
	יח	רש תא בג דה וז טי כל מן סע פץ
Nomen	סג	
	י	שת אב גר הו זט יך לם נס עף צק
	ו	תא בג דה וז טי כל מן סע פץ קר
	ד	אב גר הו זט יך לם נס עף צק רש
	ח	בג דה ה טי כל מן סע פצ קר שת

חב גד הו. זט יך לם נס עף צק רש תא   י
חג דה וז טי כל מן סע פץ קר שת אב   ו
חד הו זט יך לם נס עף צק רש תא בג   א
חה וז טי כל מן סע פץ קר שת אב גד   ו
חו זט יך לם נס עף צק רש תא בג דה   ה
חז טי כל מן סע פץ קר שת אב גד הו   י

Cap. XIV.

Nomen ע״ב   טר Persona Hod, antrorsum. Tar.

טי כל מן סע פץ קר שת אב גד הו זח   י
טך לם נס עף צק לש תא בג דה וז חי   ו
טל מן סע פץ קר שת אב גד הו זח יך   ד
טם נס עף צק רש תא בג דה וז חי כל   ה
טן סע פץ קר שת אב גד הו זח יך לם   י
טס עף צק רש תא בג דה וז חי כל מן   ו
טע פץ קר שת אב גד הו זח יך לם נס   י
טף צק רש תא בג דה וז חי כל מן סע   ו
טץ קר : שת אב גד הו זח יך לם נס עף   ה
טק רש תא בג דה וז חי כל מן סע פץ   י
טר שת אב גד הו זח יך לם נס עף צק   יה

Nomen ס״ג

טש תא בג דה וז חי כל מן סע פץ קר   י
טת אב גד הו זח יך לם נס עף צק רש   ו
טא בג דה וז חי כל מן סע פץ קר שת   ד
טב גד הו זח יך לם נס עף צק רש תא   ה
טג דה וז חי כל מן סע פץ קר שת אב   י
טד הו זח יך לם נס עף צק רש תא בג   ו
טה וז חי כל מן סע פץ קר שת אב גד   א
טו זח יך לם נס עף צק רש תא בג דה   ו
טז חי כל מן סע פץ קר שת אב גד הו   ה
טח יך לם נס עף צק רש תא בג דה וז   י

Cap. XV.

Nomen ע״ב   יש Persona Jesod, antrorsum. Jesch.

יך לם נס עף צק רש תא בג דה וז חט   י

ו סע פץ קר שת אב גר הו זח טך
ד עף צק רש תא בג רה וז חט כל
ה פץ קר שת אב גר הו זח טך לם
י צק רש תא בג רה וז חט כל מן
ו קר שת אב גר הו זח טך לם נס
י רש תא בג רה וז חט כל מן סע
ו שת אב גר הו זח טך לם נס עף
ה תא בג רה וז חט כל מן סע פץ
י ת אב גר הו זח טך לם נס עף צק
יה בג רה וז חט כל מן סע פץ קר

Nomen סג

י גר הו זח טך לם נס עף צק רש
ו רה וז חט כל מן סע פץ קר שת
ד הו זח טך לם נס עף צק רש תא
ה וז חט כל מן סע פץ קר שת אב
י זח טך לם נס עף צק רש תא בג
ו חט כל מן סע פץ קר שת אב גר
א טך לם נס עף צק רש תא בג רה
ו כל מן סע פץ קר שת אב גר הו
ה לם נס עף צק רש תא בג רה וז
י מן סע פץ קר שת אב גר הו זח

C A P. XVI.

Nomen עב כת Persona Malchuth.

י סע פץ קר שת אב גר הו זח טי
ו עף צק רש תא בג רה וז חט יל
ד פץ קר שת אב גר הו זח טי לם
ה צק רש תא בג רה וז חט יל מן
י קר שת אב גר הו זח טי לם נס
ו רש תא בג רה וז חט יל מן סע
י שת אב גר הו זח טי לם נס עף
ו תא בג רה וז חט יל מן סע פץ
ה ת אב גר הו זח טי לם נס עף צק
י בג רה וז חט יל מן סע פץ קר
יה גר הו זח טי לם נס עף צק רש

Nomen סג
י רה וז חט יל מן סע פץ קר שת

כב גר הו זח טי לם נס עף צק רש תא	ו
כג דה וז חט יל מן סע פץ קר שת אב	ד
כד הו זח טי לם נס עף צק רש תא בג	ח
כה וז חט יל מן סע פץ קר שת אב גד	י
כו זח טי לם נס עף צק רש תא בג דה	ו
כז חט יל מן סע פץ קר שת אב גד הו	א
כח טי לם נס עף צק רש תא בג דה וז	ו
כט יל מן סע פץ קר שת אב גד הו זח	ה
כי לם נס עף צק רש תא בג דה וז חט	י

§. 2. *Hucusque* 231. portæ antrorſum ſcriptæ : Sed à Lamed & ulteriùs ſequuntur *231. portæ* retrorſum ſcriptæ ; ubi Alphabetum Albam invertitur, ſicut *videbis.*

§. 3. *Sic* quoque nomina מ̈ה & ב̈ן hîc retrò accedunt à Lamed & ul*teriùs: nec* non literæ ו̈ה è Nomine : hæc enim poſtrema pars Nominis ה̈ה *locatur* in vitalitate & centro iſtarum literarum à Lamed usque ad Tav. *Quod* nota.

C a p. XVII.

Nomen מ̈ה — לא Perſona Kether, retrorſum. — La.

לם נס עף צק רש תא בג דה וז חט יך	י
לן סע פץ קר שת אב גד הו זח טי כם	ו
לס עף צק רש תא בג דה וז חט יך מן	ד
לע פץ קר שת אב גד הו זח טי כם נס	ה
לף צק רש תא בג דה וז חט יך מן סע	א
לץ קר שת אב גד הו זח טי כם נס עף	ו
לק רש תא בג דה וז חט יך מן סע פץ	א
לר שת אב גד הו זח טי כם נס עף צק	ו
לש תא בג דה וז חט יך מן סע פץ קר	ה
לת אב גד הו זח טי כם נס עף צק רש	א
לא בג דה וז חט יך מן סע פץ קר שת	י̈ה

Nomen ב̈ן

לב גד הו זח טי כם נס עף צק רש תא	י
לג דה וז חט יך מן סע פץ קר שת אב	ו
לד הו זח טי כם נס עף צק רש תא בג	ד
לה וז חט יך מן סע פץ קר שת אב גד	ה
לו זח טי כם נס עף צק רש תא בג דה	ה

לז חט יך מן סע פץ קר שת אב גר הו ו
לח טי כם נס עף צק רש תא בג דה וז ו
לט יך מן סע פץ קר שת אב גר הו זח ת
לי כם נס עף צק רש תא בג דה וז חט ה
לך מן סע פץ קר שת אב גר הו זח טי

C A P. XVIII.

Nomen מ״ה מב Persona Chochmah, retrorsum. Mab.

מן סע פץ קר שת אב גר הו זח טי כל י
כס עף צק רש תא בג דה וז חט יך לן ו
מע פץ קר שת אב גר הו זח טי כל נס ד
מף צק רש תא בג דה וז חט יך לן סע ה
מץ קר שת אב גר הו זח טי כל נס עף א
מק רש תא בג דה וז חט יך לן סע פץ ו
מר שת אב גר הו זח טי כל נס עף צק א
מש תא בג דה וז חט יך לן סע פץ קר ו
מת אב גר הו זח טי כל נס עף צק רש ה
מא בג דה וז חט יך לן סע פץ קר שת א
מב גר הו זח טי כל נס עף צק רש תא ו״ה

Nomen בן

מג דה וז חט יך לן סע פץ קר שת אב י
מד הו זח טי כל נס עף צק רש תא בג ו
מה וז חט יך לן סע פץ קר שת אב גר ד
מו זח טי כל נס עף צק רש תא בג דה ה
מז חט יך לן סע פץ קר שת אב גר הו ה
מח טי כל נס עף צק רש תא בג דה וז ו
מט יך לן סע פץ קר שת אב גר הו זח ו
מי כל נס עף צק רש תא בג דה וז חט ה
מך לן סע פץ קר שת אב גר הו זח טי ה
מל נס עף צק רש תא בג דה וז חט יך

C A P. XIX.

Nomen מ״ה נג Persona Binah, retrorsum. Nag.

נס עף צק רש תא בג דה וז חט יך לם י
נע פץ קר שת אב גר הו זח טי כל מס ו
נף

נפ צק רש תא בג דה וז חט יר למ סע ד
נץ קר שת אב גד הו זח טי כל מס עפ ת
נק רש תא בג דה וז חט יך למ סע פץ א
נר שת אב גד הו זח טי כל מס עפ צק ו
נש תא כג דה וז חט יך לם סע פץ קר א
נת אב גד הו זח טי כל מס עפ צק רש ו
נא בג דה וז חט יך לם כע פץ קר שת ה
נב גד הו זח טי כל מס עפ צק רש תא א
נג דה וז חט יך לם וסע פץ קר שת אב וה

Nomen בן

נד הו זח טי כל מס עפ צק רש תא בג
נה וז חט יך לם סע פץ קר שת אב גד ו
נו זח טי כל מס עפ צק רש תא בג דה ד
נז חט יך לם סע פץ קר שת אב גד הו ה
נח טי כל מס עפ צק רש תא בג דה וז ה
נט יך לם סע פץ קר שת אב גד הו זח ו
ני כל מס עפ צק רש תא בג דה וז חט ו
נך לם סע פץ קר שת אב גד הו זח טי ת
נל מס עפ צק רש תא בג דה וז חט יך ה
נם סע פץ קר שת אב גד הו זח טי כל

Cap. XX.

Nomen מה סד Persona Daath, retrorsum. Sad

סע פץ קר שת אב גד הו זח טי כל מן י
ספ צק רש תא בג דה וז חט יך לם נע ו
סץ קר שת אב גד הו זח טי כל מן עפ ד
סק רש תא בג דה וז חט יך לם נע פץ ה
סר שת אב גד הו זח טי כל מן עפ צק א
סש תא בג דה וז חט יך לם נע פץ קר ו
סת אב גד הו זח טי כל מן עפ צק רש א
סא בג דה וז חט יך לם נע פץ קר שת ו
סב גד הו זח טי כל מן עפ צק רש תא ה
סג דה וז חט יך לם נע פץ קר שת אב א
סד הו זח טי כל מן עפ צק רש תא בג וה

Nomen בן

סה וז חט יך לם נע פץ קר שת אב גד
סו זח טי כל מן עפ צק רש תא בג דה ו
סז

ז חט יך לם נע פץ קר שת אב גד הו ד
ח טי כל מן עף צק רש תא בג דה וז ח
ט יך לם נע פץ קר שת אב גד הו זח ת
י כל מן עף צק רש תא בג דה וז חט ו
ך לם נע פץ קר שת אב גד הו זח טי ו
ל מן עף צק רש תא בג דה וז חט יך ת
ם נע פץ קר שת אב גד הו זח טי כל ת
ן עף צק רש תא בג דה וז חט יך לם

Cap. XXI

עת Persona Chesed, retrorsum.

Nomen מה

צק רש תא בג דה וז חט יך לם נס י
קר שת אב גד הו זח טי כל מן סף ו
רש תא בג דה וז חט יך לם נס פץ ר
שת אב גד הו זח טי כל מן סף צק ת
ש תא בג דה וז חט יך לם נס פץ קר א
ת אב גד הו זח טי כל מן סף צק רש ו
א בג דה וז חט יך לם נס פץ קר שת א
ב גד הו זח טי כל מן סף צק רש תא ו
דה וז חט יך לם נס פץ קר שת אב ה
הו זח טי כל מן סף צק רש תא בג א
ה וז חט יך לם נס פץ קר שת אב גד וה

Nomen כן

זח טי כל מן סף צק רש תא בג דה י
חט יך לם נס פץ קר שת אב גד הו ו
טי כל מן סף צק רש תא בג דה וז ד
יך לם נס פץ קר שת אב גד הו זח ה
כל מן סף צק רש תא בג דה וז חט ה
לם נס פץ קר שת אב גד הו זח טי ג
מן סף צק רש תא בג דה וז חט יך ו
נס פץ קר שת אב גד הו זח טי כל ה
סף צק רש תא בג דה וז חט יך לם ת
פץ קר שת אב גד הו זח טי כל מן

Cap. XXII.

פּ׳ Persona Geburah, retrorsum, per Gematriam
אלהים id est, 86.

Nomen מה

פץ קר שת אב גר תו זח טי כל מן סע י
פק רש תא בג רה וז חט יך לם נס עץ ו
פר שת אב גר הו זח טי כל מן סע צק ד
פש תא בג רה וז חט וך לם נס עץ קר ה
פת אב גר הו זח טי כל מן סע צק רש א
פא בג רה וז חט יך לם נס עץ קר שת ו
פב גר הו זח טי כל מן סע צק רש תא א
פג רה וז חט יך לם נס עץ קר שת אב ו
פד הו זח טי כל מן סע צק רש תא בג ה
פה וז חט יך לם נס עץ קר שת אב גר א
פו זח טי כל מן סע צק רש תא בג רה וה

Nomen בן

פז חט יך לם נס עצ קר שת אב גר הו י
פח טי כל מן סע צק רש תא בג רה וז ו
פט יך לם נס עץ קר שת אב גר הו זח ד
פי כל מן סע צק רש תא בג רה וז חט ה
פך לם נס עץ קר שת אב גר הו זח טי ת
פל מן סע צק רש תא בג רה וז חט יך ו
פם נס עץ קר שת אב גר הו זח טי כל ו
פן סע צק רש תא בג רה וז חת יך לם ת
פס עץ קר שת אב גר הו זח טי כל מן ה
פע צק רש תא בג רה וז חט יך לם נס

Cap. XXIII.

צ׳ Persona Tiphereth, retrorsum, per Gematriam
אל ארני

Nomen מה

צק רש תא בג רה וז חט יך לם נס עף י
צר שת אב גר הו זח טי כל מן סע פק ו
צש תא בג רה וז חט יך לם נס עף קר ד
צת אב גר הו זח טי כל מן סע פק רש ה
צא בג רה וז חט יך לם נס עף קר שת א
צב גר הו זח טי כל מן סע פק רש תא ו
צג

צג דה וז חט יך לם נס עפ קר שת אב	א
צד הו זח טי כל מן סע פק רש תא בג	ו
צה וז חט יך לם נס עפ קר שת אב גד	ה
צו זח טי כל מן סע פק רש תא בג דה	א
צז חט יך לם נס עפ קר שת אב גד הו	**יה**
	Nomen **בן**
צח טי כל מן סע פק רש תא בג דה וז	י
צט יך לם נס עפ קר שת אב גד הו זח	ו
צי כל מן סע פק רש תא בג דה וז חט	ד
צך לם נס עפ קר שת אב גד הו זח טי	ה
צל מן סע פק רש תא בג דה וז חט יך	ה
צם נס עפ קר שת אב גד הו זח טי כל	ו
צן סע פק רש תא בג דה וז חט יך לם	ו
צס עפ קר שת אב גד הו זח טי כל מן	ה
צע פק רש תא בג דה וז חט יך לם נס	ה
צף קר שת אב גד הו זח טי כל מן סע	

Cap. XXIV.

קח Persona Daath, retrorsum.

	Nomen **מה**
קר שת אב גד הו זח טי כל מן סע פץ	י
קש תא בג דה וז חט יך לם נס עפ צר	ו
קת אב גד הו זח טי כל מן סע פץ רש	ד
קא בג דה וז חט יך לם נס עפ צר שת	ה
קב גד הו זח טי כל מן סע פץ רש תא	א
קג דה וז חט יך לם נס עפ צר שת אב	ו
קד הו זח טי כל מן סע פץ רש תא בג	א
קה וז חט יך לם נס עפ צר שת אב גד	ו
קו זח טי כל מן סע פץ רש תא בג דה	ה
קז חט יך לם נס עפ צר שת אב גד הו	א
קח טי כל מן סע פץ רש תא בג דה וז	**וח**
	Nomen **בן**
קט יך לם נס עפ צר שת אב גד הו זח	י
קי כל מן סע פץ רש תא בג דה וז חט	ו
קך לם נס עפ צר שת אב גד הו זח טי	ד
קל מן סע פץ רש תא בג דה וז חט יך	ה
קם נס עפ צר שת אב גד הו זח טי כל	ה
קן סע פץ רש תא בג דה וז חט יך לם	ו
קס	

קס עף צר שת אב גר הו זח טי כל מן ו
קע פץ רש תא בג דה וז חט יך לם נס ה
קף צר שת אב גר הו זח טי כל מן סע ה
קץ רש תא בג דה וז חט יך לם נס עף

Cap. XXV.

Nomen מה רט Persona Hod, retrorsum.

רש תא בג דה וז חט יך לם נס עף צק י
רת אב גר הו חז טי כל מן סע פץ קש ו
רא בג דה וז חט יך לם נס עף צק שת ד
רב גר הו זח טי כל מן סע פץ קש תא ה
רג דה וז חט יך לם נס עף צק שת אב א
רד הו זח טי כל מן סע פץ קש תא בג ו
רה וז חט יך לם נס עף צק שת אב גח א
רו זח טי כל מן סע פץ קש תא בג דה ו
רז חט יך לם נס עף צק שת אב גר הו ה
רח טי כל מן סע פץ קש תא בג דה וז א
רט יך לם נס עף צק שת אב גר הו זח

Nomen בן וה

רי כל מן סע פץ קש תא בג דה וז חט י
רך לם נס עף צק שת אב גר הו זח טי ו
רל מן סע פץ קש תא בג דה וז חט יך ד
רם נס עף צק שת אב גר הו זח טי כל ה
רן סע פץ קש תא בג דה וז חת יך לם ה
רס עף צק שת אב גר הו זח טי כל מן י
רע פץ קש תא בג דה וז חט יך לם נס ו
רף צק שת אב גר הו זח טי כל מן סע ה
רץ קש תא בג דה וז חטיך לם נס עף ה
רק שת אב גר הו זח טי כל מן סע פץ

Cap. XXVI.

Nomen מ"ח שי Persona Jesod, retrorsum.

שת אב גר הו זח טי כל מן סע פץ קר י
שא בג דה וז חט יך לם נס עף צק רת ו
שב גר הו זח טי כל מן סע פץ קר תא ד

שג	דה וז חט יך לם נס עף צק רת אב	ת
שד	הו זח טי כל מן סע פץ קר תא בג	א
שה	וז חט יך לם נס עף צק רת אב גד	ו
שו	זח טי כל מן סע פץ קר תא בג דה	א
שז	חט יך לם נס עף צק רת אב גד הו	ו
שח	טי כל מן סע פץ קר תא בג דה וז	ה
שט	יך לם נס עף צק רת אב גד הו זח	א
שי	כל מן סע פץ קר תא בג דה וז חט	וה
		Nomen בן
שך	לם נס עף צק רת אב גד הו זח טי	י
של	מן סע פץ קר תא בג דה וז חט יך	ו
שם	נס עף צק רת אב גד הו זח טי כל	ד
שן	סע פץ קר תא בג דה וז חט יך לם	ה
שס	עף צק רת תב גד הו זח טי כל מן	ה
שע	פץ קר תא בג דה וז חט יך לם נס	ו
שף	צק רת אב גד הו זח טי כל מן סע	ו
שץ	קר תא בג דה וז חט יך לם נס עף	ה
שק	רת אב גד הו זח טי כל מן סע פץ	ה
שר	תא בג דה וז חט יך לם נס עף צק	

CAP. XXVII.

תך Persona Malchuht, retrorsum.

		Nomen מה
תא	בג דה וז חט יך לם נס עף צק רש	י
תב	גד הו זח טי כל מן סע פץ קר שא	ו
תג	דה וז חט יך לם נס עף צק רש אב	ד
תד	הו זח טי כל מן סע פץ קר שא בג	ה
תה	וז חט יך לם נס עף צק רש אב גד	א
תו	זח טי כל מן סע פץ קר שא בג דה	ו
תז	חט יך לם נס צף עק רש אב גד הו	א
תח	טי כל מן סע פץ קר שא בג דה וז	ו
תט	יך לם נס עף צק רש אב גד הו זח	ה
תי	כל מן כע פץ קר שא כג דה וז חט	א
תך	לם נס עף צק רש אב גד הו זח טי	יה
		Nomen בן
תל	מן סע פץ קר שא בג דה וז חט יך	ו
תם	נס עף צק רש אב גד הו זח טי כל	ו
תן	סע פץ קר שא בג דה וז חת יך לם	ד

תס

תס עף צק רש אב גר הו זח טי כל מן	ה
תע פץ קר שא בג דה וז חט יך לם נס	ה
תף צק רש אב גר הו זח טי כל מן סע	ו
תץ קר שא בג דה וז חט יך לם נס עף	ו
תק רש אב גר הו זח טי כל מן סע פץ	ה
תר שא בג דה וז חט יך לם נס עף צק	ה
תש אב גר הו זח טי כל מן סע פץ קר	

§. 2. Hactenus expansæ sunt 231. portæ, antrorsum & retrorsum supra dictæ: ubi literæ tam justè sunt dispositæ, ut quælibet secum habeat bis 231. literas juxta numerum נְתִיב. Sed & Alphabeta extenduntur usque ad numerum 231. portarum anteriorum, & 231. portarum posteriorum. Nomen autem *vadit &* exsculpitur cum ipsis in 4. plenitudinibus suis עָב סָג מָה בָן Relinquitur tamen Alphabetum unum, cui non est facultas prodire in lineas, Est, fuit & erit, ob rationem, de qua infrà, juxta id quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Omnibus dedisti socium, mihi autem non dedisti socium. Respondit Sanctus ille Benedictus: Congregatio Israël erit socia tua &c. Vide infra.

Portæ 462.

§. 3. Demonstratio 2. horum peti potest à Traditis Libri Jezirah cap. 2. Mischnah 2. *Viginti & duas literas exsculpsit, excidit & ponderavit, & permutavit, & combinavit; formavit cum eis Nephesch omnis formati, & Nephesch omnis formandi.* Sensus est: *Exsculpsit eas*; hæc est sculptura, cujus meminit Liber Sohar: Sculpsit sculpturas suas in puritate excelsa. Sculpsit enim sculptione quadam unamquamque literarum Alphabeti, ita ut literæ ibi revera prominerent, factæque essent quasi undiquaque cœlo fuissent sculptæ, donec litera ipsa extaret per se. Literæ autem enatæ ex qualibet Alphabeti litera ad instar areolæ Horti effiguratæ erant circa sculpturam literæ fundamentalis: non aliter atque qui arat pulvillos, arat foditque ex parte una, donec latus istud exurgat; ad hunc modum instituebatur sculptura illa circa literas, donec corpus literarum per se protuberaret.

Explicatio textus Libri Jezirah c. 2. Mischna 2.

§. 4. Deinde accipiebat literas, easque ad instar coronæ literis ex se progeneratis apponebat, singulisque viginti duas tribuebat, unam post aliam sumendo א deinde ב; sicut in muro ordinatur lapis supra lapidem: ita lapides literarum, quæ excisæ erant è corporibus literarum, quæ vocantur rota in sphæra sua; provolvebat de combinatione in combinationem, quasi murum ex illis faciens & ædificium validum admodum. Quilibet autem lapis excindebatur è monte; antequam enim exscinderetur, non nisi mons vocabatur; facta autem excisione è monte vocatur lapis. Deinde multi sumuntur lapides, multæque inde struuntur domus vel murus; Sic juxta hoc simile & ibi: Ideoque dicitur: Sculpsit eas, excidit eas.

 §. 5.

§. 5. Mox addit, *Ponderavit eas*: nimirum quasi in libra, ita ut pondus non deficeret, sed esset perfectum. Singulæ autem literæ in multis combinationibus habent 22. literas; Hæc est rota, quæ semper cum ipso procurrit, suntque rotæ vehiculi semper circumvolutæ quàm perfectissimè, nullo existente defectu quoad axem perfectissimam 22. literarum.

§. 6. Porrò addit, *Permutavit eas*. Hîc adhibetur phrasis Themuræ sive inversionis anterioris & posterioris in Alphabeto אל בם ex quo fit לא מב &c. Et huc pertinet quod dicitur Lev. 27, 10. *Non commutabit bonum in malum, & si commutando commutaverit, erit & illud & commutatio ejus sanctitas.* Ibi enim nullum omnino malum est, sicut dicitur Thren. 3, 38. *De ore Altissimi non egredientur mala & bonum.*

§. 7. Mox subjungit, *Combinavit eas*; ne erres opinione tua dicendo, illas aliter mutatas esse; ut in permutatione hac nihil relinqueretur de statu priori, sicut humanæ sunt mutationes in permutationibus mercatoriis; sed combinavit eas mysterio combinationis, ita ut non omitteretur vel deficeret litera una.

§. 8. Per combinationem hanc literarum *formavit* in illis *Nephesch* seu Psychen *omnis formati*: Nam per literas istas Bar Abhan & Bar Urian multa poterant scientes vires earum; ut per eas facerent & procrearent hominem quendam, massam terream virginem, ut notum est iis, qui talia tractant: Et sic quoque vitula triennis Abie & Rabba.

Confer Sanhedr. fol. 65, b.

§. 9. Tandem ait; Et creaturus est per illas *omne formatum*, id est, per revolutionem; imò & resuscitatio mortuorum illorum beneficio fiet; & hæc est mens Mischnæ in Sepher Jezirah c. 2. sect. 4. *Viginti duæ literæ fundamenti fixæ in rota in 231. portis, & vertitur rota antè & retrò. Et hujus rei signum est; in bonis nihil supra* ענג, *& in malis nihil infra* נגע. Sensus est: Viginti duas literas esse fundamentum structuræ ædificii ex his lapidibus: Et isti superstructæ sunt combinationes 231. portarum fixarum in rota combinationum ejus: Istæ moventur in rota, vertiturque antè & retrò אל בם Alphabeticum. Sic etiam numerus 231. & signum ejus: non est supra in bonis præ ענג horum verborum עדן נהר גן Eden fluvius horti; antrorsum & si invertatur ענג quod denotat Benignitatem & Miserationes in נגע plaga, ut disponatur retrorsum, judicium denotabit.

§. 10. Et sic intelliges aliquantum operationes ex hinc provenientes, & mutationem è combinationibus ortam ad creandum membra judicii & miserationum.

§. 11. Et hinc intelliges, quod sequitur in Mischnah his verbis: *Quomodo ponderavit & permutavit eas? Aleph cum omnibus & omnes cum Aleph, Beth cum omnibus, & omnes cum Beth: Et retrovertitur quoque quod absit. Inde*

Inde patet, omne formatum & omnem Sermonem comprehendi & prodire è Nomine uno. Hactenus Mischnah. Sensus est, Aleph combinari cum omnibus literis & omnes cum ipso i.e. in omni combinatione non tantùm hanc literam esse, sed omnes literas circumvolvi cum tota combinatione, & Nomen circumvolvi cum ipsis comprehendens omnia. Unde patet omnes formationes, quæ per Ipsum possunt edi, comprehendi in ista combinatione; & omnem sermonem nominum prodeuntium ex hoc Nomine, quod omnia comprehendit, & omnes voces linguæ & nomina quæ extrahuntur & creantur ex istis, prodire è Nomine uno, quod est Nomen יְהֹוָה quod comprehendit omnes 231. portas. Et hæc sufficiant.

Cap. XXVIII.

§. 1. Jam scito de Alphabeto primo Personæ אָ״לִ, quomodo extendatur lumen ejus, & quare lineæ singularum literarum hac procedant via & figura in rectum & obliquum, & quomodo postea generetur similitudo & imago ejus, usque ad finem omnium literarum Alphabethi. De Alphabetis cujusque Personæ.

§. 2. Incipiemus autem à litera Aleph, quæ fit ex 100. punctis, sicut quælibet litera alia. Quæstionem autem moverunt Majores nostri, quare non inchoaverit creationem literarum à litera Jod, quoniam & ipsa punctum est, & quidem prima omnium: Scito ergo in singulis punctis, cùm propinqua sunt Infinito, admodum augeri lucem; propter lucem illam magnam igitur repente descendebat ex eo linea quædam, quæ linea ascendere volebat fruique luce Infiniti, sicut punctum ipsum: sed deflectebat ab eo ad distantiam quasi duorum punctorum, unde summitas lineæ separabatur à litera Jod, & ascendebat via obliqua sursum præ pudore, quod prævaricata esset; unde non firmo gradu ascendebat rectà, sed sursum pergebat oblique. Et quia punctum illud semper est in actu causandi, hinc & porrò Lux quidem descendebat ab eo, sed non adeo magnæ sicut ab initio, propter lumen lineæ, ab ipso prodeuntis. Hoc autem lumen secundum, quod è puncto suprà dicto descendit, semper adhæret lineæ illi; quoniam linea deflectit à recto, unde punctum semper procedit cum linea. Nam quoniam linea prima separabatur à puncto, ascenditque sursum, hinc punctum iterum è luce sua producere volebat lineam secundam, quæ descendebat & adhærebat lineæ primæ. Et quoniã linea secunda adhærescere volebat summitati lineæ primæ, quippe quæ præstantissima illius pars est, & tamen pars ista, terminis Principii Emanativi nimis propinqua esset; hinc linea hæc secunda parti isti adhærere non poterat ob nimiam excellentiam ejus: unde adhærebat medietati lineæ, ubi finis partis primæ est: cumque pars ista prima lineæ, quæ à puncto deflectebat, ascenderet prope Infinitum, lumen ejus augebatur, unde descendere

non poterat nisi via recta. Descendit ergo à summitate lineæ via recta ad illum usque locum, ubi diminuitur finis lineæ; non enim transire penitus poterat propter puncta quæ infra ipsam. Infinitum autem circumdabat illas & Influentia augebatur in fine lineæ, descendentis è summitate lineæ, quæ ascenderat; cumque deorsum se extendere nequiret, in latere se extendebat, hinc atque illinc. Et hoc est Daleth, quod sub Aleph est.

Cap. XXIX.

§. 1. Et jam explicabo literam Beth. Scito ergo quòd punctum Jod se extenderit in latitudinem versus dextrum latus usque ad locum termini sui, qui est digitus super digito in quadrato.

Mysterium Phylacteriorum.

§. 2. Et propterea phylacteria ministerii magni ita confecta sunt, ut quælibet litera sit in distantia digiti super digito: Et mysterium connotat nomen אהוה quod in plenitudine sua (אלף הי ואו הי) idem valet quod אצבע digitus. Suntque in manibus Arich quæ tectæ sunt per Abba ve Imma. Et hoc est mysterium Thphillin juxta mentem Rabbenu Fam. Et deducuntur è mundo vestimenti per filum Infiniti, quod descendit super caput Arich Anpin, & vivificat omnes mundos.

§. 3. Et tempore beneplaciti, Seir ab ipsis literis participat, & in specie hora Minchæ Sabbathicæ; de qua dicitur: Psal. 69, 14. *Et ego precor ad te Domine tempore beneplaciti.*

§. 4. Et quoniam suprà dictum Jod in latitudinem extendebatur digito, hinc ipsi non erat locus, ut ulteriùs extenderetur: Et cùm linea illa extensa esset in latitudinem & non in longitudinem; sicut dictum; tum auctum fuit lumen lineæ, ut difflueret, atque sic extensa est ab eo linea quædam recta secundùm longitudinem, idque pro mensura 2. digitorum & insuper aliquantum, quia digitus unus infra terminum suum descenderat: cùm autem nec liceret, nec posset in hac extensione consistere inferiùs; regressa & conduplicata est versus tectum superius, & hinc facta litera Beth. Et cùm aliquantò longior esset, quam tectum superius, reductum est quod superaret, & facta gibbositas.

Cap. XXX.

§. 1. Quantum ad literam Gimel, scito initium ejus fuisse Jod, è quo extendebatur linea recta deorsum, quæ erat longa sicut Nun finale.

Sensus verborum in Præfatione Sohar parvi.

§. 2. Hinc responderi potest ad validam aliquam objectionem in præfatione Sohar parvi, cujus verba: Septem literæ Alphabeti sunt, quæ non coagulatæ sunt & humidæ manserunt, & creata est ex illis Lux. Sensus est: Septem

Septem literæ Alphabeti ſunt אבן קדמי lapis primus, quorum numerus æquipollet voci אוי״ר. Hinc dicitur quod ex illis creata ſit Lux. Quare autẽ non ſumuntur literæ Alphabeti ſecundum ordinem אבגדהוז? Reſpond. in dicta præfatione; Diximus quod illicò poſt Beth acceſſit punctum ſub myſterio ֵ unde fiunt literæ אבן. Ideò dicit humidas fuiſſe nec eſſe coagulatas: Id innuit, quòd linea ſtatim fuerit extenſa & ſubitò poſt generationem puncti factam per compreſſionem.

§. 3. Imò cùm deſcenderent literæ, non deſcenderunt ordine, ſed tumultuariò, hinc non ſunt coagulatæ i. e. non coaluerunt, nec diſpoſitæ ſunt in ſtatum ſuum. Sed redeamus ad propoſitum.

§. 4. *Poſt*quam Gimel extenſum fuiſſet ſicut Nun, & infra terminum ſuum *deſcendiſſet*, rediit ſurſum, ſicut fecerat Beth: quamvis Beth haberet tectum *majus*; unde tectum inferius cùm duplicaretur, æquale fiebat tecto *ſuperiori*: Gimel autem tectum habet parvum, unde duplicatio lineæ hujus *longæ* tam parva fieri non potuit atque eſt tectum ejus: Unde linea hæc duplicata inferior mediocris facta eſt, quodque erat infrà, paululum aſcendit, tectumque inferius ſecum traxit: Particula autem quæ remanſit inferiùs, facta eſt cauda Gimel.

Cap. XXXI.

§. 1. Punctum Literæ Daleth diſtendebatur in latitudinem, conſiſtebatque in termino ſuo: Poſtmodum autem adaucto lumine ejus circa finem latitudinis lineæ prioris recta deſcendebat linea altera. Si quæritur, quare linea ſecunda eò usque tantùm extenſa fuerit, nec tam longa facta ſit ſicut in Gimel & in Beth: ℞. literam hanc cùm fieri deberet, vidiſſe anguſtias, quæ obtigerunt literis Beth & Gimel, quòd nimis longæ fuerint & transgreſſæ terminum ſuum, opusque habuerint conduplicatione: unde extra terminum ſuum progredi noluit; & lux iſta, quæ potuiſſet ulteriùs deſcendere, extenſa eſt in latera ejus ipſa, unde craſſior facta eſt, quam Beth & Gimel.

Cap. XXXII.

§. 1. Et progrediamur ad literam He, cujus punctum idem planè fecit quod Daleth, niſi quòd Lux lineæ inferioris è ſummo tecto deductæ magna eſſet, & è regione ſui lineam ſibi ſimilem illuminaret, ex qua linea ſub Daleth locata factum eſt He.

§. 2. Si quæris, quare linea iſta non adhæret tecto ſummo, ſicut altera, quæ conficit Daleth? ℞. non aliter rem ſe habere, ac ſi homo columnam

quan-

quandam ſub tecto collocet è regione lucis; tunc ſanè umbra illius non extat recta, ſed paululum obliqua, nec attingit ſummitatem tecti: Ita linea juxta crus Daleth enata in He tecto non adhæreſcit; atque ideò vocatur He, quoniam homo cùm He pronunciat, non opus habet niſi halitu tantùm citra omnem moleſtiam: Unde linea ſecunda tecto non adhærens ſine puncto nata eſt, & ſine labore atque ſaltem ex umbra lineæ primæ.

§. 3. Et ſi quæris, quare Lux Daleth in He major eſt quàm fuit in Daleth vero? ℞. id propterea factum, quòd hæc locanda eſſet in Nomine expoſito.

Janua in palatio lapidis Saphirini.

§.4. Scito autem quòd litera He locata ſit in palatio lapidis Saphiri, ubi ex umbra tecti Jod prodit, quod claudit pedem He; quæ eſt janua aperta, nec tamen aperitur niſi illi qui dignus eſt. Intra januam hanc autem 2. ſunt Angeli, quorum unus vocatur פתחון & alter סגרון quorum præfectus eſt טהריאל. Et cùm anima egreditur ex hoc mundo, aſcenditque ut intret in hortum Eden per palatium hoc lapidis Saphiri, venit Angelus טהריאל & conſiderat eam, & ſi digna eſt, innuit Pithchoni, ut aperiat januam, & dicit Jeſ. 26, 2. *Aperite portas, & ingrediatur gens juſta, cuſtodiens veritatem.* Et notificat Pithchoni, è quonam gradu ſit, utrum ſit è dominis oculorum, vel è Dominis ſtaturæ corporis, vel è Dominis colli, vel è Dominis manuum, vel pedum Dominis; Omnia enim hæc membra ſunt Mercavæ, de quibus infrà in mundo Briah.

Introitus animæ dignæ per januam illam.

Pithchonis Angeli officium.

Rachmielis officium.

§. 5. Sed ad rem. Si anima illa digna eſt, & oſtium ipſi aperitur, mox illa traditur Angelo Rachmiel, ut elevet illam per viam מקום הר ציון i.e. locum montis Zion, qui eſt hortus Eden ſuperior.

Palatium lapidis Saphiri quid.

§. 6. Res autem ſic capienda, quod palatium hoc lapidis Saphiri ſit Malchuth in Briah, quæ eſt umbra Malchuth de Aziluth. Et in medio hoc palatio eſt aulæum quoddam ad inſtar firmamenti, quod dicitur Pargud Velum. Et ex Pargud iſto vaticinati ſunt Prophetæ per ſomnium, excepto Moſe Magiſtro noſtro ſuper quo pax, qui fuit intra aulæum. In iſto Pargud autem præfectus quidam è Angelus, cui nomen Rachmiel.

Porta verſus Eurum clauſa.

§. 7. Et ex iſto palatio in palatium עצם השמים quod proximè ſuperius eſt, nimirum Jeſod in Briah, datur columna excavata, quæ eſt porta verſus Eurum, quæ clauſa eſt, nec aperitur niſi Neomeniis & Sabbathis.

Taharielis munus.

§.8. Porrò anima quoque ex hoc mundo aſcendens primum examinatur à Tahariele (quod nomen טהריאל per Gematriam æquipollet voci נהר fluvius, juxta Gen. 2, 10.)

§. 9. Et ſi invenitur pura, præcipit Pithchoni, qui ipſi aperit, ſtatimque eam tradit Rachmieli: Qui Angelus ſi ipſam viderit puram, confeſtim ipſi excavatam aperit columnam.

Zadkielis munus.

§. 10. Zadkiel autem Angelus, qui ibi eſt, veſtit ipſam tunica Magiſtrorum

strorum, quæ consistit è Lege atque Præceptis, quas fecerat in hoc mundo: Et ex illa vest apparent opera ejus superius.

§. 11. Scito autem columnam hanc excavatam esse Nomen Essentiæ & Dominii, unam scil. literam ex quolibet nomine: Quanquam hîc etiam sunt nomina 3. colorum, nimirum album, quod est Nomen אהי׳: flavum quod est Nomen יהו׳ & aliud ad rubrum tendens, quod est Nomen אלוה. Transmittuntur autem animæ per cochleam hanc, ne ipsas videant cortices ipsisque prævaleant.

Porta dicta sive columna excavata quid.

§. 12. In media autem hac columna Angelus quidam præfectus est Sahariel nomine, qui acceptam hanc animam ulterius elevat in palatium Ezem haschamaim, quod est Jesod in Briah, umbra de Jesod Aziluthico: ibi collocant eam loco decenti.

Saharielis munus.

§. 13. Si autem quod absit, in illa quicquam reperiatur indecens, è vestigio traditur Perditoribus, qui sunt in palatio corticum è regione lapidis Saphiri. Et in hæc palatia corticum ingressus est Noach, ut illa videret; & quidem ferè in errorem deductus fuisset, sicut scribitur Gen. 9, 21. *Et bibit de vino & inebriatus est, & discooperuit se*: Ubi innuitur, quod adhæserit istis, & isti polluerint eum, & detexerint nuditatem ejus: id quod propterea factum, quòd interdiu rem habuerit cum uxore. Et palatium hoc est Gomer, filia Diblaim, quæ fuit mulier fornicationum, quam duxit Hoscheah, ex præcepto Domini; ad denotandum, quòd populus adhæreret palatio huic in mundo.

Palatium corticum pro animabus impuris.

De introitu animarũ medii generis.

§. 14. Si autem anima hæc medii est generis, Angelus Tahariel ipsam introducit coram 71. Sanhedrin, ubi Metatron est pater domus judicii, ubi judicialiter de ipsa inquirunt: Et si reperta fuerit innocens in judicio, traditur Rachmieli; & Rachmiel super judicio inquirit, aperitque ipsi duas portas, unam versus hortum Eden & alteram versus Gehennam. Ex illa videt lucem magnam magnamque voluptatem, in qua degunt justi; & à Luce illa, quæ in cujuslibet justi tabernaculo ipsam percellit, ita ut pudefiat ab operibus suis malis & ita sit expiatio iniquitatum ejus. Ex altera autem porta sinistri lateris Gehennam videt, & quomodo impii ibi judicentur, unde terretur; qui ipse pavor etiam expiat iniquitates ejus.

Taharielis munus.

Rachmielis munus.

§. 15. Et si pœnitens iste plorat super peccatis suis, tunc aperiunt ipsi portam Lachrymarum; quod est spatium illud inter tectum literæ He ejusq; lineam dehiscentem ab umbra factam; & ista porta, Lachrymarum porta appellatur.

Porta Lacrymarum quid.

§. 16. Cumque introducta est in portam hanc, Rachmiel illam accipit, ipsique locum montis Zion aperit, quæ est columna excavata; ubi Sahariel ipsam susceptam consolatur, fenestram eidem aperiens, ut ipsi quasi oriatur Sol justitiæ & sanans, id est, cùm anima hæc ascendit in palatium

Saharielis munus.

Ezem haschamaim, duæ ibi sunt portæ, quarum una sanatur anima
gore, qui supervenerat ipsi sive in vita sive in morte ejus, ubi sanatu
loribus suis: Porta autem altera advehit ipsi spiritum vitæ ex arbor
quæ facultatem ipsi largitur, ut tolerare possit magnam illam volup
qua frui debet ex splendore Schechinæ.

Cap. XXXIII.

§. 1. Punctum literæ Vav fiebat linea retrò versum, & infrà ten
ipsique non erat usque adeò magna illuminatio, ut posset egredi extra t
num suum.

Cap. XXXIV.

§. 1. Litera Sain est Jod super Vav: nempe postquam Jod lineam
rat retrorsum, rediit & insedit summitati ejus: Id quod in Sohar his v
innuitur: Sain est Jod super Vav.

Cap. XXXV.

§. 1. De Litera Cheth scito, quòd facta sit ex duobus punctis æqui
lentibus uni, eo quod essent geminæ. Et è duobus his punctis facta sun
Sain sicut diximus. Et illa duo puncta primùm fuerunt unum, quæ
modum divisa sunt in duo. Gibbositas autem media est punctum illud,
quia in 2. Sain dividitur, & illa demittit versus 2. latera, hinc tenuis reli
tur gibbositas, quoniam inde dimittitur lux, sicut dictum. Et quo
Cheth est fœmina, hinc indigitat duas gemellas Hebelis, quæ sunt R
& Leah.

Cap. XXXVI.

§. 1. Teth litera facta est è duobus punctis geminis, mare & fœ
Fœmina est Nun literæ Teth; sed Sain literæ Teth est masculus, obver
que sibi facies. Et Nun quidem, quæ est fœmina, simplex erat & du
est atq; incurvata ob duas causas: primò, ne transgrederetur terminum
& deinde ut adhæreret masculo, quod est Sain. Sain autem masculus ext
batur deórsum & hærebat in curvatura ejus. Ipsa vero quoque exten deb
capite illius lineam sub mysterio manus quasi susceptura illum: & h
manus extensa ad accipiendum conversos.

§. 2. Denotatur etiam in illa, quomodo se gerat pœnitens, qui
vat caput suum & extendit manus suas.

§. 3. Et scito hæc duo marem & fœminam in ista litera esse mysterium tribuum, qui singuli cum gemella sua prodibant, unde in illis non repe- riuntur literæ ט ח. Et si dicis de ח quidem quæ est fœmina, id concedi; restare autem quæstionem, quare ט quod est mas & fœmina ipsique assi- milatur, inter ipsos non inveniatur; Respondetur, duas illas geminas per Cheth designatas, causam fuisse cædis Hebel, factumque Chet cum Teth, unde חט ita ut etiam Teth designet Cain, quod cum ipso prodiret gemina ejus, & ipse occidit Hebel, & accepit duas geminas, & ex iis genuit חט: unde nec Chet nec Teth est inter tribus. Mysterium tribuum, in quibus non reperitur חט.

Cap. XXXVII.

§. 1. *Litera* Jod quæ punctum ipsum, facta est principium, medium & finis; *imò* ipsa etiam principium Decadum & finis unitatum atque ideò redit *in unum.* Atque sic Kuph se habet inter decades, quia continet decies decem. Signi autem loco habeas Alphabetum איק בכר גלש, ubi Jud denotat denarium, quoniam ipsi est initium, medium & finis; Nosti autem quod ipsum quoque principium includat initium, medium & finem, & sic omnia tria, unde novem, quibus si addis Jud ipsum, ecce decem.

Cap. XXXVIII.

§. 1. *Litera* Caph tendebat è puncto suo in latus dextrum, & ex illo descendebat *linea* in longum progressa ultra terminum suum, atque duplicata *sive incurvata*: & quia mox incurvabatur, quam primùm se terminum supergressam videret, ideò meruit poni in initio כתר.

Cap. XXXIX.

§. 1. De Litera Lamed scito, quod Æn Soph facta compressione sursum ascenderit supra summitatem vestimenti: illud vero punctum Æn Soph, quod vestimento vitam dedit sub mysterio Neschannæ, postmodum vestigium impressit summitati vestis, quod ipsum vestigium etiam punctum est; & hoc punctum extitit super summitate Lamed.

§. 2. Deinceps vero extensum est deorsum in vestimentum usque ad locum, ubi literarum summitas, quò cum proveniret, extendebatur in latus dextrum, descendebatque ex ipso linea, & id eveniebat quod in Daleth.

§. 3. Et hoc est mysterium turris volantis in aëre; quoniam summitas ejus desuper est inter Æn Soph & vestimentum, suntq; 300. constitutiones decisæ: Quia Lamed denotat 30. & quælibet continet 10. unde 300. Turris volans in aëre.

Signum iste fuit in Cain.

§. 4. Arcanum Lamed etiam reperitur in Sohar Sect. Breschith fol. 37. in verba Gen. 4, 15. *Et posuit Dominus in Cain signum*, quod est Prov. 18, 10. *Turris fortitudinis Nomen Domini, in ipsum curret justus & exaltabitur.* Huc quoque pertinent duo illa Nomina ה״ צריק quæ reperiuntur inter 12. nomina ternis literis constantia (ex hoc textu combinata, quorum figura in Sohar.) Et scito, numerum illius versus: *Turris fortitudinis &c.* æquari numero Lamed in plenitudine ejus & plenitudinis plenitudine, nimirum ita: למ״ד מ״ם דל״ת. מ״ם מ״ם. דל״ת למ״ד תי״ו quorũ numerus est, 1672. Textus vero citatus cum ה״צריק efficiunt 1635. & 36. literæ in 12. illis nominibus suprà dictis contentæ cum generalitate faciunt 1672.

Cap. XL.

§. 1. Punctum literæ Mem magnum fuit, & in ipsum ingressa est potentia contrahendi se, finita autem contractione remanebat punctum; regressa igitur potentia comprimendi ab Æn Soph percussit medium puncti hujus, unde prodierunt adhuc 3. scintillæ in omnes ventos, & deinceps è qualibet scintilla prodiit linea, quæ coaluerunt invicem in figuram quadratam 4. lineis constantem. Deinde Lux istius percussionis aucta est intra spatium istud, quoniam virtus puncti semper consistit in medio, quamvis dispergatur circumcirca illud. Et istud punctum deflectebat in latus dextrum, eò quod esset benignitas, cumque vellet ascendere sursum, non poterat: nihilominus imprimebat vestigium, & prodibat similitudo ejus super linea dextra extrinsecus; & propter percussionem magnam, quæ facta erat, linea dextra paulatim defecit à reliquis hujus literæ. Cum autem corroboraretur linea, iterum coaluit: Cumque videret, quod non posset ascendere pro lubitu; descendit secundùm angulum lineæ dextræ, & fissa est linea dextra infrà, ita ut relinqueretur apertura, descenditque & prodiit foràs.

§. 2. Deinde autem virtute illius percussionis etiam factum est Mem clausum, quoniam dilatabatur in medio, i. e. faciebat locum vacuum intra se, unde Mem quadratum. Et quoniam debilitabatur virtus, talis percussio in hac fieri non poterat, qualis facta erat in priore.

Cap. XLI.

§. 1. Punctum literæ Nun extendebatur deorsum, cumque supergressa esset terminum suum, incurvabatur, unde Nun curvatum.

Cap. XLII.

§. 1. Punctum Literæ Nun longæ extendebatur & transcendebat termi-

terminum suum. Quare hoc? Quoniam omnes literæ longæ denotant judicium, eò quòd terminum transcendunt. Hæc autem transgressio ultra limitem fiebat per modum extensionis, quod scilicet extenderetur in rectum, qualis extensio denotat benignitatem; hinc ostenditur, quòd justi convertant judicium in miserationes. Ubique enim est extensio; sive fiat judicium, sive fiat miseratio, sane extensio fit; verùm cùm justis, qui attributum judicii in attributum miserationum convertunt, istæ literæ considerantur quoad extensionem tantùm, quæ denotat miserationes; quoad impios verò sese exerit respectus transgressionis ultra terminum, quæ est judicium citra omnem respectum extensionis.

§. 2. Jamque ostendam tibi mysterium magnum, quod non pervenit ad multos ex prioribus. Scito Nun longum quoad signaturam pertinere in *Jesod*, quoad fundamentum in Binah: Nam litera He, quæ in Binah *constat* è denariis; denarii autem quinquies repetiti efficiunt נ 50. *Nun curvum est in Jesod & in Binah.*

§. 3. Porrò scias, deductionem hanc literæ Nun ex He pertinere ad Jesod Imma, nec minùs ad Jesod Abba, quoniam Jesod Abba ingreditur intra Jesod Imma. Notum autem jam est, quod Jesod Abba sit longum, Jesod Imma autem brevius: Nam Jesod Abba quasi triplo longius est, unde hujus respectu aliud est Nun breve, aliud Nun longum: Nun longum est in Jesod Abba, Nun breve in Jesod Imma, quod breve. *Nun longum in Jesod Abba: breve in Jesod Imma.*

§. 4. Et si quæras, quomodo Nun longum, quod denotat judicium perfectum, pertinere possit ad Abba, ubi perfectæ miserationes; habeas loco responsi, quòd hoc Nun sit ex 32. semitis Chochmah, quæ sunt 32. Elohim operis creationis. Istæ autem in Chochmah non videntur nec operantur, quoniam ibi sunt miserationes simplices: Cùm verò 32. Elohim descendunt in Jesod Abba, quod est חי vita mundorum, quæ existit tempore unionis Abba & Imma; hinc ex 32. Elohim & חי vita mundorum, id est 18. oriuntur 50. quæ est potestas & valor literæ ן. *Objectio ad Nun longum, & responsio.*

§. 5. Et cum Jesod Abba intrat in Jesod Imma, & ibi invenit Nun curvum, quod denotat, si ita dicere licet, locum poni in fœmina, tunc 32. & 18. de Abba sub mysterio ן veniunt in actum; Nimirum quia Jesod Abba longum, hinc quoque ן hic longum est. Deinde autem Jesod Abba etiam denotatur per ו. Cùm ergo intrat in Jesod Imma, & ibi invenit Nun curvum, tunc sanè Vav & Nun curvum concurrunt; & quia deinde 32. & 18. in Jesod Abba extenduntur, unde Nun longum, hinc fit נון Nun. Hinc venit, quòd volenti scribere Nun inserendum sit Vav inter duo Nun, quibus innuitur Jesod Abba, sicut dictum. *Cur Vau in Plenitudine τῦ Nun.*

§. 6. Occurrit tamen etiam responsio alia, quam tradit R. Schimeon Jochaides, super quo pax, in Idra נשא his verbis: Triginta duæ semitæ Chochmah, quando sunt in Abba, non aperiuntur; sed quando descendunt in Seir, dispescuntur in 32. tramites Sapientiæ. Sensus est: Tri- *Responsio alia ex Jochaide.*

ginta duo Elohim, de quibus diximus, quod descendant in Jesod Abba, quod dicitur יהו mitigari hac conjunctione, fierique ן: Et quanquam illi 32. sint radix judicii; atque etiam ן sit judicium; nihilominus ibidem opus suum non operantur, quia Jesod Abba miserationes denotat simplices. Cùm autem descendunt in Seir, ibi operantur opus suum & dispescuntur in 32. semitas, quæ sunt ipsa 32. Elohim. Imò etiam ipsum Nun, cùm descendit in Jesod Seir, ibi non potest mitigari in יהו, remanet ergo ן attributum judicii perfecti.

Nun utrumque Radix est animarum R. Hammenuna & filii ejus.

§. 7. Porrò scias ex isto Nun, nimirum è radice superna ex Abba & Imma excisas esse animas R. Hammenuna Senis & filii ejus; illius animam ex Nun longo & filii ex Nun brevi. Hinc in Sohar vocatur נינא רבא Nina rabba, quod denotat piscem; Piscis autem pertinet ad mysterium Jesod; sicut enim piscis semper in mari movetur, ita Jesod semper movetur, ut affluentiam producat in Malchuth. Et radix animæ R. Hammenunæ senis fuit Jehojada, & filius ejus fuit Benajahu. Nam יהו reperitur in omni Seir, & est Seir inter Sephiroth, & ידע nempe reliqua pars nominis Jehojada alludit ad illud: Et Adam cognovit Chava uxorem suam, id est, Jesod Abba, in quo consistit cognitio inter maritum & uxorem suam. Benajahu autem est בן יהו quod est de Jesod Seir in Imma, ubi nomen בן. Et ideò Benajahu vocatur Ben Jehojada, quia bis includit nomen בן quæ sunt duo nomina הויה in plenitudine Hebin quæ efficiunt בן suntque ex Jesod Binah, id est, Imma. Atque ideò mortuus est post paucos annos, cùm Benajahu perveniret ad pueritiam, quippe qui erat filius R. Hammenuna Senis, qui est Johojada: Mortuus autem est, quoniam perfecerat animam suam illo tempore. Mortuus etiam est paucis annis exactis illo tempore cùm celebris esset Benajahu propter fortia facta, quæ faciebat. Et hoc est quod dicitur in Scriptura 2. Sam. 23, 20. *Et ipse percussit Leonem in fovea in die nivis:* ubi innuitur, quod tempore nivali in nive seipsum submergeret, frigusque adhiberet contra pravam concupiscentiam, quæ ipsum incitabat atque impellebat, ne id faceret; ipse autem concupiscentiam suam subigebat. Et hæc est cædes illa, qua leonem cædebat; ille enim leo erat prava concupiscentia. Et ista sunt poma, quorum odore factus est Sanctus ille Benedictus, sicut dicitur in Sohar de isto puero: Et hæc sunt poma illa, quæ olfecit Sanctus ille Benedictus. Sensus est: sicut cùm homo olfacit aliquid, odor intra ipsum ingreditur, inque ipso includitur: ita si fas est ita dicere, se habent animæ illæ sanctæ atque puræ, & in specie illi, qui studio Mercavæ incumbunt, suntque è mundo fœminino, id est, Imma: horum odore quasi tangitur ipse, & anima eorum adhæret Schechinæ ejus.

§. 8. Et

§. 8. Et si quæris, quare illi, qui sunt è fœmina, non diu vivunt in hoc mundo? Resp. Sicut fœmina naturalis causa fuit mortis in mundo, ita etiam Malchuth, quæ vocatur Arbor scientiæ boni & mali, ejusque pedes descendunt in mortem, id est, pedes Malchuth, qui sunt נה״י extenduntur in mundum hunc, qui est mundus mortis & separationis; illisque animabus, quæ ex parte illius proveniunt, non est vita longa.

Causa brevitatis vitæ.

§. 9. Et notandum quia & Jizchak pater noster erat metrum judicii rigorosi, è cujus speciebus & Basilia est, quod propterea illius generatiò referebatur ad nomen fœminæ, quæ est judicium, sicut dicitur Gen. 18, 10. *Revertendo revertar ad te secundùm tempus vitæ, & ecce filium habebit Sara uxor tua:* ubi Saræ destinatur: Unde etiam ligatus est super altare, & fermè mortuus esset, nisi Sanctus ille Benedictus dixisset ad Abraham, Gen. 17, 16. *Et etiam dabo ex ea tibi filium:* ubi eundem inseruit illi, Abrahamo scil. ut veniret in mundum masculinum: Et propterea salvabatur & vivebat. Sicut etiam scriptum est Gen. 21, 2. *Et concepit & peperit Sara Abrahamo filium:* Ubi eundem removet à Sarah & annectit Abrahamo.

Jizchak pater liberatus fuit à judicio.

§. 10. Schmuel etiam Channæ destinatus erat, sicut dicitur 1. Sam. 1, 11. *Dederisque famulæ tuæ semen virile*, item v. 20. *Et factum est in revolutione dierum & concepit Channah, & peperit filium* &c. item v. 27. *Pro puero hoc oravi, & dedit Dominus mihi petitionẽ meam:* Unde Eli fermè occidisset eum, quoniam ederet constitutionem de mactatione &c. Et nisi Channah dixisset 1. Sam. 1, 26. *In me, Domine, pro puero hoc oravi*, quasi diceret: *In me* peccatum est, & non in ipso, & propter me condona ei. Imò nihilominùs paucis annis exactis mortuus est, cùm scil. 52. annos natus esset.

Schmuel etiam servatus.

§. 11. Et Chabakuk quoque destinatus erat Sunamitidi, sicut dicitur 2. Reg. 4, 16. *Ad statutum tempus istud secundùm tempus vitæ amplexaberis filium.* Et propterea mortuus est, & deinde necesse erat, ut Elischa illum deduceret in mundum masculinum, quod est Nomen 72. literarum, quod prodit ex versiculis Exod. 14, 19. 20. & 21. *Et profectus est, &c. Et venit &c. Et extendit &c.* in quibus sunt 216. literæ juxta numerum vocis חבקוק. Sicut etiam vox חבקוק duos innuit amplexus, unum scilicet matris, & alterum Elischæ.

Chabakuk servatus.

§. 12. Scito autem, quod Sarah, Channah, Sunamitis & Zarphitis omnes fuerint ex revolutione Chavæ, venerintque ut restituerent præcepta de menstruis, placenta & accensione candelæ. Et Sarah quidem restituit omnia, quoad ejus fieri poterat; istud enim est quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd benedictionem invenerit in massa, id quod factum erat proter præceptum placentæ: Et lucernam accendit de una vespera Sabbathi in alteram: Et ratione menstruorum huc referendum, quod scriptum est Gen. 18, 11. *Cessaverat esse*

Revolutio Chavæ in Sara, Channa, Sunamitide & Zarphitide.

Saræ

Sara, Channa, Sunamitis & Zarphitis sunt plenitudo literarum Nominis מ״ה

Sara consuetudo mulierum. Sed quia hoc saltem initium erat restitutionis, restitutio non fiebat pro requisitis; quare necessum erat, ut venirent 3. istæ mulieres cæteræ, quarum quælibet restitueret præceptum unum ex illis tribus. Channa restituit præceptum Nidda, quia scriptum est 1. Sam. 1, 18. *Et facies ejus ei non fuerunt ultra:* Sunamitis restituit candelam, sicut scriptum est 2. Reg. 4, 10. *Ponamusque ipsi ibi lectum & mensam, & sellam, & candelabrum:* Zarphitis autem restituit Challah, sicut scriptum est 1. Reg. 17, 14. *Cad farinæ non consumetur.*

§. 13. Signum autem quod quatuor ipsi viri Jizchak, Schmuel, Chabakuk & Jonah destinati fuerint mulieris respectu, est in vocabulo שיח Gen. 2, 5. *Virgultum agri antequam germinaret;* ubi postmodum sequitur: *Et homo non erat ad colendam terram:* Sensus est: Quare non erat שיח virgultum agri? Resp. textus: *Et homo non erat:* Ergo literæ initiales vocabuli שיח denotant restitutionem hominis. Res itaque concipienda est: Antequam viri isti venirent in mundum, non erat dispositum Nomen מ״ה quod æquipollet numero אדם. Et hoc Nomen מ״ב in plenitudine sua missis literis substantialibus, æquipollet nomini חוה: Huc respicitur cùm scriptũ est Gen. 5, 2. *Masculam & fœminã creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam;* per *Masculum* intelliguntur literæ radicales יהוה & fœminæ loco sunt literæ plenitudinis, quæ efficiunt חוה: Ecce ergo in nomine isto אדם & חוה. Unde חוה erat unũ ex lateribus ejus, quæ est hæc plenitudo. Et quamdiu חוה non fuit restituta per 4. istas mulieres, quæ observarunt 3. hæc præcepta; nullus homo erat perfectus, eò quòd defectus adhuc lateret, si fas est ita loqui, in ista plenitudine. Et hoc est, quod dicitur: *Et homo non erat ad colendum.*

Causa brevitatis annorum in Benajahu.

§. 14. Ex hac causa etiam Benajahu fil. Jehojada, quia erat ex Jesod Binah, mortuus est paucis annis exactis in omni revolutione sua. Et si dicis: Binah est de mundo masculino; quare ergo mortuus est in brevitate annorum: scias, quòd Binah possideat mundum Briah; Mundus Briah autem est sub pedibus Malchuth: Et ibi possessionem habet tanquam mater; Qualis autem Mater, talis Filia. Sensus est: Quamvis in Imma nulla planè sit mors, nec malum ullum; nihilominus cùm Geburoth extenduntur deorsum, tum faciunt operationes suas: unde patet, quòd hoc in loco, scilicet Briah, sicut Mater, ita Filia.

Revolutio Benajahu in R. Benaah. Asinus osseus.

§. 15. Benajahu autem puer ille fuit R. Benaah in revolutione: Et ille fuit, qui venit post R. Eliefer sub forma Arabis super asino: ut alluderet ad Jesod, quod residet super Malchuth, juxta mysterium Gen. 49, 14. *Jissasechar, asinus osseus;* quasi dicat, innui hîc Abrahamũ, qui antequam fieret proselytus, vocatur אברם, cujus numerus valet גרים: Postquam autem factus esset proselytus, vocatum est nomen ejus אברהם, cui æquipollet חמר sive Vav, quod efficit 248.

§. 16. Sci-

§. 16. Scito autem quòd sicut est Chamor ex parte dextra in sanctitate, ita etiam in cortice est Chamor noxius: Sicut dixit R. Akiva, quod cùm adhuc fuisset plebejus, dixerit: Utinam esset mihi discipulus Sapientum, morderem eum instar asini. Ita in latere sinistro etiam est bos cornupeta. Unde apparet, bovem & asinum à dextris esse & sinistris in cortice. Et in sanctitate etiam est bos, Ps. 69,32. *Taurus cornibus & ungulis praeditus*, & asinus ex parte dextra ratione Abrahami, sicut diximus.

Chamor in parte dextra & sinistra.

§ 17. Et nota, quòd & in Ismaël fuerit potentia asini: & quia rem habuit cum socru sua, & cum masculis, per revolutionem venit in asinam, antequam restitueretur: nempe in asinam Bileami, quæ mortua est in facto illo cum Angelo, sicut dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, super verba illa: Num. 23, 33. *Et ipsam vivificassem.* Et postmodum revolutione alia factus est asina R. Pinchas, filius Jair. Inter scintillas etiam R. Pinchali erat Abraham, qui venerat ad restituendam Nephesch Iismaëlis filii sui. Et quia Iismaëlitæ sunt fures & raptores, ideò furto ablata & captiva fuit triduo sine cibo & potu, donec restitueretur R. Pinchaso.

Ismaelis revolutio ultima in asina Bileami.

Nephesch Ismaelis restituta in R. Pinchas.

§. 18. Et Esav fuit bos: Esav enim in plenitudine sua עַיִן שִׁין וָאו cum tribus literis suis radicalibus, efficit 506. juxta numerum שׁוֹר bos. Ideò puer ille equitabat super asino, sicut diximus. Et id est, quod innuit Jacob, cùm dicit Gen. 32, 5. *Et fuit mihi bos & asinus*, quasi diceret, Esavum & Iismaëlem fuisse sub ipso: quin & innueret, illorum surculos, qui sunt servus & ancilla. Et hoc est, quod dicit Scriptura Prov. 30, 22. *Propter servum cùm regnaverit, & ancillam, cùm fuerit hæres dominæ suæ*: ubi per servum intelligitur Esav, sicut dicitur Gen. 27, 40. *Et fratri tuo servies*; qui est Samaël, sicut inquit R. Schimeon Jochaides, super quo pax! Servus, id est, Samaël; & ancilla est ex Iismaël, scilicet Lilith, cujus numerus עֵת 470: Et istud est, quod dicit Scriptura Lev. 16, 2. *Et non ingrediatur in omni עֵת tempore ad sanctitatem.* Intelligitur autem per עֵת tempus bonum, Rachel; per עת tempus malum Lilith. Adhæreat autem quilibet Israelita tempori bono, quod est Schechinah, quæ vocatur tempus beneplaciti.

Esav fuit bos sub Jacobo, sicut & Ismael.

Cap. XLIII.

§. 1. Punctum literæ Samech majus fuit quam cæterarum, æquavitque magnitudinem Mem clausi: Et post compressionem remansit punctum, mox rediit facultas compressionis Infiniti, percussoque puncti medio ex ista percussione prodierunt 18. puncta, juxta numerum trium Vavin, efficientium figuram Samech, quæ postmodum coaluerunt, & hanc produxerunt figuram.

Litera ם & ס quomodo coincidat.

§. 2. Scito autem figuram Samech non multum distare à figura ם, sicut etiam in plenitudine Samech invenitur מֹם & ךְ quæ efficiunt 60. juxta numerum סֹ. Unde apparet, quod Samech primò fuerit Mem, & ambo efficiunt 100. Si tolles novem puncta, remanent 91. juxta numerum vocis אמן, quod per mutationem retropositarum efficitur ex בנֹס: Nam post ב retrò sequitur א; post נ retro sequitur מ & post ס retrò sequitur ן. Literæ autem בנֹס efficiunt יבֹק 112. quæ tria nomina אֹהיה יהֹוה ארני.

Tabularum ortus.

§. 3. Porrò scito, quòd tabulę veniant ex Nezach & Hod de Imma, suntq; Nomen אהיה & Nomen יהוה, quæ æquipollent numero לוח cùm literis. Quare cùm tabulis insculperentur Samech & Mem, quæ sunt Nomina יהֹוה & ארֹני cum אהיה, & literæ illæ coalescerent invicem, factum est hoc

Nomen 12. literarum.

Nomen יאֹא ההֹר ויֹו ההֹי juxta numerum בנֹס quod etiam est 112. Et illa 3. nomina simul sumta sunt Nomen unum duodecim literarum quod occultarunt Sapientes nostri bonæ memoriæ, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in tract. Kiddußchim: Nomen duodecim literarum: Ubi inquit Raschi bonæ memoriæ. Ego ignoro Nomen hoc.

Nominis hujus vis & efficacia in justis.

Et nota, unicuique Judæo affulgere lumen aliquod è tribus Nominibus istis in unum combinatis, quæ dominium habent in hominem in cogitatis, verbis & operibus ejus; & cùm quis justus est, eundem adjuvat Nomen יהֹוה in cogitatione ejus; reliquis autem hominibus spiritualibus אהֹיה opitulatur in verbo, & ארֹני in opere.

Ejusdem nominis separatio à peccaminosis.

Et si homo peccat juxta 4. gradus cogitationis, pro quolibet gradu peccati una litera separatur à Nomine, & contristatur pro eo: Et sic in 4. gradibus loquendi. & 4. operandi gradibus, atque occultantur ab eo, & ille homo relinquitur sine umbra, sicut dicitur Num. 14, 9. *Recessit umbra eorum ab ipsis.*

צל umbra, in sanctitate quid.

Umbra enim in sanctitate est Nomen אלהֹים & יהֹוה, quæ cum 9. literis efficiunt 121. sicut vox צֹל adjecta unitate vocabuli 121. efficit. Et in immunditie sunt 121. combinationes Elohim, quæ cum Radice efficiunt 121.

Umbra immunditiei.

Atque istud est quod dicit Scriptura l. c. *Recessit umbra eorum ab ipsis, & Dominus nobiscum; ne timeatis eos.* Nam recessit ab ipsis umbra immunditiei: Nullum enim ipsis erat auxilium, ne quidem ab immunditie: Nobis autem adest umbra sanctitatis, sicut dicitur. Et יהוה *nobiscum*, i. e. Ipse & domus judicii ejus, quæ sunt הויה & אלהים, quæ sunt umbra sanctitatis, sicut dicitur.

120. Combinationes אלהים in anima & corpore Judæi.

§. 4. Porrò scias, quòd 120. combinationes Elohim, quæ sunt in sanctitate, quiescunt super Israël; & Nomen אלֹוה obsignat animam Judæi, sicut dicitur in Sohar, Sect. Mischpatim super textu Exod. 21, 8. *Non dominabitur ad vendendum eum, si vestitus ejus fuerit in ea.* Quoniam vestitus Sancti illius Benedicti est Nomen אלֹוה quod est signaculum animæ in mundo existentis: Nam hoc Nomen ascendit descenditque in anima Judæi, &

Nominis אלהים syl-

reliquæ literæ Nominis אלהים quæ sunt ים ascendunt descenduntque

in

in corpore. Imò etiam inter gentes mundi Nomen hoc ים insculptum est corpori animæque eorum, sed literis inversis, ita ut loco ים sit מי. Et hoc Nomen scivit Parho, cùm diceret Exod. 5, 2. מי *Quis Dominus, cujus vocem audiam?* Et propterea inquit: *Non novi Dominum.* Deinde Sanctus ille benedictus dicebat ad Mosen Exod. 10, 1. *Ingredere ad Parho, ut ponam signa mea* אלה *in medio ejus.* Ne legas signa mea Elleh hæc, sed literas meas Eloah, quæ sunt literæ illæ reliquæ in nomine Elohim, nimirum אלה propter ים. Pergitque textus: *Et ponam illa in medio ejus*, ut in ipso excitent judicium, sciatque eas illæque & tibi manifestentur.

labâ ים inversa est in corpore atque anima gentium.

§. 5. Hîc sciendum est, Nomen אלהים habere 120. combinationes; quælibet enim litera habet 24. combinationes: Atque adeò literis מי combinationes sunt 48. unde Mizraim dicitur terra חם. Literis autem אלה competunt combinationes 72. juxta 72. combinationes versuum Ex. 14, 19, 20, 21. Vajissa, vajabo, vajet, quibus percutiebatur Parho & omnes exercitus ej9, in ים (mari) unde literę אלה Elleh revera in medio ejus sunt in ים. Unde patet, quòd tempore fissionis maris rubri combinatæ sint literæ אלה Elleh, & ים Jam, unde Nomen אלהים Elohim integrum. Unde rectè dixit R. Akiba, quòd singulæ plagæ constiterint ex 5. plagis aliis, quæ sunt 5. literæ Nominis Elohim. Porrò patet, quòd si Israëlita quidam peccet per modum irrisionis, omnes illæ 120. cõbinationes Elohim invertantur in pœnam ejus, quoniam ipse invertit צל umbram in לץ irrisionem, unde & illæ vertuntur ipsi in judicium & afflictiones veniunt super eum: Atque istud est, quod dicit Scriptura Proverb. 21, 24. *Superbus elatus, derisor nomen ejus*, quasi diceret: Superbus jactitat quod non est in eo; sic derisor irridet verbis mendacibus. Et hoc est, quod ait Scriptura Ecclesf. 8, 13. *Bonum non erit impio, & non prolongabit dies tanquam umbra, qui non timet à facie Elohim.* id est: Sicut umbra impuritatis, quæ non timet à facie Elohim: Ideoque & illud invertitur super eo, ut adversetur malitiæ ejus: Verbi autem כצל sicut umbra, etiam sunt literæ כלץ sicut derisor, ut diximus.

Ægyptus quare vocetur חם

Literæ אלה percutiebant Ægyptios, addita ים syllaba.

Israelitæ apostatæ invertuntur 120. combinationes Elohim.

צל irrisoris vel apostatæ vertitur in לץ

§. 6. Repeto autem, quòd Nomen אלוה sit sigillum animæ: Et si cum Vav scribitur, efficit 42. quæ indigitant nomen אבגיתץ ex quo construitur homo, & 42. literæ modò dictæ insculptæ sunt capiti hominis: Et designantur 42. dictionibus, quæ sunt in *Andi Israël* &c. Deut. 6, 5-9. incipiendo à voce ואהבת Deut. 6, 5. *Et diliges* &c. usque ad vocem ובשעריך vers. 9. Ista enim sectio correspondet capiti hominis.

Nomen אבגיתץ insculptum capiti hominis.

Caput hominis designatum in verbis.

Brachia hominis designata in verbis Deut, 11. 13-16.

§. 7. Et à verbis Deut. 11, 13. והיה *& erit* &c. usque ad verba ושמתם *& ponetis* v. 18. sunt dictiones 72. quæ correspondent brachiis hominis. Et à verbis דברי ibidem vers. 18. usque ad verba כימי השמים על הארץ sunt voces 50. quæ correspondent ventri hominis. Et à verbis Num. 15, 37. ויאמר usque ad finem sectionis sunt 72. dictiones, quæ correspondent cruribus cum fundamento fœderis sancti. Unde patet, quòd in homine sint 42. 72. 50. & 72. quæ efficiunt 236. adjectisq; 12. vocibus in Audi Israël cum Baruch schem, &c. ecce 248. Et si quæris, quomodo in brachiis & cruribus sit Nomen 72: Scito nomen crurum esse oculatum hoc modo.

Venter hominis itidem designatus. Item crura. Quare in brachiis & cruribus hominis sit Nomen עב



Et quilibet circulus 3. habet coronas, & omnes circuli sunt 24. Coronæ autem sunt 72. Et horum Nominum 3. sunt genera, nempe tria Nomina הויה oculata, quæ sunt נה״י de Imma: unde patet, esse 72. circulos, & 216. coronas; sicut in Nomine Vajissa, Vajabo, Vajat sunt 72. nomina & 216. literæ. Et scito, cùm illa נה״י de Imma intrant in caput Seir, tunc Nezach & Hod effulgent è foraminibus oculorum in Seir. Et hoc est quod dicitur in Tikkunim, Tikk. 18. Nezach & Hod Immæ sunt 2. oculi Seir. Unde patet, quod Rachel, quæ est Malchut ejus, oculos non habeat: id quod innuitur tractatu de Sene Sect. Mischpatim: Juvencula pulchra oculis carens, quod est arcanum Rachel. Unde necessum est homini, qui dicit Audi Israel, & in specie Sectionem Vajomer, ut attentionem dirigat in oculos Seir inibi indigitatos, quippe qui lumen accipiunt ex נה״י Immæ per 3. Nomina הויה suprà dicta: Et dum intueri debet Zizzith, qui sunt capilli Rachel, ut dealbentur, & in eos intret lumen ex oculis hominis, qui sunt similitudo oculorum Seir. Et oportet assumere Zizzith manu sua pectoretenus; quoniam ibi est foramen prodiens è Seir in caput uxoris suæ: Istud foramen enim in pectore est, transitque in regionem contrariam foras per spinam dorsi; & exinde lumen affulget uxori: Ibi enim intrat in caput uxoris ejus, eamque illuminat per posteriora capitis ejus; contiguum enim est caput ejus huic foramini, obversis scilicet posterioribus; & exhinc assugit omnem affluentiam. Quando igitur homo aspicit Zizzith, tunc in illam ingreditur lumen per pectus, sicut diximus. Unde patet, quod homo attrahat lumen ex נה״י Imma intra oculos Seir, quod deinde pergit per dictum foramen in caput Rachel, ubi illuminantur oculi ejus,

Nomina tria הויה oculata. Nezach & Hod Immæ sunt duo oculi τῦ Seir. Puella pulcra oculis carens.

Capilli ejus puellæ.

Lumen transiens ex Seir in Uxorem ejus,

ejus, quæ sunt Chochmah & Binah Rachelis. Hinc sequitur, quòd adolescentula *illa* pulchra oculis carens oculos accipiat per intentionem hujus aspectus.

Cap. XLIV.

§. 1. Punctum literæ Ain dividitur in duo, quorum dextrum prius extenditur prolongando lineam suam ultra terminum, quod tamen cùm videt, mox cupit duplicari linea illa, iterumq; ascendere: Eodem igitur tempore descendit linea secunda, quæ erat pars altera super lineam istam ascensuram, quod ipsi non permittit propter gravitatem suam, unde quiescit super ea, & relinquitur curvatura inferiùs, unde prodit figura ע.

§. 2. Et *si* quæris, quare punctum ejus bisecetur, scias istud punctum includere *mysterium* duarum personarum, quæ sunt Mas & Fœmina. Perpetuò autem *in literis* potentia masculi minor est quantitate, quam potentia fœminina, eò quod omnes literæ mysterium fœminitatis in se habent; sicut enim fœmina gignit, ita etiam literæ plenitudinibus suis literas alias generant. Unde potentia masculi minor est, quæ est linea secunda in Ain minor altera: Nam linea prima major similis Nun est fœmina, & linea altera parva, quæ similis est Sain innuit masculum.

Cap. XLV.

§. 1. In litera Pe latet mysterium conversionis. Sicut enim pœnitentem oportet incurvare caput suum & pudefieri, atque extendere manus suas; ita punctum Pe, quam primùm prodiit, voluit ascendere ultra locum suum, cumque non posset, iterum descendit incurvato capite deorsum intra se hoc modo ף. Deinde ex eodem Puncto, quod voluerat ascendere, alia prodibat linea ad dextram de flectens super caput hujus literæ, cumque in latitudinem excurreret, circa latitudinis terminum augebatur lumen ejus, ita ut ex illa deorsum descenderet linea in longum protensa, usque dum terminum transgrederetur; ubi regressa conduplicabatur sursum & hoc est tectum inferius sub Pe.

Cap. XLVI.

§. 1. Litera Zade constat è duobus punctis combinatis sub mysterio duarum personarum, quarum posteriora connectuntur, anteriora vero hîc orientem illic occidentem respiciunt. Nam Jud figuræ Nun in צ faciem suam vertit ad orientem, & Jod alterum, quod super Nun est, versus occidentem, & ex duob. his punctis dextrum formatur quasi figura כ ob gravitatem Jod ipsi incumbentis; & hæc innuunt mundum hunc, cujus Providentia

& Influentia fit à tergo. In mundo venturo autem post vivificationem sic non erit, sed ibi erit facies ad faciem, quò respicit plenitudo hujus literæ quæ est די ubi Daleth respicit & intuetur Jud sibi appositum de facie ad faciem.

Cap. XLVII.

§. 1. De litera Kuph scito punctum hujus literæ in longum fuisse protensum sicut Nun finale, & quoniam auctum est lumen in eo, in lineam deorsum tendentem, ideò hæc separavit se à puncto; cumque punctum videret lineam à se separari, tum protensum est in sinistram usque ad terminum latitudinis, prodiitque ex ipso linea parva ad instar Daleth, quoniam jam egressa erat ex ipso linea magna, unde debilitabatur facultas ejus.

Cap. XLVIII.

§. 1. Punctum literæ Resch habebat lumen diminutum, ita ut rectà de se non posset producere lineam, ideò abiit in latitudinem sinistrorsum.

Cap. XLIX.

§. 1. Litera Schin est litera veritatis; sicut enim in mundo disposito hinc Chochmah, illinc Binah, & in medio Daath, atque sic hinc Chesed, illinc Geburah, & in medio Tiphereth: sic in Schin 3. sunt puncta, hinc unum, illinc alterum, & in medio tertium. Et ex litera Schin creatus est mundus, quatenus denotat Nomen שדי, quod ad mundum suum dicit: די sufficit.

§. 2. Et scias, quòd ex quolibet horum 3. punctorum prodierit linea, quasi forent tres lineæ: Et quia lineæ illæ bilanci sunt similes, ideò combinandæ erant simul, sicut Nezach & Hod combinantur cum Jesod: Hæc conjunctio tamen sic facta est, ut dextra, quæ protendebatur sicut Nun finale, conduplicaretur sicut Nun curvum, duplicatur versus lineam vicinam: Et sic quoque linea sinistra; mediana autem locum non inveniebat ad conduplicationem nec ad dextram nec ad sinistram, unde colligebatur, & contrahebatur inter duo Nunin suprà dicta. Unde locus conjunctionis literæ mediæ crassior est reliquis: unde dicunt figuram Schin esse Nun; habet enim in se duo Nun & Vav in medio.

Cap. L.

§. 1. Cùm punctum literæ Tav extenderetur, prodibat ex illo linea in longum

longum ſicut Nun finale, & quia augebatur longitudo lineæ protractæ, quæ etiam non tam magna erat ut Nun, ideò ſeparabatur à puncto. Et cùm punctum videret, quòd linea ſua à ſe ſepararetur, hoc in ſiniſtrum abibat, usque ad terminum latitudinis literæ, & ex illo prodibat linea parva, ſicut ר Reſch. Linea autem longa ſeparata cùm videret ſe eſſe ultimam literarum, nec aliam ſequi literam, quæ ſe integeret, timuit ne fortè ſibi adhæreſcerent judicia, hinc conduplicabatur linea pro dimidio longitudinis; metuebat enim ulteriùs duplicari ſicut fecerant reliquæ, cùm ante ſe non videret literam aliam; ideò contrahebatur. Metuebat autem judicia; ideò ulteriùs duplicari nolebat, & in duplicatura ſua paululum contrahebatur.

Cap. LI.

§. 1. *Facto* ſic Alphabeto primo perſonæ אל״ de quo diximus, deinde *producta ſunt* 231. Alphabeta anteriora & 231. poſteriora, quæ ex hoc Al*phabeto* combinata, exſculpta, permutata & ponderata ſunt invicem, finito *ſcil.* Alphabeto integro.

Ex Alphabeto primo perſonæ אל״ facta ſunt 432 Alphabetha reliqua.

§. 2. Atq; ſic factæ ſunt undecim perſonæ, quæ ſunt Cether, Chochmah, Binah, Daath, Gedulah, Geburah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth, ſicut ſcribit Autor Canphe Jonah part. 3. his verbis: In mundo vacui ſeu deſtructo dicitur, Decem & non Novem, Decem & non Undecim: Sed in mundo diſpoſito ſeu reſtituto ſunt 10. & ſunt 9. & ſunt 11. Et ita etiam quod ſuperiùs eſt, extra Tehiru ſive ſplendorem, reputatur pro mundo diſpoſito, quoniam hæc deſtructa non ſunt. Et quanquam per diſpoſitionem ex *uno* facta ſint duo ſub initium mundi diſpoſiti, nihilominus ſupra *circulum* omnia habentur pro mundo diſpoſito, & nulla ibi corruptio.

Undecim Perſonæ. In Mundo Tohu 10. Numerationes; in Mundo Tikun 11.

§. 3. Quælibet autem perſona continet 462. literas: & אל״ בם״ ſemper invenitur in medio cujuslibet perſonæ ſingularum literarum: Eſtque centrum & vita cujuslibet perſonæ: & propterea alimentum & ſuſtentationem atque ſtationem habet ex ipſo Nomine יהוה ita ut יה״ in 231. anterioribus, וה in 231. poſterioribus inveniuntur, ſicut dicetur, cùm de elevatione veſtis ſub myſterio תוהו ובוהו agendum erit.

Cujuslibet Perſonæ Alphabeticæ ſtatus ac conditio.

§. 4. Suntque undecim perſonæ anteriores usque ad Lamed, & 231. Alphabeta poſteriora ſunt 11. perſonæ à tergo ſpectatæ à Lamed usque ad Tav.

Perſonæ antrorſum & retrorſum ſpectatæ.

Cap. LII.

§. 1. Lux iſtius veſtimenti vibrat per omnes mundos, atque hoc vocatur חוט של חסד filum benignitatis, quod deorſum vergit manè: & media nocte pariter deſcendit è duabus medietatibus veſtimenti antica & poſtica, poſtquam poſtica ſubſtollitur poſt anticam; atque hinc exiſtit

Filum benignitatis.

existit Exhilaratio justorum cum Sancto illo Benedicto in horto Eden, & excitatio copulæ.

Quid intelligatur per Exhilarationem in Sohar.

§. 2. Et ubicunque de Exhilaratione dicitur in Sohar, ibi de hoc mundo intelligendum: Et quicunque fruitur hac influentia, scit quid fuerit, & quid sit, & quid futurum sit.

Explicatio textus ex Sohar novo Midrasch Hanneelam.

§. 3. Atque ideò dicitur in Sohar novo Midrasch Hanneelam: Sect. Breschith: Lucem illam, quam creavit Sanctus Benedictus ille initio, intuebatur Adam, & visu penetrabat ab initio mundi usque ad finem ejus. Veni, observa. Fulgur Solis pars una est è sexaginta millibus & septuaginta quinque partibus illius splendoris specularis illius lucis, quæ recondita est; & tamen ne hunc quidem Solis fulgorem homo contueri potest; quantò minùs putandum de splendore illo. Quod autem dictum est, hominem per illum vidisse ab initio mundi usque ad finem ejus, ita definitum est nostra thesi; quòd per illum splendorem homo scire potuerit & per lumen sapientiæ videre, quid sit & quid futurum sit ab initio mundi usque ad finem ejus: Sed iste reconditus est pro justis in mundo venturo. Quomodo in mundo venturo. Quando scil. egreditur anima sancta ex hoc mundo, tum vadit per eum in mundum venturum. Sensus est, quòd statim sciat, qua via eatur in hortum Eden, & qua via commoretur Lux horti Eden: quoniam tenebræ id est Gehenna circundant hortum Eden omnesque homines oportet per illam viam ambulare: in illa autem Luce cum fiducia quis ambulat in viam suam, *vadens & lucens usque ad statutum diem*, Prov. 4, 18. Veni, vide. Scriptum est: Exod. 34, 28. *Et fuit ibi cum eo* ידוד *quadraginta dies & 40. noctes, panem non edit & aquam non bibit.* Quam ob causam? Ut frueretur illo splendore: Et quamvis descenderet inde & illa fulgiditas cum ipso non descenderet; tamen non poterant intueri faciem Mosis, prout antea aspexerant illam: Cùm enim ibi fuisset, facies ejus remanebat fulgida ad instar Solis. Hæc ibi. Ideò

Sculpturæ tegumentum.

dicit: Portio exsculpta ibi contecta est, quasi diceret; mundum vestimenti vocari portionem exsculptam, quia sculptura & determinata figura literarum ibi contegitur & absconditur. Et illam quidem portionem

462. Alphabeta in vocabulo נתיב.

assecutus est Moses Magister noster super quo pax. Sed hæc est semita quinquagesima, quam non assecutus est Moses Magister noster super quo pax, sicut dicitur Job. 28, 7. נתיב *semita, quam non vidit avis.* Nam נתיב per Gematriam efficit bis 231. antrorsum & retrorsum.

Initium Sohar explicatur.

Mosis scintilla in R. Schimeon.

§. 4. Et hæc sculptura indigitata est in Sohar, sub initium h. v. sub initium imperii Regis sculpsit sculpturas suas in splendore excelso. Sensus est hic: רשב״י R. Schimeon bar Jochai super quo pax, denotatur voce ברי״ש sub initium, per Notarikon (literis transpositis.) Ipse enim erat scintilla Mosis Magistri nostri super

ſuper quo pax & ambo pertigerunt usque ad regimen atque imperium judicii ſculpti, quod exaratum & coagulatum eſt in myſterio circuli, qui vocatur Tehiru illaah, ſplendor excelſus. Anima quippe ejus ſcintilla erat ex anima Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax; & generatio ejus erat generatio ſcientiæ. Unde in Sohar Sect. Schelach lecha venit in hortum Eden cum diſcipulis ſuis viditque ibi excellentiam generationis deſerti, unde inquit: Nec fuit generatio huic ſimilis, niſi generatio deſerti. Et propterea conſcripſit Librum Myſterii, cujus 5. capitula correſponderent 5. libris Legis ſcriptis à Moſe Magiſtro noſtro ſuper quo pax. Idem quoque innuitur fuga ejusdem propter Cæſarem, de qua in Tract. Schabbath: Schimeon occidendus erat, ſicut Parho volebat occidere Moſen, fugitq; à facie ejus, ſicut dicitur: Exod. 18, 4. *Et eripuit me à gladio Parho.* ibique aſſecutus eſt perfectionem ſuam in deſerto: ſic quoque R. Schimeon Jochaides, ſuper quo pax, aſſecutus eſt perfectionem ſuam in deſerto *Lud, ibi*que apparuit ipſi Deus. Sed plura de his infrà parte ſecunda. Vide & Sohar Ruth.

Cap. LIII.

§. 1. Veniri non poteſt ad intellectum creationis hominis niſi per myſterium literarum. Creatio hominis in myſterio literarum.

§. 2. Literæ autem iſtæ creatæ ſunt per myſterium Cheſed, Din ve Rachmim, benignitatis, judicii & miſerationum, id quod vocatur חדר המלך *concalve* Regis: Stantque in figura ſimilitudinis humanæ, cum omni membrorum perfectione, ut mas & fœmina: quamvis ibi nihil corporei, quod abſit! Sed literæ lucis in hac ſtant figura & ſimilitudine in quolibet mundo; donec deveniatur ad figuram hominis corporei omnibus ordine ſupra ſe invicem atque lineatum diſpoſitis. Conclave Regis. Literarum ſitus ac figura.

§. 3. Literæ autem diſpeſcuntur in 3. partes, Cheſed, benignitas in dextra, Din judicium in ſiniſtra, & Rachmim miſerationes in medio. Literarum tres partes.

§. 4. Colores quoque earum coruſcant pro illarum natura & imagine: Si ſcil. literæ ſunt albæ, denotant Cheſed, quod eſt benignitas, & ſunt rectitudo: ſi autem literæ ſunt nubefactæ per myſterium קרן הפוך *cornu ſtibii*, Job. 42, 14. denotant Din, judicium: Et ſi ſunt flavæ, Rachmim denotant & miſerationes; quò pertinet illud: de Anima David: Jeſ. 19, 22. *percutiendo populos & ſanando Iſraël.* Colores literarum.

§. 5. In manu dextra ſunt literæ Cheſed, benignitatis, pro admovendis remotis; literæ autem & nomina, quæ in ſiniſtra manu, amotioni inſerviunt. Literarum Cheſed & literarum Din effectus.

Literarum Capitis effectus.

§. 6. Et ex literis, quæ in capite, aliquæ inserviunt ad speculationes Sapientum, & ad investiganda mysteria operis Merkavæ & operis Brefchith & aliquas accipiunt principes Legis, sicut יפיפיה Princeps Legis & שראל qui ad crura refertur, ut exaltatio fieri & incedi possit super excelsis populorum mundi, & restituatur, quod Samael perdidit dum percussit acetabulum femoris Jacobi, juxta illud: 1.Sam.15,29. *Et etiam Nezach Israël non mentietur:* Hic enim est locus victoriæ & locus visionis videntium. Sunt tamen etiam inter nomina crurum & pedum quædam pro saltu in via, & similia. Sapienti satis.

32. Semitæ Sapientiæ. Lux Ænsophica. Turris in aëre volitans.

§. 7. Et in istis mundis Infiniti, qui benedictus sit, nihil invenitur nisi literæ Alphabetorum & ipsarum combinationes: Nam 22. literæ dispescuntur in 10. personas, unde in universum fiunt 32. quæ sunt semitæ Sapientiæ: Nam lux אַל, quæ est P rsona אַל in אֱל־כֶּם, est lux Æn Sophica deorum coruscans: Sic & Lamed in אַל est turris volitans in aëre Æn Sophico, qui est ipsa substantia.

5. Personæ in Mundo Aziluth.

§. 8. Sed in mundo Aziluth, de quo scriptum est Gen. 5, 2. *In He creavit eos*, i. e. in 5. personis; Omnia construuntur per mysterium Nominum scriptorum in Lege, quæ sunt 10. Nomina indelebilia, ידוד אהיה אדני אלהים & plenitudo eorum, & plenitudo plenitudinis eorum, & similia. Et de mundo Aziluth dictum est Jes. 43,10. *Ego ipse*, & non alius. Omninò tamen cum istis conjunguntur generationes 231. anteriorum & posteriorum, & ex contextura horum etiam fiunt 5. personæ Adami sancti, ubi malum nullum dominatur.

Combinationes Legis in Mundo Briah.

§. 9. Et in mundo Briah sunt combinationes Legis juxta versiculos ejus & nomina Legis dominantur ibi, sed versiculi non scribuntur ibi suo ordine, sicut dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ: Nisi Lex scripta esset secundum ordinem, sed per nomina & ipsorum combinationes, tunc homo in ipsa legens posset vivificare mortuos. Et quando Aziluth fulget in Briam, Lex quæ in Briah, in perfectione est.

In Mundo Jezirah Angelorum nomina patescunt ex universa Lege.

§. 10. In Jezirah autem Lex tota consistit in mysterio Angelorum emissorum ad operandum operationes suas, & ut stent in custodia pro necessitate mundorum inferiorum: Et quælibet litera Legis est initium vocis Nominis alicujus Angelici; sicut in textu illo: Gen. 32, 2. *Et dixit Jacob, quando* ראם *vidit eos castra Dei hac*; ubi vox Raam denotat Raphael, Uriel, Michaël. Et hac ratione quoque ex voce שמי proveniunt Schmuel, Metatron, Jehuel, quæ sunt cerebra in Jezirah. Prodeunt tamen etiam Nomina ex Lege Angeliq; per mysterium computi numeri minoris, quæ omnia sunt mysterium in Jezirah. Mysterium computi enim est mysterium aquarum fœmininarum. Præterea quoq; stant ibi 10. catervæ juxta similitudinē hominis.

In Mundo

§. 11. Ad Asiam autem pertinet mysterium Themurah consistens in permu-

permutatione Alphabetorum. Huc pertinet illud Lev.27,10. *Ne permutet bonum cum malo.* Malum enim prævalet ibi: *Quòd si permutando permutaverit, ipse & permutatio ejus sancta erunt.*

Asiah mysterium Temuræ.

Cap. LV.

§. 1. Unde colligendum, omnes mundos esse literas & nomina; qui autem autor est omnium, Nomen non habet. Et propterea Elijahu dicit in Tikkunim: Tu unus & non in numero, nec litera vel similitudo ulla.

Omnes Mundi sunt literæ & nomina.

§. 2. Et hinc scimus & intellectu nostro formamus distinctionem, quæ est inter autorem omnium & mundos: Et de hoc dicitur Jes.40,18. *Et quam similitudinem attribuetis ei?*

Infinito nomen haud competit, nec numerus, vel ulla similitudo.

§. 3. Et mundus iste vestimenti differentiam ostendit: Est enim vestimentum intimum, quod propinquius est Substantiæ Ejus, qui benedictus sit & vestimento huic nomen est generale, nempe אור פניאל lux faciei Dei, intellige faciei Substantiæ Ejus, qui benedictus sit! quasi dicatur, hanc vestem fieri è luce faciei Substantiæ ejus, qui benedictus sit, quæ incipit in persona אל. Et hoc nomen operatur operationes & æquipollet per Gematriam voci מלבוש vestimentum & חשמל pruna. Et cùm deorsum coruscat in mundum Jezirah, prodit ab eo Angelus quidam nomine Autori similis: prodeuntque ab eo 378. Angeli juxta numerum nominis ejus, qui sunt animalia ignea loquentia: quando Israëlitæ perficiunt voluntatem DEI, qui locus est omnium, apologiam pro Israëlitis edunt: & statim tegumentum & vestis ejus exit in omnes mundos, eripitque & protegit eos, ne viciniùs accedant cortices, & contingant, quod absit! Sanctitatem. Atque sic iste existit sub mysterio Angeli legationem exequentis; non autem semper præsens ibi manet: Superius autem est sub mysterio Nominis, nec locum inde mutat. Estque & aliud ipsi nomen ipsum includens, quod est בוו ווצ מרכר cui sunt 10. literæ pro numero decem Sephirarum, excepta persona אל, quæ est filum Æn Sophicum, & propterea non de numero: continetque numerum 380. ישע. Et de hoc dicitur Jes. 61,10. *Vestimentis* ישע *salutis, pallio justitia involvit me.*

Vestimentum duplex. Vestimenti interni nomen.

§. 4. Nam David Rex, super quo pax, oravit pro adipiscendo involucro vestimenti hujus, quod vocatur סוכת שלום tabernaculum pacis; Et in voce בשלום continentur literæ מלבוש vestimentum: Unde huc dirigenda est intentio in fine orationis 18. formularum; ubi dicitur: Qui benedicit populo suo Israël בשלום in pace.

Tabernaculum pacis in בשלום & מלבוש.

§. 5. Et hoc descendit in caput Antiqui Sancti, & ab Ipso descendit influentia in omnes mundos à Spiritu Nasi Antiqui, à Luce scil. influentiæ vestimenti. Et de hoc inquit R. Schimeon Jochaides, super quo pax, in Libro Mysterii. Et inde excitatur Spiritus pro omnibus.

Vestimenti descensus & influentia.

Nomen extremitatis & cur sic vocetur.

§. 6. Et hoc Nomen vocatur שם הכנף nomen alæ ſeu extremitatis ob duas cauſas, quarum prima, quia prodit ab initio & fine verſiculorum Sectionis primæ Geneſeos usque ad verba יום אחד continetque extremitatem verſiculorum, initium nempe & finem. Secunda ratio eſt, quia corroborat alas animalium, quæ defecerunt propter peccata noſtra; ipſumq; alis ſuis tegumentum eſt ſuper capita populi ſancti & ſuper omnes mundos, ita ut nullus adverſarius, nec ullum accidens malum quicquam efficere poſſit. Hinc dicitur Deut. 32, 11. 12. *Sicut aquila, quæ excitat nidum ſuum ſuper pullos ſuos, motitabit ſe, expandet alas ſuas, accipiet eum, portabit eum ſuper alam ſuam. Dominus ſolus ducet eum, & non cum eo Deus alienigena.* Id eſt, tempore venturo lumen hoc affluet Iſraëlitis ſolis, & Nomen ſuprà dictum operabitur in amorem ipſorum qui ſciunt originem ejus.

Nominis ejus effectus & operationes.

§. 7. Ipſum quoque protegit à latronibus & ab omni caſu maligno, ſi homo conſuat illud in fimbriam veſtimenti ſui cum aliis vocibus huc requiſitis. Et cùm viderit hoſtes, accipiet fimbriam manu ſua illamque elevabit ſupra caput ſuum adverſus hoſtes. Et ratio eſt, quoniam veſtis ſuperiùs eſt ſuper caput omnium mundorum, & contexta eſt ſicut veſtis ſub myſterio quadrati juxta myſterium Nominis יהוה quod quadratum eſt.

Schechina inter duos vectes arcæ.

§. 8. Et hæc veſtis vocatur Schechina i. e. locus ubi habitat יהוה antrorſum & יהוה à tergo. Atque iſtud eſt, quod dicunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ; Contraxit Schechinam ſuam inter duos vectes arcæ, quæ ſunt duæ medietates veſtimenti. Et Sapienti ſatis.

Alii effectus ejus Nominis ſive Veſtimenti.

§. 9. Porrò quoque & aliud tibi manifeſtabo myſterium magnum circa effectus nominum, aperiamque aures tuas, ut audias verba DEI viventis Regisque mundi: Sed partem tantùm audies, non omnia, ne iſta homines indecenter adhibeant. Scito ergo operationem Alphabetorum hanc, ſi creare voles molem aliquam aut juvencam triennem ſicut Abbaja & Rabba bonæ memoriæ, qui id fecerunt conſenſu Regis omnium Regum: Conſecuti enim erant veniam à Senatu Sancti illius Benedicti, & conceſſum ipſis erat uſu contrectare coronem Regis omnium Regum impune. Oportet ergo operatorem combinare cum Alphabeto integro Nomen יהוה cum quinque vocalibus quæ ſunt Schurek, Patach, Chirek, Tſere, Cholem. Circumvolvat ergo primò perſonam א cum omnibus literis ejus cum ipſo combinatis ſub vocali Schurek, ut אֻי: deinde ſecunda vice אַי mox אִי porrò אֵי iterum אֹי donec abſolverit literas Aleph cum Jod Nominis tetragrammati. Deinde hoc ordine procedat cum He ejusdem Nominis, & porrò cum Vav, tandemque cum He, & ſic eodem ordine omnes literas reliquarum 21. perſonarum tractet. Caveas autem ne erres pœnamq; incurras; ſi enim inverſo ordine illas leges, terra te deglutiet. Scias autem porrò, quòd ſi facturus es corpus, dicere debeas

literas

literas illas quas dixi. Nimirum cùm facturus es corpus ipsum, dicas personam א cum literis ejus, prout tibi ostendi: Et cùm facies viscera, combines literam Mem: & caput facturus, combines personam Schin: ad formandum os combines Beth: ad oculum dextrum personam Gimel; ad oculum sinistrum He; ad genam dextram Caph; ad genam sinistram Pe; ad aurem dextram Resch; ad aurem sinistram Tau: ad manum dextram ה: ad manum sinistram ו: ad pedem dextrum Sain; ad pedē sinistrum Cheth: ad renem dextrum Teth; ad renem sinistrum Jod; ad epar Lamed; ad fel Nun; ad lienem Samech: ad stomachum Ain: ad œsophagum Zade: ad ingluviem sive laryngem Kuph. Qui autem operari vult in Libro Jezirah; purificet se ipsum vestibus albis & puris, & ne operetur solus, sed cum socio vel duobus. Scriptum est enim Gen. 12, 5. *Et animam quam fecerant in Charon:* Et alibi scriptum est Eccl. 4, 9. *Præstant duo uni:* iterumque scriptum est Gen. 2, 18. *Non est bonum, hominem esse solum.* Unde Lex quoque incipit per literam Beth, cùm dicitur: Breschith bará &c. Porrò jejunia quoque nota nobis præmittat cum cæteris applicationibus mentis huic operationi debitis. Deinde accipiat terram virginem in loco montano, ubi nemo fodit unquam, subigatque pulverem purissimè cum aqua viva, faciatque massam quandam rotundam, volvatque per combinationes Alphabeticas 231. portarum singulis literis seorsim sumtis, cum litera Nominis punctoque suprà dicto, incipiatque cum eo, & pervolvat primò Alphabetum, sicut dictum, & deinde revolvat per compositionem vocalium Schurek, Patach, Chirek, Tsere, Cholem, semperque revolvat Nomen cum ipsis vocalibus totumque Alphabetum, modò supra dicto, donec absolvat personam literæ Aleph. Et sic combines literam Beth cum Nomine, pariterque literam & personam Gimel, atque ita omnes usque ad 21. Alphabeta literæ Thau: Et omne membrum cum litera in illo figurata. Omnia autem fiant in puritate & sine errore sive in literis sive in punctis, multò minus in revolutione literarum Nominis. Rectæ enim viæ Domini, & justi ambulant in eis, transgressores autem cespitant in eis.

§. 10. Et qui novit ordinem operandi Libri Jezirah, amatus erit superiùs & inferiùs, hæresque erit duorum mundorum, sicut dicitur Prov. 8, 21. *Ad hæreditare faciendum diligentes me, Jesch, & thesauros eorum replebo.* Per illas enim creavit Æn Soph omnes mundos, omnemque ordinem Jezirah corporalem & spiritualem. Et id ipsum est, quod dicitur in Libro Jezirah: Et formavit per illas omne formatum, sicut dicitur Jes. 43, 7. *Omnis qui vocatur nomine meo, & ad gloriam meam creavi eum, formavi eum, etiam feci eum.* Et dicitur Jes. 26, 4. *quia in Jah* יהוה *est fortitudo seculorum.*

Dignitas operantis secundùm Nomen illud.

CAP. LVI.

Personarum אל בם notiones ac relationes.

§. 1. Porrò scias, quod persona אל ex אל בם quod est filum Æn Sophicum, quod benedictũ sit notio Cether: Et invenies, quod בם 11. plus cõtinet quàm אל juxta numerum 11. parium in אל בם qui correspondet 10. Sephiroth & filo Æn Sophico, quod in eo: בם autẽ est notio Chochmah in vestimento. Et sic גן 11. plus continet quam בם estque Binah in vestimento: pariter & דם quæ est persona Daath & הע quæ est notio Chesed, & ופ Geburah, ubi simul per Gematriam continetur nomen אלהים quod est judicium Geburæ respectu Æn Soph, item זין quæ est notio Tiphereth, & חק Nezach: at מר quod est Hod 101. plus continet quàm חק secundum numerũ מיכאל qui utitur superiore vestis medietate: estque sacerdos magnus, qui suprà est, & animas justorum sacrificat coram Sancto illo Benedicto, quando ex hoc mundo egrediuntur. Id sic intellige, quòd illis notum faciat tradátq; mysterium operationum hujus Vestimenti, ut sciant viam omnium mundorum, norintque quod præsens, præteritum & futurum est, videantque ab uno mundi extremo usque ad alterum.

Michaelis munus.

Literæ oculares.

§. 2. Et propter magnam lucis potentiam literæ ibi fiunt sub forma circulorum & signaculorum ocularium, quæ adhibentur in amuletis; & omnes etiam vocantur Domini oculorum. Et hoc est luminare providens ad illuminandum omnes mundos: estque fons illos irrigans mediantibus multis aulæis & cortinis, quæ in Sohar vocantur פרסה expansum.

פרסה in Sohar.

Personæ Hod influentia haud cessans post vastationem Sanctuarii.

§. 3. Et ab illo die, quo vastata est domus Sanctuarii, non recessit Schechina ab uno Cherub: Et propterea incipiunt radicalem accipere influentiam à Persona Hod, sicut dicitur Thren. 2, 3. *Redire fecit retrorsum dextram suam à faciebus inimici*; & alibi dicitur, Dan. 10, 8. *Et Hod gloria mea versa est in me in corruptionem*, & versa est ab ordine trutinæ, id est, à puncto Segol in punctum Schurek. Sapienti satis. Et hîc quoque aliquid vitiatum est, donec effundatur super nos Spiritus ex alto in solatium nostrum. Sed ad rem.

Puncti Schurek ortus ex puncto Segol.

§. 4. Ita יש 101. plus continet quam מר & est notio Jesod: ubi pariter innuitur mysterium, de quo supra facta est mentio in notione Hod. Et propter 3. illas Sephiroth, quæ inversæ sunt ab ordine lancis, nimirum נהי formatum est punctum Schurek, quod sunt 3. puncta obliqua, quæ depravata sunt per peccata nostra è statu quo fuerunt illo tempore, cùm templum adhuc staret, nimirum in forma Segol, sicut dicitur Exod. 19, 5. *Et eritis mihi סגלה peculium præ omnibus populis.*

§. 5. Tandem כח est notio Malchuth & 110. plus continet quam יש juxta numerum annorum, quos vixit Joseph, qui concedere noluit, ut ancillæ

cilla hæres fieret Dominæ, juxta illud, Gen. 37, 29. *Justi hereditabunt terram viventium.* Justus est Jesod & terra est Malchuth. Unde qui concumbit cum gentili, quia tùm ancilla copulatur cum fœdere justi, quod est fundamentum mundi, profligatur è terra viventium.

Annorum Joseph numerus quid notet.

Judæus concumbens cum gentili profligatur è terra viventium.

§. 6. Meritò autem singulæ posteriores numero 11. tantùm deberent esse majores prioribus; quare igitur 3. postremæ numero majori præpollent? Ratio est, quia ut notum Nezach & Hod extra corpus sunt: Nezach etiam non usque adeò vitiata est infra, sicut Hod, ut notum sub mysterio termini Sabbathici; unde dicitur 1. Sam. 15, 29 *Et etiam Nezach Israël mentietur*: scilicet ex toto, quamvis ex parte (sit vitiata:) Ideò Sephirah Hod numerum habet alium & continet 91. plus quàm priores supra ipsam existentes: Oportet *enim* roborare & stabilire & disponere hoc loco è Nomine tetragrammato & dominii, quæ efficiunt 91. Singulis autem tantùm 10. sunt Sephiroth, & unum quod residuum est, correspondet filo Infiniti pro utroque simul, quasi, si ita dicere licet, medietas huc & medietas illuc pertineret, unde ipsis non nisi 10. notiones tribuuntur.

Filum Infiniti in tribus posterioribus Numerationibus numero centenario excrescit & quare?

§. 7. Jesod autem superabundat 110. quia in ipso est lumen יאהדונהי quæ efficiunt 91. sicut diximus. In eo tamen etiam est notio plenitudinis מ״ה quæ efficit חוה. Ita ut in eo sint 10. ejus Sephiroth vestimenti & filum Infiniti ipsum ingrediens, unde 11. porrò Corona fœderis sancti ipsi adhæret, quod est Dalath magnum sub æstimatione duorum, quæ efficiunt 8. de quo infrà: Et huic correspondent 8. dies circumcisionis, hinc 8. & 11. efficiunt 19. quæ cum toto efficiunt 110.

Lumen יאהדונהי in Jesod.

Numerus 110. in Jesod.

§. 8. Et quamvis ulteriùs accedat persona ב״ן quæ designat Malchut; veritas tamen ita se habet, quod literæ Malchuth non videantur nisi sub combinatione literarum Jesod. Nam in mundo Ænsophico, qui est Androgynos, Malchuth sub mysterio Coronæ adhæret fœderi sancto, & non apparet sola: unde nulla radix nullumque fundamentum judicii ibi apparet, quod non statim mitigetur, eò quòd Malchuth & Jesod simul copulentur; quamvis respectu liberrimè agentis judicium dicatur. Atque sic in mundis Ænsophicis res se habet, quod fœmina semper absorbeatur in Jesod.

Malchuth est fœmina respectu Jesod.

§. 9. Vestis autem hæc existit sub mysterio Libri Legis; pergamenum *enim* denotat ipsam substantiam, & literæ sunt Sephiroth vestimenti, quamvis tenues sicut cornua cicadarum & perfectè simplices, quæ quidem nostri respectu benignitatem, sed respectu Ænsoph judicium denotant intuitu lætitiæ. Unde dicitur Psal. 63, 12. *Et Rex lætabitur in Elohim.* Sapienti satis.

Vestimenti mysterium in Libro Legis.

CAP.

Cap. LVII.

De Sculptura ex Libro Sohar.

§. 1. Jam ulteriùs aliquid dicendum est de Sculptura, de qua dicitur in Sohar Sect. Breschith: Sculpsit sculpturas suas in splendore excelso. חקיקה autem est sculptura & Chaldaicè vocatur גליפו; & radix sculpturæ est judicium, quod determinationem & collectionem tribuit literis, ne destruatur charta, quæ est Ænsoph, unde illustratur atramentum, quæ sunt literæ.

Sculpturæ natura ac modus.

טהירו עילאה quid?

עילאה vocatur & non ראשונה & quare?

§. 2. Natura autem sculpturæ consistit in interstitio, quod circumdat circulum magnum admodum consistens inter lucem ipsius substantiæ foris ambientis hunc circulum & inter substantiam comprehensam intra circulum hunc. Et iste circulus vocatur טהירו עילאה splendor excelsus in contradistinctionem טהירו סתם splendoris simpliciter ita dicti. Vox Chaldaica Tehiru autem idem est quod Lux: Nam Ænsoph Lucis nomine appellatur, quem impossibile est alio nomine compellari, unde circulus iste collectionis punctorum vocatur Splendor excelsus phrasi Chaldaica, qua denotatur aliqua immissio caliginis lucisque deminutio.

§. 3. Hic autem Splendor vocatur excelsus & non primus, quia ante eum jam aderat lux Ænsoph, in quam exarabatur hæc sculptura.

§. 4. Porrò etiam טְהִירוּ per Gematriam cum voce efficit 231. ut ostendatur ipsum esse locum continentem stationem & spatium esse Alphabetorum omnium.

Tehiru spatium pro Alphabetis omnibus.

§. 5. Et circulus iste quidem ita circumvallat rem contentam, ut impediat lucem Ænsoph extra circulum versantem, ne aboleatur lux, quæ intra circulum est. Et in hac circumvallatione 3. occurrunt notiones, una lucis Ænsoph ambientis vestem, altera lucis Ænsoph intra circulum contentæ, tertia lucis Ænsoph, quæ inter continentem & contentam, quæ quasi papyrus est, super qua collocatæ sunt literæ, & dicitur Lux mixta.

Tria judicia contenta intra circulum Splendoris excelsi.

§. 6. Et 3. istæ notiones sunt 3. notiones Geburoth, quia omnis res determinata, ut percipi possit, qualitercunq; respectu nostri se habeat, tamen respectu Ænsoph est judicium. Nam Ænsoph, quæ benedicta sit, est benignitas, in qua Ipse extenditur usque ad infinitum: Unde diminutio extensionis judicium denotat. Et propterea circulus Splendoris excelsi, prout nobis apparet, tria continet judicia, quorum primum efficit, ut Lux Ænsoph ambiens extra circulum se ipsam quasi impediat ab ingressu intra circulum vestimenti, ne vitium inducat, quod absit! Alterum efficit, ne Lux Ænsoph, quæ benedicta sit, contenta sese extendat egrediendo extra circulum & jungendo se cum continente, unde aliud vitium vestimento, quod absit! Ut æqualitas inter utramque lucem oriatur, nec reliquatur statio locusque pro literis. Judicium tertium est Lux Infiniti, quæ producitur à duobus luminibus illis restrictis; quæque comprehendit intra se lucem collectam in literas, & extra amovet lucem, quæ extra vestem est. Et tria illa judicia sunt Binah, Geburah, Jesod

§. 7. E

§.7. Et si quæris, cùm attributum Hod etiam sit è Geburoth, imò altius sit quam Jesod, quare loco judicii tertii ponatur attributum Jesod, & non Hod? Resp. causam esse, quod natura Jesod sit conjungere, ut notum est, quod etiam sit inter res mixtas; quod ita non est in Hod; unde Lux illa circumvallatrix, quæ oritur inter 2. cæteras, est Jesod, quod facies illarum conjungit, sicut natura Jesod est conjungere: Restrictum autem circumvallans extrà est Binah; ex hac enim excitantur judicia & Geburoth, dum ipsa impedimento est. Restrictum autem intra circulum contentum habet notionem Geburæ, estque, si ita dicere licet, quasi Rex ligatus in ambulacris. Quare in judicio tertio ponatur Jesod, & non Hod?

Cap. LVIII.

§.1. Et ecce 3. istæ Geburoth generantur in media Exhilaratione Lucis Ænsoph circumdatæ, qua exhilaratus est in seipso. Omnis autē exhilaratio, si ita dicere licet, generat motum nostri respectu: id quod etiam apparet in sensibilibus; si enim quis intueatur stellam, putabit illam moveri, quod ita tamen non est, cùm fixa stet loco suo. Tres Geburoth ab Exhilaratione Infiniti.

§.2. Et ex illa exhilaratione patet, quod commotio illa intra ipsum fuerit recondita in potentia, unde videtur in actum prodiisse generando literas Legis actuales, quæ reconditæ intra ipsum erant in potentia suprà dicta. Unde Scriptura ait Prov. 8, 30. *Et fui apud eum opifex*, quasi dicat: *Apud eum*, intra substantiam Ejus ipsam. Notum enim, quòd etiam ex flamma corporea, cùm commovetur & vicina est ustioni, generentur literæ, quæ non sunt sicut literæ corporales, sed è Sapientia colliguntur & futura annunciant atque bona loquuntur ei, qui dignus est verba earum intelligere: Quod si igitur flamma corporea progenerare potest literas, multò magis exhilaratio Ænsoph Benedicti. Exhilaratio Infiniti causa productrix literarum Legis.

§.3. Et istæ literæ generatæ sunt in medio trium Geburoth, è media Exhilaratione.

§.4. Qualitas autem illius Jesod, de quo suprà diximus, quòd conjungat 2. reliqua, similis est qualitati Tiphereth, quæ commiscet & conjungit benignitates cum rigoribus. Jesod & Tiphereth quo pacto conveniant.

§.5. Et si quis, quare Tiphereth vocetur Chesed, Jesod autem Geburah, cùm nec Tiphereth Chesed, nec Jesod Geburah dici, sed conjunctim utrumque attributum utrique attribui debeat, quia ambo conjungunt & commiscent Chasadim cum Geburoth: Responsio est; quoniam Tiphereth inclinat ad Chesed; ideo vocatur Chesed; & quia Jesod inclinat ad Geburah, ideò vocatur Geburah. Sed hæc ita tantùm sunt hoc in loco, ubi omnia sunt quasi puncta, quorum singula per se subsistunt. Postmodum autem in mundo disposito cùm Jesod comprehenditur in natura Seir sub persona hominis descripti, in quo corpus & fœdus prouno computantur; tunc sicut Seir inclinat ad Chesed, ita Jesod inclinat ad Chesed. Cur Tiphereth vocetur Chesed & Jesod Geburah. Alia ratio est in Mundo hoc. & in Mundo Tikun.

Quinque Geburoth. Ignis niger super igne albo.

§. 6. Jam porrò notum est, quod vestis istius initium & radix consistit in mysterio determinationis; collectio autem est ex illis Geburoth, quæ sunt quinque, quarum singulæ continent 10. respectu 50. portarum Binah: ideò data est lex tanquam ignis niger super igne albo.

Inversio literæ יוד quid notet.

§. 7. Et quia omnium literarum vestimenti radix & initium est litera יו quæ est Jod vestimenti, inverte literas Jod, & invenies דיו atramentum: hic est ignis niger. Proveniunt autem inversæ, quoniam ipsa litera adhuc est informis.

Cap. LIX.

Separatio vestimenti ab Infinito necessaria fuit, atque ea tamen sensim ac paulatim instituta.

§. 1. Cùm Ænsoph ambiens, facto vestimento, eidem, si ita dicere licet, fermè adhæreat, & parum absit, quin omnia sint unum, hinc necesse fuit, si fas est ita loqui, ut aliquantulum avelleret substantiam suam à vestimento, ita ut quælibet portio per se subsisteret, utque apparerent literæ & foràs prominerent decenter, & illuminatio non usq; adeò magna foret atq; vehemens, sicut fuerat antea; ita quidem, ut vita & subsistentia atque statio illis esset: Quòd si autem uno impetu avulsionem hanc instituisset, vestimentum sanè rediisset in statum pristinum, nempe Ænsoph, ideoque avulsionem hanc paulatim atque sensim promovit, ut vestis permaneret atque subsisteret in esse statuque suo.

Puncta sunt vestigium avulsionis vestimenti. Jod est vestigium puncti relicti.

§. 2. In singulis autem portionibus avulsionis vestimenti vestigia relicta sunt in veste sub mysterio puncti, in quo scilicet deficientia existeret & diminutio Lucis Ænsoph à veste. Et quoniam ipsa vestis 3. habet notiones, principium, medium & finem; ideò etiam vestigium puncti in eo relicti extat sub mysterio Jod, cui est principium, medium & finis.

Mundorum millenarius, & unde. Gem. inter שנה & ספירה Millenariorum mentio in Idra sancta.

§. 3. Centum autem Jodin habet quælibet litera, & hinc fluit mysterium illud, quòd quælibet Lux, quæ in Arich & supra illum, dividatur in 1000. mundos: quod ipsum est, quod dicitur Exod. 34, 7. *Servans benignitatem millibus*; quæ omnia Benignitas benignitatum, quæ prævalet attributo Judicii, unde dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd Sanctus ille Benedictus Adamo primo dederit 1000 שָׁנִים annos: Schanah autem per Gematriam est סְפִירָה; dies enim Sancti illius Benedict sunt 1000. anni: Nam Seir qui vocatur Sanctus ille Benedictus, ab Arich accipit mysterium millenarii hujus tempore bene placiti, & amovet iram suam, & hinc provenit omnis computus millenariorum, quorum fit mentio in Idra sancta.

Mosis orantis pro populo intentio sub ipsa precatione.

§. 4. Et Moses Magister noster, super quo pax, id meditabatur, ut attraheret Lucem Antiqui Sancti, dum oraret super peccato vituli pro Israël, & illuc direxit preces suas, ut procul amoveret iram suam, sicut dicitur Exod. 33, 19: *Et dixit Dominus: Ego transire faciam omnem bonitatem meam coram facie tua*; & manifestavit ipsi 13. mensuras miserationum. Sed ad rem.

Lineationes

§. 5. Jam nosti, quòd vestis ista facta sit è potentia scintillarum Geburoth,

roth, quæ contexunt vestem hanc ab una extremitate ad alteram, sicut filum; & cùm combinavit eas invicem, factæ sunt telæ: unde patet, quòd deinde, postquam conglomeraretur vestis, relicta sint vestigia illorum filorum sub mysterio linearum: unde intelliges mysterium lineationum in Libro Legis: Hæc enim vestis omnino facta est sicut liber Legis. in Vestimento æquè ac in Libro Legis.

§. 6. Porrò hæc etiam vestis extat sub mysterio Mem quadrati & clausi. Vestis enim quadrata fuit. Deinde autem divisa est in duas partes, & facta sunt duo Nun, qualia scripta sunt in illis verbis Num. 10, 35. *Et factum est, cùm proficisceretur arca* &c. habetque similitudinem Nun inversi & aperti ad demittendam influentiam hoc modo][: nec formari possunt via alia præter lineam latam inferiùs, atque sic habent quasi figuram Mem finalis. Mem quadratum bisectum.

§. 7. Et hoc est mysterium magnum, ita ut quilibet, qui hanc Sectionem *dicit cum* attentione mentis singulis diebus, nullo damno affici possit, *quamvis* incidat in locum latronum, vel in mare, vel quemcunq; alium *locum* periculosum; modò in animum sibi revocet 2. illa Nun suprà dicta, quæ indigitant duas medietates vestimenti. Effectus atq; operationes eorum verborum.

§. 8. Et hoc est mysterium orationis Mosis Magistri nostri, super quo pax. *Et factum est, cum proficisceretur arca, dicebat Moses: Surge Domine & dispergantur inimici, & fugiant osores tui à facie tua.*

§. 9. Sic etiam R. Schimeon Jochaides, super quo pax, dicit Sect. Vajakhel: Quando producunt librum Legis in congregationem, aperiunt portas miserationum; unde disposuit orationē illam: Benedictum sit Nomen Domini mundi &c. quoniam tum est tempus beneplaciti; sicut dicitur Psal. 69, 14. *Et ego precor ad te Domine, tempore beneplaciti, Deus, in magnitudine Benignitatis tuæ, exaudi me in veritate salutis tuæ.* Nos autem dicimus illam tempore Minchæ Sabbathicæ ante productionem libri Legis, ut attrahamus affluentiam è tempore beneplaciti, quæ est dispositio seu pars barbæ, quæ dicitur נוצר חסד custodiens benignitatem: Si enim invertis רצון beneplacitum, invenies נוצר Exod. 34, 7. *custodiens Benignitatem in millibus.* Usus ejus orationis pristinus & hodiernus. נוצר & רצון inversa quid notent.

Cap. LX.

§. 1. Longitudo 39. literarum Nominum עב סג מה בן adæquat longitudinem omnium 22. literarum juxta longitudinem 231. portarum, & latitudo singularum literarum Tetragrammati adæquat latitudinem omnium 231. portarum. Convenientia longitudinis & latitudinis literarum Vestimenti, cum longitudine & latitudine literarum Tetragrammati.

§. 2. Et postquam facta erat vestis hæc, contraxit eam Sanctus ille Benedictus, ita ut medietatem inferiorem 231. posteriorum elevaret post medietatem superiorem 231. portarum anteriorum: E hæc est contractio tertia: Et hac ratione evacuavit locum pro mundis, qui ea non erant capacitate, ut uti possent luce illa magnâ vestimenti hujus: cujus finis tam lucidus & excellens erat quam ipsum ejus initium. Contractio Vestimenti tertia.

Ratio redditur hujus contractionis;

§. 3. Hæc autem non erat intentio Infiniti, qui benedictus sit, sed ut diminueretur descensus ejus, ut creare posset hominem & conjugem ejus: hæc erat intentio ejus prima antequam crearet vestem hanc. Cum ergo non esset locus stationi mundorum propter eandem, eò quòd pertingeret usque ad finem 7. terrarum, ubi iterum incipiebat redire in Æn Soph: ideò retraxit illam Sanctus ille benenedictus & evacuavit locum pro mundis, sursumque duxit medietatem Alphabeti 231. posteriorum, nimirum à Lamed usque ad Tav post medietatem Alphabeti primi, quæ sunt 231. anteriora ab Aleph usque ad Lamed hoc modo.

Modus ejus contractionis.

אל״ בם״ per omnia Alphabeta pervagatur.

Nomen מ״ה	Nomen ע״ב		
י	י	לא	אל
ו	ו	מב	בם
ד	ד	נג	גן
ה	ה	סד	דס
א	ה	עה	הע
ו	ו	פו	וף
א	י	צז	זץ
ו	ו	קח	חק
ה	ה	רט	טר
א	י	שי	יש
		תכ	כת

Carmen Poetæ אל״ נא״.

Principium omnium.

Nomen ב״ן	Nomen ס״ג
י	י
ו	ו
ד	ד
ה	ה
ה	י
ו	ו
ו	א
ה	ו
ה	ה
	י

§. 4. Et sic omnia facta sunt אל״ בם״ ita ut 21. Lamedin ascenderent post 21. Alephin, & 21. Memin post 21. Bethin; & sic omnia facta sunt אל״ בם״.

§. 5. Nec tantùm in vitalitate ejus factum est אל״ בם״ &c. sed & per omnia Alphabeta, ita ut omnia essent juncta per mysteriũ אל״ בם״ quoniam cùm 21. Lamedin ascendunt post 21. Alephin, tum sanè tota persona אל i. e. 21. Alphabeta ejus fiunt 21. vicibus אל״ & sic apud personam בם״ omnesque cæteras usque ad finem. Et hoc est mysterium Poëtæ, qui composuit carmen אל״ נא״ & incipit à litera Mem מלך Rex Regum omnium, & incipit à voce אל״ בם״ sc. אל״ נא״ Quam cantionem præcentor canit.

§. 6. Et Moses Magister noster vidit lucem istam, cum dicit Deut. 33, 21. *Et vidit principium sibi*, quod est principium omnium mundorum; Sed non apprehendit eam, & res est admiranda.

Personæ 21. Mas & Fœmina in Alphabeto.

§. 7. Et sic facti sunt mas & fœmina, nempe anterius & posterius adhærentia sibi invicem: Suntque 21. personæ, nimirum persona אל״ est Cether, & est masculus sub nomine anterioris; בם״ est Chochmah: גן״ Binah דס״

Daath

Daath, & ita porrò. *Deinde sequuntur posteriora fœminam singulorum repræsentantia*, ubi ל״א est Cether retrò post א״ל quod erat Cether anterius mas: כ״ב est Chochmah & ita porrò.

§. 8. Et hic ordo posteriorum à Tau usque ad Lamed versus est ab imo sursum sub mysterio ignis, quod è judicium, & cujus natura est ascendere sursum: unde etiam dicuntur posteriora. Unde Rabbini nostri bonæ memoriæ dixerunt: Dixit Tau coram Sancto illo benedicto. Sit beneplacitum tuum, ut per me creetur mundus tuus: unde inceperunt elevari à Tav.

A posterioribus factum fuit mundorum exordium.

§. 9. Quin & vitalitas posteriorum quæ est אל כ״ם naturam posterioris induit. Sed anteriora descendunt à summo deorsum ad instar aquarum, quæ *defluunt vehementer*.

Posteriora sursum ascendunt, & anteriora descendunt.

§. 10. Sed anteriora tamen occulta sunt valde, quoniam sunt obtecta, nec *videntur*; unde illorum non fit mentio in verbis Magistrorum nostrorum bonæ memoriæ de creatione mundi; sed posteriorum tantùm.

Posteriora revelantur, non anteriora.

§. 11. Et sicut medietas vestimenti Alphabeti posterioris ascendit post medietatem primam: ita nomina מ״ה & ב״ן quæ sunt 19. literæ, abierunt post ע״ב & ס״ג quæ sunt 20: Unde patet, quòd Jud plenitudinis חי ultimi in ס״ג residua mansit infrà citra consorté. Unde dixit ad Sanctum illum benedictũ. Omnibus dedisti socium, mihi autẽ socium non dedisti: Hinc patet, quòd mihi nulla sit copulatio superiùs, quæ si mihi esset, adfixa mansissem superiùs, nec potuissem descendere deorsum, quod nunc fieri non potest, cùm socium non habeam. In qem finem hoc factum est mihi? Respondit ipsi Sanctus ille benedictus. Congregatio Israël erit socia tua. Quasi diceret: congregatio & collectio omnium luminum, quæ emanabunt deorsum pro necessitate Israëlitarum, planè erit ex te: unde vides, quòd tota Aziluth ex te futura sit.

Jod descendit ob defectum socii. Jod hoc emanat pro necessitate Israëlitarum.

§. 12. Porrò sciendum, quòd in litera ultima Alphabeti in vestimento, cùm illud retractione sua conduplicaretur, coadunitis medietatibus relicta sint crura, scil. in litera Tav in spatio primo, eò quòd essent longiora quàm litera Caph personæ ת״כ ipsi apposita. Cùm ergo frigefierent *crura* hujus Tav in spatio primo, eò quod essent defecta & deorsum protensa in *spatium* hoc, ut adhærescere possent vestigiis vestimenti, & vestigia cum *illis* coalescerent: Et quia non videbat ibi ה״ה sicut fuerant in veste ante retractionem, quodque remaneret in fine medietatis vestimenti; tum obstupescebat, quod ipsum est, quod dicit Scriptura: Gen. 1, 2. *Et terra erat Tohu & Bohu* i.e. hoc Tau est terra, & spatium primum vocatur terra respectu vestis, & in hoc spatio erant crura literæ Tav: Hæc ergo litera admirata id dicebat ad se ipsam: Ubi sunt literæ ה״ה quæ erant in vestimento, &c. Unde illa deorsum relicta est, ut signetur in omni facie. Et

Literæ Tav signum in Vestimento & Alphabetis.

hoc est mysteriũ illud, quod dicitur Ezech. 9, 4. *Et signabis Tav super frontes virorum.* Est autem Tav aliud vivificans, aliud mortificans. Et vox תהו dividitur in duas voces, nempe Tav & הו i.e. Tav inquirit super הו ubi sint. Prospiciebat enim antrorsum per spatium primum, non autem retrorsum. Et Adam primus, qui generatus est è vestigio adhærenti literæ Jod Nominis סג suprà dicti, respondebat literæ Tav: quasi dicendo: בתהו in eo sunt הו, ascenderunt enim sursum post ירך combinationem anteriorum ad copulandum anteriora & posteriora. Sed de his satis.

27. plenitudines literarum Tetragrammati.

§. 13. Lux illa vero quæ id operabatur, ut vestis scinderetur in duas partes, erat è mysterio Geburoth, & coruscabat deorsum, & prodibant 27. plenitudines Tetragrammati de mysterio עב סג מה בן : Prodibant autem combinatæ & conjunctæ cum illis 27. literæ Alphabeti annumeratis scil. מנצפך duplicibus, quæ sunt judicium; Et ex illis prodierunt literæ אלהים. Ita ut quælibet litera sibi assumeret plenitudinem Nominis Tetragrammati.

Literæ מנצפך Gemat. inter 27. plenitudines & inter שבת ut & פסקנית.

Et 27. Havajoth suprà dictæ efficiunt שבת, juxta numerum פסקנית cum duobus totis duarum partium vestimenti. Et in hoc consistit mysterium de רוח פסקנית spiritus decisorii, (Gabrielis) Hic enim spiritus abscidit & divisit vestem in duas partes, & descendit in Jezirah per mysterium 70. nominum Metatronis: Et ipse est in medio 70. illorum Nominum. Notumque est, quòd in manu hujus נער adolescentis sint 120. Elohim, qui sunt gladius ejus. Et ipse scindit hoc judicium in duo, nimirum in duas sexagenas: Nam 60. fortes circa illud, ut custodiant à corticibus. Et notum est, quòd 13. Havajoth è 27. suprà dictis sunt radicales, quæ deinde duplicantur: ita 13. literæ sunt in plenitudine Elohim per Jod scriptæ, cujus plenitudo efficit רוח & per Gematriam Chanich filius ירך: & hoc est mysterium רוח spiritus decisorii. Et hoc est mysterium, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in Bava bathra & Sanhedrin fol. 44. col. 2. Dixit spiritus decisorius coram Sancto illo Benedicto: Et dicitur פסקנית &c. quòd vis illarum Geburoth vestimentum discidit in duo.

70. Nomina Metatronis.

120. Elohim.

Havajoth radicales

13 literæ plenitudinis Elohim per Gem. רוח & ירך fol. 44. b

בוצינא דקרדנותא

§. 14. Et deinde Jod istud suprà dictum suscepit Bozina de Kadrinutha i. e. scintillam nigredinis invectam in fundo aheni. Et hæc est scintilla illa, quæ infrà generavit nigredinem, quæ est judicium.

Funiculus mensuræ.

§. 15. Et in manu illius Jod est facultas suprà dictarum, Geburoth ad faciendum funiculum mensuræ pro omni structura, quæ extruenda est inferiùs.

אויר קדמון אור פניאל

§. 16. Et locus ille vacuus, qui fiebat per hanc retractionem, dicitur אויר קדמון spatium primum: Est enim primum inter omnia spatia. Nec licebat illum vocare nomine vestis, quæ vocatur אור פניאל Lux faciei Dei per Gematriam אין סוף.

§. 17.

§. 17. Et quia etiam Jod debebat descendere ad illustrandum locum hunc vacuum, quamvis ibi adhuc laterent vestigia Lucis vestimenti; hinc si Jud ponas inter ו & ר literarum אור hinc fit אויר. Porrò אור etiam est per Gem. רז quia recondita est pro justis, ut cum illa eant in mundum venturum.

אויר ex אור Gem. אור & רז.

§. 18. Et mundus iste vestimenti nomen habet omnia includens quod est Nomen tetragrammaton, quoniam hoc Nomen alligatum est ipsi & continet portas ejus. Atque hoc ipsum est, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Antequam crearetur mundus (i. e. mundus vacuitatis) ipse erat & nomen ejus tantum i.e. Ænsoph & vestis. Vel aliter: antequam crearetur mundus i. e. locus vacuus, in quo erat mundus locandus, quod est *spatium* primum, ante quod non erat quicquam, nisi Æn Soph & vestis, quod est Nomen Ejus. Et de hoc dictum est: Job. 38, 14. *Et stabunt sicut vestimentum.*

Nomen Tetragrammaton in mundo Vestimenti.

Nomen Tetragramm. est vestis τῦ Æn Soph.

§. 19. Et tempore venturo ex hac veste veniet dulcedo שמש Malach. 4, 2. *Solis justitia, in cujus alis sanitas.* Nam שמש est 320. ipsius & 320. uxoris ejus Jes. 35, 10. *Et recedet ab eo mœror & suspirium*, & judicium superveniet iis, qui remoti sunt à Deo, & inflammabit eos dies ventura. Israëlitis autem montes stillabunt mustum: nam הר mons est quadratura Elohim. Et omnia flagella judiciorum venient super populos, quos percutiet, sed sanabit Israël. Et omnes mares ac fœminæ corticum mitigabuntur. Et tunc Luna erit in plenitudine & perfectione sua, sicut fuit in diebus Regis Salomonis, super quo pax cum adhuc faceret voluntatem Dei: sicut dicitur 1. Reg. 3, 16. *Tunc veniebant 2. mulieres fornicatrices, ad Regem &c.* non vero antea. Suntque mulieres duorum virorum exploratorum clandestinorum, qui ceciderunt sub volas pedum Josuæ: erant enim Asa & Asael, duo hirci immundi, quorum unus mittebatur in Asasel, quæ vox composita est ex Asa & Asaël. Et illi adhuc hodie homines docent præstigias & Magiam; sunt enim experti artis Magicæ. Et sunt capita potentiarum impuritatis, quæ dependent postremo loco à posterioribus summis, quæ sunt 121. combinationes Elohim, Deorum alienorum, juxta mysterium: Quicunque addit, minuit. De quibus infrà. Futuro autem tempore corrigentur, sicut dictum est Jes. 11, 8. *Et delectabitur lactens super foramen aspidis.* Lactens autem est infans, qui sugit de mammis matris suæ, nimirum Metatron puer, qui vocatur שדי. Et tunc Seir erit perfectus in 10. Sephirothis & membris suis, & uxor ejus pariter erit perfecta 10. Sephiroth & membris suis. Et quia dicitur, Genes. 5, 2. *Masculum & fœminam creavit eos;*

De tempore futuro Messiæ.

Asa & Asael Magiæ autores & præstigiarum.

121. combinationes Elohim.

Metatron puer vocatus שדי.

eos, & vocavit nomen eorum Homo, quasi qui in se contineat marem & fœminam; ideò in Nomine מה qui per Gematriam est אדם invenitur plenitudo, quæ efficit 19. juxta numerum חוה. Ideò dicitur: Et fiet illa die, ut Dominus sit unus & Nomen ejus unum, id est, perfectum, sicut dicitur Exod. 26, 6. *Et erit tabernaculum unum.* (id est, perfectum) quod nunc est in exilio hoc profano, sicut dicitur Thren. 5, 16. *Cecidit corona de capite nostro*, de tempore autem venturo dicitur Amos 9, 11. *Die illa erigam tabernaculum David, quod collapsum est.*

Cap. LXI.

10. Sephiroth Mundi vestimenti sunt radix omniũ Sephiroth, quæ infra eas.

Mundi inferiores tantùm ex Malchuth prodierunt, & quidem ex Jod, quod est in Malchuth.

Mundorum inferiorum productio ex potentia deducta est in actum.

§. 1. Jam sciendum est, quòd illæ 10. Sephiroth mundi vestimenti sint radix omniũ Sephiroth, quæ infra eas. Nam Persona אין est filum ex Æn Soph, sed valdè occultum; unde non loquimur, nisi de 10. Sephiroth. Unde in multis locis in Zohar dicitur, quòd omnia quæ emanant vel creata sunt, radicem suam habeant superiùs. Hinc & 10. Sephiroth radicem habent superiùs in mundo vestimenti penes ipsam Substantiam Ejus, qui benedictus sit: Et Æn Soph, qui benedictus sit, omnes gradus omnesq; personas intra se reconditas ante realem earum existentiam debitè æstimavit quoad illarum essentiam, & virtutem dominandi: & hoc est, quod dicit R. Schimeon Jochaides, super quo pax, in Idra Naso: Æstimavit Reges: id est: Cùm venit ad Sephiram personæ Malchuth, quam intra se habebat reconditam, æstimabat Benedictus Ille intra se ipsum, quòd hoc in loco extruendi essent mundi; quoniam gradus novem Sephirarum superiorum ita se non habebat, ut inde vel liceret, vel opus esset fieri mundos: Omnia enim attributa Sephirarum superiorum attribui ipsi poterant, quamvis jam non operaretur per ista attributa: Non autem poterat ipsi attribui Malchuth, quod est Imperium, nisi Ipse dominaretur aliis: Unde in actum produxit mundos omnes è puncto Malchuth, quod in Substantia ejus, qui benedictus sit, sicut dicetur, cùm agendum erit de Jod plenitudinis He ultimi Nominis יס quod est Jesod in Malchuth, & ex eo constructi sunt mundi. Et quia Malchuth est Regimen & Imperium Regis, sicut dicit R. Schimeon bar Jochai Sect. Bereschith: Sub initium Imperii Regis, i. e. sub initium voluntatis S. Benedicti, qua volebat dominator esse & Rex; hinc per hanc ipsam determinationem, qua Æn Soph, qui benedictus sit, dijudicabat omnes gradus intra se contentos ab initio puncti summi Kether in se reconditi usque ad punctum imum, quod est Malchuth, creata est Lex in potentia, sed non in actu. Atque istud, quod dicit Scriptura Prov. 8, 30. *Et fui apud eum opifex.* Cùm ergo constitueret Æn Soph isto in loco construendos esse mundos ipso actu, tunc confirmavit locum illum, qui hoc morbo quasi termino cinctus fuit, sicuti locus noster respectu cœli; quam-

quamvis ibi omnia unum essent: non aliter ac si ponas manum tuam super chartam albam, super qua, si extantia quædam minuta appareat, tum umbram sanè percipies in charta, ita ut si quis è longinquo videat, hæc umbra puncti ad instar ipsi appareat, quod tamen ita non est, quia applicita manu super charta omnia inveniuntur esse unum. Sic in loco illo in puncto Malchuth; quam primùm intentionem eò direxit, ut suprà dictum, tum apparuit quoad nos quasi punctum; & hæc sunt puncta literarum: Et quia punctum in charta factum circa se exhibet quasi sculpturam, nimirum differentiam inter chartam & atramentum, & quia umbra quasi profundior apparet, ideò punctum hoc quoad nos vocatur sculptura. Atque id est, quod dicitur Sectione Breschith: Sculpsit Sculpturas suas in splendore *sublimi*, de quo supra.

De punctis literarum seu sculpturis.

§. 2. *Et sciendum* porrò est, quòd in veste hac extet Tetragrammaton *oculatum*, nempe 24. circulis & 72. coronis constans: Et est Tetragrammaton, quod bisecatur in anteriora & posteriora. Nec mireris, literas Tetragrammati oculatas reperiri; quia & literæ hominis insculptę animæ ejus & specificantes opera ejus, ut integantur ipsius capiti, omnes sunt oculorũ figura, quia radicaliter è dicto Tetragrammato veniunt: Nam ex Tetragrammato Neschamah superadvenit homini justo, qui studet operi Merkavæ. Et quia litera Jod 3. habet coronas, inde hoc respectu homini competit Nephesch, Ruach, Neschamah. Et quia radix Neschamæ sunt 5. Geburoth, ideò & Neschamæ Neschama est, quæ vocatur Chajah, quæ designatur in ipso Jod Tetragrammati, sicut scriptum Gen. 5, 7. *Et factus est homo in Nephesch chaja*. Et hæc est persona Abba. Invenitur tamen etiam Jechidah, quæ designatur in apice Jod, cùm proveniat ex Arich Anpin. Et si quæris, quare tres illæ communiter explicentur à quolibet, sed duæ hæ, nempe Chajah & Jechidah, occultæ sint, respondetur: Quia parum abest, quin duæ hæ Geburoth & duæ tertiæ è 5. Tetragrammatis Geburothicis mitigentur, & producantur in naturam Chasadim: Unde justi attributum judicii convertunt in attributum miserationum, ita ut homo justus bonis suis operibus & in specie studio staturæ determinatæ dignus fit Chajâ; & si digniorem se præbet, etiam Jechidam accipere meretur. Quamvis Moses Magister noster, super quo pax, illa non fuerit dignus nisi iis diebus, quibus in alto fuit: postquam autẽ peccaverant Israëlitæ, hæc iterũ avolavit ab eo, ita ut 1000. lumina minuerẽtur ab eo, nempe quæ veniunt ab Antiquo Sancto, qui est Arich; quò pertinet mysterium Aleph parvi in Vajikra, nec relictũ est in eo nisi vestigiũ: ex quo fulsit cutis faciei ejus. Et cùm diminueretur Moses Magister noster, super quo pax, & avolaret ab eo Jechidah, tum frangebantur tabulæ. Et quia pauci sunt digni Jechidâ, hinc dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Vidi filios עליוה sive elevationis,

Tetragrammaton oculatum in Vestimento.

In homine justo literæ etiam sunt oculatæ, ut & Nephesch chajah.

Jechidah.

Cur Chaja & Jechidah sint occultæ adeoque non explicentur à Doctoribus?

Jechida ad tempus fuit in Mose.

Pauci filii עליון;

vationis, & sunt pauci, id est, Nomen יה cõprehendit Chajah & Neschamah, quia Chaja est in Abba, nempe Jod, & Neschamah in Imma, nempe He: Jechidah autem est in Arich in apice Jod, nimirum super Jod יה & in summitate eorum: Et pauci sunt, qui tam digni evadunt. Imò & Neschamâh, quæ provenit ex Geburah mitigata, non multi fiunt digni: unde & R. Eleasar filius R. Schimeon Joachidæ, super quo pax, cùm mereretur accipere Neschamam, convivium apparavit, sicut dicitur in Sohar novo, Sect. Breschith in Midrasch Hanneclam. Et in generatione nostra hac vix unus est qui eam habeat. Unde colligimus, quòd Tetragrammaton hoc in mundo vestimenti dimidium sit anteriùs & dimidium posteriùs, ita ut יה reduplicata sint post יה juxta allegoriam Tohu & Bohu. Et ipsum totum circulis constat ad instar oculorum: & inde provenit Neschamah per descensum graduum: Unde opera hominis Israëlitæ inveniuntur in fronte ejus capitique ejus insternuntur. Et in hoc Tetragrammato quinque sunt partes, nempe 4. literæ, & apex Jod: ex quibus veniunt Nephesch, Ruach, Neschamah, Chajah, Jechidah, quinque personæ animæ. Et de his dicitur Gen. 2, 4. *Ista sunt generationes cœli & terræ, dum crearentur*; ubi Magistri nostri bonæ memoriæ dicunt; In quinque creavit eos. Et propterea dicitur Prov. 20, 27. *Lucerna* יהוה *anima hominis*. Et hæc est lucerna, quæ ardet super capite infantis in visceribus matris suæ, quæ ex luce Tetragrammati, ut dictum. Hinc dicitur Deut. 32, 9. *Pars Tetragrammati populus ejus*. Unde oramus DEUM Tetragrammaton, ut nobis lucem præbeat è lumine hoc Tetragrammati, & effundat super nos Spiritum suum Sanctum ex alto in solamen nostrum, Et tunc verum de nobis, Jes. 11, 9. *Et plena est Terra scientia Tetragrammati, sicut aqua maris inundantes.*

Quin nec Neschamah adeò frequens.

Tetragrammaton dimidiatum in Mundo Vestimenti anteriùs & posteriùs.

Tetragrammati partes quinque.

SECTIO SECUNDA,

Quæ vocatur

אויר קדמון

& in Sohar אוירא קדמאה Spatium primum, estque Mundus secundus ex mundis Æn Soph, seu Infiniti.

CAP. I.

Extensio Lucis Vestimenti.

§. 1. Lux vestimenti radens extendebatur sine omni impedimento & implebat spatium circuli Splendoris excelsi à summitate circuli, qua ipsam attingebat

tingebat substantiam Benedicti superiùs usq; ad spatia infra 7. terras, ubi iterum ad Æn Soph abibat tangendo substantiam Benedicti inferiùs; atque sic etiam ad latera circuli: Et de hoc dicitur Cant. 2, 9. *Ecce hic stat post parietem nostrum, & prospicit per* החלונות *fenestras*, quę sunt quinque fenestræ, nim. 5. notiones Tetragrammati, nempe 5. personę cum summo apice Jod: Quæ 5. fenestræ ex 10. dividuntur in 5. Chasadim, ut notum, & 5 Chasadim sunt fenestræ & cataractæ cœli, stillantque Chochmah, *ibid. l. c. Prodens se è cancellis*, החרכים quæ sunt 5. cancelli, nempe 5. Geburoth, quæ in 10. personis nec sunt usque adeò aperti, sicut fenestræ.

Quinque fenestræ vel cancelli.

§. 2. Et finis lucis vestimenti ferè eadem fulgebat luciditate & puritate atque principium ejus; cùm tamen hæc non esset intentio Principii Emanativi Summi, quoniam per diminutionem descensumque graduum venturus erat ad finem intentionis suæ, nempe creationem hominis. Nec locus erat vacuus, ubi locarentur mundi; Vestis enim omnia adimplebat: Idcirco Sanctus ille Benedictus sustollebat lucem dimidiæ vestis inferioris post medietatem supernam, cum nominibus ejus ejusque vitalitate & anima, ut evacuaret locum pro statione mundorum.

Lucis fulgor idem in fine Vestimenti cum eo, qui in principio.

Locus paratus pro statione Mundorum.

§. 3. Relinquebatur ergo locus medietatis vestimenti inferioris vacuus à luce Vestis.

§. 4. Sed vestigium ejus remanebat in loco ejus, juxta id, quod dicitur: Non recessit Schechinah, donec imprimeret vestigium. Et vestis hæc appellatur Schechinah, id est, locus, ubi habitat יה in anterioribus, וה in posterioribus.

Schechinæ vestigium in Mundis.

Cap. II.

§. 1. Locus iste vacuus erat quadratus. Et vocatur spatium primum, quia primum est inter omnia, & in Sohar vocatur אוירא קדמאה vel רשימו עילאה spatium primum vel vestigium sublime.

Loci vacui descriptio.

§. 2. Et quia fundamentum lucis vestimenti est ex Tetragrammato juxta 4. ejus plenitudines, quæ sunt radix, cardo & massa 4. mundorum אביע correspondentium 4. literis ejus; hinc apex summus correspondet mundis Æn Soph. Et cùm è 4. literis prodeant 4. plenitudines עב סג מה בן unde creati sunt mundi אביע; ideo locus est quadratus.

Ratio reddita cur locus iste fueritquadratus.

Cap. III.

§. 1. Spatium hoc primum est vestigium lucis vestimenti, cui aliquid admiscetur de vestigio Substantiæ ejus; unde deinceps Jod oportuit descendere intra splendorem Tehiru, ut illud exinde sustolleret, sicut dicam.

Spatii primi sive loci vacui quidditas.

§. 2. Et hoc spatium est quadratum ex virtute nominis Tetragrammati, quod extat in 4. angulis. Nam in 4. angulis ejus sunt 4. plenitudines Tetragrammati עב סג מה בן quæ supereminent & apparent supra circulum

Cur sit quadratum?

sphæræ Tehiru, splendoris, quæ exstat in medio ejus. Et sphæra ista est circularis, spatium primum autem quadratum: Ideò residui sunt ultra circulum quatuor anguli spatii primi, & literæ ejus construuntur è deciduis vestimenti.

Decidua unde?

§. 3. Et cùm Sanctus Ille Benedictus elevaret medietatem vestis inferiorem post medietatem supernam, tunc superior in elevatione hac premebatur per ascensum ab inferiore circa latitudinem spatiorum, quæ inter lineas literarum, ut post se relinqueret benedictionem, quæ sunt decidua suprà dicta. Et hinc mysterium spatii hujus aërei primi.

Spatii aërei extensio.

§. 4. Et aër iste extenditur deorsum usque ad nasum, qui dicitur Pardiska sive menianum Antiqui. Et hoc est quod dicitur in libro mysteri: Et inde excitatur spiritus pro omnibus, id est Spiritus Sanctus pro illis, qui illo digni sunt.

Cap. IV.

Cur locus ille vacuus vocetur aer Primus.

§. 1. Spatium hoc primum vocatur aër primus, non verò locus vacuus: si enim locus vacuus diceretur, videri posset, quod absit, ibi vacuum dari, quod ita non est; quia lux vestigii semper in loco suo exstat adhæretque radici suæ ceu aliquid spirituale, tenue admodum.

Lux Substantiæ & Lux vestimenti quomodo differant?

§. 2. Sunt tamen in aëre hoc duo lumina, nempe lux Substantiæ, quæ sublata fuit, & lux vestimenti. Estq; magna differentia inter lucem vestigii Substantiæ, & lucem vestigii vestimenti: Nam lux vestigii vestimenti respectu vestigii Substantiæ est quasi punctum in circulo. Et quia Lux vestigii Æn Soph aliter appellari non potest quam אור Lux; id quod & numerus hujus vocis indicat, qui per Gematriam est אין סוף; ideò Lux vestigii vestis אור dici non poterat: quare nos illam appellamus punctum, nempe Jod, quod est punctum illud in medio lucis: Quemadmodum etiam qui scripturus est אור inter Vav & Resch facilè punctum Jod inserere potest: ubi denotatur hanc lucem esse quasi punctum in medio lucis magnæ; & vocari nomine אויר aëris vel spatii.

Gematria אור & אין סוף

Aer primus dictus Anima mundi, replens omnia.

§. 3. Et aër iste aliquantum crassior est Luce; Lux enim illa sensibilis planè non est; aër autem tam subtilis non est, quamvis comprehendi nequeat. Et quia primus est inter omnes aëres, hinc vocatur aër primus, & hinc fluit quod dicitur, non dari vacuum. Unde patet, Ipsum extendi per omnia; unde Philosophi illum vocant Animam mundi.

Cap. V.

Discrepantia inter vestimentum & aerem primum.

§. 1. Discrepantia inter vestimentum & aërem primum est, quòd iste sit inferior veste; Tehiru autem & splendor est in medio. Vestis autem elevatior est aëre primo, quoniam vicinius adhæret Æn Soph, seu Infinito.

Tehiru impedit aerem primum à vicinitate Vestis.

§. 2. Aër primus autem, qui propior est vesti & splendori, tam præstans non est ob interpositam vestem. Nec tamen dicendum, ipsum ex parte inferiore, ubi vestis non est, cõstitui in gradu vestis; eò quòd adhæreat splendori,

cui

cui competit aliquantulum crassitiei, illius respectu, sic loquendo, quæ non permittit, ut cum Æn Soph cohæreat ad instar vestis, quam nihil impedit. Unde aër iste ex parte inferiori, quamvis Æn Soph seu Infinito vicinus, constitui tamen non potest in gradu vestimenti, quoniam splendori adhæret.

§. 3. Nomen autem aëris primi, quod est fundamentum vitæ ejus, est ממין i. e. 13. Memmin. Sicut enim Mem clausum comprehendit omnia, sic aër primus omnia nubit. Aer primus vocatus 13. Memmim.

§. 4. Et quia Aër primus tenuis admodum est & circumdatus ab Æn Soph, hinc vocatur Mem, cujus plenitudo literæ similis est citra omnem discrepantiam, sicut etiam diversitas non est inter Æn Soph & id quod ipsi vicinum est ipsique adhæret. Et cur?

§. 5. *Habet* autem 13. literas, quoniam fit ex litera Jod, quæ est opifex Sancti *illius* Benedicti. Jod autem ita factum est, sicut dicit R. Schimeon Jo*chaides* multis in locis: Apex suprà, apex infrà & corpus in medio. Id est: *punctum* superiùs, punctum inferiùs, & inter hæc medium. Aeris primi 13. literæ.

§. 6. Et competit aëri primo portio quædam de Jod suprà dicto ex No*mine* כי. Unde patet, quòd juxta 3. notiones partium Jod tria Nomina tetragrammata simplicia hîc extent, quæ sunt 12. literæ, & si addas totum, quod denotat τὸν Æn Soph, qui ipsas compingit, habebis 13. literas. Et istæ 13. literæ radix sunt omnium tredenariorum, quæ deinde occurrunt in mundo dispositio, ut sunt 13. dispositiones sive partes Barbæ Arich Anpin & 13. quæ in Seir Anpin, cùm ex Arich Anpin 4. in ipsum descendunt: Nam aliàs Seir Anpin nonnisi novem habet: Et è Seir Anpin descendunt in Malchuth. Malchuth enim habet nonnisi 6. dispositiones, juxta id quod scribitur 1. Reg. 10, 19. *Sex gradus erant solio.* Et istæ non competunt ipsi sub mysterio barbæ; ipsa enim barbam non habet, sed sub notione dispositionum sive partium ipsius. Et ab illa promanant deorsum in mundum Briah; unde 13. fluvii balsami puri, qui sunt merces bona justorum. Unde ortæ, & quid sint? 13. dispos. Barbæ Arich. Anpin, 9. Seir Anpin. 6. dispositiones in Malchuth. 13. fluvii balsami puri.

CAP. VI.

§. 1. Jam scito etiam, quòd aër primus totus sit אין quoniam non est factus nisi per privationem & sublationem lucis dimidii vestimenti, quæ vestigium ibi reliquit, sicut diximus. Et istud vestigium est אין non-Ens, & tantum respectu non-Entis simpliciter ita dicti, quod antea aderat, vocatur Ens; nec tamen est Ens perfectum, sed tantum spatium aëreum, quod non percipitur, imò ne videtur quidem: Lux enim quamvis non percipiatur, ad minimum tamen videtur: sed aër iste abstrahit ab utroque, & nec percipitur, nec videtur. Aer primus est אין & quare? Qua ratione dici possit יש Ens.

§. 2. Et vocatur aër primus, quoniam abstrahit etiam à sensu. Idcirco aër iste compositus est ex Luce & Aëre, sicut in luce aër est, estque mirum Cur vocetur Tohu va Bohu.

ſuper mirum. Et hoc eſt, quod dicit Scriptura Gen.1,2. *Tohu & Bohu*, quod homo cum ſtupore miretur illum, quòd nec viſio lucis, nec ſenſus aëris in eo ſit.

Cap. VII.

Literæ Tav in Perſona תּ֗כ extenſio.

§. 1. De Tav perſonæ תּ֗כ quæ eſt Malchuth mundi veſtis, dictum eſt, quòd pedes ejus extendantur in aërem primum pro neceſſitate mundi. Et quia pedes ejus influunt, & extenduntur in aërem primum factum ex veſtigio; hinc Tav magnam habet cum veſtigio hoc convenientiam: Unde omnes ſignaturæ, quæ infrà ſignantur, per hanc literam fiunt. Et quia veſtigium ejus efficacius erat quam cæterarum literarum omnium, eò quòd extenderetur deorſum, ideò quicquid ſignatur, inferiùs, myſterio Tav ſubjicitur. Et hoc ipſum eſt, quod in Sohar dicitur: Tav ſignavit ſignaturam Antiqui dierum: Quaſi dicat; literam iſtam ſignatam eſſe infrà in Malchuth capitis, quod non cognoſcitur, quod eſt Caput Antiqui. Ex exinde deſcendit deorſum, donec ſignetur in fronte omnium hominum ſicut ſcriptum eſt: Ezech.9,4. *Et ſignabis Tav ſuper frontes virorum.* Tau lethale & vivificans.

Tav duplex, lethale & vivificans.

Cap. VIII.

Literæ vocantur lapides & quare?

§. 1. Et de myſterio iſtius Tav dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Per Bohu intelliguntur lapides humentes, juxta id, quod dicitur Jeſ. 34, 11. *Extendit ſuper eo lineam inanitatis, & lapides vacuitatis. Linea inanitatis* eſt Tav, cujus linea extenſa eſt deorſum, ſicut dictum, & *lapides vacuitatis* id ſignificant quod quælibet litera vocatur lapis, ſicut dicitur in Libro Jezirah: Duo lapides extruunt duas domus, & tres extruunt domus ſex. Literæ autem vocantur lapides ob duas cauſas. I. Quia ſicut ex lapidibus extruuntur domus, ita ex literis componuntur combinationes, quæ omnes domus appellantur, ut in libro Jezirah ſcribitur. Et ſicut in domo habitat homo illáque fruitur; ita ex combinationibus iſtis conſtruuntur omnes mundi, cœlumq; & terra, & quicquid in iis, ut & homo; Et ſic omnia habitant in eis, illisque fruuntur non minùs mortui, qui jam obierunt, quam vivi, qui adhuc ſuperſunt. Altera ratio eſt, quod lapis, antequam cæderetur è monte, vocabatur mons, non vero lapis; poſtquam autem cæſus eſt è monte, lapis vocatur: Sic literæ, quando exciſæ ſunt in veſtimento, non vocantur nominibus ſuis ſuisvé plenitudinibus, ſed Aleph eſt ſine Leph, quæ ſunt plenitudo ejus: quando autem deſcendunt deorſum & evelluntur è locis ſuis ſeorſim ſingulæ, tunc accipiunt plenitudinem hanc, & Aleph pronunciatur cum Leph, atque hoc eſt quod dicitur in Libro Jezirah: Sculpſit eas, excidit eas i.e. ſculpſit eas in veſte ſub myſterio ſculpturæ; excidit eas, cùm evellerentur & deſcenderent: in mundo veſtimenti enim plenitudine carent.

§. 2.

§. 2. Deinde autem emanatione mittuntur deorsum & ibi relinquunt plenitudines suas & plenitudinum plenitudines, & ob potentiam regressus sive reflexionis ad superna, & ex omnibus illis particularibus fiunt judicia: nam מלוי per Gem. è אלהים. Exemplum sit in Jod, quod plenitudinem suam infrà relinquit, nempe יוד quod per Gem. est 10. Sephiroth. Et huc pertinet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ Adam primus דו פרצופין duabus personis creatus est; ubi notanter dixerunt דו & non decem. Sed sapienti satis.

Gem. מלוי & אלהים. Gem. יוד ex Jod cum 10. Sephiroth. דו פרצופין.

§. 3. Tempore venturo autem effundetur super nos Spiritus ex alto, qui est Spiritus iste Sanctus, qui descendit ex aëre primo super nos; efflatur enim Spiritus vitæ è naso Antiqui. Et hîc latet mysterium de puero in Sohar, *qui* adorabatur in vestibus eorum, quod non orassent Krischma illa *die; na*ctus quippe erat odorem beneficio Metatronis pueri, qui est *Magister* puerorum, & quidem de Jezirah, quæ vocatur odor gratus sacrificiorum.

De tempore futuro Messiæ. Odor gratus.

§. 4. Et per hunc odorem percipit Unctus Domini omnia peccata & transgressiones hominum, ut & opera præceptorum quæ faciunt, & num ipsis timor sit: Et in Justo oritur Benignitas per nasum Seir, in quo duæ nares, una Benignitas, altera Judicium. Nasus autem Antiqui aliter se habet: ibi enim è foramine uno vita, & ex altero vita Vitarum; & Judicium pro impio, sicut dicitur Jes. 11, 3. *Et odorari ejus in timore Domini & Spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Et scriptum est: ibid. v. 2. *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ & Intelligentiæ, Spiritus Consilii & Fortitudinis &c.*

Odoris hujus efficacia. Nares τῦ Seir. Nasus Antiqui.

SECTIO TERTIA,

Quæ dicitur

Sectio literæ Jod Nominis סג.

Cap. I.

§. 1. Hîc vides Sapientiam DEI Benedicti. Non enim poterant effingi mundi in aëre hoc primo propter magnam ejus tenuitatem nimiamque lucem: nec minùs quia in aëre hoc primo est anima vestigii lucis Æn Soph, & anima vestigiæ lucis vestimenti, unde impedita est manifestatio illa.

Impedita mundorum productio ob subtilitatem aëris primi.

§. 2. Innuit ergo literæ Jod He ultimi in Nomine סג quæ est in pedibus Schechinæ, quoniam illa non adeò erat fulgida, sicut aër primus: quia aër primus est vestigium de literis dimidiæ vestis cum literis Nominum vivificantium vestem; Jod autem tantum una erat litera ex illis & quidem de plenitudine; numerus autem vocis מלוי reperitur in Nomine אלהים, nempe 86. denotatque judicium, & est causa regressus & fractio-

Litera Jod & Lux diffusa radius sunt Mundorum.

Lux τῦ He & Aeris primi. fractionis vasorum sicut dicetur. Lux enim diffusa erat & descenderat in aërem primum ex veste illa, cujus charta est Æn Soph, sive Infinitus, qui adhæret ipsi inter singulas lineas; hæc enim urgebatur ascensu suo à superiore, ut fierent decidua in aërem primum, ita ut aër primus assequeretur literas.

Sursum elevari debuerunt Lux τῦ Æn Soph & ejus Vestimenti. Omne autem desiderium Æn Soph, qui benedictus sit, erat, ut sursum elevaret è sphæra splendoris, quæ deorsum compingebatur, animam vestigii lucis Æn Soph & animam vestigii lucis vestimenti, quæ obsistebant manifestationi in sphæra splendoris;

§. 3. Quare innuebat huic literæ Jod He ultimi Nominis ב״ן quæ est in pedibus Schechinæ, cùm ipsa non adeò fulgida esset, ut aër primus, ut descenderet, & lucem assumeret in aëre primo, deinceps autem rediret sursum cum illo vestigio manifestationem impediente: quæ id fecit.

Lux τῦ He & aëris primi.

Cap. II.

Literæ Jod facultas unde? §. 1. Nunc inquirendum, quis facultatem dederit literæ huic Jod, ut descenderet? Et respondetur, quòd facultatem acceperit ex literis antecedentibus Nominis ב״ן de quo plura infrà.

Quare litera Jod descenderit? §. 2. Restat tamen quæstio alia: Nempe cùm omni luci sanctæ, quæ superiùs est, nullum sit desiderium descendendi, imò ex adverso intimiùs adhærere radici suæ cupiat; quare Jod hoc descenderit, & quis illud coëgerit? Responsio est, literam hanc affixam fuisse Personæ כ״ח quæ est Persona Schechinæ, & quidem ultima medietatis vestimenti superioris. Hinc patet, quod Caph hoc personæ כ״ח quæ Malchuth est, illam impulerit dicens: Abi deorsum, & relinque ibi plenitudinem tuam, nemqe ד״ו duas Personas, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod Adam primus duabus Personis creatus sit, quorum numerus 10. unde provenerunt 10. Sephiroth, sub mysterio puncti, in quo continentur 10. Et has deinde produxit è potentia in actum, sicut dicam Sectione de splendore.

Plenitudo literæ Jod.

Cap. III.

Statura Adami primi determinata. §. 1. Et hoc est mysterium loci illius: Ps. 139, 5. *Retrò & antè formasti me, & posuisti supra me* כפך *manum tuam*, quod dicitur. Post literam istam Jod non fuisse literam aliam: atque istud est, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd nimirum diminuerit Sanctus ille Benedictus hominem primum, & attribuerit ipsi 100. cubitos, quæ est determinatio staturæ ejus. כ״ף autem per Gem. denotat 100. cubitos, unde dicitur: *Et posuisti super me* כפכה *volam tuam*; quod nota. Unde dicitur: *Retrò & antè formasti me*, quia, quod ante & post ipsum manifestum est: Et sequitur; *Et posuisti super me*

Formatio Adami primi ex parte anteriori & posteriori.

me volam tuam, quæ est manus Domini custodiens; ubi intelligitur Caph Personæ כ֗ן quæ est Schechina, vicina Jod Nominis ס֗ג.

§. 2. Et hoc Caph percussit caput hujus literæ, & compulit illam deorsum, ut extrueret sphæram splendoris in loco vacuo, qui in aëre primo. Literæ Jod descensum

§. 3. Et hoc est mysterium percussionis, qua Caph percussit Jod virtute literarum antecedanearum, quæ ipsam adigebant, ut descenderet. Et hoc mysterium extensionis factum est per modum lapsus è virtute percussionis. fecit τὸ Caph. Mysterium percussionis & extensionis.

§. 4. Et nota hanc regulam, quòd omnis extensio lucis denotet benignitatem, juxta simile aquarum defluentium. Omnis autem regressus lucis sursum est judicium, quod tamen intelligendum de extensione per se, quæ non contingit per modum lapsus. Nam extensio lucis, quæ denotat judicium è Geburah, & delabitur certo lapsu, fit per mysterium Nominis 42. literarum; cùm scil. Voluntas Dei Benedicti illi mandat, ut exequatur legationem suam, aut elevet eum, cui opus est ascendere: Et hæc operatur cito cursu & festinanter, & natura ejus similis est igni, cujus natura est ascendere sursum, non vero descendere deorsum, nisi fortè delabatur velociter, & mox iterum regrediatur sursum: Quod non facit Nomen 72. literarum cujus natura est extendi deorsum lento grado, non vero festinanter ad instar aquarum. Ideò dicitur in Sohar Sect. Beschallach: Hoc ascendit, & hoc descendit, Extensio autem simpliciter dicta denotat benignitatem; sed extensio per modum lapsus denotat judicium benignitatum, sicut Nomen 42. literarum. Mysterium Benignitatis & Judicii sub Luce extensa & retrogrediente. Mysterium delapsus. Differentia inter Nomen ע֗ב & מ֗ב.

§. 5. Et vestigia hujus latent in Nomine יעקב Jacob, ubi Jod denotat miserationes, sed בקע dissectio denotat delapsum lucis, quod est judicium. Et sic etiam judicium erat in delapsu literæ hujus Jod, quam deorsum compellebat Caph pro emolumento mundi, nimirum ut ex illa extrueretur ædificium mundi. Benignitas & judicium in Nomine יעקב.

§. 6. Et Jod hoc fuit architectus, qui omnes construxit mundos, sicut dicetur. Jod mundorum architectus.

Cap. IV.

§. 1. Suprà jam diximus, quod Jod plenitudinis He Nominis ס֗ג non habuerit socium: Unde dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Dixit Sabbathum coram Sancto illo Benedicto. Omnibus dedisti socium, mihi autem socium non dedisti. Hoc enim Jod plenitudinis He alludit ad Jesod quod in Malchuth, quæ est Persona כ֗ן; estque personæ Schechinæ Malchuth: Nam Malchuth de Malchuth absorbetur in illius Jesod, quoniam est in mundo Æn Soph. Jesod vero ubique vocatur Sabbathum, ut notum est, quoniam septimum habet locum post קודש i. e. post Chochmah, quæ est Pater, ubi hic numerus incipit nempe à Binah usque ad Jesod, Jod ultimum Nominis ס֗ג caret socio. Jod plenitudinis He refert Jesod in Malchuth. Jesod vocatur Sabbathum & quare.

quod loco septimo, & propterea Sabbathum dicitur. Quamvis etiam contineat 3. ramos, qui in Schin vocis שבת qui sunt נה״י protensi in agrû pomorum Masculi quod est mysticû illud ש״ן quod innuit בת׳ filiam, quæ adhæret 3. ramis ש qui sunt נה״י in Imma, & extenduntur in חג״ת דז״א Seir. Schechinah autem ascendit ad hoc Schin Patrum חג״ת sicut dicam alio loco.

Tres rami literæ ש.

§. 2. Responsum autem est illi: Congregatio Israël erit socia tua: quasi diceretur: Tota Aziluth erit ex te.

Quem in finem descendit?

§. 3. Descendit autem quinquies deorsum, ut attolleret animam vestigii lucis Æn Soph qui benedictus sit & vestigium lucis animam vestimenti è sphæra splendoris, ut faceret ex illo Adamum qui Kadmon dicitur. Omnis autem regressus denotat judicium, sicut etiam docet versus ויבוא Exod. 14. 20. qui est retrorsum, & lucem percussit retrorsum, quæ impediebat, ne detegeretur sphæra splendoris.

Quem in finem quinquies? He litera ex דו.

§. 4. Ratio autem quare quinquies regressa sit, provenit è potestate דו plenitudinis Jod; si enim Vav non ponatur sub Daleth, oritur He. Omnis autem plenitudo est judicium, ut tandem deveniretur ad intentionem finalem, nempe creationem mundi, quæ est Nephesch mundi splendoris.

Cap. V.

Modus creationis Mundi.

§. 1. Sanctus ille Benedictus innuebat literæ huic Jod, ut quasi exoriretur, & luceret in loco vacuo: Quæ sic fecit, & mox rediit sursum cum Luce Æn Soph & luce vestimenti, quæ impediebant detectionem sphæræ splendoris, & 10. ejus Sephiroth inibi comprehensas sub Nomine mundi Tohu.

Et per judicium.

§. 2. Et in regressu suo constituit literas judicii quæ sunt literæ regressus retrocedentes, sicut versiculus ויבוא, Exod. 14, 20.

Materia prima Tehiru. sive Splendor. Explicatio Textus primi è Sohar Breschith Edit. Crem. Fumus colore destitutus, Sphæra in annulo.

§. 3. Et hoc regressu facta est manifestatio infrà & extitit vestigium, sicut forma sphærica è fulgore excelso; id quod in Sohar vocatur Tehiru simpliciter i. e. splendor: vocaturque Materia prima. Et intenditur in Sohar, ubi in præfatione dicitur: קוטרא בגולמא נעיץ בעזקא לא אוכם ולא חוור ולא גוון כלל: id est: Fumus quidam sive exhalatio, quæ existebat in informitate infixa est annulo & non erat nigra; nec alba; nec ullo calore alio. Quasi diceret: Regressus literæ hujus Jod effecit vestigium suprà dictum, quæ est Sphæra ista, quæ est quasi suffitus & quasi fumus. Et sicut fumus est informis, nec sub certa forma comprehenditur, ita sphæra hæc est informe quiddam, cùm sphærica appareat quidem, non tamen comprehendatur, quia in illa non est judicium sive nigredo, neo albedo sive benignitas, nec alius color, sive miserationes: Sed sphæra fulgida infixa est in dictâ hâc literâ Jod: Hoc

Hoc enim est, quod dicitur נעיץ בעוקא: Nam litera Jod qui vocatur annulus, sicut dicitur in Præfat. Tikkunim.

Cap. VI.

§. 1. Scito: Cùm litera Jod sursum regrederetur, illam non potuisse ascendere & adhærere vestimento: sed relicta est supereminens splendori; & splendor infixus est ipsi ejusque apici inferiori. Literæ Jod cum splendore cohæsio.

§. 2. Sciendum autem quòd omnis lux spiritualis, quæ lucet in loco alio, quamvis ex illo tollatur, tamen relinquat vestigium, nec tollatur omnino: juxta illud: Non recedit Schechinah. Unde etiam in loco hoc vacuo relictum est *vestigium* de luce vestimenti. Vestigium Vestimenti relictum in loco vacuo.

§. 3. Et quia mundus non potuit uti luce ista magna, ideò mandavit literæ *Jod suprà* dictæ, ut descenderet, & luceret lumine suo, quod aliquantò *crassius* erat. Lux Vestimenti & lux literæ Jod quid differant.

§. 4. Nihilominus tamen etiam secunda hæc lux tam magna erat, ut mundus illa non posset uti; unde Sanctum Illum Benedictum secunda vice oportebat nutu præcipere literæ Jod, ut denuò descenderet, luceretque in *splendore* suprà dicto, ut lux illa magis incrassesceret. Literæ Jod descensus iteratus.

§. 5. Et sensus est; quòd litera Jod, cùm adhæreret Schechinæ, adhærentem sibi habuerit lucem Schechinæ, quamvis lux ejus non tam magna esset atque Schechinæ. Cùm autem descenderet, lucem suam inferiùs reliquit, ex qua factus est splendor: In ipsa autem non relictum est nisi vestigium tantum, quoniam non poterat regressu suo ascendere sursum, ut adhæreret Schechinæ, quia jam in massam redacta erat. Literæ Jod ascensus præpeditus.

§. 6. Quòd autem litera Caph ipsam percuteret, fiebat ad separanda multa millia separationum, sicut faciunt mallei ferrei, qui sunt 120. Elohim ferientes caput Asa & Asael, cùm volunt ascendere: quod cuilibet accidit, qui non est dignus ut ascendat. Quid significent plagæ à litera Caph inflictæ. 120. Elohim.

§. 7. Confestim autem cùm Jod iterum descenderet, non sanè talem habebat *lucem* ut prius, sed ejus tantum vestigium: ideò Sanctus ille Benedictus *nutu præcepit* literæ He, quæ supra Jod in suprà dicto Nomine יהו, ut ipsi communicaret de lumine suo: Et demisit illam, ut descenderet & luceret per lucem istam in splendore suprà dicto, ut nempe litera Jod haberet potentiam diffindendi sphæram splendoris, possetque intra illam ingredi. Mox enim cùm litera Jod ascendisset, sphæra splendoris clausa fuerat, & ista non poterat diffindere sphæram, nisi virtute literæ He in Nomine יהו literæ Jod præcedentis. Vestigium lucis in litera Jod dependens ex descensu iterato. Literæ He subsidium pro litera Jod.

§. 8. Cùm autem descenderet intra splendorem hunc, tunc irradiabat

in eum lucem illam, quæ ipsi data erat ab He; quod ipsum est quod dicit textus Gen. 5, 2. *In creare eos*, quod Magistri nostri bonæ memoriæ ita explicant: Per ה creavit eos.

Ratio nominis Coronæ Summæ, Antiqui antiquorum, Causæ causarum &c.

§. 9. Et cùm iterum sursum regrederetur, hanc lucem literæ He radicalem suprà dictam iterum reliquit post se, ex qua facta est sphæra alia in suprà dicto splendore, & sphæra hæc vocatur כתר עילאה Corona summa in Sohar, & עתיקא דעתיקין Antiquus antiquorum, imò etiam עילת העלות Causa causarum. Scias autem, quod sphæra Coronæ hujus multò sit minor sphæra splendoris, ita ut spatium locusque vacuus vastissimus relinqueretur intra splendorem. Et omnia nomina illa quæ sunt intra spatium istorum mundorum, virtutem habent operandi operationes stupendas, creandi mundos eosque destruendi. Et mysterium ex eo patet, quod ipsa deinceps destruxerunt mundum Tohu: unde oportuit alia nomina producere supra mundum Tohu. Imò adhuc hodie operantur tales operationes: Sicut enim devastarunt mundum Tohu, ita destruent mundum istum cum cæteris mundis, qui sunt radix crassitiei & corporeitatis, quæ in Nephesch & Ruach: Deinceps autem mundus erit Neschamah, quem creabit liberrimum illud Agens, postquam 6000. annis steterit mundus. Et tunc erit dies, qui totus bonus, & totus Sabbathum erit, nec ullum in ipso erit malum. Et hoc est, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Sex mille annis stabit mundus (nimirum mundus iste qui compositus est è bono & malo) & uno vastabitur, sicut dicitur Jes. 2, 11. *Et exaltabitur Dominus solus die illa.* Id est: Nomen tetragrammaton, quod est gradus Neschamah, qui totus bonus est: non vero gradus Elohim: & reliquæ alæ sunt cognomina. Et illa die verificabitur hoc: Jes. 30, 20. *Et non amplius alis utetur Doctor tuus, & oculi tui videbunt Doctorem tuum*; quod est ipsum Nomen tetragrammaton; alæ autem, sunt tegumenta & velamina ejus alis similia, ne illud tangant cortices: Et alæ hæ sunt cognomina. Quod ipsum est quod dicit R. Schimeon Jochaides Sect. Schelach lecha: Dixit R. Eliefer: Omnia illa verba & quicquid viderunt (in horto Eden Mosis Magistri nostri super quo pax & generationis ejus) scripserunt; & cùm huc venirent, dixi: Scriptum est Ps. 39, 2. *Custodiam vias meas, ne peccem lingua mea.* Et interrogavi patrem meum; Pater, in quo consistunt illæ duæ voces? Qui respondit mihi: Per vitam tuam, fili mi, illæ duæ voces construunt mundos & destruunt mundos, si quis illis utatur. Sed sapienti satis.

Operationes stupendæ ex Tohu.

Mundus Nephesch, Ruach & Neschamah.

Nomen Tetragramm. & nomen Elohim construunt Mundos & destruunt.

§. 10. Tempore autem venturo Nomina ista vestabunt mundum hunc & construent mundum novum. Tres enim mundos condere in idea sibi proposuit, qui sunt Mundus Nephesch, in quo malum prævaluit bono, quæ fuit mundus Tohu, unde illum destruxit. Deinde creavit Mundum hunc, qui est mysterium Ruach, qui scissus est in medietates, unde vocatur Arbor scien-

Mundus Nephesch, Ruach & Neschamah.

scientiæ boni & mali, quæ sibi invicem vicina sunt, sicut dicitur Gen. 1, 2. *Et terra erat Tohu, & Spiritus Domini ferebatur &c.* Futuro tempore autem Sanctus ille Benedictus destruet mundum hunc itidem, & creabit mundum Neschamæ, qui vocatur אור Lux, sicut dicitur ibid. *Et dixit DEUS: Fiat lux*; & iste totus bonus est, nec est malum in eo, sicut dicitur Jes. 2, 11. *Et exaltabitur Tetragrammaton solum in die illa.* Et alibi dicitur Deut. 32, 12. *Dominus solus ducet eum, & non cum eo Deus alienigena.*

SECTIO QUARTA

De Adamo primo occulto, qui extat supra splendorem: Ubi tamen præmittuntur adhuc mysteria quædam alia de aëre primo.

Cap. I.

§. 1. Diximus suprà, quòd post duplicationem vestis, nempe post reductionem medietatis infimæ post superiorem, litera Jod relicta sit in extremitate aëris primi inferiùs sine socia, & antequam descenderet hæc litera deorsum, locus dimidii vestimenti quasi fuerit vacuus. Non tamen fuit vacuus omninò, quia nihilominus in eo relictum erat vestigium lucis Æn Soph, quæ est lux Substantiæ ejus & quasi charta; lux autem literarum erat vestimentum. Erat ergo inibi Lux vestigii medietatis vestimenti quasi essent mera Jodin. Locus dimidii vestimenti.

§. 2. Nosti autem quòd litera Jod collecta sit è multis punctis, sicut dicunt Geometræ. Ex vestigio igitur punctorum Jodalium inhærentium huic aëri primo, omnia collecta sunt invicem, & factum est Jod magnum. Et istud Jod reconditum est intra literas אור, unde facta est dictio אויר qui est aër primus, qui postea è deciduis supernis ritè est dispositus. Et vocatur primus, quia est initium spatiorum aëreorum, quæ in mundo. Si enim vocatus esset lux, non potuisset vocari lux prima, cùm jam antecederet lux vestis, &c. Sic etiam splendor non poterat vocari Lux, quia lux vestimenti jam antea aderat: Nec ritè poterat vocari splendor primus, quia ante eum jam erat splendor excelsus. Puncta literæ Jod. אויר & אור Cur primus vocetur Aër.

Cap. II.

§. 1. Jam verò notes regulam insignem, quòd, ubicunque Sohar loquitur de aëre puro, intelligendus sit hic aër primus. Hic enim aër primus post factum ædificium & post constitutam trutinam divisus est in multas portiones, quæ verè sunt de luce ejus & prorumpentes subintrant ædificium, & vocantur aër purus. Aer purus in Sohar quid notet.

Litera Jod interpoſita Luci Ænſoph.

§. 2. Et quia aër iſte immixtam habuit lucem multam, nempe de Luce Æn Soph ambientis, quæ erat Lux ſubſtantialis, atque iſta lux etiam permiſta eſt aëri huic puro, hinc, ſi ita dicere licet, illum præcipere oportuit literę Jod plenitudinis He, ut interponeret ſe, quò iſta lux retraheretur & evacuaret locum, ut in illo poſſet condere mundos.

C A P. III.

Lux veſtimẽti retracta & recondita in Jeſod.

§. 1. Lux iſta, de qua diximus, quod retracta fuerit in latera, fuit Lux magna: Et Æn Soph, qui benedictus ſit, videbat, quòd mundus non poſſet ſufferre, ut in eo conderetur, eâque frueretur: idcirco recondidit illam in Jeſod, quæ eſt perſona ז״א quæ in fine medietatis veſtimenti ſuperioris: Nam Malchuth, quæ eſt perſona נ״ק abſorpta erat inibi in ſuo Jeſod, quippe quod eſſet in mundo Æn Soph: & ab eo aluntur omnes mundi virtute *fili* Æn Soph, quæ eſt perſona א״א in medio ejus recondita, per quam ipſe *derivatur* è ſummis ad ima tanquam per filum, ad dandum vitam Adamo primo, ſicut dicam.

Filum Ænſophicum.

Explicatio dicti Sohar.

§. 2. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur in Sohar Sect. Breſchith: אור דאתברי ואתגניז ואתכליל בברית קדישא id eſt Lux quæ creata quidem, ſed recondita eſt & comprehenditur in fœdere ſancto. Ubi textus id vult, quod lucem ſuprà dictam, poſtquam elevata eſſet in latera, acceperit ÆnSoph, & recondiderit intra medietatem veſtis ſuperiorem, nempe in cuticulam mediam, quæ eſt Jeſod, ſicut diximus in Capitulis antecedentibus ſub myſterio trium cuticularum ſive membranarum.

Reconditum, repoſitum quid notet in Sohar,

§. 3. Et nunc tradam tibi regulam inſignem, quòd omni loco, quo in Sohar aliquid dicitur eſſe reconditũ vel repoſitum vel ſimiliter, intelligendũ ſit ſuprà dictum Jeſod. Et hoc eſt, quod dicitur in Sohar: *Comprehenditur*, id eſt, collectæ & incluſæ ſunt partes ejus intra partes ejus: Et recondita eſt *in fœdere*, id eſt, in Jeſod, quod appellat ſanctum, quoniam ſeparatum eſt à mundis & extra mundos, qui ſunt intra ſphæram ſplendoris. Si enim eſſet intra mundos, fieri non poſſet, quin mundi illa fruerentur, quamvis recondita eſſet multis reconditoriis. Jam verò quoniam hoc in loco recondita eſt, illa planè non utuntur, & tantum de parte lucis ejus participant, quæ demittitur & ingreditur intra filum Æn Soph protenſum è Perſona א״א deorſum: intratque & perrumpit & tranſit per Adam primum occultum uſque in ſtatum diſpoſitionis tranſitq; per eum à capite uſque ad pedes ejus: & in eo eſt figura hominis: Et ab eo prodit mundus bilancis intra Coronam, qui eſt Adam primus ſimpliciter ita dictus poſt diſpoſitionem.

C A P. IV.

Quæſtio ſolvitur de de-

§. 1. Hîc proponenda eſt quæſtio notabilis, quare Scriptores dicant, quòd

quòd tam necessarium fuerit, ut descenderet litera hæc Jod in aërem primum & ibi emitteret lucem suam magis crassiorem, ut ex illa fieret sphæra splendoris: cùm tamen Jod fuerit è medietate vestis superiore; lux autem quæ in aëre primo, fuerit vestigium medietatis vestimenti inferioris? Adde quòd Jod fuerit de ipso Nomine Tetragrammato, quod est vita vestimenti: quare ergo lucem ejus vocant lucem crassiorem? Respondetur ad illum modum, quo multæ formantur distinctiones inter impuritatem & puritatem, & inter sacrum & profanum. De Asa & Asaël enim invenimus, quòd descenderint & usque adeò corporei facti sint, ut potuerint coire cum filiabus hominum, quod est opus brutale: & non ampliùs potuerunt redire in locum suum priorem. Quamprimùm enim pervenerunt in aërem mundi alterius, acceperunt vestem corpoream, quæ non iterum separata est ab eis. Et in Sohar Ruth dicitur, *quemlibet* Angelum, qui infra moratur 7. dies continuos, non posse *redire in locum* suum sursum. Et Angelos, qui peragunt legationes & mira*cula edunt* pro Israëlitis, oportet demergi in fluvio igneo, ut corpora eorum exurantur, & anima eorum persistat. Habent enim corpus ex mundo Jezirah, animam autem in mysterio Nominis è mundo Briah; Et deinde renovantur pro futuro. Et hoc est quod dicit Scriptura Thren. 3. 23. *Novæ matutinis, multa fides tua.* Accipiunt enim odorem corporeum. (Sensu literæ Jod, & de Luce ejus sumpto exemplo ab Asa & Asael, & applicatione facta deinceps in §. 2.)

§. 2. Ita res se habuit cum litera hac Jod, quæ descenderat deorsum, nec iterum poterat ascendere, quoniam compacta & crassa facta erat lux ejus; unde hærebat desuper & ferebatur super splendore. Atque sic actum est cum luce, quæ in aëre hoc.

§. 3. Sed vestigium substantiæ ejus non tam crassum evaserat, & in specie lux deciduorum: unde recondi oportuit lucem Substantiæ ejus, quæ in hoc aëre infra Jesod medietatis vestimenti superioris, & lux vestigii vestimenti, quæ in aëre hoc contenta, quæ est Jod illud magnum, quod illi adhærebat, non poterat sufferre eam & adhærere illi: unde lux hæc extrudebatur supra sphæram splendoris & ex eo factus est Adam primus occultus, qui supra splendorem. (Adam primus occultus ejusque origo.)

CAP. V.

§. 1. Litera hæc Jod evacuabat interpositione sua totum aërem primum à luce inibi inclusa, eamque sursum tollebat, quam deinde suscipiebat Jesod suprà dictum; Illam enim non sinebant ascendere, ut adhæreret radici suæ sicut antea. (Litera Jod postquam descendit, non iterum ascendit.)

§. 2. Deinde ipsa subintrabat aërem hunc descendensque emittebat fulgorem in hoc aëre, & implebat illam luce multis millenis vicibus crassiore, quam lux illa erat, quæ jam ibi inveniebatur, eò quòd lux illa recōdenda erat. Quamvis autem reconderetur, tamen vestigium ejus adhuc in aëre erat: Sed vestigium hoc tali non erat potestate præditum, ut posset coagulare & for- (Sphæra magna Splendoris unde.)

& formare vas pro hoc fulgore crassiore: Cùm ergo lumen fulgoris hoc rediret sursum, ex illo regressu compingebatur lux fulgoris & fiebat sphæra magna splendoris.

Tehiru quid notet.

§.3. Et facto hoc regressu in superiora, videbatur illud quod ejectum erat deorsum; nam ante factam ejectionem, & quia sphæra hæc obscura valde erat respectu illius lucis, quæ jam erat in aëre, & respectu mundorum superiorum. Splendor iste vocatur טהירו, id est lux, nomine Chaldaico, quod denotat posteriorationem & judicium, & obscuritas est respectu lucis. Et hinc intelliges, quod quando R. Schimeon Jochaides mentionem facit Tehiru simpliciter ita dictæ, intelligenda sit hæc sphæra.

Cap. VI.

Jod magnum.

§.1. Et jam scias, quòd, quamprimùm descendit Jod in lucem suprà dictam vestigii medietatis vestimenti inferioris, hæc ipsi adhæserit, factumque sit Jod magnum: Sed postquam Jod rediit sursum, facta nempe sphæra *splendoris*, statim consummata & clausa est sphæra. Jod autem cùm vellet ascendere, in locum originis suæ, non concessum est illi: Quotiescunque enim adscendere vellet, Caph percussit caput ejus, unde ferebatur super faciem aquarum tanquam gutta vestigii lucis vestimenti, cùm adhuc essent aquæ, nec adhuc ex illis factus esset Adam primus occultus. Litera Jod vestigii tamen non habebat facultatem subigendi omnes partes fulgoris, qui in ipsa comprehensus erat: Et sinebat illas cadere & illi fulgores punctorum vestigii descendebant, & inde fiebat lux ambiens Tehiru sive splendorem desuper.

Literæ Jod ascensus inhibitus.

Lux ambiens splendorem unde.

§. 2. Et ista lux ambiens tota fiebat in forma circulorum, sicut ipsa vestis.

Lux ambiens circularis.

§.3. Et circuli isti sunt 10. quoniam radix eorum sunt puncta, unde etiam extensio ipsorum forma erat circulari.

Circuli 10. lucem ambientes.

§.4. Erant autem circuli 10. sub mysterio 10. Sephiroth. כתב גנת נהים & inter illos 10. spatia. Unde patet, quod sphæra hæc splendoris sit in medio spatii Malchuth Adami primi occulti.

Sphæræ circulorum situs.

§.5. Et hinc intelliges quod suprà diximus lucem ambientem esse supra splendorem, cùm hîc videas Malchuth ejus ipsum ambire.

Lux ambiens supra splendorem.

§ 6. Novem autem Sephiroth, quæ supra splendorem, sunt 18000. myriades mundorum, in quibus Sanctus ille Benedictus, id est, Seir quotidie circumfertur, ut ipsa adipiscatur lucem ejus. Sicut etiam defertur in cogitatione ejus, ut adipiscatur arcana ejus: Illa enim est desiderium superiorum & inferiorum.

18000. myriades mundorum.

Duo millia in singulis Sephiroth.

§.7. Duo autem millia, de quibus dicitur Psal. 68, 18. 2000. שנאן noli legere שנאן sed שאינן quasi quæ non sunt, id est, quæ pertinent ad Malchuth

chuth ejus. Malchuth enim absorbetur in illius Jesod, nec refertur ad numerum mundi masculini. Et respectu vasorum & spatii intermedii dicuntur 2000. Malchuth, juxta illa verba: *Currus DEI duæ myriades millia, quæ non sunt*: Sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ.

§. 8. Et exhinc iidē operationē etiam instituunt in Adamo primo simpliciter ita dicto, qui est Corona Coronæ post dispositionem 18000. myriadum mundorum ipso actu institutam: Quoniam in Adamo primo occulto tantùm in potentia sunt. Sed de his satis. Dispositio 18000. myriadum mundorum in Adamo primo.

Cap. VII.

§. 1. *Adam iste primus*, qui est in 10. istis circulis supra splendorem, vocatur *Adam primus* occultus. Et in quolibet istorum circulorum extruuntur *multa millia* mundorum quanquam & in spatiis sint mundi, illi tamen non *videntur*, nisi tanquam in aëre. In circulis Sephirothicis Adam primus occultus & multa millia mundorum.

§. 2. Et isti circuli Adami hujus primi occulti considerantur sub Mysterio ממין.

§. 3. Et hoc ipsum est, quod scripsit R. Jischmaël f. Elischa, Sacerdos magnus in Opere Vehiculi: Nomen unum in 10. Memmin. Et qui ignorat mysterium, quod est in his Memmin, nempe modò dictis circulis, ille ignorat, quid prosint. Mysterium ממין Nomē unum in 10. Memmin, quid notet hæc phrasis.

§. 4. Et hoc est mysterium, quod toties scribitur in Opere Creationis; ויאמר Elohim, ubi inveniuntur literæ אויר מ׳ qui est aër ille, quem intra Memmin producunt 10. Locutiones per phrasin ויאמר è potentia in actum, mediante Elohim, quæ est Malchuth Adami primi simpliciter ita dicti; ut notum est. Mysterium in dictione ויאמר Malchuth Adami primi.

§. 5. Et si dicis, Memmin illa merito debere esse clausa, & non aperta, quoniam sunt circuli: Respondetur, singulos horum circulorum aperturam habere circa suum Jesod versus spatium: Et Mem quod erat clausum, factum est apertum, & prodierunt ab eo intra spatia 10. Jodin. Cur illa 10. Memmin sint aperta & non clausa.

§. 6. Sic enim pariter scribitur in Opere Vehiculi, Nomen unum in 10. Jodin. Et quia Mem aperit os suum, & producit Jod in aërem, tum fit quasi ק: Nam Jod adhæret lineæ Mem & gravitate sua deorsum tendit, avellitque lineam à tecto Mem, unde pes literæ Kuph pendulus est: Unde in dicto Opere Vehiculi pariter scriptum est: Nomen unum in 10. Kuphin. Ubi indigitantur illa Kuphin, è quibus fiunt 10. Sephiroth ipsius splendoris, quarum meminit liber מעיין כחמה fons Sapientiæ, quem composuit Moses Magister noster, super quo pax. Nomen unū in 10. Joddin: quid subinnuat hæc phrasis. Nomen unū in 10. Kuphin: quid significet. De conciliatione numeri dena-

rii & tredenarii suprà dicti,

pax. Et quamvis in Capitulis præcedentibus scripserim, 13. Kuphi in mysterio Tehiru splendoris, sicut 13. Zade in Kether, & 13. Mem aëre primo; nihilominus, quod est in parte, id est in toto: Nihil enim in generali; nisi quod in speciali est, quod est Adam Kadmon. Et tri superantia denarium sunt tres partes literæ Jod, sicut diximus in Ca lis præcedentibus. Et hæc sufficiant pro confirmandis omnibus v Sapientum.

Cap. VIII.

Adam primus analogus Mundo Briah.

§. 1. Nunc scias, quòd sicut intra Malchuth Aziluthicã sunt mundi B Jezirah, Asiah, quæ vocãtur castra Schechinæ, ita in aëre primo est Adam mus, qui analogus est mundo Briah. Unde post restitutionem cùm A primus simpliciter ita dictus elevatur in locum Adami primi occulti usq pedes ejus, qui relicti sunt in crassitie splendoris deorsum, post altitudi capitis Malchuth Adami primi simpliciter ita dicti, quod est caput Anti Sancti; tunc 10. Sephiroth ejus vocantur Adam Briathicus: Quamvis secundus sit ab Æn Soph, qui benedictus sit. Ibi enim revera creantur 10 phiroth ipso actu, quod magis est, quàm quòd suprà illum, ubi hæc te sunt sicut cornua cicadarum respectu inferiorum. Unde etiam tantùm ph sis מחונה notionis, non verò phrasis פועל actus ibi adhibetur propter miam tenuitatem.

Splendor intra Adamum primum analogus Mundo Jezirah; & Kether intra splendorem mundo Asiah.

§. 2. Porrò intra Adamum primum, Tehiru splendor analogus est m do Jezirah: & intra splendorem est Kether, quæ analoga est mundo Asiah sicut Malchuth est quasi gutta respectu Seir Anpin; ita aër primus cum o bus in eo contentis est quasi gutta respectu Æn Soph, qui benedictus sit, bientis vestem.

Cap. IX.

Adam primus occultus quid.

§. 1. Sphæra hæc vocatur Adam primus occultus, quoniam est inc & obsignatus supra splendorem.

Velum distinguens inter Adamum primum occultum & simpliciter sic dictum.

§. 2. Et quamvis post restitutionem sursum elevatus sit Adam primus pliciter ita dictus: non tamen commiscetur cum hoc: Quoniam filum sophicum, quod semper exit de Jesod extremitatis dimidiæ vestis pro mundorum, efficit aulæum discernens inter eos, quod est velum disting inter Adamum primum occultum & Adamum primum simpliciter ita d

Veli ejus usus ac finis.

§. 3. Et quamvis iste influentiam suam ab illo accipiat, id tamen non fit nisi mediante exigua irradiatione per velum hoc facta, juxta te illum Psal. 84, 12. *Quia Sol & scutum Dominus DEUS.* Et velum h pedit influentiam, ne majori copia prodeat, quàm sufferre possunt m

Atque sic inter singulos mundos est velum aliquod discernens, juxtà illud Ex. 26, 33. *Et dividet velum vobis inter sanctitatem & sanctitatem sanctitatum.*

§. 4. Hinc ille vocatur occultus. Et hoc est quod dicitur in Idra magna: Et expandit coram se aulæum quoddam: Id est, filum illud, quod prodit de Jesod vestis superioris, de quo diximus. Et in hoc velo sculpsit & æstimavit Reges. Nam quia omne velum est judicium, cujus lux desuper effulget sub mysterio lucis retrogredientis, hinc in tota creatione 7. Regum illorumque dispositione quasi sculpsit, & determinavit, ne nimium quid acciperent.

Cur Sphæra illa vocetur Adam primus occultus.

§. 5. Quare autem vocatur פרסה velum? quia judicia sunt מנצפך & ארני sicut notum: Quòd hæc sint duo judicia Minchæ & vesperæ, quæ mitiganda sunt. Et illæ duæ guttæ judiciorum lapsæ sunt deorsum, & Jizachack & Jacob, super quo pax, disposuerunt illa sub mysterio copulæ, ut mitigarentur. Unde per preces nostras mitigantur hæc judicia. Et ideò illo tempore & illa hora peccatores, qui in inferno, remissionem habent & liberationem modicam tempore illarum precum.

Quare vocetur velum?

§. 6. Et illud ipsum velum etiam est judicium ad impediendam influentiam, ne abundantior prodeat, quàm mundi possint sufferre, & causentur fracturam aliquam, quod absit. Intuere autem dictionem פרסה & invenies duas voces פר סה quæ sunt duo illa Nomina supra dicta juxta numeros eorum, nempe מנצפך & ארני.

Duæ voces פר & סה in dictione פרסה correspondent per Gematriam מנצפך & ארני.

Cap. X.

§. 1. Quare autem vocatur Adam primus? Quia notorium est, quòd mysterium bilancis sit dispositio personæ Adami sive Hominis: Kether enim est caput, Chochmah & Binah sunt 2. humeri, &c.

Quare vocetur Adam primus?

§. 2. Et quamvis bilanx non fuerit nisi post restitutionem: nihil tamen interest, quia sic loquimur propter finem ejus, qui deinceps productus est è 236. millenis myriadibus literarum egressarum ad ædificandum mundos & ad destruendum eos: ubi relictæ sunt sub mysterio lucis ambientis 100000. myriades, sicut exponetur in materia de Fragmentis Vasorum.

100000. myriades relictæ de 236. m. myriadibus.

§. 3. Et Adam primus factus est in perfectione sua etiam beneficio filii hujus; & quia ibi est prima bilancis manifestatio, qualis in superioribus nondum facta erat, ideo vocatur Adam primus.

§. 4. Et ex hac sphæra prodierunt Israëlitæ, qui vocantur Adam ob mysterium Neschamæ, quæ sub notione Jechidæ designatur in apice Jod. Notum enim quod omnes mundi supra Abba constituti existant sub mysterio Jod. Et hoc est quod dicitur in Sohar sect. Schemoth: Cùm vastaretur domus Sanctuarii, sursum ablata est scaturigo literæ Jod; Quia

Mysterium literæ Jod.

omnia proveniunt è virtute Jod plenitudinis He, quod vocatur linea mensuræ, cujus apex inferior infixus est Adamo primo & sphæræ splendoris demittitque illico omnem influentiam è supernis advenientem ad modum fili suprà dicti; hinc 236. millenæ myriades proveniunt è mysterio 231. portarum, & הא aëris primi, unde 236. quæ designant הי ultimum Nominis סג quod demittit lucem suam per 231. combinationes suprà dictas.

236m myriades literarum unde oriantur.

§. 5. Et numerus hic frequentiùs invenitur in determinatione staturæ R. Jischmaël f. Elischa Sacerdotis magni, & in Capitulis Palatiorum ejus, ubi latitudo gloriæ 236. mille myriades milliaria, quæ sunt nomina, ut suprà exposui.

Explicatio integri textus ex Sohar de Aere primo.

Cap. XI.

Jod primum & Jod ultimum.

§. 1. Huc pertinet dilucidationis loco, quod in Sohar dicitur *fol.* 4. יוד דאסתלק מאויר ואשתאר אור והיינו יהי אור שהוא קדמאה: Si Jod tollitur ex אויר relinquitur אור, & hoc ipsum est Gen. 1, 3. יהי אור *Fiat Lux, quod est primum*, id est, Jod lucis vestimenti: Sed Jod ultimum est Jod vestigii, quod fuit in aëre. Et sensus est, quòd cùm descenderet Jod Nominis סג quod est de ipsa luce vestimenti, in aërem hunc, eidem adhæserit Jod vestigii, & Jod ingressum sit inter Vav & Resch vocis אור, unde אויר.

Ex אור factum אויר

§. 2. Deinde cùm altera vice sursum tolleretur, & ex illa ebulliret lux Adami primi, tunc cum illa etiam Jod hoc elevabatur, & vestgium hoc redibat ad literas אור; nam Jod avolaverat & abierat. Et hoc ipsum est, quod ibi dicitur יהי אור antequam scilicet Jod veniret in aërem primum, ibi אור tantum erat & non אויר: deinde autem fiebat אויר, cùm hoc illud descenderet.

§. 3. Mox iterum sursum tollebatur, & res iterum redibat ad vocem אור: unde dicitur ויהי אור *& fuit Lux*, quæ est Lux illa, quæ jam erat, antequam Jod suprà dictum descenderet.

§. 4. בקע בקדמיתא *Fidit initio* (Jod suprà dictum perrupit aërem primum) *& produxit punctum aliquod occultum è mysterio sui*, id est, effulsit è plenitudine ejus יוד, quæ etiam æquivalet alii Jod, Lux crassior, & ibi collecta sunt puncta sub mysterio Jod occulti magni.

§. 5. דהא אין סוף בקע מאוירא דיליה *Nam Æn Soph perrupit aërem ejus*. Æn Soph est vestis quæ est Jod illud, quod nactum est influentiam, i. e. potentiam è Nomine: *& perrupit aërem ejus*, quod est vestigium medietatis vestimenti inferioris, quæ est ejus יוד וגלי האי נקודה *Et manifestavit hoc punctum Jod*; quoniam hoc Jod extendebatur sursum, ut adhæreret Jod fundamentali, & abiret, hinc quod relinquebatur, inveniebatur esse אור ex illo arcano aëris occulti, qui erat extra circulum sphæræ splendoris. Qui ideò excul-

excultus est, quando scil. ab eo aufertur punctum primum Jod, sicut diximus. לבתר אתגלי עריה *Deinde manifestatur super ipso*, cùm scil. deturbarent ipsum deorsum: מטי ולא מטי *attigit & non attigit*; intellige de infixione apicis inferioris. כיון דאתפשט נפק *Cùm extensum est prodiit*, i. e. rediit sursum, ut ejiceret ex se vestigium illud, è quo factus erat Adam primus: Et hæc est Lux illa, quæ relicta est ex אויר, & hæc est Lux, quæ antea fuerat: Vide latiùs loc. cit. & in Edict. Mantuan. fol. 16. col. 2.

Cap. XII.

Fili Ænsoph operationes.

§. 1. Filum Æn Soph, quod prodit de Jesod medietatis vestimenti superioris, creavit omnes creationes infra se constitutas: quin & omnes dispositiones luminum interiorum factæ è fragmentis vasorum per illud restitutæ sunt, & ascenderunt illuc.

Bona opera Israelitarum diriguntur ad filum Ænsophicum.

§. 2. Quin & per mysterium aquarum fœmininarum, quas nos elevamus per bona nostra opera in Seir & Uxorem ejus, & è Seir & Uxore ejus in Patrem & Matrem, & hinc in Arich, & ex hoc in Adamum primum, istud fit, ut filum hoc huic immittatur. Unde patet, quod omnis excitatio ascendat ad hoc filum.

Explicatio textus ex libro Zeniutha.

§. 3. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Libro mysterii: ביה סלקין *In illud ascendunt* lumina scil. interna fragmentorum vasorum וביה סליקן *& per illud ascendunt* i. e. Nunc per aquas fœmininas quotidie. דלא הוו *Quæ non fuerunt* i. e. illa quæ ascenderunt in cogitationem ejus, ut crearentur, nec tamen prodierunt ipso actu: quæ sunt illa recondita in Adamo primo occulto. Et hæc sunt illa quæ non fuerunt, nimirum quæ nunc nondum existunt, sed quæ aliquando sunt extitura, sicut dicemus. והוו *Et sunt* i. e. vasa quæ prodierunt ipso actu ויהוויין *& erunt*, nempe millenario octavo, cùm innovabuntur mundi, & singuli tribus gradibus ascendent in altiora, donec omnia regrediantur & comprehendantur in filo hoc. Et tum locum habebit textus ille, qui dicit Jes. 30, 26. *Et erit Lux Lunæ &c.* ubi sensus est: Lux Lunæ i. e. mundus Asiah, quem possidet Luna i. e. Uxor ejus: *Erit sicut lumen Solis* i. e. Seir, qui possidet mundum Jezirah. *Et lumen Solis* i. e. Jezirah: *Erit bis septem* i. e. ascendet duos gradus i. e. septem in mundo Briah & 7. in mundo Aziluth. Et tunc quoque Arich comprehendetur in Adamo primo, & Seir & Uxor ejus ascendent in locum suum per Patrem & Matrem, ita ut omnia ascendant ad filum hoc millenario octavo.

Adam primi extensio.

§. 4. Jam autem nosti, quod extensio Adami primi procedat per totum mundum punctorum nempe usque ad finem septem punctorum quoad

loca ſua prima, quæ fracta ſunt, qui ſunt ſeptem dies primi. Unde vides, quòd & illa quæ futura ſunt, aſcenderint in filum hoc: Quin & illa quorum non eſt reſtitutio in mundo, ſicut 974. generationes, & illa vaſa fracta & ſimilia quæ ſunt myſterium millenarii ſeptimi, ubi reſtituetur, quod vaſtatum eſt, & analogum eſt Malchuth abolitæ.

De tempore venturo.

§. 5. Hinc dictum eſt Jeſ.2, II. 17. *Et elevabitur Dominus ſolus in die illa.* Et illo tempore deſtruetur, quicquid corporeum eſt, & nihil penitus mali relinquetur in mundo, ſed omnia erunt bona: Nempe Tetragrammaton & Neſchamah. Malum autem & locus ejus corrigentur, & omnia erunt bona & Sabbathum & quies in vitam æternam.

SECTIO QUINTA,

Sphæra Splendoris.

Cap. I.

Sphæra Splendoris ob deſcenſum literæ Jod conſtans è decade.

§. 1. Summa eorum quæ ſuprà diximus eſt, quòd Sanctus ille Benedictus nutu præceperit literæ huic Jod, ut deſcenderet & fulgorem emitteret in loco hoc vacuo: quæ ſic fecit, & lucem ſuam infrà reliquit, quæ eſt plenitudo ejus, nempe יוד ſub myſterio duarum perſonarum. Cùm ergo יוד per Gem. efficiat 10. inde 10. Sephiroth mundi Tohu, quæ ſunt intra ſplendorem, unde facta eſt ſphæra ſplendoris, quæ conſtat è Decade, ſicut notum.

Regreſſus Lucis de litera Jod quid induxerit.

§. 2. Deinde autem rediit ſurſum: & hoc in reditu ſuprà ipſi acceſſit anima veſtigii lucis Æn Soph, quod impediebat manifeſtationem judicii Sephirarum mundi Tohu. Quin etiam per reditum hunc conſtituit ſtationem literarum ad modum lucis regredientis, nempe ſic תשרק. Regreſſus enim cauſa fuit fractionis vaſorum: Et omnis regreſſus denotat judicium.

Iudicium benignitatis.

§. 3. Quin & extenſio literæ Jod deorſum facta vocatur judicium benignitatum; Quoniam decidebat per modum lapſus ob percuſſionem literæ Caph ſibi vicinæ, juxta illud Pſal.139,5. *Et poſuiſti ſuper Jod Caph tuum*, quod communiter ſonat: Et poſuiſti ſuper me volam tuam.

Maſſa ſphærica è ſplendore ſuperno conflata appellatur Tehiru & quare.

§. 4. Et reditus iſte effecit detectionem infrà: Nam Jod elevabat ſecum veſtigium lucis Æn Soph, quæ erat in medio hoc aëre eum adimplens, & apparebat maſſa quædam ſphærica è ſplendore ſuperno. Appellatur autem Tehiru nomine Chaldaico lucem ſignificante, ſicut in illa phraſi שרגא בטיהרא lucerna in meridie. Omne autem Chaldaicum denotat poſterioratio-

rationem atque judicium. Non enim poterat vocari nomine aëris, nec nomine lucri, ut dictum est Capitulis praeced.

§. 5. Circulus autem sphaerae splendoris replebat aërem primum in circulo suo, non vero quadrato. Et relinquebantur 4. anguli, ut dictum suprà.

Aër primus in forma circuli.

§. 6. Et quia Jod illud crassescebat descensu suo, hinc non poterat ascendere, ut adhaereret radici suae: Manebat ergo obversans super sphaeram splendoris, & apex ejus inferior infigebatur sphaerae splendoris atque extendebatur in Adamum primum & in velum.

Lux literae Jod descendentis crassescens.

Cap. II.

§. 1. Ex illis regressibus lapsuque & similibus facta est confractio vasorum, & exorta sunt judicia atque cortices.

Fractiones vasorum, judicia & cortices unde.

§. 2. Et ex hoc regressu Jod suprà dicti, quòd denotat judicium, compingebatur & incrassabatur aliqua portio aëris primi & fiebat sphaera, quae in Sohar vocatur Tehiru, Splendor.

Sphaera Tehiru unde.

§. 3. Atque istud est, quod dicit Sohar in praefatione sua, ubi inquit: Fumum informem affixit annulo nec nigrum nec album, nec coloris alius. Quasi diceret; Regressus istius literae Jod efficiebat vestigium suprà dictum, quod est sphaera haec, quae est quasi massa informis, quoniam est quasi suffitus fumi: Et sicut fumus videtur quidem esse massa quaedam, sed non comprehenditur; ita sphaera haec est quasi massa aliqua rudis, quoniam sphaerica quidem esse videtur, sed non comprehenditur: Non enim in ea est judicium, haec est nigredo: nec albedo, quae est benignitas: nec color in genere i. e. miserationes: Sed sphaera splendida affigebatur literae Jod, ut dictum: Hoc est illud: Et infixit annulo. Jod enim vocatur annulus, sicut dicitur in praefat. Tikkunim.

Explicatio textus ex Sohar.

Litera Jod annulus.

Cap. III.

§. 1. Sphaera splendoris est finis graduum occultorum, & in se comprehendit 10. colores, quae sunt 10. ejus Sephiroth: Suntque ipsa substantia ejus scaturientes è medio caliginis, cujus meminit Liber Fons Sapientiae, quem composuit Moses Magister noster super quo pax. Caligo autem nihil est aliud nisi Occultum absolutè.

Sphaera splendoris quid.

§. 2. Ibi autem dicitur, quòd sint istae: אור מאור Lux de luce, זוהר מזוהר Splendor de splendore, זיו מזיו Fulgor de fulgore. Id & Scito, quòd אור Lux praestantior sit quam זוהר splendor, & splendor praestantior quam זיו Fulgor. Appellat autem primam אור מופלא, lucem mirabilem vel abscondi-

Explicatio textus ex Fonte Sapientiae.

sconditam; quæ est Kether: Et secundam נסתר occultam quæ est Chochmah; & Tertiam: מתנוצץ Coruscantem, quæ est Binah. Et sensus est: Tres primas illas sine dubio esse Kether, Chochmah, Binah, atque æquales, quoniam in tribus illis vas & substantia unum & idem sunt: Et simul concrescunt nec separantur.

§. 3. Ulteriùs quartam vocat אור צח lucem nitidam, & hic est זוהר מאור splendor de luce. Quintam אור מצוחצח lucem candefactam, quæ est אור מזוהר lux de splendore. Et hæ sunt Gedulah & Geburah, quæ proveniunt è coruscatione Coronæ & Sapientiæ simul sumtarum. Et splendor de Luce præstantior est quam Lux de splendore, quia omnia judicanda sunt secundum Fundamentum. Atque sic in prima vas est Splendor, & ipsa substantia Lux in altera ordine inverso: atque ita in omnibus specialibus & partibus, quarum fiet mentio.

§. 4. Porrò sextam appellat אור מזהיר lucem splendentem, atque hic est זיו מאור fulgor de luce. Septimam אור מזוקק lucem defecatam, & hæc est אור מזיו Lux de fulgore. Id est: E coruscatione Coronæ & Intelligentiæ simul sumtarum producitur Tiphereth, quæ splendescit de Chochmah, ut filius subjectus patri suo: Et Nezach lux defecata: quasi dicat, Argento fuso similis, in quo scoriæ nullæ immistæ sunt.

§. 5. Deinde octavam vocat אור צח ומצוחצח lucem nitidam & candefactam, qui est זיו מזוהר fulgor de splendore: Nonam autem אור בהיר lucem fulgidam, qui est זוהר מזיו splendor de fulgore. Sensus est, quòd ex coruscatione Sapientiæ & Intelligantiæ simul sumtarum producatur Jesod combinans latera & Hod בהיר fulgens in æthere è phrasi fulgentissimæ albedinis, quæ tamen non usque adeò defecata.

§. 6. Tandem decimam vocat אור נוגה lucem claram. Et hæc est יקר מיקור claritas de claritate. Sensus est, quòd ex coruscatione trium primarum, quæ sunt lux ipsa septem inferiorum affulgens iis producatur ignis niger, nempe Malchuth finis ultimarum, ex igne albo nempe Binah quæ est ultima primarum. Unde in hac vas & Substantia æquales sunt.

Cap. IV.

§. 1. Suprà jam exposuimus Cap. III. istas decem Sephiroth circuli sphæræ Splendoris per se non tantum quatenus extenduntur in circulo suo per circuitum, sed etiam quatenus extenduntur fulgoribus suis, usque ad centrum medium ex omni latere, donec simul conjungantur efficiantque punctum unum in medio: Ita ut cognosci non possint in eo omnes decem, nempe singulæ in specie. Illæ igitur adimplent maximam partem spatii splendoris, & in circulo istam habent figuram.

§. 2.

§. 2. Istæ sunt 10. Sephiroth circuli sphæræ splendoris, quatenus circumeunt in circulum, & tamen etiam per obliquum extenduntur ad centrum. Et in illis deinde incipit Æn Soph colligere centrum cum tota sua decade inibi permixta, ut singulæ in specie non possint agnosci.

§. 3. Et deinde Æn Soph mittit Jod suprà dictum, ut portionem singularum educat in particularitate sua: Ex quibus deinde factæ sunt 10. Sephiroth mundi *Tohu*, sicut dicetur Sectione sequente. 10. Sephiroth Mundi Tohu unde.

Cap. V.

§. 1. Istæ sunt 10. Sephiroth, quæ revera extant in corpore Splendoris in circulo sphæræ, ibiq; illa lumina illis affulgent atque illa illuminant sub mysterio colorum non confusorum, qui scaturiunt ex Occulto perfecto. Occultum perfectum.

Extensio 10. punctorum mundi Tohu.

§. 2. Et ex illis deinde extendebantur in spatium splendoris 10. puncta mundi Tohu comprehensa in puncto uno ceu toto, in quo tamen pars nulla, unde non videbantur in eo, nec agnoscebantur 10. illa puncta singula & in specie, ut dicetur Sectione sequenti.

Punctum Lucis retractum,

§. 3. Ipsum vero replebat spatium hoc splendoris, nec tamen illi competebat attributum loci, quoniam punctum ipsum inibi constitutum sine divisione erat, eò quòd nihil haberet realitatis ob nimiam lucis potentiam; donec lux illius puncti regrederetur & colligeretur, ut manifestaretur decas illa in ipso contenta.

Retractio illa denotat judicium.

§. 4. Omnis autem regressus judicium denotat. Et quamvis Æn Soph intenderet inibi producere Benignitatem, nihilominus sine illo non poterant subsistere, & retractio illa omnino haberi debet pro judicio, sicut cùm lumen ab aliquo aufertur.

§. 5. Nomen autem Tehiru, splendoris est י״ג קוף Tredecim Kuphin quæ omnia fiunt ex Memmin Adunin primi, sicut explicuimus. *Tria autem* residua veniunt à tribus partibus Jod: Atque hoc est mysterium quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Kuph est Sanctus ille Benedictus.. Nam Kuph in plenitudine sua per Gem. idem valet ac מקום quia ipse est locus mundi, qui comprehendit omnes mundos in spatio sphæræ suæ. Sapienti satis.

Kuph in plenitudine æquipollet τῷ מקום

Cap. VI.

Extensio Sphæræ splendoris.

§. 1. Sphæra hæc Splendoris extensa erat intra aërem primum occupans partem loci ejus, cui Adam primus prævalere non debebat virtute præcepti Regii.

Splendor circumdatur ab Adamo primo.

§. 2. Et post extensionem Splendoris spatium Malchuth Adami primi eundem circundabat ab omni parte.

Aëris primi & Splendoris figura diversa.

§. 3. Sed iste aër primus erat quadratus; Splendor autem circularis, underelinquebantur 4. anguli in quadratura ejus, & inibi existebant 4. nomina ordine suo in angulis istis ע״ב ס״ג מ״ה ב״ן.

Situs Mundi Aziluth.

§. 4. Et iste splendor est locus mundi Aziluth post restitutionem factam, cùm scil. Adam primus simpliciter ita dictus sursum propelleretur usque ad pedes ejus.

Corona Aziluth.

§. 5. Et statim post illum incipit caput Antiqui Sancti, quod est Corona Aziluth: cui adstruuntur 4. personæ sociæ sub combinatione בי״ע, qui mundi extructi sunt super pedibus Schechinæ.

Asiah spiritualis & corporea.

§. 6. Intimum autem circuli & sphæræ hujus splendoris est Asiah spiritualis & Asiah corporea, in cujus medio nos jam subsistimus, nempe in terra hac, quæ vocatur תבל, ubi combinantur Septem terræ usque ad

locum

locum, ubi reditur ad Æn Soph parte nempe spatii inferiore, ubi est Malchuth Adami primi occulti.

§. 7. Ibi tamen etiam comprehenduntur mundi malorum extructi in Sphæra quadam ipsis propria quæ vocatur Mundus foraminis abyssi magnæ phrasi Soharistica. Meminit tamen ejus & David Rex super quo pax, Psal. 36, 7. *Judicia tua abyssus magna.* Nam literæ תהום sunt literæ המות mortis.

Mundus abyssi magnæ.

§. 8. Et fragmenta vasorum, è quibus facta sunt judicia, de quibus postmodum orti sunt cortices, hîc quoque continentur. Et de illis dicitur Gen. 39, 20. *Locus in quo vincti Regis locati sunt.* Donec veniat Lux revivificationis mortuorum, nempe decidua CORONÆ, quod est mysterium baculi Elischæ Prophetæ super quo pax, sicut exponam Sectione sequente ad locum illum Zachariæ 8, 4. *Et vir fulcrum suum in manu habebit præ multitudine dierum.*

Fragmenta vasorum ubi existant.

SECTIO SEXTA

Operis Creationis, quæ agit de Mundo Inanitatis.

CAP. I.

§. 1. Quoniam Sapientia Benedicti videbat, quòd etiam in splendore hoc non possent manifestari mundi, cùm Lux ibi adhuc nimis magna esset atque tenuis; hinc iterum innuit literæ huic Jod, ut denuò descenderet & perrumperet sphæram splendoris atque emitteret lucem suam, quæ paulò crassior erat.

Iteratus descensus literæ Jod.

§. 2. Hoc non obstante, Lux tamen hæc secunda adhuc tamen aliquantò major erat, ut ne illa quidem posset frui mundus; ita ut Sanctum illum Benedictum iterum oporteret præcipere literæ Jod suprà dictæ, ut descenderet & luceret in suprà dicto splendore, quò Lux adhuc fieret crassior, illa autem rediret supra sphæram. Quæ sic fecit.

Tertiò demum iteratus.

§. 3. Et ex illo regressu altero, postquam, perrupta sphæra, ingressa esset, in isto Splendore exorta est sphæra quædam alia, quæ vocatur CORONA, in qua continebantur omnes numerationes reliquæ in potentia, ut non possent dignosci. Non aliter atque cùm in homine existunt 4. elementa in potentia, quæ tamen in specie dignosci non possunt: Sic in CORONA ista in potentia erant omnes 10. Numerationes, nec tamen in specie poterant dignosci.

Sphæra Coronæ in qua omnes reliquæ Sephiroth in potentia.

Fractio vasorum unde. §. 4. Virtute autem regressus istius suprà dictum Jod literas atque voces reddebat inversus ad modum judicii, quod à posteriori formatur, sicut versiculus ויבא Exod. 14, 20. in Nomine 72. & sicut חשרק. Atque inde exorta est fractio vasorum atque cortices.

Cap. II.

Cohæsio literæ Jod cum He. §. 1. Jam sciendum est, quòd cùm Jod adhæreret Schechinæ ipsi adhæserit Lux Schechinæ, quod est ipsum He ultimum Nominis סג quod vocatur Schechinah: (nam Jod est Jesod in Malchuth, & ipsum He ultimum Nominis סג est ipsa Malchuth adeoque Schechinah.)

Tehiru unde. §. 2. Et quamvis ipsi adhæreret Lux Schechinæ; Lux tamen ejus non adeò magna erat, sicut Schechinæ: Et cùm descendisset, lucem suam relinquebat deorsum, ex qua fiebat טהירו Splendor. In ipso vero non nisi vestigium tantum remanebat; quoniam in reditu suo ad superna non poterat adhærere Schechinæ, sicut diximus. Atque tunc cùm iteratò descenderet, non habebat lucem ut priùs, sed tantum vestigium.

Lucis literæ Jod vestigium.

Literæ Jod communicatum aliquid Lucis de litera He. §. 3. Unde Sanctus ille Benedictus præcipiebat literæ He, quæ supra Jod in Nomine סג suprà dicto, ut communicaret ipsi de luce sua, quò descenderet & de luce hac aliquid emitteret in suprà dictum Splendorem; ut nempe literæ Jod accederet potentia quædam diffindendi lucem sphæræ Splendoris, essetque illi facultas ingrediendi intra illam. Confestim enim ex quo sursum abierat istud Jod, conclusa fuerat Sphæra Splendoris, & Jod non poterat illam diffindere nisi virtute suprà dicti He.

Creatio mundorum dependet ab He. §. 4. Cùm ergo descendisset intra Splendorem, tum lucem emittebat aliquam de illa quam acceperat ab He. Atque istud est quod dicit textus Gen. 5, 2. *In creari eas* בהבראם quod Magistri nostri bonæ memoriæ exposuerunt: Per He creavit eas. Unde sursum regrediens post se relinquebat lucem He suprà dictam.

Corona summa, Causa causarum, Antiquus antiquantium. §. 5. Et facta est sphæra quædam intra Splendorem suprà dictum, quæ vocatur Corona Summa in Sohar; nec minùs Causa Causarum & Antiquus Antiquorum post restitutionem.

Constructio Mundorum & destructio prædefinita. §. 6. Scias autem quòd Sphæræ istæ satis essent minutæ, nec complerent totum locum spatii, ita ut ibi adhuc locus esset vacuus: hinc aperiebant aperturas sigilli Nomina sancta, quibus potestas est construere mundos & destruere. Non ergo locum reliquit Voluntas Benedicti errori, ut quis dicat: Unde venit facultas hæc mutandi voluntatem circa influentiam Benedictam, quòd nempe aliquæ Numerationes constituantur & aliquæ destruantur? Omnia enim jam erant præordinata & prædestinata per Nomina ista architectonica ad horum constitutionem & istorum destructionem.

§. 7.

§. 7. Atque sic quoque hîc Nomina aderant in sphæris istis. Quamvis potiùs res dependeret è mysterio lucis ambientis, quod esset locus vacuus, quem non attingeret sphæra. Mundi enim nondum habebant influentiam à luce ambiente, sed vas tantum præservabatur à fractione attactuque corticũ. Lucis ambientis beneficium.

§. 8. Et huc pertinet mysterium טלית pallii Judaici, cum quo quis egredi potest in cloacam. Et hoc est mysterium, quòd super nos extensum sit tabernaculum Pacis pro custodia & protectione ab inimicis, sicut dicitur Psal. 27, 11. *Dominus benedicet populo suo* בשלום in pace, quæ sunt literæ מלבוש vestimenti, quo denotatur Lux hæc ambiens; quod nota. De pallio Judaico.

Cap. III.

§. 1. *Punctum* illud, quod Æn Soph emanando immittebat in Splendorem istum, *implebat* totum ejus spatium. Nec adhuc agnitus erat locus ullus. Regressa ergò litera Jod colligebatur lux, ut fieret terminata atque existeret locus vacuus juxta sphæram, qui eidem esset loco lucis ambientis: Et hæc sunt nomina illa terribilia, sicut diximus. Lucis evacuatio pro loco mundorũ.

§. 2. Omnis autem regressus judicium denotat. Atque hoc est mysterium illius textus Gen. 1. 3. *Fiat lux, & facta est lux.* Primò dicit: *Fiat Lux*; quæ est lux principii Emanativi magna, splendens & coruscans, quæ erat intra Tehiru, splendorem: estque mysterium lucis internæ. Hic ergo est sensus verborum, *Fiat lux*; Intendatur Lux; sicuti dixerunt Magistri nostri b. m. circa illa verba ib. v. 6. *Fiat firmamentũ*, i. e. cõfortetur firmamentũ. Sensus ergo est: Intendatur & extendatur lux in infinitũ: Quod ita declarandũ, quòd literę illę mundorum *Ænsophicorum* excrescant & multiplicentur usque in infinitum. Et propterea vocatur Ænsoph, quòd non comprehendatur in vase, sed extendatur & procedat in infinitum, abundentq; illæ literæ de plenitudine in plenitudinem ultra omnes terminos perscrutandi, finiendi & terminandi. Expositio Textus.

§. 3. Hinc opus fuit, ut existeret vas aliquod, quod includeret lucem internam nominibus judicii sui, ne prodeat foràs, sed se ipsam cogatur contrahere & quantitatem suam imminuere hac inclusione, ut mundi illam possent sufferre. Lucis interclusio in Vase.

§. 4. *Sed Lux* ambiens circumagitur desursum citra inclusionem vel impedimentum: Nos autem de ea nunc non participamus hoc in mundo usque ad tempus post revivificationem, ubi *consumentur peccatores de terra.* His enim nulla est portio cum ea, quia corruptio operis ipsam non vitiat, Et nos nullam inde habemus influentiam: atque illa tantum custodit vas, ne frangatur, quod absit! Lux ambiens libera. De Tempore venturo.

§. 5. Natura autem vasis aliquantulum obscura est, nec ita splendida, sicut Regressus literæ Jod causa judicii.

De differentia Vasis & Lucis internæ.

ut Lux interna, quæ est BENIGNITAS, alba. Vas autem est caligo & nigredo, quæ denotat judicium, & præsertim in mundo *Inanitatis*, quæ extruitur è regressu, quæ est causa judicii, unde vas. Hinc dicitur Gen. 1, 3. ויהי אור phrasi redeundi, quòd Lux regressa est, ut tolleretur, sub mysterio regr. ssus judicii. Alludit tamen ad hanc naturam etiam inclusio, qua includitur lux interna, ita ut illam oporteat constringi, séque ipsam imminuere, ne possit splendere ut priùs. Unde dicit ויהי אור, Lux nempe, quæ jam erat, & post factum vas non poterat lucere sicut priùs. Diminutio ergo est existentia vasis, quod aliquantò obscurum est. Et hîc egregia est subtilitas, quòd יהי אור per Gematriam efficit 232. id est, עב סג מה בן quæ comprehendunt 231. Alphabeta: Et hinc provenit natura Lucis internæ, ויהי אור autem est רחל 238. finis Schechinæ sub mysterio regressus, quod denotat judicium. Nec opus fuisset, ut textus diceret ויהי nisi ut excitaremur in occultationem lucis primæ. Diminuta enim ex Lux illius puncti, & de novo ipsi supervenit aliqua obstructio, unde natura vasis, cujus causa est ablatio *alicujus* partis de luce è loco illo.

Textus superioris explicatio adhuc alia.

Gem. inter ויהי אור & inter numeros 4. Plenitudinis Tetragrammati.

CAP. IV.

Punctum Lucis internæ constans è Decade.

§. 1. Punctum illud constabat è 10. quæ tamen in eo non videbantur nec agnoscebantur, sicut Homo compositus est ex 4. elementis, igne, aëre, aquâ, terra, quæ tamen in carne ejus in specie non dignoscuntur. Ita revera & hic: Punctum enim hoc sub initium emanationis suæ constabat è 10, & lux extensa à principio emanativo, cujus nomen benedictum sit! simul emanabat in eam sine prioritate temporis: Unde hæc duo generalia nempe vas & lux interna. Et lux ista est substantia puncti. Nam voluntas Benedicti est anima omnium.

Vas & lux interna simul sunt.

§. 2. Ubi notetur simile pro multis distinctionibus, quibus uti nobis licet pro facilitando intellectu de membris nostris corporeis, sicut dicitur Job. 19. *Et in carne mea videbo Deum.* Cave autem ne existimes quasi superiùs sit aliquod membrum corporeum: dicitur enim Jes. 40, 18. *Et quid similitudinis ordinabitis ei?* Quamvis ergo simile adhibeamus de re corporea, id saltem fit docendi gratia. Sicut & invenimus in Scriptura de oculis & auribus Domini, quæ tamen ita non vocantur, nisi ut proponi possint spiritualia & occulta cõbinationum literalium Legis, quales inveniuntur in quolibet mundo sub mysterio Personæ in similitudine membrorum humanorum, quæ omnia tamen sunt literæ lucis formatæ juxta membra sua. Nam 613. membra sunt literæ 248. præceptorum affirmativorum; & literæ 365. præceptorum negativorũ. Et nomina sancta sunt vitalitates & cætra quæ vitã largiuntur membris, exẽpli gratia, Providentiæ, qualia sunt oculus & auris. Oculus n. perspicit omnes mun-

Σωματοποιία in spiritualibus.

613 membra humana quomodo applicentur.

mundos, sicut dicitur Deut. 11,12. *Semper oculi Domini Dei tui in ea.* Et alibi dicitur Psal. 33, 18. *Oculus Domini super timentes eum.* Ubi differentia est inter Seir & Antiquum. Et ecce, עַיִן oculus per Gematriam æquivalet 5. Tetragrammatis BENIGNITATUM, qui est oculus dexter: Et 5. Tetragrammata RIGORUM sunt oculus sinister. Et hæc omnia in Seir Anpin, cui duo sunt oculi. Sicut dicitur in libro Jezirah: Quinque erga quinque. Et hîc RIGORES nó adeò corriguntur, sicut in Arich Apin, cui non est nisi unius oculi notio, ita ut 10. Tetragrammata combinata sint in unius oculi notione, ubi rigores sub correctione BENIGNITATUM sunt ubique combinatarum. Et propterea dicitur Prov. 22,9. *Oculus bonus benedictus erit.*

Gem. inter עין & 5. Tetragrammata Benignitatum.
Oculus dexter & sinister in Seir Anpin.
Unus oculus in אא.

§. 3. Auris autem אזן per Gematriam efficit 64. Estque nomen סג cum toto.

Gem. אזן & Nominis סג

§. 4. Notumq; nobis est, quòd nisi capilli Seir contegerent cervicem, judicia lumen acciperent è cervice Seir, quia ibi foramen est. Vox שער capillus etiam 570. æquipollet voci חקע, qua denotatur clangor buccinæ magnæ in libertatem nostram, juxta numerum מנצפך cum 5. literis bis sumptum juxta dextrum & sinistrum. Ideò oportet capillos hos esse nigros, ut consortentur vehementia judiciorum ad abigendum lictores, ne fruantur luce prodeunte è foramine cervicis Seir. Et illo in loco duo sunt Nomina Tetragrammata, quæ efficiunt 67. unde numerus 134. juxta קרל cervix. Nec est una combinatio similis alteri, quoniam in dextro, He primum combinatur cum Jod, & He ultimum cum He; & in sinistro vice versa: Omnia autem punctata sunt per Patach, quomodo decidua SAPIENTIÆ illuc usque pertingunt.

Cervix tū Seir.
Gem. vocis שער & חקע ut & literarum מנצפך
Gem inter קרל & 2. Nomina tetragramm

§. 5. Et persona LEAH applicata est extremitati colli Seir: habetque duo Nomina quadrata ארני: illa enim est portio de MALCHUTH, quæ relinquiquitur in MATRE tempore graviditatis primæ: Et punctum Malchuth dividitur in duo & non invenitur ibi in tempore graviditatis primæ. Quin & RACHEL signum suum dominatus tradit LEÆ, & duo illa quadrata ארני efficiunt 252. juxta numerum מאיר: unitas autem quæ residua est, denotat applicationem ad extremitatem colli Seir in mysterio LEAH, quod est mysterium nodi phylacteriorum. Estque similitudo Daleth in Tebunah: Quæ est *principium* vestis Seir in loco isto, nempe, ab extremitate colli Seir. Semper enim facies est aperta, prout & in homine vestis non tegit faciem. Et Rabbenu Hakkodesch erat revolutio Jacobi patris nostri, super quo pax, cujus influentia & vita fundamentaliter erat ex quatuor illis Nominibus supradictis. Et prout lux est, ita decidua sunt & pertingunt eò usque: Et hinc pertingit & lucé affert Jacobo; cui propterea lux affluit è cervice, quę est Lux cervicis R. Meir in Rabbenu Kodesch, quæ erat sub mysterio JACOB, super quo pax! Unde dicit Rabbi: Quantò præstantior sum quàm socii, quòd vidi

Persona Leah
Collum Seir
Persona Rachel.
Gem inter vocem מאיר & 2. nomina quadrata ארני
Revolutio Jacobi in Hakkodesch.
Lux cervicis R. Meir,

R. Meir à tergo, id est, quod cum vidi in mundo illo sub mysterio lucis, quæ in cervice Seir.

Cervix τῦ Seir obtecta capillis & cur.

§. 6. Capillos autem oportet contegere cervicem, ne Lictores fruantur cervice Seir: Istæ sunt stellæ fracturarum de vasis, suntque judicia Nominum Elohim, à quorum derivationibus fiunt cortices, qui vocantur Dii alieni.

Cervix illa detecta per peccata Israelitarum.

§. 7. Et propter peccata nostra multa, quæ peccarunt Israëlitæ, detegitur cervix ista, ita ut capilli contegant aures Seir, ut non possit audire preces nostras; unde cervix relinquitur detecta, & judicia fruuntur fulgore lucis ejus. Unde Propheta dicit sub nomine Seir Jerem. 2, 27. *Detexerunt mihi cervicem & non faciem*; noli dicere פנו, Obverterunt, sed פינו *detexerunt*, quasi dicat: Propter opera eorum mala inversa est Voluntas Seir; cùm enim deberent bona opera edere, quò detegeretur facies, & aperirentur aures ad audiendas preces nostras, sicut Scriptura dicit Dan. 9, 18. *Inclina DEUS aures tuas & audi*: unde etiam cervix mea debebat esse contecta, ne illa fruerentur cortices; illi econtra fecerunt, ut nudaretur cervix Seir, ut cortices illa fruantur, cùm nudata sit capillis. De capillis autem Arich dicitur Dan. 7, 9. *Et capillus capitis ejus sicut lana mundata* à judiciis: atque hoc est mysterium capillorum, oculorumque & aurium, de quibus Scriptura loquitur: Quæ omnia sunt Nomina, quæ illuminant & gubernant mundum.

Gem. inter אצבח & אהוה Annulus τῦ Arich. Elevatio manuum Sacerdotum.

§. 8. Sic & אצבע. digitus æquivalet Nomini אהוה in plenitudine Judin. qui est annulus Arich in 10. digitis ejus, nempe PATER & MATER. Et hi sunt digiti Sacerdotum, quos elevant usque ad caput, sicut dicitur Levit. 9, 22. *Et elevavit Aharon manus suas super populum*; hinc elevatio manuum fit respectu capitis Antiqui, de quo plura suo loco. De Nomine אהוה autem dicit Sohar, quod sit annulus, quo obsignata sunt cœlum & terra, eò quòd indigitetur in literis initialibus versus illius אֹת הַשמים וֹאת הָארץ Gen. 1, 1. quò etiam pertinet versus ille Deut. 22, 7. אֹת הָאם וֹאת הַבנים sub mysterio graviditatis MATRIS, qua utero geruntur ab ea Filius & Filia. Et in omni creatione nova usui est Nomen hoc, quod mensuram præbet digito minimo cæterisque digitis. Sed de his satis.

Gem. רגל & עֹב קֹסא

§. 9. Sic & רגל pes est mysterium Nominum עֹב קֹסא quæ efficiunt רגל 233. Et isti sunt pedes Hominis superioris, de quibus dicitur Zach. 14, 4. *Et fiet die illa, & stabunt pedes ejus super montem olivarum*: quo denotatur GLORIA SEIR ad mitiganda judicia ejus cum RIGORIBUS ASIAH. Et volente Deo, exponam reliqua membra Hominis superioris, qualia sunt cor DEI; sic manus & nasus, &c.

CAP. V.

Cap. V.

§. 1. Inde colligimus, quòd lux interna sit anima vasorum opereturque in eis sicut anima in corpore. Et ita in mundis sanctis.

Lux sive anima mundorum sanctorum.

§. 2. Sed in mundis impuris penes Adam Belial contrarium est: nam vas ejus impurum aliquem habet contactum de radiis puritatis, qui tamen non extenditur, nec unitur cum partibus membrorum ejus, sicut dicitur in Sohar de statua Nebucadnezaris, quòd posuerint laminam auream in eam, cui insculptum fuerit Nomen expositum, donec Daniel Jerem. 51, 44. *educeret deglutitionem de ore ejus.* Atq; hoc est, quod dicitur Psal. 115. 5. *Os habent & non loquuntur*, nisi ore alieno. Sicut & vitulus lamellam habebat in ore suo, unde dicere poterat Exod. 32, 4. *Isti sunt Dii tui Israël.* Nec præstantius nobis datur remedium, quam si extrahatur *deglutitio de ore impuritatis*, & omnia sint quasi sacrificia mortuorum, id quod est quod dicitur Psal. 115, 7. *Et non immurmurant in guttere suo.*

In mundis impuris nulla est potentia ad bonum opus.

§. 3. Et sicut quamdiu corpus salvum est, anima per omnia ejus membra distenditur, ut moveri possit; post mortem autem cùm anima abit è corpore in locum quietis suæ, corpus aufertur ut lapis inanimatus: Ita in Sanctitate lux interna extenditur, per omnes partes vasis, eique vitam largitur, nec datur locus tam exiguus, quem non pervadat lux interna. Atque hoc est quod dicitur in libro Jezirah: Decem & non undecim; quoniam lux Principii Emanativi illis inhæret ceu vita, & lux interna atque anima vasorum, ita ut non opus sit ultra decadem aliquid superaddere. Hinc & in Sohar dicitur: Ipse & vita ejus unum sunt in illis. Atque hæc expositio necessaria est: quòd si enim non ita foret, quæri posset, quare præcisè undecim negentur, plures verò quasi concedantur? Sensus ergo ejus non est alius nisi de principio Emanativo, sicut diximus. Quòd si enim negare velles adhæsionem Principii Emanativi hanc quasi ob causam, quòd evertat lumen Numerationum, ita ut omnia ad unum redeant simplicissimum ob irradiationem principii nimis vehementem & occultam, tum sanè everteretur regula altera, quòd decem sint & non novem.

Omnia sufficientiam habent à Principio Emanativo.

In Sanctitate neque additamentum est neque detrimentum.

§. 4. Sed in impuritate ita non est: ibi enim semper invenitur additamentum & detrimentum, separatio & multiplicatio, zelus & odium: Nam generatio de fragmentis vasorum in causa est, ut hæc ita sint: quoniam illi sunt ex literis dispersionis & vastationis, unde locus habitationis eorum in locis vastis & deserto: Et è lapsu oritur additio & diminutio: nam literæ vocis hujus decidunt & abeunt, ut conjungantur cum literis vocis alius, & sic medietates vocum cum medietatibus; ita hîc auctio, ibi diminutio. Atque ibi oritur odium & zelus & augmentum: unde in impuritate sunt 11. cortices, quoniam vitæ ipsorum non sunt cum ipsis, sed

In impuritate omnia sunt contraria.

11. Cortices in immunditie.

ſed ſolæ manent, juxta illud Zach. 3, 2. *Increpet Dominus te Satan*: ubi vox
יגער resolvitur in גע & ער. Hinc 11. Sphiroth ſunt in immunditie, quoniam *Cortex Nogah* ſolus aliquando invenitur in Sanctitate, & vocatur *Bilanx justitiæ*.

Bilanx justitiæ.

Cap. VI.

Principium Emanativum anima eſt vaſorum. Demonſtratur hoc per ſimile.

§.1. Sed redeamus ad propoſitum, atque ſimile noſtrum. Sicut perfectè credimus, quòd Sanctus ille, qui benedictus ſit! Hominem formet ſapientiſſimè; cùm enim Homo guttam ſeminalem emittit in corpus fœminæ, atque illa ab eo ſeparatur, confeſtim Angelus quidam guttam illam ſuſceptam quid futura ſit, contemplatur, & mox eadem hora Benedictus ille præcipit, ut in illam deſcendat anima: in qua in potentiâ inſunt 248. membra, & 365. venæ, ex qua animæ potentiâ deinde fiunt 248. membra, & 365. venæ in corpore hominis. Ita res ſe habet ſuperiùs in luce ſuperna, quæ ſplendet atque fulget, proditque à Principio Emanativo ſummo, ut ſit anima vaſorum.

Cap. VII.

Vaſa orta è regreſſu lucis.

§.1. Ut autem exponamus, quomodo fiant vaſa è regreſſu lucis, notandum quod jam diximus, omnem *regreſſum* denotare *judicium*, quoniam locus ille relinquitur tenebroſus, ſicut dicitur Jeſ. 45, 7. *Qui format lucem & creat tenebras*, i. e. Quando aufertur Lux, remanet caligo. Et alibi dicitur Job. 12, 22. *Revelans profunda de tenebris, & educit ad lucem umbram mortis*. Quare dicit *profunda* & non profundum? Quoniam in tenebris 2. ſunt profunda, nimirum duæ plenitudines; Plenitudo prima eſt עב סג מה בן & retrogradatio plenitudinis efficit 184. 166. 130. & 144. (nam retrogradatio עב efficit 184. hoc modo:

עמוקות provenit per Gem. ex plenitudine 4. Tetragrammatorum & eorum retrogradatione.

יוד: יוד הי: יוד הי ויו: יוד הי ויו הי

Retrogradatio סג efficit 166. hoc modo:

יוד: יוד הי: יוד הי ואו: יוד הי ואו הי:

Retrogradatio מה efficit 130. hoc modo:

יוד: יוד הא: יוד הא ואו: יוד הא ואו הא:

Retrogradatio בן efficit 144. hoc modo:

יוד: יוד הה: יוד הה וו: יוד הה וו הה:)

quæ ſimul ſumta efficiunt per Gematriam 624. juxta vocem עמוקות cum dictione & ſumma. Et literæ initiales מגלה עמוקות מני חושך efficiunt 158. quæ ſunt 120. combinationes Elohim & 5. literæ ſimpliciter ſumtæ, & plenitudo plenitudinis ſimplicium literarum, in qua 33. literæ hoc modo:

(אלף למד הי יוד מם). אלף למד פא. למד מם. דלת. הי יוד. יוד וו דלת. מם מם

quæ omnia faciunt 158, quæ ſunt *judicia*.

Gematria eadem in literis initialibus vocum 4. apud Job. 12, 22. & in 120. Elohim.

Et ſunt vaſa quæ fracta ſunt. Sed in verbis ſequentibus ויוצא לאור צלמות Literæ initiales efficiunt 126. quæ ſunt 120. *Elohim* & 5. literæ & ſumma.

§. 2. Cùm

§. 2. Cùm ergo *educeret Lucem*, i. e. cùm tolleretur lux, relinquebatur צלמות quod efficit bis מנצפך quæ sunt literæ duplices, quæ ideò bis veniunt in computum & efficiunt תמנע 560. Vav autem residuum in dictione צלמות correspondet cum Vav residuo in voce תמנע illius dicti Gen. 36, 12. ותמנע *Et Thimna erat concubina Eliphas*, non verò uxor ejus, quoniam nõ erat מות mors, sed צל מות umbra mortis. Nam צל per Gematriã efficit 120. *Elohim Sanctitatis*, quæ sunt judicia. Et hæc est umbra judiciorum, ex qua facta est מות mors, quæ denotat 120. *Elohim alienos*, è quibus facti sunt cortices. Ideò Jacob illam non volebat ducere, ne quidem in concubinam, ut fugeret à judiciis, sicut dicetur infrà.

Gem. in voce צל מות & 5. literis judicialibus.

120 Elohim Sanctitatis & 120. Elohim alieni.

§. 3. Hinc patet, quòd per ablationem lucis relinquantur tenebræ, quæ est causa lucis caliginosæ (בוצינא דקרדינותא) quæ præbet mensuram dicitque ad vasa atq; ad mundum suum, Sufficit. Et hoc est mysteriũ funiculi mensuræ.

§. 4. Aliter Vav residuum in צלמות exponi potest de 5. literis מנצפך cum summa.

Vav residuũ in proximè præcedente computo.

Cap. VIII.

§ 1. Summa eorum, quæ suprà diximus, hæc fuit, quòd punctum illud, cujus locus detegebatur in *Splendore illo*, emanaverit cum ipsa Substantia ejus sub mysterio *Substantiæ & vasorum* eodem temporis momento: Sicut flamma annexa est prunæ; ad instar animæ in homine.

Emanatio puncti Lucis internæ.

§. 2. Et punctum illud erat *punctum Coronæ* mundi *Inanitatis*. Et omnes *Numerationes* continebantur in eo in potentia, sicut in homine sunt 4. elementa, quæ tamen singula in specie non dignoscuntur, eò quòd omnia in potentia sint. Sic 10. illæ Numerationes in potentia erant in Corona hac.

Punctum illud quid. 10. Numerationes contentæ in illo puncto.

§. 3. Deinde jubebat Sapientia Benedicti, ut producerentur Numerationes suprà dictæ, quæ in Corona, de potentia in actum, ut existerent mundi: nutuque præcipiebat literæ illæ Jod ultimæ, ut iterum perrumperet ingressaque luceret intra Coronam hanc, & deinde sursum rediret: Quæ sic faciebat. Hinc ex illa illuminatione ista atque hoc regressu sursum facto detegebantur omnes reliquæ *Numerationes*, quæ in Corona fuerant in potentia, & compingebantur modo suprà dicto, ibique in Corona locabantur per circulum hoc modo:

Qua ratione 10. illæ Numerationes fuerint detectæ.

כתר חכמה בינה גדולה גבורה תפארת נצח הוד יסוד מלכות

 §. 4.

De circulo hoc variantes Rabbinorum sententiæ.

§. 4. Et hoc ipsum est, quòd Cabbalistæ priores dixerunt, quod Numerationes omnes sint in circulo, quæ verba eorum vera sunt de tempore illo, cùm in CORONA suprà dicta essent. Et hæc via est R. Abraham de Bulmæsia in Libro suo Galgal: Sed Autor libri Pardes refutavit opinionem hanc Sectione de ordine stationum: sed non attigit veram eorum intentionem finalem, prout alibi ostendam, ubi apparebit, quòd in diebus ejus nondum manifestatum fuerit tempus beneplaciti, quo nos ex parte fruimur per Dominum & Magistrum nostrum, qui est Lux 7. dierum, Sanctus Sanctorum R. Jizchak Lorja Germanus bonæ memoriæ.

CAP. IX.

Coronæ Splendor à Luce Jod. Jod in regressu suo ubi stiterit gradum.

§. 1. Nunc scias, quòd cùm Numerationes sic essent in Sphæra CORONÆ circulari forma constitutæ, suprà dictum Jod influentiam affuderit lumenque irradiaverit super illum circulum, & quicquid in eo; quoniam Sapientia Benedicti eidem literæ præceperat, ut regressu suo non *penitus rediret* sursum in locum suum primum, sed ut remaneret superimminens atque agitata super CORONAM & apice suo inferiore super superficie *Vasis*.

Explicatio dicti ex Sohar.

§. 2. Atque hoc est, quod in Sohar dicitur מטי ולא מטי Attigit & non attigit: Quasi diceret: Attigit, sed non pertigit nisi usque ad apicem inferiorem, ut dubium sit, utrum tetigerit eum, annon. Unde Scriptura dicit Gen. 1, 2. *Et Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Nam CORONA est aqua, id est BENIGNITAS simplicissima. Atque hoc est quod dicitur Job. 26, 13. *In Spiritu ejus cœlum decoravit*, id est, in CORONA hac litera Jod decorem & Splendorem produxit super sphæram istam, quæ est quasi cœlum & circulus omnes Numerationes circundans.

De literæ Jod regredientis approximatione.

CAP. X.

Medietates duæ literæ Jod.

§. 1. Cùm Sanctus Ille Benedictus vellet producere Numerationes de CORONA suprà dicta, ut existerent mundi, innuebat literæ huic Jod, ut rediret in caput CORONÆ hujus, ita ut una medietas ejus foràs prominerett, altera intrà penetraret.

Vav Nominis סג lucem commodat ulteriorem literæ Jod. Jod mensura & Vav funiculus.

§. 2. Porrò Sanctus Ille Benedictus innuebat literæ Vav plenitudinis ואו Nominis סג ut descenderet *in Splendorem* lucemque largiretur suprà dicto Jod: Nam He ultimum Nominis סג lucem suam ante jam dederat Jod isti pro elevanda aliqua parte vestigii, ut dictum suprà. Id tamen & propterea per Vav fieri oportebat, quia illud est funiculus mensuræ, & illius virtute res extenduntur: Jod enim est mensura, & Vav est funiculus, sicut in Tikkunim multis in locis dicitur.

Effectus dictæ commodationis.

§ 3. Jod igitur lucem accipiebat ab isto Vav eoque dirigebat faciem suam, ut illuminaret & influentiam daret specialem & longè maximam SA-

PIENTIÆ, quæ in CORONA, ut ipsi daret facultatem exinde prodeundi; utque colligeret & detegeret intra se reliquas Numerationes omnes ibidem in CORONA existentes, sicut dictum. Cùm enim hæc prima ibi sederet ante cæteras Numerationes omnes, ipsi sanè debebatur hæc influentia.

§. 4. Et factum est ita: Nam sphæra CORONÆ aperiebatur & prodibat SAPIENTIA residens sub fundo CORONÆ, ita ut in medio ejus essent omnes reliquæ Numerationes.

§. 5. Ecce autem è flumine influentiæ suprà dicti Jod, quæ ferebatur super faciem CORONÆ & influentiam dabat SAPIENTIÆ, ut dictum est, fiebat quasi linea quædam lucida, cujus caput prodibat de corpore Jod suprà dicti, finis autem pertingebat usque ad SAPIENTIAM quæ in CORONA, cui adhærebat. *Et hoc* est mysterium *funiculi mensuræ*, qui mensuram distribuit omnibus Numerationibus, sicut dicetur. Funiculi mensuræ descriptio.

§. 6. *Istius* autem lineæ finis ob insignem influentiæ multitudinem, quæ *affusa* descendebat de corpore Jod in usum SAPIENTIÆ, ut dictum, excrescebat & dilatabatur, donec finis iste hujus lineæ SAPIENTIÆ inhærentis fieret quasi litera Jod, cujus apex inferior inserebatur SAPIENTIÆ, corpus vero eidem supereminebat; & cùm SAPIENTIA è CORONA prodiret, sicut dictum, hoc Jod illuc trahebatur, ita ut adhæreret & alligaretur ipsi desuper. Literæ Jod connexio cum Corona.

§. 7. Duo autem Jodin hæc adhuc sibi adhærebant mediante linea; & per illam lineam Jod primum influentiam dabat Jod secundo. Duo Jodin connexa mediante dicto funiculo.

§. 8. Et scias, quòd quamvis SAPIENTIA prodiisset è CORONA, semper tamen reliquerit in ea vestigium reliquarum Numerationum, de quibus suprà diximus, juxta illud: Non recessit Schechinah, donec imprimeret vestigium. Et hoc est mysterium illud, quòd periti Cabbalæ dixerunt, omnem Numerationem constare è decade. Et quamvis deinde cæteræ Numerationes non essent aliæ in alia à MAGNIFICENTIA & deinceps, contactus tamen à CORONA proveniens omnibus competit omnesque irradiationem hujus contactus consequuntur. Quin & in mundo restituto per pulsum membrorum omnia invicem cohærent, dum quotidie ac jugiter renovatur opus creationis, ascensuque mundorum membra membris occurrunt: v. g. cùm manus ascendunt supra caput & pedes in locum manuum. Sed sapienti satis; & alibi plura. Sapientiæ Emanatio non tollit virtutem cæterarum. Melioratio quotidiana Numerationum in Mundo Tikkun.

CAP. XI.

§. 1. Innuit ergo Sanctus ille Benedictus Jod huic secundo, quod adhærebat SAPIENTIÆ, ut influentiam cumularet, per apicem suum inferiorem modo suprà dicto in SAPIENTIAM insertum. Jod secundi virtutes, atque effectus.

§. 2. Immanabat ergo in sphæram INTELLIGENTIÆ, quæ in SAPIENTIA, illamque illuminabat illustremque reddebat, ut ipsi conferret facultatem illinc exeundi, utque colligeret & congregaret in medio sui Numerationes reliquas, quæ cum ipsa erant in SAPIENTIA. Et factum est ita.

§. 3. Prodibat ergo INTELLIGENTIA de SAPIENTIÆ medio colligens in medio sui omnes Numerationes reliquas.

Vas Intelligentiæ ad latus Sapientiæ.

§. 4. Et quoniam *Vas* INTELLIGENTIÆ excellens erat atque colore Saphirino coruscabat, & quidem quam proximè simile colori SAPIENTIÆ, ita ut ferè nulla esset discrepantia inter illud & inter vas SAPIENTIÆ, hinc nolebat quiescere sub pedibus SAPIENTIÆ abiensque residebat post illam id est, in latus ejus sinistrum (omne enim dextrum est anticum & omne sinistrum posticum.)

Vas Intelligentiæ lucem accipit à Vase Sapientiæ.

§. 5. Et quia Lux superna vehementer influebat augebaturque in *Vase* SAPIENTIÆ tantum, ita ut ipsum *Vas* Lux evaderet coruscans, ideò etiam retrorsum facultatem dabat, & meliorationem pro vase INTELLIGENTIÆ, quod ipsum est quod dicit Scriptura Prov. 29, 11. *Et sapiens in postremo* ישבחנה *meliorabit eum.* Sensus est: Sapiens i. e. *Vas* SAPIENTIÆ quasi à tergo melius reddit *Vas* INTELLIGENTIÆ, quod est He. In voce ישבחנה autem sunt literæ שח בינה incurvatum INTELLIGENTIÆ, ita ut innuatur, quòd *Vas* SAPIENTIÆ incurvaverit atque inclinaverit se ipsum, ut majorem præstantiam daret vasi INTELLIGENTIÆ secundùm id quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Ad Uxorem parvam inclinat se quis, ut assusurret ei. Unde *Vas* SAPIENTIÆ oportuit se ipsum accommodare ad hunc actum; quoniam *Vas* INTELLIGENTIÆ resideret subter illud post pedes ejus. Atque hoc est, quod dicitur Ruth 3, 8. *Et factum est media nocte, & expavit vir, & inclinavit se, & ecce mulier accubans pedibus ejus:* ubi innuitur, quòd media nocte manifestetur tempus beneplaciti jucunditas Domini; quæ est *Leah*, quæ tegitur & vestitur à pedibus *Matris*. Et quoniam ipsa semper est *Lux* INTELLIGENTIÆ, hinc vocatur medium noctis, ex opposito medietatis primæ, quæ est arbor mortis Malchuth, REGNUM scil. cujus pedes descendunt ad mortem. *Et expavit vir.* Hic est Seir Anpin, *& inclinavit se* ob nimium ploratum *Rachel*, quæ *descendit mirabiliter* Thren. 1, 9. sub pedes ejus, nec versatur cum ipso facie ad faciem conversa. Sic & hic quod accidit liberis, accidit & patribus: Nam *mundus inanitatis* vocatur Nox; quin & INTELLIGENTIA vocatur Nox, sicut dictum. *Et expavit vir* id est SAPIENTIA, *& inclinavit se* ob multitudinem influentiæ, quæ causabatur fractionem vasorum atque INTELLIGETIÆ locum dabat à parte postica sub pedibus ejus: & as-

חש בינה in voce ישבחנה

Leah Lux Intelligentiæ Medium noctis.

Rachel Intelligentia.

& affluebat ipsi, in quantum fieri poterat, ne frangeretur *Vas* ejus. Quare autem ipsa præstat Numerationibus superioribus illa? Quoniam ipsa est fœmina, & judicia excitantur ab ea.

CAP. XII.

§. 1. Et ecce hæc sunt verba Cabbalistarum, quòd singulæ *Numerationes* constent è decade; quoniam omnes sunt intra sphæram, atque sic etiam erant intra SAPIENTIAM, & deinde prodibant cum INTELLIGENTIA, ita ut hæc omnes 7. produceret, aliam sub alia. Et rectè se habent verba Cabbalistarum, qui omnes *Numerationes* depingunt sub se invicem locatas, sicut videri potest Autor Libri Pardes Sect. de illarum Statione: Et rectè inquam, *se habent* verba illa, dum intelliguntur de statu mundi *inanitatis hoc modo.*

Omnium Sephiroth intima cohæsio.

כתר
חכמה
בינה
גדולה
גבורה
תפארת
נצח
הוד
יסוד
מלכות

§. 2. Hic tamen quæri potest, quomodo SAPIENTIA locum inveniat, ut quiescat sub fundo *Coronæ*; videtur enim Lux ambiens & affluens *Coronæ* posse descendere & implere totum Splendorem. Respondetur autem quod Lux ambiens non circundet totum *Vas* CORONÆ ab omni parte, ita ut deorsum procedat ad illius fundum; sed allabitur & descendit via recta à duobus suis lateribus tantum. Hæc enim tantum intentio erat, ut inveniretur locus pro *Numeratione* SAPIENTIÆ. Unde sub illa locus remanebat vacuus, & ibi SAPIENTIA inveniebat requiem pro planta pedis sui, nec inclinabat ad latus, sicut INTELLIGENTIA faciebat.

Quæstio de situ Sapientiæ directo sub Kether.

§. 3. Et quoniam natura omnium rerum spiritualium est ascendere sursum, ita ut desiderent virtutem accipere & affluentiam immediatam; hinc evenit incrementum illud magnum SAPIENTIÆ, ita ut parum absit, quin quantitate adæquet CORONAM: Nec enim differunt nisi decima parte. Et quanquam dixi loco alio, illam luce quam simillimam esse CORONÆ, hic tamen non agitur de luce, sed de vase. Sed redeamus ad propositum.

Qua ratione Sapientia quoad Lucis quantitatem adæquet Coronam; & qua ratione etiam differat.

§. 4. Propterea autem locum non habebat deflectendi ad latus; quoniam lux ambiens circundans CORONAM, illam impediebat. INTELLIGENTIA autem quoniam parva admodum est SAPIENTIÆ respectu, quippe quæ tertiam tantum SAPIENTIÆ partem exæquet; ex hac ratione locum inve-

Cur Sapientia non deflexerit ad latus Coronæ.

inveniebat aliquantulum ad latus deflectendi, sicut diximus. Resedit erg post SAPIENTIAM, versus pedes ejus, sicut dictum.

Cur Binah declinarit obliquè ad Chochmam?

§. 5. Quamvis autem tam parva esset, nihilominus locum non inveniebat, ut quiesceret atque resideret omnino ad latus SAPIENTIÆ; eò quòd Lux ambiens SAPIENTIAM, illam impediret: hinc propterea & propter inclinationem & blanditias SAPIENTIÆ, (quæ quasi exoraverat ipsam, si ita dicere licet, sicut dicitur: Blandiendum est, &c. acquiescebat mens ejus, ut vellet residere sub pedibus SAPIENTIÆ: ita tamen ut adhuc parum declinaret ad sinistram.

Intelligentia productrix 7. inferiorũ Numerationum.

§. 6. INTELLIGENTIA ergo propter influentiam istam ingressam in se tergo SAPIENTIÆ, ut dictum est, virtute Jod secundi, de quo suprà, accingebatur virtute & potentia, ut de se produceret 7. vasa reliqua intra se contentà. Et ecce INTELLIGENTIA producebat ea omnia continua aliud post aliud.

Catena Numerationum

§. 7. Prodibat ergo ab illa primò REGNUM, deinde FUNDAMENTUM, GLORIA, SUPERATIO, PULCHRITUDO, RIGOR, MAGNIFICENTIA omnes sibi invicem annexæ, sicut annuli in catena.

§. 8. Rectè ergo se habent verba Libri *Siccaron*, ubi dicitur *Numerationes* catenatim se invicem insequi: Sic enim revera hac in statione res est, dum adhuc sunt in *mundo Punctorum* & in Mundo *inanitatis*, in quo nos jam versamur.

Quæstio de prærogativa virtutis superiorum Numerationum.

§. 9. Quare autem tres *Numerationes* primæ singulæ continebant cæteras omnes, sicut dictum, & ita non faciebant reliquæ, quippe quæ singulæ seorsim prodibant? Quoniam tres superiores influentiam habebant è Luce Jod, hinc validè comprehendere poterant omnes reliquas. MAGNIFICENTIA autem & reliqua vasa inferiora digna non erant luce & influentia Jod, nec accipiebant nisi meliorationem, qua SAPIENTIA præstantiorem reddebat INTELLIGENTIAM à tergo, sicut dictum. Quare autem non citiùs prodiit MAGNIFICENTIA ab INTELLIGENTIA, sicut fecerunt *Numerationes* superiores cùm ipsa sit prima cæterarum structuræ secundæ? Respondetur primò, quoniam quod crassius est, citiùs vergit deorsum, utpote grave; unde *Numeratio* crassissima primùm dimota est: Secundò sicut infans difficulter separatur ex utero matris ante tempus legitimum, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: ita *Numeratio* tenuissima difficillimè dimota fuit è loco suo. Unde MAGNIFICENTIA diutissimè morata est, antequam egrederetur è loco suo, eò quòd præstantior & spiritualior esset. Et sic cæteræ, quarum alia semper superior aliâ. Et istæ sunt 10. *Numerationes* extensæ è *Puncto* hoc, à Corona usque ad Basilian.

Quæstio de tardata manifestatione Geburæ & cæterarum.

CAP.

Cap. XIII.

§. 1. Antequam prodiret influentia ad vasa hæc, quæ sunt *Numerationes* suprà dictæ, pro facienda Luce interna & ambiente, decrevit Sapientia Benedicti, ut 7. illæ Numerationes à BENIGNITATE & porrò deorsum subjicerentur destructioni & confractioni ob nimiam lucis copiam: Eratque intentio Benedicti ex illis creare mundos malorum. Tres autem primæ debebât permanere & subsistere, ne inter cortices essent coronæ & SAPIENTIÆ & INTELLIGENTIÆ, quæ sunt cerebra. Sic enim dictum est Obad.1,8. *Et perdere faciam Sapientes de Edom, & Intelligentiam de monte Esau.* Hæc enim species non nisi simiæ similis est, quæ imitari vult omnia hominum opera, cùm tamen intellectu, & ratione careat. Unde Schlomo Rex super quo pax, illum appellat *Regem senem & stultum* Eccles. 4, 13. quoniam stultitiam exercet inde à sextiduo creationis, nec intermittit stultitiam suam, quamvis videat, quòd in manu sua nulla sanctitatis scintilla quiescat, quamvis aliquando ad illam accedat propter aliquod peccatum: sicut dicitur Job.27,17. *Praparabit impius & justus induet.* Sicut vestes *Adami primi*, quas accepit Nimrod, & Esav; & Jacob, qui fuit restitutio Adami, accepit illas. Et hæc fuit vestis Animæ, quæ vocatur Imago Dei: ex hac enim provenit, quod dicitur Gen. 9, 2. *Timor vester & pavor vester sit super omnes bestias agri.* A quo procul non abest locus alter Gen.1,27. *In imagine Dei creavit illum.* Unde quælibet bestia, quæ videbat vestes Adami primi, confestim se ipsam prosternebat & capiebatur. Quando autem peccatum aliquod committitur, qualis e. g. est comestio carnis cum lacte, abit ab homine imago hæc, ita ut subitò devorent ipsum bestiæ agri. Quapropter Daniel eripiebatur è fovea leonum, eò quòd cùm cibi Nebucadnezaris semper essent caro cum lacte, ipse abstineret, ne aliquid ederet de epulis istius impii, sicut scriptum est, Dan. 1, 8. 12. *Ut non pollueret se in buccella esca Regis. Et comedebat legumina cum aquis:* unde imago hæc non recedebat ab ipso, & hinc eripiebatur è fovea leonum. Vide Sohar in Mischpatim.

7. inferiora Vasa subjecta destructioni & confractioni; tribus prioribus in integritate permanentibus.

Tria cerebra separata ab impietate.

Imagine Dei carent impii.

Cap. XIV.

§. 1. Ecce videbat Sanctus ille Benedictus tribus prioribus advenire influentiam gradatim, ne fortè frangerentur, & omnia oporteret redire ad vacuum & inanitatem. Quamvis autem gradatim hoc fieret, tamen in SAPIENTIA & INTELLIGENTIA aliqua virium debilitatio inde oriebatur, unde diffindebantur juxta mysterium tritici & hordei. Quin & per istos gradus non ibatur in longum, sed INTELLIGENTIA potiùs in latus cedebat post SAPIENTIAM, ita ut aliquantum conversa esset, quasi jungerent terga, & aliquando ut facies tergo obverti posset, sicut exponam.

Fissura Sapientiæ & Intelligentiæ.

Declinatio Binæ ad latus & posticam partem Chochmæ.

§. 2. Ratio autem est, quoniam locus Intelligentiæ infrà erat, & quidem admodum remotus à Corona: Unde super locum ejus destinata erat confractio; & idcircò veniam petere ipsam oportebat ut ascenderet penes postica Sapientiæ: unde aliqua bilancis similitudo existebat, & tamen cum difficultate: Omnis enim locus, ubi bilanx, fracturam non patitur. Et quoniam bilanx non erat perfecta, hinc aliqua in ipsis erat virium debilitatio, ita ut omnia lumina penes illas conservari non possent sicut dicam.

Bilanx constituta à Binah & Chochma ejusque status & conditio.

§. 3. Quin & Corona aliquam patiebatur virium debilitationem, nec poterat sufferre omnem affluentiam, affusam sibi à Jod Nominis סֹג. Et ab illa luce superflua fiebant decidua Coronæ, quæ asservantur pro necessitate vivificationis mortuorum.

Decidua Coronæ unde.

Cap. XV.

Coronæ dignitas atque efficacia.
Lux data Sapientiæ.

§. 1. Nunc sciendum est, quod Sapientia acceperit lucem Coronæ: deinde ergo cùm veniret influentia magna, facie versa ad faciem, convertit se ad scaturiginem suam nempe Coronam, ut acciperet: Corona autem convertebat se ad Infinitum, ubi scaturigo ejus. Et in puncto Coronæ non datur attributum posteriorationis per se, quoniam ipsa est dilectio simplicissima.

Lux data Binæ.

§. 2. Intelligentia autem cùm acciperet lucem Sapientiæ, erat tergo obversa tergo. Nam quia illius respectu lux nimia erat, hinc nihil ampliùs accipere poterat quam istam portionem. Et huc pertinet illud Prov. 29, 11. *Et sapiens in postrema meliorabit illam.* Ubi sensus est iste: *Et sapiens:* hæc est Sapientia *à tergo meliorabit illam* i. e. Intelligentiam. Nam vox ישבחנה denotat fœminam, & significat, ac si diceret; Reddet ipsam meliorem, ita ut possit subsistere, eò quòd sit à tergo & non faciem faciei obvertens.

Bina tergo obversa tergo Chochmæ,

§. 3. Et hoc est illud, quod dixit Raf Hammenuna Senex in Sohar Sect. Breschith de figura literæ Zade, quæ est Jod super Nun sub mysterio punctorum hoc modo formatorum צ ubi tergum tergo obvertitur, ita ut Nun accipiat lumen à Jod. Nam Jod est Sapientia & est Jod Tetragrammati complectens 10. orationes; Nun vero denotat 50. portas Intelligentiæ.

In figura literæ Zade mysterium copulæ Chochmæ & Binæ.

§. 4. Vel expone vocem ישבחנה per literas שח בינה incurvatum Intelligentiæ: Innuere enim vult, quòd *Vas* Sapientiæ incurvaverit & inclinaverit seipsum, ut ubertatem dare possit *Vasi* Intelligentiæ. Unde dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ ad uxorem parvam inclinant se & assusurrant ei. Nam membra fœminæ semper tertia

שח בינה in dictione ישבחנה

tia

tia parte minora sunt respectu membrorum masculinorum. Unde *Vas* INTELLIGENTIÆ melioratum fuit à tergo.

§. 5. Notum autem est, quòd ab initio Aziluth non fuerint Personæ sed tantum puncta. Et primò prodierunt tria puncta unum supra aliud, quæ sunt Corona, Sapientia, Intelligentia, & tunc nulla erat copulatio. Deinde autem SAPIENTIA & INTELLIGENTIA converterunt se, ut altera ad latus alteriùs esset, & CORONA manebat supra eas: Atque tunc fiebat congressus *Patris & Matris* sub mysterio punctorum. Nam quicquid non est sub mysterio personæ, quæ denotatur per bilancem, istud est sub mysterio punctorum, quæ uniuntur partibus suis, nec tamen conjunguntur usquequaque, præsertim cùm unum est sub altero: Quomodo enim conjungerentur & unirentur, cùm non habent adjutorium è regione sui, quod est *mas & fœmina* penes se invicem conjuncti. Et nota hanc differentiam inter *Mundum inanitatis* & mundum restitutum atque bilancis. Personæ fuerunt puncta. Unio alia punctorum & alia personarum.

§. 6. Et quoniam unum sub altero erat, ideò ipsis non erat unio, & hinc oriebatur confractio *Vasorum*. Deinde autem SAPIENTIA & INTELLIGENTIA penes sese versus latera discedebant & Corona super eis. Atque tunc oriebatur congressus Sapientiæ & Intelligentiæ sub mysterio punctorum. Quando facta sit confractio vasorum, & quando copula S. & I.

§. 7. Congressus autem oppositis tergis factus non est pro emolumento infantis, sed pro commodo fœminæ tantum. Et hoc est, quod dicitur l.c. *Et sapiens à tergo meliorabit eam*; ubi vox, *meliorabit*, ad fœminam respicit, ita ut melior fiat fœmina & non infans.

§. 8. Atque sic cùm egrederentur, 7. puncta reliqua de *matre*, etiam sub mysterio punctorum exibant. Unde quodlibet subsistentiam habebat per se & nullum ex ipsis auxilium & sustentationem habebat à socio suo. Atque hoc est quod dicitur Gen. 36, 33. *Et regnavit sub eo, & mortuus est &c.* Unde patet quod hæc sit causa *mortis & fractionis*, quòd fuerit *sub eo*. Nam propterea quòd unum erat sub altero & non alterum penes alterum, hinc oriebatur confractio. Et hæc est explicatio tertia vocis שברתרין quam nota. Quæ causa confractionis vasorum.

CAP. XVI.

§. 1. Et scito quòd 3. puncta prima initio extensa sint ad instar lineæ rectæ juxta mysterium accentus, qui vocatur Schalscheleth; quoniam puncta catenatim pendebant unum sub altero. Atque tunc INTELLIGENTIA obversa erat versus posteriora SAPIENTIÆ. Omnis enim Numeratio è tribus istis obversa erat versus originem suam, ita ut facies CORONÆ verteretur erga Infinitum qui benedictus sit, & facies SAPIENTIÆ erga faciem CORONÆ. Et quamvis revera ibi ter- Catena trium priorum punctorum.

Coronæ non competit posteneratio.

gum CORONÆ esset, nihilominus facies vocatur, quoniam in puncto CORONÆ non datur attributum posticitatis per se, cùm illa sit simplicissima miseratio. Facies ergo INTELLIGENTIÆ conversa erat versus tergum SAPIENTIÆ.

Fractura Binæ præpedita, per funiculum Zade.

§. 2. Et ne frangeretur, quod absit, eò quòd tam remota esset à radice; hinc linea ϒ extendebatur, de qua suprà dictum, ut natura tertia elevaretur proxime ad naturam secundam, & ut formarentur quasi duo humeri Sapientia & Intelligentia sub Capite nempe Coronæ. Et duo illi humeri sunt Jod & summitas Vav in Zade: Et Zade fiebat curvum hoc modo: ϒ.

Mysterium Zade curvi & Zade extensi.

§. 3. Atque hîc in utramque partem controverti potest. Cùm enim elevaretur INTELLIGENTIA ad SAPIENTIAM, tum removebatur à judiciis, & utriusque facies vergebat versus CORONAM (in qua nihil posticitatis, ut dictum) cùm a. deinceps duo Reges una tantùm fruerentur CORONA, & præterea quòd Intelligentia respiceret CORONAM & Sapientia; *illius judicium* planè poterat everti, ita ut facultas ejus neutiquam *debilitaretur*; quin & Influentia septem Numerationibus adducenda admodùm mitigaretur, ita ut non metuenda esset fractura ulla, quæ non erat intentio intendentis: Ideò dicebat ad illam Cant. 1, 8. *Egredere tibi in vestigia pecoris*, i. e. in latus aversum post pedes ejus: hinc mysterium Zade curvati & Zade extensi.

Copula Chochmæ & Binæ alia in Mundo Tohu & alia in Mundo Tikkun.

§. 4. Quòd autem respiceret versus sinistram, hinc erat, quia qui comedit de eo, quod suum non est, erubescit illud aspicere. Antehac enim cùm sursum abiret, facie erat tergo obversa ad tempus, deinde autem vertebat faciem suam, & non poterat aspicere SAPIENTIAM: unde postmodum retro adhærebat tergo SAPIENTIÆ; & quòd tam vicina esset summitati, hinc eripiebatur à confractione. Et hoc fiebant in Mundo *Punctorum*. Ibi enim inter Sapientiam & Intelligentiam obversio posteriorum datur secundum magis & minus: Sed in Mundo *restitutionis* istæ semper obversas habent facies, & sunt brachia superna, nec unquam separantur, ut alibi dicetur.

CAP. XVII.

7. Vasorum inferiorum confractio unde.

§. 1. Postquam ergo egressa essent ex Intelligentia 7. *vasa* suprà dicta, & statio Sapientiæ & Intelligentiæ facta esset juxta mysterium Zade curvi, ne frangerentur; descendebat influentia de Jod Nominis סג in combinatione omnium literarum illam antecedentium per viam *Tebiru s. Splendoris:* Et hæc influentia magna admodum erat, & abundantior quam opus haberent 7. postremæ (nam & 3. primæ patiebantur debilitationem facultatum, & diffindebantur juxta mysterium tritici & hordei) & hoc omne intendebat intendens, ut nempe frangeret 7. *Vasa*, ut scil. illa deinde essent radix mali.

§ 2.

§. 2. Causa autem hæc erat, quòd Lux ista magna proveniret sine tegumento intermedio *Adami primi*, & velo separatorio, quippe quæ demum disponebantur, postquam constituta essent 3. capita.

§. 3. Multiplicatæ ergo erant literæ in infinitum per plenitudines suas, eò quòd fructificassent & generassent indesinenter, quoniam nullum erat velum quod prohibuisset istam multiplicationem. Et hęc omnia propterea, quòd illæ literæ veniebant de Luce vestis ejus, & essent sine fine atque termino; quoniam Lux Infiniti illi vestimento adhærebat. Et illarum literarum numerus efficiebat $\overset{m}{236}$ myriades, quæ omnes literæ radicales sine ulla plenitudine: suntque mysterium lucis internæ & ambientis: id est aptę natæ erant, ut inde fieret lux interna & ambiens pro mundis, pro veste & tegumento. Et literæ primæ prodibant in infinitum innumerabiles: Et fiebant lux ambiens circa aërem primū in circulo pro subsistentia ejus, ut ipsi certa fieret statio, quò in *Mundo restitutionis* disponi posset, ut nempe aliquando emitteret Spiritum *Sanctum* per viam Nasi, qui in Capite Antiqui Sancti.

236. m. myriades literarum pro luce interna & ambiente.

Distributæ in 100. m. pro luce ambiente Adami primi.

§. 4. Et cùm literæ istæ descenderent ex aëre primo in Adamum primum, in eo relinquebantur $\overset{m}{100}$ myriades literarum, quæ fiebant lux ambiens pro Adamo primo. Hoc autem quod est lux ambiens pro Adamo primo, est lux interna & anima pro aëre primo.

91. m. pro ipsius luce interna & in 45. m. pro fractione Vasorum.

§. 5. Et deinde Adam primus sumebat sibi pro luce interna $\overset{m}{91}$ myriades; & lux ejus interna erat lux ambiens pro Tehiru sive *Splendore*: Et deinde relinquebantur in *Splendore* $\overset{m}{45}$ myriades ad imbuendas & confringendas Numerationes Mundi *Inanitatis*. Hæ sunt $\overset{m}{236}$ mille myriades literarum. Et sicuti hîc erant $\overset{m}{236}$ mille myriades literarum pro luce ambiente, ita ob multitudinem influentię affusam Angelis sanctis, ibi quoque occurrit mysterium $\overset{m}{23}$ millia myriadum milliarium, & quodlibet milliare est mysterium Nominis unius. In supernis enim non est terminus corporeus, quod absit. Et hæc sunt verba similitudinis R. Iischmaël S. M. in capitulis Palatiorum, quòd plurimi Angelorum accipiant influentiam exinde pro vita sua. Et illi etiam laudes instituunt canticis & hymnis, qui incipiunt secundùm Alphabeta: Et mysterium אל בם. Nam Angelus Michaël ministrat in media veste superna: Ipse enim est Sacerdos Magnus pro luce prima: quod nota. Antequam autem exponam via particulari literas influentiæ magnæ, quæ descenderunt intra 10. Numerationes Mundi *Inanitatis*, priùs exponam naturam influentiæ hujus in genere.

236. m. myriades aulæorum.

Cap. XVIII.

§. 1. Antequam Æn Soph mitteret influentiam suam deorsum, includebat 3. Numerationes primas Coronam Sapientiam, Intelligentiam, unam in alteram hoc modo, ne frangerentur, & una alteram adjuvare posset.

Custodia trium priorum Numerationum.

Influentia Lucis τῦ Æn Soph in Coronam.

§. 2. Deinde idem Æn Soph, qui benedictus sit, influentiam magnam & copiosam admodum deorsum mittebat, quam Corona primùm accipiebat, ita ut impleretur & cumularetur, quantum nimirum sustineri poterat: Et quoniam influentia illa major erat quàm ut sustineri posset, Corona de plenitudine ejus accipiebat lucem internam; reliquum autem abiens descendebat circumcirca & fiebat Lux ambiens pro Corona: Et cùm intraret in Coronam desuper, intrabat per viam capitis ejus.

§. 3. Simile sit de vase parvo, cui infunditur aqua multa: Ubi quicquid intrare potest, subintrat illud, reliquum dilabitur circumcirca & superintegit illud.

Cum aliquali dimotione Coronæ de loco suo.

§. 4. Nec tamen Corona lucem istam accipere poterat, nisi amoveretur paulùm loco suo, sicut dicam, eò quòd nimis propinqua esset Infinito.

§. 5. Simile sit tale; Sicut homo cùm duo vasa habet ambabus manibus & liquorem aliquem transfusurus est de vase hoc in illud, tum sanè dimovet manus suas à se invicem, quãtum fieri potest, & transfundit de manu dextra in sinistram, ubi quod transfunditur, tenui saltem fluxu & quasi per tubulum subintrat. Ita & hîc, quoniam Corona nimis propinqua erat, fieri oportebat canalem illum tenuem per dimotionem à loco.

Cap. XIX.

Prohibita operatio Numerationum à Luce τῦ Tehiru.

§. 1. Diximus in Capitulis præcedentibus, quòd lux tenuior in splendore non admiserit compactionem Numerationum, ut prodire potuissent de potentia in actum. Illa ergò lux abiit sursum, & diminutum est vas, ita ut possent creari Mundi. Et quamvis hoc ita fieret, tamen non tollebatur tota penitus, sed includebatur vasi; & cùm rediret lux influentiæ magnæ suprà dictæ, ut extenderetur deorsum; adhuc supererat scintilla magna, quæ prohibebat & impediebat manifestationem Numerationum: Servabatque terminum *Vasis*.

Penetratio Influentiæ magnæ.

§. 2. Quid faciebat Æn Soph, qui benedictus sit? Vires concedebat influ-

fluentiæ huic, ut percuteret terminum continentem circa ima *Vasis*, redibatque sursum. Et in *Vase* relinquebatur lux interna, quantum poterat sustinere, reliquum fiebat ambiens ipsum, quæ est coruscatio illa, quam non poterat sufferre *Vas*.

§. 3. Et lux ambiens ista est super *Vas*; nobis enim non datur portio de ea in hoc mundo, nec circumambit ad influendum, quoniam extra illud quasi castrametatur circumcirca: Et tantum est pro stabilitate & statione in custodiam *Vasis*, ne frangatur, & in Mundo *restitutionis* ab angustiatoribus non possit contingi. Et hæc est lux illa, quæ recondita est propter impios, quoniam Mundus illa non valet uti. Et hoc ipsum est quod dicit Scriptura Job. 38, 15. *Et prohibebitur ab impiis lux eorum*, quæ est lux ambiens illos. Et cùm peccarent vitulo, Moses solus lucem ambientem accipiebat, quam solebat habere totus populus Israël, sicut dicitur Exod. 33, 7. *Et Moses accepit tabernaculum & extendit sibi extra castra procul à castris & vocavit illud tabernaculum conventus, & omnis quærens Dominum exibat ad tabernaculum conventus, quod extra castra.* Hæc erat lux ambiens.

Lucis ambientis usus.

Lux ambiens quibus negata.

§. 4. Et hanc dat illi, qui ea dignus est, quales fuerunt R. Schimeon Jochaides & R. Jizchak Lorja. Et huc pertinet illud Exod. 33, 6. *Et detraxerunt sibi filii Israël ornamẽta sua à monte Horeb.* Hoc est mysterium lucis ambientis: Et est mysterium liberationis de servitute regni & libertas ab Angelo mortis. Et futurum est, ut redeat super Israël. Unde lux ambiens præstantior est quàm interna.

Lux ambiens quibus concessa.

Cap. XX.

§. 1. Adhuc alia datur ratio, quare lux ambiens major sit luce interna, quia scilicet lux interna se ipsam constringit intra *Vas*, ita ut quantumvis magna sit, vehemens atque copiosa, in se ipsam tamen redeat, nec coruscet ex omni virtute sua, sed pro facultate recipientis: ad instar illius, quod dicitur Exod. 25, 22. *Et loquar tecum de propitiatorio inter duos Cherubim:* Ubi Schechinah restrinxerat sese & lux ejus inter duos vectes arcæ, ita ut Cherubim intra se possent sustinere lucem Schechinæ.

Lux ambiens & interna sunt eadem, ita tamen ut hæc sese restringat ad facultatem vasis.

§. 2. Sic & alibi docemur, quod hîc respiciatur facultas suscipientis. Nam Moses Magister noster, super quo pax! etiam poterat sufferre virtutem vocis & sermonis illius. Ita lux hæc interna cogitur regredi in se ipsam, atque constringi intra *Vas*, quo clauditur pro arbitrio Benedicti, quando effundenda sit in mundos per illud; tunc enim dilatatur & vadit.

§. 3. Lux ambiens autem major est illa, quippe quæ circumvolvitur desuper sine contractione: Nec tamen effunditur extra sese, sed efficit tuguria pacis pro circumdato, *Vase* scilicet: Et ipsa est *tentorium, quod non deponetur, nec tollentur paxilli ejus in æternum.* Jes. 33, 20.

Lucis ambientis efficacia.

§. 4. Ista augetur in plenitudinibus suis in infinitum: Sed lucem internam oportet ire in se ipsam in literas suas radicales, & non potest planè exserere

Multiplicatio diversa Lucis ambientis & internæ.

exserere literas suas, nec multiplicari super literas radicales: Quoniam *Vas* ipsum includit illam virtute literarum אלהים quæ denotant judicium.

Lux sursum rediens quid sit, & quid prosit.

§. 5. Et lux quæ sursum redibat, de qua initio Capitis 19. est contractio prima puncti CORONÆ: Et lucis, quæ in illa est, quæ impediebat manifestationem. Tunc excitabatur omnis lux illa ad ascendendum appetitu quàm perfectissimo, ut adhæreret scaturigini suæ, minueretque lucem suam selectam pro creatione Mundorum: ut scilicet *Vas* posset sustinere quantitatem lucis illius, quæ sufficeret condendis mundis.

Vasis percussio, quæ à Luce processit, quid effecerit.

§. 6. Et portio illa determinata redibat per Sapientiam Benedicti pro necessitate puncti CORONÆ & socii ejus: & percutiebat validè inferiora *Vasis* ad instar aquæ (benignitatis notæ) quæ descendit cursu valido: *Ut* nempe lux interna corroboraret seipsam, ut posset sufferre hanc pronecessitate sua, omniumque adhærentium sibi. Reliquum autem ascendebat virtute percussionis hujus, & fiebat ambiens illam.

Exclusa prioritas temporis in Lucis Emanatione.

§. 7. Et nunc fili mi, aperi oculos intellectus tui, ut intelligas quæ proposui Capitulis antecedentibus de puncto primo CORONÆ, quæ cōstabat è 10. sub initium emanationis suæ: Lux enim protensa è principio Emanativo emanabat simul intra istud sine prioritate temporis. Unde patet quòd elevatio lucis & sublatio ejus ad superiora in puncto suprà dicto; & electio ejus arbitraria, quòd alia deberet esse ambiens & alia interna, facta sunt uno momento, & eodem instanti sine prioritate temporis.

Lux ambiens in deserto nunc dereliquit Israëlitas.

§. 8. Et mysterium Lucis ambientis delituit in nubibus Gloriæ, quæ ambiebant Israëlitas in deserto; etiam pro parte post peccatum, quod fiebat ex merito Aharonis, quamdiu scilicet ille vivebat. Mortuo autem Aharone, tollebatur hęc custodia ambientis, & veniebat Chananæus Rex Arad, *& captivam faciebat ex eo turbam captivam.* Num. 21, 1. Et tempore futuro cum Samaël cum omnibus principibus perditionis præfectus erit populorum mundi, tunc de populis mundi dici poterit: Jes. 65, 20. *Quoniam puer filius centum annorum morietur:* Sed de Israëlitis implebitur: Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum.* Et illo tempore Rex Messias regnabit super superos & inferos, & dæmonia maligna affligent populos ad mandatum filii David. Sicut factum est tempore Salomonis, qui misit ad Chiram Regem Tyri dæmonium aliquod & abduci illum jussit in 7. habitacula inferni, donec faceret voluntatem ejus. Tunc enim ex timore Messiæ venient omnes populi, *& apprehendent fimbriam Viri Judei,* Zach. 8, 23. propter dignitatem filamentorum *Zizith*, quæ in pallio ejus, in quo adumbratur mysterium Lucis istius Ambientis, ita ut cum illo quis abire possit in cloacam, citra participationem impuritatis. Exteriora enim (quo nomine Cortices appellantur,) cum (Luce) illa nullam habent consortium: Populi autem *prehendent illam*, ut illius beneficio protegantur ab Angelis perditionis, spiritibusque malignis: & sic illos oportebit esse

De tempore venturo.

esse servos. Quin & Reges atque Principes eorum venient, ut audiant verba Spiritûs Sancti, & verba Sapientiæ, sicut audiebant quondam & conveniebant apud Salomonem Regem, super quo pax! Et propterea dicitur Zach. 12, 8. *Et erit, qui infirmus fuerit inter eos in die illa, sicut David, & domus David tanquam Elohim, tanquam angelus Jehova coram eis.*

§. 9. Summa rei hæc est: Lux ambiens existit supra vas absque contractione; sed Lucem internam condensari oportet, multâq; constrictione subintrare: ad instar Justorum, qui minimos sese reddunt, quamvis hujus vel illius anima Lux sit magna atque copiosa, qualis erat Samuel parvus, qui dignus tamen erat, ut super ipso quiesceret Schechinah, ut super Mose Magistro nostro, super quo pax! Necesse autem est, ut Justus seipsum humiliet, quò Generatio ejus possit accipere Influentiam, divinumq; auxilium, ex parte ipsius, & de illius merito dicitur Jes. 53, 5. 4. *Et in livore ejus fit curatio nobis, & languores nostros Ipse tulit.* Idque ideò, quoniam Generatio ejus istis digna non est; hinc super illo quiescere non potest Schechinah; sicut exemplum habemus in Mose Magistro nostro, super quo pax!

Justi sese contrahunt atque humiliant ad instar lucis internæ.

§. 10. Et nota, quod etiam Lux interna non dilatetur, nisi in quantum concitata fuerit ab Inferioribus. Et nullum est dubium quin differentia sit inter Generationes. Tempore autem venturo implebitur illud Joël 3, 2. *Et etiam super servos & super ancillas in diebus illis effundam spiritum meũ:* ubi notetur vox אשפוך effundam: vide caput 18. ubi adducitur simile de eo, qui violenter aliquid effundit de uno vase in aliud, ubi quod prævalet subintrat, cæteris circum circa dilapsis; sic fit Lux ambiens. Sic effundetur super nos Spiritus ex alto in solatium nostrum Amen.

Dilatatio lucis internæ quando fiat.

Lucis profusio copiosa.

Cap. XXI.

§. 1. Scito autem, quod è Luce Interna Coronæ quasi canalis prodeat intra Vas *Sapientiæ*, sub mysterio *Fenestræ*: ubi deinde *Sapientia* quicquid sustinere potest, suscipit; de cæteris autem fit Lux illius Ambiens.

Fenestra per quam transit Lux nimirum Coronæ.

§. 2. Sic & è *Sapientia ad Intelligentiam* (fit communicatio:) non tamen per modum Canalis fit affluentia, quippe qui est modus communicandi à parte anteriore; sed per modum cõmunicationis à parte posteriore, sub mysterio Foraminis; quo valeat sufferre (Lucem) citra confractionem, quoniã vas istius crassius est, Vase Sapientiæ, necnon & ipsa remota est à Principio Emanativo, quod benedictum sit! sex gradibus, qui sunt: *Intelligentia, Sapientia, Corona, Splendor,* (Tehiru) *Adam primus*, Aër primus: propterea affluentia ad illam accedit de parte postica. Scito autem, quod etiam postquam affluentiam ipsi largita est, de parte postica, tamen non penitùs derelinquat eam; quoniam semper affulget ei de parte postica, ut eam sustentet & meliorem reddat; sicut scriptum est Prov. 29, 11. *Et Sapiens in postremo meliorabit eam*; sicut explicuimus in capitulis antecedentibus.

Communicatio Sapientiæ cum Intelligentia, ejusque modus.

Intelligentia remota sex gradibus à Principio Emanativo.

Trium priorum Numerationum conservatio & communicatio per Lucem supremam.

§. 3. Quod ergo Lux interna erat in *Corona*, fit Lux ambiens & interna in Sapientia; & quod erat Lux interna in Sapientia, fit Lux ambiens & Interna in Intelligentia. Nimirum quod recipi non potest, abit ad vicinam. Nam è Luce superna, quæ primitùs emanabat, fit Interna & superior in Corona. Sensus est hic: cùm Coronæ tanta non esset vis, ut sustinere posset Lucem omnem, pars ejus eam subintrabat, fiebatque Interna ejus Lux, atque illius Neschamah; de cæterâ fiebat Ambiens Sapientiæ; & sic de Sapientia ad Intelligentiam procedebatur: nam ex Interna Sapientiæ fiebat Interna & ambiens Intelligentiæ hoc modo:

ita ut altera alteram conservaret, ne forte frangeretur, quod absit! atque istud est, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ! Tres primæ reputantur ut una.

Cap. XXII.

Applicatio hujus loci ad communicationé trium priorum Sephiroth.

§. 1. Ut autem intelligas id, quod suprà diximus, de distantia locali (Intelligentiæ à Principio Emanativo) item de Fenestra & Foramine; adducemus Locum Davidis Regis, super quo pax! Psal. 84, 12. *Quoniam Sol & clypeus est Dominus Deus.* Sensus est hic: Sol est Lux magna, quam nemo hominum intueri potest ob nimium ejus splendorem atque fulgorem: Quòd si auté aliquis scutum aliquod Soli opponat, vel velum, intueri poterit illum beneficio tegumenti. Sic Dominus Deus noster; cujus lucem mundi atque numerationes non possunt sustinere nisi beneficio velamentorum: Horum autem beneficio illam recipere possunt, eò quòd lux temperatior accedat ob distantiam localem, vel fenestræ aut Foraminis modum adhibitum. Cùm enim lux se ipsam contrahit per Fenestram compressa, tunc fieri potest, ut usui sit.

Mediorum, per quæ fit communicatio, differentia.

§. 2. Non tamen omnes Fenestræ sunt æquales: Aliud enim est, si magna sit, aliud si parva sub mysterio foraminis de parte posteriore. Lux enim, quæ

quæ per fenestram magnam advenit, copiosæ admodùm est influentiæ: Sed quæ per parvam advenit Fenestram, comprimitur. חלון Fenestra autem per Gematriam etiam efficit צַר latus, quoniam intelligentia reside ad latus sapientiæ, quæ ipsam illuminat à latere de parte posteriore sub mysterio Foraminis.

Gem duarum vocum צר & חלון.

§. 3. Est & alia differentia, si adhibeatur velamentum interdistinguens; sicuti in Mundo Restitutionis: Ubi Lux allidit ad velamentum Sephirothicum; unde Lux transit ad instar radiorum diminutorum.

§. 4. Differentiæ hæ priores dantur in ipso Mundo Aziluth sive mundum Restitutionis, sive mundum Inanitatis respicias: Ibi enim Lux ipsa extenditur intra Sephiroth, hac tamen distinctione, ut adveniat vel per modum fenestræ vel foraminis, vel per distantiam localem, sicut exposuimus suprà. In Coronam Lux non subintrat per modum fenestræ; non enim posset sufferre vim luminis: sed beneficio distantiæ localis: Ipsa enim vicina admodum est Principio Emanativo, ideò distantia localis ipsi adjudicatur. Quod nec ipsum tamen usquequaque illam juvat, quia postea debilitationem aliquam virium patitur, & ab ipsa prodeunt Decidua, id est, Lux roris ad restitutionem mortuorum, sicut dicam.

Media istius communicationis originaliter sunt in Mundo Aziluth.

Modus communicationis Coronæ cum Principio Emanativo.

Decidua lucis unde, & quid prosint.

§. 5. Sed de *Corona* ad *Sapientiam* communicatur per modum fenestræ, ut per simile ita dicam. Sed Fenestra, quæ de *Corona* ad sapientiam tendit, major est, quàm quæ de Sapientia ad Intelligentiam: Nam radiatio illa, quæ de *Corona* prodit, ut fiat lux ambiens & interior *Sapientiæ*, luce gaudet majore, quam radiatio illa, quæ de *Sapientia* exit, ut ambiat & impleat Intelligentiam: Et hujus respectu adhibetur simile de Fenestris.

Modus excommunicationis Coronæ cum Sapientia.

§. 6. Hæc omnia inveniuntur etiam in Mundo Aziluth, nempe in specie distantia Lucis ob multas vestes, quæ fiunt in Mundo Restitutionis, quales sunt Adam Kadmon, & tria Capita, & quinque Personæ; in his est mysterium distantiæ localis juxta analogiam distantiæ localis & fenestrarum, quæ in Mundo Inanitatis. Qui enim in parvo consistit gradu, talem non habet influentiæ fenestram, qualem qui supra illum est.

Opera Mundi Restitutionis.

Quantum ad communicacationem, eadē convenientia inter Mundum Aziluth & mundum Tohu.

§. 7. Et in specie נקבה seu fœmina, qualis est Intelligentia, ubi locum habet allusio נקב ה׳ foramen He. Et sic Regnum semper accipit influentiam per mysterium foraminis, quod circa præcordia Seir in Mundo Restitutionis. Et hoc est Nomen אהיה quatenus efficit 152. נקב. Atque hoc pertingit usque ad præcordia illa, & est mysterium allusionis נקב ה׳. Sic analogia horum est in mundo Inanitatis.

נקב ה׳ Foramen τῦ He.

Gem. vocis אהיה & נקב

§. 8. Sed Sapientia & Intelligentia, quæ in Mundo Restitutionis, sunt

 facie

Sapientiæ & Intelligentiæ communicatio in Mundo Tikkun.

facie ad faciem conversæ, non verò ad posteriora aversæ, sicut Foramen hoc indicat in Mundo Inanitatis. Nam ipsarum copula fit per os, nimirum quatenus efficiũt Personas Patris & Matris: Et hoc occultum est valdè. Sed à præcordiis suis & deorsum sunt Israël senex & Thebuna seu Intelligentia specialis, quorum copula infra est circa fundamentum. Unde mysterium foraminis inibi locum non habet; In mundo enim Restitutionis istæ tali gaudent Amicitia, ut non separentur in æternum; semperque habent obversas facies, non verò foramine & posteriorum utuntur mysterio.

Velamenti distinctio in omnibus Mundis.

§. 9. Sed species illius Lucis, quæ affulget velamento Sephirothico, de quo supra, etiam in mundo Restitutionis est, inter Mundum Aziluth & inter cæteros mundos Briah, Jezirah, Asiah; nec non inter omnia Horti Eden Palatia, pro habitatoribus Paradisi, singulis juxta gradum suum. Atque sic inter omnes mundos distinctio est Velamenti, Aulæi vel Cortinæ, ne quis ascendere possit, qui dignus non sit ulteriùs ascendere.

Mater occupans נְהִי Regni Aziluthici.

Aulæum, Expansum, Velum פרסה quid.

§. 10. Sicut enim ipsa substantia Benedicti circumdat omnia Entia, ita ut ipse sit locus mundi juxta mysterium Vestimenti, per quod evacuavit locum pro mundis: ita linea egreditur è mundo Aziluth & circumdat mundum Briah. Et hoc est mysterium illud: Mater possidet thronum; nempe per articulos priores τῶν נְהִי Regni in Aziluth, quæ ibi efficiunt פרסה seu separationem aliquam, quæ vocatur Aulæum, Velum & Expansum in libro Sohar.

§. 11. Atque sic Sanctus ille, qui benedictus sit! qui est Pulchritudo in Briah, occupat beneficio Veli Separatorii Jeziram.

Influentia per articulos superiores, medios & inferiores τῶν נְהִי Regni Aziluthici in mundos cæteros.

§. 12. Et sicuti Adam primus circumdat sphæram Splendoris, ista linea exit de Jezirah & circumdat Mundum Asiah, nempe Malchuth Jezirathica occupat Rotam, quæ est Asiah.

§. 13. Sensus autem est iste: Mater derivat influentiam suam in articulos superiores τῶν נְהִי Regni Aziluthici, & exinde influentia per Velamentum allidit ad Briam. Et Seir derivat influentiam suam in articulos medios τῶν נְהִי Regni Aziluthici per viam Velamenti, quod in Palatio Amoris, quę est Tiphereth Briathica: Et hinc influentia abit ad Jeziram. Tandem Malchuth derivat influentiam maximæ partis staturæ suæ in articulos inferiores τῶν נְהִי quæ in ipsa, & inde in Asiam beneficio Veli separatorii & lineæ suprà dictæ. Et omnia ista vela sunt in Mundo Restitutionis à Mundo Aziluth ad Mundos reliquos בְּיָע.

Cohæsio Mundi Aziluth intima cum S. B.

§. 14. Sed in Mundo Aziluth Mundi Restitutionis Ipse & vita ejus unum sunt, id est, Ipse, nimirum Mundus Aziluth & vita ejus, nempe filum Ænsophicum, q. b. s. quod est in Adam Kadmon de Capite ejus usque ad pedes ejus, per Arich & socios ejus insertum Personis Aziluthicis adhę-

rens

rens iisdem firmiter multumque desideratum, donec omnia sint unum virtute cohæsionis maximæ. Et huc pertinet etiam illud: Ipse & substantia ejus unum sunt i. e. Mundus Aziluth & ipsa Substantia Benedicti unum sunt in Personis Aziluthicis; Quod ita se non habet abhinc & deorsum, nempe in בי״ע de quibus dicitur: *Et abinde dividitur.* Nam Æn Soph non inhæret ipsis nisi sub mysterio ambientis. Illi etiam constructi sunt per articulos נה״י Regni Aziluthici. Quin & hæc ipsa Malchuth non est in copula perpetua sub mysterio רעים sociorum proximorum, sed sub mysterio דודים amicorum, qui per intervalla ad se invicem accedunt sicut hora precum.

Mysterium רעים & דודים.

Cap. XXIII.

§. 1. Ecce Principium Emanativum quod benedictum sit, produxit 10. *puncta*, quæ constabant ex ipsa substantia & Vasis, & quodlibet punctum constabat è denario.

Decem punctorum à principio Emanativo productorum descriptio.

§. 2. Et tria puncta prima quoniam tenuia admodum erant propter affinitatem suam cum Principio Emanativo, non cadebant & constituebantur tali gradu, ut in illis non fieret confractio, quod absit! ne fragmenta illorum constituerentur in Coronam Regni & Sapientiam atq; Intelligentiam pro cogitatione partis destructricis & desolatricis atq; truncaretur, quod absit! arbor cum omnibus surculis suis. Atque ideò ipsis competebat gradus distantiæ localis, & fenestræ & foraminis. Nihilominus tamen tria hæc prima tam subtilia erant, ut parum abesset, quin Vas ipsorum iterum fieret sicut Substantia eorum: Atque ideò in structura trium Capitum Mundi Restitutionis circa tria prima non fit mentio Vasis, nisi sub mysterio ipsius Substantiæ.

Trium primorum punctorum situatio.

Trium horum punctorum analogia cum ipsa Substantia Benedicti.

§. 3. Et hæc tria prima erant intra se invicem, ita ut quodlibet contineret socium suum. Et quælibet eorum per se habebat internum & ambiens, ita ut quod prævalere poterat, intraret intra Vas suum, & quod prævalere non poterat, ex illo rediret superiùs circa Caput ejus & recideret circumcirca sub mysterio ambientis.

Eorum intima unio.

Eorum lux interna & ambiens.

§. 4. Et si quod absit! intentio intendentis non fuisset, ut singula haberent lucem ambientem per se; tum etiam quod absit! facta esset confractio in tribus primis: Ideò singula prodibant per se.

Eorum egressus causa.

§. 5. Erat tamen etiam inter Sapientiam & Intelligentiam analogia quædam coordinationis, ut nempe residerent simul altera ad latus alterius, quod non invenimus de septem punctis cæteris, quoniam non erant sub mysterio Personæ, sed tantum subter se invicem, juxta mysterium illud Gen. 36, 33. &c. *Et regnabat sub eo, & moriebatur.* Nota hîc vocem

Puncta hæc prima coordinata inter Sapientiam & Intelligentiam, adeoq; distincta à

cæteris septem.

Unum ambiens trium horum punctorum.

תח תין *pro eo*, quæ hîc exponitur, *sub eo*. Erantque etiam sicut annuli catenæ, unum infrà aliud connexa & conjuncta hoc modo, ut locus non esset, quo singulis fieret lux ambiens seorsim; unde necessum erat, ut ipsis fieret ambiens per omnia 6. latera simul, non vero singulis seorsim: Non enim ambiebant se invicem sicut tria prima; ideò Influentiam simul oportebat descendere; ut faceret ambiens per omnia 6. latera simul: Et lux de Intelligentia uno loco intrabat in vasa eorum, & simul exibat ad socium sequentem. Quod ita non est in Mundo Restitutionis: In Persona enim sunt multa Foramina ad accipiendum & ad derivandum.

In Mundo Tohu septem reliquæ Sephiroth nullam inter se habent communionem.

§. 6. Quin etiam separata erat quælibet Sephira à socia sua, ita ut inter ipsas nulla esset unio ad analogiam aliqualis illius coordinationis, quæ interSapientiam & Intelligentiam; sed omnes erant subter se invicem.

Fractio Vasorum à Timore cujuslibet Numerationis.

§. 7. Nec erat inter ipsas Amor, sed tantum duæ notiones Timoris cuilibet erant: E. g. in Sapientia metus erat, ne fieret ascensus in numerationem Coronæ, quia omnis Lux desiderat aduniri scaturigini suæ ascendendo sicut notum: Et sic metus quoque alter aderat à descensu in Intelligentiam. Et hoc modo in omnibus nulla erat unio. Et quamvis aliqua esset unio inter Sapientiam & Intelligentiam, non tamen erat in perfectione, sed obversio tergoris; atque ideò frangebantur. Et hoc ipsum est quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Mundus creatus est per judicium; qui est Timor suprà dictus. Et mundus ille non poterat subsistere, quoniam 7. Reges evertebantur; donec cum illo sociaretur attributum Misericordiæ, unde Restitutio. Tunc enim per illos derivabatur Amor & unio, & sex partes uniebantur in personam unam. Attributum Misericordiæ autem est amor suprà dictus : nam vox אחבה amor, bis sumpta per Gematr. efficit יהוה & אחבה simpliciter sumtum per Gemat. est אחד unum.

In Mundo Tikkun locum habet Misericordia & Amor.

Septem Regum inferiorũ productio simultanea.

§. 8. Unde colligimus, quod Intelligentia produxerit 7. Reges inferiores, non singulos seorsim, sed omnes simul. Et hoc est mysterium illud in textu: *Exod.* 28, 10. *Sex de nominibus eorum super lapide uno. Sex* denotat sex partes: *de nominibus eorum*; quoniam singuli Nomen habent per se usque ad Regnum, quod septimo loco est, & vocatur lapis, juxta illud Ps. 118, 22. *Lapis quem spreverunt ædificantes, factus est in caput anguli*; ubi intelligitur Regnum domus David. Imò hoc & propterea dicitur lapis, quoniam ex illo ædificantur palatia mundorum בי״ע sicut dicam Deo juvante, de Mundo Briah. Hinc patet, quòd 7. Reges qui mortui sunt, non sicut tria prima prodierint seorsim, unde etiam non potuerunt accipere lucem.

Malchuth vocatur lapis angularis.

Fenestra una æqualis erga

§. 9. Et tunc primùm eversa est benignitas, quoniam simul acceperat influentiam lucis sociorum suorum, ut fieret lux ambiens pro 5. sociis ejus

ejus simul, non vero pro singulis seorsim. Fenestra enim quæ de Intelligentia vergebat ad 6. partes, æqualis erat erga omnes adeoque usque ad *fundamentum* tantum idque duplici respectu: Primò quia fenestra illa continebat omnem influentiam quæ simul affluere debebat omnibus 6. partibus; Atque hinc oriebatur confractio singulis de 6. partibus: Secundò, quòd Fenestra hæc æqualis erat erga omnes, & non gradibus distincta sicut in tribus primis, ubi fenestra Sapientiæ major erat quam illa, quæ de Sapientia procedebat ad Intelligentiam: Fenestra enim sex partium unam habebat mensuram pro Numerationibus omnibus; atque hæc ipsa est Fenestra una. Fenestra enim quæ procedebat ad Benignitatem, ita se habebat, sicut quæ ad Rigorem, & sic ad Pulchritudinem &c. Omnibus enim *fenestris* illarum mensura & quantitas erat una, nec una quantitate *minor & alia* major erat. Atque hæc de fenestra una æquali erga omnes, *quod nota.*

omnes 6. Sephiroth, pertingens usque ad Fundamentum.

§. 10. Hoc quoque nocebat ipsis admodum, quòd non possent prævalere tantæ luci: Singulæ enim debebant habere ambientem, quæ prodiret è summitate vasis circa Caput ejus; quod non poterat fieri, unde frangebantur, quoniam omnes erant sicut annuli in catena conjuncti & compacti subter se invicem, unde locus non erat ambienti. Atque sic sufficienter præfati sumus, antequam deveniamus ad commentationem de fractione septem Vasorum.

Fractio Vasorum unde Catena 7. Numerationum.

Cap. XXIV.

§. 1. Suprà diximus, quòd lux primò descenderit in Vas Coronæ & impleverit atque cumulaverit illud, quantum nempe sustinere poterat, quo impleto & cumulato effundebatur in Sapientiam, & sic Sapientia in Intelligentiam: Nam tantus erat excessus magnitudinis in Vase Coronæ, ut quod ibi superabundabat, sufficeret ad implendum & cumulandum Vas Sapientiæ; atque ita Vas Sapientiæ in tantum erat majus Vase Intelligentiæ, ut cumulus ejus sufficeret ad implendum & cumulandum Vas Intelligentiæ intrinsecus & extrinsecus: Et magnitudo Vasis intelligentiæ in tantum superabat omnia reliqua vasa quæ infra eam, quoniam antea steterant intra illam; ut quod in illo exundabat, sufficeret ad implenda omnia 7. Vasa reliqua, ita ut implerentur ab excessu cumulatæ Lucis unum post aliud.

Trium vasorum superiorum quoad lucem communio subalterna.

§. 2. Et huc allusit pugillatio Sacerdotis, quæ est Influentia Benignitatis; non enim licebat, nec suprà nec infrà, nisi tantum tribus digitis uti, ut indigitarentur 3. Numerationes suprà dictæ.

Pugillatio Sacerdotis mysterium trinæ Influentiæ Lucis in tres superiores Sephiroth.

§. 3. Cùm autem Influentia descenderet ab Intelligentia ad septem, intra

hæc

Æqualitas fenestræ pro inferiorib pertigit usque ad Fundamentum.

hæc una intercedebat Fenestra æqualis pro omnibus, sed tantum usque ad Fundamentum: Nam ab illo prodibat radius quidam alius, ut esset ambiens, & anima Regni: Et hoc per modum Fenestræ angustioris quam Fenestra prima erat, omnibus 6. partibus dicata; sicuti alibi dicam uberius.

Fundamenti radiatio ad Malchuth.

§. 4. Et Influentia, quæ de Intelligentia descendebat, simul derivabatur & vice una, illamque suscipiebat Benignitas, ut quæ illi esset proxima, eamque pro se retinebat; sed propter nimietatem Lucis illius Influentiæ, non poterat supportare illam, unde Vas ejus frangebatur.

Fractionis vasorum inferiorum causa.

§. 5. Et tunc omnis Lux influens descendebat ad Rigorem, qui & ipse omnem illam influentiam simul accedentem retinere volebat; sed & ipse frangebatur: Et sic Pulchritudo, Victoria, Gloria.

Fundamenti præcaventis fracturam fractura.

§. 6. Cùm autem Fundamentum hoc videret, nolebat recipere Influentiam illam vice una; sic enim intenderat intendens, ne frangeretur Regnum quod absit! ne scil. dæmonibus malignis fierent corpora; nam ex illo corpus venit & Nephesch. Atque huc pertinet mysticum illud, quòd *creati* sint dæmones vespera Sabbathi, quod est Fundamentum; & quidem inter Soles ejus, quæ est medietas portionis ultimæ Fundamenti; Nam & ipsum tandem frangebatur.

Tempus creationis dæmonum.

§. 7. Hoc ergo Fundamentum non accipiebat nisi portionem unam, ut illam daret Regno sub lege depositi, sicut scriptum est Gen. 41,36. *Et sit cibus in depositum pro terra*, quod dicebat Joseph, qui est mysterium Fundamenti; per quæ intelligitur Influentia hæc exiguæ portionis. Et hoc omne ex metu faciebat, ne fortè frangeretur Vas ejus. Quæ omnia tamen non profuerunt ipsi, quoniam hæc erat Influentia illa, quam haurire, quaque frui desiderabant inferiora & superiora, ut nempe cibarentur de Splendore atque Luce ejus. Et non sufficiebat, quòd dederat istam, donec reciperet omne influens reliquum, & statim frangebatur, quoniam portio illa, quam Fundamentum acceperat pro se ipso, multò erat major, quam portio, quam acceperat, ut illam præberet Regno: Et quoniam portio illa, quam pro se acceperat, ut ambiens sibi esset lux, & interna major erat prima portione, facultas non erat Fundamento sufferenti eam. Et quamvis non vellet omnem accipere Lucem, nihilominus portio quam elegerat pro se, ita in ipso augebatur, ut vires ejus excederet: Atque ideò frangebatur & destruebatur, sicut reliqua.

Causa ejus fracturæ.

Fractura Fundamenti facta fuit quoad partem dimidiam.

§. 8. Prius autem frangebatur prima medietas Vasis ejus quam ultima, nempe cùm in hac adhuc esset portio depositi pro Regno: Nam cùm adhuc intra illud esset portio parva, nempe in medietate inferiore, dùm portio magna absorbebat eam, ut non posset prævalere; unde destruebatur portio ista dimidii Vasis, nisi deinceps, ita ut momentum aliquod vitæ longius ipsi esset quam prioribus, cùm nempe haberet portionem Regni tantum: Unde vocatur *Vita mundorum*, quoniam longior ipsi vita erat quam sociis in Mundo

Fundamentum Vita Mundorum.

Inani-

Inanitatis: Et quia etiam in Mundo Restitutionis, qui est Mundus habitabilis, idem ipsi competit, hinc vocatur *Mundorum Vita*, nempe mundorum horum duorum.

§. 9. Regnum quoque cùm accepisset portionem parvam à Fundamento, quamvis portio illa non adeò magna esset, non tamen prævaluit illi, sed vas ejus compressum est tanquam vas ferreum igni impositum, in quo figura Vasis disperit. Et hæc est ratio illa atque modus destructionis in Malchuth, de qua loquitur R. Schimeon Jochaides, super quo pax in Libro Mysterii. Et ratio est hæc. Fracto fundamento in Malchuth descendebat tota influentia; quoniam autem cùm hîc descensus fieret, illius vas jam compressum erat, hinc *fractio* nulla in illo fiebat, sed illud destruebatur, fiebatq; quasi informis *mola uterina*. Et huc pertinet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd Vas ligneum non suscipiat immunditiem. Unde de Regno *non facti* sunt cortices. Cùm enim in illo nulla facta esset fractio, hinc eo *modo de illo* non facti sunt cortices, sicut de fragmentis Vasorum priorum: Nam si in illo facta fuisset fractio, tum cortices exinde quam durissimi facti essent, ita ut fermè mundus non potuisset subsistere ob corticum multitudinem, quoniam Vas ejus multò erat crassius, quam priorum: Et isti cortices deinde apparuissent hominibus, ablata nempe larva à facie eorum, ut potuissent aspicere homines adeoque nocere ipsis. Unde illud Gen. 19, 17. *Ne respice post te*, ne scil. Angelus corruptor aspiciat faciem tuam. Et hanc ob causam decrevit Sanctus ille Benedictus, ne frangerentur nisi Vasa tenuiora, ne cortices adeò fierent crassi. Ex illa enim fractura Vasorum prodierunt judicia, & cùm magis crassescerent atque descenderent, ex illis facti sunt cortices, sicut alibi dicam.

Malchuth libera à fractione, & quæ causa.

Ex Regno nulli cortices, adeoque crassities eorum præpedita.

Cap. XXV.

§. 1. Suprà diximus, quòd statio 7. Vasorum in 7. Numerationibus fractis talis fuerit juxta intentionem intendentis, ut subter se invicem starent, & non sub mysterio bilancis, quò frangi possent & in mundo fieret bonum atque malum. Item quòd nullum fuerit spatium inter illas, ut ipsis fieri potuisset Lux ambiens ab illa luce, cui prævalere non poterant; unde etiam confractæ sunt, ortusque est status Mundi Inanitatis.

Causa fracturæ Vasorum. Origo mali ex confractione Vasorum.

§. 2. Dicit autem Scriptura Gen. 36, 33. &c. *Et regnavit sub eo, & mortuus est.* Id est: Ex eo, quòd Rex unus sub alio esset, exorta est mors eorum, atque confractio, & nota voculam, *sub eo.*

§. 3. Et si dicis: Quare Benignitas accepit omnem Influentiam illam, cùm tamen sciret, quòd illam non posset sufferre: Et sic etiam Severitas, quamvis videret, quid accidisset Benignitati: Et sic etiam de cæteris. Sciendum

Cur Chesed, Geburah &c. plus acceperint de influentia, quam sufferre poterant?

dum tibi eſt, quòd Benignitas cogitaverit, ſe, cùm Benignitas eſſet & vas haberet tenue, ſuſtinere poſſe omnem illam Influentiam; præſertim cùm videret, quòd Intelligentia uno gradu ſe ſuperior, in qua tamen aliquid judicii eſſet, (judicia enim ab illa excitantur, unde illi quoque tribuitur Nomen הויה cum punctos אלהים) nihilominus prævaleret omni illi Influentiæ, quamvis etiam principio Emanativo eſſet propior: Ob has igitur cauſas putabat fore, ut ipſa quoque ſupportare poſſet influentiam ſicut Intelligentia: Unde poſtmodum fracta eſt.

§. 4. Severitas etiam, quoniam Vas ſuum aliquantò turbidius erat, eò quòd judicium in ea eſſet, imò ipſa quoque remotior erat quam Benignitas, fore putabat, ut ſufferre poſſet. Sed frangebatur.

§. 5. Sic & Pulchritudo, quoniam in ipſa erat Judicium & Miſeratio, imò ipſa quoque remotior eſſet, idem putabat: Sed fruſtrà. Sic victoria ob longinquitatem ſuam & quòd Benignitatem contineret, idem volvebat animo, ſed fruſtrà. Gloria autem idem cogitabat quod Severitas.

§. 6. Et quamvis rationes earum ut ita cogitarent, non eſſent ſufficientes, quoniam trium priorum ſpatium amplum valde erat, eò quòd jam gravidæ eſſent reliquis Numerationibus, quod ita non erat in 7. poſteriorib. Quin etiam cauſa differentiæ inter utrasque fuit Lux ambiens, quemadmodum ſuprà diximus: Nihilominus tamen appetitus eorum usque adeò magnus fuit ad ſuſcipiendam hancce influentiam.

Explicatio. §. 7. Hoc eſt illud deſiderium, quo ſupera & infera frui deſiderant luce illa, ſicut anima quæ relinquit corpus & perſequitur Lucem Schechinæ ſub articulo mortis, juxta illud Cant. 1, 4. משכני אחריך נרוצה *Trahe me poſt te, curremus*; quarum Vocum literæ initiales efficiunt אמן quod per Gematriam eſt יאהדונהי quibus denotatur unio Copulæ inter Seir Anpin & uxorem ejus.

§. 8. Hinc quælibet Sephirah pro ſe ipſa accipiebat rationem illam, quæ in dicto textu Gen. 36, 33. &c. *Et regnavit ſub eo*. Quælibet enim omnino volebat regnare ex argumento vocis, *ſub eo*; erant enim ſubter ſe invicem: Cui accedebat diſtantia à Principio Emanativo, unde à Luce magis diſtabant, putantes, ex cauſa diſtantiæ fore ſibi durationem, ut poſſent permanere. Et diſtantia illa quidem proderat ad tempus, ut conſtitui poſſent ætates Mundi Inanitatis: Quælibet enim harum 6. Numerationum regnabat per 150. generationes Benignitatum, & 150. generationes Severitatum, ut paulò pòſt dicam. Nihilominus tamen nulla ſubſiſtebat, ſed moriebatur vi ipſius argumenti de voce, *ſub ipſo*, deſumpti: Quamvis enim dicerent: Lux eſt remota, fortè propter iſtam diſtantiam poterimus illam ſuſtinere: Sed nulla poterat illuminationem illam perferre, unde moriebantur.

§. 9. Sed Fundamentum putabat, quoniam portionem dederat Regno & In-

& Influentia ampliùs non tam magna erat, adde quòd vas ejus crassius esset & remotius, quam cæterarum, se substiturum; sed hoc ipsi non proderat nisi tempore exiguo, ut suprà diximus.

§. 10. Malchuth autem haud quicquam accipiebat, nisi quod ipsi dederat Fundamentum, quæ erat portio ejus. Si autem objicis; cùm hæc esset portio ejus, quare comprimebatur? Respondetur: Quòd eodem momento cùm Fundamentum ipsi daret portionem ejus, statim etiam acceperit influentiam reliquam, unde destruebatur ita ut eodem momento, quo in illam subintraret portio sua, medietas prima illius intraret contecta, & medietas ultima ipsi aperta accederet; & hæc portio aperta extendebatur, ut illam illuminaret intrinsecus & extrinsecus: unde comprimebatur, non autē frangebatur. Cùm autem frangeretur Fundamentum, descendebat supra ipsam tota influentia vice una, unde sic incalescebat, ut funderetur & comprimeretur, fieretque sicut mola uterina. Idque id.ò, quia Vas ejus turbidius erat, unde destruebatur. Et hæc est destructio illa, de qua dicitur in Libro Modestiæ. Quare Vas Malchuth fuit compressum? Vas Malchuth extinctum, non vero fractum.

§. 11. Sed non frangebatur, quoniam duo competunt Regno præ cæteris: unum quod acciperet à vase fracto id quod reliquis 6. punctis non accidebat, quippe quæ omnia influentiam suam accipiebant ab Intelligentia: Et deinde quod non haberet nisi portionē unam tantum de radio sub mysterio Regni divisi: Nam sic etiam dividebatur Regnum domus Davidis: Et non accipiebat totum radium sicut reliqua. Notum autem est, quòd magnitudo radii ab Intelligentia protensi in puncta cætera causaretur fractionem illorum.

§. 12. Cum autem Malchuth non acciperet à vicino sibi Fundamento nisi quantum sibi sufficeret, quare non permanebat cum portione sua? Cæteræ enim plus acceperant quam ipsis debebatur & simul impletæ erant omnibus iis, quæ & inferioribus necessaria essent: id quod non accidebat Regno, quippe quod una vice non accipiebat totum radium: Quare ergo non persistebat cum portione sua, præsertim cùm ipsi competeret, ut regnaret? Sed ita se res habet, sicut suprà diximus. Cùm enim Fundamentum Regno dare vellet radium penes se depositum, non dabat illum per modum canalis, prout debebat, sed jam cùm fractum esset Fundamentum, & deinceps portio ejus sursum elevata esset in viscera Intelligentiæ, ecce tum quicquid superat reliquiarum è deciduis ejus & ipsum accedebat, ut portionem Regni velocissimè deorsum propelleret, unde Lux violenter detegebatur, & extrinsecus super ipsum augebatur, nec ipsi adveniebat per modum canalis vel tubuli, sed lux detecta descendebat, unde extinguebatur & destruebatur pariter, ut deinceps ipsi vires non essent aliquid faciendi vel progenerandi generationes, sicut prius fecerat, cùm primam tantum haberet portionem. Cur Malchuth non permanserit cum portione sua. Causa extinctionis Vasis Malchuth. Malchuth desinit generare, & unde

§. 13. Tum enim generaverat 26. generationes. Sed non frangebatur sicut cæteræ: Ratio est, quia de eo non dicitur in Lege Gen. 36, 39. Et mortuus

tuus est, sed scriptum est: *Et regnavit Hadar*, quod est mysterium alterius loci; Lev. 23, 40. *Fructum ligni Hadar sive decoris*, quod est אתרוג malum Citrium, symbolum Regni. Non autem dicitur: Et mortuus est. Sed in Libro Chronicorum dicitur 1. Paral. 1, 50. *Et mortuus est Hadad*, quod est mysterium destructionis illius de qua in Libro Mysterii. Porrò quoque ibi scribitur Hadad per Daleth, quod habet significationem clamoris celeusmatis & de eo dicitur in Propheta Jeremia super quo pax, Jerem. 25, 30. *Rugiet celeusma velut calcantium.* Et ideò dicitur in Scriptura Ps. 34, 19. *Propinquus est Dominus contritis* לב *corde*, quæ sunt 32. semitæ Elohim, quæ delapsæ sunt: *Et attritos* רוח *spiritu &c.* iste est Seir, qui vocatur spiritus, & quia attriti sunt deorsum, sunt lumina interna: *Servabit*, ut elevet eos, vel fragmenta ejus cum guttis, ita servabit eos. Resurgent enim fragmenta sub mysterio Restitutionis mortuorũ. *Mala multa justi*, quamvis habuerit aliquantulum plus vitæ, nihilominus fractus est. *Et ex omnib. eripiet eum Dominus*; restitutus enim quoque est. *Custodit omnia ossa ejus*, nempe τȣ̃ Seir in Mundo Inanitatis, ne decidant luces internæ in locum lapsus fragmentorum vasorum quod absit! in Mundum Asiah, ut oporteat quod absit! omnia redire ad nihilum & inane, עצמותיו *Ossa ejus*: alludit ad mysterium עצמות Ipseitatis & Vasorum, quæ sunt Luces internæ 6. Numerationum, quorum Vasa fracta sunt, sed *Unum ex eis non confractum est*, sed tantum destructum est, ut non amplius haberet formam vasis.

Mysterium Hadar & Hadad. *Mysterium* עצמות *in Malchuth.*

§. 14. Deinceps autem in Mundo Restitutionis hinc facta est Persona integra, quoniam non accepit lucem totam, sed illam tantum portionem, quam acceperat Fundamentum pro deposito ejus.

Malchuth Persona integra in Mundo Tikkun.

CAP. XXVI.

§. 1. Nunc scias, quòd Influentia hæc quæ descendit in 10. Numerationes Mundi Inanitatis sit mysterium multiplicationis literarum, quæ prodierunt desuper de Mundo Vestimenti: Et quia Lux Infiniti eisdem adhærebat, quæ fine caret, hinc & literæ quæ veniunt de luce vestis ejus, infinitæ sunt: Et literæ radicales multiplicabantur, & plenè exarabantur à plenitudinibus suis primis usque in infinitum.

Influentia omnis profecta ex multiplicatione literarum in Mundo Vestimenti.

§. 2. Et illæ literæ dilatabantur intra spatium Sphæricum vasis Numerationum, ubi includitur Lux interna, donec cogerentur redire in seipsas atque comprimi, usquedum multiplicatio Lucis & Influentiæ literarum dispergeretur, & singulæ à se invicem separarentur, & fragmenta eorum deorsum laberentur.

Dilatatio literarum in Sphæra vasis Numerationum.

§. 3. Et ex illis facta sunt judicia & scoriæ, quæ non poterant mundari & mitigari per inprægnationẽ in Matre: Et factæ sunt aquæ turbidæ, si ita dicere licet, & projectæ sunt deorsum, & invenerunt corpus Serpentis idoneum, quod acciperet ea. Et ex iis facta sunt nomina impuritatis & præstigiarum Adami Belial.

Ex fragmentis vasorum orta sunt omnia mala.

§. 4.

§. 4. Sed Lux interna sursum abiit in viscera Intelligentiæ, quæ cùm illam non posset retinere, tradidit illam Sapientiæ, quæ nec ipsa illas luces sustinere poterat, adeoque findebatur ad analogiam tritici easque deorsum mittebat, ut iterum redirent ad Intelligentiam: Quæ etiam diffindebatur ad analogiam hordei. Ergo secunda vice delabebantur ut facerent vestigium 7. Numerationum in Mundis, sicut ipsa quoque fragmenta: Sed non descendebant intra Asiam, ne fortè adhærerent, quod absit! fragmentis Vasorum suorum.

Mysterium diffissionis hordei & tritici.

Luces internæ prohibitæ sunt descendere in Mundum Asiah.

§. 5. Innuebat ergo Æn Soph τῷ Arich, qui pedibus suis pertingebat usque ad finem Tehiru splendoris, qui erat locus, ubi fragmenta vasorum; ut conduplicaret pedes suos & elevaret luces internas de Jezirah sursum in Aziluth post structuram Patris & Matris, sicut infrà dicam.

Luces internæ elevatæ de Mundo Jezirah in Mundum Aziluth.

§. 6 *Et quamvis nullam adhuc fecerimus mentionem de Arich vel Patre & Matre*, ita ut hæc nondum videantur fuisse constructa: nihilominus *scribendum* mihi est, sicut res est, ne aberret Contemplator &c.

Cap. XXVII.

§. 1. Suprà jam diximus de literis, quas accepit aër primus & Adam Kadmon, & Tehiru sive Splendor. Relictæ ergò sunt de illa influentia in Tehiru $\frac{m}{45}$ myriades literarum, juxta mysterium Nominis מה in Mundo Vestimenti, quod demisit influentiam hanc.

In Tehiru 45.m. myriades literarum relictæ.

§. 2. Et ex istis $\frac{m}{45}$ myriadibus literarum intrabant intra Coronam $\frac{m}{18}$ myriades literarum, & $\frac{m}{27}$ myriades, quæ superant de illis $\frac{m}{45}$ myriadibus suprà dictis, contegebant Coronam sub mysterio Lucis ambientis.

18. m. myriades literarum constituunt lucem internam Vasorum: & 27. m. ambientem.

§. 3. De $\frac{m}{18}$ myriadibus autem, quæ subintrarant intra Coronam, Corona Sapientię dabat $\frac{m}{12}$ myriades literarum; quę ita dividebantur, ut $\frac{m}{4}$ myriades intrarent in Sapientiam ipsam, & $\frac{m}{8}$ reliquę superintegerent ipsam tanquam Lux ambiens.

§. 4. De illis $\frac{m}{4}$ myriadibus, quæ in ipsam ingressæ erant, illa retinebat mille myriades pro se ipsa & $\frac{m}{3}$ myriades dabat Intelligentiæ.

Partitio ulterior myriadum in Chochmam & Binam.

§. 5. Quæ & ipsa unum de his, nempe mille myriades retinebat pro se ipsa & cæteræ $\frac{m}{2}$ myriades fiebant ipsi Lux ambiens, ita ut intra Intelligentiam essent mille myriades literarum de Influentia, quæ descenderat post confectionem vasorum è medietate literarum Nominis Tetragrammati סג quæ sunt literæ יה denotantes anterioritatem, & de Nomine בן quod denotat posterioritatem.

§. 6. Et ex illis mille myriadibus literarum Intelligentia dabat τῷ Seir 140. myriades literarum; quarum 60. debebant esse Lux interna in omnibus 7. Numerationibus; & 80. de illis debebant esse Lux ambiens. Omnes autem reliquas de mille illis myriadibus Intelligentia secum retinebat, quæ sunt 860. myriades reliquæ, juxta numerum אלהים decies sumtum, qui per Gematriam est תלתל cincinni, juxta illud Cant. 5, 11. *Capilli ejus crispi sunt* תלתלים.

Intelligentia concedit τῷ Seir 140 myriades literarum.

Gem. in אלהים decies sumtis & in תלתל

Binah concedit τῷ Chesed 140 myriades literarum.

§. 7. Illæ 140. autem, quas Intelligentia dabat Benignitati, omnes ſimul adveniebant, quoniam Benignitas omnes volebat accipere intra ſe ceu Lucem internam; non enim erat locus pro ambientibus, ſicut explicuimus ſuprà: Et propterea illas non poterat ſupportare, unde frangebatur.

60. myriades literarum distributæ ab Intelligentia in 7. reliquas.

§. 8. Illæ porrò 60. quæ debebant eſſe Lux interna, ſic erant diſtribuendæ inter 7. Numerationes reliquas ultimas, ut quælibet accepiſſet novem, excepto Regno, cui poſt reſtitutionem non competiiſſent niſi ſex, ut infrà dicam. Sexies autem novem ſunt 54. quæ eſt portio ſex Numerationum, quibus ſi accedunt 6. quæ ſunt portio Regni ſub myſterio 6. graduum throni, tum oritur numerus pro omnibus 60. myriades

Sex Numerationum inferiorum potentia aſſumendi adhuc unam myriadem.

§. 9. Porrò ſciendum eſt, quodvis è vaſis ſuprà dictis capax fuiſſe adhuc alius myriadis ultra portionem ſuam, ſi habuiſſet ambientem: Quælibet enim conſtabat è decade; unde patet, quòd myrias una cum illis novem myriadibus ſuprà dictis, quæ deputatæ erant pro portione ſex Numerationum ſuprà dictarum, efficiant 10. myriades pro qualibet illarum ſex Numerationum.

10. myriades relictæ pendentes in aere, & cur.

§. 10. Et proinde Benignitas reſpectu 10. myriadum, quæ ipſi debebantur, cùm frangeretur, vocabatur Vas integrum, quæ eſt Lux interna aliquando reſtituenda per Patrem & Matrem: & vocatur integrum pro uſu Lucis ſuæ internæ, quæ debebat eſſe 10. myriades, cùm tamen primùm ipſi non eſſent niſi novem: Et cum myriade decima perficiebatur, ut poſtmodum reſtitueretur. Et hæc eſt ratio, quare iſtæ 10. Myriades relinquerentur in aëre in loco, ubi primùm erat Benignitas, & non deſcenderent, ſed relinquerentur pendentes in aëre: ita ut cùm intrarent in Severitatem, eſſent 130. myriades. Unde Severitas ipſas ſuſcipiebat, putans ſe illas poſſe ſuſtinere, quoniam 10. myriades relictæ erant in loco Benignitatis extra ſeſe.

Myſterium literæ Zade.

Myſterium Leah & Rahel.

חי Myſterium Fundamenti.

§. 11. Sic quoque in loco Severitatis 10. Myriades aliæ relinquebantur pendentes in aëre, & cæteras proinde ſuſcipiebat Pulchritudo: & ſic porrò uſque ad Fundamentum. Fundamentum autem putabat: Jam deficiunt 50. ita ut de 140. tantum ſuperſint 90. de quibus 10. ad Regnum veniunt; Ergo 80. myriades reliquas ego mecum retinere potero. Sed nihilominùs frangebatur cum reliquis. Et propterea in litera צ quæ aſſignata eſt Fundamento, plenitudo conſtat literis די ad denotandum 90. myriades literarum, quæ intrarunt in Fundamentum, denotante hæc litera fundamentali, & 4. myriades, quas Regno dabat ultra portionem ipſi debitam poſt reſtitutionem, quoniam minuebatur & decreſcebat punctum ejus, & Sanctus ille Benedictus dicebat ad ipſam: Abi & diminue te: & tunc facta eſt myſteriũ Leah & Rachel. Porrò ibi denotantur 10. myriades, quas Regno dabat: Hæc ſunt די plenitudo literæ Zade. Et propterea Fundamentum vocatur חי quæ ſunt 9. myriades debitæ ipſi, & 9. myriades debitæ Regno, quas dedit illi. Unde numerus חי vivus in ſecula.

Cap.

Cap. XXIIX.

§. 1. Nunc sciendum quoque est, quòd Influentia interna, nempe 10. illæ myriades pro qualibet Numeratione, quæ in aëre relinquebantur, statim post factam confractionem sursum ascenderit cum literis fundamentalibus ipsius Vasis omniq; luce, quæ debebat ambire, sed non ambiebat propter defectum spatii inter Numerationes istas, ut dictum suprà. Ista lux quæ debebat fieri ambiens, descenderat deorsum, donec per illam peracta esset compressio Regni, ut fieret sicut mola. Tunc exibant ex illo omnes literæ Influentiæ internæ, sursumq; ascendentes in viscera Matris intrabant cum literis fundamentalibus Vasis suprà dictis. Ita ut cùm ascenderent literę Lucis ambientis, & ingrederentur in viscera Matris, ipsa Mater jam esset diffissa à Luce interna, quæ in illam intraverat. Ascensus Influentiæ internæ cum literis fundamentalibus post factam confractionem. Compressio Regni unde. Binah diffissa & unde.

§. 2. Et scito, quòd dispersio Regni non totalis dispersio fuerit: Nam adauctum est iterum pedetentim propter 4. myriades, quæ illuc intraverant ultra portionem ipsi debitam, quasque Fundamentum ipsi dederat. Et propterea ipsum non erat idoneum, ut acciperet intra se influentiam reliquam; quæ ab extrà ipsi adveniebat, unde destruebatur, ut amitteret formam Vasis. Et quoniam destruebatur, & ex ipso prodibant 10. myriades Influentiæ, hinc & literæ fundamentales Vasis ejus cum iis ascendebant intra viscera Matris. Destructio Regni unde, & unde literarum ipsius Fundamentalium ascensus.

§. 3. Et mox cùm finderetur Mater, ex illa delabebantur decidua, quæ sunt literæ Lucis influentiæ internæ. Et deinde in viscera Matris etiam ascendebat Lux ambiens, sicut diximus. Decidua Matris unde.

§. 4. Et si dicis: Quomodo intravit in viscera Matris Lux ambiens, cùm esset Lux interna nona? Nempe quoniam priùs fuerat ipsius Lux interna, hinc iterum intrabat in locum originis suæ. Causa regressus Lucis ambientis in Viscera Matris.

§. 5. Sed objicies: Si Mater erat diffissa & ex illa delapsa erant decidua, quomodo potuit recipere istam Lucem ambientem? Respondetur per simile mundanum de tritico & hordeo, quorum spicę diffissę sunt secundùm longitudinem. Triticum ergo correspondeat Patri & hordeum Matri. Hinc scies, quòd fissuræ Patris nunquam iterum coaluerint, sicut apparet in tritico, ubi fissuræ introrsum penetrant intra triticum; Ratio est, quòd fissura hæc fuerit quasi Fenestra, ex qua prodit Lux pro omnibus Mundis, & omnes mundi opus habēt Luce ista. Et propterea in templo Fenestræ prospectus erant angustæ, sicut fissura tritici ab intra, & latę ad extrà. Sed Mater etiam quidem findebatur, & ex illa prodibant decidua; si d iterum coaluerat, & tantum vestigium fissuræ in illa relictum erat, sicut in hordeo est vestigium fissuræ, sed non penetrat ad interiora. Idcircò poterat recipere intra se lucem hanc ambientē. Mysterium tritici & hordei, usurpatū pro enodatione causæ, cur Lux ambiens recipi potuerit à diffissa Matre.

§. 6. Et scito, quòd Lux interna omniū 7. Numerationum posteriorū, quę erāt 70. myriades literarū, fractis vasis suis sursum ascēderit eò usq; donec intraret 70. myriades literarum

ascensus in visceraMatris post contractionem Vasorum, abhinc in Coronam, & dehinc in Patrem

intraret in viscera Matris: Et Mater cùm illas videret ascendere, dilatabat ipsis locum intra se, ut possent ascendere usque ad Coronam. Corona autem illas nolebat recipere, eò quòd jam compactæ essent: descendentes ergò iterum intrabant in patrem, & ille eas retenturus erat intra se; sed non poterat, & findebatur. Et 70. illæ myriades literarum, quæ erant Influentia interna, exibant ex eo. Et è fenestra hujus fissuræ, Luces quotidiè prodeunt, & jugiter illuminant omnes mundos. Omnes enim Mundi illis opus habent. Et luces istæ vocantur decidua, quoniam similes sunt deciduis illis, quæ quotidie sensim de arbore decidunt.

Decidua Lucis.

Fissio Matris.

§. 7. Cùm autem exirent è Patre, intrabant in Matrem, quæ cùm videret ipsas descendere, eas intra se retinere volebat; sed non poterat, & pariter ipsa quoque findebatur, & prodibant ab ipsa 49. myriades literarum de illis, quæ sunt de septem Numerationibus fractis, & sunt septies septem, id est, 49. In Intelligentia autem remanebant ter septem, quæ sunt 21. myriades literarum, quæ missæ erant sursum ad restitutionem Coronæ Sapientiæ, *Intelligentiæ*, quod est mysterium constitutionis trium Capitum: Et est numerus אהיה. Arich autem, qui continet 3. capita, vocatur אהיה quoniam Ipse est Intelligentia Coronæ. Et decies אהיה erant, quibus fiebat restitutio per exilium Ægyptiacum: Quæ per Gemetriam sunt רדו 210: Et hæc sunt etiam ter 70. Nam quilibet septenarius constabat è decade, unde 70: Sub mysterio trium Capitum autem sunt ter 70. nempe 210 anni exilii Ægyptiaci, quod in Capite erat, ut notum.

70. myriades literarum, distributæ in 49 & 21.

210 anni exilii Ægyptiaci.

Cap. XXIX.

De 21. myriadibus literarum tres Personæ factæ.

§. 1. 21. Myriadibus literarum relictarum innuebatur, ut abirent in Coronam, quò efficerent personas trium Capitum, quæ sunt Corona Coronæ, Sapientia Coronæ & Intelligentia Coronæ. Et illæ literæ ascendebant in Coronam per Sapientiam: Unde patet, tres Personas Coronæ factas esse de illis 21. myriadibus suprà dictis.

Mysterium trium Capitum.

§ 2. In Corona autem priùs erant ceu Lux ejus interna $\frac{m}{18}$ myriades; cùm autem conficerent tria Capita supra dicta, illæ 21. myriades jungebantur cum $\frac{m}{18}$ myriadibus, ita ut cùm 21. myriades usque ad summitatem Coronæ, quæ Sphæræ habebat formam, 21. cum 18. jungerentur & cum literis Vasis Coronæ ipsius: Et literæ illæ de forma sphęrica immutabantur in formam personæ, cujus symbolum est bilanx, quæ erat Mas & Fœmina, sicut dicitur in Libro Mysterii. Sapientia hinc, Intelligentia illinc, & Corona supra eas: Sic Benignitas hinc, Severitas illinc, Pulchritudo infra eas, & sic בהו; Atque sic constituebatur Bilanx, in illa enim una Lanx hinc, altera illinc, & lingula in medio, unde demonstratur, quòd 21. myriades cum $\frac{m}{18}$ myriadibus junctæ fuerint,

Bilanx.

Ros intra cranium τȣ̃ Arich.

fuerint, quorum numerus efficit טל 39. hic est טל ros trium Capitum: Ros nempe crystallinus reconditus intra cranium τῦ Arich continentis tria Capita.

§. 3. Scito etiam, quòd in יו myriadibus sint literæ Alephin sicut in Seir, in quo Nomen יהוה est cum plenitudine Alephin hoc modo: יוד הא ואו quæ efficiunt טל 39. Et propter hanc similitudinē Corona vocatur Seir respectu Tehiru: Et Tehiru vocatur Intelligentia; Adam Kadmon vocatur Sapientia, & Avir Kadmon Corona: ita ut Corona sit loco Seir. Corona est Seir.

§. 4. Quamvis istis & alia sit analogia multò elevatior, sicut invenitur in Soar Sect. Trumah, unde colligitur, quòd Avir Kadmon cum omnibus, quæ in eo sunt, habeat notionem Regni respectu Gliphu sive sculptionis, quod est mysterium Æn Soph circumdati, & vocatur Gliphu & vestimentum ceu Seir. *Nec licentia* nobis est supra hæc loqui. Avir Kadmon sub notione Regni. Gliphu τῦ Seir.

§. 5. *Et in* Seir Coronæ exaratum est nomen כוזו quæ efficiunt טל 39. Gem. כוזו & טל

§. 6. *Imò* hoc & in mundo Restitutionis sculptum est in tribus capitibus; Sed Fundamentum ejus est in Tiphereth capitis ejus, quod ignoratur; hæc enim est dispositio tertia de 7. dispositionibus cranii Capitis τῦ Æn, quę sunt גטקמשעח. Cranium, Ros, Membrana, Frons, Capillus, Oculus, Nasus. Et טל Ros iste, de quo diximus, descendit super caput Patris, & super Caput Seir, sicut scriptum est Cant. 5, 2. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum plenum est* טל *rore*. Et iste est ros, quo Sanctus ille Benedictus resuscitaturus est mortuos, sicut scriptum est Jes. 26, 19. *Quia ros luminum ros tuus.* טל locum etiam habet in Mundo Tikkun; & fundamentum ejus.

§. 7. Duo autem rores sunt, Ros Macroprosopi, & Ros τῦ Seir, de quibus alibi. Ros duplex.

Cap. XXX.

In quo exponitur Mysterium 974. Generationum.

§. 1. Jamque magnum tibi revelabo Secretum de mysteriis summis, quæ in Lege. Quoties in Idra sancta magna atque parva mentio fit mille Mundorum, & *similium* numerorum, tum notandum, quod in quolibet Mundo tali per se radicatæ sint 60. myriades animarum, quibus descendendum est in Mundum Briah, in quo locus est animarum, ex quo Adam primus peccavit. Mille mundi, quorū quisque comprehendit 60. myriades animarum.

§. 2. Quodlibet autem nomen distribuitur in numerum 1000. mundorum; Quicquid enim deorsum vergit, in partes dividitur juxta mysterium numeri sui: Et ex illo prodeunt mille generationes: Et in qualibet generatione sunt 60. myriades animarum; Et quoniam prodeunt de unitate nominis unius, ideò sociatæ sunt in numero millenario. Descensus animarum in Mundum Briah.

§. 3. Omnes autem prodeunt ex Arich Mundisque ipso superioribus. Et hoc Mille mundorum origo

Generationes justorum & impiorum.

hoc ipsum est quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Sanctus qui benedictus sit! construxit mundos & destruxit eos. Hoc est mysterium generationum justorum, quæ reconditæ sunt in visceribus Matris; & impiorum, qui destructi sunt, & delapsi in profunda devastationis & corticum.

Mundus animarum de parte Chasadim, & de parte Geburoth.

§. 4. Et sciendum, quòd Mundi illi, qui destructi sunt, sunt vasa, quæ sunt confracta. Quàm primùm enim regnaret Benignitas, statim in ea creabatur Mundus quidam consistens è bis sexaginta myriadibus animarum; nempe ut 60. myriades animarum essent de parte Benignitatum, quæ in illa; & 60. myriades aliæ ex parte Severitatum, quæ in illa.

Numerationum Generationes.

§. 5. Revera autem quælibet Numeratio 150. generationes habebat, excepto Regno, quod non constituebat tot generationes, sicut dicam. Quælibet autem Generatio constat 60. myriadibus animarum. Unde patet, quod ex parte Benignitatum fuerint mille generationes, sicut dicam: Et ex parte Severitatum tantum 974. generationes. Quæ omnia perspicuè explicabo.

Animarum Jezirathicarum conditio.

§. 6. Sed animæ illæ non erant tam crassæ sicut nostræ, ipsisque creata erant corpora pellucida, quæ non tam materialia erant, ut nostra.

Impiorum generationes.

§. 7. Et de illis, qui erant ex parte Severitatum, prævidebat Sanctus ille qui benedictus sit! quod futuri essent perfectè impii, superantes generationem diluvii, & generationem divisionis, & Sodomæ. Quòd si addantur 26. illæ generationes à creatione Mundi usque ad promulgationem Legis, tunc cum illis 974. completur millenarius generationum, sicut alibi dicam. Hæ sunt 974. generationes, de quibus Scriptura Job. 22, 16. *Quæ succisæ sunt, & non erat tempus. Fluvius diffusus est in fundamento eorum.* Nam ex igne, qui est grave Judicium, prodierunt; & ignis gravis devorabit eos. Et plantavit eos Sanctus ille, qui benedictus sit! per omnes generationes; nempe mittit illos in Mundum hunc per omnes generationes, ut restituantur. Et hi sunt illi, qui obfirmata facie sunt in generationibus. Et isti abeunt in revolutionem brutorum, & pudore carent, juxta mysterium inanimatorum; vegetabilium, viventium & loquentium, de quibus alibi.

Mundi Severitatum omnes impii.

§. 8. Et isti Mundi Severitatum tantum 974. generationes erant, quas cōdere animo volvebat; sed non creabantur simul, quoniam omnes erant mali admodùm. Sed mitigatiores & meliores inter eos erant 26. generationes intercedentes inter Adamum & Mosen Magistrum nostrum bonæ memoriæ, omnes autem mali erant coram DEO admodum supra generationem diluvii, & dispersionis & Sodomæ.

§. 9. Et illi sunt Mysticū illud Gen. 36, 31. *Et isti sunt Reges, qui regnarunt*

Origo 974. generationum.

§. 10. Et jam monstrabo tibi, quomodo fuerint 974. generationes & non plures. Scito ergo quòd in mundum Inanitatis, qui est Mundus Punctorū, intravit Lux ex יה Nominis מב, sicut dictum est: Hæc enim est Influentia illa quæ impellebat Vasa confracta. Nam literæ reliquæ jam ministrabant &

perage

peragebant ministerium suum. Et quoniam literæ istę erant Benignitates magnæ respectu Benignitatum illarũ, hinc Severitates admodùm duræ apparebant ob obsignem gradum Benignitatum. Et quamvis hoc in loco, nempe in Mundo Vestimenti, Severitates planè non appareant; nihilominus cùm descenderunt, Severitatum nomen habent, & respectu Benignitatum Severitates apparent duræ admodum. Et hęc omnia dicuntur de luce interna & ambiente; multò magis Vas ipsum, quod factum est sub mysterio Lucis redeuntis, sicut suprà diximus, Severitas Severitatum erit. Et propter multitudinem Influentiæ Benignitatum & Severitatum Mundi suprà dicti non poterant permanere & subsistere; Nimirum 7. Numerationes, quæ frangebantur.

Origo 150. generationum.

Origo 60. myriadum animarum. 60. myriades istæ sunt generatio una.

Cur 150. generationes non sint in omnibus Numerationibus fractis.

Cur 26. generationes desint de complendo millenario.

§. 11. Et quoniam omnes Mundi de 10. Numerationibus suprà dictis constabant è decade, & quælibet portio è 10. illis coaluerat cum יה 15. quippe è quibus illis adveniebat Lux vel vita, & emolumentum; hinc si singulas portiones decadis per 15. multiplicas habes 150. Hinc proveniunt 150. Numerationes; & quælibet Numeratio constat è 60. myriadibus animarum de parte Severitatum. Et quoniam sicut tibi jam dixi, omnis Numeratio quadrata est, quoniam sunt è virtute Nominis Tetragrammati; & virtus Nominis Tetragrãmati sunt יה suprà dicta; hinc si 15. multiplicas pro 4. prodeunt 60. quæ sunt 60. myriades animarum, quæ vocantur דור Generatio una. Unde patet, quòd in unaquavis de Numerationibus fractis sint 150. generationes ex parte Severitatum. Unde in omnibus 7. Numerationibus suprà dictis meritò debebant esse 150. generationes: Sed quoniam Fundamentum essentiæ Regni tantùm provenit de litera Jod, quæ est Sapientia (sicut dicit Scriptura Proverb. 3, 19. *Dominus per Sapientiam fundavit terram:* Nam Sapientia est Jod, & Terra est Regnum) hinc in illo deficit He de literis יה constans è decade, quæ sunt 50.; unde ipsi non remanebant nisi centum generationes: Et juxta hunc numerum debebant esse 1000. generationes impiorum ex parte Severitatum: Sed quoniam Regnum, postquam fundamentũ ipsi dederat portionem debitam de Influentia, subsistere poterat & permanere juxta numerum 26. generationum, quem refert numerus Nominis Tetragrammati (& revera illa portio, quam Fundamẽtum ei dedit, omnis est hoc ipsum Tetragrãmaton) hinc illę 26. generationes nõ cõputabantur cum numero reliquarũ 974. generationũ impiorum; istę enim mitigatiores erant, & optimę ex illis de parte Benignitatum in Severitatibus; & Nomen Tetragrammaton mitigaverat eas in numerum 26. generationum tantùm juxta numerum suum, & procreabantur in Mundo Restitutionis ab Adamo primo usque ad Mosen Magistrum nostrum, super quo pax! generatione generationem subsequente, ita ut ne una quidem deficeret: id quod in 974. generationibus non contingebat, quippe qui erant perfectè impii: Quòd si enim Sanctus ille qui benedictus sit! in Mundo Restitutionis procreasset generationẽ inte-

Mille mundorum procreatio cur fuerit successiva.

grum, subsequentibus sese ita invicem generationibus, tum sanè Mundi destructi fuissent, quod absit! ideoque procreati sunt seorsim singuli in qualibet generatione unus, & iterum unus tantum. Et hi sunt illi, qui obfirmata facie sunt in generatione hac vel illa. Et si mitigatiores inter illas, quales fuerunt generatio diluvii & dispersionis, & Sodomæ usque adeò fuère impiæ, quantò magis de 974. illis generationibus dicendum erit.

Cur destructæ fuerint 974. generationes, salvis manentibus illis 26.

§. 12. Et propterea in visceribus Matris reconditæ sunt 26. generationes cum mille generationibus purorum, è quibus facti sunt Angeli Restitutionis, sicut alibi dicam: Unde non destructæ sunt de generationibus dictis, nisi 974. tantum; quoniam 26. generationes puræ erant, eò quòd essent de subsistentia & permanentia Regni de portione illa influentiæ, quæ ipsi data erat à Fundamento.

Locus 974. generationum.

§. 13. Illæ verò 974. generationes suprà dictæ tales erant, quæ ipsi non proderant. Unde patet, quòd è Regno exierint generationes vastationis, quæ delapsæ sunt in profunda corticum, è quibus Sanctus ille, qui *benedictus sit*, quotidie elevat, de inanimatis, vegetabilibus, animantibus & loquentibus, sicut alibi dicam.

Locus diversus 26. generationum, ut & 1000. purorum.

§. 14. Sed generationes stabilitatis & permanentiæ reconditæ sunt cum illis mille generationibus purorum, & non delapsæ sunt deorsum, cum cæteris, quoniam mitigatæ erant à Nomine Tetragrammato suprà dicto, erantque Benignitates Severitatum suprà dictarum, propterea non ingrediebantur societatem illarum, quamvis creatæ erant simul.

Cur 26. generationes sint, nec plures nec pauciores.

§. 15. Sed & alia datur ratio, quare sint 26. generationes, nec plures, vel pauciores: Scito enim, quòd Fundamentum sit Joseph, de quo dicitur Gen. 41, 36. *Et cibus erat in depositum pro terra*, quæ est Regnũ: Et hæc est portio illa, quam ipsi dabat ceu depositum: Et portio illa erat sub mysterio He superni in Tetragrammato, quam acceperat ab ipsa Intelligentia per prospectum de Fenestra, ne Regnum frangeretur: Hinc Influentia illa erat sub mysterio Quinarii, unde Fundamentum ipsi dabat quintam de centenario, quæ sunt 20. Et quoniam, cùm Fundamentum Regno hanc daret portionem, hoc perfectum erat, ut non frangeretur amplius, hinc Vav parvum (quod est Fundamentum, sicut in Sohar multis in locis dicitur) designabatur in Regno: hinc hoc vestigium literæ Vav stabiliebat 6. generationes, unde portio illa de stabilitate ipsa erat 26. generationes: Quoniam nondum fracta erant Fundamentum & Regnum, unde vocantur generationes stabilitatis & permanentiæ. Postquam autem destructa essent, etiam generationes vastationis habebant. Sed sic 6. tantum generationes competunt Fundamento, eò quòd illud est sexta inter Numerationes fractas.

Quare 974. generationes

§. 16. Hic a. nõ est locus quærendi; Quare nõ etiã generationes stabiles reliquas constituerit? Quoniã has 6. generationes cõstituit illo momento, cùm plus

plus haberet vitæ quàm priores, pro necessitate vitæ Regni, cui plus erat vitæ quamFundamento:Stabilitas autem 20.generationum hinc erat,quòd ipsum planè non frangebatur. Tota enim substantia Fundamenti vitam non habebat nisi propter Regnum, ne scil.corpora essent dæmonibus, & quæ iis sunt similes, animabus impiorum nisi per conversionem: Ideoque Sohar illas vocat animas nudas, quoniam corpora non habent de conclavi sancto. Guph, quòd est è mysterio Regni: Et quoniam Adam primus super quo pax, per peccatum suum perdidit vestimenta Horti Eden superni, hinc dicitur Gen. 3,7. *Et cognoscebant, quòd nudi essent.* Sed redeamus ad rem præsentem. non fuerunt stabiles constitutæ.

§. 17. Et typus illius, quòd diximus Fundamentum Regno dedisse quintam de centum, ibi latet, cùm Scriptura dicit Gen. 47,24. *Et dabitis quintam Parrhoni.* Nam Parho est Regnum, quod vocatur פריעה disruptio, detectio Coronæ. Et quod dedit ipsi quintam de centum, digitum intendit ad He Fundamenti, quod accepit influentiam ab He superno: Intelligentia enim dederat quintam pro Regno, sicut dictum. Hinc generationes stabiles erant 26. & non plures. Explicatio loci de portione quinta Regno data.

§. 18. Et sicut sunt mille generationes ex parte Severitatum, ita produxit Sanctus ille qui benedictus sit è regione illarum 1000.generationes purorum, de quibus factæ sunt 10. turmæ Angelorum in Mundo Restitutionis, quæ sunt ex parte Benignitatum in illis Numerationibus contentarum. Et in Capita eorum sunt videntes faciem Regis, quorum signum est ארגמן. 1000. generationes ex parte Severitatum oppositæ aliis 1000. purorum.

Cap. XXXI.

§. 1. Omnes illæ 974. generationes, quas in Mundo Restitutionis mente conceperat procreare, non condebantur per modum generationis integræ una vice, sed seorsim & pauci per singulas generationes, ne prævaleret malitia, eò quòd omnes essent mali & peccantes admodùm contra Dominum plusquam generatio diluvii & generatio dispersionis: *Et omnes succisi sunt sine tempore: Fluvius diffusus est in fundamento eorum* Job.22,16. Nam de igne judiciorum prodierunt, & ignis fluminis ignei devorabit eos: Ita ergo omnes istæ generationes, quæ succisæ sunt sine tempore, deciderunt in profunda corticis in locum mortis, ubi vita nulla penitus. Sed Sanctus ille qui benedictus sit, per miserationes suas magnas elevat de illis quotidie occultè, & plantat eos per omnes generationes, ut restituantur & confilentur atque defecentur. Quoniam sunt animæ pretiosæ & magnæ admodùm: Sed quia malum usque adeò prævaluit super ipsis, ut, quæ in illis erat Sanctitas, vires non haberet extollendi caput, hinc Sanctus ille qui benedictus sit eos elevat de gradu in gradum. Primò revolvit ipsos per inanimata, & ex inanimatis ascendunt in vegetabilia, & de vegetabili in vivens loquela carens, & 974. generationes animarum non una vice procreatæ. Elevatio animarum istarum.

 post-

postmodum in vivens loquela præditum inter gentes vel servos, & deinceps inter Israelitas.

Saltus elevationis ex uno gradu in tertium vel quartum. Signa animarum istarum.

§. 2. Et interdum digna est Nephesch quædam, ut saltum faciat per duos vel tres gradus simul. Et R. Jizchak Germanus bonæ memoriæ lumen illud sanctum signum tradidit discipulis suis, ut cognoscere possint animas istas, dixitque, quòd si viderent homines obfirmata facie & quibus non sit pudor, certò scire possent atque perspicuè, tales priore vice fuisse in Revolutione jumenti aut bestiæ aut avis immundæ; sicut enim talibus nulla est reverentia, ita & isti ea carent, & ambulant juxta primam suam consuetudinem.

Pœnæ ejusmodi animarum.

§. 3. Aliquando etiam accidit, ut retrovolvantur Nephaschoth talium hominum, qui jam digni facti sunt, ut Nephesch, Ruach & Neschamam habeant, sed iterum violarunt Nephesch suam per peccata sua multa & maligna, rebellantes contra Patrem suum cœlestem, quod DEUS à nobis avertat; donec Nephaschoth eorum ita perdantur, & exscindantur de fasciculo viventium, ut jam non ampliùs digni sint numerari ne quidem cum caterva improborũ, qui puniuntur in Gehenna, & pipiunt in pœnitentia, & elevantur per justos Israëlitas: Sed illi perfectè extruduntur & mittuntur in accidentia pessima, duriora pœnis Gehennalibus: donec veniat tempus visitationis illius, cujus Nomen benedictum sit, qui eos paulatim extollit, ut restituantur & conflentur. Primùm ergo revolvit eos per inanimatum, deinde per vegetabile, postea in vivum loquela carens, & deinceps per vivum loquela præditum, omnia cum justitia & rectitudine, juxta sententiam domus Judicii magnæ supernæ; Quemlibet juxta judicium suum suamque pœnam.

Revolutio earum per justitiam distributivam.

Delapsæ scintillæ sunt animæ.

§. 4. Et nunc magnam tibi trado regulam de hoc mysterio, quòd scintillæ Influentiæ magnæ Vasorum fractorum delapsæ in 4. elementa, ignem, aërem, aquam, terram spiritualia, & exinde in inanimatum, vegetabile, vivum, loquens, omnino sint animæ istæ. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Non datur herbula deorsum, cui non sit influentia in cœlo, qui irradiet ipsam, dicatque ei: Cresce. Et hæ sunt scintillæ istæ. Et propterea ne conseras agrum tuum heterogeneis, ne misceas scintillas cum talibus quæ non sunt de specie earum, unde non acciperent restitutionem: Et in specie si sibi occurrerent scintillæ, quæ non opus habent nisi pauca ampliùs mundatione cum aliis, quæ nullam adhuc acceperunt restitutionem; de his enim dicitur Psal. 119, 155. *Remota ab impiis est salus.* Et nihilominus salus est ipsis in tempus remotum: sicut dicitur Jes. 57, 19. *Longinquo & propinquo dixit Dominus, & sanavi eum, ut non expellat à se expulsum*, 2. Sam. 14, 14.

Influentia dirigitur in omnes animas.

Omnes Israelitæ restituuntur.

§. 5. Et circà hoc mysterium dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Omnibus Israelitis portio est in mundo venturo, sicut dicitur Jes. 60, 21.

60, 21. *Et populus tuus omnes sancti sunt:* ita ut iste restituat se ipsum post multos annos, & ille post tempus exiguum: Sed finis eorum est, ut numerentur cum caterva justorum.

§. 6. Quare autem tanto labore opus est in illis, quoniam tam mali sunt ac Sodoma, & dispersio & generatio diluvii, qui restituti sunt tempore exilii Ægyptiaci? Responsio petitur ex textu Jes. 60, 21. *In æternum* id est, quomodocunque res eveniat, *hereditabunt terram* Viventium post mundationem iniquitatum suarum. Quare autem ita? Quoniam sunt *virgultum plantationum mearum*, quod est æternum, & ipsi sunt vestigium Lucis Substantiæ ejus: Quicunque autem spirat aliquid de Substantia sua expirat: id quod ostendit textus Gen. 2, 7. *Et sufflavit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Sed adhuc alia sequitur ratio Jes. 60, 21. *Opus manuum mearum ad glorificandum me.* Omne opus carnis & sanguinis vasa sunt, quæ deficiunt, nec subsistere possunt; sed Sanctus ille qui benedictus sit, & opus manuum ejus vitam habet & permanentiam in perpetuum & secula seculorum.

Cap. XXXII.

§. 1. Sicut hinc 1000. generationes sunt ex parte Severitatum; ita Sanctus ille qui benedictus sit, produxit ex adverso 1000. generationes purorum, de quibus factæ sunt 10. turmæ Angelorum in mundo Restitutionis. Et isti sunt de parte Benignitatum, quæ in illis Numerationibus. Et inter præcipuos eorum, sunt 7. videntes faciem Regis, qui sunt ארגמן & Schmuiel Metatron & Jehuel, qui primi sedent in Regno intra velum interdistinguens inter Jeziram & Briam. Nam pedes Briæ sunt Caput Mundi Jezirah. Et de illis dicitur Psal. 104, 4. *Ministros suos ignem flammantem*, qui sunt intra velum. Sed abhinc & deorsum sequitur *faciens Angelos suos spiritus.*

Generationes puræ quot. Ortus duodecim ordinum Angelorum. Numerus præcipuorum.

§. 2. Et scito quod omnes animæ puræ, quæ sunt de Mundo Punctorum, nempe quæ sunt de Benignitate, comprehendantur in Michaële: Et quæ sunt de Severitate, comprehendantur in Gabriele: Et quæ sunt in Pulchritudine in Uriele; & de Victoria in Schmuele; & de Gloria in Jehuele; & de Fundamento in Nuriele; & de Regno in Raphaële.

Purarum generationum subjectum comprehensionis.

§. 3. Porrò scias, quòd Scintilla Abraham Patris nostri fuerit depromta ex Michaële, & scintilla Jizchak ex Gabriele, & Jacobi ex Uriele: Et hæc sunt Capita generationis ordinata ad restituendum generationes impiorum illorum, ut sint puri, & sunt de substantia animæ Adami primi sub mysterio Revolutionis partium ejus, nempe lateris dextri & lateris sinistri, & medietatis ad discindendam impu-

Scintillarum Abrah. Isaac. Jacobi ortus & effectus.

impuritatem, quam acceperat à Samaële, & serpente compare ejus. Et propterea Adam primus creatus est in coronis ad restituendum Davidem filium abortus, de quô suprà.

Urielis revolutio prima in Chanochum.

§. 4. Et scito, quòd Uriel iste, antequam veniret in Jacobum, venit in Chanochum, unde Chanoch, cùm venisset in mundum hunc materialem, ingressus est cum corpore & anima in hortum Eden, & comedit de arbore vitæ: Et in media arbore invenit librum Rasielis eumque accepit & perlustravit; & ex illo alium composuit librum, qui vocatur liber Chanochi. Et hoc ipsum est quod scribitur Gen. 5, 22. 24. *Et ambulavit Chanoch cum Deo:* ubi innuitur, quòd abierit in hortum Eden reversusque sit in mundum hunc. Et hæc omnia fecit ex virtute illa, quæ ipsi data erat è scintilla Urielis. אוריאל autem continet numerum 248. ad indicandum, quòd venerit in Chanochum in 248. membris. Et cùm sublatus est Chanoch, nempe cùm rediit ad radicem suam, & factus est Angelus Metatron, qui comprehendit omnes Angelos, tunc hoc superabundans ejus, quod ipsi superadditum est invicem mercedis, quòd fuit in mundo hoc, & extitit justus, & præsertim scintilla quam accepit, est mysterium corporis Metatronis: Sed Nephesch, Ruach, & Neschamah ejus omnino resident in Briah cum justis in horto Eden. Et dicit Scriptura l. c. *Et non erat; quoniam tulerat eum Deus.* Ubi innuitur, quòd materia ejus non extiterit. Et cum rediret in mundum hunc, tradebat librum suum filio suo. Et hæc scripta sunt in Sohar novo in textum: *Et ambulavit Chanoch.* Et nota, quòd forma Jacobi fuerit sicut Chanochi; & Chanochi sicut Adami primi. Nam Chanoch accipiebat Neschamam Adami primi, cùm avolaret ab eo Splendor supernus, postquam peccasset: Et Jacob accepit quod in eo reliquum fuit.

Chanochi præmium.

Forma eadem Jacobi, Chanochi & Adami primi.

Ab Adamo primo dependent omnes animæ Israelitarum.

§. 5. Et scito, quòd Seir sit Adam primus & Chanoch est ab umbilico ejus & deorsum, nempe Pulchritudo quæ in Seir. Nam Adam primus continebat omnes animas Israelitarum, juxta id quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ super textum Job. 38, 4. *Ubi fuisti cùm ego fundarem terram?* Unus pependit in capillo ejus, &c. Unde ipse est Lux spiritualis, quæ combinet omnem Lucem animarum Israëlis. Et sicut Seir est 7. Numerationes à Benignitate & deorsum, quarum fundamentum est Pulchritudo; ita Adam primus est Seir, & Chanoch est Pulchritudo: Et sicut Pulchritudo comprehendit Brachia & Pedes, sic Chanoch qui est Metatron, & ipse continet omnes 7. Et propterea vocatur Princeps faciei. Hoc tamen nomine etiam ob aliam vocatur rationẽ, nempe quia ipse est Princeps comprehendens omnes 7. videntes faciem Regis. Et ipse revera est forma Seir: Et sicut Seir continet 7. numerationes, ita Matatron cóntinet 7. videntes faciem Regis; qui sunt intra velum, ubi facies Regis est sine omni cessatione & velo distinguente; & quilibet eorum suæ correspondet Numerationi. Et scito; quamvis Scri-

Adam primus comparatur cum Seir. Chanoch comparatur cum ת״ת. item cum Seir.

Scriptura dicat Dan.12,1. *Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui:* quòd tamen Chanoch includat illum.

§. 6. Porrò scias, quòd in quolibet de 7. modis, qui constant è decade, sint 10. Nomina; & Metatron comprehendit illa. Et hoc ipsum est quod dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ, Metatronem habere 70. Nomina. Et scias, quòd Nomen illud, quod continet illa 70. est in medio illorum 70. & vocatur רוח פסקניה spiritus decisorius. רוח פסקנית

§. 7. Et de singulis horum 70. Nominum prodit una Angelorum caterva, & multi ministri sub iis in Mundo Asiah. Quæque Angelorum caterva è decade septem modorum.

§. 8. Et jam exposui, quòd Seir sit Adam primus. Et Hebel est forma τοῦ Seir ab intra: hocque ipsum est mysterium illud, de quo dicitur in Sohar: Moses ab intra &c. Et ille antea fuit Hebel: & Chanoch fuit Adam primus; & ille vocatur Spiritus decisorius, quæ est illa forma ab intra; & vicissitudo Spiritus decisorii est Noach: Et Abraham, Jizchak & Jacob omnes fuerunt Adam primus, & forma ab intra est Israël: è contrario Jacob, qui est ab extra. Et permutatio Israelis est Moscheh, qui tamen adhuc interior est. Sed redeamus ad propositum nostrum. Variæ animarum vicissitudines.

§. 9. Et quoniam Moscheh fuit Hebel ac Seth, ideo hoc sic indicat Nomen משה per literas suas. Nam τὸ Mem est Moscheh, & τὸ Schin est Seth, & He demum est Hebel. Quoniam vero in Nomine משה deficit ת, litera nimirum illa de Nomine Seth, ut & syllaba בל Nominis Hebel, idcircò apparuit ipsi Jehova בלבת אש, *in flamma ignis*, Exod. 3, 2. quasi ipsi dedisset vel reddidisset tres illas literas, ex Seth & Hebel, quæ aliàs deficiebant Nomini ejus. Deinde sequitur אש quæ vox indigitat Adamum primum & Sethum, qui est in similitudine atque imagine ejus: Et hinc textus dicit בלבת אש. Hebelis ac Sethi revolutio in Moscheh.

§. 10. Sic etiam Jacob fuit forma Chanoch; & si computes nomina חנוך מטטרון מיטטרון tunc hæc tria cum universitate sua efficient numerum יעקב ישראל quæ sunt 723. Chanochi revolutio in Jacob.

§. 11. Et si dicis: Annon Scriptura alia dicit Lev.10,2. *Et prodit* אש *ignis à facie Domini?* Revera id non abs re est, nam & hîc אש denotat Adam & Seth. Nam Nadab & Abihu erant scintilla de Cain: Quod enim bonum erat in Neschamah Caini, erat in Aharon, & reliquum erat in Jithro; sicut phrasis Jithro denotat residuum, reliquum, quia quod non acceperat Aharon, ipse accepit. Scintilla autem quæ erat in Nadab & Abihu, in duas dividebatur, & frui volebant splendore Schechinæ in Zelo suo, quoniam ad- Caini scintillæ in Aharon & Jethro, item in Nadab & Abihu.

Nadab & Abihu combusti à scintillis Adami & Sethi.

Revolutio animarum Nadab & Abihu in Pinchas.

Harum animarum ex Pinchaso avolatio.

In Chophni & Pinchas.

Ex his in duos filios Schmuel.

Exhinc in duos corvos Elijahu.

Isaaci revolutio in Nadab & Abihu per cornua arietis.

יצחק per tranpositionem literarum קץ חי.

Aries quid denotet & quid cornua ejus.

Ligatum judicium in ligato Isaaco.

Judicium temporis futuri quale & super quos.

huc tum in ipsis excitabatur zelus contra Hebel: Atque ideo exibat ignis de mysterio Adami & Seth, qui est Seir, & comburebat animas eorum per scintillas ignis, quæ subintrabant nares eorum à duobus luminibus Adam & Seth. Postmodum autem per mysterium impraegnationis veniebant in Pinchas; sed postquam veniret negotium Jephthach, & iste nollet venire ad hunc, ut solveret votum ejus, tunc ab ipso evellebantur; quoniam non venerant cum eo ab initio creationis, cùm ipse nasceretur, hinc facilè ab ipso avolabant, sicut notum est in mysterio Ibbur sive impraegnationis, quam tibi sufficienter explicabo suo loco. Hinc dicitur 1. Paral. 9, 20. *Et Pinchas Dux erat super eos antea &c.* Ubi nota, quod antea fuerit & non tunc. Deinde veniebant in Chophni & Pinchas & occidebantur. Postmodum veniebant in duos filios Schmuel; & quoniam peccabant circa carnem, hinc veniebant in duos corvos, qui duo homines fuerant, sicut dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ; & restituebantur per carnem, quam afferebant *Elijahu quotidie.* Et Nadab & Abihu supra dicti sunt quoque duo cornua arietis Isaaci; nam si bis computas קרן cornu, per Gem. provenit שת qui est extremitas corporis, & איל aries, id est robur Isaaci, qui est fundamentum in Seir, juxta mysterium קץ חי finis Viventis, quæ sunt literæ יצחק Jizchak denotantque finem Fundamenti, quod vocatur vivens mundorum. Et sunt cornua in Hod sive Gloria Matris; mysterium tabularum libertatis & jubilæi mitigans omnes Hodoth sive Glorias, atque ideò vocatur שופר buccina, quoniam ipse est שופרא, pulchritudo corporis, & gloria atque decor Israelis, ad dominandum super gentes cornibus ferientibus cortices usque ad illorum consummationem. Simile huic exhibet textus ille 1. Reg. 22, 11. *Fecitque sibi Zidkija filius Cnaana cornua ferrea, &c. In his cornu-petes Aram usque ad consumendum eos.* Cùm enim ligaretur Jizchak, ligabantur omnes principes judicii superiùs per manus Abrahami viri Benignitatis: Benignitas ligabat terrorem, Michaël ligabat Gabrielem, quantò magis Samaëlem; imò ipse Jupiter Planeta ligabat Martem, & enervabatur vis judicii, multò magis perversitates judicii, quæ antea prævalebant per impuritatem Serpentis qui concumbebat cum Chava & impuritatem suam in illam ejiciebat. Et talis restitutio etiam erit tempore futuro; & mysterium in hoc consistit, quòd cornua, quæ sunt judicia, omnia mitigabuntur per amotionem Benedicto. Et ferient isti per cornua sua & cessare facient ex hoc Mundo 4. istos Autores damnorum, indigitatos per vocem שבמה Je. 16, 8. qui Autores sunt שור בור מבעה הבער bos, puteus, depascen incendium: & in vite hac sunt *botri amari eis, & vinum eorum venenum*

aspidum, Deut. 32, 32. Et dixit Schmuel: Hic depascens est homo Belial. Et traditur in Barajetha: 24. esse Fontes damnorum; (quemadmodum dicitur: Hoc è regione istius fecit Deus) qui promanant versus 24. ornamenta Sponsæ. Et hæc sunt viginti quatuor triades Nominis עב Fundamenti Patris qui prolongatur & inferiùs tangit Matrem inferiorem: Ipse enim longior est Matre, & transit per ipsam totam usque ad finem Seir; Ipsa verò tantum locatur inter duo brachia. Hinc patet, quæ mitiget 24. combinationes Nominis ארני: Et ex illis prodeunt 24. nomina de fine 24. librorum scripturæ, quæ bona sunt pro memoria.

24 Ornamenta Sponsæ.

§. 12. Et scito, quòd Radix Neschamæ Caini revoluta sit in Jethrone, qui erat fundamentum restitutionis ejus, cui opus erat magna restitutione: *E contrario portio*, quæ in Aharone, avolabat ab eo, cùm *haberet propositum* peccandi ; quid ergò dicendum erit de ea parte, quam tunc nondum dignus erat accipere, propter impuritatem serpentis; in ipso enim erat קינא nidus impuritatis, & propterea vocatur קין. Hinc fundamentum restitutionis ejus erat in Jithrone, & spiritus ejus in Korach & Nephesch ejus in Mizri Ægyptio; id quod Scriptura his verbis indigitat: Gen. 4. v. 15. *Quoniam septuagesies* יקם *vindicabitur Cain*; ubi vox יקם per Notariacon literis suis denotat Jithro, Korach, & Mizri, qui erat Ægyptius ille, quem ipse Moses occidebat; Korach autem semper agebatur zelo, donec absorberetur: Jithro autem restituebat seipsum, & dabat Mosi filiam suam, quæ erat Zipora, quæ erat illa gemina, propter quam Cain occidebat Hebelem: Posterior natura Ziporæ autem erat Æthiopissa, quam Moses nolebat accipere per divortium ab ipsa separatus. Et hæc Æthiopissa erat Regina, eratque de parte judiciorum gravium (325. judicia sunt judicia sex Numerationum, quarum fracta sunt vasa; & addita generalitate fiunt 326. juxta numerum כוש; & sunt judicia de fœmina, cum generalitate sua, juxta numerum נערה Puella, & quinquies דינא 65. quod efficit 325.) Regnum autem judicium est, & quia radix eorum sunt quinque literæ finales מנצפך; hinc veniunt numerô quinquies sumtô. Atque ideò ipsam nolebat, quoniam omnes cortices ipsi adhærebant, eò quod in ipsa essent judicia usque adeò gravia. Indicium autem horum, quod Jethro esset fundamentum Neschamæ Caini; est in textu illo Exod. 18. 6. Ubi scribitur אני חתנך יתרו *Ego socer tuus Jithro*. Quarum vocum literæ initiales producunt אחי id est, frater mi. Jam autem notum est, quod omnis Neschamah similis sit arbori septem ramos Lucis habenti cum stipite sua, quòd est fundamentum. Et omnes purificantur mediante trina revolutione, præsertim si quis est sub scaturigine viventium in orbe terræ.

Caini revolutio in Jithro.

Portio Neschamæ Caini deficiens ab Aharone.

קין unde dicatur.

Restitutio Neschamæ Caini deficientis ex Aharone in Jithro.

Notariacon יקם.

Æthiopissæ repudium à Mose; ejusque causa.

Nec abjicitur quod absit! in sex terras, vel in revolutionem Inanimati, Vegetabilis, Bruti & Loquentis. Et tres hæ revolutiones sunt sub mysterio impraegnationis, lactationis & Cerebrorum, sicut hoc est revera penes Seir Anpin & Fœminam ejus. Et de hoc dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Anima similis est Sancto illi Benedicto vi textûs illius Biblici: Psal. 103, 2. *Benedic anima mea Domino, & ne obliviscaris omnium* גמוליו *educationum ejus*; juxta illud mysticum 1. Sam. 1, 22. *Donec ablactaretur puer*; sub mysterio גדלות Adolescentiæ, quam assequitur per imprægnationem, lactationem & cerebra, cùm antea de illo diceretur: Amos 7. v. 2. *Quis eriget Jacobum, quoniam parvus est.*

Finis omnium animarum purificatio. Impuritas extrema, ejusq; descriptio.

§. 13. Finis autem omnium animarum atque arborum est, ut purificentur & sanctificentur, & de omni particula cujusque tollatur impuritas, quæ tandem omnis collabitur in extremitatem ultimam, *quæ purificari* nequit, abitque in אבדון perditionem, ubi est stercus fervens: Ibi *enim* est habitaculum impuritatis infimæ, quæ in omnibus; omnis enim impuritas palatiorum immunditiei, quæ in talibus est, huc decidit de impuritate Nephesch, quæ inter illos. Unde talis, qui punitur in stercore fervente, amplius mundari non potest, estque extremitas ultima de impuritate Cain, qui est nidus immunditiei, pollutio serpentis.

Cap. XXXIII.

Modus restitutionis mundorum.

§. 1. Postquam mortui essent Reges primi, Sanctus ille qui benedictus sit! hoc modo restituebat mundos: Ipse enim seligebat lumina idonea à rejectitiis, & bonum è malo, bonumque eligebat pro seipso: Et hoc ipso restituebat universalitatem 7. Regum Mundi Aziluth, ut suo loco dicam, quod nempe postmodum selegerit per Arich Patrem & Matrem & deinde restituti sint cæteri Mundi בי״ע.

Mali in mundis בי״ע cohibitu causa.

§. 2. Et quamvis in illis bonum esset & malum; nempe in Jezirah vicina sibi invicem, & in Asiah penitus intra illum; nihilominus malum non prodibat ipso actu; quoniam Severitates manebant mitigatæ: Et opus erat aliqua parte Severitatum, ne ascenderent cortices. Quin etiam illæ relinquebantur pro necessitate congressuum ad generandum. Et ista necessitas existentiæ Severitatis est mysterium Lætitiæ & Calefactionis appetitus generantis, adeoque Amor inter Maritum & Uxorem suam. Et nisi extitisset peccatum, Mundus ita mansisset, & generasset sub mitigatione illas animas Mundi Briah, quæ non ita selectæ erant, sicut quæ de Aziluth, & multò minùs Jezirathicæ vel Asiathicæ cum Mundis ipsis adeò selectæ erant.

§. 3.

§.3. Et voluntas Sancti illius, qui benedictus sit, erat restituere animas Asiathicas, quæ vocantur Nephesch, & Jezirathicas, quæ Ruach, & Briathicas, quæ Neschamah vocantur, faciendo illis Neschama leneschamah de *ipsa* Aziluth, deque gradu illius sublimi. Sed hoc non commodè fiet nisi post bis mille annos: tunc enim erit Mundus Neschamæ, sicut explicui Capitulis præcedentibus. Mundus Neschamæ quando fiet.

§.4. Et ille, è quo emanarunt omnia, creabat Adamum primum constantem ex omnibus Mundis, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd in illo fuerit aliquid de superioribus & aliquid de inferioribus: Hinc ipsi erat Nephesch de mundo Asiah, quod est ה Tetragrammati, & Ruach de mundo Jezirah, quod est Vav Tetragrammati, & Neschamah de Briah, quod est He *alterum*, & Neschamah leneschamah de Mundo Aziluth quod est *Jod Tetragrammati*. Et illum oportebat esse in mundo inferiore in horto Eden *inferiore*, ut colligaret & conjungeret invicem omnes mundos. Si enim fuisset in mundo medio, nemo ipsi applicuisset mundum, qui sub eo. Et propterea posuit eum in hortú Eden inferiorem ad colendum eum præceptis affirmativis, quæ sunt Benignitates, & custodiendum eum præceptis negativis, quæ sunt Severitates. Et hæc omnia pro mysterio cogitationis & intentionis præceptorum. In Adamo primo erant omnes Mundi. Cur Adamum primum oportuit fuisse in mundo inferiore.

§.5. Et quantum ad mysterium historiæ de comestione de arbore vitæ, illa imputata ei fuisset tanquam comestio sanctorum & holocausti, in qua sunt præcepta affirmativa & negativa, atque per attentionem ad nomina & prolocutionem illorum, & factum copulæ restituti fuissent omnes mundi.

§.6. Et adhuc hodie filius David exibit redibitque de horto Eden in mundum hunc ad restituendum statum Adami primi in horto Eden, quem ille restituere debebat: sicut hæc sufficienter explicabo in Sectione de Peccato Adami primi, & Commentario in illud: Bis mille annis fuit mundus &c. Et mysterium arboris scientiæ boni & mali, de quo dixit illi Gen. 2, 17. *Non comedes ex ea*; est fundamentaliter in Jezirah, quæ vocatur arbor scientiæ boni & mali: Verùm corruptio pertransiit in omnes mundos; nam datur bonum in Aziluth, quæ sunt Benignitates & malum, quæ sunt Severitates; Istæ enim *respectu* Benignitatum malum appellantur. Insuper etiam est bonum & malum in Briah eadem ratione, nisi quòd Benignitates expetuntur ex Mundo Aziluth per bona nostra opera & descendunt de Matre nidificante in Briah. Et in Jezirah est bonum, id est, Severitates, & malum, id est, Cortices: Et postquam Adam comedit de ea, eumque tetigerat serpens, permixtum est malum cum bono, atque cortices prævaluerunt. Unde patet, quòd corruptio sit in omnibus Mundis; Nam quoniam acceperant dominium, hinc annectebant sese de mundo in mundum, ita ut iterum corrumperentur omnes Mundi, eò quòd ipsis superinducti essent Cortices. Filii David exitus reditusque in mundum hunc inferiorem. Mysterium arboris scientiæ boni & mali. Corruptio in omnibus Mundis.

§.7. In ipso Adamo autem continebantur omnes Mundi; ipse enim occupabat Adam primus fundamentum omnium Mundorum.

 cupabat

cupabat locum trium mundorum Briah, Jezirah, & Asiah, & ab eo dealbebantur omnes scintillæ: Et omnes generationes opus habent restitutione usque ad adventum Redemptoris & revivificationem mortuorum; easque oportet esse in generatione alia nova. Et propterea super eas mors confestim decernitur, quoniam ipsis non est possibile vivere, nisi mortuæ sint universæ ac singulæ aliquot vicibus, ita ut singulis vicibus aliquid expurgetur de cumulata ipsarum impunitate: Ideo opus habent tempore & temporibus. Et hoc est exilium amarum. Defecatio autem ita fit, quoniam delapsæ sunt in profunditates Abyssi magnæ, quod iterum ascendunt in 4 Elementa, Ignem, Aërem, Aquam, Terram, & ex ipsis in Inanimata, Vegetabilia, Bruta & Loquentia. Et quando sic factæ sunt plantæ sive vegetabilia, & de illis comedunt animantia, tunc exaltantur: & quando rursus homo de animantibus comedit, tunc iterum elevantur in gradum digniorem atque assumuntur intra hominem. Et ecce cortex crassus fit excrementum ultimum, quod in omnibus corticibus, de quo dictum est Jes. 30, 22. *Egredere diceses*: ejiciturque foràs, quoniam in eo nihil est penitus. Et per id restituitur cortex Asiathicus, qui in Asiah.

Decretum mortis super omnes Mundos.

Animarum exaltationes per revolutionem.

§. 8. Et hoc est mysterium illud, quòd multi justorum moriantur morbo intestinorum, ut purificetur Mundus Asiah, juxta mysterium interioritatis suæ, quam restitutionem nota.

Animarum depurgatio in Mundo Asiah.

§. 9. Hinc necessum est, ut quis purificet se ipsum, antequam comedat quia scriptum est Lev. 11, 43. *Ne contaminetis vestras Nephaschoth*: Nam notio Nephesch est in Malchuth. Quòd si verò quis comedat, antequam se purificet, tunc, quoniam cortex Asiæ ipsi adhæret, quamvis comedat velitque attollere cibum de uno Mundo in alterum, eumque puriorem reddere à recrementis beneficio לב 32. dentium nihil juvat ipsum nisi fortè & noxam sibi contrahat, quoniam in corpore ejus est cortex. Sed quod magis depuratur, absorbetur in membra; id quod correspondet Jeziræ: Et quod adhuc magis depuratur, de sanguine intrat in cor, quod quasi Rex est & correspondet Briæ: Quodque spirituale est in eo, respectum habet ad Aziluth.

In Mundo Jezirah Briah & Aziluth.

§. 10. His similia occurrunt in restitutione pro altare facta, ubi depurabantur ad esum idonea à recrementis. Ibi enim occurrebant species Inanimati, Vegetabilis, Viventis & Loquentis: nempe de specie Inanimatorum. Sed & Aqua, respectu Asiæ: de specie Vegetabilium Simila, oleum & vinum, respectu Jeziræ: de specie Viventis pecudes & armenta inter quadrupeda & turtures & pulli columbarum inter aves, respectu Briæ: qui verò inibi serviebant, nempe Sacerdotes cultu, Levitæ suggestu, Israëlitæ statione, quique seipsos offerebant ad sacrificia, omnes respectu Aziluth. Porrò ibi erat comestum ab hominibus respectu Asiæ, & odor respectu Jeziræ, & suavitas respectu Briæ, & τὸ pro Domino respectu Aziluth.

Analogia dictæ depurationis cum obligatione in altari.

§. 11. Et

§. 11. Et hæc omnia erant necessaria; quoniam scintillæ Lucis deciderant in cortices: quædam enim deciderant in Inanimata, quædam in Vegetabilia, quædam in Viventia,& quædam in Loquentia. Hinc dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Non datur herbula infrà, cui non sit Princeps suprà, feriens ipsam radiis atque dicens: Cresce. Istæ sunt scintillæ Lucis quæ deciderunt; & hæ crescere faciunt omnia, donec illa eleventur beneficio hominum, qui depurant bonum è cortice. Unde Lex monet, ne serantur heterogenea, & ne coitu misceantur heterogenea; ne scilicet commisceantur scintillæ Lucis invicem: Quòd si enim sic ipsis fiat, nihil proderit, si restitutio tenetur more solito. Depuratio fit beneficio scintillarum Lucis deciduarum. Heterogeneorum mistura cur vetita.

§. 12. Cùm igitur adhuc in statu esset Sanctuarium, sacrificia proderant ad elevandas scintillas easque depurandas: Jam verò cum Sanctuariũ ampliùs non est, sacrificii loco est precatio, quæ dividenda est in sensu suo secreto juxta 4. Mundos אבי״ע eorumq; loca, ut nẽpe eleventur & restituantur in loca sua cum reliquis meditationibus huc pertinentibus. Si ergo restituuntur Mundi, tum nos quoque elevamus scintillas Inanimatorum, Vegetabilium, Viventium & Loquentium, prout ipsis convenit: Et si ipsi mundi restituuntur, tum sanè etiam scintillę illuc pertinentes restituuntur quas nos elevamus procidentes in facies. Sed de his satis. Sanctuarii vicem nunc explent preces Israelitarum.

Cap. XXXIV.

§. 1. Adam primus in se continebat omnes 26. generationes, quæ debebant produci post se invicem singulæ. Et generatio dispersionis atque generatio diluvii restituebantur per Ægyptum & stationem ad montem Sinai. 26. Generationum productio successiva.

§. 2. Et quia iterum peccabant & in deserto relabebantur; hinc redeundum ipsis est in Mundum hunc vice altera, ut consequantur perfectionem suam in Loquente 40. diebus tempore dolorum Messiæ, diem computando pro anno; donec restituantur 40. illi anni deserti, quibus peccaverant, sitque restitutio sicut fuerat corruptio. Nam etiam 40. dies exploratorum cedebant ipsis in totidem annos. Et per eos restituetur halitus atque aër Loquentium cum aëre ambiente terram, omnesq; cortices perdentur de terra: Et ligabuntur atque mactabuntur sicut hœdi atque agni die expiationis, &c. Restitutio lapsorum in deserto.

§. 3. Et 26. illæ generationes erant de corpore Adami primi; hæ tamen non erant omnes; deerant enim ipsi scintillæ 974 generationum, etiam antequam peccaret: Igitur per patres, qui in se susceperunt mercedem omnium, utrumque genus restituitur & seligitur idoneum esui de recrementis, donec veniat Messias noster, per puram elevationem scintillarum. Restitutio 1000 generationum unde.

§. 4. Et hoc est illud, quod dixerunt Magistri nostri b. m. in Capitulis Patrum, donec venit Abraham Pater noster, super quo pax! & in se suscepit mercedem Abrahami descensus in hortum Eden.

mercedem omnium, & ipse fuit quasi ille primus, qui venit in domum congregationis, atque accipit mercedem tantam, quantam omnes. Sensus est iste, quòd ille est scaturigo Influentiæ & fideliter amavit Schechinam, & quadriga incepta est per eum, quoniam ipse statim consistit sub ea, & cæteri consistunt sub eo. Unde patet, quòd illos oporteat accipere per manum ejus, ita tamen ut Lux Influentiæ spiritualis neutiquam vel ipsi vel illis deficiat. Atque hoc est illud, quod dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ: Si dignus est, sumit portionem suam, & portionem socii sui in horto Eden. Quoniam ipse factus est scaturigo Influentiæ, quæ pertingit ad socium ejus, ita ut hic fruatur, & ille non egeat. Dignusque est stipite Neschamæ, quod est principium & fundamentum ramorum, qui uniuntur & inseruntur, ut participent stipitem.

26. Generationum status atque descriptio.

§. 5. Et istæ 26. generationes sunt corpus Adami primi ejusque caput; suntque de 1000. generationibus puris, de scintillis Angelorum, de quibus suprà: Atque per statum imprægnationis, lactationis & Cerebrorum, tribus vicibus singulæ restituuntur de scintilla in personam; fiuntque magnæ, fulgentes atque splendentes ad instar luminis solaris intensissimi pro necessitate restituendæ generationis. Et tales fiunt capita generationis. Et nisi peccasset Adam primus, non subjectæ fuissent impuritati.

Figmenti mali cessatio qui fiat.

§. 6. Et huc pertinet mysterium infractæ potestatis figmenti mali per Legem & Præcepta; quod est mysterium tabularum lapidearum, quibus Lex inscripta est: Nam cùm scriptum est Deut. 6, 5. *de toto corde tuo*, Scriptura loquitur de duobus figmentis humanis, & de malo fit bonum, juxta illud Lev. 27, 10. *Ne permutes bonum in malum*, sicut fecit Adam primus: *Quod si autem permutando permutabit* attrahendo restitutionem, *ipse & permutatio ejus erunt sanctitas*. Et huc pertinet illud Jes. 30, 33. *Parata ab heri est fovea, etiam ipsa pro Rege dispofita est*. Et Messias accipiet Lunam in plenitudine: Omnia enim erunt bona. Namque & fœminæ corticum restituentur; multò magis autem masculi, duo viri exploratores. Et hoc ipsum est, quod dicitur 1. Reg. 3, 16. *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices*, & non antea, sicut dicitur in Libro Mysterii.

Animarum Sodomiticarum restitutio. Amalekitis restitutio denegata.

§. 7. Sed animæ Sodomitarum & Gomorritarum restituentur in generatione Messiæ: sicut dicitur in Sohar; cum plebe permixta, quæ restituetur tempore futuro. Solus autem Amalec, qui est impuritas gravissima, quæ in plebe permixta, non restituetur in æternum; Sed vestigium relinquetur in supernis super naso; ibi enim erat adhæsio ejus; & eò pertingunt Proselyti, qui ab ipso proveniunt, quales sunt Raf Schmuel filius Schilath & similes ipsi.

CAP.

Cap. XXXV.

§. 1. Illæ 974. generationes sunt mysterium mali, quod in Mundo Inanitatis & istæ mille generationes purorũ sunt mysterium boni in Mundo Inanitatis: Hæ recondebantur, illæ verò delapsæ sunt deorsum, sicut dicitur Eccles. 4, 1. *Lachrymæ oppressorum, & non est ipsis consolator.* Non enim sufficiens habent responsum, cùm hanc objectionem formant: Quare non creasti nos de luce bona ex parte Benignitatum, & non fuissemus lapsi in profunda corticum. Et nihilominus responsio est, quòd Sanctus ille Benedictus necessariò debuerit facere mundum Inanitatis, cujus fundamentum bonum nempe & malum sunt animæ illæ, quæ ipsæ bonum sunt & malum.

Necessitas boni & mali.

§. 2. Et omnes illæ 1000. generationes, nempe 974. cum 26. sunt illæ, quæ cùm Lex reconderetur pro Israëlitis, accipiebant irradiationem ab optima parte copulæ Patris & Matris pro necessitate sua; sed digni non erant lege. Et hoc ipsum est, quod dicitur Job. 22. 16. *Succisi sunt sine tempore; fluvius diffusus est in fundamento eorum.* Fundamentum enim effundebat & evacuabat Influentiam confestim sine copula & impregnatione & mitigatione. Et hîc locum habet significatio effusionis & evacuationis de uno vase in aliud.

Influentiæ effusio & evacuatio ex Fundamento.

§. 3. Quod autem effundebatur ab eo, dabatur 974. generationibus, quæ " ibi erant: Non enim aderat, quæ detineret atque conciperet semen super- " num; unde ejiciebatur illud. Et hinc provenit Radix illius, quod dicitur " Gen. 6. 4. *Et erant* נפילים *Gigantes in terra in diebus illis*; quasi cadivi, quo " niam ejecerat illos Malchuth sub mysterio נפילים cadentium. Et nota " mysterium hoc magnum. Et propterea & ipsi perdebant semen super o- " mnem terram ad instar perditionis seminis, quod non recipitur à fœmina. " Ratio autem hæc est: Quoniam Benedictus ille sciebat, quòd nullum ipsis " tunc prodesset auxilium; erant enim judicia durissima: Unde Malchuth " ipsos sinebat cadere, sicut fecerat Intelligentia in Mundo Inanitatis, quæ de " ipsa eos ejecerat. Et huc pertinet mysticum illud Deut. 7, 13. *De* שגר אלפיך " *fœturæ boum tuarum seu millium tuorum:* Ipsi enim sunt millenarius 974. " & 26. geneationum, quæ ibi commorabantur 7. & 9. & 12. menses. Propter- " ea cadebant & moriebantur ad instar fœminæ ejicientis abortum: Ita ut " etiam David Rex, super quo pax, ex ista parte deberet esse abortus, donec " ipsi dabatur vita à Patribus per Viventem in Mundis; unde extollebatur & dignus fiebat fundamento τῦ Seir ejusque conjunctione cum Malchuth.

Cadentes sive Nephilim.

Malchuth sinit cadere Gigantes.

David quantumvis abortus præservatur à cadentia Gigantum.

§. 4. Quoniam ergo tunc primùm veniebant in mundum hunc, ideò erant duri valdè. Et hoc est mysterium 70. פרים Juvencorum: (מנצפך per Gematriam est פר.)

Mysterium 70. פרים

§. 5. Malchuth ergo nolebat illos recipere, ut inde fieret numerus perfectus, *Sed die octava* עצרת *retentio erit vobis*, Num. 29, 35. quod nota, *vobis*,

עצרת retentio Israelitarum.

& non reliquis populis. Ipsa enim suscipit semen supernum & non ejicit illud, quod absit! sed retinet & concipit istud, & propterea vocatur עצרת retentio.

Tres dies pro conceptione seminis

Tres illæ Sephiroth in Seir נגת

Tres filii Noach.

Tres colores iridis.

§. 6. Sed ista conceptio seminis fit tribus diebus, si enim ejiciat semen die tertiâ, munda est, sicut dicitur in Mischna tract. Schabbath c. 9. Tunc enim semen jam corruptum est, nec amplius idoneum. Et ecce tres illi dies sunt mysterium נגת in Seir; ab illis enim accipit guttam supernam de Matre; & ibi est locus ejus in fine tertiæ superioris τῦ Tiphereth in Seir. Et hoc est mysterium 3. filiorum Noach, qui prodierunt de arca: Et correspondent 3. coloribus iridis, quod est Jesod plenum coloribus & irradiatione accipiens guttam infrà, & ibi excoquitur & ejaculatur ceu sagitta, existente mysterio copulæ in Jesod Fœminæ. Sed de his prolixiores hoc loco esse non possumus. Ergo respectu trium illarum notionum necesse habet tres dies ad conceptionem trium illarum notionum. Et mysterium in hoc consistit, quòd gutta seminis sit חסרים Benignitates. חסד autem per Gematriam est 72. Et in עב 72. sunt tres notiones, nempe ter 24. quæ efficiunt 72: Quibus correspondent tres dies conceptionis, ut in iis formetur Nomen עב cujus mentio fit in Tikkunim, & ita se habet, ut nempe contineat 24. circulos hoc modo formatos sine apicibus.

Gem. in חסד & Nom. עב

Mysterium circulorum sine apicibus.



Explicatio.

Quoniam apices pertinent ad oculos Fœminæ; sed Nezach Hod Matris sunt ex mysterio de Virgine pulchra oculis carente. E contrario hic extat mysterium urceolorum כרין tantum sine apicibus; qui sunt כר 24. circuli. Et sunt tria Tetragrammata, ac si essent ter 24. Et omnes sunt notiones Chesed, quæ est עב. Et hoc est mysterium Psal. 118, 27. *Ligate agnum*; quæ est conceptio seminis, qua ligatur atque observatur semen in Matrice ad generandum. Et vocula חג per Notarjakon denotat חסד גבורה: Et Tiphereth non computatur, quoniam tertia superior iisdem involvitur. Hinc sequitur; *usque ad cornua altaris*, quod est Malchuth: Nam super illo restituuntur scintillæ Inanimatorum, Vegetativorum, Viventium & Loquentium, sicut super altari: Et נגת sunt cornua ejus; quoniam gutta illa ligatur à נג quæ sunt ipsa cornua, dextrum & sinistrum in utero ejus juxta tria Tetragrammata supra dicta. Et ista quoque sunt cornua ejus, quæ illuminant & progenerant animas. Et tempore futuro erit Tetragrammato

matos unus, qui est Seir in 10. Numerationibus suis, & in dispositionibus suis, sicut Arich in dispositionib9 Barbę in Miserationibus magnis. Et nomen ejus etiam unũ erit in omnibus Membris & Numerationib9 ejus; id quod jam ita non est: Quoniam Cerebra τῦ Seir & dispositiones eorum occultantur in Matre & Arich in 4. dispositionibus Barbæ: Ipse enim non habet nisi novem. Et Malchuth punctum tantum habet unum semper; & reliqua novem occultantur in Matre: Et temporibus notis hæc dat ipsi membra sua, quæ deinde sursum redeunt. Tempore autem futuro relinquentur in perfectione sua. Neque id tantum; sed Autor emanationis superaddet ipsis Lucem novam: Et propterea illo tempore canemus Canticum novum.

τῦ Seir dispositio futura tempore venturo.

Cap. XXXVI.

§. 1. Cumque jam agendum mihi sit de confractione, agedum modum illius satis perspicuè tibi declarabo. Scito igitur, quòd cùm descenderent literæ, ut ex illis fierent vasa; quoniam amotæ & excisæ erant de loco suo superno; singulis confecta sit plenitudo sua. Et illa plenitudo erat sub mysterio Lucis externæ. Omne enim extrinsecum est plenitudo & retrogradatio: Cujus rei testimonium est, quòd vox מלוי per Gematriam æquipolleat τῷ אלהים quod est judicium, extra ipsum castra habens. Et ubicunque mentio fit Lucis externæ, ibi est mysterium retrogradationis.

Modus describus confractionis vasorum.

Externum omne sub mysterio plenitudinis & retrogradationis.

§. 2. Sic in Mundo Tohu ista plenitudo erat mysterium Lucis externæ, non verò Lucis ambientis vas aliquod: Literę radicales autem erant ipsa substantia Vasis: & illæ literæ radicales sive fundamentales affulgebant plenitudinibus, quæ extra ipsas erant.

Literarum radicalium operatio.

§. 3. Et cùm intra Vasa venirent illæ קם 140. myriades literarum Influentiæ, de quibus suprà diximus; illa oportebat dilatari, ut istis locum darent intra se, easque susciperent. Ibant ergo & dilatabantur; ita ut propter multitudinem literarum sibi advenientium illas usque adeò oporteret ampliari, ut si ita dicere liceat, à se invicem separarentur & dispergerentur.

140. myriadum literarum dilatatio.

§. 4. Cùm ergo dispergerentur literæ fundamentales, quæ erant Luces internæ; tunc cõjungebantur cum reliquis literis Influentiæ internæ, quæ sunt 10. illæ Myriades literarum, quæ remanebant pendentes in aëre ingressuræ in viscera Matris, sicut alibi dicemus.

Conjunctio literarum radicalium cum literis Influentiæ internæ.

§. 5. Sed literæ plenitudinum separabantur, si ita dicere licet, à literis fundamentalibus. Et hæ erant illæ, quę deorsum labebantur usque ad fundum Tehiru Splendoris. Et disponebant & designabant 4. dispositiones pro 4. Mundis אביע. Nempe Mundo Aziluth affulgebant de parte anteriori, nimirum

Literæ plenitudinum separatæ earumque efficacia in Mundos אביע

rum per irradiationē, quam habebant à literis fundamentalib9 de latere anteriori: Et in mundum Briah dirigebant illuminationem, qua splendebant de latere suo dextro; & in Mundum Jezirah de latere sinistro, & in Mundum Asiah per latus posterius: Nimirum innuitur quadratura ipsarū, sicut alibi dicetur.

Literæ plenitudinum descendentes.

§. 6. Et de illa illuminatione, quam acceperant à literis fundamentalibus, manebat aliquid illis adhærens, etiam cùm descenderant ad fundum Tehiru. Et illuminatio hæc sunt Guttæ & Scintillæ puriores, de quibus diximus, quòd manserint adhærentes fragmentis Vasorum.

Judiciorum origo. Corticum origo. Judiciorum descriptio & mitigatio. Binæ operatio in Briam.

§. 7. Et de ista dilatatione, dispersione & lapsu literarum istius separationis facta sunt judicia; & de judiciis facti sunt cortices, cùm peccaret Adam primus; qui prodierunt in actum & adhæserunt illis literis, & fruiti sunt irradiatione guttarum illis adhærentium. Et judicia, de quibus diximus, sunt 1000000. scutati; suntque judicia Briæ; Et nomina Matris *mitigant illa*: nam אל שדי DEUS Omnipotens, dominatur in Briah: Et ipsa *erigit in* Briah velamentum & aulæum distinguens, quod est inter Aziluth & Briah: Dicitque ad mundos; די Sufficit: Et hoc est mysterium שדי. Et de tegumento hoc illuminatio prodit foràs sub mysterio Nominis חסד quod est אל: Et hoc est mysterium trium Jodin & Aleph è Nomine ס״ג quod in ea. Et beneficio mitigationis hujus de judiciis illis fiunt armati scutis, qui defendunt accessus quadrigæ, ne eosdem attingant cortices. Nam quod Hebraicè dicitur מגן clypeus defendens, id Chaldaicè תריס clypeus. Et אל ter sumtum, quæ est mitigatio τῶν בי״ע efficit מגן. Ita etiam אל שדי per Gematriam est משה qui dignus erat gradu Binæ, quæ mitigat judicia Briæ: Nam Mater in Aziluth nidificat in throno beneficio Velaminis. Et nomen hoc continet totum Mundum Briah: Ipsum enim est mysterium sanguinis judiciorum, quod convertitur in lac in uberibus ejus: Idcircò ipsa mitigat judicia beneficio Nominis אל quod est חסד benignitas: estque de nomine ס״ג quod in ea. Lucetque per eam etiam de Angulis Arich Anpin, sicut dicemus suo loco, de Capite Arich Anpin. Et אל שדי in plenitudine sua cum voce, æquipollet 1000. montibus, quos quotidie absumit attributum Malchuth.

Gem in voce מגן & אל ter sumto. Gem in משה & אל שדי.

1000 montes in אל שדי

Tria Alephin.

§. 7. Et quoniam tria אל descendunt de Binah beneficio Arich Anpin, nempe de angulis ejus; quæ sunt radix mitigationis, quæ in בי״ע: Suntque אל שדי DEUS Omnipotens אל הויה DEUS Tetragrammaton, אל אדני DEUS Dominus: hinc dicitur אלף אלפין quod verti potest millia & duo millia, cùm potiùs denotet tria Aleph, quod nota. Et porrò dicitur in Idra: 57. Alephin sive millia Satellitum, qui sunt Autores ejulatus, suntque judicia Jeziræ, ubi sedem habet Seir, qui est mysterium הויה: Et אל est Chesed cum ipso descendens de Arich Anpin: Et אל הויה per Gematriam est 57. Inde sunt 57. millia: Et hoc nomen mitigat ea.

Nomen אל mitigat satellites judiciales.

§. 8. Porrò Nomen אל est dispositio prima de 13. dispositionibus Barbæ.

§. 9. In

§. 9. In Asiah autem sunt 96. millia Autorum ejulatus: Quoniam Nomen אדני est in Malchuth, quæ residet in Asiah: Et si cum ipso combinetur Nomen אל tunc per Gem. fiunt 90. Unde 96. millia. Ergo Nomen hoc אל constituit tres Mundos Satellitum judicialium, qui per illud mitigantur.

§. 10. Porrò notum est, quòd sint tria אלהים inter attributa: Unum in Binah, quæ vocatur אלהים חיים, alterum in Geburah, & tertium in Malchuth. אלהים autem in plenitudine & retrogradatione sive quadratura sua efficit mille hoc modo: אלף־אלף למד־אלף למד הה־אלף למד הה יוד־אלף למד הה יוד מם Et propterea Aleph invenitur in quolibet horum. Judicia enim gravia fiunt ab אלהים: Et omnis quadratura est retrogradatio, *nimirum* externum quod in illis & mysterium posterioritatis, quod est Asiah. *Et* primum inter hæc Nomina אלהים nempe quod in Binah, includit 2. reliqua. Unde primus inter Reges vocatur בלע quoniam absorbet & *includit* duos Reges cæteros. Et in Idra dicitur, quòd tempore duorum Regum reliquorum Jobab & Chuscham existat Mundus ejulationis & planctus: Quoniam fundamentum horum Regum est in Binah; sicut & Scriptura dicit, *quòd regnaverint in terra Edom*, quæ est Binah; quæ vocatur gutta rubra, quoniam ab ejus parte prodeunt judicia. Et hoc fuit ante restitutionem; & sensus est, quòd de Malchuth Binæ prodeant ista judicia; sicut vinum bonum residens super fecibus suis, quæ sunt illa judicia. Supra Binam enim omnia sunt Misericordia: Quoniam judicia ibi subiguntur.

Tria אלהים

Numerus millenarius in plenitudine retrogrediente vocis אלהים

Judiciorum Fundamentum est Binah.

§. 11. Et in quemlibet Mundum ב״ע descendit Nomen אל quæ est Benignitas Dei; intratque intra judicia, ut disponantur & mitigentur atque subigantur, sicut latiùs dicitur in Idra Naso, ubi vide.

Nominis אל descensus in mundos ב״ע.

§. 12. Quin etiam in initio anni qui est dies judicii, ubi omnia parata sunt ad accusandum Israëlitas verendumque est, ne fortè cortices, quod absit! illis adhæreant & accipiant ignem Judicii & vehementiæ, quod absit; tunc mitigantur consilio Sancti illius qui benedictus sit, qui jussit clangere buccina, quæ est Binæ Matris supernæ, quæ ista judicia mitigat. De buccina autem suprà jam quædam dixi, quæ vide.

Clangor buccinæ mitigans judicia.

§. 13. Porrò dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ difficiliorem esse cibationem hominis quàm fuit fissio maris rubri. Edendo enim homo revera producit scintillas puritatis vitamque recrementorum per mysterium 32. Elohim, qui sunt 32. dentes Oris superni, quorum sedecim supra & 16. infra; Mysterium duarum medietatum literæ Aleph de אין: ibi enim est radix 32. Semitarum; sed non distribuuntur in partes, sicut in Patre. Et per hæc seligitur cibus à recrementis per mysterium copulæ oris superioris א״א: Atque illinc Abba & Imma accipiunt illuminationem, & exinde copulantur. Et copula hæc denotatur in phrasi comestionis.

Mysterium copulæ Abbæ & Immæ in phrasi comestionis.

§. 14. Et hoc omne sic fert ordo judicii, ut homines in se accipiant

vitam illorum, quæ sunt scintillæ puritatis suprà dictæ, sicut dicitur Gen. 48, 15. *Elohim qui pascit me, dum adhuc sum &c.* quæ est mensura judicii. Unde etiam oportet meditari super mitigatione judiciorum die prima; quæ est dies illuminationis deciduorum Neschamæ, cujus mysterium est Briah. Porrò meditari oportet super אל שדי in benedictione cibi, quippe cui influentia est à Neschamah superflua Sabbathi præteriti. Die autem secunda quæ est dies Ruach de Sabbatho præterito, quod est mysterium Jezirah, meditandum est super אל הויה. Et die tertia, quæ est illuminatio Nephesch de Sabbatho præterito, quoniam in se habet signum Nephesch, quod est mysterium Asiah, meditandum est super אל אדני in Synagoga in mentione Nominis. A die quarta autem fieri debet dispositio è Nephesch, Ruach, Neschamah ab imo sursum in Sabbathum venturum per nomina hæc, juxta illud: Exod. 16, 5. והיה *& erit in die sexta, & parabunt, quod afferent* ex omnibus diebus septimanæ: Atque ita mitigantur judicia, & nemo impedit illuminationes istas istamque mitigationem: Et hanc materiam alibi latiùs deducam.

Mitigatio judiciorum per meditationes peculiares.

§. 15. Et de illis judiciis, quorum suprà fecimus mentionem, facti sunt cortices, nomina scil. incantamentorum & creata sunt de literis separationis & dispersionis: Unde omnia invidia sunt & odium atque ira & lis, & jurgium, & homicidium, & omnis macula mala, & violatio; nec est inter ipsos integritas: Hinc ipsis non sunt pedes sanctitatis, quæ operantur fundamentum vivum & permanens, dantque vitam & robur operationibus suis in secula perennia. Et hoc est mysterium crurum quæ sunt Nezach & Hod, quibus denotatur, quòd operationes eorum sint æternæ: Et huc pertinet illud 1. Par. 16, 27. *Gloria & decor coram eo*, quoniam operationes ejus sunt æternitas æternitatum; Ipsisque est fundamentum vivum & permanens in seculum & secula seculorum. Sed mendacium pedes non habet: Et serpenti pedes detruncati sunt. Et quamvis incantator securitatem habeant temporaneam ab illis, ut faciat malum impleatque desiderium suum; tamen deserent eum in medio dierum ejus, vel post tempus exiguum jugulabunt & interficient eum.

Corticum origo. Cortices pedibus carent. Sanctitatis operationes.

§. 16. Et antequam peccaret Adam primus, nullus erat accessus corticibus ad judicia illa, nec fruebantur illis, nec adhærebant ipsis, nec prodibant in actum, quoniam terminus ipsorum quasi in momento aderat, moriebanturque post emanationem suam, nec prodierunt ex ovo basilisci in Mundum. Simile extinctionis hujus observari potest in ellychnio accenso & reposito in lucerna oleo plena, ubi ellychnium semper haurit de oleo; & si quis vult illud ex parte extinguere, ne foràs luceat, sed tantum intra vasculum; tunc submergit illud in oleo, quod haurit, inibique ardet, sed non lucet foràs. Et sic etiam erat extinctio ipsorum, quod non prodierunt in actum, sicut serpens antiquus, cui non fuit coitus & generationes. Et Adam primus non generasset

Corticum vis omnis exhausta ante peccatum Adami primi.

dæmo-

dæmones spiritusque & stryges, si non peccasset. Postquam autem peccasset Adam primus; cortices adhæserunt illis literis judiciorum & fruiti sunt illuminatione guttarum illis adhærentium. Et Adamus primus generavit dæmones, spiritus & stryges & generata est lis in Mundo.

Corticum vis à peccato Adami primi.

§. 17. Et intentio eorum erat confundere totam Aziluth & truncare arborem cum omnibus surculis suis. Et præputium superintegebat fœdus sanctum, donec veniret Abraham & præputium præscinderet à fœdere. Hoc est mysterium palatii עצם השמים quod ipsum cœlum vocatur.

עצם השמים

§. 18. Et iterum incipiebant prodire animæ singulæ & in individuis; donec prodiret, universitas populi Israel de juniore inter Patres, quod ita non erat ante Abrahamum. Tunc enim generationum plurima pars erant impii & idololatræ vi præputii hujus, quod vocatur עצב dolor, sicut dicitur *Gen. 3, 17. In dolore comedes ex ea:* Comestio autem est phrasis de congressu matricis fœminæ adhibita, sicut dicitur Prov. 30, 20. *Comedit & tersit os suum.* Et alibi dicitur Exod. 2, 20. *Et comedat panem.* Et alibi dicitur Gen. 39, 6. *Nisi panem, quem ipso comedebat.* Tunc autem ob peccatum Adami primi conversum est Mem in voce עצם השמים in ברית unde facta est vox עצב cum intectione præputii hujus. Et hoc est mysterium de Mem, de quo dicit Sohar, quòd volaverit in aëre, nec voluerit combinari cum ות ut vox מות fieret integra, quod est mysterium vestitus tunicæ de cute & carne corticis, cujus finis est mors, donec quater circuiret ipsam, & Adam primus punitus est pœna, de qua dicitur Gen. 3, 16. *Cum dolore paries filios.* Palatium autem עצם השמים est mysterium matricis fœmininæ, ut notum est, & exinde prodeunt animæ. Post exitum autem ex Ægypto illud restitutum est juxta mysticum illud Exod. 24, 10. *Et viderunt Deum Israël & sub pedibus ejus sicut opus lapidis Saphiri & sicut* עצם השמים *in serenitate.* In quo textu mentio fit trium palatiorum, quæ sunt palatium *Elohe Jisraël* & palatium *Libnathhasappir*, & palatium *Ezem haschschamaim*, quæ hac vice restituebantur. Nam in palatio *Elohe* Jisraël, quod est חבר de Malchuth, consistunt animæ reconditæ mortuorum & viventium, illoque tempore, cùm paratæ sunt descendere, stant in palatio *Ezem haschschamaim.* Et in palatio *Libnath hasappir* consistunt proselyti. Futuro autem tempore dici poterit Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum:* item: Psal. 82, 8. *Surge Deus, judica terram, quoniam tu hereditatem accipies omnium gentium.* Et sensus hujus loci est: *Surge* אלהים, quoniam hucusque Nomen hoc non habuit staturam erectam suprà in

Per peccatum Mem in voce עצם conversum in עצב.

Mysterium comestionis.

Mem volitans in aëre.

Tria palatia in text. cit.

De tempore futuro.

Aziluth

Aziluth in mysterio מי אלה : mater ablata est à pullis, *& propter transgressiones vestras dimissa est mater vestra*, Jes. 50, 1. & deorsum fragmenta vasorum lapsa sunt, nec est ipsis mitigatio usque ad tempus futurum, cùm Sanctus ille qui benedictus sit judicabit Mundum Asiah corporalem & spiritualem, qui vocatur ארץ terra: Nam Malchuth sedem habet in Asiah & dimissum in eam est Nomen ejus אלהים quod cum plenitudine Hehin æquipollet voci ארץ ad protegendum à corticibus Asiam. Nam in Briah habet plenitudinem Joddin & æquipollet voci ברחמים & in Jezirah, ubi plenitudinem Alephin habet, æquipollet voci רצה. Nam illo tempore quod dicitur בין המצרים oportet meditari in orationibus 18. super voce רצה ad eripiendum nos de מצרה de angustia per nomen hoc ad protegendum ab angustiis in diebus צרה tribulationis. Nam in Jezirah stat Samael cum castris suis contra Michaëlem principem magnum & castra ejus, & ibi æqualia sunt bonum & malum, & ibi exortum est bellum, juxta mysticum illud Thren. 2, 2. *Polluit Regnum & Principes ejus:* Et alibi dictum est Amos 2, 9. *Et perdere feci fructum ejus sursum & radices ejus deorsum.* De tempore autem futuro dictum est Jes. 24, 21. *In die illa visitabit Dominus super exercitum Excelsi in excelso & super Reges terræ in terra.* Jes. 27, 1. *In die illa visitabit Dominus gladio suo duro, & grandi, & forti super Leviathan serpentem vectem qui est Samaël & super Leviathan serpentem tortuosum*, quæ est Lilith peccatrix. Et postea fiet illud: Psal. 82. 8. *Hereditabis inter omnes gentes*, quia dictum est ipsi: Jes. 54, 2. *Dilata locum tentorii tui:* Et sanctitas pervadet omnes terras & omnem locum immunditiei, sicut dicitur Jes. 30, 33. *Quia disposita ab heri est fovea, etiam ipsa Regi præparata est:* Et spatium Æn Soph, de quo dicitur Exod. 33, 21. *Ecce locus mecum*, mundabitur & sanctificabitur. Amen, quod ita fiat.

אלהים conversum in מי אלה Mundus Asiah judicio extremo est obnoxius. אלהים cum plenitudine Hein & Jodin, ut & Alephin.

Cap. XXXVII.

Repetitio superiorum de ascensu 10. myriadum literarum post confractionem vasorum.

§. 1. Suprà diximus, quòd 10. illæ myriades literarum cujuslibet Sephiræ, quæ relictæ sunt in aëre, postquam confracta esset tota Sephirah, ascenderint in viscera Matris. Et omnis lux atque literæ, quæ debebant circumdare quodcunque vas, quod illam non poterat sustinere, descendit deorsum, donec per illam tandem Malchuth planè compressa factaque esset ut mola uterina; unde omnes literæ influentiæ ejus internæ exiverunt & ascenderunt in viscera Binæ unà cum literis fundamentalibus sui Vasis, nec non 10. suæ myriades.

§. 2. Præ nimio timore ergo diffissæ sunt Chochmah & Binah juxta longitudinem suam ob nimiam luminum multitudinem. Binah enim dabat illas

illas Patri; & Pater nec ipse illis prævalere volebat illasque mittebat intra Coronam: Sed nec Corona eas accipere volebat, quoniam intrà jam compactæ erant: Cùm ergo iterum descenderent juxta intentionem Intendentis intra Chochmam & Binam, hæ diffindebantur & de ipsis prodibant decidua.

§. 3. Postea Ænsoph innuebat Binæ, ut illas transmitteret intra Coronam è coronis ipsarum & in Sapientias & Intelligentias omnium 7. Sephirarum. Tollebat ergo de 70. myriadibus literarum 21. myriades, ut construeret Coronam, Sapientiam & Intelligentiam: Nam 21. sunt ter 7. ut ex illis construerentur tres Sephiroth. Decidebant ergo de Binah deorsum 49. myriades literarum septies septem sc. de luminibus internis è fragmentis vasorum; quæ divagabantur & deorsum volabant, ut quærerent vasa sua. Et distendebantur in Mundum Aziluth & non inveniebant illa: Atque sic descendebant de Mundo in Mundum, nec tamen inveniebant quietem pro vola pedum suorum, donec venirent ad extremos terminos Mundi Asiah. Et si quod absit! descendissent intra Mundum Asiah, fieri potuisset (sit fas ita dicere) ut adhæsissent fragmentis vasorum suorum, quibus jam prædominabantur cortices, ut illis fruerentur, & fieri potuisset, ut Mundus redierit in vacuum & Inane.

§. 4. Scito autem quòd motio ista, qua commota fuerunt interna septem postremarum suprà dictarum, nempe 49. myriades literarum sint typus exilii Ægyptiaci: Fieri enim debebat, ut illud duraret 400. annos, ut notum est. Et sic etiam factum esset, si quod absit! omnes illæ 7. Sephiroth descendissent per omnes 4. mundos אבי״ע (quilibet enim Mundus denotat 100. annos nempe quinos de 5. Benignitatibus constantes è decade, & quinos è 5. Severitatibus constantes è decade, unde 100.) atque tunc cortices prædominati essent quod absit! ut illis fruerentur & fortè adhuc quod absit! immersa essent non minus illa quam nos, & omnia oporteret converti in vacuum & inane. Et si quod absit! exilium illud attigisset numerum 400. annorum, nos & liberi nostri adhuc ibi serviremus.

49. myriades literarum typus exilii Ægyptiaci. Ex 4. mundis אבי״ע quilibet denotat 100. annos.

§. 5. Sed quid faciebat Æn Soph cùm videret, quòd etiam descenderent in Mundum Asiah? Innuebat τῷ Arich, ut conduplicaret medietatem suam inferiorem, i. e. sua נה״י intra medietatem suam superiorem, nimirum חג״ת i. e. crura in brachia. Cùm ergo viderent 7. illæ elevationem & conduplicationem istam, tunc applicabantur τῷ Arich, ut cum ipso ascenderent sursum: Cupiebant enim mundari & sanctificari, & non quod absit! adhærere fragmentis Vasorum. Et nihil habebant, cui inniterentur, nisi τὸν Arich suprà dictum, cui innuerat Æn Soph, ut ipsa elevaret sursum per crura sua.

Descensus literarum in Mundum Asiah præpeditus.

C A P. XXXVIII.

Fundus mundi Asiah substratus fragmentis vasorum.

§. 1. Suprà diximus, quòd ista fragmenta descenderunt per 4. grad אבי״ע & delapsa sunt usque ad fundum Asiah, de quo dicitur Gen. 39, 20 *quod sit locus, quo vincti sunt ligati Regis usque ad revivificationem mortuori*

Omnia creata ex fragmentis vasorum.

§. 2. Et ex illis facta sunt 4. elementa, Ignis, Aer, Aqua, Terra, è quibus constant 4. gradus illi, Inanimatum, Vegetabile, Brutum & Loquens.

In omnibus creatis portio Lucis de fragmentis vasorum.

§. 3. Et scintillæ puritatis absorptæ manserunt intra 4. illas species: E cùm res fierent corpora, guttæ absorptæ manebant intra illa; quoniam in illis fragmentis remanserat aliqua portio Lucis ad instar guttulorum & scintillarum. Cumque descenderent in Asiah, species illæ istas scintillas intra se recipiebant. Non aliter ac si Vas aliquod oleo plenum frangatur, ubi in superficie fragmentorum aliquantulum olei remanet ad instar guttularum.

Quis finis atque intentio operum Israelitarum.

§. 4. Et jam omnis restitutio nostra omneque opus præceptorum cò tendit, ut extrahamus pretiosum à viliori ad *consummandas transgressiones & finienda peccata* Dan. 9, 24. Et de hoc dicitur Jerem. 51, 44. *Et educam deglutitionem de ore ejus.*

Quis finis Benedictionum in mensa.

§. 5. Et scintillæ istæ reverà sunt animæ, quas restituit comedens meditatione Benedictionis, qua benedicit super iis, quibus utitur: Et hoc modo restituit scintillas animæ suæ & scintillas quæ pertinent ad animam patris sui.

Iniquitas intermittentis Benedictiones.

§ 6. Si quis autem id non fecerit & tamen cibo fruitur sine benedictione desuper facta, de illo dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd sit similis ei, juxta Prov. 28, 24. *qui spoliat patrẽ suum & matrẽ suam* scintillis animab. eorum adesse solitis: *Estq; socius viri corrumpentis.* Omne enim desiderium *viri corrumpentis* est rapere scintillas & recipere eas, nõ vero reducere illas ad sanctitatẽ. Et talis est *socius ejus*: Et si non benedicit, corrumpit scintillas cibi sui, quæ reducuntur ad *virum corrumpentẽ*: Et talis est socius mercaturæ ejus. Et huc pertinet mysticum illud Deut. 8, 3. *Quia non in pane sol vivit homo, sed super omni egressione oris,* ידו״ד: Quæ est benedictio, quæ educit illas de impuritate ad Sanctitatẽ, seligitq; beneficio *oris* ידוד per manducationem 32. Elohim, qui sunt dentes. Et hæc oportet hominem meditari quandocunq; comedit, quòd id fieri debeat manducatione per 32. dentes, quæ sunt 32. Elohim, quorum fit mentio in Opere Creationis; Suntq 32. Semitæ Sapientiæ, quæ proveniunt de virtute Aleph, quod est in Capite תּוֹ אין, de qua dicemus suo loco. Forma autem hujus Aleph continet du Jodin & inter ea Vav: Et quando descendit בוצינא דקרדינותא Lux d nigredine, quę sunt literę מִכְּצַפַּר coruscatio judicii de vestimẽto, sciditu Vav illud quod inter Jodin, in duo à principio ad finem, separanturq; יָיִ a ambo latera hoc modo ℵ & ita dividuntur in figurã oris: Et de illis creantur 32. dentes hominis, Israelitæ præsertim, qui istum habent numerum. E hoc est mysteriũ molæ, quæ comminuit Man pro justis. Nam ibi in palati

Ortus 32. Elohim ex litera Aleph sub hac forma ℵ

32. dentes hominis unde.

בתבח

Literæ מנצפך

אהבה amoris est mola hęc & molitura judicii, quę sunt literę מ״ן de מנצפך quæ durissimæ sunt inter illas. Quoniam Mem est litera מות mortis; & Nun est litera נחש serpentis, imò & ipsa figuram serpentis habet, qui etiam ex ipso creatur. Mitigatio autem hæc fit beneficio dilectorum illorum qui sunt sancti illi, qui stabiliunt textum illum Deut. 6, 5. *Et diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo.* Virtute masticationis hominis Israëlitæ autem & per meditationem ejus elevantur illæ guttæ absorptæ illo cibo in locum sanctitatis, virtute animæ ejus. Et de hoc dicit textus Job. 20, 15. חיל בלע ויקאנו *facultatem deglutivit & evomet eam: de ventre ejus expellet eam Deus.* Hæc est sanctitas. Et in literis initialibus hujus loci invenitur Nomen unum de 72. quod est חב״ו cujus operatio est educere scintillas puritatis de manibus corticum & scintillas in vanum profusi seminis. Nempe si quis illud meditetur. Et mysterium ejus consistit in numero ejus, qui est 16. Et meditandum est bis nomen hoc, nempe bis 16. quæ sunt duæ medietates Aleph, fiuntque 32. dentes, qui in homine Briathico in cœlis illis tenuissimis; suntque duo ordines dentium qui in ore, superiore & inferiore; quoniam bis 16. efficit 32. dentes: Et vis ejus magna est admodum. Et ego Naphthali Autor hujus Libri meditor super hoc Nomine manè & vesperi in precibus octodenariis ad illa verba וקבצינו יחד מארבע כנפות Ubi literæ penultimæ hoc nomen producunt, unde Oratio hæc specifica est pro hoc Nomine, quod colligit scintillas נדחי *depulsorum populi Israël* Jes. 11. 12. Ubi vox נדחי per Gem. æquipollet Nomini 72. Et Sectione de Meditatione in precibus perspicuè exponam, quæ sint meditationes huc pertinentes & quid meditandum sit super benedictione rerum quibus utimur: præsertim si quis sit pœnitens, ut restituat quod perversum est, utque per illum reducantur scintillæ sanctæ in locum suum in partem animæ suæ. Unde Psalmista inquit Psal. 40, 9. *Et lex tua in medio viscerum meorum.* Quibus verbis innuitur, quòd David Rex super quo pax, virtute comestionis suæ atque meditationis ciborum tempore institutæ introduxerit illas guttulas, quæ sunt scintilla Legis, intra viscera sua. Et de hac meditatione dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd duo renes Abrahami patris nostri super quo pax, scaturiverint Sapientiam virtute istarum guttarum, de quo alibi specialiùs. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Si quis deglutiat amarum, non satisfecit; quoniam opus est masticatione dentium, ut inde producantur istæ guttæ. Et nota quòd vox מרור æquipolleat voci מות. Si ergo quis deglutiat illud, tunc מות sive mors manet integra, quod absit! unde opus est masticatione dentium. Et virtute hujus, Vav illud, quod est in medio Aleph τῦ אלף discinditur τὸ Tav vocis מות in duo Resch, ut inde fiat מרור, imo & ipsa est Vav istud in voce מות.

Numerus 16. dentium in literis initialibus allegati textus.

Duæ medietates τῦ Aleph.

Autoris meditatio in mensa.

Amari deglutitio vana; non item masticatio.

Gem. voc. מרור & מות מרור ex מות

Ortus 32. dentium.

Unde opus est masticatione 32. dentium provenientium de virtute Vav literæ Aleph אין ס״ו, quæ discissa est in duas vi Severitatum, quæ sunt Lux de nigredine: Unde Vav illud ipsum, quod etiam est Vav literæ מורה, scindit literam Tav vocis מורה in duo, nempe in duo Resch, & inde fit מרור: Unde opus est masticatione dentium, ut discindatur מרור, ut indigitetur non discisso illo ipsum relinqui integrum, cum tamen sit Tav vocis מות quæ est virtus partis alterius, juxta mysterium Tav in voce תמות Gen. 2, 17. & Ezech. 9, 4. *Signato Tav super frontes virorum*. Et scito quod hoc Vav etiam sit lancea, qua Pinchas occidit Simri, quoniam similis est lanceæ, & meditationi ejus atque nominibus pertinentibus ad operationem hanc ereptus sit à Simri & $\frac{m}{24}$ viris, qui collocati erant circa tentorium ejus pro illius custodia. Nun Vav in voce מות volitabat in aëre, ut intraret inter Mem & Tav, ut vox מות fieret integra ad faciendum consummationem quod absit! Pinchas autem stabat & sumebat *illam* בידו *manu sua* Num. 25, 7. Ne dicas בידו sed ביודו per Jod suum, quod est signum fœderis, quod ipsi datum erat. Propterea dicitur ibid. v. 12. *Fœdus meum pax* שלום *cum Vav*, quod simile est lanceæ.

Litera Vav assimilata lanceæ.

Cap. XXXIX.

Character impressus Mundis אבי״ע.

§. 1. Fragmenta suprà dicta descenderunt quadruplici descensu in Mundos אבי״ע & impresserunt atque consignaverunt charactere suo in quolibet Mundo characterem septem Sephirarum. Unde in mundis בי״ע non occurrit nisi septenarius: Et tres primæ non semper ibi sunt, Nec est ibidem nisi ipsorum materia prima, quæ sunt vasa.

Fragmentorum descensus quare fuerit quadruplex.

§. 2. Quare autem descenderunt quadruplici hoc descensu tantum, nec ultra? Ratio est; quoniam vasa emanarunt de Nomine Tetragrammato Mundi Vestitus constante è 4. plenitudinibus ע״ב ס״ג מ״ה ב״ן: Unde omnis Influentia redditur quadripartita sub mysterio anterioris & posterioris, dextri & sinistri. Unde in descensu eorum latus anterius cessit Mundo Aziluth; dextrum Mundo Briah, sinistrum Mundo Jezirah, posterius Mundo Asiah. Ratio alia est, quod aër primus quadratus est, & in quolibet angulo plenitudinem aliquam habet Nominis Tetragrammati. Superioris autem & inferioris notio ibi non datur, quoniam ipsa substantia ejus infrà est & suprà, quippe quæ Vestis est; unde descensus sunt 4. tantum, nec plus, nec minùs. Et quodlibet fragmentum est quadratum sub mysterio anterioris & posterioris, dextri & sinistri.

60. myriades fragmentorum unde.

§. 3. Ex quolibet autem Vase facta sunt 60. myriades fragmentorum: Et quodlibet fragmentum nomen habet proprium, quod operationes producit admirandas, sicut exponitur in Libro Sigilli R. Eliezeris de Garmeisa.

Et

a ex eo prodeunt plurimæ turmæ Angelorum: Et postea prodeunt ex illis stellæ & Planetæ, & vortices, & puncta dominantia, quæ sunt capita stellarum, a quibus multæ sunt stellæ: Numerus enim capitum omnium est 236. millies mille myriades, & ex illis prodeunt stellæ innumerabiles.

Ortus Angelorum, stellarum & Planetarum.

§ 4. Et scito, quòd quælibet stella habeat Alphabetum per se, nomenq; suum, in ipsam dominium habet cum Angelis suis. Designatio autem numeri earum est plenitudo literarum משכן hoc modo: מם שין כף נון quæ plenitudo ipsis sine literis מִשְׁכָּן, quæ sunt radix, efficit 236. Textus autem, qui numerum istum indigitat, est iste Exod. 40, 34. *Et gloria Domini replebat* המשכן *tabernaculum*, i.e. Si scire volueris magnitudinem gloriæ Domini, fac plenitudinem literarum משכן, quæ est influentia desuper prodiens, estque 236.

Numerus 236. in voce משכן

§. 5. *Quin* etiam castra gloriæ Domini, quæ sunt castra Schechinæ, sunt *236. millies* mille myriades, nec unquã descendunt infra hunc numerum. Et *idem quoque* valent voces רחב הכבר latitudo gloriç, quæ est super throno, *sicut exponitur* in capitulis de Palatiis & in libro Mercavæ magnæ & parvæ, & *in* Libro Æstimatio Staturæ R. Iismaël, ubi latitudo æstimationis staturæ gloriæ est 236. millies millena millia myriadum milliarium. Quodlibet autem milliare est Nomen aliquod, sic enim vox פַּרְסָה per Gematriam æquipollet voci השם cui etiam per Gematriam æquipollet משה, qui restituit nomina ad fulgorem admirandum: Atque idem numerus per Gematriam est in אל שרי. Et hoc est mysterium illius textus: Exod. 6, 3. *Et apparui patribus in* אל שרי. Et quoniam anima ejus erat ex isto gradu, necesse erat, ut ipsi monstraretur gradus quidam celsior.

Idem numerus in vocibus רחב הכבר

Gem. vocis פרסה & vocis השם vel משה vel אל שרי

§. 6. Et sic omnis Influentia Mundi מל בוש extat sub mysterio 236. quoniam 231. portæ cum He ultimo Nominis סג producit 236. Quæ emittunt omnem influentiam in mundos, atque ex isto numero revera conficiuntur.

Numeri 236. Fundamentum.

CAP. XL.

§. 1. Maxima pars corticum formata est in Mundo restituto è mysterio coctionis duorum testiculorum in fundamento τῦ Abba; quæ sunt Nezach, Hod in Fundamento Abba: Atque ibi excoquuntur lumina ista, nimirum millæ myriades. Et septies septem istæ literæ de 7. luminibus internis fragmentorum vasalium, quibus etiam adhærebant multa judicia, opus habebant hâc coctione pro separandis judiciis; & hæc ceciderunt deorsum, & consociata sunt cum sociis suis, qui priùs deorsum deciderant tempore fragmentorum vasalium: Et constituerunt tres Mundos judiciorum & corticum versus lucem externam τῶν בֵּיעַ quæ est quadratura & posterioratio. Et quamvis aliqua pars horum mysteriorum deinceps in Mundo Hattikkun pertineat

Mysterium coctionis duorum ovorum.

Necessitas ejus coctionis.

 ad

ad ſtructuram ז״א & Uxoris ejus; nihilominus & hic non debent omitti, ut & hac in Sectione oſtendatur, quomodo conſtructæ ſint turmæ impuritatis. Nec tamen poſtmodum à propoſito digrediar. Quod ſi enim res ita tractarem per ſaltus mixtos atque inordinatos, nemo iſtas intelligeret. Verùm enimverò in Mundo Aſiah uberiùs de illis dicam, & propterea alibi breviùs loquar. Nec mireris, quæ ſcribam de gutta duobusque teſticulis & coctione atque ſimilibus; Nam jam data nobis eſt licentia, ſicut apparet in Hiob, qui dicit cap. 19, 26. *Et in carne mea videbo Deum*: Et Magiſtri noſtri dixerunt: Lex loquitur phraſi humanâ.

Gutta commixta τῦ ז״א & Uxoris ej9. Exempla ſenſus myſtici in phraſibus Cabbaliſticis.

§. 2. Et ſcito, quòd omnes operationes, de quibus diximus & dicemus imposterum, ſint nomina operantia operationes diverſas ſecundùm gradus ſuos. Verbi gratia, quando dicitur gutta commixta τῦ ז״א & Uxoris ejus, qui ſunt ſub myſterio guttæ; Senſus myſticus iſte eſt, quòd literæ Nominum permixtæ ſint, nec ſociatæ ſuo ordine literæ cujuslibet Nominis, ſed omnia ſimul confuſa, ut nullum nomen per ſe cognoſci queat. Et cùm *dicitur: Arich Anpin* extendit manum ſuam dextram, & accepit guttam Seir & Uxoris ejus; ſenſus eſt iſte, quòd Nomen unum, quod in Cheſed τῦ Arich Anpin, acceperit illa nomina, & ordinaverit iſta 49. lumina confuſa, & immiſerit illa in cerebrum Abba, in cujus Cerebro eſt nomen aliquod magnum valde, & accipit nomina iſta, & ordinat ea, atque demittit ea ad inſtar medullæ ſpinalis, ubi ſcriptum eſt Nomen unum juxta longitudinem medullæ, ſicut apparet in Sohar ſectione Pekude in Hechaloth. Et cùm dicitur, quòd deſcenderint intra duos teſticulos fundamenti Abba; ſenſus eſt, quòd ibi ſint duo Nomina, quibus eſt facultas maturandi hæc Nomina, ut mitigentur & colligantur & ſeligantur, ut poſſint cognoſci ſingula per ſe: Utque ſeparentur דינין atque literæ, quibus non opus habent hæc Nomina. Nec veniat tibi in mentem cogitatio quædam corporalis, quod abſit! in myſteriis iſtis, ne puniaris, ſed cogites, quòd omnia Nomina atque literæ Lucis vivificantis omnes Mundos operantes operationes ſuas per Cheſed, Din vel Rachamim. Reſiduum refert id, quod adverſatur Nominibus Sanctitatis, nihilque operatur niſi malum quotidie.

In Cabbala cogitationes corporales locum non habent.

Cap. XLI.

Origo corticum & judiciorum. Origo Deorum alienorum.

§. 1. Senſus autē horum hic eſt, quòd deſcendentibus luminibus illis τῦ ז״א in fragmentis, quæ ſunt nomina, ex illis exorta ſit radix corticum & judiciorum, ſicut noſti. Ex illis nominibus corticum & judiciorum prodierunt nomina alia, & adhæſerunt nominibus Sanctitatis; Et hi ſunt Dii alieni, quorum applicatio tendit ad Elohim ſanctos.

§. 2. In

§. 2. In Sanctitate autem sunt 120. Elohim, quoniam 5. literæ struunt 120. domos: in impuritate autem sunt 121. juxta mysticum illud: Quicunque addit: diminuit; daturque in illis dextrum & sinistrum, juxta mysterium throni רם excelsi atque elevati: Huic autē in corticibus oppositus est fructus מר amarus, cui per Gematriam æquipollet עמלק qui continet omnia judicia gravia: Atque etiam æquipollet voci ארם Syria, juxta mysticum illud: Quicunque addit, diminuit; Et hæc contermina est terræ Israël, & prima erit, quæ mundabitur tempore futuro. Quin & פלשתים per Gematriam æquipollent τῷ אלהים 10. sumpto.

Elohim Sanctitatis. Elohim Impuritatis. Eorum numerus in voce רם & מר Gem vocis עמלק & מר, item ארם Gem vocis פלשתים & אלהים

§. 3. Et isti 120. Elohim per Gematriam etiam æquipollent voci צל umbra, ubi nō est metus ab Elohim Sanctitatis. Et inversum ejus est לץ derisor, quæ vox per Gematriam etiam æquipollet τῷ בגיהנום, quo denotatur, quòd omnis derisor decidat in Gehennam; talis enim accendit omnes ignes Gehennæ. Et in eo 7. sunt habitacula, quæ sunt rejectamentum atque cortices 49. myriadum literarum: qui sunt septies septem gradus, à quibus procedit omne mysterium numeri septenarii. His si addis 4. gradus impuritatis, qui super eis, fiunt 11. juxta illud: Omnis addens diminuit.

Gem. inter 120. Elohim & vocem צל & inversum לץ Gem. vocis לץ & בגיהנום 7 habitacula impuritatis.

§. 4. Nec mireris, quòd hactenus diximus de virtute Nominum corticum atque judiciorum, quamvis cortices nōdum existerent; Radix enim corticum jam aderat, in quo cortices in potentia erant. Et nisi peccasset Adam primus, cortices non prodiissent in actum. Quod si autem objicias: Si cortices nondum prodierunt in actum, quomodo peccavit homo primus, cum nondum esset figmentum malum in mundo? Resp. quòd corpus Serpentis fuerit creatio perfecta, sicut dicitur Jes. 45, 7. *Et creans malum*: Et creatum est tempore fractionis vasorū de literis מנצפך durioribus, & de parte extantiore τῷ Nun. Et cortex prius prodiit quàm medulla, quę est Sanctitas: sicut se habet fructus quidam, cujus cortex nucleum includit, qui tamen cùm hic comeditur, dispergitur foràs, ita ut assumatur fructus. Propterea dicitur Job. 27, 16. *Impius parabit, & justus induet*.

Quomodo malum in Mundo esse potuerit, corticibus nondum actu existentibus.

§. 5. Et judicia venientia à fragmentis vasorum inveniebant corpus serpentis paratum ut ea reciperet, postquam separata erant à א״י virtute Excoctionis duorum ovorum Fundamenti Abba, & descenderant deorsum, nec invenerant quietem pro vola pedis sui, donec existeret Serpens, qui est ille, de quo dicitur Gen. 3, 15. *Ipsum conteret tibi caput*: Atque ille magis erat idoneus ad recipiendum illa judicia, sicut alibi dicam, juvante Deo.

Corpus Serpentis judiciorum receptaculum.

§. 6. Sic autem intelligenda sunt ista: quòd omnes res divinæ sint, sive spirituales sint sive corporales; Omnes enim factæ sunt per 231. portas memoratas in textu Libri Jezirah, quas ego ordine recensui Sectione prima hujus Libri; Et hæc sunt 21. Alphabeta excepto אל בם ex quibus Lex est composita.

Origo omniū rerum.

§. 7. Li-

Literarum distributio triplex in Chesed, Din ve Rachmim.

§. 7. Literæ autem dividuntur in 3. species, nimirum 12. simplices, quæ sunt הוזחטילנסעצק: Et 7. duplices, quæ sunt בגדכפרת, tres reliquæ sunt literæ אמש: Et dividuntur in tria genera, nempe Chesed, Din & Rachmim; benignitas, judicium & miseratio. Literæ autem מנצפך judicium denotant omnium gravissimum, inter, quos tamen Nun longum omnes puritate præcellit, & ex illo factus est serpens, sicut diximus; Et hæc ipsa litera figuram habet serpentis, atque sic Serpens quoque durissimum denotat judicium inter omnes bestias. Et literæ מנצפך sunt protensio 5. Severitatum, & radix earum in Sohar vocatur בוצינא דקרדי נותא efficiuntque numero suo פר 280. cui æquipollet Nomen סנדלפן qui est Angelus יער seu sylvæ mundi Asiah, quoniam maxima pars ejus sunt *arbores steriles*, Jes. 41, 19. potiùs quàm arbores fructiferæ; quoniam malum ibi prædominatur primo. Porrò hunc numerum quoque habet עיר urbs Sancta, quæ est sandalium ejus. Atque id indigitatur in textu Cant. 5. 1. *Comedi favum meum cum melle meo*, sicut loco suo exponam.

Literarum מנצפך descriptio, ortus & Gematria.

Cap. XLII.

Judiciorum receptaculum corpus Serpentis.

§. 1. Serpens iste factus est de aculeo Nun hujus finalis, sicut exponetur in Mundo Asiah. Et quoniam istæ virtutes judiciorum, quæ adhærebant τῷ Seir & Uxori ejus, desiderabant purificari & sanctificari, & quia separabantur & præcipitabantur deorsum, nec inveniebant gratiam in oculis τῷ Arich, ut restituerentur, quoniam amara erant valde, ideò non inveniebant requiem, nisi in Serpente hoc, qui revera domus atque vas eorum erat, cum antea non reperirent receptaculum.

Serpentis zelotypia erga Adamum ejusque effectus.

§. 2. Cùm ergo judicia ista requiescerent in Serpente, zelus istum agitabat erga Adamum propter Chavam, unde in illam immittebat impuritatem menstrui. Postea offerebat isti, ut ederet de fructu; & cùm ipsa videret, quòd lapsa esset in rete concupiscentiæ pravæ, quærebat etiam labefactare Adamum, dabatque ipsi, & edebat, sicut dicitur Gen. 3, 6. *Et dedit etiam viro suo secum & comedit*. Et postquam comedisset inscius, deinde iterum comedebat sciens, quia statim in eo dominabatur prava concupiscentia.

Comestionis de fructu consequens.

§. 3. Et postquam comederat 5. istas Severitates, quæ mitigatæ fuerant per 5. Benignitates; illæ sese iterum corroborabant: Et postquam fructus intrasset in ventrem ejus, statim oriebatur in eo prava concupiscentia.

Pravæ concupiscentiæ subjectum & origo, item effectus.

§. 4. Et hæc comestio pertigit quoque ad omne vivum, & omnia cadebant in rete ejus præter unicam avem, quæ vocatur חול sicut scriptum est Job. 29, 18. *Et sicut* חול *phœnix multiplicabo dies*. Et hoc fuit initium pravæ concupiscentiæ in mundo ipso actu. Et ex hoc facti sunt cortices & pars adversa. Hactenus enim judicia & cortices non erant ipso actu, sed in potentia remota admodum atque occultæ adeò, ut neutiquam possent videri. Deinceps autem crassiora facta sunt judicia & cortices prodierunt in actum & adversati sunt

ſunt Sanctitati, ſicut ait textus Gen. 3, 15. *Illud conteret tibi caput, & tu comminues ipſi calcaneum.* Senſus eſt: Enata lite in mundo cortex aliquid aſſugere volebat de Sanctitate, ſed non prævalebat niſi calcaneo Sanctitatis juxta myſterium cognitionis immundæ, ex phraſi Gen. 4, 1. *Et Adam cognovit Chavah uxorem ſuam*; quod eſt myſterium corticis נוגה quòd nempe Adam primus concubuit cum uxore ſua menſtruata, atque diebus profeſtis corrupitque calcaneum hunc, qui antea erat tunica אור lucis & ſepimentum & velum diſtinguens atque veſtis Sanctitatis. Et Adam primus perrumpebat veſtimentum hoc, & de eo dicitur Eccleſ 10, 8. *Qui perrumpit ſepem, illum mordebit ſerpens.* Iſte enim cupit benevolè agere cum Iſraële, & (ex parte Sanctitatis) vocatur *bilanx* juſtitiæ, ſi fortè poſſit ſervari per Sanctitatem. Poſtquam autem corruptus eſt, vocatur *bilanx doli*, & de eo dicitur Hoſ. 12, 8. *In manu* כנען *mercatoris trutina doli opprimere dilexit*, id eſt, cùm cortex eidem ſe applicuiſſet, & ipſa eſſet in manu Canaan opprimente omnes animas venientes deorſum, ſicut in Sohar dicitur Sectione Miſchpatim: Non ſine cauſa dixit Schlomo Rex, ſuper quo pax! Eccleſ. 4, 1. *Vidi lacrymas oppreſſorum, & non erat illis conſolator, & de manu opprimentium eos viribus, &c.* Nam poſt nodum vi eripiunt animas ab eo juxta myſticum illud Exod. 21, 8. *Non deſponſavit eam, & redimere faciet eam populo alieno: Non dominabitur ad vẽdendum eam, cùm ſpreverit eam*; Et de parte Exteriorum idem vocatur tunica עוֹר pellis, quæ ſunt רָע nempe Arbor ſcientiæ boni ורע & mali, de qua præceperat illi DEUS, ne comederet ab ea, nec commiſceret bonum cum malo. Nam omnis comeſtio ſcorias profert ſuperfluas. Et ante peccatum hominis bonũ conſiſtebat per ſe ſolum, atq; ſic & malum in Mundis בִּרָע per אַנְּ qui ſeligebat cibum è rejectamentis: Ipſe autem homo commiſcebat illa. Ideò neceſſaria eſt per myſterium mortis ſelectio alia nova.

Bilanx juſtitiæ.

Bilanx doli.

Ante peccati introductionem ſtatus boni atque mali.

§. 5. Literæ autem רָע malum, deſignant voces רֹאשׁ עָקֵב: E in hoc peccavit עֵר primogenitus Jehuda, cui nomen erat, עֵר quod eſt עָקֵב רֹאשׁ ad denotandum quòd calcaneus Sanctitatis prædominaretur capiti corticis ad eximendam deglutitionem oris ejus, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 74, 13. *Confregiſti capita draconum in aquis:* quæ ſunt guttæ benignitatis abſorptæ in capite corticum, qui vocantur תַנִּינִם defectivè, ad oſtendendum, quòd caput corticis hujus illud ſit, de quo dicit R. Schimeon Jochaides Sectione Bo ſuper ipſo textu, ubi inquit, quòd iſti תַנִּינִם habeant foramen in capite ſuo ad denotandum receptaculum, quod habent in capite ſuo ad hauriendam influentiam de calcaneo Sanctitatis. ער autem primogenitus Jehudæ ſic non faciebat, ſed perdebat in terra, & corroborabat cortices, dum effunderet influentiam fœderis ſancti in terram in manus corticum atque efficiebat, ut caput corticum prædominaretur calcaneo Sanctitatis: Ex quo fiebat, ut עֵר verteretur in רָע eumque occideret Dominus, quoniam dominari fecerat arborem mortis; applicuerat enim ſe morti.

Notarikon vocis רע & ראש עקב

Inverſio vocis ער & רע.

Modus seductionis Chavæ.

§. 6. Et serpens mulier fornicatrix seducebat & decipiebat Chavam beneficio corticis נוגה quæ quidem & ipsa est Sanctitas atque desiderat Benignitatem exhibere Israëli. Ipsa ergo accipiebat benignitates easque furabatur à copula sancta; quoniam ipsa quoque comprehensa est in Sanctitate atque cum Schechina ascendit sursum: Deinceps autẽ istas benignitates dabat cortici pro mitigando illo. Et hoc est mysterium illius textus Prov. 9, 17. *Aquæ furto sublatæ dulcescunt.* Atque ita beneficio נוגה fulgoris, cortices atque Serpens seducebant Chavam. Sed de his satis.

Corruptela omnium ex copula Adami primi cũ Chava immunda.

§. 7. Omnia autem hæc sic corrupta sunt per copulam Adami primi cum Chava in menstruo ejus, quæ est immunditia semenque impurum Serpentis congressi cum Chava, antequam cum ipsa congrederetur Adam. Est autem regnum terræ, si ita dicere licet, sicut regnum firmamenti. Sed sapienti satis.

5. Severitates quid sint.

§. 8. Jam ergo tibi patet, quòd propter peccatum Adami primi facta sint omnia suprà dicta. Scito autem, quòd 5. Severitates sint 5. Tetragrammata cum punctatione Elohim, quæ efficiunt 130. Hinc Adam 130. annos sedebat in flumine Gichon ad collum usque juxta numerum istarum 5. Severitatum, quas vitiaverat: Quæ tamen nihilominus non restituebantur, prout decuisset. Nam Lilith impia cum videret magnitudinem corruptionis ejus, confortabatur in corticibus suis veniebatque super Adamum ipso invito, cumque ipso calefacta ex illo generabat multos dæmones, spiritus & stryges: Hinc illa 130. non restituebantur modo debito. Hujus ergo intuitu nos dicimus precationem illam ויהי נעם quolibet Sabbato exeunte, in quo sunt 130. voces cum textu, quem repetit nuncius Ecclesiæ. Nam Sabbathum evertit omnes Severitates judiciorum, de quibus cõpositus est Psalmus 92. 1: *Canticum pro die Sabbati*, qui cùm dicitur: *Dispergentur omnes operatores iniquitatis. Nam ecce inimici tui Domine peribunt.* ibid. v. 10. Exeunte autem Sabbato confortantur judicia de novo, & illo tempore impii revertuntur in Gehennam: Ideoque dicunt Canticum malorum occursuum, ut in fugam convertantur judicia atque mitigentur per mysterium orationis ויהי נעם unde mitigatio Matris supernæ.

Sedens Adamus per 130. annos in flumine Gichon.

Precatio ויהי נוהם

Sabbathi celebrati & exeuntis diversi effectus.

§. 10. Porrò scias, quòd קל 130. æquipolleat עין ־ secundùm numerum 5. Tetragrammatorum Geburathicorum, quæ vitiata sunt. Sunt tamen etiam 5. Tetragrammata Chasadica, quæ etiam efficiunt 130. juxta numerum עין. Atque hi sunt duo oculi τũ Seir; Unde vitium perrexit usque ad duos oculos: 5. erga 5. unde vitiatis 5. Severitatibus etiam vitiantur 5. Benignitates, ut vires ipsis non essent ad mitigandas eas. Unde Scriptura dicit Gen. 38, 7. *Et fuit* ער *primogenitus Jehudæ* רע *malus in oculis Domini.* Nempe רע *malum fuit in duobus oculis* ejus, qui sunt 5. Benignitates & 5. Severitates suprà dictæ.

Gem. קל & עין Vitium in duobus oculis τũ Seir unde

Vitii ejus finis.

§. 11. Tempore autem liberationis *erunt oculi ejus sicut columbarum ad excursus aquarum loti lacte.* Cant. 5, 12. Omnes enim benignitates sicut lac, quod

quod nota, quæ est mitigatio, quæ sanguinem convertit in lac. Sed satis intelligenti.

§. 12. Atque jam expositum tibi est, quomodo extiterit concupiscentia prava atque cortices per Adamum primum. Atque hic est modus unus phraseos, qua loquitur Lex; eodemque se modo habent omnia membra corporea in Lege descripta.

Cap. XLIII.

§. 1. Jamque amice, qui contemplaturus es libros istos, viam tibi aperiam rectam, magnamque tradam regulam circa peccatum Adami primi, quâ valdè opus est pro scintillis puritatis. Quamvis ex parte saltem hac Sectione ista sim traditurus, latiori diductione ad alia loca reservatâ, cum nempe venero ad Commentarium de peccato Adami primi per se.

§. 2. Jam ergo notum est intelligentibus, quòd Adam primus vitiaverit omnes Mundos, unde omnes Sanctitatis scintillas ab ipso decidere oportebat; quæ deinde miscebantur per omnes 4. ventos mundi, & singuli de 70. Principibus populorum capiebant portionem suam. Istæ autem scintillæ medium facultatemque non habent aliam hinc iterum exeundi, nisi Israëlitas, qui servant præcepta, funduntque preces, & per preces suas illas elevant sub mysterio aquarum fœmininarum; atque tunc secernunt omnes.

Scintillarum corruptela, dispersio, & elevatio.

§. 3. Eodem modo etiam fit in mundo venturo post obitum Justi ex hoc mundo; non enim datur justus in Israël, qui non transeat intretque in Gehennam, quamvis illam non sit meritus; Gehenna enim circundat Sanctitatem hortumque Eden, atque talis hâc viâ istum adire cogitur. Hoc autem efficit transitus ejus per Gehennam, ut inde educat virtute operum suorum impium aliquem de Israëlitis ibi existentibus veste carentem; atque ipse talem recipit sub vestem palliumque suum. Et hoc etiam faciunt justi in vita sua in mundo hoc: Exulant enim penes gentes, ut istas scintillas educant. Et hoc est mysticum illud Scripturæ Eccles. 8, 9. *Tempus, quô dominatus est homo in hominem in malum sibi.* Gentes enim dominantur super Israëlitas, ut hi educant de manu illarum istas scintillas; atque hæ ipsæ sunt, quæ vitam dant cortici, quoniam cortices mortui sunt. Atque hoc est mysterium illud, quod impii in vita sua vocantur mortui, quoniam ipsis non est Neschamah sancta de Fundamento, quod vocatur vita Mundorum; duos intellige mundos, istum nempe & venturum: sed Nephesch tantùm habent de cortice, qui vocatur mors atque umbra mortis: Unde tantùm per istas scintillas vivi sunt. Et hæc est causa, quod cortices appetitum atque desiderium habeant prehendendi animas, & ipsas seducendi ad peccata: quoniam ipsis non est vita, nisi per peccata nostra; tunc enim facultatem habent abripiendi animas puras & sanctas,

Scintillarum liberatio futura ex Gehenna, ut & hujus temporis.

unde vitam habent. Hinc magna est pœna impii, qui emori facit sanctitatem, eò quod illam tradat in manum mortis atque corticis, & corticem vivificat.

Exiliũ Schechinæ ejusq; commodum in Israelitas redundans.

§. 4. Sed Israëlitæ etiam opus habent exiliô Schechinæ per omnes 70. linguas, ubi sunt scintillæ Sanctitatis de anima Adami primi prolapsæ inter cortices 70 linguarum; quibus non est facultas inde regrediendi, nisi misericordia ejus, qui benedictus sit! exulare nobiscum jussisset Schechinam: Atque ista colligit illas animas ad se sub mysterio aquarum fœmininarum beneficiô 10. occisorum ab imperio. Atq; illa per istos recipit has scintillas juxta mysticum illud Thren. 3, 22. *Magna est fides tua*; quæ est Malchuth, quæ vocatur אמונה fides. Ista fit magna & grandis, juxta illud: Urbs Jerusalem plena est animarum totius Iisraël mortuorum & viventium.

Schechinæ accessus ad animam.

§. 5. Et quando perfecta est maturatio copulæ, tùm Deus, qui benedictus sit! animam hanc vel illam in mundum hunc demittit. Et quando completa est portio scintillarum, quam illa debet elevare; tunc Schechina venit ad animam, ut illam recipiat è Mundo, eique det gradus Nephesch, Ruach, Neschamah, Chajah, Jechidah, in perfectione, ut per istos elevatio sit perfecta, purusque locus spatii, ubi steterant scintillæ ejus: Et per illas efficit copulam perpetuam. Atque ista sufficiant pro contemplante, ne fortè erroneè cogitet, quod anima scintillarum statim de loco impuro deorsum in Iisraëlitam veniat; quod minimè credatur! Schechinah enim, quę in exilio est, accipit illam animam & scintillas sub mysterio aquarum fœmininarum ad copulam cum Seir: Et deinceps Schechinah eam deorsum mittit in exilium in istum vel illum Israëlitam per illud spatium, in quo ipsa est: & quando finita erit collectio ista exiliorum ex omnibus 70. corticibus, ut pedes pertingant ad pedes, tunc locum habebit illud Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum*: sicut dicitur in Sohar Sect. Pecude. Atque sic intelliges, quomodo peccatum Adami primi causatum sit omnia exilia usque ad dies Messiæ.

Quæ ratio exiliorum Iisraëliticorum.

§. 6. Et sic etiam intelliges, quare Israëlitas oportuerit esse in exilio Ægyptiorum & Medorum, & similibus, & quare ista 4. notentur præ cæteris, cùm tamen exulaverint per omnes 70. linguas; & quare non fiat mentio nisi horum 4. tantum; & quare in istis 4. exularint omnes Israëlitæ, cùm sufficiat, si in cæteris 70. linguis unus tantum Israëlita exulet, idque reputetur, ac si omnis Israël ibi exulasset. Res autem ita se habet, sicut principium & fundamentum Sanctitatis sunt 4. fluvii, qui sunt 4. literæ Tetragrammati, ita horum respectu Israëlitæ exulârunt penes 4. fluvios prodeuntes de cortice; atque isti comprehendunt omnia. Et dum exularunt animæ, fundamentum omnium scintillarum animarũ abierunt ad 4. illos fluvios prodeuntes de cortice. Unde omnes Iisraëlitas oportuit exulare in 4. illis. Nam quantum ad notiones omnium & singulorum hominum, una sanè notio respicit radicem ejus; atque tunc ille Judæus ibidem exulat, quoniam ab illa radice provenit;

Quatuor animalia immunda.

Et

Et notio animæ illius est, ut exinde educatur. Et ex hoc intelliges cætera omnia. Atque ex hac etiam causa primum exularunt in Ægypto, qui est primus 4. fluviorum, quoniam est exilium capitis. Et socia ipsi est Babel, de qua dicitur Dan. 2, 38. *Tu es caput ipsius de auro.* Talis enim est exilii ordo, ut Sanctitas ingredi incipiat in capite, abeatque deorsum usque ad pedes. Et cùm sic ingressa ibi est Schechinah ad pedes usque, tunc maxima est potentia exterioribus; erit enim sicut fluvius arctus: Atque mox veniet lux redemtionis Jes. 59, 20. *Venietque in Zion Redemtor.* Intensio enim exilii est causa redemtionis. Expurgatis ergo planè pedibus locum habebit illud Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum.*

§. 7. In exilio Græcorum autem & Edomitarum non exularunt omnes Jisraëlitæ, quoniam decem tribus primùm exularunt in Assyria. Et ratio est quod notiones scintillarum illarum, quæ in Græcia & Edom, sint isti tribus &c. Et hæc quilibet prudens per se intelliget.

§. 8. Ecce autem omnium redemtionum tempore liberatio non fuit perfecta; quoniam relictæ sunt scintillæ parvæ, quibus admodum prævaluit manus corticum, ita ut non potuerint secerni, nisi longô tempore, unde non opus fuit, ut Israëlitæ ibi retardarentur, sed exiverunt ab illo exilio. Non tamen obstat hæc ratio, quin redire quis possit in locum illum, quoniam adhuc ulteriùs opus est, ut ibi exulet talis homo, qui venit de radice illarum scintillarum ibidem relictarum, nec adhuc eductarum. Adhuc enim relictæ sunt scintillæ minutæ, partim ex Babel, partim ex Media, Græcia, locisque similibus, quæ non perfectè potuerunt secerni. Nihilominus tamen omnes liberationes, quibus redemti sunt Israelitæ, vocantur redemtio propter fundamentum, quamvis non sint redemptio perfecta. Redemtio tamen Ægyptiaca perfecta erat redemtio: Et hoc est mysticum illud, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, super textum illum: Spoliaverunt Ægyptios, quod fecerint illam regionem sicut fossam profundam, in qua nulli ampliùs pisces. Non enim relicta est ibi ulla Sanctitatis scintilla, & redemtio Schechinæ fuit perfecta, quæ in nulla alia redemtione invenitur. Et hæc est causa, quare mentio fiat exitus ex Ægypto præ omnibus reliquis redemtionibus hactenus ante redemtionem postremam factis. Et fundamentum in eo consistit, quod in reliquis terris adhuc relictæ sint scintillæ minutæ adhuc colligendæ; in Ægypto autem non ulla remansit Sanctitatis scintilla, & redemtio Schechinæ ex illo cortice perfecta fuit; quòd ita se non habet in ulla redemtione alia.

Exulantium Israelitarum nulla redemtio perfecta.

Excepta Ægyptiaca.

§. 9. Futurô autem tempore cùm redemtio universalis fiet in toto mundo, redemtio Ægyptiaca erit quasi accessorium quid, & redemtio ultima ipsum fundamentum. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in tractatu Berachoth cap. 1. A quo tempore? Didicimus. Dixit Ben Soma

Redemtio universalis futura omnium perfectissima.

Soma ad sapientes: Fietne mentio exitus ex Ægypto in diebus Messiæ? Atqui jam dictum est: *Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & non dicent ampliùs, Vivit Dominus, qui ascendere facit filios Israel ex Ægypto*; Sed vivit Dominus, qui ascendere fecit, & reduxit domum Israël de terra aquilonari & de omnibus terris, in quas propulsi sunt? Responderunt ipsi: Non planè evelletur exitus ex Ægypto de loco suo, sed regnum illud fiet res principalis & fundamentalis, exitus vero ex Ægypto accessorium ejus. Liberatio ergo ex Ægypto post se tamen habuit aliqualem defectum, quia scil. in omnibus reliquis terris adhuc fuerunt scintillæ: Futuro autem tempore redemptio erit universalis, postquam nullus erit defectus; ipsa enim continebit collectionem scintillarum è toto mundo. Atque sic intelliges mysterium illud magnum de exiliis, quare nempe Israelitas oportuerit exulare per omnes 4. ventos mundi. Et sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ Israelitas exulare in omnibus 70. linguis: Dum enim Judæus unicus exulat *in hoc vel* illo populo singulatim, idem est ac si in ipso vel alia natione totus Israël exularet: Atque hoc fit pro ratione scintillarum animæ ejus, quæ ibi ab ipsa sunt colligendæ.

Exilium unius Israelitæ exilium omnium.

§. 10. Atque hinc patet, quod omnes 70. populi dominati sunt super Israel, atque hi ibi exularunt. Et hoc est mysticum illius textus Exod. 14, 13. *Quia sicut videtis Ægyptios hodie, non ampliùs videbitis eos in æternum.* Et quare prohibitus est descensus in Ægyptum præ omnibus terris extra terram Israel? Mysterium in eo latet, quòd ibi nihil omnino sit relictum, & in exilio Ægypti omnia sint collecta, non remanentibus ullis reliquiis; unde non licuit redire illuc. Quin & הערב רב intermixta plebs multa, qui fuerunt filii illorum proselytorum, quos ad Judaismum converterat Joseph, quique non erant defecati sicut decebat, & illos, inquam, secum sumpsit Moses Magister noster super quo pax, quòd non accidit in cæteris terris: Et quia dum populus Israel exulat, iste secum affert sanctitatem illamque eò introducit; unde ipsum oportet colligere scintillas illuc delapsas, quæ fuerunt membra animæ Adami primi, quæ priùs continuit omnes animas filiorum Israël: Hinc qui rediisset in Ægyptum, causatus esset exilium Schechinæ frustrà, & vivificasset exteriores postquam jam fuerunt mortui.

Exilium Israelitarum in singulis 70. linguis.

Cur descensus Israelitarum in Ægyptum fuerit prohibitus?

§. 11. Verùm enim verò ex hac ratione tamen videbis, quòd nullum fuerit exilium è memoratis, in quo ipsis non fuerit excellentia quædam insignis. Cùm enim exularent in Ægypto, dominabantur in toto mundo; quia Schechinah ibi exulabat, & Fundamentum vitæ suæ omnes populi exinde attrahebant, unde reliquæ terræ eorum erant accessorium: Hinc illud Gen. 41, 54. *quòd fames erat in reliquis terris, in terra Ægypti autem abundantia erat magna:* Cùm ergo Israel exiret ex Ægypto, regnum manebat humile. Et cùm exilium est in reliquis terris, istæ hinc aliquid assugunt. Futuro

Israelitarum exulantium prærogativa præ populis, apud quos exulant.

Tempore u-

tuo autem tempore cùm redemptio erit universalis, nec ullum ampliùs exilium, tunc nullus cortex aliquam habebit affluctionem, & vita ab illis penitus tolletur, & tunc locum habebit illud Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in aeternum*, quae est destructio partis adversae. Sic quoque in Ægypto cùm surgeret Rex novus & innovarentur decreta ejus, tunc veniebat Redemptor in Zion &c. Non autem dico, quòd servitus causetur redemptionem, sed quòd signum sit redemptionis, sicut futurū est tempore venturo, juxta illud Magistrorum nostrorū bonae memoriae. Durante primâ visitatio secunda accelerat: & tunc venit Messias citra cognitionem tali tempore, dum agnitionem suam ab ipso avertunt dicentes: Redi, nec veni, ob multitudinem angustiarum. Quae nota. Et de mysterio colligendarum scintillarum dicunt Magistri nostri bonae memoriae. *Filius* David non venit, donec consummatae sunt omnes animae, quae *in corpore* Adami primi. Sicut etiam dixerunt Magistri nostri bonae memoriae ad textum illum: *Ubi eras, dum ego fundarem terram?* Inde doceri, quòd omnes animae dependerint ab Adamo primo, aliis pendentibus in capillo ejus, in naso aliis, &c. Quamvis רש״י bonae memoriae exponat dari conclave, cui sit nomen ערף quod pertinet ad 70. modos exponendi legem. In se tamen est mysterium animarum, quae pependerunt in Adamo primo, atque delapsae sunt in manus corticis. Est autem in manu Sancti illius qui benedictus sit, accelerare redemptionem, sicut dicitur Jes. 60, 22. *Parvus erit in mille, & pusillus in gentem fortem. Ego Dominus fidelis retribuere mercedem in tempore suo accelerare faciam illud*; nempe dum 6. creabit infantes in ventre uno. Unde dixit R. Jochanan. Si digni sunt; locum habet, *Accelerabo illud*: Sin minùs, locum habet, *In tempore suo*. Et hoc est mysterium illius textus Exod. 1, 7. *Et fructificarunt, & multiplicati sunt & roborati sunt valde valde*: Ita ut quasi saltum faceret Sanctus ille qui benedictus sit, ut accelerarat finem 400. annorum post 210. annos. Et hoc est mysterium illud in Midrasch איכה quòd Sanctus ille qui benedictus sit ambulaverit cum Abraham Patre nostro super quo pax vias longas & breves, & Sapiens ita intelliget quòd longae denotent *In tempore suo* & breves *Accelerare faciam illud* ad placandum & consolandum Abraham Patrem nostrum super quo pax, quamvis quoad literam Abrahamo in hoc non sit solatium. Sed de his satis.

Universalis liberationis cessatura omnis utilitas pro corticibus.

Exilium ac servitus signum redemtionis, non causa.

Cur adventus Messiae nondum appareat?

Cap. XLIV.

§. 1. Tehiru sive Splendor ille erat quasi ager, & 10. puncta Mundi Tohu illuc erant consita: Et sicuti quodlibet granum tritici per se progerminat juxta vires suas. Ita puncta Mundi Tohu progerminabant singula pro viribus suis. Et quandocunque granum aliquod tritici permanet in loco suo, tum non provenit ad statum germinationis & restitutionis, sed perditio est

10. puncta Mundi Tohu in Tehiru.

Eorum punctorum fractura, ejusque consequens, Quatuor Mundorum אבי״ע origo.

est illa germinatio, absumiturque & veterascit in terra. Ita se res habet cum illis punctis; Dum adhuc erant in statu suo, non perveniebant ad possibilitatem conformationis personarum, donec frangerentur. Nec etiam in Mundo Tohu sunt 4. Mundi אבי״ע. Postquam autem confracta sunt puncta hæc & selectus est cibus à rejectamentis, atque simila è furfure, tunc fiebant 4. mundi אבי״ע, non aliter atque in tritico; dum adhuc integrum est, nec immutatum, tunc permiscentur similago & furfures: Postquam autem molitur triticum, similago separatur à furfuribus. Sic & puncta hæc.

Anterius & posterius, dextrum & sinistrum in Mundis, quatuor.

§. 2. Atque deinde accedente separatione accuratiore è subtiliori & puriori, facta è Aziluth, quæ vocatur anterius, provenitque è Luce Jod in Tetragrammato. Ex eo quod deinde purius erat & selectius præ cæteris speciebus inferioribus, facta est Briah, atque illa vocatur dextrum, provenitque de luce He primi in Tetragrammato. Quod deinde purius erat & subtilius inferioribus, Jezirah extitit, quæ vocatur sinistrum, provenique de Vav Tetragrammati. Denique quod crassius erat, & pars judicialis præ tribus sociis superioribus, factum est Asiah, quæ vocatur posterius, provenitque de lumine He postremi in Tetragrammato.

§. 3. Et omnis quadratura vocatur posterioratio, & denominatur phrasi percutiendi: quoniam literæ collisæ & percussæ intra se invicem multiplicantur, & scintillas emittunt de grege sociorum suorum sub mysterio percussionis petræ, super qua puniebatur Moses Magister noster super quo pax. Nam סלע petra per Gem. est עץ arbor scientiæ boni & mali, ubi bonum sunt Severitates & malum sunt cortices. Et vox סלע æquipollet nomini Tetragrammato in literis suis multiplicatis & secum invicem quadratis binis semper paribus hoc modo. Decies ה״ facit 50: quinquies Jod facit 50: sexies ה״ facit 30: quinquies ו facit 30. Unde 160.

§. 4. Et notum est, quòd Lex sit bonum & cortices sint malum, aquæ malæ & amaræ, & aquæ maledictæ includentesque & circumdantes bonum, ne prodeant foràs guttæ de puteo legis, juxta mysterium guttorum sanguinis, quæ sunt judicium grave & occultum valde, ut Israelitæ non assequantur mysteria.

Cap. XLV.

§. 1. Bonum est posterius respectu mali in Mundo Tohu: Atque sic etiam res se habet in Mundo Tikun, sicut dicam postea. Id demonstrare possumus per simile, quod suprà adduxi, quòd nempe privatio prior sit existentia.

§. 2. Erat autem intentio Benedicti bonum creare atque malum in mun-

mundo: Et radix corticum erat à Vasis confractis: Ab iis facta sunt judicia, & à judiciis facti sunt cortices, atque inibi est radix mali.

§. 3. Radix autem boni ex illa luce est, quæ intra Vasa confracta fuit, ad instar guttarum adhærentium lateribus Vasis.

§. 4. Et si Sanctus ille qui benedictus sit, non creasset mundos & iterum destruxisset eos, non potuisset esse aliquid mali in mundo, sed omnia fuissent bona. Et notum est, quòd à malo agnoscatur bonum, atque pariter non fuisset fructificatio & multiplicatio in mundo, sicut dicunt Sapientes nostri bonæ memoriæ in Tractatu Joma: Si concupiscentia prava captivaretur per triduum in foramine Abyssi magnæ, non inveniretur pro ægroto ovum unius diei. Quoniam appetitus nullam de se præberet influentiam, cùm tamen dictum sit Jes. 45, 18. *Non inanem creavit illam, sed ut habitaretur, formavit illam.* Quia & tempore venturo vocabitur Laban, eò quòd dealbabitur ab impuritate sua & redibit ad dominium Israel, & orabunt Dominum, ut det ipsis appetitum concupiscentiæ pravæ ad generandum liberos, sicut invenimus in Midrasch Neelam Sectione Toledos in textum Gen. 25, 21. *Et rogavit Jizchak Dominum propter uxorem suam.*

§. 5. Et quanquam cortices non prodierunt de potentia in actum ante peccatum Adami primi; nihilominus in potentia tenui & occulta admodum erat radix mali corticum à Vasis confractis & opus erat creatione, juxta mysticum illud Jes. 45, 7. *Faciens pacem & creans malum.* Atque sic istæ quæstiones occultæ admodum sunt in mysterio suo, quid futurum fuisset, si concupiscentia prava non prodiisset de potentia in actum, & si non peccasset Adam primus, & generatio deserti & similiter tempore venturo quid futurum.

§. 6. Et hæc omnia inde sunt, quòd intentio Benedicti, cùm crearet mundum, finisque ejus hic esset, ut illum agnoscerent Creaturæ ejus: Propterea creavit flagella ad cædendum iis peccantes, lucemque bonam ad dandam mercedem bonam justis. Et propterea necessum est, ut homo habeat liberum arbitrium atque electionem, dum bonum & malum in mundo sunt. Et hinc dictum est Levit. 25, 17. 36. *Et timebis à Deo tuo.* Nam ille retribuit osori, coram facie ejus, ut perdat eum. Et si non ædificasset mundos eosque iterum destruxisset, non potuisset esse aliquod malum, sed omnia fuissent bona, nec fuisset præmium vel pœna in mundo. Jam vero cùm malum & bonum est intra cortices, pœna quoque est pro impio, qui per opera sua mala descendit à luce magna superna intra cortices eosque vivificat, quamvis jam sint sacrificia mortuorum. Sic quoque præmium est justo, qui per opera sua bona elevat aquas fœmininas de illa Luce intra Vasa confracta, qui sunt cortices, existente, lucemque elevat in locum suum. Cujus contrarium accidit peccatori; cortices enim sunt flagella pro cædendo peccatore. Et

hæc eſt ratio illius textus, qui dicit Prov. 30, 28. *Aranea manibus prehendet*; hic eſt cortex, qui prehendit brachia mundi, quæ ſunt Gedulah & Geburah vaſorum confractorum: Et telæ araneæ ſemper ſunt in domo, quod ſimile eſt corticis, qui ſemper adhæret ſtructuræ palatiorum; unde rectè ita nominatur: Et ipſe eſt in palatiis Regis; ſtat enim in 7. palatiis contrarietatis ex adverſo 7. palatiorum ſanctorum Regni, & initium ejus eſt à Gedulah & Geburah Regni τῆς Malchuth in Briah; ipſa enim eſt palatium Regis א״י, quod inter 7. palatia maſculina: Illi enim competit nomen אדני cui æquipollet היכל.

§. 7. Adhuc alia datur ratio, quòd dum adhuc puncta eſſent, Malchuth ſteterit in loco capitis א״א; poſtquam autẽ extenſus eſſet Adam Kadmon ſimpliciter ita dictus in 10. Numerationes ſuas, hic occupavit omnem locum 10. Numerationum mundi Tohu pro conformatione ſua usque ad finem ejus, & ſub eo Arich, qui combinatus eſt cum capite τοῦ אין. Unde patet, quòd locus ſtationis Malchuth mundi Tohu fuerit ſuper caput Arich. Et quamvis iſte Adam Kadmon propulſus ſit ſupra Tehiru uſque ad pedes ſuos, qui ex parte remanſerunt infrà; nec non etiam Arich propulſus & preſſus ſit ſurſum poſt eum; nihilominus ipſa propenſionem & reſpectum habet erga caput א״א iſtius; Et quamvis extenſa ſint omnia 10. puncta in 5. perſonas, non tamen dimota eſt Schechinah à puncto primo, quod eſt caput א״א. Unde in mundo conformationis nos precibus noſtris & operibus bonis elevare poſſumus Malchuth usque ad caput א״א qui eſt locus ejus, ubi priùs fuerat, de quo plura alibi.

Cap. XLVI.

§. 1. Lux interna vaſorum confractorum ſurſum abibat in viſcera Matris. Hoc eſt myſterium cedrorum Libani, quos plantavit Dominus in loco alio. Ipſi enim antehac erant rubri & nigri virtute vehementis flammæ judiciorum: Sed dealbati ſunt per myſterium 4. nominum propriorum, quæ efficiunt לבנן 138. qui eſt numerus חקל ager pomorum ſanctorum. Dicitur enim Gen. 27, 27. *Vide odorẽ filii mei*, qui eſt Seir, quatenus conformatus; *ſicut odor agri, cui benedixit Dominus.* Et nomina illa ſunt הויה אהיה הויה אדני Pater & Mater, Seir & Uxor ejus: Et Arich occultatur in eis ſub myſterio apicis Jod Tetragrammati.

§. 2. Atque hinc intelligi poteſt, quod dicit R. Schimeon Jochaides ſuper quo pax, Sectione Breſchith in textum Gen. 2, 8. *Et plantavit Dominus Deus hortum in Eden ab Oriente.* Iſtæ ſunt plantæ, quas evulſit Sanctus ille qui benedictus ſit, plantavitque in loco alio in terra ſancta. Hæc eſt Binah, quæ vocatur terra vitarum ſuperior. Datur enim Jeruſchalaim ſuperior & infe-

inferior; atque ita terra est è regione terræ. Et propterea juravit Sanctus ille qui benedictus sit, quòd non venturus sit in Jeruschalaim superiorem, quæ est Binah ad accipiendum Cerebra; donec ingressus sit in Jeruschalaim inferiorem, quæ est Uxor ejus, ut istam elevet secum: Et tunc ipsa ascendit cum eo, nec iterùm descendit. Et vox מקדם *ab Oriente* sive ab anteriori, ostendit, quòd acceperit lumina ista de loco suo, ubi fuerant מקדם priùs, eaque plantaverit alio in loco.

§. 3. Sic etiam in Sectione Vajikra in textum Cant. 2, 12. *Flores visi sunt in terra* dicit lucerna sancta, & indigitat illas plantas luminum internorum, quæ efformationem passa sunt.

§. 4. At mysterium illorum vasorum, quæ confracta sunt, concernit illos mundos, de quibus dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Atque hîc ordine informandus es super verbis istis Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd *nempe* Sanctus ille qui benedictus sit, ante creationem mundi hujus *construxerit* mundos & destruxerit eos, & dixerit. Hic proderit mihi; & hic non proderit mihi. Videtur enim fermè quòd dictum hoc occasionem calumniandi præbeat Epicuræis, quod absit, qui objiciunt: Quomodo possibile est, Sanctum illum qui benedictus sit! ita fecisse, ut construxerit & destruxerit, Debebat enim primùm ita creasse mundum, qui ipsi prodesset. Quomodo enim construxisset mundum, dicens; iste proderit mihi; & tamen deinceps eum iterum destruxerit dicens, eum non prodesse ipsi: An ergo quod absit! in ipso defectus datur Scientiæ, & annon omnia coram eo manifesta sunt? Ubi duæ sunt responsiones, Prima, sicut explicuimus suprà in Capitulis antecedentibus: Nempe quòd oportuerit esse malum ante bonum: Nam Mundus iste vocatur bonus respectu Mundi Tohu, qui est malus: Quanquam & mundus hic vocatur malus, nempe respectu mundi venturi, qui exstiturus est post revivificationem. Unde destruxit illum Sanctus ille qui benedictus sit. Et isti sunt 7. Reges, qui regnarunt; Et creati sunt 7. Mundi hominum, sicut explicui suprà. Notanter autem dicitur, Mundi in plurali, deque omnibus dicitur, quòd destructi sint, unde patet, quòd ne unus quidem profuerit ipsi quoniam vasa confracta sunt literæ, è quarum delapsu creata est radix mali: Et ex eo quod destructum est in mundis veteribus, exorta est structura Mundi efformati.

§. 5. Quin & de hoc Mundo, qui aliquando destruendus est, innuebat amolitionem, eo nempe tempore, cùm locum habebit dictum illud: Sex mille annis erit Mundus: Hinc & de hoc dicitur: Et destruxit eos; quoniam decreto jam stabilito, idem est ac si esset jam factum, præsertim cùm locus Mundi venturi jam sit paratus, nec nisi malum est abolendum; unde non relinquetur nisi Mundus Neschamæ: Et de hoc dictum est Jes. 66, 22. *Nam ecce cœli novi & terra nova, quam ego facio.*

§. 6. Pro secunda autem responsione præfandum nobis est, quòd mysterium revolutionis animarum dependeat à cognitione mysterii de 7. Regibus, qui regnarunt, antequam Rex aliquis præesset filiis Israël. Malum quippe ante bonum est: Et propterea mortui sunt & confracti: Et illorum ratione mortuæ sunt 974. generationes, quæ quasi corrugatæ disparuerunt, ita ut nullum ipsis fuerit tempus vel ætas. Atque ita omnes Reges & omnes Angeli omnesque creaturæ, superiores & inferiores, omnes destructæ sunt, & demortuæ, donec veniat tempus & appropinquet beneplacitum Regis omnium Regum, Sanctus ille qui benedictus sit, ut revivificet eas easque restituat iteratò efformatione pulchriori. Omnes enim creaturæ primæ 7. Regum, quæ creatæ sunt, antequam conderetur Mundus hic, qui vocatur Rex octavus, omnes erant malæ & peccantes coram Domino; quoniam ipsis nimiùm quantum prædominabantur, judicia atque cortices, & Sanctus ille qui benedictus sit, nihil penitus ex illis inveniebat in Mundo, *quod quietasset* Spiritum ejus, unde illas iterum destruebat. Atque istud est, quod *dixerunt* Magistri nostri bonæ memoriæ, illum creasse Mundos & destruxisse eos, atq; dixisse. Iste non proderit mihi, deque mundo hoc iteratò constructo dixisse eum: Iste proderit mihi, cùm tamen non usque adeò mihi sit profuturus. Et quamvis malum prius sit bono; id tamen in effectu saltem est, non autem in intentione. Et hoc est mysterium illud, quòd Israël ascenderit in intentionem Divinam, dicuntq; Sapientes nostri bonæ memoriæ quòd consultaverit cum animabus justorum, cùm crearet mundum: Hinc primùm dixit: Iste proderit mihi; de mundo hoc scilicet, separatim nimirum considerata medulla & cortice separatim; unde iteratò construxit ipsum. Atque hinc dicitur in historia creationis Gen. 1, 10. 12. 18. 21. 25. 31. *Et vidit Deus, quòd bonum*; atque iterum: *Et vidit Deus omnia, quæ fecerat, & ecce bona erant valde:* Ut docearis, quòd primùm Sanctus ille Benedictus extruxerit mundos, sed non profuerint ipsi, nec fuerunt boni in oculis ejus: Creati quippe erant per Nomen Elohim, quod est judicium. Et hoc ipsum est, quod dicit Scriptura: Ibid. v. 1. *In principio creavit Elohim, & terra erat inanis & vacua, & caligo super faciem* תהום *Abyssi*, quæ sunt literæ המות qui sunt cortices; Ibid. v. 2. *Et Spiritus Dei ferebatur super facies aquarum:* hic est vapor ossium comminutorum, qui intra vasa remanserat, quæ Sanctus ille Benedictus per eundem revivificaturus est. Et sic usq; ad illa verba: Et dixit Deus ib. v. 3. *Fiat lux, &c.* Omnia dicuntur de mundo illo, qui fuit ante istum: Atque ille vocatur Mundus Tohu sive in inanitatem redactus; quoniam cum non inveniret in eo aliquid proficui, eum iterum d. struxit.

§. 7. Atque hîc aliqui Cabbalistarum in errorem incidunt, dum scribunt, quòd ante Mundum istum mundus fuerit quidam, qui fuerit mysterium שמיטות החסד intermissionis gratiosæ, nunc autem Mundus secundus

mundus sit intermissio שמיטת הפחד intermissio Rigoris, quodque sic innovaturus sit mundos Deus extollendus, donec consummentur 7. שמיטות intermissiones. Sed isti errant, quoniam audiverunt quidem à Magistro suo, quòd fuerit mundus aliquis ante mundum hunc, non tamen cupierunt interrogare Magistrum, quænam fuerit natura illius mundi, & quare destruxerit eum, eumque construxerit iteratò; sed statim dixerunt ex se ipsis, quòd Sanctus ille Benedictus septies innovaturus sit mundos; quodque mundus præteritus fuerit mysterium intermissionis gratiosæ, tempus autem in quo nos versamur hoc in mundo sit mysterium intermissionis rigorosæ. Ita autem se non habent verba Magistri atque Doctoris nostri Isaaci R. Jizchak Germani bonæ memoriæ.

§. 8. Sed ille dicit, Sanctus ille Benedictus, primùm construxisse *mundum unum*, in quo regnaverint septem Reges, qui sunt Scientia, Be*nignitas*, Severitas, Pulchritudo, deinde Victoria & Gloria simul, quæ *sunt duæ* medietates corporis, atque Fundamentum & Regnum. Bela denotat scientiam, Jobab Benignitatem, Chûscham Severitatem, Hadad Pulchritudinem, Samla Victoriam & Gloriam, quæ sunt duæ medietates corporis operanturque simul, sicut homo, qui non potest ambulare pede uno, sed opus habet duobus simul: Sic istæ duæ Sephiroth non operantur seorsim seclusa socia: Et quanquam tunc temporis nondum existeret trutina; nihilominus connexæ invicem prodierunt in Mundo Tohu, & operatæ sunt operationes suas descendendo è Binah & procedentes Binæ. Unde Rex Samla utramque denotat. Schaul de Rechoboth Hannahar est fundamentum & vocatur Schaul, quod Regnum ipsi tantum fuerit commodatum illo tempore, cùm plus ipsi vitæ suppeteret, quàm sociis ejus; nempe tempore illo, cùm portio Malchuth penes ipsum esset deposita à Binah, quæ ipsi mittebat radiationem suam & influentiam suam solam; atque ipsa vocatur Rechoboth Hannahar; Binah enim est fœmina & pomum ejus, si ita dicere licet, latum est, non verò longum, sicut Fundamentum Maris: Et quia influentia ejus deorsum pergebat sicut fluvius inundans & confringens vasa eorum, hinc vocatur fluvius: Sicut etiam in Mundo efformationis ipsa vocatur fluvius Jobel. Et propterea vocatur Schaul, quoniam Regnum ad tempus ipsi erat mutuò datum propter Malchuth, ne nempe hæc frangeretur. Omne autem mutuum reddendum est. Atque ideo Schaul non idoneus erat ad regnandum, sed Regnum ipsi tantum cõmodatum erat propter audaciam ejus, quâ etiam usus est adversus cœlos: Quanquam audiverant ex ore Samuëlis Prophetæ, super quo pax! qui aliquoties monuerat eos, ne super se constituerent Regem illa vice, quòdque expectandum ipsis esset Regnum domus Davidis; in quod directa fuerat intentio Benedicti, cùm ipsis præciperet præ-

ceptum hoc de Rege: Ipsi autem nolebant expectare Davidem, quoniam iniquitates eorum horum causa erant: Quod est mysterium amissionis asinarum, qui sunt cortices, qui vocantur asinæ: Atque hi tum prævalebant propter peccatum sculptilis Michæ, quod illo tempore erat inter eos: Regnum autem domus David negabatur adhuc dum Israëlitis propter asinas per duos annos & dimidium. Et hoc ipsum est quod dicitur in Sohar Schir Haschirim fol. 21. col. 1. his verbis: Scriptum est 1. Sam. 10, 26. *Indicando indicavit nobis, quòd inventæ essent asinæ, & verbum regni non indicavit ei:* Sic etiam hîc sub mysterio Sapientiæ actum est. Nisi enim mysterium Sapientiæ affuisset, unde scivisset Samuel, utrum inventæ fuerint, annon? *Verbum regni* autem Sapientia superna est suprà & infrà, suntque arcana Sancti illius Benedicti. Sensus est iste, quod Schmuel non indicaverit Sauli, quòd perditio asinarum ipsi causaretur verbum Regni. Et quamdiu Uxor Seir Anpin, nempe Regnum domus David non erat parata & disposita, ipse non erat aptus ad regnandum: Scintilla enim Saulis erat de scintilla Fundamenti Mundi Tohu; volebatque admovere manum deposito τῆς Malchuth, deque illo aliquid diripere: Peracto ergo furto hanc sibi assumebat influentiam; nam influentia depositi hujus causa erat regni τῆς Malchuth in Mundo Tohu, antequam destrueretur. Ideoque ipsum (Fundamentum illud) abolebatur & Regnum ejus. Quia ipse vitam illam exiguam paululum longiorem, quam socii ejus, non habebat, nisi in hunc tantum finem, ut regnaret Malchuth; hinc in manu Davidis erat omne in ordinem componere: Regnum enim domus David non confractum est nec abolitum. Scintilla autem Jehonathan erat de Seir Mundi Tohu, qui vocatur יהו quod nomen omni in loco est Seir Anpin & He ultimum (quod hîc deficit) est Malchuth. Et ecce etiam iste acceperat à Binah 50. portas ejus; Et quinquagies decem sunt 500. juxta numerum נתן quod est mysterium יהונתן. Omnis autem influentia τῦ Seir non procedit nisi ut affluat τῇ Malchuth: Et propterea scintilla Jehonathan dividebatur in 10. portas: Omnis quippe influentia dividitur in decadem; quoniam provenit à Jod Nominis ע״ב. Et æquum erat, ut ipse regnasset super decem tribus: Verùm enimverò quoniam Regnum ejus non stabiliebatur in Mundo Tohu, sed abolebatur, ideò nullum penitus habebat Regnum, tantumque erat secundus à Rege Davide, juxta mysticum illud 1. Sam. 23, 17. *Tu eris mihi in Regem, & ego tibi ero in secundum à te. Atque etiam Saul pater meus istud novit:* Ille enim erat insignis Sapientum discipulus noveratque mysterium rei hujus, quòd etiam in cœlis esset Regnum domus David & secundus in eo Metatron. Regnum enim terrenum se habet ut Regnum cœleste, & hoc est mysterium illius textus 1. Sam. 20, 31. *Quia omni-*

omnibus diebus, quibus filius Ischai vixerit super humum &c. vel potiùs propter ארמה humum, quæ est Malchuth, *non stabilieris tu & regnum tuum.* Mysterium autem de filio Jischai istud est, quòd fuerit surculus de eo, nempe portio de influentia illa magna, quæ erat in medietate portionis primæ Vasis Fundamenti tanquam depositum; non enim accipiebat reliquum, donec istam daret ־ה Malchuth. Et vocatur ישי quod per Gematriam est 320. judicia nempe decies 32. semitæ Elohim, quæ confractæ sunt. Et quoniam judicia ceciderunt super Regnum domus David; fueruntq; tanquã persequens, qui venit ad occidendum vel persequitur puellam desponsatam; hinc etiam Schaul erat de notione istius influentiæ judiciorum persequentium: Ita enim persequebatur Davidem, ut occideret eum & aboleret eum. Sed hæc sufficiant.

§. 8. Et Rex Baal Chanan indigitat Malchuth, quoniam ipsa est ager, *qui assecutus* est gratiam per maritum suum, qui est Jesod: Quoniam *supra illum* confracta sunt omnia, & maritus iste gratiam largitus est ipsi dividendo influentiam in duas partes, qui sunt duo tribus relicti domui David, cùm rebellaret Vicarius: Et accepit influentiam à Nomine Tetragrammato: Nam radix עַב 72. est כָּן 26. & hæc fuit causa, quòd non frangeretur, quoniam deducebatur à Benignitatibus suprà dictis. Sed deinde veniebat influentia portionis secundę de Nomine אלהים, nam quinquies ם efficit Resch 200. quod denotat judicium: Nam cùm influentia prima adhuc esset in manu ejus, absorpta est portio postrema, & hæc causa fuit aliqualis destructionis ejus. Et propterea vocatur filius Achbor, quod est mysterium עַכְבּוֹר id est, numerorum 72, & 26, & 200. quod exposuimus. Et iste mundus non erat rectus in oculis Sancti illius Benedicti, & videbat quòd ab eo nunquam proditurum sit aliquid boni; ideoque admodùm confortabantur judicia in loco Mundi Aziluth, & multò magis in loco mundorum inferiorum, ubi cortex in infinitum corroborabatur. Et ratio est, quia Æn Soph Rex Regum omnium Sanctus ille Benedictus non emanare sinebat in Mundum istum de luce sua sancta & pura, nisi mysterium Nephesch tantum de Nomine suo magno, quod benedictũ sit! Jam verò notum est, quibus innotuit Gratia, quòd peccatum Adami non provenerit nisi ex parte Nephesch: Sicut dicitur: *Et Nephesch, quæ peccat, morietur:* & pariter: *Et exturpabitur Nephesch illa coram me:* Et alibi dicitur: *Et Nephesch quando peccabit.* E contrario Ruach & Neschamah non cupiunt facere malum, quòd absit! Quoniam in Nephesch permixtum est malum cum bono, sicut massa permixta & malum prævalet bono. Ruach autem & Neschamah non sunt permixta. Multò minus tale quid in eo est, qui habet Nephesch de Aziluth, in quo non est malum usque adeò. Malum autem

rem hoc est mysterium concupiscentiæ pravæ, quæ semper sociata est cum Nephesch ista, ita ut contingat ipsam & adhæreat ei. Et hoc est mysticum illud: *In toto corde tuo*, id est, in duabus concupiscentiis tuis: Et qui major est socio suo, illius etiam concupiscentia major est quàm socii ejus. Id volo: Si anima ejus est de scintilla contemplantium, tunc reformanda ipsi est scintilla potestatis oculorum hominis Belial & loci ejus, donec locum babeat dictum illud Jes.25,8. *Absorpsit mortem in æternum*; ubi sanctitas absorbebit locum mortis; & hic absorbebitur: *Et non apparebit tibi fermentum in omnibus finibus tuis*, sicut dicit R. Schimeon Jochaides, super quo pax! in Sohar Sectione Pekude fol. 240. col. 2. Sed Sanctus ille Benedictus constituet ex illo congregationem Israël, & ipse stabiliet columnas & tabernacula, & omnia illa vocabuntur domus in restitutione sua & in vigore suo in æternitatem æternitatum omnium. Et scriptum est: *Dilata locum tentorii tui*, quoniam absorbebitur pars adversa, & non restituetur in æternum. Atque tunc *opprobrium populi ejus tollet super omnem terram*, quoniam Dominus dixit, & loco congruo rem pleniùs dicam.

§. 9. Sed redeamus ad propositum. Quoniam videbat Infinitus, cujus Nomen benedictum sit! Rex Regum omnium, quòd judicia & cortices mysterium נפש Nephesch per Gematriam quinquies אלהים confortarentur in mundo illo, iterum destruebat illum & construebat mundum alium, qui est mundus iste: Et emanando producebat de Spiritu suo atque luce sua sancta atque pura mysterium Ruach. Atque istud est, quod scribitur: Et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Et regnabat Rex octavus, cui nomen Hadar, qui continet omnes 7. Reges priores, qui corrugati evanuerant sine tempore & aboliti erant. Et Sanctus ille Benedictus inveniebat in eo quietem in Spiritu suo & stabiliebatur. Propterea de eo non dicitur: Et mortuus est, sicut dicitur de septem Regibus prioribus: Et mortuus est, & regnavit pro eo &c. Et propterea vocatur Hadai à revertendo, quòd res rediret ad mundum hunc, & iste efformaretur. Et propterea dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Primùm Sanctus ille Benedictus creabat mundum in judicio, quod est mysterium Nephesch, quæ tota constat judicio. Et huc pertinet illud: *In principio creavit Elohim*: nam quinquies Elohim est Nephesch. Cumque videret, quòd ipsi non esset stabilitas, adjungebat ipsi attributum miserationum, quod est mysterium Spiritus istius, unde stabiliebatur, sicut dicitur: *Illa die, qua faciebat Dominus DEUS terram & cœlum.* Et hoc ipsum est quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Omnis Judex, qui judicat judicium veritatis secundum veritatem suam (quoniam veritas est mysterium attributi Miseratio-

num

rum) idem facit, ac si fieret socius Sancto illi Benedicto in Opere Creationis. Atque hoc ipsum est, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Si est judicium infrà, non est judicium suprà, sed miserationes: Quoniam super columnam judicii veritatis mundus stabilitur, sicut dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ in capitulis Patrum. Et huic simile quid datur in Mundo Efformationis: Si ergo tollatur columna judicii, tunc locum habet illud Proverb. 22, 23. *Et diripiet diripientes eorum Nephesch.* Porrò dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Gladius venit in mundum propter oculos iudicii, & propter perversitatem judicii; Et huic similis est devastatio Mundi Hattohu; Et propterea iteratò creavit Mundum hunc.

§. 10. Et nihilominus etiam hic mundus, in quo nos versamur, destruendus est: Et propterea invenitur in libro Chronicorum mentio mortis etiam octavi Regis, sicut dicitur: *Et mortuus est Hadad*; quæ est vox ejulatûs: Quoniam & in eo confortata sunt judicia & cortices, quamvis non ita sint validi, sicut priores, nihilominus id fiet, ut exurantur omnes cortices malumq; perfectè è mundo tollatur, nec ipsorum fiat mentio, nec recognoscantur ampliùs in æternum: Hinc Sanctus ille Benedictus Mundum hunc convertet in vacuum & inanitatem, nec remanebunt nisi Nephaschoth justorum, qui se ipsos applicuerunt Domino Deo vivo. Atque sic renovabit Sanctus ille Benedictus Mundum, & creabit Dominus creationem novam, producetque de luce sua magna mysterium Neschamæ Nominis ejus magni, quod benedictũ sit! Et tunc locum habebit illud: *Et exaltabitur* ײ *solus in die illa.* Tetragrammaton enim est mysterium Neschamæ. Et hoc ipsum est mysterium illud, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Et una erit devastatio, sicut dicitur: *Et exaltabitur* ײ *solus in die illa*, qui est dies & millenarius septimus. Et alibi dicitur: *Dominus* בָּדָד *solus ducet eum.* בָּדָד autem per Gematriam est Jod, decem. Sensus est, quòd omnes 10. Sephiroth futuræ sunt simul in connexione perfecta: Et quòd etiam Seir & Uxor ejus, quibus non sunt cerebra nisi temporibus notis, habituri sunt 10. Sephiroth in perfectione, *ceu clavus firmus & tentorium non deponendum.* Omnes enim 5. personæ erunt perfectæ decem Numerationibus constantes in unitate perfecta; Et illuminabuntur simul in mysterio Lucis Neschamæ in omnibus 10. partibus suis. Et propterea dicitur: *Et fiet in die illa, Dominus erit unus*, (iste est Seir,) *& nomen ejus*, (quæ est uxor ejus) *etiam erit unum* in 10. Numerationibus suis. Sensus autem vocis אֶחָד indigitat perfectionem, sicut in Scriptura invenimus: *Et erat tabernaculum unum*, id est, integrum. Et אֶחָד bis sumptum æquipollet Nomini Tetragrammato, sicut suprà diximus. Ergò *Dominus solus ducet eum*, id est: *Dominus*, qui denotat mysterium Neschamæ; בָּדָד id est, *solus ducet eum*, & non Elohim: Quoniam Elohim dividitur in אֵלֶה & ים: אלה autem est notio Spiritus, & ים est

notio Nephesch. *Et non cum eo Deus alienigena,* nempe Deus Deorum alienigenorum, quod est mysterium corticum. Nam quoniam manifestabitur mysterium Neschamæ Benedicti, totus mundus implebitur luce, sanctitate, sapientiâ, & prophetiâ, *sicut aqua mare operientes.* Et Spiritus impuritatis, qui sunt cortices, auferetur à terra, nec mentio ejus ampliùs fiet; ita dilatabitur regnum ejus in mundo, sicut dicitur: *Dominus regnabit in æternum & perennitatem.* Quamdiu enim regnârunt 8. Reges suprà dicti, non dilatatum est regnum ejus, cujus nomen benedictum sit! Et propterea scriptum est: *Et isti sunt Reges, qui regnârunt, antequam regnaret Rex super filios Israël.* Et cùm Nomen Dei benedictum etiam è medio tollet Regem octavum de terra, sicut dicitur in libris Chronicorum: *Et mortuus est Hadad:* tunc regnabit Rex super filios Israël, cujus nomen benedictum sit! & hæc est dominatio Neschamæ ejus, q. b. s! quæ tota est vita & tota est miserationes perfectæ; nec malum in ea est ullatenus. Tunc dilatabitur magnitudo regni ejus, qui benedictus sit! & exaltabitur Nomen ejus in mundo: Et omnes inclinabunt humerum ad serviendum ei, omnesque suscipient jugum Regni ejus. *Illa die Dominus erit unus, & nomen ejus unum.* Benedictum sit nomen ejus in æternum. Amen.

Sic esto voluntas Dei!

F I N I S.

PARS

PARS SECUNDA

ejusque

Tractatus Primus,

qui est

*SI*PHRA de ZENIUTHA

seu

LIBER MYSTERII,

sive

OCCULTATIONIS,

Cum Textu Originario correcto, & punctato, nec non in paragraphos dissecto, adjectis Variis Lectionibus, cui è regione adjecta est Versio, cum annotationibus; & allegatione Dictorum Biblicorum.

LIBER OCCULTATIONIS,
seu
MYSTERII.

רא דצניעותא

CAP. I.

פרקא קדמאה

[NB. Numeri hic illic inserti, Lectorem remittunt ad paragraphos Commentarii infra sequentis.]

§.1. TRaditio. *Liber Occultationis* [§. 1.] *est Liber, qui describit Librationem bilancis.* [§.2 131.132.]

תאנא ספרא דצניעותא ספרא
קיל במתקלא

§. 2. *Traditio.* [In editionibus impressis hæc vox non extat: Sed in Exemplari Mantuano correcto, adscripta est.] *Antequam enim Bilanx esset,* [§. 10.132.] *non respiciebant facies ad faciem.* [§.11.]

תאנא דעד לא הוה מתקלא לא
משגיחן אפין באפין

§. 3. *Et Reges primi mortui sunt:* [§.13. seqq.] *& alimenta eorum* [§.21. Alii corrigunt & legunt תיכוניהון id est, & coronæ eorum:] *non inventa sunt: & Terra desolata fuit.* [§.22.]

ומלכין קדמאין מיתו ומזוניהון
אשתכחו וארעא אתבטלת

§. 4. *Donec Caput* [Codex Mantuanus correctus adscriptum hic habet, דלא אתידע quod ignoratur.] *omnibus desideriis desideratum* [§.23. 156. & codex correctus adjicit אס, id est, Infiniti.] *vestimenta honoris* [§.24.134.136.171.174.] *paravit & communicavit.*

עד רישא דכסופא דכל כסופין
ין יקר אתקין ואחסין

§. 5. *Hæc Bilanx pendet in loco, qui non est.* [In Mantuano correcto adscriptum est עתיקא, id est, in Seniore. §.26.]

תאי מתקלא תלי באתר דלא

§. 6. *Eadem ponderati sunt illi, qui non reperiebantur.* [§. 27.]

אתקלו ביה אינון דלא
כחו

§. 7. *Libra consistit in corpore illius* [§.37. In Codice correcto adscriptum est עתיקא id est, Senioris.] *non adhæret, & non videtur.*

מתקלא קאים בגופיה לא
וד ולא אתחזו

§. 8. *In illa ascenderunt, & in illa ascendunt* [§.38. *quæ non sunt & sunt & erunt.*

ביה סליקו וביה סלקין דלא
הוו ודהויין

§. 5

§.9. *Occultum in occulto.* [In Codice correcto adscriptum est: רישא דלא אתידע Caput quod ignoratur. §. 44. 45. 46. 164.]

9. סתרא גו סתרא.

§. 10. *Conformatus* (autem) *& praeparatus est ad instar cujusdam cranii* [Codex correctus addit numeros partium, dicitque hanc esse partem primam. §. 47. 176. 177.] *pleni rore crystallino* [Cod. correctus addit, hanc esse partem secundam §. 47. 178.]

10. אתתקן ואזדמן כחד גולגלא׃ מליא טלא דברולחא׃

§. 11. *Membrana aëris clara est & clausa* [In Codice correcto dicitur pars tertia, §. 48.]

11. קרומא דאוירא אזדכך וסתים׃

§. 12. (Deinde) *sunt* (capilli ut) *Lana munda pendentes in aequilibrio.* [Codex correctus hanc dicit formam quartam, quam refert ad gradus נ״ה id est superationem & Gloriam. §. 75.]

12. אינון עמרנקי תליין בשקולא׃

§. 13. *Benevolentia Benevolentiarum* [Codex correctus dicit hanc esse formam quintam, quam refert ad יסוד seu fundamentum eamque explicat de fronte & auribus.] *quae manifestantur* [§. 185.] *per preces inferiorum.*

13. רעוא דרעוין אתגליין בצלותא דתתאי אשגחא׃

§. 14. *Visio aperta,* [Codex correctus hanc dicit esse formam sextam, eamque refert ad נ״ה id est, ad superationem & Gloriam.] *quae non dormitat, & continuò observat: Aspectus* (autem) *inferior* (dependet) *ab aspectu lucis superioris.*

14. פקיחא דלא נאים ונטיר תדירא אשגחותא דתתא באשגחותא דנהירו דעלאה׃

§. 15. *In illo duo foramina Meniani* [Codex correctus addit hanc esse formam septimam, quam refert ad מלכות sive Regnum.] *& (hinc) excitatur spiritus pro omnibus.*

15. ביה תרין נוקבין דפרדשקא ואתער רוחא לכולא׃

§. 16. [Cum igitur Lex divina incipit:] בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ׃ [quae communiter verti solent:] *In principio creavit DEUS caelum & terram:* [sensus est:] *Sex* (membra creata esse; quae sunt sex numerationes Microprosopi: Benignitas scil. ut brachium dextrum; Severitas ut brachium sinistrum; Pulchritudo, ut corpus: Superatio ut crus dextrum; Gloria, ut crus sinistrum; & fundamentum, ut membrum genitale. Ut loco בראשית in principio legendum sit: ברא שית *creavit sex. Super istis* (consistunt) *omnia* (quae sunt) *inferiùs,* [praecipue Basilia, id est gradus ultimus, sive Uxor Microprosopi; & omnes tres mundi inferiores.]

16. בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ שיתא בראשית עלייהו כלהו לתתא׃

§. 17. *Et dependet à septem (*formis*) cranii Dignitas Dignitatis.* [Id est Barba venerabilis senioris in tredecim partes distincta.]

17. ותליין משבעה דגולגלא יקירו דיקירותא.

§. 18. *Et Terra secunda* [id est, Regnum mundi restituti, quod aliàs dicitur Uxor Microprosopi:] *non (venit) in computum* (cum creata dicuntur sex Membra. Vel aliter: Cum Gen. 1. v. 2. altera vice dicitur, *Et Terra:* non intelligitur Terra illa, cujus primò facta est mentio; quia per primam intelligitur Regnum mundi restituti, & per secundam regnum mundi destructi;) *& hoc* (alibi) *dictum est.*

18. והארץ תניינא לאו בחושבן והא אתמר.

§. 19. *Et ex illa, quæ maledictionem subiit, prodiit:* sicut scriptum est [Gen. 5. v. 29.] *de terra cui maledixit Dominus.* [sensus est, Regnum mundi restituti formatum fuisse è regno mundi Destructi, in quo septem Reges mortui & vasa eorum confracta fuerant. Vel: Explicatio terræ cujus altera vice fit mentio, prodit è regno mundi destructi.]

19. ומההיא דאתלטייא נפקא דכתיב מן האדמה אשר אררה יי.

§. 20. *Erat inanis & vacua, & tenebræ super faciem abyssi & spiritus Dei ferebatur super Aquas. Tredecim* [hæ voces, ab היתה, usq; ad המים, vel etiã ut alibi dicitur, à primo Nomine Elohim usq; ad secundum,] *dependent à tredecim* (formis sive partibus) *Dignitatis Dignissimæ* [id est, Barbæ Macroprosopi.]

20. היתה תהו ובהו וחושך על פני תהום ורוח אלקים מרחפת על פני המים וגו׳ ·תליסר תליין בתליסר דיקרו דיקירותא.

§. 21. *Sex mille anni dependent à sex primis* [id est, illud quod dixerunt Sapientes, sex mille annos durabit mundus; &c. intelligendum de sex numerationibus Microprosopi, prout infra latiùs dicetur. Ansam autem huic meditationi dant sex voces sequentes: ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור & dixit Deus: fiat lux, & facta est Lux.]

21. שתא אלפי שנין תליין בשתא קדמאי.

§. 22. *Septimum* [millennium, & septimum metrum, nimirum Regnum, consistit] *super eo, quod vehemens est solùm* [id est, cum gradus sex membrorum denotent miserationes & judicia, gradus septimus solo judicio & rigore nititur.] *Et desolatum est totum* [id est, Regnum in supernis est antitypus Sanctuarii, & sicut hoc destructum est, ita & Schechinah, seu Basilia illa exulat] *per duodecim horas* [Nam Hebræi totum hoc tempus exilii sui unius tantum dici spatio includunt.] *Sicut scriptum est: erat inanis & vacua &c.* [nam à voce, היתה, usque ad פני sunt duodecim voces.

22. שביעאה עליהו דאתתקף בלחודוי ואתחריב כלא בתריסר שעתי דכתיב היתה תהו ובהו וגו׳.

§. 23.

§. 23. *Decimum tertium*, [id est, metrum המים, aquarum, quæ est vox decima tertia] *eriget ea* [id est, tam sanctuarium superum quam inferum] *per misericordiam*; [quia aqua denotat metrum benignitatis, per quod judicia & pœnæ mitigantur.] *& renovabuntur ut prius* [nam de novo sequuntur sex voces, ut ab initio commemorantur sex membra:] *Persistunt enim omnia illa sex* [Microprosopi membra & non sunt ut Uxor ejus, & ab illis fiet restitutio:] *quia scriptum est* ברא *creavit* [quod habet sensum permanentiæ:] *& deinde scriptum est:* היתה *erat* [quæ etiam est phrasis essendi & non intereundi:] *nam reverà est*; [non planè periit regnum, quamvis sit inane & vacuum; sed adhuc essentiam habet.]

23. תליסר יקום לון ברחמי ומתחדשן כקדמיתא וקמו כל אינון שתא בגין דכתיב ברא ולבתר כתיב היתה דהא הוות ודאי.

§. 24. *Et sub finem Inanitatis & vacui & tenebrarum* [id est, finito exilio locum habebit dictum illud Jes.2.v.11.] *Et exaltabitur Tetragrammaton solum in die illa.* [id est, tempore Messiæ.]

24. ולבסוף תהו ובהו וחשך ונשגב יי לבדו ביום ההוא.

§. 25. *Sculptura* [autem] *sculpturarum* [sculptura est receptaculum, sicut quod exsculpitur, excavatur, ut cava receptacula alia. Receptacula ergò sunt inferiora omnia superiorum respectu; inter quæ ultimum locum habent Cortices, qui hic describuntur, quod sint] *sub specie serpentis longi extensi huc & illuc* [De hoc serpente sic loquitur Autor Vallis regiæ Tractatu de corticibus. Fragmenta Vasorum, quæ delapsa sunt in mundum Creationis, formationis & factionis, ibidem substiterunt ab extra: illisque proxima sunt judicia, quæ vocantur profanum, & inter sanctum & inter immundum medio loco consistunt. Et à capite consistit Draco magnus, qui est in mari, & est serpens marinus, qui non tam noxius est ut terrenus. Et hic Draco castratus est, quia pinna ejus (seu membrum genitale) cum uxore ejus mitigata sunt, & exinde facti sunt 400. mundi desiderabiles. Et hic in capite suo habet foramen (ad instar Cetaceorum) ut accipiat influentiam, & in se continet omnes Dracones reliquos; de quibus dicitur: Confregisti capita Draconum super aquis Psal.74.v.13. Et intelligitur Idea seu forma Universalis omnium corticum, quæ septem inferiores Basiliæ emanativæ circundat ad instar serpentis, tam à dextra quam à sinistra & ex omni latere.]

25. גלופי דגליפין בחיזו דחויא אריך ומתפשט לכאן ולכאן.

§. 26. *Cauda* [ipsi est] *in Capite*: [id est caudam ore tenet, ut circulum formet, quia circundare dicitur sanctitatem.] *Caput post humeros transfert*: [id est, in tergum Uxoris Microprosopicæ, ubi locus judiciorum rigorosissimorum, caput suum convertit,] *& indignatur* [quoniam in ipso judiciorum & severitatum extremitas,

26. זנבא ברישא רישא אחורא אכתפין אעבר ועים נטיר וגניז חד לאלף יומין זעירין אתגליא.

mitas, unde attributum ejus primarium est Ira.] *Observat* [id est, accuratè inquirit quonam loco aditum habere queat ad sanctitatem.] *& occultatur* [quasi insidias struens: quia inferioribus insidiatur, quibus peccantibus ipse accessum habet ad gradus sanctos, ubi eidem committuntur executiones judiciorum.] *uno de mille diebus brevibus manifestatur.* [Dies dicuntur Numerationes, & dies breves, numerationes mundorum inferiorum; inter quos Factivo tribuuntur decades, ob decem numerationes suas: Formativo hecatontades, quia numerationes ejus auctioris sunt luminis & è decadibus constant: Creativo autem chiliades, ob eandem rationem. Circa hunc autem potissimum locum habet Draco iste, unde si in una saltem Numeratione istius systematis defectus contingat, ob culpam inferiorum, hic manifestatur, accusationesque coram throno gloriæ instituit.]

§. 27. *Gibbi sunt in squamis ejus* [id est, sicut in Crocodilo; quia magnus in ipso est judiciorum cumulus.] *pinna sortem habet propriam* [id est genitalia ipsi præcisa sunt, non amplius est in eo vis pergendi ad ulteriora.]

27. קולטרא בקטרוי סנפירא בערבוי׃

§. 28. *Confringitur* (autem) *caput ejus per aquas Maris magni.* [Mare magnum est Sapientia, fons miserationis & Benignitatis; quæ si influxum suum demittit, judicia sedantur & corticibus infringitur vis nocendi.] *sicut scriptum est* [Psal.74. v.13.] *Confregisti capita Draconum per Aquas.*

28. אתבר רישיה במיין דימא רבא דכתיב שברת ראשי תנינם על המים׃

§. 29. Duo fuerunt [Mas & fœmina, unde textus Psalmi loquitur de Draconibus in plurali: ubi autem pluralis numerus ponitur ad minimum, intelliguntur duo.] *In unum reducti sunt:* [fœmina enim Leviathanis occisa est, ne judicia prolificare queant.] *Unde vox* תנינם [in loco allegato Psalmi] *defectivè scripta est;* [ad denotandam restrictionem istam.]

29. תרין הוו חד אתחזרו תנינם כתיב חסר׃

§. 30. [Dicitur autem] *Capita* [in numero plurali, ad denotandam ingentem multitudinem tam specierum, quam individuorum in isto genere:] *sicut scriptum est:* [Jechesk.1.v.22.] *Et similitudo super Capita Animalis, firmamentum.* [Ubi etiam animal in singulari ponitur ut genus Angelorum; & capita in plurali, ad denotandas species & individua innumera.]

30. ראשי כרא ודמות על ראשי החיה רקיע׃

§. 31. *Et dixit Deus; fiat Lux; & facta est Lux.* *Sensus* (peti potest ex illo Psal.33.v.9.) *ubi scriptum est: Quoniam Ipse dixit: & factum est.* [Primo ergò commemoratur] *gradus* הוא [id est Mater intelligendi, quæ vocatur אלהים, juxta initium versiculi: Et dixit Elohim, eadem quoque vocatur הוא in dicto Psal.33.v.9. ob na-

31. ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור היינו דכתיב כי הוא אמר ויהי הוא בלחודוי ויהי בלחודוי׃

ob naturam suam valde occultam.] *Solus* [tam à Mose, quam à Davide.] *Et vox* ויהי *&* *facta est* [etiam] *sola*. [quasi scilicet sex membra separatim considerarentur, dum י in ויהי primum locum occupat.

§ 32. *Deinde* [literæ] *invertuntur*, [& sunt] *unum*: [si nempe in voce ויהי, literæ Jod & He præmittantur ut legatur ויהוי, unum fit Tetragrammaton, quod totam divinitatem exhaurit. Quia autem hæc pertinent ad Matrem, à qua oriuntur judicia, hinc Tetragrammaton hoc hîc scribitur retrogradando, quod à Cabbalistis ad judicia refertur; ob naturam posteriorum; unde poni debuisset hoc modo: · ויהוי · ויהו · ויה · וי. Sed quia in gradu Intelligentiæ non ipsa judicia extant, sed tantum illorum radices; in sese autem Gradus hic mera est clementia, hinc retrogradatio invertitur, ut nomen integrum statim primò locetur hoc modo:] ויהוי · ויהו · ויה · וי · [non autem scribitur modo ordinario יהוה: quia de voce ויהי sermo est, cujus metathesis hic discutitur. Et nihilominus litera] *ultima* [nimirum Jod, quod loco He ultimi ponitur, denotat] *Schechinam* [seu præsentiam Basilicam] *inferiorem* [id est, gradum Regni:] *sicut* [aliàs] *litera He Schechinah* [esse] *reperitur*.

32. לְבָתַר אִתְחֲזָרוּ חַד יהוי יהו יהי בַּתְרָאֵי שְׁכִינְתָּא לְתַתָּאָה כְּמָה דְאָא שְׁכִינְתָּא אִשְׁתְּכַח׃

§. 33. *Sed in una bilance ponderantur*. [Bilanx denotat marem & fœminam: & sensus est literas Jod & He, quarum illa est masculina & refertur ad gradum fundamenti; & hæc fœminina ad Basiliam pertinens, esse permutabiles; quia dum ponderatio id est, cõmunicatio fit, pro uno habẽtur subjecto conjuges. Adde quod Basilia etiam vocetur אדני, in quo litera Jod agmen claudit: propter quam eadem quoque vocari solet Sapientia inferior.] *Et animalia currunt & redeunt*. [i.e. quod Jechesk. 1, 14. dicitur de animalibus, id dici solet de literis Tetragrammati, quæ modo ultimum locũ habent, modo primum; ut Jod aliquando excurrit usque ad graduum finem; aliquando redit, usque ad graduum initium: & sic quoque He. Vel etiam tunc animalia dicuntur currere, cùm Tetragrammaton scribitur per He ultimum, quia tunc totum systema emanativum exhauritur. Reverti autem dicuntur, cùm Tetragrammaton scribitur per Jod in fine, ita ut sensus redire cogatur à gradu ultimo Basiliæ, in penultimum fundamenti, quod designatur per hanc literam Jod.]

33. וּבְחַד מַתְקְלָא אִתְקְלוּ׃ וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב׃

§. 34. *Sicut scriptum est: & vidit Deus lucem, quod bona*. [Hîc rationem adducit ex ipso textu proposito, quomodo litera ultima hujus Tetragrammati nimirum Jod, designare queat uxorem: quia nempe Deus ipse in luce viderit gradum fundamenti copulantis, quem indigitat vox boni: ubi autem fundamentum in actu copulandi, id est, sub notione boni communicantis, ibi uxor. Quod autem Vox *boni* denotet

34. כִּדְכְתִיב וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי טוֹב אָמְרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב הַאי בְּמַתְקְלָא סַלְקָא׃

fundamentum, probatur ex Jeschaj. 3. v. 10. ubi dicitur:] *Dicite justo* [id est, gr damenti, quia justus dicitur fundamentum mundi Prov. 10. v. 25.] *quod bonus sit. æquilibrium ascendunt* [id est, unum & idem designant duæ hæ literæ Jod & He ter: Ecce autem, quomodo in bilancem ascendant literæ Tetragrammaticæ, id modo in copulas concurrant eæ, quæ antea stabant separatæ in voce יהוה.]

§. 35. [Maritus Microprosopus dum] *primus* [erat] *solus* [stabat: dum litera Vav primum occuparet locum, tunc separatus erat ab uxore sua.] *Sed omnia in unum redibant* [id est, non tantum Pater & mater in copula erant, quia duæ literæ Jod & He combinatæ erant: Sed & Microprosopus ad uxorem accedebat, dum Vav reponitur ad Jod in Tetragrammato יהוה. Nam] *Vav descendit*] cùm in voce ויהי & facta est, occu cum primum; in metathesi proposita, descendebat in locum tertium, *ut esset* יה *cognitum se reddit* [id est, applicat sese ad actum maritalem influxivum, erga litera quæ est uxor ejus.] *Annectuntur sibi invicem* [mas & fœmina, Vav & Jod, Gradus & Basilia] *penes Jod & He* [quibus denotãtur Sapientia & Informatio, Pater & ma *ut duo amantes, qui sese amplectuntur* [per duos amantes intelligi possunt vel V tantùm; id est, par ultimum: vel simul etiam Jod & He, id est, par primum]

סאי בל חוּרוי וְכֹלָא לְחַד
אַחְתָא וּמוֹדַעַת כְּלִילָן
בְּיוֹד הֵא כִתְרִין רְחִימִין
...ן:

§. 36. [Jam pergit ad ulteriorem explicationem duarum harum literarum Jod & Vav & de Vav inquit:] *Sex (membra) prodeunt de surculo radicis corporis.* [Corpus est Microprosopus: radix corporis est Mater, quæ designatur per literam He: surculus radicis est litera י intr ה inclusa & delitescens: & de isto surculo, prodierunt sex membra, id est, litera V gra, jam caput nacta.]

א נַפְקִין מֵעַנְפָא דְשָׁרְשָׁא

§. 37. *Lingua loquitur grandia* [juxta Dan. 7. v. 8. Et per linguam intelligitur membrum fundamenti, nempe litera Jod cum uxore copulata: loquela est influxus maritalis pr tus ab uxore: Basilia enim vocatur Verbum: grandia autem sive magnalia, su cta inferiora omnium graduum.]

לישן מְמַלֵּל רַבְרְבָן:

§. 38. *Lingua hæc* [etiam] *occultata est inter Jod & He.* [Nam & Pater & mater per membrum fundamentale in perpetua sunt copula, sed abditissima: Sub mysterio Daath sive cognitionis.]

שן דָא סָתוּם בֵּין יוֹד

§. 39. *Quia scriptum est*] Jesch. 44. v. 5.] *Iste dicet Tetragrammati Ego.* [Vocula אני Ego, quando sermo est de judiciis, pertinet ad Basiliam. Sed quando misericordia innuitur ad Intelligentiã refertur: sicut hoc loco. Ut sensus sit: Gradus supern',

כְתִיב זֶה יֹאמַר לַיְיָ אֲנִי
: בְּשֵׁם יַעֲקֹב וְזֶה יִכְתּוֹב
בְּשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה וּכְנִדה

go dicitur sive Intelligentia in actu copulę cum Patre est pro Tetragrammato effor-
to: & hæc est copula una inter Patrem & matrem pro constitutione sex membro-
] *& iste vocabit nomine Jacobum*: [vocare nomine est conservare; & innuitur co-
altera Patris & matris pro cōservando Microprosopo, qui vocatur Jaacobh.] *& iste*
manu sua: Dominus sum. [Scribere pertinet ad Legem scriptam seu gradum pul-
; & idem est ac influere: manu sua, בידו, per metathesin est ביוד per Jod, id est, per
entum: ut sensus sit, efficiet influxu suo, ut Tetragrammaton scribatur per Jod,
nus supra.] *& nomine Israëlis cognominabit se. Cognominabit revera.* [Nam
us conceptus Microprosopi est sub nomine Jacobi, cujus uxor est Rachel: & co-
en quasi ipsius est Israël, cujus uxor est Leah.]

40. זה יאמר ליי אני אחתא וכלא אתמר בידו כלא כלילן בלישן סתים לאימא דהא אתפתחת ליה דנפיק מינה׃

40. *Iste dicet; Dominus Ego: descendit.* [id est: ceptus *iste Vocis* Ego, qui aliàs tribuitur Ma- *supernæ, quatenus* in illa concurrunt tres lite- *vocis* אני nempe א id est Corona summa: נ id *Intelligentia* quinquaginta portis celebris. id est fundamentum vel cognitio Patris: hoc tribuitur gradui infimo Matris inferioris, quę אני sine Daleth, sive paupertate, sed repleta influxu & אני.] *& omnia dicuntur* est, hæc omnia applicanda sunt ad יהוה, de quo nobis sermo est.] *omnia cohærent* *uam, occultatam in matre.* [id est, per Daath sive cognitionem, per quam copula- entia cum intelligentia, & gradus pulcher cum uxore Basilia: & ipsa est notio a, ceù anima pervadens totam emanationem.] *Quoniam hæc aperitur ei, qui prodit* [id est, Daath est ipse gradus pulcher, sed quoad interiora sua, quo referri solet *& iste* gradus latet intra Matrem, estque medium copulæ ejus. Sed quando con- r quoad exteriora, quatenus egressus est è matre, tunc vocatur Jacob.]

41. אבא יתיב ברישא אימא באמצעיתא ומתכסיא מכאן ומכאן ווי למאן דגלי ערייתהון׃

[Et huc usque disseruit de toto Nomine, bus quatuor ejus literis, יהוה. Jam sese con- d alteram quadraturæ partem, nempe יהוה & *Pater residet in principio* [Id est, litera Jod, symbolum Sapientiæ & Patris in ista parte primum locum, sicut in toto systemate: n Corona nimis occultata est, & tantùm comparatur cum summo apice literæ *Mater in medio*: [nam litera ה, quæ est nota Intelligentiæ informatricis & Ma- rnæ, inter Jod & Vav medium tenet, prout in supernis à Patre comprehenditur , & à Microprosopo, qui est filius ejus, vestitur deorsum, in quo ipsa sese demittit d gradum Hod sive gloriæ.] *& contegitur hinc & illinc.* [à duobus masculis, Patre] *Væ illi, qui revelat nuditates eorum.* [quoniam fieri potest per peccata inferio- t Microprosopus influxum hunc amittat, per quem tantarum est virium, ut super- ire queat Matrem; nam ista contectio est receptio influxus superni & capacitas

eundem demittendi ad inferiora: quod fieri non potest si mater denudetur & à Microprosopo divellatur, sicut faciebant Iisraëlitæ, cùm committerent peccatum vituli.]

42. ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים שליט דכר בנוקבא דכתיב וצדיק יסוד עולם.

§. 42. *Et dixit Deus, fiant* מארת *Luminaria in firmamento cœli.* [Nunc pergit ad tertiam partem istius quadraturæ, nimirum ad duas has literas יה. Per luminaria autem intelliguntur Sol & Luna; gradus pulcher & Regnum sive uxor ejus. Adeoque Sensus est hic: quamvis communiter per duas has literas intelligi soleant Pater & Mater, seu Sapientia & informatio; tamē in ista parte Luminaria superna deficiunt, sicut vox מארת defectivè scripta est; & sensus applicandus est ad firmamentum cœli, id est, ad fundamentum, extensum & paratum ad copulam maritalem; nam maritus vocatur cœlum; & membrum fœderis est firmamentum; sicut ergò duo gradus postremi in Nomine integro יהוה designabantur per literas Vav & Jod: ita iidem in hac quadraturæ parte designantur per literas Jod & He.] *Maritus dominiū habet in uxorem* [quia non per Vav scribitur, sed per Jod, quæ est nota membri fœderis, adeoque denotat actualem copulam cum fœmina:] *sicut scriptum est:* [Prov. 10. v. 25.] *& Justus fundamentum mundi est.* [hoc dicto illustrat sententiam suam; quod nempe per literam Jod intelligatur membrum fundamentale, per quod conservatur mundus in esse.]

43. נהיר יוד בתרין ונהיר ומעבר לנוקבא.

§. 43. *Jod ergo irradiat duo.* [id est, Litera Jod in hâc Tetragrammati quadratura duplicem habet influendi sensum, primò quatenus significat Patrem, qui illuminat matrem: & secundò quatenus significat Microprosopum seu potius ejusdem fœdus, quod illuminat Regnum.] *Et* [Iterum alio modo] *splendet* [id est, & tertiam quoque habet significationem, dum scilicet in Nomine integro constituit literam ultimam] *& transit in fœminam.* [id est, & denotat uxorem Microprosopi, ut supra declaratum est, quia ponitur loco He ultimi: sicut etiam eandem significandi vim habet in connexione Nominum essendi & dominandi hoc modo יאהדונהי.]

44. אתייחד יוד בלחודוי.

§. 44. Jam sese convertit ad ultimam illius quadraturæ partem, quæ est Jod solitarium; hoc modo, י, & dicit:] *Unicum manet Jod & solum* [ut denotetur omnia effluxisse ex unica litera Jod, quæ est puncti instar, trium tamen partium, de quibus alibi; hoc loco tamen solam fœminam denotans, sive Regnum, in quo continentur omnia superna.]

45. וכתר כן סליק בדרגוי לעילא לעילא· אתחשכא נוקבא.

§. 45. *Et deinde* [si jam Tetragrammaton non consideratur juxta modo tradita, sed hoc modo instituendo quadraturam י· יה· יהו· יהוה tunc Jod quidem etiam est solitarium, sed sensu plane con-

trario. Nam] *ascendit in gradum suum sursum, sursum* [id est, sensum recipit non proximè superiorem, ut denotetur gradus pulcher vel fundamentum ejus; sed summum, id est Patrem, sive Sapientiam.] *Obscuratur fœmina* [id est, hoc modo, sensus prior, quo denotabat uxorem Microprosopi tanquam litera Tetragrammati supradicti ultima, in ipso cessat.]

46. וְאִתְנַהֲרִית אִימָּא וּמִתְפַּתְחַא בִּתְרְעוֹי.

§ 46. *Et illuminatur Mater*; [id est, in altera parte Tetragrammati retrogradantis ordinarii, quæ constat è literis יה, ad literam Jod, quæ habet significationem Patris, accedit litera He, quæ est Mater, & quia duæ hæ solæ combinantur, hinc denotatur influentia illa luminosa, qua Intelligentia imbuitur à Sapientia superna] *& aperitur in portis suis.* [i. e. si duæ hæ literæ in se invicem ducantur, tunc è denario quinquies sumto oritur quinquagenarius; quo denotantur quinquaginta portæ Intelligentiæ: hæ dicuntur aperiri, quia litera He est ultima & nuda, non clausa à litera quadam succedanea alia.

47. אָתָא מַפְתְּחָא דְכָלִיל בְּשִׁית וּמְכַסְיָיא פִּתְחָהָא.

§. 47. *Accedit clavis, quæ continet sex, & claudit portam ejus.* [Id est, in tertia parte retrogradationis hujus, quæ est יהו, litera He non amplius ultima est; sed latus ejus claudit litera ו tertia Tetragrammati; qua denotantur sex membra Microprosopi, superinvestientia sex membra matris, ita ut porta ejus ultima, quæ est gradus Gloriæ; una cum reliquis quæ sunt Benignitas, Severitas, Pulchritudo, Superatio; singulæ constantes è Decade; claudatur & cooperiatur.

48. וְאָחִיד לְתַתָּא [alii legunt] לְהַאי וּלְהַאי.

§. 48. *Et applicatur ad infera*, [vel ut alii legunt, ad hoc latus] *& ad illud.* [Jam sermo est de quarta quadraturæ parte, ubi nomen est integrum, sive per ה sive per ו scriptum in ultimo gradu: ut nimirum & uxor Microprosopi accedat. Utrinque ergo nexum habet Microprosopus dum Matrem è parte superna superinvestit ut illam in se recipiat tanquam animam suam: & dum ab uxore è parte inferiore iterum vestitur, ita ut ipse fiat anima hujus.]

49. וַוי לְמַאן דְגַלֵי פִּתְחָהָא.

§. 49. *Væ illi, qui aperit portam ejus.* [Portæ dicuntur gradus, per quos influentia prodit: illi dicuntur claudi, quia influentia aliàs nimia ab inferioribus non posset capi; quare membra membris dicuntur superinduci ut lumen diminuatur transitu suo. Dum autem divelluntur per peccata inferiorum istæ concatenationes & luminum cohibitiones, nullus sanè mundo advenire potest influxus.]

Cap. II.

פִּרְקָא תִנְיָינָא.

1. דִיקְנָא מְהֵימְנוּתָא.

§. 1. *Barba veritatis.* [Id est, jam sequitur

descriptio Barbæ Macroprosopi, & tredecim ejus partium, quæ in Idra magna latissimè describuntur. vide infra §. 160. 191.]

§. 2. *Barba non facta est mentio.* [Hanc correcturam, ut inseratur vox דקנא habet codex correctus Mantuanus. Sensus est, Salomonem in Cantico Canticorum mentionem quidem facere omnium membrorum, non autem Barbæ.] *quia hæc est ornatus omnium.* [Ornatus dicitur id, quod contegit aliud; prout vestis qua corpus ornatur, istud contegit. Barba hæc autem contegit, non tantum Macroprosopum sed & Patrem & Matrem & descendit usque ad Microprosopum. Unde ob communicationem lucis tam copiosæ præ magna reverentia silentii peplo & ipsa involuta fuit.]

2. דקנא לא אדכר בגין דהיא יקירותא דכלא׃

§. 3. *Ab auribus procedit penes ambitum apertura: ascendit & descendit filum album. In tredecim distribuitur in ornatum.* [Horum omnium explicationem vide infra §.

3. מארנין נפקת בסחרנהא דבסיטא סליק ונחית חוטא חוורא בתליסר מתפרש ביקירא׃

§. 4. *De ornatu isto scriptum est* [Jer. 2. v. 6.] *Non transiit in eâ mas; nec habitavit homo ibi. Homo extrinsecus* [est:] *Homo non includitur ibi; multò minùs mas.*

4. ביקידותא ההיא כתיב לא עבר בה איש ולא ישב אדם שם אדם לבר הוא אדם לא כליל תמא כש איש׃

§. 5. *Per tredecim scaturigines fontes distribuuntur:* [quibus influxus fit in Microprosopum & inferiora vide) *Quatuor separatim adjunguntur: novem verò potant corpus* [vel ut alii legunt, monente codice correcto Mantuano, *rigant hortum*; id est Microprosopum, vide

5. בתליסר נביעין מבועין מתפרשין ארבע בלחודוי אסתמכו׃ תשעה אשקיין לגופא (לגינתא׃)

6. §. *Ante portam aurium incipit ornatus formari.*

6. מקפי פתחא דארנין שרי יקירו לאתתקן׃

§. 7. *Descendit in pulchritudine in principium Labiorum; ab hoc principio in illud principium.*

7. נחירת בשפירו ברישא דשפוון מהאי רישא להאי רישא׃

§. 8. *Existit semita, quæ exit sub duobus foraminibus Meniani, ut transire queat peccatum: sicut scriptum est.* [Prov. 19. v. 11.] *Et decus ejus præterire iniquitatem.*

8. קאים ארחא דנפיק תחות תרין נוקבין דפרדשקא לאעברא חובא דכתיב ותפארתו עבור על פשע׃

§. 9. *Sub labiis ambit pilus in principium alterum.*

9. תחות שפוון אסחר שערא לרישא אחרא׃

§. 10.

§. 10. *Semita alia procedit sub illa.*

10. אֹרְחָא אַחֲרָא נָפִיק תְּחוֹתוֹי׃

§. 11. *Tegit areolas aromatum ad initium quod supra* [*est.*]

11. חַפֵּי תִּקְרוּבְתָּא דְבוּסְמָא לְרֵישָׁא דִלְעֵילָא׃

§. 12. *Duo poma videntur ad illuminandum lucernas.*

12. תְּרֵין תַּפּוּחִין אִתְחֲזָן לְאַנְהָרָא בּוּצִינִין׃

§. 13. *Influentia omnium dependet usque in præcordia:* in ea pendent superiora & inferiora.

13. מַזָּלָא דְכֹלָּא תַּלְיָיא עַד לִבָּא בֵּיהּ תַּלְיָין עִלָּאִין וְתַתָּאִין׃

§. 14. *Inter illos* [pilos] *qui dependent, non promicat unus præ altero.*

14. אִינּוּן דְתַלְיָין לָא נַפְקִין דָא מִן דָא׃

§. 15. *Minores tegunt guttur ornatus: majores rediguntur in proportionem perfectissimam.*

15. חַפְיָין זְעִירִין עַל גְּרוֹנָא דְיַקִּירָא רַבְרְבִין מִתְשַׁעְרִין בְּשִׁיעוּרָא שָׁלִים׃

§. 16. *Labia vacua sunt ex omni parte. Beatus ille, qui particeps fit illorum osculorum.*

16. שִׂפְוָון אִתְפַּנּוּן מִכָּל סִטְרִין זַכָּאָה לְמַאן דְנָשִׁיק מֵאִינּוּן נְשִׁיקִין׃

§. 17. *In ista influentia omnium, demanant tredecim chrismata balsami purissimi.*

17. בְּהַהוּא מַזָּלָא דְכֹלָּא נָגְדִין תְּלֵיסַר מְשִׁיחִין דְאַפַּרְסְמוֹנָא דַכְיָא׃

§. 18. *Omnia in hac influentia extant, & occultantur.*

18. כֹּלָּא בְּהַאי מַזָּלָא שְׁכִיחַ וְסָתִים׃

§. 19. *Illo tempore cum appropinquat mensis* [sic legitur in Codice correcto Mantuano] *septimus, inveniuntur menses isti tredecim* [nam in codice sæpe dicto correcto, vox hæc תריסר sive duodecim expuncta est: quasi denotetur tunc esse annum embolimæum qui constat tredecim mensibus, juxta numerum tredecim istarum influentiæ partium.] *in mundo superno: & aperiuntur tredecim* [nam eadem correctura & hîc extat,] *portæ miserationum. Illo tempore* [quo præcipuè innuitur dies expiationum; juxta illud Jesch. 55. v. 6.] *quærite Dominum dum inveniri potest.*

19. בִּזְמְנָא דְמִטָּא יַרְחָא שְׁבִיעָאָה מִשְׁתַּכְחֵי יַרְחֵי אִלֵּין תְּרֵיסַר (סְ״א תְּלֵיסַר) בְּעָלְמָא עִלָּאָה וּמִתְפַּתְּחֵי תְּרֵיסַר (סְ״א תְּלֵיסַר) תַּרְעֵי דְרַחֲמֵי בְּהַהוּא זִמְנָא דִּרְשׁוּ יְיָ בְּהִמָּצְאוֹ׃

§. 20. *Scriptum est:* [Gen. 1. v. 11.] *& dixit Deus: germinet terra germen:* [fiat] *herba seminificans semen.* [si hîc inseratur יְהִי fiat, fiunt novem voces:] *hoc est illud, quod scriptum est* [Lev. 16. v. 31.] *& humiliate corpora vestra in nono mensis*

20. כְּתִיב וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע וְגוֹ׳ הַיְינוּ דִכְתִיב וְעִנִּיתֶם אֶת

vesperi.

vesperi. [Hoc intelligendum est de] *illo tempore* [de quo supradiximus, quod in eo quærendus sit Dominus.]

נפשותיכם בתשעה לחדש בערב׃ בהאי זמנא.

§. 21. In loco Deut. 3. v. 24. ubi dicitur:] *Adonai Jehovih, tu incepisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam. Nomen Tetragrammaton* יה וה *perfectè scriptum extat in lateribus suis* [ita ut Nomen Adonai denotet He inferius ab uno latere; & puncta Nominis Elohim denotent He superius ab altero latere.]

21. אדני יהוה אתה החלות להראות את עבדך את גדלך יה וה שלים בסטרוי.

§. 22. *Sed hic in ista progerminatione terræ non (est) perfectum:* [quoniaam] יהי [fiat herba,] *non scriptum est;* [sed tantùm] *legimus* [ita Et ipsæ quoque hæ literæ Nomen non repræsentant perfectum.]

22. והכא ברחישותא דא דארעא לא שלים יהי לא כתיב קרינן.

§. 23. [Sed in illla nobis repræsentatur] *Jod superum* [id est nota misericordiæ supernæ, quæ est senior ille sanctissimus, prout Codex correctus Mantuanus etiam ad marginem annotat: &] *Jod inferum.* [id est, nota misericordiæ inferioris, quæ est Microprosopus cum influxum habet à Macroprosopo. Quæ duo Jodin etiam repræsentantur in dicto illo Gen. 2. v. 7.] וייצר ידוד *& formavit* [Dominus &c. ubi etiam extat] *Jod superum, & Jod inferum.*

23. יוד עלאה יוד תתאה׃ וייצר י עלאה י תתאה.

§. 24. [Sed in] יהי [præter] *superum & inferum* [etiam extat] *He in medio amborum,* [tanquam] *connexio perfectionis* [per quam derivatur influxus à Macroprosopo in Microprosopum.]

24. יהי עלאה ותתאה ה בגוויהו כללא דשלימו.

§. 25. [Quare] *Perfectum* [quidem est nomen hoc, citra divulsionem:] *sed non versùs omne latus:* [quia uxoris Microprosopicæ nullum in eo est symbolum.] *Evulsum* [ergo] *est ex hoc loco nomen hoc* [i. e. præterquam quod omissa est hæc vox יהי] *& plantatum in alio.* [i. e. literæ istæ aliam quoque significationem acceperunt de gradibus inferioribus.]

25. שלים ולא לכל סטיר אתעקר מהאי אתר שמא דא ואשתיל באחרא.

§. 26. [Nam] *scriptum est* [Gen. 2. v. 8. *Et plantavit Dominus* τὸν *Elohim:* [Ubi intelligitur] *He illud, quod est inter duo Jodin vocis* יהי: [quod in supernis est] *flatus nasi Senioris in Microprosopum* [de quo infra pluribus In Idra magna §. 175. Nam hic] *sine spiritu non subsistit.*

26. כתיב ויטע יי אלהים ה בין יוד ליוד דיהי נשבא דפרדשקא דעתיקא לזעירא דאנפין בלא רוחא לא אתקיים.

§. 27.

§. 27. *Per* He (igitur) *perficitur:* [tam ratione Matris, quæ ipsius; quam ratione Uxoris, cujus ipse est anima.] *He* [enim aliud est] *superius* [primum nempe Tetragrammati Intelligentiam designans; & aliud est] *He inferius* [nempe Basilian & Uxorem denotans.]

27. בהא אשתכלל ה עלאה הא תתאה.

§. 28. *Sicut scriptum est* [Jer. 32. v. 17.] אהה *Ahah Domine Jehovih &c. ubi est cohæsio connexionum:* [id est, in voce אהה combinantur duo illa Hehin, quæ aliàs sunt media connectendi gradus.] *Per spiritum* (enim fit) *connexio ponderatorum* [id est, conjugum: tam Patris & Matris; quam Microprosopi & Uxoris.

28. דכתיב אהה ארני אלהים בקיטפוי דקטפין ברוחא צרורה דמתקלין.

§. 29 [Jam ad gradus inferiores descendit, omisso Macroprosopo; & examinat Nomen] יהו. [In hoc repræsentantur Pater & mater atque Microprosopus. Et primò occurrit] *Jod supernum* [Patris symbolum] *quod coronatur Corona Senioris.* [id est, cujus summus apex denotat Coronam summam sive Macroprosopum. Vel juxta aliam Lectionem: quod circundatur aporrhæa, id est, influentia sive Barba Macroprosopi, quæ Patrem & matrem, superintegit.] *est meninx superna, quæ præ claritate fulget & clausa est.* [De hac pluribus videatur Idra magna §. 58. & in commentario §. 48.]

29. יהו י עלאה דאתעטר בקטרא (סא בעטרא) דעתיקא היא קרומא עלאה דאזדכך וסתים.

§. 30. *He supernum* [deinde se offert] *quod circundatur spiritu fenestrarum Meniani* [sive narium Macroprosopi] *qui procedit ut vivificet.*

30. הא צלאה דאתעטר ברוחא דנוקבין דפרדשקא דנפיק לאחייא.

§. 31. *Vav supernum lucerna fulgentissima* (quæ est initium judiciorum quatenus nimirum Microprosopus adhuc est in matre, vid. Apparatum in Sohar Part. p. 577.) *quæ circundatur latere suo* [vel ut alii legunt, corona sua, id est, Matre.]

31. ו עלאה בוצינא דקרדינותא דאתעטר בסטרוי (סא בעטרוי.

§. 32. *Postmodum extenduntur literæ* [ut Nomen hoc plenè scribatur hoc modo יוד. הה. וו. quæ forma, cùm integra est, vocari solet בן, quia numerus ejus est 52.] *& comprehenduntur in Microprosopo* [quatenus simul complectitur uxorem.]

32. מתפשטין אתוון לבתר ואתכללו בזעירא דאפין.

§. 33. *Cum incipit* [forma hæc] *in cranio inveniuntur* [hæ literæ, ibique distribuuntur in summitate Macroprosopi.]

33. כמה דשריא בגולגלתא אשתכחו.

§. 34. [Deinde] *extenduntur per totum corpus* [à Benignitate incipiendo:] *ad fundandum omnia* [inferiora, tanquam anima.]

34. מתפשטן בכל גופא לשכללא כלא.

§. 35. *Cùm in lana munda pendet* [id est, cùm capillus albus Senis sanctissimi lumina sive nomina demittit:] *dependent ista literæ.* [id est, virtute harum illuminatio fit.]

35. בעמר נקי כד תלי תליין אלין אתוון

§. 36. *Cùm manifestatur Microprosopo,* [Macroprosopus:] *in hoc resident istæ literæ* [ceu lumina aucta.] *& denominatur per illas.*

36. כד אתגלי לזעירא מתיישבן ביה אלין אתוון ואתקרי בהון

§. 37. יוד *Senioris occultatur in genere suo* [id est: Pater, qui per Jod intelligi solet, nec non & ipse Senex vocatur, à barba Macroprosopi superintegitur: Vel aliter. Pro eo, quod reliquæ duæ partes literas suas expressè duplicent, e. g. הה, & וו: Jod duplicaturam hanc sui generis non expressè præ se fert; sed tectè & solo numero.] *quia nomen non reperitur*: [id est, quia si poneretur יו; non posset pronunciari ut Jod: ideò scribitur יוד.]

37. יוד דעתיקא סתים בסטרוי בנין שמא לא אשתכח.

§. 38. הא *aperitur per aliud* [He, ut scribatur הה scriptura aperta & plena; prout aliàs etiam scribi solet הי; item הא; illud in nomine עב, hoc in nomine מה.] *& symbolo fœmininitatis notat duas fœminas* [Matrem nempe superam & inferam; intelligentiam & regnum.] *Et invenitur per formas.* [id est, quando Barba Macroprosopi & formæ sive partes ejus lumen suum demittunt in Microprosopum, tunc in hoc uxor ipsius in lucem prodit, & He extenditur per aliud He inferum.]

38. הא אתפתח באחרא ואתקיב בתרין זוקבין ואשתכח בתקונין.

§. 39. *Vav aperitur per aliud* [Vav, ut scribatur וו: nam sicut aliàs scribi solet per י in nomine עב hoc modo ויו, & per א in Nomine סג & מה hoc modo ואו. Ita in Nomine בן scribitur hoc modo, וו. Aperiri enim est plenè scribi.] *Sicut scriptum est* [Cant. 7. v. 9.] *Abiens ad dilectum meum secundum rectitudines* [ubi per rectitudines intelliguntur duæ hæ literæ וו in rectum protensæ.]

39. וו אתפתח באחרא דכתיב הולך לדודי למשרים.

§. 40. *In lucerna fulgidissima* [invenitur, i. e. in Microprosopo quatenus in minorennitate mera judicia in se habet] *ad contegendam portam* [id est, ut possit extendi ad statum adolescentiæ & superinvestire matrem, quæ denominatur à quinquaginta portis.]

40. בבוצינא דקרדינותא למכסיא פתחא.

§. 41. [De-

§. 41. [Denotatur igitur] *Vav ſuperum* [Daath ſive cognitio &] *Vav inferum* [id eſt, Microproſopus externus. Et ſic etiam] *He ſuperum* [id eſt, Mater.] *He inferum* [id eſt, Uxor.] *Jod* [autem tantum datur] *ſuperum*; [Patrem denotans:] *& cum ipſo non ſociatur aliud* [Jod, ut in prioribus:] *nec aſcendit cum ipſo* [per ſumma numeri, ſicut cum He quinarius, cum Vav ſenarius in ſimilem ſummam aſcendit.] *niſi nota ſymbolica* [id eſt, denarius, non in eadem litera Jod, ſed ſenario & quaternario expreſſus.]

41. ו׳ לעילא ו׳ לתתא ה׳ לעילא ה׳ לתתא י׳ לעילא וכדה לא אשתתף אחרא ולא סליק בהדה בר רמיזא דרמיז.

§. 42. *Cùm (enim) manifeſtantur bina* [literæ ſcilicet Nominis propoſiti, ut וו & הה] *& uniuntur in unum gradum, in unam ſocietatem, ut exponantur* [id eſt, cum plenè ſcribuntur modo ſupra dicto [*tunc* וה [& nō Jod aliud] *applicantur ad Jod*: [ut etiam in eo ſit analogia quædam paritatis.]

42. כד אתגליין תרין (סא באוריתא) ומתחברן בחד דרגא חד רגשא בגין לאתפרשא ו״ה כלילן ביו״ד.

§. 43. *Va cùm tollitur hoc* [id eſt, ſi ab illis וה tollatur litera ה;] *& manifeſtantur illa* [duæ literæ, quæ denotant Microproſopum cum uxore ejus, quatenus adhuc imprægnati ſunt & vix concepti in utero matris; ubi ad conſummandam perfectionem fœtus hujus ſemper neceſſarius eſt concurſus & perpetua copula Patris, niſi fieri debeat abortus, quæ eſt manifeſtatio fœtus ante tempus legitimum:] tunc *pinguia hæc, quæ formam lubricam reddunt* [id eſt, guttæ hæ ſeminales, quæ in utero conceptæ ſunt] *non imprægnant, nec morantur in loco.* [id eſt, abortus fit. Sive influxus impeditur & gradus ſuperni divulſionem patiuntur: Quod abſit.]

43. ווי כד אסתלק האי ואתגליין אינון פטמין דטיפסא שריקין לא עברי לא מתעכבן ברוכתא.

§. 44. [Quod autem hoc fieri poſſit per peccata inferiorum, patet ex dictis iſtis. Jechesk. 1. v. 14.] *Et animalia currunt & redeunt.* [itē Num. 24, 12.] *Fuge ad locum tuum.* [item Obad. 1. v. 4. *Si elevaveris te ſicut aquila, & ſi inter ſtellas poſueris nidum tuum, exinde dejiciam te.*

44. והחיות רצוא ושוב ברחלך אל מקומך · אם תגביה כנשר ואם בין כככבים שים קנך משם אורידך.

§. 45. [Porrò dicitur Gen. 1. v. 12.] *Et protulit terra germen. Quando? quando Nomen plantatur.* [id eſt, quando Microproſopus debitam ſuam accipit conformationem ſecundum requiſita 248. membrorum & 365. venarum.]

45. ותוצא הארץ דשא · אימתי כד שמא אתנטע.

§. 46. *Et tunc aër ſpirat* [id eſt, influxus vitalis prodit à Macroproſopo] *& ſcintilla præparatur* [id

46. וכדין אוירא נפק וניצוצא אזדמן.

est Microprosopus, qui respectu superiorum tantum est quasi scintilla cum igne comparata, in debitum lumen excrescit.]

§. 47. *Cranium quoddam extenditur ex parte ipsius* [sicut cranium, id est, Corona summa in Macroprosopo reperitur.]

47. חד גולגלתא אתפשט בסטרוי׃

48. *Ros copiosus super eo duorum colorum.* [Sicut in Macroprosopo albus tantum, ita hîc albus & ruber est, ob judicia. vide in Idra magna §. 44.]

48. טלא מלי עלה דתרי גווני׃

§. 49. *Tres cavitates, in quibus literæ expressa manifestantur* [: hæc intelligenda sunt de tribus cerebris ejus: Sapientia, Intelligentia & Cognitione, quæ hîc expressius apparent, cùm in supernis essent occultatiora.]

49. תלת חללין דאתוון רשימין אתגליין בידה׃

§. 50. *Nigri* [capilli enati] *in quatuor* [lateribus cranii] *dependent super foramina curva* [aurium] *ut non possit audire.*

50. אוכמין בערבאה תליין על נוקבין עקימין דלא יכיל למשמע׃

§. 51. *Dextrum & sinistrum hic datur,* [in omnibus faciei Capitisque partibus.]

51. ימינא ושמאלא הכא׃

§. 52. *Una semita superius* (extat) *tenuis* [in discriminatione Capillorum.]

52. חד ארחא לעילא דקיק׃

§. 53. *Frons, quæ non splendet*: [omnia cum antithesi eorum, quæ in Macroprosopo reperiuntur; prout ista omnia latius infra describuntur tam in utraque Synodo, quam in Commentariis.] *Jurgia* [& pœnæ decernuntur] *erga mundum, cum voluntas* [sive frons ista] *eundem intuetur.*

53. מצחא דלא נהיר קטטותא דעלמא כד רעוא אשגח ביה׃

§. 54. *Oculi* [ejus sunt] *trium colorum*, [id est, rubri, nigri & flavi] *ut trematur coram illis.* [Et] *lavantur lacte fulgido* [id est, aspectu oculi albi Macroprosopi & ipsi dealbantur.]

54. עיינין דתלת גוונין [למכתת]סא למרתת קמייהו אתסחן בחלבא דנהיר׃

§. 55. *Scriptum est* [Jes. 33. v. 20.] *Oculi tui videbunt Jeruschalaim habitationem quietam.*

55. כתיב עינך תראנה ירושלים נוה שאנן׃

§. 56. *Atqui scriptum est* [Jes. 1. v. 21.] *Justitia pernoctabit ibi.*

56. וכתיב צדק ילין בה׃

§. 57. [Nimirum] *Quieta habitatio est Senex, qui occultatus est.* [Unde] *Scriptum est* עינך *oculus tuus*, [sine litera Jod. Hæc omnia infra explicantur in Idra magna.]

57. ונוה שאנן עתיקא דסתים׃ עינך כתיב׃

§. 58. *Nasus* [est] *ad dignoscendam faciem Microprosopi.*

58. חוטמא פרצופא דזעירא לאשתמודעה׃

§. 59. Tres

§. 59. *Tres flammæ accenduntur per nares ejus.*

59. תלת שלהובין מתוקדין בנוקבוי.

§. 60. *Gradus profundus* [eſt in auribus ejus] *ad audiendum bonum & malum.*

60. דרגא עמיקא למשמע טב וביש.

§. 61. *Scriptum eſt:*] Jeſ. 42. v. 8.] *Ego Tetragramaton, hoc nomen meum.* [Jam incipit explicare differentiam ulteriorem inter Microproſopum & Macroproſopum, etiam quoad cognomina eorum: ubi Cognomen אני Ego refert ad Microproſopum, quatenus involvit conceptum uxoris.] *Et ſcriptum eſt* [Deut. 32. v. 39.] *Ego occido & vivifico.* Et ſcriptum eſt [Jeſ. 46. v. 4.] *Et ego feram, & ego bajulabo.*

61. כתיב אני יי הוא שמי וכתיב אני אמית ואחיה · וכתיב ואני אשא אני אסבול.

§. 62. [Jam verò tam propinquus nobis non eſt Macroproſopus ut in prima perſona nos alloqueretur: ſed iſte in tertia perſona vocatur הוא Ille: Sicut dicitur: Pſal. 100. v. 3.] *Ille fecit nos, & non nos.* Et porrò dicitur: Job. 23. v. 13.] *Et ille in uno, & quis avertet eum,*

62. הוא עשנו ולו אנחנו · והוא באחד ומי ישיבנו.

§. 63. הוא [Igitur id eſt, in tertia perſona] *Ille vocatur, qui occultatus eſt & non invenitur coram. Ille* [eſt talis,] *qui non incurrit in oculos: Ille* [eſt talis] *qui non vocatur nomine.*

63. הוא אקרי מאן דסתים ולא שכיח · הוא מאן דלא אזדמן לעינא · הוא מאן דלא אקרי בשמא.

§. 64. [Hactenus de Microproſopo actum eſt, ad quem etiam relata fuit iſta plenitudo literæ He, quâ ſcribitur per duo הה. Jam aliquid etiam dicitur, de reliquis duabus ſcriptionibus iſtius literæ dum ſcribitur per א & per י; quorum illud fit in nomine מה & hoc in nominibus עב & סג. quæ etiã inveniuntur in nomine אהיה. Conſideranda ergo ſunt] הא & הי [Dum igitur ſcribitur הא, hæc ſcriptio reſolvi poteſt in הוא pronomen illud tertiæ perſonæ de quo ſupra: quia] א *in ſe continet* ו [cui aſſimilari ſolet linea ejus media. Adeoque dum ſcribitur הא, intelligi poteſt הוא. Sed non vice verſa. Nam quamvis] ו *in ſe includat* א, [quia figura literæ Aleph componi dicitur ex יוי ſi nempe linea ejus media findatur, ita ut etiam ſine א legi poſſit הוי; hoc הוי] *tamen in ſe non includit* [ſcriptionem aliquam literæ He, ita ut legere poſſem] הו [vel הי.]

64. הא הי א כליל ו · ו כליל א ולא כליל הו (סא חי)

§. 65. [Porrò in eadem ſcriptione הא, ſicut א tranſiit in ו, ut legi potuerit הוא: ſic idem] א *pronunciatur ut Aleph* [& hic eſt ſecundus modus

65. א אזיל לאלף · אלף אזיל ליוד · יוד אזיל ליוד · דסתים מכל

pronunciandi scriptionem הא, quæ simpliciter refertur ad nomen מה. Sed & porrò] *Aleph pronunciatur ut* יוד [quia figura א resolvi solet in tres has literas, ut Jod sit supra; Vav in medio; & Daleth infra. Ita ut eadem scriptio הא in se comprehendat & conceptum tertium sublimiorem. Sed non vice versa, ex הי subintelligitur הא: Jod enim non pronunciatur ut Aleph: sed] יוד *pronunciatur ut Jod, quod occultatur omnibus occultationibus, & cui non junguntur* וד [sicut ista forma reperitur in litera א.]

סתימין דלא מתחברן ביה וד.

§. 66. [Forma autem hæc quæ in se includit Vav & Daleth consueta est in gradibus inferioribus, & quidem in Patre. Et] *Va! cum Jod non irradiat literas Vav Daleth*; [& multò magis] *cum Jod aufertur à Vav Daleth, per peccata mundi:* [quia tunc] *nuditas omnium invenitur.*

66. ווי כד לא נהיר י בור כד אסתלק י מן ור בחובי עלמא עריתא דכלא אשתכח.

§. 67. *Propterea scriptum est:* [Lev. 18. v. 7.] *Nuditatem Patris tui non deteges.* [Nam Vav Daleth, idem sunt ac ה; & cum scribitur יוד, idem est ac si diceretur] יה [si nempe ו inseritur intra ד.] Væ! cum Jod tollitur *à He* [id est sapientia ab intelligentia, quæ est mater informans] *Propterea scriptum est* [Lev. 18. v. 7.] *Et nuditatem matris tuæ non revelabis: mater tua est, non revelabis nuditatem ejus. Mater tua est*; reverà: quia [scriptum est Prov. 2. v. 3.] *Quoniam Matrem Intelligentiam vocabis.* [legendo אם pro אם.]

67. עד כתיב ערות אביך לא תגלה יה ווי כד אסתלק יוד מן הא עד כתיב ערות אמך לא תגלה אמך היא לא תגלה ערותה אמך היא ודאי כי אם לבינה תקרא וגו.

Cap. III.

פרקא תליתאה.

§. 1. *Novem conformationes dignissimæ traditæ sunt Barbæ* Microprosopi:] *Quicquid* [enim] *occultum manet,* [i.e. reliquæ quatuor formæ, quæ interdum in Microprosopo non inveniuntur] *& non manifestatur*, *supernum & venerandum est,* [i.e. propriè & per se ad Microprosopum non spectat, sed aliquando saltem in ipsum demittitur.]

1. תשעה תקונין יקירין אתמסרו לדיקנא כל מה דאתטמר ולא אתגלייא עלאה ויקירא אשתכח.

§. 2. *Ita ergo se habet Barba* [al. thesaurus] *dignissima. Pili incumbunt pilis ante aperturam aurium usque ad principium oris.* [Hæc est conformatio prima.]

2. וחוא (סא דיקנא) גנוזיה יקירא נימין על נימין מקמי פתחא דאודנין עד רישא דפומא.

§. 3. *A principio hoc usque ad principium* (oris) *alterum.* [hæc est conformatio secunda, nimirum mystax.]

3. מרישא האי לרישא אחרא.

§. 4. In-

§. 4. *Invenitur sub duabus naribus semita* (pilis) *repleta, ut non appareat.* [hæc est conformatio tertia.]

4. אשתכח מתחות תרין נוקבין ארחא מליא דלא אתחזייא.

§. 5. *Genæ conteguntur in hoc latere & in altero.* [Hæc est conformatio quarta.]

5. עלעין אתחפיין מהאי גיסא ומהאי גיסא.

§. 6. *In illis apparent poma rubra ut rosa.* [Hæc est conformatio quinta.]

6. בהו אתחזיין תפוחין סומקין כוורדא.

§. 7. *In uno filo pendent* (pili) *nigri & validi, usque ad pectus.* [Hæc est conformatio sexta.]

7. בחד חוטא תליין אוכמין תקיפין עד חדווי.

§. 8. *Labia rubra sunt ut rosa, & vacua.* [Hæc est conformatio septima.]

8. שפוון סומקי כוורדא אתפנון.

§. 9. [Pili] *minuti descendunt per gutturis locum & contegunt locum Cervicis;* [quæ est conformatio octava.]

9. זעירין נחתין בגרונא ומחפיין קדלא.

§. 10. *Magni & parvi descendunt* [al. defluunt] *æqualiter.* [hæc est conformatio nona.]

10. כברבין וזעירין נחתין בשיקולא (סא נגדין בשקולא.)

§. 11. *Per illos invenitur fortis & robustus, quicunque inventur:* [i. e. qui meditationes suas huc dirigit.]

11. באלין אשתכח גיבר ותקיף מאן דאשתכח.

§. 12. *Scriptum est* [Psalm. 118. v. 4.] *De angustia invocavi Jah.* [Hoc in loco] *Novem* [has formas vel juxta al. novem nomina] *commemorat David, usque ad* [illa verba:] *omnes gentes circumdederunt me: ut circundarent & protegerent eum.*

12. כתיב מן המצר קראתי יה׃ תשעה אמר דוד עד כל גוים סבבוני לאסחרא ולאגני עלוי.

§. 13. [Scriptum est Gen. 1. v. 12.] *Et protulit terra germen, herbam seminificantem semen secundum speciem suam: & arborem ferentem fructum cujus semen in eo, secundum speciem suam.*

13 ותוצא הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ עשה פרי אשר זרעו בו למינהו.

§. 14. *Novem ista* [substantiva ceu novem gradus Microprosopici,] *evulsa sunt è nomine perfecto* [id est Intelligentia, seu matre, in qua concepta erant: nam ad istam pertinet nomen יהוה quod est Tetragrammaton expressum & Elohim occultum, quæ efficiunt novem in potentia.] *Et deinde plantata sunt in Nomen perfectum: sicut scriptum est* [Gen. 2. v. 8.] *Et plantavit* יהוה אלהים [i. e. novem has literas Nomi-

14. תשעה אלין אתעקרו משמא שלים ואשתילו לבתר בשמא שלים דכתיב ויטע ײ.

Nominis perfecti Masculini & fœminini, ut essent hortus, id est Microprosopus in actu.]

אלהים.

§. 15. *Conformationes Barbæ* [Microprosopicæ] *tredecim esse reperiuntur* [quando] *illa, quæ est superior inferior fit.* [i. e. quando Barba Macroprosopi lumen suum demittit.] *In inferiore* [autem, i. e. in Microprosopo, per se tantum] *in novem* [partibus formæ istæ] *conspiciuntur.*

15. תקונין דדיקנא בתליסר אשתכחן איהי דהיא עלאה תתאה בתתאה בתשעה אתחזון.

§. 16. *Viginti duæ literæ effigurantur colore illarum.* [non tantum cum Lex daretur igne nigro super igne albo; sed & in scriptura ordinaria; quia barba hæc nigra est.]

17. כב אתוון אתגליפו בגוונידהון.

§. 17. *De hac* [barba intelligendum est illud, quod dicitur: *de eo, qui in somnio videt barbam*] *Cum quis somniat, quod apprehendat barbam hominis supernam manu sua, ille pacem habet cum Domino suo, & hostes ejus ipsi subjicientur.*

17. על האי (סא על מאן דחזי בחלמיה דיקנא) חלמא דאחיד דקנא דבר נש עלאה בידיה שלים במאריה שנאין תחותוי יכנעון.

§. 18. *Multò magis* [si tangere queat] *barbam supernam. Nam lumen inferius, ortum à superno quod in Benignitate,* [sic vocatur Barba Macroprosopi:] *vocatur in Microprosopo Benignitas simpliciter, sed quando* [hic] *opus habet lumine, & illa lucet; tunc (iste) vocatur, multus benignitate.* [Alii sic legunt: Somnians quod mystacem hominis tangat manu sua, confidat, quod pacem habeat cum Domino suo, & inimici ejus ipsi subjicientur. Si id fit, quia hoc vidit in somnio; multò magis, si mereatur ostendere, quid sit barba superna. Nam hæc irradiat inferiorem, quia est superior, & à Benignitate cognominatur. In Microprosopo autem &c.]

18. כש דיקנא עלאה דנהירא תתאה דעלאה דבחסד אק׳ בזעירא (סא בידיה הא מתרחיץ דהא בשלם עם מאריה ושנאוי יכנעון תחותוי ודין הוא בדיל דחזא בחלמיה כש אם זכה לאודע׳ מה היא דקנ׳ עלאה דהוא נהיר לתתאה ארי עלאה ובחסד אקרי ובזעירא) חסד סתם כד אצטריך נהירו אתהר ואקרי רב חסד:

§. 19. *Scriptum est:* [Gen. 1, 20.] *Reptificent aquæ reptile animæ viventis* [חיה notetur;]

19. כתיב ויאמר אלהים ישרצו המים שרץ נפש חיה (בכאן צריך להוות הגהה רא׳)

Huc pertinet Annotatio illa, quæ infra annexa est sub finem istius capitis.

§. 20.

§. 20. *Quasi diceretur* ח״ יה [ח״ יה habet correctus codex Mantuanus, ut exponatur vox חיה vivens, de gradu octavo nempe intelligentia, quæ est aqua illa Nominis Jah; quod Patrem & matrem denotat. Nam cum] *lumen istius in hanc extenditur* [quæ est commotio aquæ,] *omnia productiones faciunt uno eodemque tempore; Aqua bona, (&) aqua mala* [id est, tam in divinitate & sanctitate, quam inter creaturas terrestres viventes atque homines propagatio fit. Per reptile enim intelliguntur animæ.]

20. כלומר ח״ יה״ אתפשיט נהירו דדא בדא כלא אתרחשון בזמנא חדא מים טבאן מים בישן׃

§. 21. [Nam] *dum inquit:* ישרצו *commotionem vitalem habeant; unum simul includitur in altero; vivens superum; vivens inferum: Vivens bonum; vivens malum.*

21. בגין דאמר ישרצו אתכלילו דא בדא חיה עלאה· חיה תתאה היה טבא· חיה בישא׃

§. 22. [Sic etiam scriptum est: Gen. 1. v. 26.] *Et dixit Deus: faciamus hominem.* [Ubi] *non scriptum est,* האדם *hunc hominem; sed* אדם *hominem simpliciter, in antithesin superioris, qui factus in Nomine perfecto.*

22. ויאמר אלהים נעשה אדם· האדם לא כתיב אלא אדם סתם לאפקא דלעילא דאתעביד בשמא שלי״

§. 23. *Cum perficeretur iste; perficiebatur & ille. Perficiebatur autem ut mas & fœmina; ad perficiendum omnia.*

23. כד אשתלים דא· אשתלים דא· אשתלים דכר ונוקבא לאשלמא כלא׃

§. 24. [Cum ergo dicitur] יהוה [exprimitur] *natura masculi.* [cum adjungitur] אלהים [exprimitur] *natura fœminæ.* [quæ dicitur Regnum.]

24. ידו״ר סטרא דדכר· אלהים סטרא דנוקבא׃

§. 25. *Masculus* [ergò] *extendebatur, & formabatur membris suis* [ut haberet] *quasi membrum generationis.*

25. אתפשט דכורא ואתתקן בתקונוי כאמה׃

§. 26. *Per orificium membri* [hujus autem] *Reges, qui destructi fuerant, hic* [restituti &] *stabilitate donati sunt.* [Cum scilicet lumina demitterentur per canales angustos in minori copia, intellectus inferiores eadem capere poterant.]

26. בפומה דאמה׃ מלכין דאתבטלו הכא אתקיימו׃

§. 27. *Rigores* [judiciorum, qui intelliguntur per Reges iſtos] *maſculi, vehementes ſunt in principio; in fine autem remiſſi. In fœmina contrarium eſt.*

27. דינין דדכורא תקיפין ברישא בסופא נייחין · דנוקבא באיפכא.

§. 28. [Exemplum hujus habemus in hac forma Nominis] ויהו [Ubi maſculus habet duas literas, & fœmina ſaltem unam: & maſculus quidem initio literam longam & poſtea brevem. Sed in hâc etiam forma] *Canales connexionis ſub tegumentum ejus immerſi ſunt* [i.e. literæ ſupernæ copulam maritalem promoventes, non debitè connexæ, ſed in litera Vav obvelatæ ſunt. Et] *Jod* [hoc loco eſt] *parvum*, [nota fundamenti; quod] *in forma ipſius* [fœminæ i.e. prout intra He deliteſcit, quod He etiam non ſuperum ſed inferum eſt:] *reperitur.* [& omnia ſunt judicia, quia ſupernus influxus non adeſt.]

28. ויהו קונטורין דקיטורא בעטפוי שקיעין · זעירא בגוונהא אשתכח.

§. 29. *Si autem mitiganda ſunt* (hæc) *judicia* [neceſſariò] *requiritur Senior* [i.e. literæ primæ Tetragrammati Patrem יה denotantes cum Corona, quæ eſt apex primæ literæ, & Macroproſopus dicitur.]

29. אי אתבסמו דינין בעא עתיקא.

§. 30. [Idem rigorum & judiciorum genus occurrebat in inferioribus. Nam ſicut ad He uxoris accedunt duæ literæ Jod & Vav ſub conceptu Leviathan, ita] *veniebat ſerpens ſuper Mulierem, & in ea ſtruebat nidum impuritatis, ut faceret habitaculum malum.*

30. אתא חויא על נוקבא וקינא דזוהמא אתתקן בגווה למעבד מדורא בישא.

§. 31. *Sicut ſcriptum eſt:* [Gen. 4. v. 1.] *Et concepit & peperit* את קין *Kainum*, [id eſt] קינא *nidum manſionis ſpirituum malorum, & turbulentorum, & malorum occurrentium.* [vide infra in Tractatu de Revolutionibus.]

31. דכתיב ותהר ותלד את קין קינא דמדורא דרוחין בישין תלעילין וקטפורין.

§. 32. [Hoc autem nomen ויהו] *reſtituitur* [ſi ſcribatur יהוי; adeoque] *in illo homine* [ſuperno de quo dictum eſt: & quidem] *in duobus* [paribus conjugum; nimirum Patre & Matre, nec non Microproſopo androgyno: adeoque partim] *in genere* [quatenus Vav ſolum notat ambos conjuges, Microproſopum & uxorem:] *& in ſpecie* [quatenus Jod & He ſeparatim ponuntur, ut Pater & Mater.]

32. אתקין ביה בהאי אדם בתרין בכלל ופרט.

§. 33. *Continentur* [autem tam] *in ſpeciali* [repræſentatione iſtorum Conjugum, quam] *etiam in generali* [i.e. tam in Patre & matre, quam

33. אתכללו בפרט וכלל שוקין דרועין ימינא ושמאלא.

in Mi-

in Microprosopo cum uxore] *crura & brachia*, *dextrum & sinistrum* [i. e. reliquæ numerationes, in duabus lineis lateralibus collocandæ, cùm lineam mediam repræsentent Vav & Jod.]

§. 34. [Sed] *Hoc* [i.e. supremum par] *dividitur in sua latera*, [quia expressè ponuntur Jod & He, Pater & mater: sed in altero pari] *formatur mas cum fœmina* [sive androgynos, quia ultimum He non additur. Unde fiunt] יהו.

34. דא אתפליג בסטרוי אתתקן דכר בנוקבא יהו.

§. 35. *Jod est mas* [Pater scilicet:] *He fœmina*; [nempe Mater] *Vav* [autem est androgynos, sicut] *scriptum est* [Gen. 5. v. 2.] *Masculum & fœminam creavit eos, & benedixit iis, & vocabat nomen illorum Adam.*

35. י דכר ה נוקבא ו כתיב זכר ונקבה בראם ויברך אותם ויקרא את שמם אדם.

§. 36. [Sic etiam] *forma & persona hominis sedebat in throno*; *& scriptum est* [Jechesk. 1. v. 26.] *Et super similitudine solii similitudo ut aspectus hominis super illud desuper.*

36. דיוקנא ופרצופא דאדם יתיב על כורסייא וכתיב ועל דמות הכסא דמות כמראה אדם עליו מלמעלה.

Annotatio
supra ad §. 19. pertinens.

הגהה

§. 1. *Explicatio alia. Reptificent aquæ. Hoc loco in Paraphrasi Chaldaica dicitur* ירחשון, *quod sensum generalem motitandi habet. Quasi diceretur. Cum sese movendo & mussitando labia Ejus producerent verba precum corde justo & mente pura, Aqua producebat animam viventem.* [Sensus est de actu generandi.

1. דא ישרצו המים תרגום ירחשון כלומר כד מרחשון בשפוותיה פתגמי צלותא בזכותא ובנקיות דעתא מיא הוה רחיש נפשא חיתא.

§. 2. *Et cum homo ordinate preces fundere vult corā Domino suo, & labia ejus hoc modo sese commovent, ab illo sursum tendendo, ad elevandam dignitatem Domini sui ad locum æquationis, ubi profunditas fontis emanat & profluit* [i.e. Intelligentiam è Sapientia emanantem;] *tunc* [fons ille scaturit &] *promanat ad demittendū influxū è summo deorsum ab illo æquationis loco fluvii, in omnes & singulos gradus, usque ad gradum ultimum; ut munificentia derivetur in omnia è summis deorsum.*

§. 2. וכד בעי בר נש לסדרא צלותא למאריה ושפוותיה מרחשן כהאי גוונא מתתא לעילא לסלקא יקרא דמאריה לאתר דשקיו דעמיקו דבירו נגיד תמן לכתר ונגיד לאמשכי מלעילא לתתא מההוא שקיא דנחלה לכל דרגא ודרגא עד

§. 3. *Deinde talis tenetur nectere nexûs* [illorum] *omnium; nexûs* [nimirum] *meditationis veræ* [&] *legitimæ: & eveniant omnes petitiones ejus: sive sit petitio in Ecclesia facta, sive petitio solitaria.*

§. 4. *Petitio autem, quam homo petere vult à Domino suo, ordine proponi potest novem modis.*

§. 5. *Vel* (1.) *per Alphabetum. Vel* (2.) *commemorando attributa Dei sanctissimi, benedicti,* [quod sit] *misericors & gratiosus &c.* [juxta Ex. 34. v. 6.] *Vel* (3.) *per Nomina veneranda Dei sanctissimi benedicti; qualia sunt:* אהיה [respectu Coronæ] & יה [respectu Sapientiæ:] יהו״ה [respectu intelligentiæ]. אל [respectu dignitatis:] אלהים [respectu Severitatis:] יהוה [respectu pulchritudinis:] צבאות [respectu Superationis & Gloriæ] שדי [respectu fundamenti:] & אדני [respectu Regni.] *Vel* (4.) *per decem numerationes: ut sunt:* מלכות *Basilia:* יסוד *fundamentum:* הוד *gloria:* נצח *superatio:* תפארת *pulchritudo:* גבורה *Severitas:* חסד *Benignitas:* בינה *Informatio:* חכמה *Sapientia:* כתר *Corona. Vel* (5) *Commemoratione justorum, ut sunt Patriarchæ, & Prophetæ, & Reges. Vel* (6.) *per Cantica & laudes, in quibus sit Cabbalah vera. Et* (7.) *Supra hæc omnia; Si quis noverit enarrare conformationes Domini sui prout decet. Vel* (8.) *si sciat ascendere ab imo sursum. Vel* (9.) *quidam etiã sciunt influxum è summo derivare deorsum. Et in omnibus novem his modis magnâ opus est attentione: quod si non fiat, de eo scriptum est* [1. Schmu. 2. v. 30.] *& contemnentes me vilipendentur.*

§. 6. *Huc etiam pertinet Meditatio vocis Amen! quæ in se continet duo Nomina* יהוה אדני [numero

בתראה לאמשכה נרבה
מעילא לתתא
לבתר בעי לקשרא קשרא
קשרא וכוונה דמהימנותא
ן כל משאלוהי · בין
א וצבורא בין שאלתא
א.

ושאלתא דאית לבר נש
לא ממאריה הן מסודרות
ותי.

אית באלפא ביתא ואית
כר מכילוהי דקודשא בריך
רחום וחנון וגו׳ · אית בשמהן
ן דקבה · כגון אהיה יה יהו״ה
אלהים יי צבאות שדי אדני
בין בעשר כגון מ י ה נ ת ג ח
ב · אית באדכר צדיקייא כגון
ות והנביאים והמלכים אית
ין ובתושבחתי דאית בהון
לא אמיתית · ועילא מנהון
ידע לתקן תקונין למאריה
אית · ואית בידיעה סלקא
א לעילא · ואית מאן דידע
יך שפעא מעילא לתתא
ט גוני אלין צריכא כוונה
ה ואי לא עליה קרא דכתיב
יקלו.

ובכוונת אמן דהוא כליל
שמהן יהוה אדני והאחד

ſcilicet 91.] *Quorum unum bonitatem & benedictionem ſuam abſcondit in theſaurum, qui vocatur* היכל *palatium.* [quæ vox per æquipollentiam numerorum eſt אדני: hoc autem nomen dicitur palatium Tetragrammati, quia primo hoc per illud pronunciatur; ſecundo etiã alternatis literis cum illo concatenatur hoc modo: יאהדונהי.]

גנז טובידה וברכותי באוצר הנקרא היכל.

§. 7. *Idque indigitatur in dicto illo* [Chabk. 2. v. 20.] *Et Tetragrammaton eſt in templo Sanctitatis ſuæ: Sile à facie ejus omnis terra.* [הס & היכל & אדני eundem habent numerum.]

7. והוא רמוז בפסוק ויי בהיכל קדשו הס מפניו.

§. 8. *Quapropter Sapientes noſtri bonæ memoriæ myſticè dixerũt, omne bonũ hominis eſſe in domo ejus; juxta id quod ſcriptum eſt* [Num. 12. v. 7.] *in omni domo mea fidelis ipſe. Quod idem eſt ac ſi diceretur; in omni quod mecum eſt.*

8. ולדא רמזו רז״ל כל טוב האדם בביתו שנ׳ בכל ביתי נאמן הוא ומתרגמינן בכל רעמי.

§. 9. *Si autem quis attentè meditatur juxta ſingulos novem iſtorum modorũ, prout decet; talis eſt homo, qui honorat nomen Domini ſui, nomen ſanctum. Atque huc pertinet quod ſcriptum eſt* [1. Schm. 2. v. 30.] *Quoniam honorantes me honorabo; & contemnentes me contemnentur. Honorabo, eum in mundo hoc, ut conſervem eum, eique præbeam omnia, quibus opus habet: ut videant omnes populi terræ, quod nomen Domini vocatum ſit ſuper eum; eumque timeant: Et in mundo venturo merebitur conſiſtere in tabulato piorum.*

9. ואי מכוון בכל חד וחד מט׳ גוני כדקיאורת דא הוא בר נש דאוקיר לשמא דמאריה לשמא קדישא ועל דא כתיב כי מכבדי אכבד ובוזי יקלו׃ אכבד בעלמא דין לקיים ולמעבד כל צרכוי ויחזון כל עממי ארעא ארי שמא דה׳ אתקרי עליה וידחלון מניה ובעלמא דאתי יזכי למיקם במחיצת חסידים.

§. 10. *Quamvis talis non petat omnia, quibus opus habet, quia continetur ſub providentia ſpeciali Domini ſui; deque eo meditationes inſtituere poteſt, prout decet.*

10. אף על פי דלא קרי כל צורכיה כיון חכוה לאשגחתא ידיעת מאריה ואיכוון ביה כדקיאורת.

§. 11. *Quid autem intelligitur, per illud: Et contemnentes me vilipendentur? Ille eſt talis, qui non poteſt inſtituere unionem nominis Sancti, nec nectere nexus veritatis; & derivare* (ſuperna) *in locum requiſitum; & honorare nomen Domini ſui; Huic melius fuiſſet, ſi non eſſet creatus, & multò magis, qui non attente meditatur, cum dicit Amen!*

11. מאי ובוזי יקלו׃ דא הוא מאן דלא ידע לאחדא שמא קדישא ולקשרי קשרא דמהימנותא ולאמשכא לאתר דיצטריך

§. 12.

קיר שמא דמאריה טב ליה
אתברי וכש מאן דלא
מין באמן.

§. 12. *Quapropter de omni illo, qui motitat labia sua corde puro* [meditando] *de aquis purificantibus, perspicuè & expressè scriptum est illud* [Gen. 1. v. 26.] *Et dixit Deus: faciamus hominem. Quasi diceretur: propter talem hominem, qui novit unire imaginem & similitudinem, prout decet. Et dominentur in pisces maris.*
Hucusque annotatio.

12 ועד כל מאן דמרחש
פוותיה בנקיותא דלבא במיא
ך מאי כתיב בהדיא ויאמר
הים נעשה אדם כלומר
כל אדם דידע לאחדא צלם
ת כדקאות וירדו בדגת הים:
הערה:

Cap. IV.

פרקא רביעאה.

§. 1. *Senior occultatus est & absconditus: Microprosopus manifestus est, & non manifestus.*

1. עתיקא טמיר וסתים זעירא
אנפין אתגלייא ולא אתגלייא.

§. 2. *Cùm manifestus est, per literas scribitur* [eo ordine, prout Tetragrammaton communiter scribi solet.]

2 דאתגליף (ס״א דאתגלייא)
ון כתיב.

§. 3. *Cùm* [verò] *reconditus est,* (tunc) *occultatur per literas, quæ non disposita sunt juxta literas* [debitas,] *vel* [juxta aliam lectionem:] *suo loco: Quia & in illo non debitè disponuntur supera & infera.* [propter ordines turbatos.]

3 דאתכסייא סתים באתוון
מתיישבן באתרוי (נ״א באתרוי)
דאתו לא אתיישבו ביה
אן ותתאין.

§. 4. [Gen. 1. v. 24. scriptum est:] *Producat terra animam viventem secundum speciem suam, jumentum & reptile, &c. Huc pertinet quod scriptum est* [Psal. 36. v. 7.] *Hominem & jumentum servabis Domine.*

4 ויאמר אלהים תוצא הארץ
חיה למינה בהמה ורמש
דיע וכתיב אדם ובהמה
ע יי.

§. 5. *Unum sub generalitate alterius continetur: & quidem jumentum sub generali conceptu hominis,* [ob mysterium revolutionis.]

5 חד בכללא דאחרא
בהמה בכללא דאדם.

§. 6. [Et huc pertinet illud Levit. 1. v. 2.] *Homo cum obtulerit ex vobis oblationem Domino, de jumento &c. offeretis. Quia* (animal) *continetur sub genere Hominis.*

6 אדם כי יקריב מכם קרבן
מן הבהמה משום דאתכליל
לא דאדם.

§. 7. *Cum homo inferior descenderet,* (in hunc mundum) *juxta formam supernam* (in ipso) *inveniebantur duo spiritus.* (Ita ut) *è duobus lateribus dextro & sinistro compositus esset homo.*

7. כַּד נְחִית אָדָם דִּלְתַתָּא בִּדְיוּקְנָא עִלָּאָה אִשְׁתַּכְחַן תְּרֵין רוּחִין מִתְּרֵין סִטְרִין דִּימִינָא וּשְׂמָאלָא כְּלִיל אָדָם.

§. 8. *Quoad dextram* (habebat) *mentem sanctam; quoad sinistram, psychen animalem.*

8. דִּימִינָא נִשְׁמְתָא קַדִּישָׁא דִשְׂמָאלָא נֶפֶשׁ חַיָּה.

§. 9. *Peccabat homo* (&) *extendebatur sinistra; & extendebantur illi, qui sine corpore* [sunt; i.e. spiritus corticosi, qui dominium accipiebant in gradus animæ Adami inferiores, unde prava concupiscentia.] *Cum* [igitur] *ambo simul jungerentur* [*prava* scil. concupiscentia cum annexis & *psyche*,] *generationes fiebant: sicut ab animali quodam, quod multos spiritus generat uno in nexu.*

9. חַב אָדָם אִתְפַּשַּׁט שְׂמָאלָא וְאִתְפַּשְּׁטוּ אִינּוּן בְּלָא גוּפָא כַּד מִתְדַּבְּקִין דָּא בְּדָא אִתְיַלְּדָן כְּהַאי חַיָּה דְּאוֹלִידַת רוּחִין סַגִּיאִין בְּקִטּוּרָא חֲדָא.

§. 10. [Dantur] *viginti duæ literæ occultæ, & viginti duæ literæ manifestæ.* [quæ sunt symbola formarum illarum sublimium.]

10. כַּ״ב אַתְוָון סְתִימִין׃ כַּ״ב אַתְוָון אִתְגַּלְיָין.

§. 11. *Jod* [aliud est] *occultum; aliud manifestum.* [illud intelligentia, hoc regnum: ita ut simul ad gradus superiores respiciatur.] *Occultum* (autem) *& manifestum in libra formarum ponderantur* [i. e. masculinum & fœmininum est, illud Pater & Mater; hoc fundamentum & regnum; prævalente conceptu fœminino, qui refert formam & receptaculum.

11. י׳ סָתִים י׳ גַּלְיָיא . סָתִים וְגַלְיָיא בְּמַתְקְלָא דְּטַפְסִין אִתְקְלוּ.

§. 12. *E Jod prodeunt mas & fœmina,* [si scilicet plenè scribatur ut יו״ד, Augmentum ejus sunt] *Vav & Daleth. Hoc loco Vav est mas; & Daleth fœmina. Et hinc exsurgunt* ד״ו, *Duo: quæ duo sunt mas & fœmina:* (*& non tantùm*) *duo;* (sed &) *paria duo* [conjugum superiorum & inferiorum.]

12. י׳ נַפְקִין מִנֵּיהּ דְּכַר וְנוּקְבָא הַ״ד בְּהַאי אֲתַר וָ׳ דְּכַר דַּ׳ נוּקְבָא בְּגִין דָּא דּ״ו תְּרֵין דּו דְּכַר וְנוּקְבָא [illegible] תְּרֵין קִפְלִין (סֹא קְלִיפִין) תְּרֵין.

§. 13. *Jod solitarium est mas:* [nempe Pater:] *He fœmina* [id est, mater &c.]

[illegible] י׳ בִּלְחוֹדוֹי דְּכַר · הֵ׳ נוּקְבָא.

§. 14. ה״ה *primò fuit* ד״ד. *Postquam autem impregnatum fuit per* י״י [ut exinde prodiret figura ה״ה.] *generavit Vav.* [i. e. Mater à Patre imprægnata produxit Microprosopum. In figura autem ex Jod illo minuto, quod latet intra He, factum dicitur ו״ו. Vel ex [illegible] tali, quæ est ו״ unum, & ex verticali, quæ est ו׳ alterum, & ex [illegible] literæ Vav.]

[illegible] הֵ׳ דָּ׳ הֲוָת בְּקַדְמֵיתָא וּמִדְּ [illegible] אוֹלִידַת וָ׳.

§. [illegible]

§. 15. *Unde patet, quod in litera He, lateant litera* וד [& per consequens ו:] *& in* יוד *lateat* ה: *unde fiunt* יהוה. *Apparet* (ergò) *quod* יוד *in figura sua contineat Nomen* יהוה, *quando scelicet plenè scribitur per Jod, Vav, Daleth, qua sunt mas & fœmina* [nimirum Jod mas; & Vav, Daleth in forma ה, fœmina:] *deinde componitur* (filius, qui est ו) *& contegit matrem*; [i.e. ו, ponitur post ה; ut fiat יהוה Pater, mater & Microprosopus.]

15. הרי כי כה אית דו וכי אית הה הרי יהו אתחזי יוד בחזויה מלא דיהו מדאפיקת יוד דהוא דכר ונוקבא אתיישבת לבתר ומכסייא לאמא.

§. 16. [Ergò in litera יוד & in Nomine יהוה latent duo viri & duo fœminæ. Quod adumbratur in dicto Gen. 6. v. 2.] *Et viderunt filii Dei*, [pluralis ad minimum duo denotat] *filias hominis* [& hîc pariter.] *Id patet ex eo quod scriptum est:* [Jos. 2. v. 1.] *duos viros explorantes clam, dicendo.* [hinc effulget mysterium de duobus viris.] *Quomodo* [autem probatur, duas fœminas intelligi per] *filias hominis? quia scriptum est* [1. Reg. 3. 16.] *Tunc venerunt dua mulieres meritoria ad Regem.*

16. ויראו בני אלהים את בנות האדם היינו דכתיב שנים אנשים מרגלים חרש לאמר · מאי בנות האדם דכתיב אז תבאנה שתים נשים זונות אל המלך.

§. 17. *Propter has scriptum est* [ibid. v. 28.] *quia viderunt quod Sapientia Elohim in eo esset.* [hic involvuntur duo masculi, in Sapientia, Pater; in Salomone Microprosopus. Ergo] *tunc venerunt* [etiam duæ mulieres Intelligentia & Basilia] *& non prius.*

17. בגיניהון כתיב כי ראו כי חכמת אלהים בקרבו וגו׳ אז תבאנה ולא מקדמיתא.

§. 18. *In palatio unionis fontium* [i.e. in mundo Creationis] *duo erant amplexibus nexi* [i. e. Protoplastæ] *in supernis:* (hi) *descendebant deorsum, & occupabant terram: sed amittebant partem bonam, qua in ipsis erat corona clementia: & coronabantur mensura uvarum.* [i. e. loco benignitatum, cingebantur judiciis & rigoribus. Quod etiam exponi potest de Microprosopo & uxore, prius in matre & postea infra existentibus, & in exilio circundatis rigoribus, & severitatibus.]

18. בקיסטרא דקיטורא דפיגאן תרין מתחבקן הוו לעילא לתתא נחתו ירתו עפרא אבדו חולקא טבא דהוה בהו עטרא דכומלא (סא דחמלא) ואתעטר בקוסטא דענבא.

§. 19. [Duo hæc paria etiam reperimus in dicto illo Exod. 14. v. 15.] *Et dixit Dominus ad Mosen* [qui refertur ad matrem:] *quid clamas ad me?* [clamor autem etiam refertur ad matrem, sicut gemitus ad gradum pulchrum, & vociferatio

19. ויאמר ײ׳ אל משה מה תצעק אלי · אלי דיקא · דבר אל בני ישראל ויסעו · ויסעו דיקא.

ad re-

ad regnum. Sed] אלי nota [quod idem est ac ad Jod; sive patrem.] *loquere ad filios Israel* [loquela est Basilia; Israël est gradus pulcher.] *ut proficiscantur. Ubi nota vocem* ויסעו [in qua וי literæ masculinæ: סע fœmininæ.]

§. 20. [Tunc enim] *circa influentiam versabatur* (Moscheh,) *& cupiebat venerari barbam:* [sicut Exod. 34. v. 6.]

20. במזלא הוה תלי דבעי לאוקיר דיקנ׳.

§. 21. [Huc etiam pertinet locus Exod. 15. v. 26.] *Et rectum in oculis ejus feceris, & auscultaveris præceptis ejus, & custodieris omnia statuta ejus.* Huc usque. [ubi in voce ultima, eadem duo paria insunt.] *Quia Ego Dominus, sanans te.* Hæc nota. [quia iterum hic latet mysterium Intelligentiæ, & Sapientiæ; gradus pulchri & Congregationis Israëlis.]

21. והישר בעיניו תעשה והאזנת למצותיו ושמרת כל חקיו עד כאן כי אני יי רפאך להאי דיקא:

Cap. V.

פרקא חמשאה.

§. 1. [Scriptum est Jesch. 1. v. 4.] *Væ genti peccanti, populo gravis iniquitatis, semini malignantium, filiis &c.* [Hic disserit de vocula הוי væ! quæ etiam est forma nominis. Et hæc est una de partibus sequentibus. Nam]

1. הוי גוי חוטא עם כבד עון זרע מרעים בנים וגו׳.

§. 2. Septem sunt gradus [si Tetragrammaton semiplenè scribatur hoc modo:] יוד הה וו הה. [ubi Pater & mater plenè; Microprosopus & uxor nude scribuntur. Si hic combinantur, ultima & prima; & penultima & secunda, adeoque gradus extremi, ut fiant literæ] הי & וו [mater & filius] *tunc producuntur* [tres mediæ] ד הה [quæ sunt notæ Basiliæ judiciis gravatæ. Si autem combinantur mater & filia] הוי & הה [tunc] *producitur foràs* וו [sive Microprosopus tanquam] דו [sive androgynos qui etiam est status judiciorum.] *occultè* [enim] *denotatur Adam, ceu mas & fœmina, qui sunt ista* דו, *de quibus scribitur* [loco citato: quod sint] *filii corruptores.*

2. שבעה דרגין יוד הה וה הי וו אפיק ד הה הוי הה אפיק וו דו לבר אסתיר אדם דכר ונוקבא דאיתון דו דכתיב בנים משחיתים.

§. 3. [Cum dicitur] בראשית ברא *In principio creavit*: [gradus superni intelliguntur. Nam] בראשית *est oratio* [unum de decem effatis Geneseos] ברא [autem] *est oratio dimidia.* [Intelliguntur autem] *Pater & filius, occultum & manifestum.* [Et quidem]

3. בראשית ברא · בראשית מאמר · ברא חצי מאמר · אב ובן. סתים וגליא.

§. 4. *Eden superior occultatur & reconditur.* [i.e. Coronę non fit mentio] *Eden inferior procedit ut transferatur* (versus inferiora) *& manifestatur* [per vocem Principii, quæ sapientiam denotat.]

4 עדן עלאה דסתים וגניז· עדן ...אה נפק למטלטלי (סא... ...לני) ואתגלייא.

§. 5. Nomen enim יהוה includit nomen יה [quod est Patris: & nomen] אלהים, [quod in textu sequitur, & ad matrem pertinet.]

5 יהוה יה אלהים.

§. 6. את [vox quarta hujus textus, quæ alias significat Nomen] אדני [gradum scilicet regni: item Nomen] אהיה [i.e. gradum Coronæ, adeoque gradus ambos extremos; hic denotat] *dextrum & sinistrum*, [id est, Benignitatem & severitatem, quæ] *in unum junguntur.*

6 את אדני אהיה ימינא ...אלא כחדא אשתתפו.

§. 7. השמים [vox quinta istius textus &] וארץ [vox sexta referuntur ad gradus Pulchritudinis & superationis:] sicut scriptum est [1. Chron. 29. v. 11.] *& Pulchritudo & victoria. hi* [gradus] *in unum junguntur.*

7. השמים ואת דכתיב ...תפארת והנצח· אינון כחדא ...שתתפו.

§. 8. הארץ [vox septima istius initii denotat Basiliam cum gloria & fundamento conjunctam.] *sicut scriptum est* [Psal. 8. v. 2.] *quàm magnificum* [hîc est gradus Gloriæ] *est nomen tuum in universa* [ubi denotatur fundamentum:] *terra* [quæ est regnum. Item Jes. 6. v. 3.] *Plenitudo omnis terræ gloria ejus* [ubi tres hi gradus iterum concurrunt.]

8 הארץ· דכתיב מה אדיר ...ך בכל הארץ· מלא כל הארץ ...ו.

§. 9. *Fiat firmamentum in medio aquarum. Ad faciendam distinctionem inter sanctum, & inter sanctum sanctorum.* [i.e. inter Microprosopum & Macroprosopum.]

9 יהי רקיע בתוך המים ...דיל בין הקדש ובין קדש ...שים.

§. 10. *Senior expanditur ad Microprosopum* [sive Corona ad Pulchritudinem.] *& adhæret* [ei ut hic incrementum accipere queat. Si] *non expanditur penitus* [ut Microprosopus quasi per se subsistat, sed adhuc in Matris utero degat] *os loquens grandia loco movet* [istum Microprosopum, ut ex utero ejus progeneretur] *& coronatur coronis parvis sub quinque speciebus aquarum.* [i.e. Microprosopus influxum accipit ... que Benignitatum: quæ dicuntur coronæ, quia à corona sive Macroprosopo de... dunt: sed parvæ, quia à Benignitate i. e. Microprosopico gradu incipiunt: & voc...

10 עתיקא לזעירא אתפרש ...כן לא אתפרש ממש פומא ...ל רברבן אנתיק ואתעטר ...ין זעירין בחמשה זינין מים.

A

A quarum quinque species; quia Aqua ad Benignitatem pertinet, & in hoc versu Gen. 1. v. 6. 7. vox מים quinquies reperitur.]

§. 11. *Sicut scriptum est* [Num. 19. v. 17.] *Et dabis super eum aquas vivas in vase.* [Vita autem ad Matrem spectat; & intelligendus] *est* [gradus ille, qui vocatur] אלהים חיים *Deus vita: & Rex Mundi* [i. e. Intelligentia. Quo pertinent etiam dicta sequentia: Psal. 116. v. 9.] *ambulabo coram Domino in terris vitarum.* [Item 1. Sam. 25. v. 29.] *Et erit anima Domini mei ligata in fasciculo vitarum.* [item Gen. 2. v. 9.] *Et arborem vitæ in medio horti.* [Hæc omnia inquam referuntur ad intelligentiam, à qua sex membra proximum, accipiunt influxum. Et ad eam quoque pertinent nomina sequentia: nempe Nomen] יה [quando plenè scribitur per א hoc modo:] יוד הא [& continet numerum Tetragrammati 26; quem etiam refert, forma ista Nominis ad Intelligentiam pertinentis] אהיי [ubi loco ה ultimi ponitur Jod, ut supra.]

11. דכתיב ונתן עליו מים חיים אל כלי הוא אלהים חיים ומלך עולם אתהלך לפני יי בארצות החיים והיתה נפש אדני צרורה וגו ועץ החיים בתוך הגן יה יוד הא אהיי.

§. 12. *Inter aquas & aquas.* [quoniam superiores sunt] *aqua perfecta* & [quæ in Microprosopo, sunt] *Aqua imperfecta,* [sive rigoribus mixtæ: quod aliàs dicitur] *miseratio perfecta, miseratio imperfecta.* [Jam sequitur explicatio mystica in Gen. 6. v. 3.]

12. בין מים למים · מים שלימין ומים דלא שלימין רחמין שלימין רחמין דלא שלימין:

§. 13. *Et dixit Tetragrammatos: non litigabit spiritus meus cum homine in seculum, eo quod etiam ipse caro:* [Hoc loco cum dicitur:] *Et dixit Tetragrammatos.* [notandum, quod] *postquam composita fuit* [structura superna] *de Microprosopo in posterum* [intelligatur hoc nomen.] *Nam cum loquitur, Nomine quidem appellat hunc,* (sed) *senior occultè loquutur.*

13. ויאמר יי לא ידון רוחי באדם לעולם בשגם הוא בשר ויאמר יי כד אתישבא בזעירא מכאן דכר אמר בשם אמרו דעתיקא סתים קאמר.

§. 14. *Non contendet spiritus meus cum homine.* [Hic intelligitur non spiritus ipsius Microprosopi, sed] *qui è supernis est: quia ab illo spiritu, qui efflatur è duobus foraminibus Nasi Macroprosopi, influxus demittitur in inferiores.*

14. לא ידון רוחי באדם דלעילא משום דבההוא רוחא דאתנשבא מתרין נוקבין דפרדשקא משיך לתתאי.

§. 15. *Et propterea scriptum est* [ibidem.] *Et erunt dies ejus centum & viginti anni. Jod vel est perfectum* [quando è decadibus constant singu-

15. ובגנכ כתיב והיו ימיו מאה ועשרי שנה · יוד שלים ולא

læ ejus partes.] *vel non perfectum* [quando è monadibus.] *Cùm* (ergò) י *solùm* [ponitur, perfectum intelligitur, quod in se ductum efficit] *centum.* [si autem ponuntur] *literæ duæ* [tunc saltem intelliguntur decem monades] *bis sumtæ:* [hinc fiunt] *centum & viginti anni.*

ם · י׳ בִּלְחוּדוֹי מְאָה תְּרֵין
ן תְּרֵין זִמְנִין מְאָה וְעֶשְׂרִים

§. 16. *Jod solitarium quando manifestatur in Microprosopo* [id est, Lumina Macroprosopi cum in hunc descendunt, tunc gradus decadum valde augentur & decas hæc] *protrahitur in decem millia* [quatuor gradibus juxta literas Tetragrammati] *annorum.* [Sed] *ex hinc* [si juxta vim Microprosopi tantùm concipitur, locum habet id] *quod scriptum est* [Psalm. 139. v. 5.] *Et ponis per me* כַּפֶּכָה *manum tuam.* [ubi vox כַּפֶּכָה si scriberetur modo consueto כַּפְּךָ efficer[et] numerum 120. jam verò addito ה paragogico fœminæ, fiunt 125; ob quinque r[i]gores.

י׳ בִּלְחוּדוֹי כַּד אִתְגַּלְיָיא
יָא אִתְמְשַׁךְ בְּעֶשֶׂר אַלְפִין
מִכָּאן כְּתִיב וַתָּשֶׁת עָלַי
ה

§. 17. *Gigantes erant in terra.* [Gen. 6. v. 4.] Si hic consideratur vox הָיוּ, quæ etiam est forma sæpe variati Nominis, initium fit à Regno.] *Hoc ipsum est quod scriptum est* [Gen. 2. v. 10.] *Et inde dividitur; & est in quatuor capita.* [ubi intelligitur finis Emanationis, quem sequitur mundus separatus. Nimirum] *à loco ubi dividitur corpus, vocantur Decidui illi* [vel ut corrigit Codex Mantuanus, ubi dividitur hortus, & intelliguntur septem inferiores Emanationes: ubi de[inde] dispescitur universum in inferiores mundos, locumque præbet corticibus.] *Hinc s[cri]ptum est: & abhinc dividitur.*

17 הַנְּפִלִים הָיוּ בָאָרֶץ · הָיִינוּ
תִיב וּמִשָּׁם יִפָּרֵד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה
שִׁים מֵאֲתַר דְּאִתְפָּרֵשׁ גּוּפָא
ר הַנְּפִלִים דִּכְתִיב וּמִשָּׁם

§. 18. *Erant in terra. In diebus illis; sed non sequenti tempore, donec veniret Josua.*] id est, applicabantur ad gradum uxoris, quæ etiam dicitur terra Canaan, in qua Josua inveniebat Gigantes. Vox enim נפלים non amplius occurrit nisi cùm de exploratoribus agitur Num. 13. v. 33.]

18 הָיוּ בָאָרֶץ בַּיָּמִים הָהֵם·
לְבָתַר זִמְנָא עַד דְּאָתָא
שֻׁעַ.

§. 19. *Et filii Elohim custodiuntur,* (nec similis casus mentio fit) *donec venit Salomo, & filias hominum conjungit: sicut scriptum est:* [Eccles. 2. v. 8.] ותענוגת *Et delicias filiorum hominis &c. Ubi* [in genere fœminino] תענוגות *vocat, & non* [ut alibi, genere masculino] תענוגים, *filios Adami: ut subinnuatur, illos esse de illis spiritibus aliis, qui non*

19 וּבְנֵי הָאֱלֹהִים אִסְתְּמָרוּ עַד
א שְׁלֹמֹה וּבְנוֹת הָאָדָם
כְּלָלָא הה״ד וְתַעֲנוּגוֹת תַּעֲנֻגוֹת
י תַּעֲנוּגִים לָא קָארֵי בְּנֵי אָדָם
רְמִיזוּ מֵהַאי רוּחִין אַחֲרָנִין

...tentur *sub sapientia superna: de qua scribitur:* [1. Reg.5.v.12.] *Et Dominus dedit Sapientiam Sa-*...*ni.* [De his vide Tractatum de Revolutioni-...]

דְלָא אִתְכַּלִּלוּ בְחָכְמָה עִלָּאָה
דִכְתִיב וַיְיָ נָתַן חָכְמָה לִשְׁלֹמֹה׃

§.20. *Et scriptum est* [cap.4. v.31.] *Et sapiens* [su]*pra omnes homine. Quoniam hi non continentur* [in] *homine.*

20. וּכְתִיב וַיֶּחְכַּם מִכָּל הָאָדָם
מִשּׁוּם דְהָנֵי לָא אִתְכַּלִּלוּ בְאָדָם׃

§.21. [Cùm autem dicitur:] *Et Dominus dedit* [Sa]*pientiam; tunc intelligitur He superum.* [quod ...i dedit influxum Sapientiæ Basilicæ]. *Et sapiens* ... *supra omnem homine: quia ab illa sapientiam acci-*[pie]*bat infra* [per gradum Regni.]

21. וַיְיָ נָתַן חָכְמָה הֵ עִלָּאָה
וַיֶּחְכַּם מִכָּל הָאָדָם דְמִינָהּ אִתְחַכֵּם
לְתַתָּא׃

§.22. *Isti* [spiritus] *sunt potentes, qui à seculo.* ... [seculo sive] *mundo superno:* [Intelligentia ...licet, è qua severitates & rigores excitantur.] [V]*iri Nominis* (id est) *qui exercebant se in Nomine.*

22. הֵמָּה הַגִּבּוֹרִים אֲשֶׁר
מֵעוֹלָם · עוֹלָם דִלְעֵילָא אַנְשֵׁי
הַשֵּׁם · דְאִתְנַהֲגָן בִּשְׁמָא׃

§.23. *In quo nomine? In nomine sancto, in quo se* [e]*xercebant* [ad patranda mira varia] *non sancti in-*...*feri.* (Hi) *tamen sese non exercebant nisi in no-*[mi]ne, & non in sanctitate.]

23. מַאי שְׁמָא שְׁמָא קַדִּישָׁא
דְאִתְנַהֲגָן בֵּיהּ דְלָא קַדִּישִׁין לְתַתָּא
וְלָא אִתְנַהֲגָן אֶלָּא בִשְׁמָא׃

§.24. *Viri Nominis, nudè dicitur; & non Viri* [Te]*tragrammati. Non* [ergò utebantur Nomine] ...*mysterium Arcani, seu diminutivè; nec tamen* ...*diminutione* [Nominis ipsius.]

24. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם סָתִים וְלָא
אַנְשֵׁי יְדוָד לָאו מְסָתִים סְתִימוּתָא
אֶלָּא גְרִיעוּתָא וְלָא גְרִיעוּתָא׃

§.25. [Et quia] *Viri Nominis nudè* [dicuntur, ...] *generalis conceptu hominis excluduntur.*

25. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם סְתָם מִכְלָלָא
דְאָדָם נַפְקָא׃

§.26. *Scriptum est:* [Psal.49.v.14.] *Homo in di-*...*non pernoctabit.* [Cùm dicitur] *Homo in di-*... [idem est ac si diceretur Homo, qualis erat ...mo] *in dignitate Regis non diu permanebit, sine* ... [id est, influxu à Rege Microprosopo, ad ...ecu gradum pulchrum pertinet spiritus.]

26. כְּתִיב אָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין׃
אָדָם בִּיקָר בִּיקָרוֹ דְמַלְכָּא בַּל
יָלִין בְּלָא רוּחָא׃

§.27. *Tredecim Reges* [id est: duodecim meta-...les Tetragrammaticæ cum radice, quæ sunt ...benignitatum;] *bellum gerunt cum septem* [Re]gibus Edomiticis; quia dum illorum lumina ...uerunt, hi non poterant subsistere, & adhuc ... Classes judiciorum rigorosissimorum; quæ [o]pponuntur benignitatibus. Nam] *septem Reges* *in*

27. תְּלֵיסַר מַלְכֵי קְרָבָא בְשִׁבְעָה
שִׁבְעָה מַלְכִין בְּאַרְעָא אִתְחַזְיָאן
נִצְחֵי קְרָבָא תִּשְׁעָה דְסַלְקִין
בְּדַרְגִּין דְרַהֲטִין בִּרְעוּתְהוֹן וְלֵית
דְיִמְחֵי בִידֵיהוֹן׃

in terra [Edom] *visi sunt.*]& jam postquam vasa illorum confracta sunt, dicuntu ces ad inferiora delapsi. Hos] *vincũt in bello novem*[metra Microprosopi, de quib magna, per quæ David vincebat hostes suos:] *quæ ascendunt in gradus decurrent arbitrio suo*[id est, quæ fiunt tredecim, ut sunt in Macroprosopo, ejusque Barba, citur influentia, & decurrit sive influit liberè,] *& nemo est, qui impediat manum* [Nam dum metra superna incrementum largiuntur inferioribus, omnia judic guntur.]

§.28. *Quinque Reges* [id est, quinque literæ מנצפך, quæ sunt judiciorum radices;] *in celerem fugam se corripiunt coram quatuor* [literis Tetragramati, quæ benignitatis influxum secũ ferunt:] *Non possunt subsistere*, [quia judicia & rigores cessant & fugiunt.]

חמשה מלכין קיימין בבהילו
ארבע לא יכלין למיקם.

§.29. *Quatuor Reges occurrunt quatuor* [id est, quatuor literæ Tetragrammati innectuntur quatuor literis אדני: quæ] *ab illis dependent ut uva in racemo*[in cõcatenatione Nominis יאהדונהי.]

ארבע מלכין נפקין
מית ארבע בתון תליין
ן מאתכלא.

§. 30. *Secernuntur per istos* [id est, per hos gradus divinorum Nominum selectio fit sanctitatis è vasis confractis] *septem canales*[id est, septem vasa confracta, quæ jam ceu cortices, magnam adhuc partem luminum & animarum in se continent] *testantur testimonium*[id est, animæ ita selectæ deinde in mundum progeneratæ te se ab impuritate ereptas]*& non permanent in loco suo* [& sub corticibus non amp tineri.]

ברין בתו שבעה רהיטין
סהדותא ולא קיימין
יתי.

§.31. *Arbor quæ mitigata est* [id est, Regni gradus sive Schechinah, quæ est arbor Cognitionis boni & mali, quæ in se tota consistit è judiciis, sed à marito per influxum benignitatum mitigatur;] *residet interius* [intra Cortices; quia regnum ejus dominium habet in omnia: & pedes ejus descendunt in mortem.] *In ramis eju dis inferioribus*] *resident & nidificant aves*[locum habent animæ & angeli.] *S bram quærunt animalia potestatem habentia*[id est, cortices: Nam in ipsa ambul bestia sylvestris Psal.104.v.20.]

אילנא דמבסם יתיב בגו׳
אחדן ומקננן צפרין׳
תטלל חיותא דשליטא׳

§.32. *Hæc est arbor, quæ duas habet semitas* [nam ita restitutus est hic locus in Codice correcto] *ad eundum*] nempe bonum & malum: quia est arbor cognitionis boni & mali.] *Habetque septem columnas circa se*, [id est, septena palatia.] *& quatuor splendores*[id est, quatuor animalia]*circumvolvun-*

א אילנא בתריסר סא
ין למהך בשבעה סמכין
ב בארבע זוין מתגלגלין
טרין.

[quatuor rotis] *in quatuor lateribus* [ſive qua-ſariam juxta currum Jecheskelis.]

§. 33. *Serpens* [qui fiebat è baculo Moſis, i.e. Cor- נוגה ſive ſplendor is] *qui currit trecentis & ſe-xaginta ſaltibus* [triginta duo Nomina Elohim quinque literis, quæ ſunt 37. per decades mul-tata, efficiunt 370. & denotantur judicia Uxo- ad quæ ſaltum ſuum dirigit Cortex iſte, quia est maturę inter ſanctum & profanum.] *Sa-per montes, & raptim accurrit ſuper colles, ſic-ut ſcriptum eſt* [Cant. 2 v. 8 Id eſt, inaltum aſſilit ſu-a reliquos Cortices.] *Caudam ſuam ore ſuo den-tibus tenet* [id eſt, extremum ſuum, quo ad Corti-ces porrigitur, convertit ad extremum alterum, quo ad ſanctitatem ſpectat.] *perforatus in utroque latere* [ut recipere queat naturam ſuperam & inferam] *Cum tollitur præfe-ctus* [qui eſt Metatron] *convertitur in tres ſpiritus* [id eſt, aſſumit naturam trium corti-cum inferiorum.]

33. חויא דרהיט בשע דלוגין דלא על טורין מקפץ על גבעתא דכתיב מדלג על ההרים מקפץ על הגבעות · זנביה בפומיה בשנוי נקיב לתרין גיסין כד בטיל גיסטרא אתעביד לתלת רוחין׃

§. 34. [De Metatrone autem] *ſcriptum eſt* [Gen. 5. v. 22.] *Et ambulavit Chanoch cum Elohim.* [ex Chanocho factus eſt Metatron.] *Et ſcri-ptum eſt* [Prov. 22. v. 6.] חנך *Chanoch factus eſt in puerum, juxta viam ſuam.* [id eſt, mutatus eſt] *in puerum notum* [Metatronem, qui nomine ſuo vo-catur נער]

34. כתיב ויתהלך חנוך את האלהים · וכתיב חנוך לנער על פי דרכו · לנער הידוע׃

§. 35. *Cum Elohim: & non cum Tetragrammato,* ipſe applicatur ad gradum Baſiliæ, cui tribui-tur nomen hoc rigoris.] *Et non erat,* [amplius] *ſub nomine: quia tulit eum Elohim, ut appellaretur nomine ſuo.* [hoc enim nomen communicabile eſt Angelis, & inprimis huic illorum principi.]

35. את האלהים ולא את יי ואיננו בשם זה · כי לקח אותו אלהים להקרא בשמו׃

§. 36. *Tres domus judicii dantur, quæ ſunt qua-tuor* [i. e. tres literæ יהו relatæ ad Intelligentiam, ſunt quatuor literæ Tetragrammati punctata ſub nominis Elohim. Nam] *quatuor ſunt domus judicii ſuperiores* [modo dictæ quatuor Te-tragrammaticæ] *& quatuor inferiores* [quæ ſunt quatuor literæ אדני ad Regnum pertinentia.] *Nam ſcriptum eſt:* [Lev. 19, v. 35.] *Non facietis ini-quitatem in judicio, in dimenſione cubili, in pondere, & menſura.* [Ubi quatuor hæc myſticè innuun-

36. תלת בתי דינין ארבע אינון · ארבע בתי דינין דלעילא ארבע לתתא דכתיב לא תעשו עול במשפט במדה במשקל ובמשורה׃

§. 37.

§. 37. [Aliud enim est] *Judicium rigorosum* [Severitatis;] *aliud judicium non rigorosum* [id est, regni.] *Aliud judicium per bilancem*, [ubi duæ lances meriti & debiti] *aliud judicium, quod non fit per bilancem*; [& hoc est] *judicium lene* [quo judicantur Iisraëlitæ. Sed etiam datur] *judicium quod neque hujus neque illius generis*. [nempe gradus pulcher.]

דינא קשיא · דינא דלא
א · דינא בשקולא · דינא דלא
ל דינא רפיא · דינא דאפילו
אי ולא האי.

§. 38. Porrò scriptum est Gen. 6. v. 1. *Et factum est cum inciperet homo multiplicari super facie terræ.* [Ubi per verba hæc] *incipiebat* אדם *multiplicari* [intelligitur Daath seu Cognitio, Anima gradus pulchri, ad quam refertur Moses; quæ multa lumina demitttit in Uxorem terram, cùm Maritus illuc ascendit.] *Hoc est illud, quod scriptum est:* [ibid. v. 3.] בשגם *eo quod etiam est caro* [quæ voce בשגם per æquipollentiam numerorum est משה] *Adam* (scilicet) *supernus* [D sive Cognitio.] *Et scriptum est: super facie terræ:* [quæ facies terræ, id est, summ præsentatio Basiliæ est Intelligentia Mater, ad cujus portas ascendit Moses.]

ויהי כי החל האדם לרב
פני האדמה · החל האדם
היינו דכתיב בשגם הוא
האדם דלעילא · וכתיב
פני האדמה.

§. 39. [De hac facie scriptum est: Ex. 34, 29.] *Et Moscheh nesciebat, quod fulgeret cutis faciei suæ* [ubi per faciem Mater, per cutem Basilia intelligitur.] *Hoc ipsum est, quod dicitur* [Gen. 3. v. 21.] *Tunicas pellis*, [quia regnum per se luce caret.]

ומשה לא ידע כי קרן עור
היינו דכתיב כתנות עור.

§. 40. *Fulgere* [autem cùm dicitur facies Mosis, intelligitur Mater,] *juxta illud:* [1. Schmu. 16. v. 13.] *Accepitque Schmuel cornu olei* [ubi per oleum, Sapientia, per cornu, sive fulgorem olei, intelligentia connotatur.] *Nulla enim est unctio, nisi per cornu* [id est, omnis descensus unctionis est per Matrem.] *Hinc dicitur* [Psal. 89, 18.] *Et in voluntate tua exaltabis cornu nostrum.* [Item Psalm. 132. v. 17.] *Ibi germinabit cornu Davidi* [id est, Basilia influxum accipiet à matre.] *Hic e gum decimus* [id est, Regni gradus,] *& provenit à Jubilæo, qui est Mater.*

קרן דכתיב ויקח שמואל
קרן השמן · לית משיחה
בקרן ובשמך (סא וברצונך)
קרננו · שם אצמיח קרן
היינו עשיראה דמלכים
א מן יובלא דהוא אימא.

§. 41. *Nam scriptum est:* [Jos. 6. v. 5.] *Et erit cum intonabitur Cornu Jubilæi. Hic est splendor Jubilæi; & coronatur* (gradus) *decimus à Matre.*

דכתיב והיה במשך בקרן
· קרן ביובלא אתעטר
אה באימא.

§. 42. [Hoc est] *Cornu, quod accipit capitale & ...tum, ut restituat spiritum ipsi*; [id est, cum Mi...prosopo dandus est spiritus, mater tam sua ...buit, quod est קרן fulgor, capitalis, quā aug...,quod à patre accipit.] *Et hoc est cornu Ju... E: Jobel est* ה [primum Tetragrammati:] *Et ... afflatus spiritus ad omnia*: [quia Mater est ...cus venturus, ubi in resurrectione omnia re...ent spiritum:] *& omnia redibunt in locum ...m*, [sicut in Jubilæo, ita in mundo venturo.]

42. קרן דנטיל קרן ורוח לאתבא רוחיה ליה · והאי קרן דיובלא הוא ויובל ה וה נשיבא דרוחא לכולא וכולא תייבין לאתרייהו·

§. 43. *Scriptum est enim*: אהה יי אלהים *Ahah, ...tragrammaton Elohim. Cùm apparet* ה (pri...num) ה (secundo), *tunc Tetragrāmaton vocatur ...him*; [quasi judex; quia circa mundum ven...multis opus erit viribus. Hoc est] *Nomen ...um. [Et scriptum est* Jesch. 2. v. 11.] *Et exalta...Tetragrammaton solum in die illa*. [Al. Cum ...rtitur He unum ad He alterum, & tollitur ...dicta venit in mundum: & nisi propter A...illum, qui vocatur Tetragrammaton [gra...locus esset] mundus non subsisteret; sed omnia ...starentur. Hinc scriptum est: Et exaltabitur ...]

43. דכתיב אהה יי אלהים כד אתחזי ה לה יי אלהים אתקרי שם מלא וכתיב ונשגב יי לבדו ביום ההוא · (סא כד אתחזר ה לה ואסתלק יפורענותא אתי לעלמא ואם לא בשביל אדם ידוד לא אתקיים עלמא וכולא אתחרב ועל דא כתיב ונשגב וגו׳·

§. 44. Hucusque occultatum & involutum est ...rium Regis, id est, Liber mysterii, seu occul...tis. Beatus est ille, qui intrat & exit, & novit ...s ejus & tramites ejus.

44. עכ סתים ואתעטר צניעותא דמלכא דהיינו ספרא דצניעותא זכאה למאן דעאל ונפק וידע שבילוי וארחוי ·

F I N I S.

PARTIS SECUNDÆ

Tractatus Secundus,

qui est

IDRA RABBA,

seu

SYNODUS AREÆ MAGNA,

Cum Textu Originario, correcto & punctato, nec non in Sectiones & paragraphos dissecto, adjectis Variis Lectionibus; & Versione cum allegatione Dictorum Biblicorum.

Synodus magna Sancta. (§. 163.)

האדרא רבא קדישא.

SECTIO I.
Ingressus & Præloquium.

Editionis Cremonensis fol. 61. col. 242. Editionis Mantuanæ fol. 127.b.

§. 1. TRaditio. Dixit R. Schimeon ad socios: quamdiu sedebimus in statu unius columnæ? cùm scriptum sit [*Psal.*119.v.126.] Tempus faciendi Domino, dissipaverunt Legem *tuam.*

1. תניא אר"ש לחברייא עד אימת ניתיב בקיימא דחד סמכא כתיב עת לעשות ליי' הפרו תורתך.

§. 2. Dies pauci sunt, & creditor urget, præco clamat quotidiè, & messores agri pauci sunt, & isti qui circa extremum vineæ sunt, (*i. e. non stadent sanctitati, quæ dicitur vinea*) non attendunt & non noverunt, Ubi sit locus legitimus.

2. יומין זעירין ומארי דחובא דחיק כרוזא קארי כל יומא ומחצדי חקלא זעירין אינון ואינהו בשולי כרמא לא אשגחן ולא ידעין לאן הוא אתר כמה דיאות.

§. 3. Congregate vos, socii, in aream; instructi loricis & hastis, estote alacres in apparatu vestro, consilio, sapientia, intellectu, scientia, attentione, manibus & pedibus: Constituite Regem super vos, illum in cujus potestate est vita & mors; ut ferantur sententiæ veritatis; res ad quas Sancti superni attendunt, illasque audire & cognoscere gaudent.

3. אתכנשו חברייא לבי אדרא מלובשין שריין ורומחי אזדרזו בתקוניכון בעיטא בחכמתא בסוכלתנו בדעת' בחיזו בידין ברגלין אמלכו עליכון למאן (למלכא) דברשותיה חייא ומותא למגזר דינין (סא מלין) דקשוט מלין דקדישי עליונין צייתי להו. וחדאן למשמע להו ולמנדע להו.

§. 4. Sedit R. Schimeon & flevit, dixitque: Væ! si revelabo, væ! si non revelabo.

4. יתיב ר"ש ובכה ואמר ווי אי גלינא ווי אי לא גלינא.

§. 5. Socii, qui ibi erant, tacebant.

5. חברייא דהוו תמן אשתיקו.

§. 6. Surrexit R. Abba & dixit ei: Cum venia Domini; atqui scriptum est [*Psal.* 25. *v.* 14.] Arcanum Domini super timentibus eum. Et sane socii isti timent Sanctum illum Benedictum, & jam ingressi sunt in synodum domûs tabernaculi ex illis quidam tantum ingressi sunt, & *(quidam)* ex illis etiam exiverunt.

6 קם ר׳ אבא ואל אי ניחא
יה דמר הא כתיב סוד יי׳
איו והא חבריא אלין דחלין
בה׃ אינון וכבר עאלו באדרא
משכנא מנהון עלו מנהון
׃

§. 7. Traditum est porrò: Numerati sunt socii coram R. Schimeone: & inventi sunt, R. Eleasar filius ejus: & R. Abba; & R. Jehudah, & R. Jose filius Jacobi, & R. Isaac, & R. Chiskia filius Raf, & R. Chija, & R. Jose, & R. Jesa.

7 תאני אתמני חבריא קמיה
ש ואשתכחו ר׳ אלעזר בריה׃ ור׳
א׃ ור׳ יהודא ור׳ יוסי בר יעקב׃ ור׳
חק׃ ור׳ חזקיה בר רב׃ ור׳ חייא׃ ור׳
סי׃ ור׳ ייסא׃

§. 8. Manus dederunt R. Schimeoni, & digitos sustulerunt in altum, & intraverunt in agrum, *(ubi area trituratoria erat, id est locus sub dio rotundus, ubi bobus circumactis, frumentum conculcari solebat pro granis excutiendis, qualis describitur Jud. 6. v. 11. 37. 39.)* inter arbores, & sederunt.

8 ידין יהבו לר״ש ואצבען זקפו
לא ועאלו בחקלא ביני אילני
בו׃

§. 9. Surrexit R. Schimeon & precatus est orationem suam. Sedit in medio eorum, & dixit, quilibet ponat manum suam in sinum meum; posuerunt manus suas, & apprehendit illas.

9 קם ר״ש וצלי צלותיה׃ יתיב
ויית ואמר כל חד ישוי ידוי
תיקפי׃ שוי ידייהו ונסיב לון׃

§. 10. Exorsus dixit *(ex Deut.* 27. *v.* 14.*)* Maledictus vir, qui fecerit idolum & fusile opus manuum fabri, & ponit in occulto, & omnis populus respondeat & dicat Amen!

10. פתח ואמר ארור
האיש אשר יעשה פסל
ומסכה מעשה ידי חרש
ם בסתר וענו כל העם ואמרו אמן׃

Edition Mantu[ana] fol. 12[...]

§. 11. Incepit R. Schimeon & dixit: Tempus faciendi Domino: quid est, tempus faciendi Domino? propterea quod perverterunt legem tuam. Quid est, perverterunt legem tuam? Lex superior, quæ neglectui exponitur, si non peragitur secundum requisita sua. Quare hoc?

11 פתח ר״ש ואמר עת לעשות
אמאי עת לעשות ליי׳ משום
פרו תורתך׃ מאי הפרו תורתך
יה דלעילא דאיהי מתבטלא אי

(...

(*vel ut alii legunt : Quare Nomen hoc Tetragrammaton hic adhibetur?*) Nimirum de sene dierum dictum est.

§. 12. Scriptum [*enim Deut.* 33. *v.* 29.] Beatus tu Israël, quis sicut tu? Et scriptum est [*Exod.*15.*v.*11.] Quis sicut tu inter Deos, Domine!

§. 13. Vocavit R. Eleasarem filium suum, & sedere jussit eum coram se, & R. Abbam ex altero latere, & dixit: Nos sumus typus omnium (*i. e. nos repræsentamus tres columnas Numerationum:*) hactenus confirmatæ sunt columnæ.

§. 14. Siluerunt & audiverunt vocem; & genua eorum invicem collisa sunt. Quæ (*fuit illa*) vox? vox congregationis superioris, quæ congregata erat. (*Animæ nempe Justorum è Paradiso accesserant, ut auscultarent; una cum Schechinah s. præsentia divina.*)

§. 15. Gavisus est R. Schimeon, & dixit: Domine audivi rumorem tuum & timui. [*Habac.*3.*v.*1.] Dixit: Ibi rectè factum, quod timor secutus est; quantum ad nos (*autem*) ab amore dependet negotium, sicut scriptum est [*Deut.* 6. *v.* 5.] Et diliges Tetragrammaton Deum tuum: & scriptum est [*Mal.*1.*v.*2.] Dilexi vos.

§. 16. R. Schimeon exorsus dixit: Qui ambulat (ut) circumforaneus, revelat secretum; sed fidelis spiritu operit verbum. [*Prov.* 11.*v.*13.]

§ 17. Ambulans ut circumforaneus: hoc dictum quæstionem meretur: quia dicitur circumforaneus, quare ambulans? vir circumforaneus dicendum erat: quid est ambulans?

§. 18. Verum enim vero in illo, qui non sedatus est Spiritu suo, nec verax, verbum, quod audivit, huc illuc movetur, sicut spina in aqua, donec illud forâs expellat.

לא יתעביר בתקונוי אמאי (סא שמא) דא ולעתיק יומין אתמר.

12. כתיב אשריך ישראל מי כמוך · וכתיב מי כמוך באלים יי.

13. קרא לרבי אלעזר בריה אותביה קמיה · ולר' אבא מסטרא אחרא ואמר אנן כללא דכולא עד כאן אתתקנו קיימין.

14. אשתקו שמעו קלא וארכובתן דא לדא נקשן · מאי קלא · קלא דכנופיא עלאה דמתכנפי.

15. חדי ר"ש ואמר יי שמעתי שמעך יראתי אמר התם יאות הוי למהוי דחיל · אנן בחביבותא תליא מלתא דכתיב ואהבת את יי אלהיך וכתיב אהבתי אתכם וגו'.

16. ר"ש פתח ואמר הולך רכיל מגלה סוד ונאמן רוח מכסה דבר.

17. הולך רכיל האי קרא קשיא כיון דאתמר רכיל אמאי הולך איש רכיל מבעי ליה למימר מאן הולך.

18. אלא מאן דלא אתיישבא ברוחיה ולא מהימנא · ההיא מלה דשמע אזיל בגויה כחיזרא במיא עד דרחי ליה לבר.

§. 19. Quamobrem ? quia spiritus ejus non est spiritus stabilis.

מאי טעמא משום 19. דלית רוחיה רוחא דקיומא.

Cremonens. fol. 61. col. 243.

§. 20. Sed in quo Spiritus stabilis est, de eo scribitur: Sed fidelis spiritu operit verbum. [*Phrasis autem*] fidelis spiritu, denotat firmitatem spiritus: sicut dicitur [*Jes.* 22. *v.* 23.] Et infigam eum clavum in loco fideli. A spiritu res dependet.

20. אבל מאן דרוחיה רוחא דקיומא ביה כתיב ונאמן רוח מכסה דבר · ונאמן רוח קיומא דרוחא (כמו ותקעתיו יתד במקום נאמן) ברוחא תליא מלתא.

§. 21. Et scriptum est: [*Ecclesi.* 5. *v.* 5.] Ne concede ori tuo, ut seducat carnem tuam.

21. וכתיב אל תתן את פיך לחטיא את בשרך·

§. 22. Nec enim mundus in stabilitate manet, nisi per secretum (*scil. si illud fideliter servetur.*) Et si circa negotia mundana opus est secreto; quantò magis in negotiis secretorum secretissimorum, & consideratione Senis dierum, quæ ne quidem tradita sunt summis angelis.

22. ולית עלמא מתקיימא אלא ברזא · וכי אי במילי עלמא אצטריך הוא במלין רזין דרזייא דעתיק יומין דלא אתמסראן אפילו למלאכין עלאין עאכו.

§. 23. Dixit R. Schimeon: Cœlis non dicam ut auscultent; terræ non dicam ut audiat: certè enim nos columnæ mundorum sumus.

23. אמר ר׳ שמעון לשמיא לא אימא דציתון לארעא לא אימא ותשמע · דהא אנן קיומי עלמין.

§. 24. Traditum est in arcano arcanorum. Cum R. Schimeon aperuit os suum, commotus est locus, & socii commoti sunt.

24. תני רזין דרזין כד פתח ר״ש פומיה אזדעזעא אתרא וחברין אתחלחלו.

SECTIO II.
De statu mundi Inanitatis.

§. 25. Manifestavit arcanum, & incipiens dixit: Scriptum est: [*Gen.* 36. *v.* 29.] Et isti sunt Reges, qui regnarunt in terra Edom antequam regnaret Rex super filios Israël.

25. גלי ברזא ופתח ואמ׳ כתיב ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום לפני מלך מלך וגו׳ ·

§. 26. Beatos vos, ô justi, quod vobis manifestatur arcanum arcanorum Legis, quod non manifestatum est Sanctis superioribus!

26. זכאין אתון צדיקייא דאתגלו לכון רזי דרזין דאורייתא דלא אתגלי לקדישיא עליונים.

§. 27.

§.27. Quis assequetur hoc? & quis dignus erit eo? Est enim testimonium veritatis veritatum. Omnes ergò preces cum devotione fundantur, ne [*mihi*] imputetur in peccatum, quod hoc manifestem.

27. מאן ישגח בהאי ומאן יזכה בהאי דהוא סהדותא על מהמנותיה דהימנות דכולא צלותא ברעוא יהא דלא יתחשב לחובא לגלאה דא.

§.28. Et fortè dicent mihi socii, quod contra hæc verba formari queat objectio. Sane enim istud non opus erat ut scriberetur: cùm per se appareat quàm plurimos Reges fuisse, antequam filii Iisraël venirent, & antequam Rex esset filiis Iisraël: quomodo ergò hoc quadrat? Et propterea quæstionem moverunt socii.

28. ומדה דיימרון לי חברייא דהאי קרא קשייא הוא דהא לא הוה ליה למכתב הכי דהא חזינן כמא מלכים הוו עד דלא ייתון בני ישראל ועד דלא הוי מלכא לבני ישראל ומדה אתחזי הכא ובדא אתערו חברייא.

§.29. Arcanum igitur Arcanorum est, quod homines nec scire, nec comprehendere, nec scientiam suam de illo vel mussitare possunt.

29. אלא רזי דרזין הוא דלא יכלין בני נשא למנדע ולאשתמודע ולמרחש ברעתייהו בהאי.

§.30. Traditum est, antequam Senior Seniorum, occultus occultorum instituerat efformationes Regis [*Microprosopi, sub certis membris & gradibus*] & diademata diadematum; [*idest, varia involucra, quibus circundaretur luminum nimietas:*] principium & finis non fuit [*idest, nulla erat communicatio & acceptio.*]

30. תאנא עתיקא דעתיקין טמירא דטמירין עד דלא זמין תקוני דמלכא ועטורי עטורין שירותא וסיומא לא הוה.

§.31. Sculpsit ergo [*i.e. spatiū evacuavit, quo influeret*] & proportiones instituit in se [*quot modis lux cognitionis suæ suscipi posset, unde oriebantur gradus mundorum:*] & expandit ante se velum quoddam, [*idest, produxit naturam quandam, quâ Lux sua infinita modificaretur, quæ fuit Adam primus:*] & in eo sculpsit, & certâ proportione distribuit Reges, & formas eorum [*idest, omnes creaturas sub statu activitatis propriæ; à quibus ipse cognosceretur & amaretur:*] sed non substiterunt. [*Hic innuitur lapsus creaturarum, partim in statum quietis, qualis est materia; partim in statum motus inordinati, qualis erat spirituum malorum, &c.*]

§.31. והוה מגליף ומשער ביה ופרים קמיה חד פרסא ובה גליף ושעיר מלין ותקונוי ולא אתקיימו.

§.32. Id ipsum est quod dicitur [*Gen. 36. v. 29.*] Et isti sunt Reges, qui regnarūt in terra Edom, antequam regnaret Rex super filiis Iisraël. Rex primus respectu filiorum Iisraël [*per filios*

32. הה״ד ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום לפני מלך מלך לבני ישראל · מלכא קדמאה לבני

Iisraël

Israel intelliguntur gradus mundi Restituti;] prior est.

ישראל קדמאה.

§. 33. Et omnia illa, quæ sculpta sunt, nec substiterunt, nominibus suis vocata sunt [*id est, in certas classes distributa fuerunt*,] nec tamen substiterunt; donec deseruit eos, [*ita ut lumina è vasis sese sursum reciperent*:] & occultavit se præ illis [*luce diminuta.*]

33. וכולהו דגליפו ולא אתקיימו בשמהון אתקרון ולא אתקיימו עד דאנח להו ואצנע להו.

SECTIO III.

De Seniore sive Macroprosopo, & Partibus ejus, & in specie de Cranio.

§. 34. Post aliquod tempus respexit illud velum, & conformatum est juxta partes suas.

34. ולבתר זמנא הוה מסתכל בההוא פרסא ואתתקן בתקינוי.

§. 35. Et sic traditum est. Proposuit sibi creare Legem [*id est, literas Alphabeticas, ex quarum transpositionibus deinde conscripta est Lex*;] absconditam bis mille annis, eamque produxit. Sed illa sic eum alloquebatur: Qui disponere & constituere vult [*alia*], prius disponatur ipse conformatione propria.

35. ותאנא סליק ברעותיה למברי אורייתא טמירא תרי אלפי שנין ואפקה מיד אמרה קמיה מאן דבעי לאתקנא ולמעבד יתקן בקדמיתא תקינוי.

§. 36. Traditum est in occultatione [*Regis*] Libro descripta: Senior Seniorum, occultus occultorum, in membra compositus & præparatus est [*pro futura cognitione.*]

36. תאנא בצניעותא דספרא עתיקא דעתיקין סתרא דסתרין אתתקן ואזדמן.

§. 37. Quasi diceretur, inventus est, (*id est, aliquatenus cognosci potuit,*) & non inventus est: non enim plane comprehendi potuit: sed formatus quidem est, nec tamen innotuit alicui, quoniam est Senior Seniorum.

37 כלומר אשתכח ולא אשתכח· לא אשתכח ממש אבל אתתקן ולית דידע ליה משום דהוא עתיק דעתיקין.

§. 38. Sed in conformatione sua innotuit; ut quidam senex senum, decrepitus ex decrepitis, occultus occultorum: & in signis suis innotuit & non innotuit.

38. אבל בתקונוי ידיע כחד סבא דסבין עתיק מעתיקין טמיר מטמירין ובסימנוי ידיע ולא ידיע·

§. 39. Canus (*est*) habitus (*ejus*) & aspectus (*ejus*) est apertura faciei cujusdam:

39. מארי דחוור כסו וחיזו כוסיטא דאנפוי.

§. 40. Sedet

§. 40. Sedet (*autem*) super throno scintillarum, ut subigat illas.

40. יְתִיב עַל כּוּרְסְיָיא דִשְׁבִיבִין לְאַכְפְּיָיא לוֹן׃

§. 41. In quadraginta millia mundorum extenditur album calvariæ [*vide infra §.* 177.] capitis ejus, & de luce albedinis hujus accipient *justi* in mundo venturo quadringentos mundos.

41. אַרְבַּע מְאָה אַלְפֵי עָלְמִין אִתְפַּשַּׁט חִוָּרָא דְגוּלְגַּלְתָּא דְרֵישׁוֹי וּמִנְּהוֹרוֹ דְהַאי חִוָּורָא יָרְתֵי צַדִּיקַיָּיא לְעַלְמָא דְאָתֵי ד׳ מְאוֹת עָלְמִין׃

§. 42. Istud est, quod scriptum est [*Gen.* 23.*v.*16.] quadringentos siclos argenti transeuntis ad mercatorem.

42. הֲהד אַרְבַּע מֵאוֹת שֶׁקֶל כֶּסֶף עוֹבֵר לַסּוֹחֵר׃

§. 43. In cranio quotidie consistunt tredecies mille myriades mundorum, qui accipiunt ab eo, & fulciuntur super eo.

43. בְּגוּלְגַּלְתָּא יָתְבִין בְּכָל יוֹמִין תְּלֵיסַר אַלְפֵי רִבּוֹא עָלְמִין דְנַטְלִין עָלֵיו [רַגְלִין] וְסַמְכִין עָלוֹי׃

SECTIO IV.

De Rore seu humiditate cerebri Senioris; seu Macroprosopi.

§. 44. Et ex illo cranio destillat ros versus illum, qui est extrinsecus; & replet caput ejus quotidie.

44. וּמֵהַאי גּוּלְגַּלְתָּא נָטִיף טַלָּא לְהַהוּא דְאִיתוֹ דִלְבַר וּמַלְיָיא לְרֵישֵׁיה בְּכָל יוֹמָא׃

§. 45. Et ex illo rore, quem excutit de capite suo, ille qui est extrinsecus, excitabuntur mortui ad mundum venturum.

45. וּמֵהַהוּא טַלָּא דְאַנְעַר מֵרֵישׁוֹי הַהוּא דְאִיתוֹ לְבַר יִתְעָרוּן מֵתַיָּיא לְעַלְמָא דְאָתֵי׃

§. 46. De quo scriptum est [*Cant.*5.*v.*2.] Caput meum repletur rore. Non scriptum est עלאתי plenum est rore, sed נמלא repletur.

46. דִּכְתִיב שֶׁרֹּאשִׁי נִמְלָא טַל מָלֵאתִי טַל לֹא כְתִיב אֶלָּא נִמְלָא׃

§. 47. Et scriptum est [*Jes.*26.*v.* 19.] Ros luminum ros tuus. Luminum i. e. lumen de albedine senis.

47. וּכְתִיב כִּי טַל אוֹרוֹת טַלֶּךָ אוֹרוֹת נְהוֹרָא דְחִוָּורְתָּא דְעַתִּיקָא׃

§. 48. Et ab illo rore sustentantur Sancti superni.

48. וּמֵהַהוּא טַלָּא מִתְקַיְּימִין קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין׃

§. 49. Et hoc est Manna illud, quod molitur pro Justis in mundo venturo.

49. וְהוּא מַנָּא דְטַחֲנִין לְצַדִּיקַיָּיא לְעַלְמָא דְאָתֵי׃

§. 50. Et ille ros destillat in agrum pomorum sanctorum. Hoc est, quod scriptum est [*Exod.16.v.14.*] Et ascendit cubatio roris, & ecce super facie deserti tenue rotundum.

50. ונטיף ההוא טלא לחקלא דתפוחין קדישין · הה"ד ותעל שכבת הטל והנה על פני המדבר דק מחוספס.

§. 51. Et aspectus hujus roris albus, sicut est color lapidis crystalli, cujus aspectus omnes colores in se habet; hoc est, quod scribitur [*Num.11.v.7.*] Et species ejus sicut species crystalli.

51. וחיזו דההוא טלא חוור כהאי גוונא דאבנא דברולחא דאתחזייא כל גוונין בגווה הה"ד ועינו כעין הבדולח.

SECTIO V.

Ulteriora de cranio Macroprosopi.

§. 52. Hujus cranii albedo fulget in tredecim latera sculpta: in 4 latera ex parte una; in 4 latera ex parte faciei ejus; & in quatuor latera ex parte ambitus alterius, & unum supra cranium, quasi dicatur latus supernum. [*vide infra Commentar.§.104.seq.*]

52. האי גולגלתא חוורא דיליה אנהיר לתליסר עיבר גלופין לארבע עיבר בסטרא חד ולארבע עיבר בסטרא דאנפוי ולארבע עיבר בסטרא בסחרני אחרא וחד לעילא דגולגלתא (כלומר לסטרא דלעילא.)

Cremonens. col. 244.

§. 53. Et exinde extenditur longitudo faciei ejus in trecentas & septuaginta myriades mundorum: & hæc ארך אפים longitudo faciei vocatur.

53. ומהאי אתפשט אורכא דאנפוי לתלת מאה ושבעין רבוא עלמין וההוא אתקרי ארך אפים (כלומר אורכא דאנפין.)

§. 54. Et ipse Senior Seniorum vocatur Arich Anpin, longus facie seu Macroprosopus: & ille, qui est exterior, vocatur Seir anpin seu brevem faciem habens (*Microprosopus,*) in oppositionem decrepiti Senis sancti, Sancti Sanctorum.

54. והאי עתיקא דעתיקין אתקרי אריך דאנפין וההוא דלבר אתקרי זעיר אנפין לקבליה דעתיקא סבא קדש קדשים דקדשייא.

§. 55. Et cum Microprosopus respicit istum, omnia inferiora in ordinem rediguntur, & facies ejus extenditur, & longior fit illo tempore;

55. וזעיר אנפין כד אסתכל להאי כלא דלתתא אתתקן ואנפוי

pore; sed non omni tempore, (*longa est*) sicut Senioris (*facies.*)

מתפשטין ואריכין בההוא זמנא אבל לאכל שעתא כמה דעתיקא.

§. 56. Et ex illo cranio egreditur tractatus quidam albus versus cranium Microprosopi, ad conformandum caput (*ejus:*) & ex illo ad cætera crania inferiorum, quorum non est numerus.

56. ומהאי גולגלתא נפיק חד עיבור חוור לגולגלתא דזעיר אנפין לתקנא רישא ומהאי לשאר גולגלתין דלתתא דלית לון חושבנא.

§. 57. Et omnia crania reflectunt albedinem versus Senem dierum, cum numerantur sub virga. Et hujus ratione apertura existit [*in hoc*] versus cranium inferius, cum procedunt ad numerum.

57. וכל גולגלתא יהבון אגר חוורתא (סא אוראותא) לעתיק יומין כד עאלין בחושבנא תחות שרביטא ולקבל דא בקע לגולגלת לתתא כד עאלין בחושבנא.

SECTIO VI.

De menynge Macroprosopi.

§. 58. In cavitate cranii membrana aërea est Sapientiæ supremæ occultatæ, quæ nullibi aperta est: & illa non invenitur, & non aperitur.

58. בחללא דגולגלתא קרומא דאוירא דחכמתא עלאה סתימאה דלא פסיק והאי לא שכיח ולא אתפתח.

§. 59. Et illa membrana superintegitur cerebro Sapientiæ occultatæ, & propterea contegitur illa Sapientia, quia non aperitur per illam membranam.

59. והאי קרומא אתחפייא על מוחא דהאי חכמתא סתימאה ובגיני כך אתכסייא האי חכמתא דלא אתפתחא בההוא קרומא.

§. 60. Et illud cerebrum, quod ipsum est Sapientia occultata, quiescit & tranquillum residet in loco suo, sicut vinum bonum super fæcibus suis.

60. והאי מוחא דאיהו האי חכמתא סתימאה שקיט ואשתכיך באתריה כחמר טב על דורדייה.

§. 61. Et hoc est, quod dicunt: Senis scientia occulta est, & cerebrum ejus absconditum & tranquillum.

61. והיינו דאמרי סבא דעתוי סתם ומוחי סתים ושכיך.

§. 62. Et illa membrana aperturam habet in Microprosopo, & propterea cerebrum ejus protenditur, & exit in 32 semitas:

62. והאי קרומא אתפסיק מזעיר אפין ובגיני כך מוחיה אתפשיט

ונפיק לתלתין ותרין שבילין·

§. 63. Id ipsum est, quod dicitur: Et fluvius egreditur ex Eden [*Gen.2.v.7.*] quam ob causam? quoniam aperta est membrana, nec superintegitur cerebro.

63. ההד ונהר יוצא מעדן מט משום דקרומא אתפסק דלא מחפי על מוחא·

§. 64. Nihilominus membrana aperta est infra. Et istud est, quod didicimus: Inter signaturas literarum (*est*) תו Thav: Nimirum signum impressit Seni dierum, à quo dependet perfectio scientiæ; quia perfectus est ex omni parte, & absconditus & tranquillus & sedatus, sicut vinum bonum super fæcibus suis. [*vide infrà Commentar.§.48.65.seqq.*]

64. ועכם קרומא פסיק לתתא והיינו דתנינן ברישומי אתוון תו (כלומר רשים רישומא לעתיק יומין דביה תליה תמים דעת שלים מכל סטרוי וסתים ושכיך ושקיט כחמר טב על דורדייה·)

SECTIO VII.

De capillis Macroprosopi.

65. Traditum est: E cranio capitis pendent millena millia myriadum & septem millia & quingenti cincinni capilli albi & puri, sicut est lana. cum pura est; qui non immixti sunt invicem, ne ostendatur inordinata perturbatio in conformatione ejus; sed omnia ad selectum, ut non prodeat pilus præ pilo, & crinis præ crine. [*vide infra in Commentar. §. 91. seq.*]

65. תאנא בגולגלתא דרישא תליין אלף אלפין רבוא ושבעת אלפין וחמש מאה קוצי רשערי חוור ונקי כהאי עמרא כד איהו נקי דלא אסתבך דא כדא דלא לאחזאה ערבוביא בתקוניה אלא כלא על בוריה דלא נפיק נימא מנימא ושערא משערא·

§. 66. Et in singulis cincinnis sunt quadringenti & decem pili capillitii juxta numerum vocis קדוש·

66. וכל קוצא וקוצא אית ביה ארבע מאה ועשר נימי דשערי כחושבן קדוש·

§. 67. Omnes autem & singuli pili radiant in quadringentos & decem mundos.

67. וכל נימא ונימא להיט בארבע מאה ועשר עלמין· Mantuan. fol. 129.

§. 68. Singuli autem mundi absconditi & abstrusi sunt, & nemo scit illos, exceptô ipsô.

68. וכל עלמא ועלמא סתים וגניז ולית דידע לון בר איהו·

§. 69. Et radiat in septingenta [*alii, quadringenta*] & viginti latera.

69. ולהיט לשבע (סא לארבע) מאה ועשרין עיבר.

§. 70. Et in singulis pilis est scaturigo, quæ prodit è cerebro occultato post parietem.

70. ובכל נימא ונימא אית מבוע דנפיק ממוחא סתימאה דבתר כותלא.

§. 71. Et lucet & promanat in illo pilo ad pilos Microprosopi, & ex illa conformatur [*alii: nutritur*] cerebrum ejus: & tunc promanat illud cerebrum in 32. semitas.

71. ינהיר ונגיד בההוא נימא לנימין דזעיר אנפין ומהאי מתקן (סא מתזן) מוחיה וכדין נגיד ההוא מוחא לתלתין ותרין שבילין.

§. 72. Et quilibet cincinnus radiat & pendet comtus forma pulchra, ornatuque decoro, superinteguntque cranium.

72. וכל קוצי וקוצי מתלהטן ותליין מתתקנן בתקונא יאה בתקונא שפיר' מחפיין על גולגלתא.

§. 73. Disponuntur autem cincinni pilorum ex hac parte, & ex parte altera super cranio.

73. מתתקני קוצי דנימין מהאי סטרא ומהאי סטרא על גולגלתא.

74. Et didicimus. Quilibet pilus dicitur fractus scaturiginum occultarum, prodeuntium de cerebro occluso.

74. ותאנא כל נימא ונימא אקרי משיכא דמבועא (סא ממבועין) סתימין דנפקין ממוחא סתימא.

§. 75. Iterum traditum est. Ex crinibus hominis scitur, qualis sit, utrum rigorosus, an misericors; cùm transcendit quadraginta annos: sic etiam quando est perfectus in pilis, in barba & superciliis oculorum.

75. ותאנא משערוי דבר נש אשתמודע מאי אוה אי דינא אי רחמי מכד עברין עלוי ארבעין שנין ואפי' כד איהו שלים בשערי בתקונידה (סא בדיקנידה) ובגביני עיני.

§. 76. Cincinni capillitii pendent comti purique sicut lana [*pura.*] usque ad humeros ejus. [*vide in Comment. §. 76.*] Itáne usque ad humeros ejus? nimirum usque ad principia humerorum ejus, ut non videatur cervix: propterea quod scriptum est [*Jer. 2. v. 27.*] quia obvertunt mihi cervicem & non faciem.

76. קוצין דשערי תליין בתקוני נקי' כעמ' עד כתפוי· עד כתפוי ס"ד אלא עד רישי דכתפוי דלא אתחזי קודלא משום דכתיב כי פנו אלי עורף ולא פנים.

§. 77. Et capillus remissus est post aures, ne

77. ושערא סליק אבתרא דאודנין

integatur super eis: quia scriptum est [*Psal.*130. *v.*2.] ut sint aures tuæ apertæ.

ולא לחפייא עלוי דכתיב להוות אזניך פקיחות.

§.78. Hinc prodit capillus post aures. Totus est in æquilibrio: non prodit pilus unus præ alio, dispositione perfectâ ornatuque pulchrô & statu decorô.

78. דנפיק שערא מבתר אודניה כליה בשקולא לא נפיק דא מן דא תקיניה שלים תקונא יאה תקונא שפירא.

§.79. Desiderat videre (*hæc*) delectatio & gaudium justorum, qui sunt in Microprosopo: videre (*inquam cupiunt*) & adhærere conformationi, quæ est in Sene occultissimo omnium.

79. תאיב למחמי תיאובתא חדוותא דצדיקי דאינון בזעיר אפין למחמי ולאתדבק בתקוני דעתיקא סתימאה דכלא.

§.80. Tredecim pili capillitii consistunt ex hoc latere, & ex illo latere cranii, circa faciem ejus, & per illos incipit capillorum divisio.

80. יג נימין דשערין קיימי מהאי סטרא ומהאי סטרא דגולגלתא לקביל אנפוי ובאינון שריין שערי לאתפלג.

§.81. Non est sinistrum in illo Sene occulto; sed omnia dextra:

81. לית שמאלא בהאי עתיקא סתימאה כולא ימינא.

§.82. Apparet & non apparet, absconditus est & non absconditus, & id in confortatione ejus, multò magis in ipso.

82. אתחזי ולא אתחזי סתים ולא סתים והאי בתיקוני כ״ש ביה.

§.83. Et in id filii Iisraël inquirere volebant in corde suo; sicut scriptum est [*Ex.*17.*v.*7.] Estne Dominus in medio nostri, an Non? [*ubi distinguebant*] inter Microprosopum, qui dicitur Tetragrammatos; & inter Macroprosopum, qui dicitur אין, quasi non Ens.

83. ועל האי תאיבו בני ישראל לצרפא בלבהון דכתיב היש יי בקרבנו אם אין בין זעיר אנפין דאק׳ יי ובין אריך אנפין דאק׳ אין. Cremonens. col. 245.

§.84. Cur [*autem*] puniti sunt? propterea quod id non fecerunt in amore; sed in tentatione: sicut scriptum est [*ibid.*]: Quia tentaverunt Dominum, dicendo: Num Dominus in medio nostri; an ille Non existens?

84. אמאי אתענשו משום דלא עבדו בחביבותא אלא בנסיונא דכתיב ועל נסותם את יי היש יי בקרבנו אם אין וגו׳.

§.85. In discriminatione capillorum prodit semita quædam, quæ lucet in ducentos & septuaginta

85. בפלגותא דשערי אזיל חד

ptuaginta mundos, & ex illa lucet semita, in qua fulgent Justi mundi venturi.

אָרְחָא דְנָהִיר לְמָאתָן וְשַׁבְעִין עָלְמִין וּמִנֵּיה נָהִיר אָרְחָא דְנָהִירִין בֵּיה צַדִּיקַיָּא לְעָלְמָא דְאָתֵי׃

§. 86. Istud est quod scriptum est [*Proverb.* 4. *v.* 18.] Et semita justorum sicut lux fulget, procedens & lucens usque ad paratum diem.

86. הה״ד וְאֹרַח צַדִּיקִים כְּאוֹר נֹגַהּ הוֹלֵךְ וָאוֹר עַד נְכוֹן הַיּוֹם׃

§. 87. Et ex illa dividitur semita in sexcentas tredecim semitas, quæ distribuuntur in Microprosopum.

87. וּמִנֵּיה אָרְחָא אִתְפְּרַשָׁא לְשִׁית מְאָה וּתְלֵיסַר אוֹרְחִין דְּפָלִיג בִּזְעֵיר אַפִּין׃

§. 88. Ut scriptum est de eo [*Psal.* 25. *v.* 6.] Omnes semitæ Domini misericordia & veritas &c.

88. דִּכְתִיב בֵּיה כָּל אָרְחוֹת יְיָ חֶסֶד וֶאֱמֶת וְגו׳׃

SECTIO VIII.

De fronte Microprosopi.

§. 89. Frons cranii est beneplacitum beneplacitorum, cui oppositum est beneplacitum Microprosopi, sicut scriptum est [*Ex.* 28. *v.* 39.] Et erit super fronte ejus semper ad beneplacitum &c.

89. מִצְחָא דְגוּלְגַּלְתָּא רַעֲוָא דְּרַעֲוִין רְעוּתָ׳ זְעֵיר אַפִּין לְקִבְלֵי הַהוּא רְעוּתָא דִּכְתִיב וְהָיָה עַל מִצְחוֹ תָּמִיד לְרָצוֹן וְגו׳׃

90. Et ista frons dicitur Razon (*Voluntas*): quia est detectio totius capitis & cranii, quod tegitur quadringentis viginti mundis.

90. וְהַהוּא מִצְחָא אִקְרֵי רָצוֹן דְּהוּא גְּלוּיָיא דְּכָל רֵישָׁא וְגוּלְגַּלְתָּא דְּמִתְכַּסְיָיא בְּאַרְבַּע מְאָה וְעֶשְׂרִין עָלְמִין׃

§. 91. Et cùm detegitur, suscipiuntur preces Iisraëlitarum. [*vid. infra Commentar.* §. 98.]

91. וְכַד אִתְגַּלְיָא אִתְקַבְּלָא צְלוֹתְהוֹן דְּיִשְׂרָאֵל׃

§. 92. Quando detegitur? Siluit R. Schimeon. Interrogavit secundâ vice; quando? Dixit R. Schimeon ad Eleasarem filium suum; quando detegitur?

92. אֵימָתַי אִתְגַּלְיָיא · שָׁתִיק ר״ש · שָׁאַל תִּנְיָינוּת אֵימָתַי · אָמַר ר״ש לְאֶלְעָזָר בְּרֵיה אֵימָתַי אִתְגַּלְיָיא׃

§. 93. Respondit ei: tempore orationis Minchæ Sabbathicæ.

93. אָ״ל בְּשַׁעְתָּ׳ דִּצְלוֹתָא דְמִנְחָא דְשַׁבְּתָא׃

§. 94. Dixit ei: quamobrem? Respondit ei:

94. אָמַר לֵיה מַ״ט · אָ״ל מִשּׁוּם

quo-

quoniam illo tempore immminet judicium inferius per Microprosopum: sed detegitur frons, quæ dicitur Beneplacitum; & tunc sedatur ira, [*alii legunt: invenitur beneplacitum,*] & suscipitur oratio.

§. 95. Hoc ipsum est, quod scriptum est [*Ps.* 69. *v.* 14. Et ego oravi ad te, Domine, tempore beneplaciti.

§. 96. Et tempus beneplaciti de Sene dierum intelligendum, & de retectione frontis: & propterea disponitur per orationem Minchæ Sabbathicæ.

§. 97. Dixit R. Schimeon ad R. Eleasar filium suum: Bnedictus sis, fili mi, à Sene dierum; beneplacitum frontis invenias eô tempore, quo opus tibi erit.

§. 98. Veni vide! in cæteris inferioribus, cùm detegitur frons, invenitur obfirmata impudentia.

§. 99. Hoc ipsum est, quod scriptum est [*Jer.* 3. *v.* 3.] Et frons mulieris meretricis fuit tibi, renuisti erubescere.

§. 100. At hic cum detegitur frons, propensio & beneplacitum perfectum reperitur, & omnes iræ sedantur & subiguntur coram eo.

§. 101. Ex illa fronte fulgent quadringentæ domus judiciorum, cùm detegitur istud tempus beneplaciti, & omnia placantur coram ea.

102. Idipsum est, quod scriptum est [*Dan.* 7. *v.* 10.] Judicium sedit, id est, subsidit in loco suo, & judicium non exercetur.

§. 103. Et didicimns. Pilus nullus invenitur in loco isto, propterea quod apertus est & non tectus.

§. 104. Detectus est, inquam, & hunc intuentur executores judicii & placantur, & non exercetur (*judicium.*)

א שַׁעֲתָא (סָא בְּיוֹמֵי דְחוֹל)
דִּינָא דִלְתַתָּא בִּזְעֵיר אַפִּין
מִצְחָא דְאִתְקְרֵי רָצוֹן · בְּהַהִיא
אִשְׁתְּכִיךְ רוּגְזָא (סָא וְאִשְׁתְּכַח
וּמִתְקַבְּלָא צְלוֹתָא ·
הֲדָא הוּא דִכְתִיב וַאֲנִי תְפִלָּתִי לְךָ יְיָ עֵת
עֵת רָצוֹן מֵעַתִּיק יוֹמִין לְגַלָּאָה
א וּבְגִין כָּךְ אִתְתְּקַן בִּצְלוֹתָא
מִנְחָה בְּשַׁבְּתָא ·
97· אָמַר רִ״שׁ לְרִ׳ אֶלְעָזָר בְּרֵיה
בְּרִי לְעַתִּיק יוֹמִין רַעֲוָא דְמִצְחָא
בְּשַׁעְתָּא דְתִצְטְרִיךְ לֵיהּ ·
תָּא חֲזֵי בִשְׁאַר דִלְתַתָּא כַּד אִתְגַלֵּי
אִשְׁתְּכַח חֲצִפָא ·
הֲדָא הוּא דִכְתִיב וּמֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה הָיָה לָךְ
הִכָּלֵם ·
הָכָא כַּד אִתְגַלֵּי מִצְחָא
וּרְעוּא שְׁלִים אִשְׁתְּכַח וְכָל
אִשְׁתְּכְכוּ וּמִתְכַּפְיָין קָמֵיהּ ·
מֵהַאי מִצְחָא נָהֲרִין אַרְבַּע
בָּתֵּי דִינִין כַּד אִתְגַלְיָיא הַאי
וְכֻלְּהוּ מִשְׁתַּכְכִין קָמֵיהּ ·
הֲדָא הוּא דִכְתִיב דִּינָא יְתִיב (כְּלוֹמַר יְתִיב
וְדִינָא לָא אִתְעֲבִיד ·)
וְתָאנָא שַׂעֲרָא לָא קָאִים בְּהַאי
מִשּׁוּם דְמִתְגַלְיָיא וְלָא אִתְכַּסְיָיא ·
אִתְגַלְיָא וְיִסְתַּכְּלוּן מָארֵי
וְיִשְׁתַּכְּכוּן וְלָא אִתְעֲבִידוּ ·

§. 105. Didicimus. Hæc frons extensa est in ducenties & septuagesies mille lumina lucernarum ex Eden superiori.

105. תאנא האי מצחא אתפשיט במאתן ושבעין אלפין נהורין דבוצינין מעדן עלאה.

§. 106. Didicimus traditione exotica: Est Eden (*s. Paradisus*) qui lucet in Eden. Eden superior, qui non detegitur, & est absconditus in occultatione, & non distribuitur in semitas, sicut dictum est.

106. דתניא אית עדן דנהיר לעדן עדן עילאה דלא אתגלייא והוא סתים בסתימא ולא מתפרשא לארחין כדקאמרן.

§. 107. Eden inferior distribuitur in semitas suas; [*nimirum*] in 32 latera semitarum.

107. והאי עדן דלתתא מתפרש בשבילוי לתלתין ותרין עיבר שבילין.

§. 108. Et quamvis hic Eden distribuatur in semitas suas; non innotuit tamen cuiquam, nisi Microprosopo.

108. ואעג דמתפרש האי עדן בשבילוי לית דידע ליה בר האי זעיר אפין.

§. 109. Sed Eden Superiorem nemo novit, nec semitas ejus, præterquam ille Macroprosopus.

109. ועדן דלעילא לית דידע ליה ולא שבילוי בר ההוא אריך אנפין.

§. 110. Sicut scriptum est: [*Job.* 28. *v.* 23.] Deus intelligit viam ejus, & ipse novit locum ejus.

110. הה״ד אלהים הבין דרכה והוא ידע את מקומה.

§. 111. אלהים Deus intelligit viam ejus: hic est Eden inferior notus Microprosopo. Et ipse novit locum ejus. Hic est Eden superior, quem novit Senex dierum, abstrusissimus omnium.

111. אלהים הבין דרכה דא עדן דלתתא · דידע זעיר אפין · והוא ידע את מקומה דא עדן דלעילא דידע עתיק יומין סתימאה דכלא.

SECTIO IX.

De oculis Macroprosopi.

§. 112. Oculi capitis albi, diversi sunt ab aliis oculis. Non est palpebra super oculo nec supercilium super eo.

112. עינוי דרישא חוורא משתניין משאר עינין לית כסותא על עינא ולית גבינין על עינא.

§. 113. Quare? quia scriptum est: [*Psal.*

113. מט דכתיב הנה לא ינום ולא

121.v.4.] Ecce non dormitat, nec dormiet custos Jisraël; i.e. Jisraël superior.

ישן שומר ישראל ישראל דלעילא.

§. 114. Et scriptum est: [*Jer.* 32. *v.* 19.] cujus oculi aperti sunt.

114. וכתיב אשר עיניך פקוחות.

§. 115. Et traditum est. Quicquid operatur per miserationes, non habet tegumentum super oculo, nec supercilia super oculo: multò minus caput album requirit tale quid.

115. ותאנא כל מה דאתי ברחמי לית כסותא על עינא ולית גבינין על עינא כש רישא חוורא דלא בעי מידי.

§. 116. Dixit R. Schimeon ad R. Abba: Cui simile est hoc? Respondet ei: Piscibus & cetaceis marinis, quæ non habent tegumentum super oculo; nec supercilia super oculo, & non dormitant, & non cupiunt custodiam super oculo.

116. אמר רש"ו לר' אבא למאי הוא דמוא אלא לדגים ולנוני ימא דלית כסיתא על עינא ולית גבינין על עינא ולא ניימין ולא בעיין נטורא על עינא.

§. 117. Multo minus Senior Seniorum cupit custodiam, cùm multò magis ipse attendat ad omnia, & omnia nutriantur ab eo, ipsô non dormiente.

117. כש עתיקי דעתיקין דלא בעי נטורא וכש דאיהו משגח לכלא וכלא מתזן ביה ולא נאים.

§. 118. Id ipsum est, quod scriptum est [*Ps.* 121. *v.* 4.] Ecce non dormitat, nec dormit custos Jisraël, id est, Jisraël superior.

118. ההוא הנה לא ינום ולא יישן שומר ישראל ישראל דלעילא.

§. 119. Scriptum est [*Psal.* 33. *v.* 18.] Ecce oculus Domini super timentes eum; & scriptum est [*Zach.* 4 *v.* 10.] Oculi Domini sunt peragrantes universam terram.

119. כתיב הנה עין יי' אל יראיו. וכתיב עיני יי' המה משוטטות בכל הארץ.

§. 120. Non est contrarietas [*inter dicta hæc:*] unum de Microprosopo, & alterum de Macroprosopo (*dicitur.*)

120. לא קשיא הא בזעיר אפין הא באריך אנפין.

§. 121. Et præterea duo quidem oculi sunt, sed albescunt [al. convertuntur] in oculum unum.

121. ועכד תרי עיינין אינון אתחוורו (ס"א ואתחזרו) לחד עינא.

§. 122. Is candidus est in albo; & tàm albus ut includat omne album.

122. דאיהו חוור בגו חוור וחוור דכליל כל חוור:

§. 123. Albedo prima lucet & ascendit, & descendit ad contemplandum [*alii: ad combinandum*,] quod connectitur in connexione.

123. חוורא קדמאה נהיר וסליק ונחית לאסתכלא (ס"א לאתכללא) דצריר בצרורא.

§. 124.

§. 124. Sic habet Traditio. Ista albedo allidit (*radiis suis*) & accendit tres lucernas, quæ vocantur הוד gloria; והדר & majestas, וחדוה & gaudium & radiant in lætitia inque perfectione.

124. תאנא בטיש האי חוורא ואדליק ג׳ בוצינין דאקרון הוד והדר וחדוה ולהטין בחדוותא בשלימותא :

§. 125. Albedo secunda fulget & ascendit, & descendit, & allidit & accendit [*al. producit*] tres lucernas alias, quæ vocantur נצח victoria sive superatio, חסד & benignitas; תפארת & pulchritudo: & radiant in perfectione inque lætitia.

125. חוורא תנייתא נהיר וסליק ונחית ובטש ואפיק (ס״א נאדליק) ג׳ בוצינין אחרנין דאקרון נצח וחסד ותפארת ולהטין בשלימותא בחדוותא : Cremonens. col. 246.

§. 126. Albedo tertia radiat & lucet & *descendit* & ascendit & egreditur ex occlusione cerebri, & allidit ad lucernam mediam septimam.

126. חוורא תליתאה להיט ונהיר ונחית וסליק ונפק מסתימותא דמוחא ובטש בבוצינא אמצעותא שביעאה.

§. 127. Et producit semitam ad cerebrum inferius, & producit semitam ad inferius, & inflammantur omnes lucernæ inferiores.

127. ואפיק ארחא למוחא תתאה ואפיק אורחא ללבא תתאה ומתלהטן כלהו בוצינין דלתתא.

§. 128. Dixit R. Schimeon: recte dixisti; & Senex dierum aperiat oculum hunc super te in tempore necessitatis tuæ.

28. אמר ר״ש יאות הוא ועתיק יומין יפקח עינא דא עלך בשעתא דתצטריך.

§. 129. Alia traditio sic habet: Album in albo; & album, quod includit omne album.

129. תו תאנא חוור בגו חוור וחוור דכליל כל חוור.

§. 130. Albedo prima lucet, & ascendit & descendit in 3. lucernas lateris sinistri; & radiant & lavantur (*sive dealbantur*) istâ albedine, sicut cùm quis lavat corpus suum in unguentis bonis & in odoribus, melioribus quam prius in se habuerat.

130. חוורא קדמאה נהיר וסליק ונחית לתלת בוצינא דלסטר שמאלא ולהטי ואסחן בהאי חוורא כמאן דאסחי גופיה בבוסמין טבין ובריחין על מה דהוו עלוי בקדמיתא.

§. 131. Albedo secunda descendit & ascendit, & lucet in tres lucernas lateris dextri, & radiant & lavantur in illa albedine, sicut cum quis

131. חוורא תנייגא נחית וסליק ונהיר לתלת בוציני דלסטר ימינא

lavat in unguentis bonis & odoribus melioribus, quàm in se prius habuerat.

להמין ואסחין בהאי חוורא כמאן דאסחין בבוסמין טבין ובריחין על מה דהוו עלוי בקדמיתא.

§. 132. Albedo tertia lucet & ascendit & descendit & egreditur, lumen albedinis intimæ ex cerebro, & allidit ad crinem nigrum cùm opus est, & ad caput, & ad cerebrum capitis.

132. חוורא תליתאה נהיר וסליק ונחית ונפק נהירו דחוורא דלגו לגו מן מוחא ובטש בשערא אוכמא כד אצטריך וברישא ובמוחא דרישא.

§. 133. Et irradiat tres coronas, quæ relictæ sunt, cum opus est, ut detegatur, si id placeat Seniori occluso præ omnibus.

133. ונהיר לתלת כתרין דאשתארו כמה דאצטריך לגלאה אי ניחא קמי עתיק סתימא דכלא.

§. 134. Et didicimus: non occlusus est oculus hic: & sunt duo, & dealbantur [al. convertuntur] in unum.

134. ותאנא לא סתים האי עינא ואינון תרין ומתחוורין (סא ואתחזרו) לחד.

§. 135. Totus est dexter; non est (*ibi*) sinistrum: non dormitat; & non obdormiscit; & non cupit custodiam; non est quicquam, quod defendat eum desuper; ipse defendit omnia, & ipse attendit ad omnia, & ex inspectione hujus oculi constituuntur [*al. nutriuntur*] omnia.

135. כלא הוא ימינא לא הוה שמאלא לא נאים ולא ארמיך ולא בעי נטירותא לית מאן דאגין עליה הוא אגין על כלא והוא אשגח על כלא ומאשגחותא דהאי עינא מתקנן כלהו.

§. 136. Didicimus. Si oculus iste claudatur unô momentô, non poterit subsistere quicquam.

136. תאנא אי עינא דא אסתים רגעא חדא לא יכלין לקיימא כלהו.

§. 137. Propterea dicitur oculus apertus; oculus excelsus; oculus sanctus; oculus providentiæ; oculus qui non obdormiscit nec dormitat; oculus qui est custodia omnium; oculus qui est subsistentia omnium.

137. בגנ אקרי עינא פקיחא· עינא עלאה עינא קדישא· עינא דאשגחותא· עינא דלא אדמיך ולא נאים עינא דהוא נטירא דכלא· עינא דהוא קיומא דכלא. Mantuan. fol. 130.

§. 138. Et de eo scriptum est: [*Prov.* 22. *v* 9.] Bonus oculus יבורך; ne legas יבורך erit benedictus, sed יברך benedicet: nam ille

138. ועל האי כתיב טוב עין הוא יבורך אל תקרי יבורך אלא יברך

vocatur

vocatur oculus bonus, & ex eo benedicitur omnibus.

דהאי אתקרי טוב עין ומניה מברך לכלא.

§. 139. Et didicimus. Non est lumen oculo inferiori, ut lavetur à rubore & nigredine; præterquam cùm aspicitur ab illo fulgore albo oculi superioris, qui dicitur bonus oculus.

139. ותאנא לית נהירו לעינא תתאה לאסתחאה מארמימותא מאוכמתא בר כד חזי (סא אתחזי) מהאי נהורא חוורא דעינא עלאה דאקרי טוב עין.

§. 140. Et nemini innotuit, quando luceat oculus hic superior sanctus, & lavet inferiorem: & justi beatique superni conspecturi sunt Sapientiam illam.

140. ולית דידע כד נהיר עינא עלאה דא קדישא ואסחי לעינא תתאה וסמינן צדיקיא זכאי עליונין למחמי בחכמת׳ דא.

§. 141. Hoc est illud, quod scriptum est [*Jes.* 52. *v.* 8.] Quoniam oculo ad oculum videbunt. Quando? Cùm converterit Dominus conversionem Zion. Et scriptum est [*Num.* 14. *v.* 14.] quod oculo in oculo visus tu Domine.

141. הה״ד כי עין בעין יראו אימתי בשוב יי׳ ציון וכתיב אשר עין בעין נראה אתה יי׳.

§. 142. Et nisi oculus bonus superior respiceret & lavaret oculum inferiorem, mundus non posset subsistere vel unicô momentô.

142. ואלמלא עינא טבא עלאה דאשגח ואסחי לעינא תתאה לא יכיל עלמא למיקם רגעא חדא:

§. 143. Didicimus in occultatione libri. Providentia ab oculo inferiore (*oritur*,) cum splendor summus in eum respicit, & splendor ille summus ingreditur in inferiorem; ex illo enim illuminantur omnia.

143. תאנא בצניעותא דספרא אשגחותא מעינא תתאה כד אשגח נהירו עלאה ביה ועייל ההוא נהירו דעלאה בתתאה דמניה נהיר כלא.

§. 144. Istud est quod scriptum est: [*Num.* 14. *v.* 14.] Quod oculo in oculo visus, Tu Domine. Et scriptum est [*Psal.* 33. *v.* 18.] Ecce oculus Domini super timentes eum. Et scriptum est [*Zach.* 4. *v.* 10.] Oculi Domini sunt peragrantes universam terram.

144. הה״ד אשר עין בעין נראה אתה יי׳ וכתיב הנה עין יי׳ אל יראיו. וכתיב עיני יי׳ המה משוטטות בכל הארץ.

§. 145. Si probi sunt (*homines*, *locum habet textus*:) Oculi Domini super timentes eum: hic

145. זכי עיני יי׳ אל יראיו עיני

est oculus superior. Sin minus; dicitur: Oculi Domini peragrant: hic est oculus, qui est deorsum.

דלעילא · לא זכי עיני יי המה משוטטות עינא דלתתא·

§.146. Didicimus per traditionem exoticam: Propter quid Josephus dignus fuit, quod non dominaretur in eum oculus malus? propterea, quod dignus esset aspici oculô benignô superiore.

146. דתניא מפני מה זכה יוסף דלא שלטא ביה עינא בישא מפני שזכה לאשתגחא בעינא טבא עלאה·

§.147. Id quod scriptum est [*Gen.49.v.22.*] Filius fructiferæ Joseph: filius fructiferæ super Ajin: quare filius fructiferæ super Ajin: quasi diceret: propter oculum, qui aspiciebat eum.

147. הה״ד בן פורת יוסף בן פורת עלי עין אמאי הוא בן פורת עלי עין כלומר על סבת עין דאשתגח ביה·

§.148. Et scriptum est [*Prov.22.v.9.*] Bonus oculus benedictionem habebit: quare? quia dat de pane suo pauperi.

148. וכתיב טוב עין הוא יבורך מט כי נתן מלחמו לדל·

§.149. Quare dicitur unus? Veni vide: In oculis, qui infra sunt, est oculus qui est dexter, & est sinister: & isti sunt duo diversorum colorum.

149. מט אקרי חד · תא חז בעיני דתתאה אית עינא ימינא ואית עינא דשמאלא ואינון תרי בתרי גווני·

§.150. Sed hic non est oculus sinister & ambo illi in gradum unum ascendunt, & omnia dextra sunt. Et propterea oculus unus, & non duo.

150. אבל הכא לית עינא שמאלא ותרווייהו בדרגא חד סלקי וכלא ימינא · ובגיני כך עינא חד ולא תרין·

§.151. Et traditum est. Oculus hic, qui est oculus observationis, apertus est semper, ridens semper, gaudens [*al. videns*] semper.

151. ותאנא עינא דא דהוא עינא דאשגחותא פקיחא תדיר חייכאן תדיר וחדאן (ס״א וחזאן)

§.152. Quales non sunt inferiores, qui in se habent ruborem & nigredinem, & albedinem, adeoque tres colores: & non semper aperti sunt: nam illi palpebræ sunt oculorum in custodiam.

152. תדור דלא הוי הכי לתתאה דכלילן בסומקא ובאוכמא ובחוורא ג׳ גווני ולא הוי תדיר פקיחא דליה גביתא סוטרא (ס״א כליה גביני סודרא) (ס״א דליה עיניה בגביני דמכסאן) על עינא·

§.153. Et de hoc scriptum est [*Psal.44.v.24.*]

153. ועד כתיב עורה למא תישן

Expergi-

Expergiſcere, quare dormis Domine. [*Et 2. Reg.* 19.*v*.16.] Aperi oculos tuos Domine.

יי פקח עיניך.

§.154. Cum aperiuntur, quibusdam aperiuntur in bonum, & quibusdam aperiuntur in malum.

154. כד אתפקח אית למאן דאתפקח לטב ולמאן דלא אתפקח לטב.

§.155. Væ illi, cui aperitur, ita ut oculus miſceatur rubedine, & rubedo videatur ipſi obverſa oculum contegens. Quis eripietur ab illo?

155. ווי למאן דאתפקח ועינא אתערב בסומקא וסומקא אתחזי לקבליה ומכסיא עינא מאן ישתזיב מניה.

§.156. Sed Senex dierum benignus eſt, oculo præditus albo in albedine, & quandoquidem tali albo, quod includit omnia alba.

156. אבל לעתיק יומין סבא דעינא חוור בגו חוור חוור דכליל כל חוורי. Cremon. col. 247.

§.157. O beatam portionem ejus, quem ille aſpicit unica iſtarum albedinum.

157. זכאה חולקיה למאן דישגח עלויה חד חוור מניהו.

§.158. Et de hoc certè ſcriptum eſt [*Prov.* 22. *v*. 9.] Bonus oculus eſt benedicturus. Et ſcriptum eſt [*Jeſ*.2.*v*.5.] Domus Jacob adeſte, & ambulemus in luce Domini.

158. ועד ודאי כתיב טוב עין הוא יבורך. וכתיב בית יעקב לכו ונלכה באור יי.

§.159. Didicimus per traditionem. Præter hæc omnia Nomen Senioris occultatum eſt omnibus, & non expoſitum in Lege præter uno in loco, ubi juravit Microproſopus Abrahamo.

159. תאנא עבד שמיה דעתיקא סתים מכלא ולא מתפרש באורייתא בר מן אתר חד דאומי זעיר אפין לאברהם.

§.160. Sicut ſcriptum eſt [*Gen*. 22.*v*.16.] In me juravi, dicit Dominus. Dicit (*intellige*) de Microproſopo.

160. דכתיב בי נשבעתי נאם יי נאם דזעיר אפין.

§.161. Et ſcriptum eſt [*Gen*.48.*v*.20.] In te benedicet Iiſraël: [*id eſt*] Iiſraël ſuperior.

161. וכתיב בך יברך ישראל. ישראל דלעילא.

§.162. Et ſcriptum eſt [*Jeſ*.49.*v*.3.] Iiſraël quia in te gloriabor. His locis Senex dierum dicitur Iiſraël.

162. וכתיב ישראל אשר בך אתפאר. ישראל קאמר דא.

§.163. Sed nos tradidimus, quod nomine ſuo Senex dierum vocetur, hoc tamen & illud rectè habet.

163. תנינן עתיק יומין אמרו והאי והאי שפיר.

§.164.

§. 164. Traditio exotica sic habet. Scriptum est] *Dan.*7.*v*.9.] Videns fui donec throni subversi sunt, & Senex dierum sedit.

164. תניא כתיב חזי הוית עד די כורסון רמיו ועתיק יומין יתיב.

§. 165. Throni subversi sunt; quid est? Dixit ad R. Jehuda: Siste te in stationem tuam, & explica thronos hos.

165. כורסוון רמיו מאן הוא. אמר לר׳ יהודא קום בקיומך ואתקן כורסייא דא.

§. 166. Dixit R. Jehuda: scriptum est [*ibid.*] Thronus ejus flammæ ignis: & Senex dierum sedit super illo throno.

166. א״ר יהודא כתיב כורסייה שביבין דינור ועתיק יומין יתיב על האי כורסייא.

§. 167. Quamobrem? Quia sic traditum est in exotica. Si Senex dierum non sedet super illo throno, mundus ante illum thronum non potest subsistere.

167. מ״ט דתניא אי עתיק יומין לא יתיב על האי כרסייא לא יכיל לאתקיימא עלמא מקמי ההוא כורסייא.

§. 168. Cùm Senex dierum super illo sedet, subigitur ille thronus. Nam qui insidet, dominatur.

168. כד יתיב עתיק יומין עליה לכפייה (סא אתכפייה) לההוא כורסייא ומאן דרכיב שליט.

§. 169. Illo tempore [*autem*], quo abit ab illo throno, & sedet super throno alio, thronus primus subvertitur, ne dominetur, nisi ille qui eidem insidet, ipse nimirum Senex.

169. בעידנא דנטיל מהאי כורסייא ויתיב על כורסייא אחרא כורסייא קדמאה רמיו דלא שלטא אלא איהו דרכיב ביה עתיק יומין.

§. 170. Dixit R. Schimeon ad R. Jehuda: Ordinetur semita tua tibique monstretur ab Antiquo dierum.

170. אמר ר״ש לר׳ יהודא יתתקן ארחך ויתי בך מעתיק יומין.

SECTIO X.
De Naso Macroprosopi.

§. 171. Et veni vide. Scriptum est: [*Es.* 41.*v*.4.] Ego Dominus (*sum*) primus, & cum novissimis Ego Ipse.

171. ותא חזי כתיב אני יי׳ ראשון ואת אחרונים אני הוא.

§. 172. Omnia sunt הוא Ipse, & Ipse est occultatus ab omni latere. Prout & Nasus ejus. [*vid.* §.186.]

172. כולא הוא והוא סתים מכל סטרוי כהאי חוטמא.

§. 173. Ex naso cognoscitur facies.

173. כחוטמא אשתמודע פרצופא.

§. 174. Et veni vide! quid inter Seniorem & Microprosopum *(differentia)*? Ille tali præditus est naso, *(ex)* cujus uno foramine Vita, & ex altero foramine Vita vitarum.

174. ותח מה בין עתיקא לזעיר אפין דא מאריה דחוטמא מחד נוקבא חיין ומחד נוקבא חיין דחיין.

§. 175. Hic nasus est *(quasi)* Menianum; *[sive projectio faciei, qualis est projectio adium cum fenestris:]* ex hoc efflatur spiritus ad Microprosopum, eumque vocant Condonationem.

175. האי חוטמא הוא פרדשקא דביה נשיב רוחא לזעיר אפין וקרינן ליה סליחה.

§. 176. Et ita se habet. Descendit Spiritus; & iterum spiritus abhinc procedit ex illis naribus *(scilicet.)*

176. והיא נחת רוחא דרוחא דנפיק מהכא מאינון נוקבי.

§. 177. Unus Spiritus procedit ad Microprosopum, ut excitetur *(sive flet)* in horto Eden.

177. חד רוחי נפק לזעיר אפין לאתערא בגנתא דעדן.

§. 178. Et unus est Spiritus vitæ, per quem tempore filii David cognituri sunt Sapientiam.

178. וחד רוחי דחיי דביה זמינין לזמנא לבריה דדוד למנדע חכמתא.

§. 179. Et ex illo foramine excitatur, & procedit Spiritus ex cerebro occluso, & aliquando quiescet super Rege Messiâ.

179. ומההוא נוקבא אתער ונפיק רוחא ממוחא סתימאה וזמין לאשרא על מלכא משיחא.

§. 180. Sicut scriptum est [*Jesch.*11.*v.*2.] Et quiescet super eo Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & Intelligentiæ, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus Scientiæ & timoris Domini.

180. דכתיב ונחה עליו רוח יי רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יי.

§. 181. Sanè hîc 4. Spiritus *(describuntur.)* Nos autem jam diximus, unum esse Spiritum: quare tres *(adduntur?)* Surge R. Jose tuam in stationem.

181. הא הכא ארבע רוחין והא הכא רוחא חדא אמרינן אמאי תלת. קום רבי יוסי בקיומך.

§. 182. Surrexit R. Jose & dixit: In diebus Regis Messiæ non dicet alter ad alterum, doce me Sapientiam hanc.

182. קם ר׳ יוסי ואמר ביומוי דמלכא משיחא לא יימרון חד לחד אליף לי חכמתא דא.

§. 183. Quia sic scriptum est [*Jerem.* 31. *v.*34.] Non docebit amplius vir proximum suum &c. quia omnes illi cognoscent me, à minimo eorum usque ad maximum eorum.

183. דהכי כתיב ולא ילמדו עוד איש את רעהו וגו׳ כי כולם ידעו אותי מקטנם ועד גדולים.

§. 184. Et in illo tempore Senex dierum excitabit Spiritum, qui procedit è cerebro occultissimo omnium.

184. ובההוא זמנא יתער עתיק יומין רוחא דנפיק ממוחא סתימאה דכלא.

§. 185. Et cum educetur iste, omnes Spiritus inferiores excitabuntur cum eo.

185. וכד ישלוף דא כל רוחין דלתתא יתערון עמיה.

§. 186. Et quinam illi? Sunt [*al. duæ*] coronæ sanctæ Microprosopi.

186. ומאן אינון · אינון כתרין קדישין דזעיר אפין.

§. 187. Et sunt sex spiritus alii, qui dantur: illi sunt, de quibus scriptum est: Spiritus Sapientiæ & Intelligentiæ; Spiritus consilii & fortitudinis; Spiritus scientiæ & timoris Domini.

187. ואינון שיתא רוחין אחרנין דיהבי (סא דהבי) אינון דכתיב רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יי.

§. 188. Sic enim traditum est. Scriptum est: [1. *Reg*. 2. *v*. 12.] Et sedit Salomo super throno David. Et scriptum est [1. *Reg*. 10. *v*. 19.] sex gradus throno.

188. דתנינן כתיב וישב שלמה על כסא וגו׳ וכתיב ו׳ מעלות לכסא.

§. 189. Et Rex Messias sessurus est in septem (*gradibus*.) Hi sunt sex illi, & spiritus Senis dierum, qui super eos, septimus est.

189. ומלכא משיחא זמין למיתב בשבע׳ · שיתא אינון ורוחא דעתיק יומין דעלייהו הא שבעה.

§. 190. Sicut dictum est: Tres Spiritus sunt, qui comprehendunt tres alios.

190. כמה דאתמר ג׳ רוחי אינון דכלילן ג׳ אוחרנין.

§. 191. Dixit ipsi R. Schimeon: Spiritus tuus quiescat in mundo venturo.

191. אל רש׳ רוחך ינוח לעלמא דאתי.

§. 192. Veni vide. Scriptum est: [*Ezech*. 37. *v*. 9.] Sic dicit Dominus, à quatuor cardinibus seu ventis veni Spiritus &c. Quid autem hic faciunt 4 venti mundi?

192. ת״ח כתיב כה אמר יי מארבע רוחות באי הרוח וגו׳ · וכי ארבע רוחי עלמא מאי עבדי הכא.

§. 193. Nimirum 4. venti excitabuntur; tres illi, & Spiritus Senis occulti: inde quatuor.

193. אלא ארבע רוחי יתערון ג׳ אינון ורוחא דעתיקא סתימא ארבע.

§. 194. Et sic se habent: quia cùm iste producitur, procedunt cum eo tres, qui in se comprehendunt tres alios.

194. והכי הוו דכד יפוק דא נפקין עמיה תלתא דכלילן בגו תלתא אחרנין.

§. 195

§. 195. Producturus autem est Sanctus benedictus ille Spiritum unum, qui in se includat illos omnes.

195. חמין קב״ה לאפקה חד רוחא דכליל מכלהו.

§. 196. Quia scriptum est, de quatuor spiritibus: Veni Spiritus. Non scriptum est sic; quatuor Spiritus venite, sed de quatuor spiritibus, veni.

196. דכתיב מארבע רוחות באי הרוח. ארבע רוחות באי לא כתיב כאן אלא מארבע רוחות באי.

§. 197. Et in diebus Regis Messiæ non opus erit, ut alter doceat alterum: ille enim Spiritus eorum (*hominum*,) qui in se comprehendit omnes Spiritus, novit omnem Sapientiam & Intelligentiam, consilium & fortitudinem, (*& est*) Spiritus scientiæ & timoris Domini; *quia est* Spiritus complectens omnes spiritus.

197. וביומי דמלכא משיחא לא יצטרכון למילף חד לחד דהא רוחא דלהון דכליל מכל רוחין יודע כלא חכמה ובינה עצה וגבורה רוח דעת ויראת יי׳ משום רוחא דכלילא מכל רוחי.

§. 198. Idcircò scriptum est: ex quatuor spiritibus, qui sunt 4 illi, comprehensi in 7 gradibus superioribus, de quibus diximus.

198. בגכ כתיב מארבע רוחות דאינון ארבע דכלילן בשבעה דרגין עלאין דאמרן.

§. 199. Et traditio est. Omnia comprehenduntur in hoc Spiritu Senioris Seniorum, qui procedit è cerebro occulto in foramen nasi.

199. ותאנא דכלהו כלילן בהאי רוחא דעתיקא דעתיקין דנפק ממוחא סתימא לנוקבא דחוטמא.

§. 200. Et veni vide: quid (*differentia*) inter nasum & nasum.

200. ותא חזי מה בין חוטמא לחוטמא.

§. 201. Nasus Senis dierum Vita est ex omni parte. De naso Microprosopi scriptum est [*Psal.* 18. *v.* 9.] Fumus ascendit è naso ejus, & ignis ex ore ejus peredet: &c.

201. חוטמא דעתיק יומין חיין מכל סטרוי חוטמא דזעיר אפין כתיב. עלה עשן באפו ואש מפיו תאכל וגו׳.

§. 202. Ascendit fumus in naso ejus, & ex illo fumo accenditur ignis.

202. עלה עשן באפו ומההוא עשן דליק נור.

§. 203. Cum ascendit fumus, quid postea sequitur: Carbones accensi sunt ex eo; quid est, ex eo? ex illo fumo, ex illo naso, ex illo igne.

203. כד סליק תננא לבתר מאי גחלים בערו ממנו. מהו ממנו מאותו עשן מההוא חוטמא מההוא אשא. Cremonens. col. 248.

§. 204. Traditio est. Cum Raf Hammenuna Senex precari voluit orationem suam, dixit: Dominum Nasi ego oro; Dominum Nasi ego precor.

204. תאנא כד הוה רב המנונא סבא בעי לצלאה צלותיה אמר לבעל החוטם אני מתפלל לבעל החוטם אני מתחנן.

§. 205. Et id est, quod scriptum est [*Jes.* 48. *v.* 9.] In Laude mea [*id est Naso meo*] obstruam nares tibi [*Microprosope.*] Quo in loco de Sene dierum sermo est.

205. והיינו דכתיב ותהלתי אחטם לך האי קרא לעתיק יומין אמרו.

§. 206. Traditio. Longitudo nasi tanta est, ut trecenti & septuaginta quinque mundi impleantur ab illo naso, qui omnes adhærent Microprosopo.

206. תאנא אורכא דחוטמא תלת מאה ותה עלמין אתמליין מן ההוא חוטמא דכלהו מתדבקין בזעיר אפין.

§. 207. Hæc est laus conformationis nasi.

207. האי תושבחתא דתקונא דחוטמא.

§. 208. Et ille & omnes formæ Senis dierum, videntur & non videntur; videntur à Dominis Dominorum (*piis,*) & non videntur ab ullis aliis.

208. והאי וכל תקוני דעתיק יומין אתחזון ולא אתחזון · אתחזון למארי מארין ולא אתחזון לכלא.

SECTIO XI.
De Barba Macroprosopi in genere.

§. 209. Incepit R. Schimeon & dixit: Væ illi, qui extendit manum suam ad Barbam gloriosam supernam Senis Sancti occulti omnium.

209. פתח ר"ש ואמר: ווי מאן דאושיט ידוי בדיקנא יקירא עלאה דסבא קדישא טמירא סתימא דכלא.

§. 210. Hæc est barba illius laudis. Barba, quæ abscondita est & pretiosissima inter omnes dispositiones ejus; Barba, quam non cognoverunt superi nec inferi; Barba, quæ est laus omnis laudis; Barba, ad quam nullus homo, nec Propheta, nec Sanctus appropinquavit ad videndum eam.

210. דיקנא דההיא תושבחתא · דיקנא דסתים ויקיר מכל תקונוי · דיקנא דלא ידעין עלאין ותתאין · דיקנא דהיא תושבחתא דכל תושבחן · דיקנא דלא הוה בר נש נביאה וקדישא דיק רב למחמי ליה

§. 211.

§. 211. Barba, cujus pili dependent usque ad præcordia; alba ut nix; ornatus ornatuum; occultatio occultationum, veritas veritatum omnium.

211. דיקנא דהיא תלייא בשערוי עד טבורא דלבא· חוורא כתלגא יקירא ויקירין טמירא דטמירין מהימנותא דמהימנות' דכלא·

§. 212. Traditum est in Occultatione libri: *Barba* illa, veritas omnium, procedit de loco aurium, & descendit in circuitu oris Sancti: & descendit & ascendit obtegens *(genas, quas vocat)* areolas copiosi aromatis, alba cum ornatu: & descendit in æquilibrio, & tegumentum præbet usque ad scrobiculum pectoris.

212. תאנא בצניעותא דספרא דהאי דיקנא מהימנותא דכלא נפיק מאודנוי ונחירת סוחרניה דפומיה קדישא ונחית וסליק וחפי בתקרובתא סגי דבוסמא חוורא דיקירא (סא דכדיקני) ונחית בשקולא וחפי עד טבורא· Mantuan. fol. 131.

§. 213. Illa est barba ornatûs, vera, perfecta: ex qua defluunt tredecim scaturigines scaturientes oleo magnificentiæ optimo.

213. הוא דיקנא יקירא מהימנא שלימא דנגדין ביה יג נביעין מבועין דמשח רבות טבא·

§. 214. Hæc in tredecim formas disponitur.

214. בתלת עשר תקונין מתתקנן·

§. 215. Dispositione prima [*vid. infra* §. 192.] ordinantur pili desuper, & incipit ab illa parte capillitii capitis ejus, quæ ascendit ordinata supra aures ejus: & descendit coram apertura aurium in uno filo in æqualitate optima usque ad principium oris.

215. תקונא קדמאה מתתקן שערא מלעילא ושארי מההוא תקונא דשער רישיה דסליק בתקונוי לעילא מאודנוי ונחית מקמי פתחא דאודנין בחד חוטא בשקולא טבא עד רישא דפומא·

§. 216. Dispositione secundâ ordinantur pili à principio oris, & ascendunt usque ad principium alterum oris in dispositione æquali.

216. תקונא תנינא מתתקן שערי מרישא דפומא וסליק עד רישא אחרא דפומא בתקוני שקיל·

§. 217. Dispositio tertia: à medio infra nasum; sub duobus foraminibus procedit semita quædam, & pilus deficit in illa semita; plenior autem adest ex utroque latere ordinatione perfecta circa illam semitam.

217. תקונא תליתאה מאמצעיתא דתחות (סא דהאי) חוטמא מתחות תרין נוקבין נפק חד אורחא ושערא אתפסק בההוא ארחא ומלי מהאי

גיסא ומהאי גיסא שערא בתקוני
שלים סוחרניה דההוא אורחא.

§. 218. Dispositione quartâ disponuntur pili, & descendunt sub ore à principio uno ad principium alterum ordinatione perfectâ.

218. תקונא רביעאה מתתקן
שערא ונחית תחות פומא מרישא
חדא לרישא חדא בתקונא שלים.

§. 119. Dispositio quinta. Sub ore prodit semita alia è regione semitæ superioris, & illæ duę semitæ impressæ sunt ori ejus hinc & illinc.

219. תקונא חמישאה תחות פומא
נפיק אורחא אחרא בשיקולא דאורחא
דלעילא ואלין תרין ארחין רשימין
על פומא מכאן וכאמן.

§. 220. Dispositione sexta disponuntur pili, & ascendunt & exeunt ex imo sursum ad principium oris, & tegunt areolas aromatis optimi, usque ad principium oris superius, & descendit pilus principii aperturæ & tramitis infra os.

220. תקונא שתיתאה מתתקן
שערא וסליק ונפיק מלרע לעיל
לרישא דפומא וחפי הקרובתא
דבוסמא טבא עד רישא דפומא
דלעילא ונחית שערא דרישא
דפתחא דאורחא תתאה דפומא.

§. 221. Dispositione septima desinit pilus, & videntur duo poma in areolis aromatis boni, pulchra & jucunda aspectu, propter illa conservatur mundus. Atque istud est quod dicitur: [*Prov.* 16. *v.* 15.] In luce faciei Regis vita.

221. תקונא שביעאה פסיק
שערא ואתחזן תרין תפוחין
בתקרובתא דבוסמא טבא שפירן
ויאן למחזי בגיניהון אתקיים עלמא
ההוד באור פני מלך חיים.

§. 222. Dispositione octavâ prodit filum quoddam pilorum circumcirca barbam, pendentque adæquati usque ad præcordia.

222. תקונא תמינאה נפק חד
חוטא דשערי סוחרני דדיקנא
ותליין בשקולא עד טבורא.

§. 223. Dispositione nonâ intricantur & miscentur pili barbæ, cum illis pilis, qui pendent in æquilibrio; qui ita pendent, ut alii aliis non præmineant.

223. תקונא תשיעאה מתערין
ומתערבין שערי דיקנא עם אינון
שערי דתליין בשקולי דתליין ולא
נפקי דא מן דא.

§. 224. Dispositione decimâ miscentur [*al. descendunt*] pili sub barba & tegunt guttur sub barba.

224. תקונא עשיראה מתערבין
(סא נחתון) שערי תחות דיקנא

וחפיין בגרונא תחות דיקנא.

§. 225. Dispositio undecima est, quod non præmineant pili præ pilis, & redigantur in proportionem perfectam.

225. תקונא חד סר דלא נפקין נימא מן נימא · ומתשערן בשיעורא שלים.

§. 226. Dispositio duodecima est, quod pili non pendent super os, & os vacuum est ex omni parte, & pulchri sunt pili circumcirca illud.

226. תקונא תריסר דלא תליין שערי על פומא ופומא אתפני מכל סטרוי ויאנן שערי סחור סחור ליה.

§. 227. Dispositio decima tertia est, quod pili dependent sub barba hinc & inde ornatu pulchro, ornatu decoro tegumentum præbentes usque ad præcordia.

227. תקונא תליסר דתליין שערי בתחות דיקנא מכאן ומכאן ביקרא נאה ביקרא שפירא מחפיין עד טבורא.

§. 228. Nihil videtur de tota facie areolisque aromatis, præter illa poma pulchra alba, quæ producunt vitam mundo; & ostendunt gaudium Microprosopo.

228. לא אתחזי (סא לאתחזאה) מכל אנפי תקרובא דבוסמא בר אינון תפוחין שפירין חוורן דמפקין חיין לעלמא ומחזיין חדו לזעיר אפין.

§. 229. Per tredecim dispositiones istas manant & exeunt tredecim scaturigines olei magnificentiæ, & manant in omnes illas inferiores, & fulgent in illo oleo, & unguntur illo oleo.

229. בתליסר תקונין אלין נגדין ונפקין תליסר מבועין דמשח רבות ונגדין לכל אינון דלתתא · וטהרין בההוא משח' ומשיחין מההוא משחא.

§. 230. Tredecim dispositionibus illis configuratur barba ornatûs occultissima omnium Senioris Seniorum.

230. בתליסר תקונין אלין אתרשים דיקנא יקירא סתימאה דכלא דעתיק דעתיקין.

§. 231. Ex duobus pomis pulchris faciei ejus illuminatur facies Macroprosopi: & quicquid album & roseum, invenitur inferius, fulget & radiat de illa luce.

231. מתרי תפוחין שפירן דאנפוי נהירין אנפוי דזעיר אנפין Cremonens. fol. 63.col. 249.
וכל חיוור (סא חחור) ושושן דאשתכחן לתתא נהירין ומתלהטין מההוא נהורא.

§. 232.

§. 232. Dispositiones illæ tredecim inveniuntur in barba. Et pro integritate barbæ secundùm dispositiones suas homo vocatur verax: quicunque enim (*in somnio*) videt barbam suam, ille veritatis studiosus est.

232. תקונין תליסר אלין אשתכחו בדיקנא ובשלימות דיקנא כתקונוי אתקרי בר נש נאמן דכל דחמי דיקניה תלי ביה מהמנותא·

§. 233. Didicimus in occultatione Libri. Ex tredecim illis, quæ dependent à barba illa venerabili, quædam inveniuntur in mundo, & aperiuntur in tredecim portas benignitatum.

233. תאנא בצניעותא דספרא תליסר תקונין אלין דתליין בדיקנא יקירא מנהון משתכחי בעלמא ומתפתחי בתליסר תרעי דרחמי·

§. 234. Et qui extendit manum suam ad jurandum, idem facit ac si juraret per 13. dispositiones barbæ. Hæc in Arich Anpin; seu Microprosopo.

234. ומאן דאושיט ידיה לאומאה כמאן דאומי בתליסר תקוני דיקנא האי באריך אפין·

§. 235. In Seir Anpin seu Microprosopo quot sunt? Dixit ad R. Jizchak: Siste te in statum tuum, & concinna barbam concinnatione partium Regis sancti: quomodo illæ ordinatæ sint.

235. בזעיר אפין בכמה · אמר לרבי יצחק קום בקיומך וסלסל בסלסלא דתקונא דמלכא קדישא היאך יתתקנון·

§. 236. Surrexit R. Jizchak, incepit & dixit [*ex Mich.*7.*v.*18.] Quis Deus sicut tu, tollens iniquitatem &c. dabis veritatem Jacobo. [*ibid.* 20.] &c.

236. קם רבי יצחק פתח ואמר מי אל כמוך נשא עון וגו׳ ישוב ירחמנו וגו׳ · תתן אמת ליעקב וגו׳·

§. 237. Didicimus traditione. Tredecim mensuræ videntur hic, & omnes procedunt ex tredecim scaturiginibus olei excellentiæ partium barbæ sanctæ Senioris Seniorum.

237. תאנא תליסר מכילן אתחזון הכא וכלהו נפקין מתליסר מבועין דמשח רבות דתיקוני דיקנא קדישא עתיקא דעתיקין·

§. 238. Traditio. Occultissima res est dispositio barbæ; occulta & abstrusa; occulta nec tamen occulta, abscondita nec tamen abscondita in dispositionibus suis; nota, nec tamen nota.

238. תנא טמירא דטמירין תקונא דדיקנא טמיר וסתים טמיר ולא טמיר סתים ולא סתים בתקונוי ידיע ולא ידיע·

§. 239. Dispositio prima. Didicimus, quod singuli crines & singuli pili non adhæreant sibi invicem: incipiuntque pili barbæ à disponi dispositione capillitii.

239. תקונא קדמאה הא תנינן דכל שערא ושערא וכל נימא ונימא לא מתדבקא לחברתה ושארו נימין דדיקנא לאתקנא מתקונא דשער רישא·

§. 240. Hic disquisitione dignum est. Si omnes pili capillitii & pili barbæ venerabilis supernæ uno æquilibrio librantur; quare isti longi, isti verò non longi.

§. 241. Quare pili barbæ non usque adeò longi? isti etiam rigidi; qui verò in capite sunt, non rigidi, sed lenes?

§. 242. Dicendum ergo: (*in Macroprosopo*) omnes pilos æqualiter descendere ex capite & *barba*; capillitium enim prolongatur usque ad humeros, ut pertingat ad caput Microprosopi, ex illo fluxu cerebri illius ad cerebrum hujus.

§. 243. Et propterea (*crines capitis*) non sunt rigidi, & non convenit ut tales sint. (*Al. & propterea necesse est, ut sint lenes.*)

§. 244. Didicimus traditione. Quid est illud, quod scriptum est: [*Prov.* I. *v.* 20.] Sapientiæ foris prædicabunt. Et postmodum scriptum est: [*ibid.*] In plateis dabit vocem suam. Hoc in textu non concordat principium cum fine ejus, nec finis cum principio.

§. 245. Dicendum ergò: Sapientia foris prædicabit, cum promanat de cerebro abscondito Macroprosopi ad cerebrum Microprosopi, per illos pilos longiores, atque sic quasi sociantur extrinsecus duo (*illa*) cerebra, & sic fit cerebrum unum.

§. 246. Quoniam non est subsistentia cerebro inferiori, nisi per conservationem cerebri superioris.

§. 247. Et cum profluxus hic instituitur de illo in istud, locum habet, quod scriptum est: Dedit vocem; unam scil.

§. 248. Et quia promanat de cerebro in

240. הכא אית לאסתכלא אי
כל נימין דשער רישא ונימין דדיקנא
יקירא עלאה בחד נימא אתכללו
(סא בחד מתקלא אתקלו) אמאי
אלין אריכין ואלין לא אריכין.

241. אמאי נימין דדיקנא לא
אריכין כולי האי וקשיין ואלין
דרישא לא קשיין אלא שעיען.

242. אלא כל נימין שקילין
מרישא ודיקנא דרישא אריכין על
כתפין למיגד מרישא לרישא דזעיר
אפין מההוא משיכא דמוחא למוחא
דיליה.

243. ובגיני כך לא הוו קשיין
ועד אתחזון למהוי רכיכי.

244. תאנא מאי דכתיב חכמות
בחוץ תרנה ולבסוף כתיב ברחובות
תתן קולה. האי קרא לאו רישיה
סיפיה ולאו סיפיה רישא.

245. אלא חכמת בחוץ תרנה כד
נגיד ממוחא סתימאה דאריך אפין
למוחא דזעיר אפין באינון נימין
כאלו מתחבראן לבר תרין מוחין
ואתעבר חד מוחא.

246. בגין דלית קיומא דמוחא
תתאה אלא בקיומא דמוחא עלאה.

247. וכד נגיד מהאי להאי כתיב
תתן קולה חד.

248. ובגין דנגיד ממוחא למוחא

cerebrum per illos pilos longiores, [*quasi socia-rentur extrinsecus duo cerebra, fiatque cerebrum unum per illos pilos :*] isti non inveniuntur duri.

באתר נימין אתין לא אשתכחו קשישין.

§. 249. Quare? quia si essent duri, Sapientia per illos non conduceretur ad cerebrum.

249. מט משום דאי אשתכחו קשישין לא נגיד חכמתא למוחא מנהון.

§. 250. Propterea Sapientia non provenit ab homine, qui durus est & iracundus, sicut scriptum est [*Eccles.* 9. *v.*17.] Verba Sapientum in quiete audiuntur.

250. בגיני כך לית חכמתא נפקא מבר נש דאיהו קשישא ומארי דרוגזא דכתיב דברי חכמים בנחת נשמעים.

§. 251. Et exinde discimus, quod in illo, cujus capillitium durum est, non habitet Sapientia.

251. ומהכא אוליפנא מאן דשערוי דרישיה קשישין לאו חכמתא מתיישבא עמיה.

§. 252. Propterea autem illi sunt longi: [*al. lenes*] ut auxilium afferant omnibus.

252. ועד אינון אריכי (סא רכיכין) למיתי תועלתא לכלא.

§. 253. Quomodo omnibus ? ut ingressum habeant in medullam spinæ dorsi, quæ potatur à cerebro.

253. מאי לכלא למיעל על חוטא דשדרה דמתשקיין מן מוחא.

§. 254. Et propterea capillitium non pendet super pilos barbæ, quia capillus capitis pendet, & retrahitur post aures, & non pendet super barbam ; quia illos non oportet misceri cum istis; sed omnia separata sunt in vias proprias.

254. ובגין לא תלי שערא דרישא על שערא דדיקנא דשערא דרישא תלי וסליק על אודנין לאחורוי ולא תלי על דיקנא משום דלא אצטריך לאתערבא אלין באלין דכלהו מתפרשן בארחייהו.

§. 255. Didicimus traditione. Omnes pili tàm capitis quam barbæ, albi sunt ut nix.

255. תאנא כלהו שערי בין דרישא בין דדיקנא כלהו חוורא כתלגא.

§. 256. Et didicimus. Illi qui in barba, duri omnes. Quare ? quia illi admodum firmi sunt, ut firmiter deducant 13. mensuras è Sene Senum.

256. ותאנא אינהו דדיקנא קשישאי כלהו · מט משום דאינון תקיפאי דתקיפין לאחסין אינון י״ג מכילן מעתיק דעתיקין

§. 257. Et illæ mensuræ coram auribus incipiunt.

257. והני מכילן מקמי אודני שריין.

§. 258. Et illæ mensuræ certis terminis inclusæ sunt, ne commisceantur cum aliis. [alii sic legunt: quia communicantur inferioribus. Sic enim edocti sumus. Ante aures incipiunt pili, quia separati sunt, & non immiscentur aliis. &c.]

258. והני מכילן סתימן אינון דלא יתערבון באחרנין (סא ואתמסיני לתתא והכי תנינא מקמי אודני שריין שערי משום דבלחודייהו אינון דלא אתערבו באחרנין וכו׳)

§. 259. Si autem dicas, non dari alia [*dicta sacra*] illis analoga: falleris. Sic enim habet Traditio exotica: Tredecim mensuræ miserationum Senioris sanctissimi, [*hæ sunt juxta Mich.7.v.18.*] Quis Deus sicut tu? prima.

259. ואי תימא דלית אחרנין כוותייהו לא · דתניא תליסר מכילן דרחמי מעתיקא קדישא מי אל כמוך חד·

§. 260. Tollens iniquitatem: secunda.

260. נושא עון תרי·

§. 261. Et transiens super prævaricationem; tertia.

261. ועובר על פשע תלת·

§. 262. Residui hæreditatis suæ; quarta.

262. לשארית נחלתו ארבע·

§. 263. Non tenuit in perpetuum iram suam; quinta.

263. לא החזיק לעד אפו חמש·

§.264. Quoniam vult misericordiam ipse; sexta.

264. כי חפץ חסד הוא שית·

§. 265. Iterum miserebitur nostri; septima.

265. ישוב ירחמנו שבעה·

§. 266. Subjiciet iniquitates nostras; octava.

266. יכבוש עונותינו תמניא·

§. 267. Et projiciet in profunda maris omnes iniquitates eorum; nona.

267. ותשליך במצולות ים כל חטאתם תשעה·

§. 268. Dabis veritatem Jacobo; decima.

268. תתן אמת ליעקב עשרה·

§. 269. Misericordiam Abrahamo; undecima.

269. חסד לאברהם חדסר·

§. 270. Quam jurasti patribus nostris; duodecima.

270. אשר נשבעת לאבותינו תריסר·

§. 271. A diebus olim. Decima tertia.

271. מימי קדם תליסר·

§. 272. His correspondent [*in Lege scil. Exod.34.v.6.*] Deus misericors & gratiosus &c. Et istæ sunt inferiores.

272. לקביל דא אל רחום וחנון ואינון לתתא

§. 273. Et si dicis, quare Moses non pronunciavit illas, excelsas? Respondetur: Moses non opus habuit nisi loco, ubi judicium invenitur: & in loco ubi judicium invenitur, ita dicere non oportuit.

273. ואי תימא משה איך לא אמר אלין עלאין · אלא משה לא אצטריך אלא לאתר דדינא אשתכח ובאתר דדינא אשתכח לא בעי הכי למימר.

§. 274. Et Moses non loquebatur nisi illo tempore, quo Jisraëlitæ peccaverunt, & judicium imminebat: Hinc Moses nonnisi de illo loco locutus est, ubi judicium invenitur.

274. ומשה לא אמר אלא בעידנא דישראל חאבו ודינא הוה תלייא ובגיני כך לא אמר משה אלא באתר דדינא אשתכח.

§. 275. Sed altero in loco ordinem laudis Senis dierum instituit Propheta.

275. אבל בהאי אתר סדורא דשבחא דעתיק יומין מסדר נביאה.

§. 276. Et tredecim istæ formæ barbæ supremæ sanctæ occultæ [*multis*] occultationibus, validissimæ sunt ad frangendum & subigendum omnia decreta judiciorum.

276. ואינון תליסר תקונין דדיקנא עלאה קדישא סמירא דסמירין תקיפין לתברא ולאכפייה כל גזרי דינין. Cremonens. col. 250.

§. 277. Quis est, qui respiciat barbam supernam sanctam occultissimam, qui non confundatur coram ea? [*al. obruatur ab ea.*]

277. מאן חמי דיקנא עלאה קדישא סמירא דסמירין דלא אכסיף (נסא אתכסי) מניה.

§. 278. Et propterea omnes pili duri sunt & firmi in dispositione sua.

278. ובגנב כל שערי קשישין ותקיפין בתקוניי.

§. 279. Si autem dicis: quod si sic; sanè crines inferiores sunt nigri: quare illi non sunt ut isti?

279. ואי תימא אי הכי הא שערי דלתתא אינון אוכמי אמאי לא הוו דא כדא. Mantuan. fol. 132.

§. 280. Nimirum sic habet Traditio exotica. Scriptum est [*Cant.* 5. *v.* 11.] Cincinni ejus crispi nigri ut corvus.

280. דתניא כתיב קווצותיו תלתלים שחורות כעורב.

§. 281. Et scriptum est [*Dan.* 7. *v.* 18.] Capillus capitis ejus, sicut lana munda.

281. וכתיב שער רישיה כעמר נקי.

§. 282. Non est contradictio: hoc enim de barba superiore; illud de barbâ inferiore [intelligendum est.]

282. לא קשיא הא בדיקנא עלאה הא בדיקנא תתאה.

§. 283. Et propterea Lex cum data est

283. ועד כד אתיהיבת אוריתא

Jisraë

Iiſraëlitis, ſcripta erat igne nigro ſuper igne albo.

לישראל אתייהיבת באש שחורה על גבי אש לבנה.

§. 284. Et fundamentum rei provenit ex illis pilis; quia ex cerebro (*orti*) inveniuntur, tendentes ad cerebrum inferius.

284. ועקרא דמלה משום דהני שערי בנין דממוחא אשתכחו לאתמשכא למוחא דלתתא.

§. 285. Et quia ſunt ſupra barbam: hinc barba ſola eſt, & omnes formæ ejus ſeparatæ inveniuntur; ita ut barba ſola ſit, & pili ſoli.

285. ומאן דאינון לעילא מן דיקנא דיקנא בלחודוי הוא וכל תקונוי בלחודיהון אשתכחו דיקנא בלחודוי ושערי בלחודייהו.

SECTIO XII.

De Barba Macroproſopi in ſpecie; & primo de parte ejus prima.

§. 286. Diſpoſitio prima eſt, quæ incipit penes principium capillitii.

286. תקונא קדמאה תקונא דשארי מרישא דשערי דרישא.

§. 287. Et didicimus. Nulla barba [*al. nulla pars barbæ*] invenitur, quæ non ſit ex cerebro capitis: [*al. à corde.*]

287. ותנינא כל דיקנא (סא תקונא) לא אשתכח אלא ממוחא דרישא (סא דלבא)

§. 288. Sed huc id non quadrat. Nam hoc loco non datur niſi tantum hæc forma [*ſive pars barbæ*] quæ deſcendit ex principio capillitii: & hæc ita ſe habet [*ut à cerebro ortum trahat: quod de cæteris partibus barbæ dici non poteſt.*

288. והכא לא פריש דהא הכי לא הוה אלא תקונא דא דנחית מן רישא דשערי דרישא הכי אשתכח.

§. 289. Et ab hac barba longè diſtinctum eſt, quicquid eſt de capite in mille mundis ſignatis ſigillo puriſſimo, ſigillo quod includit omnia ſigilla.

289. ומהאי דיקנא אשתמודע כל מה דהוה מרישא באלף עלמין דחתימין בעזקא דדכייא בעזקא דכליל כל עזקין.

§. 290. Longitudo cujuslibet pili deſcendentis ante aures quaſi non eſt longitudo: nec [*al. ſed*] adhærent ſibi invicem, nec [*al. quia omnes*] deſcendunt.

290. אורכא דכל שערא דנחית מקמי אודנוי לא הוי אורכא ולא (סא אלא) אתדבק דא בדא ולא (סא דכלא) נחתין.

§. 204. Traditio est. Cum Raf Hammenuna Senex precari voluit orationem suam, dixit: Dominum Nasi ego oro; Dominum Nasi ego precor.

204. תאנא כד הוה רב המנונא סבא בעי לצלאה צלותיה אמר לבעל החוטם אני מתפלל לבעל החוטם אני מתחנן.

§. 205. Et id est, quod scriptum est [*Jes.* 48. *v.* 9.] In Laude mea [*id est Naso meo*] obstruam nares tibi [*Microprosope.*] Quo in loco de Sene dierum sermo est.

205. והיינו דכתיב ותהלתי אחטם לך האי קרא לעתיק יומין אמרו.

§. 206. Traditio. Longitudo nasi tanta est, ut trecenti & septuaginta quinque mundi impleantur ab illo naso, qui omnes adhærent Microprosopo.

206. תאנא אורכא דחוטמא תלת מאה ושבעין וחמשה עלמין אתמליין מן ההוא חוטמא דכלהו מתדבקין בזעיר אפין.

§. 207. Hæc est laus conformationis nasi.

207. האי תושבחתא דתקונא דחוטמא.

§. 208. Et ille & omnes formæ Senis dierum, videntur & non videntur; videntur à Dominis Dominorum (*piis,*) & non videntur ab ullis aliis.

208. והאי וכל תקוני דעתיק יומין אתחזון ולא אתחזון · אתחזון למארי מארין ולא אתחזון לכלא.

SECTIO XI.

De Barba Macroprosopi in genere.

§. 209. Incepit R. Schimeon & dixit: Væ illi, qui extendit manum suam ad Barbam gloriosam supernam Senis Sancti occulti omnium.

209. פתח ר"ש ואמר ווי מאן דאושיט ידוי בדיקנא יקירא עלאה דסבא קדישא טמירא סתימא דכלא.

§. 210. Hæc est barba illius laudis. Barba, quæ abscondita est & pretiosissima inter omnes dispositiones ejus; Barba, quam non cognoverunt superi nec inferi; Barba, quæ est laus omnis laudis; Barba, ad quam nullus homo, nec Propheta, nec Sanctus appropinquavit ad videndum eam.

210. דיקנא דההיא תושבחתא · דיקנא דסתים ויקיר מכל תקונוי · דיקנא דלא ידעין עלאין ותתאין · דיקנא דהיא תושבחתא דכל תושבחן · דיקנא דלא הוה בר נש נביאה וקדישא דיקרב למחמי ליה

§. 211.

§. 211. Barba, cujus pili dependent usque ad præcordia; alba ut nix; ornatus ornatuum; occultatio occultationum, veritas veritatum omnium.

211. דיקנא דהוא תלייא בשערוי עד טבורא דלבא · חוורא כתלגא יקירא דיקירין טמירא דטמירין מהימנותא דמהימנותי דכלא·

§. 212. Traditum est in Occultatione libri: Barba illa, veritas omnium, procedit de loco aurium, & descendit in circuitu oris Sancti: & descendit & ascendit obtegens (*genas, quas vocat*) areolas copiosi aromatis, alba cum ornatu: & descendit in æquilibrio, & tegumentum præbet usque ad scrobiculum pectoris.

212. תאנא בצניעותא דספרא דהאי דיקנא מהימנותא דכלא נפיק מאודנוי ונחית סוחרניה דפומיה קדישא ונחית וסליק וחפי בתקרובתא סגי דבוסמא חוורא דיקירא (סא דכדיקני) ונחית בשקולא וחפי עד טבורא· Mantuan. fol. 131.

§. 213. Illa est barba ornatûs, vera, perfecta: ex qua defluunt tredecim scaturigines scaturientes oleo magnificentiæ optimo.

213. הוא דיקנא יקירא מהימנא שלימא דנגדין ביה יג נביעין מבועין דמשח רבות טבא·

§. 214. Hæc in tredecim formas disponitur.

214. בתלת עשר תקונין מתקנן·

§. 215. Dispositione prima [*vid. infra* §. 192.] ordinantur pili desuper, & incipit ab illa parte capillitii capitis ejus, quæ ascendit ordinata supra aures ejus: & descendit coram apertura aurium in uno filo in æqualitate optima usque ad principium oris.

215. תקונא קדמאה מתתקן שערא מלעילא ושארי מההוא תקונא דשער רישיה דסליק בתקונוי לעילא מאודנוי ונחית מקמי פתחא דאודנין בחד חוטא בשקולא טבא עד רישא דפומא·

§. 216. Dispositione secundâ ordinantur pili à principio oris, & ascendunt usque ad principium alterum oris in dispositione æquali.

216. תקונא תניינא מתתקן שערי מרישא דפומא וסליק עד רישא אחרא דפומא בתקוני שקיל·

§. 217. Dispositio tertia: à medio infra nasum; sub duobus foraminibus procedit semita quædam, & pilus deficit in illa semita; plenior autem adest ex utroque latere ordinatione perfecta circa illam semitam.

217. תקונא תליתאה מאמצעיתא דתחות (סא דהאי) חוטמא מתחות תרין נוקבין נפק חד אורחא ושערא אתפסק בההוא ארחא ומלי מהאי

ניסא ומהאי גיסא שערא בתקוני שלים סוחרניה דההוא אורחא.

§. 218. Dispositione quartâ disponuntur pili, & descendunt sub ore à principio uno ad principium alterum ordinatione perfectâ.

218. תקונא רביעאה מתתקן שערא ונחית תחות פומא מרישא חדא לרישא חדא בתקונא שלים.

§. 119. Dispositio quinta. Sub ore prodit semita alia è regione semitæ superioris,& illæ duę semitæ impressæ sunt ori ejus hinc & illinc.

219. תקונא חמישאה תחות פומא נפיק ארחא אחרא בשיקולא דארחא דלעילא ואלין תרין ארחין רשימין על פומא מכאן וכאמן.

§. 220. Dispositione sexta disponuntur pili, & ascendunt & exeunt ex imo sursum ad principium oris,& tegunt areolas aromatis optimi, usque ad principium oris superius, & descendit pilus principii aperturæ & tramitis infra os.

220. תקונא שתיתאה מתתקן שערא וסליק ונפיק מלרע לעיל לרישא דפומא וחפי הקרובתא דבוסמא טבא עד רישא דפומא דלעילא ונחית שערא דרישא דפתחא דאורחא תתאה דפומא.

§. 221. Dispositione septima desinit pilus, & videntur duo poma in areolis aromatis boni, pulchra & jucunda aspectu, propter illa conservatur mundus. Atque istud est quod dicitur: [*Prov.* 16. *v.* 15.] In luce faciei Regis vita.

221. תקונא שביעאה פסיק שערא ואתחזן תרין תפוחין בתקרובתא דבוסמא טבא שפירן ויאן למחזי בגיניהון אתקיים עלמא ההוד באור פני מלך חיים.

§. 222. Dispositione octavâ prodit filum quoddam pilorum circumcitca barbam, pendentque adæquati usque ad præcordia.

222. תקונא תמינאה נפק חד חוטא דשערי סוחרני דדיקנא ותליין בשקולא עד טבורא.

§. 223. Dispositione nonâ intricantur & miscentur pili barbæ, cum illis pilis, qui pendent in æquilibrio; qui ita pendent, ut alii aliis non præmineant.

223. תקונא תשיעאה מתערין ומתערבין שערי דיקנא עם אינון שערי דתליין בשקולי דתליין ולא נפקי דא מן דא.

§. 224. Dispositione decimâ miscentur [*al. descendunt*] pili sub barba & tegunt guttur sub barba.

224. תקונא עשיראה מתערבין (סא נחתין) שערי תחות דיקנא

§. 225.

וְחַפְיָן בִּגְרוֹנָא תְּחוֹת דִּיקְנָא׃

§. 225. Dispositio undecima est, quod non præmineant pili præ pilis, & redigantur in proportionem perfectam.

225. תִּקּוּנָא חַד סַר דְּלָא נַפְקִין נִימָא מִן נִימָא׃ וּמִתְשַׁעְרָן בְּשִׁיעוּרָא שְׁלִים׃

§. 226. Dispositio duodecima est, quod pili non pendent super os, & os vacuum est ex omni parte, & pulchri sunt pili circumcirca illud.

226. תִּקּוּנָא תְּרֵיסַר דְּלָא תָּלְיָין שַׂעְרֵי עַל פּוּמָא וּפוּמָא אִתְפַּנִי מִכָּל סִטְרוֹי וְיָאָגִן שַׂעְרֵי סְחוֹר סְחוֹר לֵיהּ׃

§. 227. Dispositio decima tertia est, quod pili dependent sub barba hinc & inde ornatu pulchro, ornatu decoro tegumentum præbentes usque ad præcordia.

227. תִּקּוּנָא תְּלֵיסַר דְּתָלְיָין שַׂעְרֵי בִּתְחוֹת דִּיקְנָא מִכָּאן וּמִכָּאן בִּיקָרָא נָאֶה בִּיקָרָא שַׁפִּירָא מְחַפְיָין עַד טַבּוּרָא׃

§. 228. Nihil videtur de tota facie areolisque aromatis, præter illa poma pulchra alba, quæ producunt vitam mundo; & ostendunt gaudium Microprosopo.

228. לָא אִתְחֲזֵי (סא לְאִתְחֲזָאָה) מִכָּל אַנְפֵּי תִּקְרוּבָא דְבוּסְמָא בַּר אִינוּן תַּפּוּחִין שַׁפִּירִין חִוָּרִין דְּמַפְקִין חַיִּין לְעָלְמָא וּמְחַזְיָין חֶדְוָה לִזְעֵיר אַפִּין׃

§. 229. Per tredecim dispositiones istas manant & exeunt tredecim scaturigines olei magnificentiæ, & manant in omnes illas inferiores, & fulgent in illo oleo, & unguntur illo oleo.

229. בִּתְלֵיסַר תִּקּוּנִין אִלֵּין נַגְּדִין וְנַפְקִין תְּלֵיסַר מַבּוּעִין דִּמְשַׁח רְבוּת וְנַגְּדִין לְכָל אִינוּן דִּלְתַתָּא׃ וְנַהֲרִין בְּהַהוּא מִשְׁחָ׳ וּמְשִׁיחִין מֵהַהוּא מִשְׁחָא׃

§. 230. Tredecim dispositionibus illis configuratur barba ornatûs occultissima omnium Senioris Seniorum.

230. בִּתְלֵיסַר תִּקּוּנִין אִלֵּין אִתְרְשִׁים דִּיקְנָא יַקִּירָא סְתִימָאָה דְּכֹלָּא דְּעַתִּיק דְּעַתִּיקִין׃

§. 231. Ex duobus pomis pulchris faciei ejus illuminatur facies Macroprosopi: & quicquid album & roseum, invenitur inferius, fulget & radiat de illa luce.

231. מִתְּרֵי תַּפּוּחִין שַׁפִּירִן דְּאַנְפּוֹי
נְהִירִין אַנְפּוֹי דִּזְעֵיר אַנְפִּין Cremonens. fol.
וְכָל חִוָּור (סא חִוּוּר) 63. col.
וְשׁוֹשַׁן דְּאִשְׁתַּכַּח לְתַתָּא 249.
נְהִירִין וּמִתְלַהֲטִין מֵהַהוּא נְהוֹרָא׃

§. 232.

§.232. Dispositiones illæ tredecim inveniuntur in barba. Et pro integritate barbæ secundùm dispositiones suas homo vocatur verax: quicunque enim (*in somnio*) videt barbam suam, ille veritatis studiosus est.

232. תקונין תליסר אלין אשתכחו בדיקנא ובשלימות דיקנא כתקונוי אתקרי בר נש נאמן דכל דחמי דיקניה תלי ביה מהימנותא.

§.233. Didicimus in occultatione Libri. Ex tredecim illis, quæ dependent à barba illa venerabili, quædam inveniuntur in mundo, & aperiuntur in tredecim portas benignitatum.

233. תאנא בצניעותא דספרא תליסר תקונין אלין דתליין בדיקנא יקירא מנהון משתכחי בעלמא ומתפתחי בתליסר תרעי דרחמי.

§.234. Et qui extendit manum suam ad jurandum, idem facit ac si juraret per 13. dispositiones barbæ. Hæc in Arich Anpin; seu Microprosopo.

234. ומאן דאושיט ידיה לאומאה כמאן דאומי בתליסר תקוני דיקנא האי באריך אפין.

§.235. In Seir Anpin seu Microprosopo quot sunt? Dixit ad R. Jizchak: Siste te in statum tuum, & concinna barbam concinnatione partium Regis sancti: quomodo illæ ordinatæ sint.

235. בזעיר אפין בכמה · אמר לרבי יצחק קום בקיומך וסלסל בסלסולא דתקונא דמלכא קדישא היאך יתתקנון.

§.236. Surrexit R. Jizchak, incepit & dixit [*ex Mich.7.v.18.*] Quis Deus sicut tu, tollens iniquitatem &c. dabis veritatem Jacobo. [*ibid. 20.*] &c.

236. קם רבי יצחק פתח ואמר מי אל כמוך נושא עון וגו׳ ישוב ירחמנו וגו׳ · תתן אמת ליעקב וגו׳.

§.237. Didicimus traditione. Tredecim mensuræ videntur hic, & omnes procedunt ex tredecim scaturiginibus olei excellentiæ partium barbæ sanctæ Senioris Seniorum.

237. תאנא תליסר מכילן אתחזון הכא וכלהו נפקין מתליסר מבועין דמשח רבות דתיקוני דיקנא קדישא עתיקא דעתיקין.

§.238. Traditio. Occultissima res est dispositio barbæ; occulta & abstrusa; occulta nec tamen occulta, abscondita nec tamen abscondita in dispositionibus suis; nota, nec tamen nota.

238. תנא טמירא דטמירין תקונא דדיקנא טמיר וסתים טמיר ולא טמיר סתים ולא סתים בתקונוי ידיע ולא ידיע.

§.239. Dispositio prima. Didicimus, quod singuli crines & singuli pili non adhæreant sibi invicem: incipiuntque pili barbæ à disponi dispositione capillitii.

239. תקונא קדמאה הא תנינן דכל שערא ושערא וכל נימא ונימא לא מתדבקא לחברתה ושארו נימין דדיקנא לאתקנא מתקונא דשער רישא.

§.240.

§. 240. Hic disquisitione dignum est. Si omnes pili capillitii & pili barbæ venerabilis supernæ uno æquilibrio librantur; quare isti longi, isti verò non longi.

240. חכא אית לאסתכלא אי כל נימין דשער רישא ונימין דדיקנא יקירא עלאה בחד נימא אתכללו (סא בחד מתקלא אתקלו) אמאי אלין אריכין ואלין לא אריכין׃

§. 241. Quare pili barbæ non usque adeò longi? isti etiam rigidi; qui verò in capite sunt, non rigidi, sed lenes?

241. אמאי נימין דדיקנא לא אריכין כלי האי וקשיין ואלין דרישא לא קשיין אלא שעיעין׃

§. 242. Dicendum ergo: (*in Macroprosopo*) omnes pilos æqualiter descendere ex capite & barba; capillitium enim prolongatur usque ad humeros, ut pertingat ad caput Microprosopi, ex illo fluxu cerebri illius ad cerebrum hujus.

242. אלא כל נימין שקילין מרישא ודיקנא דרישא אריכין על כתפין למיגד מרישא לרישא דזעיר אפין מההוא משיכא דמוחא למוחא דיליה׃

§. 243. Et propterea (*crines capitis*) non sunt rigidi, & non convenit ut tales sint. (*Al. & propter ea necesse est, ut sint lenes.*)

243. ובגיני כך לא הוו קשיין ועד אתחזון למהוי רכיכי׃

§. 244. Didicimus traditione. Quid est illud, quod scriptum est: [*Prov.* I. *v.* 20.] Sapientiæ foris prædicabunt. Et postmodum scriptum est: [*ibid.*] In plateis dabit vocem suam. Hoc in textu non concordat principium cum fine ejus, nec finis cum principio.

244. תאנא מאי דכתיב חכמות בחוץ תרנה׃ ולבסוף כתיב ברחובות תתן קולה׃ האי קרא לאו רישיה סיפיה ולאו סיפיה רישא׃

§. 245. Dicendum ergò: Sapientia foris prædicabit, cum promanat de cerebro abscondito Macroprosopi ad cerebrum Microprosopi, per illos pilos longiores, atque sic quasi sociantur extrinsecus duo (*illa*) cerebra, & sic fit cerebrum unum.

245. אלא חכמת בחוץ תרנה כד נגיד ממוחא סתימאה דאריך אפין למוחא דזעיר אפין באינון נימין כאלו מתחבראין לבר תרין מוחין ואתעבר חד מוחא׃

§. 246. Quoniam non est subsistentia cerebro inferiori, nisi per conservationem cerebri superioris.

246. בגין דלית קיומא דמוחא תתאה אלא בקיומא דמוחא עלאה׃

§. 247. Et cum profluxus hic instituitur de illo in istud, locum habet, quod scriptum est: Dedit vocem; unam scil.

247. וכד נגיד מהאי להאי כתיב תתן קולה חד׃

§. 248. Et quia promanat de cerebro in

248. ובגין דנגיד ממוחא למוחא

cerebrum per illos pilos longiores, [*quasi sociarentur extrinsecus duo cerebra, fiatque cerebrum unum per illos pilos:*] isti non inveniuntur duri.

באינון נימין אינון לא אשתכחו קשישין.

§. 249. Quare? quia si essent duri, Sapientia per illos non conduceretur ad cerebrum.

249. מט משום דאי אשתכחו קשישין לא נגיד חכמתא למוחא בהון.

§. 250. Propterea Sapientia non provenit ab homine, qui durus est & iracundus, sicut scriptum est [*Eccles.* 9.v.17.] Verba Sapientum in quiete audiuntur.

250. בגיני כך לית חכמתא נפקא מבר נש דאיהו קשישא ומארי רוגזא דכתיב דברי חכמים בנחת נשמעים.

§. 251. Et exinde discimus, quod in illo, cujus capillitium durum est, non habitet Sapientia.

251. ומהכא אוליפנא מאן דשערוי דרישיה קשישין לאו חכמתא מתישבא עמיה.

§. 252. Propterea autem illi sunt longi: [*al. lenes*] ut auxilium afferant omnibus.

252. ועד אינון אריכי (סא רכיכין) למיתי תועלתא לכלא.

§. 253. Quomodo omnibus? ut ingressum habeant in medullam spinæ dorsi, quæ potatur à cerebro.

253. מאי לכלא למיעל על חוטא דשדרה דמתשקין מן מוחא.

§. 254. Et propterea capillitium non pendet super pilos barbæ, quia capillus capitis pendet, & retrahitur post aures, & non pendet super barbam; quia illos non oportet misceri cum istis; sed omnia separata sunt in vias proprias.

254. ובגין לא תלי שערא דרישא על שערא דדיקנא דשערא דרישא תלי וסליק על אודנין לאחורוי ולא תלי על דיקנא משום דלא אצטריך לאתערבא אלין באלין דכלהו מתפרשן בארחייהו.

§. 255. Didicimus traditione. Omnes pili tàm capitis quam barbæ, albi sunt ut nix.

255. תאנא כלהו שערי בין דרישא בין דדיקנא כלהו חוורא כתלגא.

§. 256. Et didicimus. Illi qui in barba, duri omnes. Quare? quia illi admodum firmi sunt, ut firmiter deducant 13. mensuras è Sene Senum.

256. ותאנא אינהו דדיקנא קשישאי כלהו. מט משום דאינון תקיפא דתקיפין לאחסין אינון יג מכילן מעתיקא דעתיקין.

§. 257. Et illæ mensuræ coram auribus incipiunt.

257. והני מכילן מקמי אודני שריין׃

§. 258. Et illæ mensuræ certis terminis inclusæ sunt, ne commisceantur cum aliis. [alii sic legunt: quia communicantur inferioribus. Sic enim edocti sumus. Ante aures incipiunt pili, quia separati sunt, & non immiscentur aliis. &c.]

258. והני מכילן סתימן אינון ולא יתערבון באחרנין (סא דאתחסינו לתתא והכי תנינא מקמי אודני שריין שערי משום דבלחודייהו אינון ולא אתערבו באחרנין וכו׳׃)

§. 259. Si autem dicas, non dari alia [*dicta sacra*] illis analoga: falleris. Sic enim habet Traditio exotica: Tredecim mensuræ miserationum Senioris sanctissimi, [*hæ sunt juxta Mich. 7. v. 18.*] Quis Deus sicut tu? prima.

259. ואי תימא דלית אחרנין כוותייהו לא׃ דתניא תליסר מכילן דרחמי מעתיקא קדישא מי אל כמוך חד׃

§. 260. Tollens iniquitatem: secunda.

260. נושא עון תרי׃

§. 261. Et transiens super prævaricationem; tertia.

261. ועובר על פשע תלת׃

§. 262. Residui hæreditatis suæ; quarta.

262. לשארית נחלתו ארבע׃

§. 263. Non tenuit in perpetuum iram suam; quinta.

263. לא החזיק לעד אפו חמש׃

§. 264. Quoniam vult misericordiam ipse; sexta.

264. כי חפץ חסד הוא שית׃

§. 265. Iterum miserebitur nostri; septima.

265. ישוב ירחמנו שבעה׃

§. 266. Subjiciet iniquitates nostras; octava.

266. יכבוש עונותינו תמניא׃

§. 267. Et projiciet in profunda maris omnes iniquitates eorum; nona.

267. ותשליך במצולות ים כל חטאתם תשעה׃

§. 268. Dabis veritatem Jacobo; decima.

268. תתן אמת ליעקב עשרה׃

§. 269. Misericordiam Abrahamo; undecima.

269. חסד לאברהם חדסר׃

§. 270. Quam jurasti patribus nostris; duodecima.

270. אשר נשבעת לאבותינו תריסר׃

§. 271. A diebus olim. Decima tertia.

271. מימי קדם תליסר׃

§. 272. His correspondent [*in Lege scil. Exod. 34. v. 6.*] Deus misericors & gratiosus &c. Et istæ sunt inferiores.

272. לקביל דא אל רחום וחנון ואינון לתתא

Mmm 2 §. 273.

§. 273. Et si dicis, quare Moses non pronunciavit illas, excelsas? Respondetur: Moses non opus habuit nisi loco, ubi judicium invenitur: & in loco ubi judicium invenitur, ita dicere non oportuit.

273. ואי תימא משה איך לא אמר אלין עלאין · אלא משה לא אצטריך אלא לאתר דדינא אשתכח ובאתר דדינא אשתכח לא בעי הכי למימר.

§. 274. Et Moses non loquebatur nisi illo tempore, quo Jisraëlitæ peccaverunt, & judicium imminebat: Hinc Moses nonnisi de illo loco locutus est, ubi judicium invenitur.

274. ומשה לא אמר אלא בעידנא דישראל חאבו ודינא הוה תלייא ובגיני כך לא אמר משה אלא באתר דדינא אשתכח.

§. 275. Sed altero in loco ordinem laudis Senis dierum instituit Propheta.

275. אבל בהאי אתר סדורא דשבחא דעתיק יומין מסדר נביאה.

§. 276. Et tredecim istæ formæ barbæ supremæ sanctæ occultæ [*multis*] occultationibus, validissimæ sunt ad frangendum & subigendum omnia decreta judiciorum.

276. ואינון תליסר תקונין דדיקנא עלאה קדישא טמירא דטמירין תקיפין לתברא ולאכפייה כל גזרי דינין. Cremonens. col. 250.

§. 277. Quis est, qui respiciat barbam supernam sanctam occultissimam, qui non confundatur coram ea? [*al. obruatur ab ea.*]

277. מאן חמי דיקנא עלאה קדישא טמירא דטמירין דלא אכסיף (ס״א אתכסי) מניה.

§. 278. Et propterea omnes pili duri sunt & firmi in dispositione sua.

278. ובגיני כך כל שערי קשישין ותקיפין בתקוניי.

§. 279. Si autem dicis: quod si sic; sanè crines inferiores sunt nigri: quare illi non sunt ut isti?

279. ואי תימא אי הכי הא שערי דלתתא אינון אוכמי אמאי לא הוו דא כדא. Mantuan. fol. 132.

§. 280. Nimirum sic habet Traditio exotica. Scriptum est [*Cant.* 5. *v.* 11.] Cincinni ejus crispi nigri ut corvus.

280. דתניא כתיב קווצותיו תלתלים שחורות כעורב.

§. 281. Et scriptum est [*Dan.* 7. *v.* 18.] Capillus capitis ejus, sicut lana munda.

281. וכתיב שער רישיה כעמר נקי.

§. 282. Non est contradictio: hoc enim de barba superiore; illud de barbâ inferiore [intelligendum est.]

282. לא קשיא הא בדיקנא עלאה הא בדיקנא תתאה.

§. 283. Et propterea Lex cum data est

283. ועד כד אתייהיבת אוריתא

Jisraë-

Iiſraëlitis, ſcripta erat igne nigro ſuper igne albo.

לישראל אתייהיבת באש שחורה על גבי אש לבנה.

§. 284. Et fundamentum rei provenit ex illis pilis; quia ex cerebro (*orti*) inveniuntur, tendentes ad cerebrum inferius.

284. ועקרא דמלה משום דהני שערי בגין דממוחא אשתכחו לאתמשכא למוחא דלתתא.

§. 285. Et quia ſunt ſupra barbam: hinc barba ſola eſt, & omnes formæ ejus ſeparatæ inveniuntur; ita ut barba ſola ſit, & pili ſoli.

285. ומאן דאינון לעילא מן דיקנא דיקנא בלחודוי הוא וכל תקינוי בלחודייהו אשתכחו דיקנא בלחודוי ושערי בלחודייהו.

SECTIO XII.

De Barba Macroproſopi in ſpecie; & primo de parte ejus prima.

§. 286. Diſpoſitio prima eſt, quæ incipit penes principium capillitii.

286. תקונא קדמאה תקונא דשארי מרישא דשערי דרישא.

§. 287. Et didicimus. Nulla barba [*al. nulla pars barbæ*] invenitur, quæ non ſit ex cerebro capitis: [*al. à corde.*]

287. ותנינא כל דיקנא (סא תקונא) לא אשתכח אלא ממוחא דרישא (סא דלבא)

§. 288. Sed huc id non quadrat. Nam hoc loco non datur niſi tantum hæc forma [*ſive pars barbæ*] quæ deſcendit ex principio capillitii: & hæc ita ſe habet [*ut à cerebro ortum trahat: quod de cæteris partibus barbæ dici non poteſt.*

288. והכא לא פריש דהא הכי לא הוה אלא תקונא דא דנחית מן רישא דשערי דרישא הכי אשתכח.

§. 289. Et ab hac barba longè diſtinctum eſt, quicquid eſt de capite in mille mundis ſignatis ſigillo puriſſimo, ſigillo quod includit omnia ſigilla.

289. ומהאי דיקנא אשתמודע כל מה דהוה מרישא באלף עלמין דחתימין בעזקא דדכייא בעזקא דכליל כל עזקין.

§. 290. Longitudo cujuslibet pili deſcendentis ante aures quaſi non eſt longitudo: nec [*al. ſed*] adhærent ſibi invicem, nec [*al. quia omnes*] deſcendunt.

290. אורכא דכל שערא דנחית מקמי אודנוי לא הוי אורכא ולא (סא אלא) אתדבק דא בדא ולא (סא דכלא) נחתין.

§. 291. Sed illi capilli, cùm defluunt, protrahuntur & dependent.

291. אלין שערין מכד נגדין אתמשכן ותליין.

§. 292. Et [*vid.* §. 192.] initium dispositionis primæ sunt unus & triginta cincinni æquales, protracti usque ad initium oris.

292. ושירותא דתקונא קדמאה תלתין וחד קוצי שקילן אתמשכן עד רישא דפומיה.

§. 293. Et trecenti & nonaginta pili inveniuntur in quolibet cincinno.

293. דתלת מאה ותשעין נימין אשתכחו בכל קוצא וקוצא.

§. 294. Unus & triginta cincinni illi æquales, qui sunt in dispositione prima, validi sunt, ut possint flectere inferiora secundum numerum אל.

294. תלתין וחד קוצי שקילין דהוו בתקונא קדמאה תקיפין לאכפייא לתתא כחושבן אל.

§. 295. Quid est אל? fortis, potens.

295. מהו אל תקיף יכול.

§. 296. Et per singulos cincinnos distribuuntur unus & triginta mundi fortes, dominantes, ut extendantur (*recta*), non in hoc nec in illud latus.

296. ובכל קוצא וקוצא מתפרשין תלתין וחד עלמין תקיפין שלטין לאתעייתא (סא לאתפשטא) לא בהאי סטר ולא בהאי סטר.

§. 297. Et ex quolibet horum mundorum divisio fit in mille mundos desideriorum magnæque voluptatis.

297. וכל עלמא ועלמא מניה מתפרש לאלף עלמין דכסיפין לעדונא רבה.

§. 298. Et omnes occultati sunt in initio barbæ, quod repræsentat robur; & includuntur in illo אל.

298. וכלא סתים ברישא דדיקנא דכליל תקיפא וכלילן בהאי אל.

§. 299. Et nihilominus ipse אל flectitur in miserationes, quia Senex dierum mitigatur & includitur & extenditur in eo.

299. ועם כל דא האי אל אתכפייא לרחמי דעתיק יומין אתבסם ואתכלל ואתפשט ביה.

§. 300. Quare usque ad os? quia scriptum est: [*Dan.* 7. *v.* 9.] Judicium sedit & libri aperti sunt.

300. אמאי עד פומא משום דכתיב דינא יתיב וספרין וגו'.

§. 301. Quid est: Et judicium sedit? Sedit in loco, ut non dominetur.

301. מאי דינא יתיב. יתיב לאתריה דלא שלטא.

§. 302. Hoc est, quod scriptum est [*Jes.* 9. *v.* 15.] Mirabilis, Consiliarius, Deus, fortis. Id est: אל talis, qui fortis quidem est; sed mitigatus in barba [*al. per formam*] sancta Senis dierum.

302. הה"ד פלא יועץ אל גבור. אל דהוא גבור ואתבסם בדיוקנא (סא בדיקנא) קדישא דעתיק יומין.

§. 303.

§.303. Et arcanum latet in eo, quod scriptum est: [*Mich.7.v.18.*] Quis אל sicut tu? Quod de Sene dierum dicitur In forma configurationis [*al.barbæ*] sanctæ supernæ.

303. ורזא דכתיב מי אל כמוך בעתיק יומין אתמר בתקונא דדיקנא קדישא עלאה.

§.304. Mundus primus [*vid.infra* §.181. 392.] qui procedit ex dispositione prima, dominatur, descenditque & ascendit in millies mille myriades myriadum scutatorum, & ab illo comprehenduntur in alimentatione sub sigillo magno.

304. עלמא קדמאה דנפיק מתקונא קדמאה שליט ונחית וסליק לאלף אלפים ורבוא רבבן מארי תריסין ומניה מתאחדין בקסטא בעוקא רבא.

§. 305. Mundus secundus, qui procedit ex illa dispositione, dominatur & descendit & ascendit in quinquaginta septem mille stipatores, qui sunt domini lamentationum: & hi applicantur illi; ad subigendam cervicem spinæ.

305. עלמא תנינא דנפיק מהאי תקונא שליט ונפיק ונחית וסליק לשבעה וחמשין אלף דרגין מארי דיבבא ומתאחדין מניה לאכפייה בקודלא בחיורה (סא בחוורא).

§.306. Mundus tertius, qui exit ab illa concinnatione, dominatur & descēdit & ascendit in sexaginta novem millia autorum ejulationis, qui tenentur ab illo ut forcipe stannum.

306. עלמא תליתאה דנפיק מהאי תקונא שליט ונחית וסליק לצו אלפין מארי דיללה ומתאחדין מניה בבוסיטא לסוסיטרא (סא בבוסיטא לקוסרא).

§.307. Et ab ista conformatione subiguntur omnes illi, & mitigantur in amarore lachrymarum, quæ dulcescunt in mari magno.

307. ומהאי תקונא מתכפיין כלהו ומתבסמן במרירא דדמען דמתבסמין בימא רבא.

§.308. Quis est, qui videat conformationem hanc barbæ sanctæ, excelsæ, venerandæ, qui non pudore suffundatur ab illa.

308. מאן חמי תקונא דא דדיקנא קדישא עלאה יקירא דלא אכסיף מניה.

§.309. Quis videt mysterium cincinnorum capilli, qui dependent ab isto Sene.

309. מאן חמי טמירותא דקוצין דשערי דתליין מהאי סבא.

§.310. Hic sedet in corona coronarum, quæ sunt coronæ omnium coronarum; coronæ quę in aliis coronis non comprehenduntur; coronarum inquam, quæ non sunt ut coronæ cæteræ: nam coronę inferiores comprehenduntur ab illis.

310. יתיב בעיטרא דעטרין עטרין דכל עטרין עטרין דלא אתכללו בעטרין עטרין דלא כשאר עטרין

עטרין דעטרין דלתתא מתאחרון מנהון.

§.311. Et propterea istæ formæ sunt conformationes tales, quibus formæ inferiores adhærent: & sunt dispositiones, quibus disponitur ille, qui opus habet, ut ipsi benedicatur, quique cupit benedictionem.

311. ובגין כך הני תקונין אינון תקונין דתקונין דלתתא מנהון מתאחרן תקוני דאתתקן דאצטריך לאתברכא מאן דבעי ברכה.

§.312. Quandocunque enim dispositiones fiunt ad instar harum; benedictiones inveniuntur sub istis; & fit quicquid fit.

312. דכל תקונין דאתתקן בקבלהון ברכאן משתכחין לקבליהון ואתעביד מה דאתעביד.

§.313. Omnia comprehenduntur istis dispositionibus; omnia erigunt se ut accipiant dispositiones has Regis fortis, Senis occultissimi omnium. Et omnia illa mitigantur ab ordinationibus istis Regis Senioris.

313. כלא כליל בהני תקונין כלא זקפן לקבלי תקונין דמלכא תקיפא עתיקא סתימא דכלא וכלהו אתבסמן מתקונין אלין דמלכא עתיקא.

§.314. Didicimus. Nisi Senior Seniorum, Sanctus Sanctorum disponeretur istis conformationibus, non invenirentur neque superiora neque inferiora, & omnia essent quasi non essent.

314. תאנא אי עתיק דעתיקין קדישא דקדישין לא אתתקן באלין תקונין לא אשתכחו עלאין ותתאין וכלא הוי כלא הוי.

§.315. Et didicimus traditione exotica. Quousque splendent illæ conformationes barbæ? usque ad tredecim inferiores: & quandocunque tredecim illæ inveniuntur, splendent istæ.

315. ותניא עד כמה זהירין אלין (סא אתתקין באלין) תקוני דדיקנא. עד תליסר דלתתא. וכל זמנא דתליסר אלין משתכחין זהירין אלין.

§.316. Et omnes in numero illarum tredecim inveniuntur.

316. כלא בחושבנא דאלין תליסר אשתכח.

§.317. Barba (*ergo*) Regis Senis maximè venerandi præ omnibus tota simul est occulta & dignissima.

317. דיקנא דמלכא עתיקא יקירא מכלא כלא בחד איהו סתירא ויקירא.

§.318. Et quia illa est dignissima & abscondita præ omnibus, de ea non fit mentio in ali-

318. ובגין דאיהו יקירא וטמירא

quo loco Legis & non manifestatur.

מכלא לא אדבר ביה באתר דאוריתא ולא אתגלייא.

§. 319. Quæ autem barba manifestatur? Barba sacerdotis magni summi, & de illa barba descendit (*influxus*) in barbam inferiorem Sacerdotis magni inferioris.

319. ומה דיקנא אתגלייא דיקנא דכהנא רבא עלאה ומהאי דיקנא נחית לדיקנא דכהנא רבא דלתתא.

§. 320. Quomodo se habet barba Sacerdotis magni? Barba Sacerdotis magni octo conformationibus disponitur. Et propterea octo vestes habet Sacerdos Magnus, cum unguentum descendit super barbam ejus.

320. מאי דיקנא דכהנא רבא· דיקנא דכהנא רבא בתמניא תקונין אתתקן · ובגין כך תמניא תקונין לכהנא רבא כד משחא נחית על דקניה·

§. 321. Id est, quod scribitur [*Ps.*133.*v.*2.] Sicut oleum optimum super caput descendens super barbam, barbam Aaron, quod descendit secundum proportionem attributorum ejus &c.

321. הה״ד כשמן הטוב על הראש יורד על הזקן וגו׳.

§. 322. Et unde nobis hoc? quia scriptum est: [*ibid.*] habitare fratres etiam pariter. Vox, Etiam, significationem auget Sacerdotis magni inferioris.

322. ומ״ל דכתיב שבת אחים גם יחד · גם לרבות כהן גדול דלתתא.

§. 323. Ut quotiescunque Sacerdos magnus inferior ministrat in Sacerdotio magno, ita, si fas est dicere, & sursum Sacerdos magnus, ministret in Sacerdotio magno.

323. דכל זמנא דכהנא רבא דלתתא משמש בכהונה רבא כביכול כהן גדול דלעילא משמש בכהונה רבא.

Cremonensi col. 251.

§. 324. Hæc est ordinatio prima barbæ Senis absconditissimi omnium.

324. דא תקונא חד דדיקנא דעתיק סתימא דכלא.

§. 325. Dixit ipsi R. Schimeon: Rectè tibi R. Jizchak debetur, ut sis sub ornatu conformationis barbæ & acceptes faciem Senis dierum, Senioris Seniorum: Beata est portio tua, & beata portio mea vobiscum in mundo venturo.

325. אל״ר ש׳ יאות אנת ר׳ יצחק למהוי ביקירא דתקוני דדיקנא וסבר אפי דעתיק יומין עתיקא דעתיקין· זכאה חולקך וזכאה חולקי עמכון בעלמא דאתי·

SECTIO XIII.

De parte secunda Barbæ Macroprosopi.

§. 326. Surge R. Chiskijah, & siste te in statum tuum, & deprædica dignitatem partis cujusdam barbæ sanctæ.

326. קום ר׳ חזקיה וקאים בקיומך ואוקיר יקרא דתקונוי דדיקנא קדישא.

§. 327. Surrexit R. Chiskijah, incepitque & dixit: [*Cant*.7.*v*.11.] Ego dilecti mei, & super me desiderium ejus.

327. קם רבי חזקיה שארי ואמר אני לדודי ועלי תשוקתו.

§. 328. Quis in causa est, quod ego sim dilecti mei? propterea quod super me desiderium ejus.

328. מי גרם שאני לדודי משום דעלי תשוקתו.

§. 329. Contemplat[?]s sum; & ecce vidi Lumen dignissimum lucernarum supernarum.

329. מסתכל הוינא וארו חמית נהורא יקירא דבוצינא עלאין

§. 330. Splendebat & ascendebat ad trecenta viginti quinque latera.

330. נהיר וסליק לתלת מאה וחמשה ועשרין עיבר.

§. 331. Et caligo quædam lavabatur [*al. tegebatur*] illo lumine sicut cum quis lavatur in illo fluvio profundo, cujus aquæ divisæ fluunt & manant versus omne latus, ex eo quod supra eum.

331. וחד חשוך הוה אתסחי [ס״א אתסכי] בההוא נהורא כמאן דאתסחי בההוא נהרא עמיקא דמימוי מתפלגין ונהרין ונגדין לכל עיבר מִמַה דעלוי.

§. 332. Et lumen illud ascendit ad littus maris superioris profundi, nam omnia ostia bona & dignitates in illo ostio aperiuntur.

332. וסליק ההוא נהורא בשפתא דימא עלאה עמיקא דכל פתחין טבין ויקירין בההוא פתחא אתפתחן.

§. 333. Ego rogabam ab iis [al. quænam esset] interpretationem ejus quod videram: Incipientes autem dicebant: נשא עון Tollentem iniquitatem vidisti.

333. אנא שאיל מהם (ס״א מהו) פשרא דחמית · פתחו ואמרו נושא עון חמיתא.

§. 334. Dixit: Hæc est dispositio secunda, & sedit.

334. אמר דא תקונא תנינא יתיב.

§. 335. Dixit R. Schimeon: N[?]nc con-

335. א״ר שמעון האדנא אתקשר

nexus

nexus est [al. mitigatus est] mundus. Benedictus sis tu R. Chiskijah à Seniore Seniorum.

(סא אתבסם) עלמא בריך אנת רבי חזקיה לעתיקא דעתיקין.

§. 336. Dixit R. Schimeon: Omnia lumina congregantur, quæ veniunt in hoc sigillum sanctum.

336. אמר רש כלהו בוצינין חברין דאתיין בהאי עזקא קדישא.

§. 337. Testor super me cœlos summos ex summis, & terram sanctam summam è supernis, quod nunc videam, quod homo non vidit ex illo tempore quo Moses secunda vice ascendit montem Sinai.

337. אסהדנא עלי שמיא עלאין דעלאין וארעא קדישא עלאה דעלאה דאני חמי השתא מה דלא חמי בר נש מיומא דסליק משה זמנא תניינא לטורא דסיני.

§. 338. Video enim faciem meam fulgere, ut vehementem solis splendorem, qui egressurus est in medelam mundi.

338. דאנא חמינא אנפאי נהירין כנהורא דשמשא תקיפא דזמין למיפק באסוותא לעלמא.

§. 339. Sicut scriptum est: [*Mal.* 4. *v.* 2.] Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ & sanitas in alis ejus.

339. דכתיב וזרחה לכם יראי שמי שמש צדקה ומרפא בכנפיה.

§. 340. Imò plura: Ego scio, quod facies mea fulgeat: Moses vero nescivit, nec animadvertit.

340. ועוד דאנא ידענא דאנפאי נהירין ומשה לא ידע ולא אסתכל.

§. 341. Sicut extat [*Exod.* 34. *v.* 29.] Et Moses non cognovit quod promicaret cutis faciei ejus.

341. הה״ד ומשה לא ידע כי קרן עור פניו.

§. 342. Et ulterius: Ego video oculis meis tredecim illas sculpturas ante me, & lucent ut lucernæ.

342. ועוד דאנא חמי בעיני תליסר אלין גליפין קמאי ונהירין כבוצינין.

§. 343. Et cum aliqua illarum (*dispositionum*) explicatur ore vestro; (*eadem statim*) attollitur, & conformatur, & coronatur, & occultatur in occultatione formarum Barbæ; omnes autem cæteræ restitant.

343. וכד אתפרש כל חד מנייהו מפומיכון אסתלק ואתתקן ואתעטר ואתטמר בטמירותא דתקוני דדיקנא וכל אחרנין אשתארן.

§. 344. Et quod magis, quælibet earum dum explicatur ab ore vestro, lucet & coronatur & sedet, sicut Rex in medio exercitus sui.

344. ובעוד דכל חד מתפרש בפומייכו נהיר ואתעטר ויתיב כמלכא בגו חיליה.

§. 345. Et cum cessat explicari, ascendit, & coronatur corona sancta, & ordinatur, &

345. וכד אסתיים לאתפרשא

occultatur, & residet inter formas barbæ sanctæ; & sic omnes & singulæ.

כליק ואתעטר בעטרא קדישא ואתתקן ואתטמר ויתיב בתקוני דיקנא קדישא וכן לכל חד וחד.

§. 346. Alacres estote socii sancti; certè enim in tali statu non erit (*mundus*), usque dum veniat Rex Messias.

346. אזדרזו חברין קדישין דהא בקיומא דא לא יהא עד דייתי מלכא משיחא.

SECTIO XIV.

De tertia parte Barbæ Macroprosopi.

§. 347. Surge R. Chiskijah alterâ vice.

347. קום ר̈ חזקיה תניינות.

§. 348. Didicimus. Antequam surgeret R. Chiskijah, vox prodiit & dixit: Unus angelus non exequitur duas legationes.

348. תנא עד לא קם ר̈ חזקיה קלא נפק ואמר אין מלאך אחד עשה שתי שליחות.

§. 349. Commotus est R. Schimeon, & dixit: Certè singuli (*vestrum*) loco suo [*loquentur, respectu septem inferiorum:*] Ego autem & R. Eleasar filius meus, & R. Abba integram reddemus perfectiorem summam [*totius Decadis.*] Surge R. Chija.

349. אתרגיש ר̈ש ואמר ודאי כל חד וחד באתריה ואנא ור̈ אלעזר ברי ורבי אבא אשתלים שלימתא עלאה · קום ר̈ חייא.

§. 350. Surrexit R. Chija, & incipiens dixit: [*Jerem. 1. v. 6.*] Eheu Domine Deus, ecce ego non possum loqui, quia puer sum Ego.

350. קם ר̈ חייא פתח ואמר · ואומר אהה יי̈ אלהים הנה לא ידעתי דבר כי נער אנכי.

§. 351. An ergò Jeremias non potuit loqui? atqui multi sermones exierunt ex ore ejus, antequam diceret hoc: num ergò mendacium dixit, cùm scriptum est: Ecce non possum loqui?

351. וכי ירמיה לא הוה ידע והא כמה מלולין נפקא מפומוי עד לא אמר דא והוא אמר מלה כדיכ׳ וכתיב הנה לא ידעתי דבר.

§. 352. Sed didicimus. Avertat Deus, quod in hunc finem id dixerit; sed sic traditum est: Quænam est differentia inter דבור & אמירה? Amirah seu dictio est, ubi non requiritur elevatio vocis: Dibbur seu locutio verò requirit elevationem vocis & proclamationem verborum.

352. אלא תאנא חו̈ דאיהו אמר על דא · אלא הכי תאנא מה בין דבור לאמירה אמירה הוא דלא בעי לארמא קלא דבור בעי לארמא ולאכרזא מלין. Mantuæ. fol. 133.

§. 353.

§. 353. Quia scriptum est [*Exod.*20.*v.*1.] Et elocutus est Deus omnia verba ista, dicendo.

353. דִּכְתִיב וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים אֵת כָּל הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה לֵאמֹר׃

§. 354. Et, prout didicimus; Totus mundus audivit hunc sermonem, & totus mundus contremuit. Et propterea scriptum est: Et elocutus est וידבר & non scriptum est ויאמר: & dixit.

354. וְתָאנָא כָּל עָלְמָא שָׁמְעוּ הַהוּא דִבּוּר וְכָל עַלְמָא אִזְדַּעְזְעוּ וּבְגִין כַּךְ כְּתִיב וַיְדַבֵּר וְלָא כְתִיב וַיֹּאמֶר׃

§. 355. Sic hoc loco: Ecce non possum loqui, i. e. præconis instar declamando verbum & convincendo mundum per Spiritum sanctum.

355. אוּף הָכִי כְּתִיב הִנֵּה לֹא יָדַעְתִּי דַבֵּר לְאַכְרָזָא מִלָּה וּלְאוֹכָחָא בְּרוּחַ קֻדְשָׁא לְעַלְמָא׃

§. 356. Si ita res se habet; notandum quod scriptum est: וידבר Et locutus est Do*minus* ad Mosen dicendo. Nimirum, quis Prophetarum tàm excelsus fuit ac Moses? Non unquam enim quis hominum tàm dignus fuit ut ille: Iste enim audivit Dibbur elocutionem cum exclamatione præconii, & non timuit, nec tremuit: reliqui verò Prophetæ tremuerunt etiam ad Amirah dictionem & valdè timuerunt.

356. אִי הָכִי הָא כְתִב וַיְדַבֵּר יְיָ אֶל מֹשֶׁה לֵאמֹר אֶלָּא מַאן הוּא נְבִיאָה עִלָּאָה כְּמֹשֶׁה דְּלָא זָכָה כַּל נַשׁ כְּוָותֵיהּ דְּהוּא שָׁמַע דִּבּוּר בְּהַכְרָזָה דְּלָא דָחִיל וְלָא אִזְדַּעְזַע וּשְׁאַר נְבִיאִים אִזְדַּעְזְעוּ אֲפִּי בַאֲמִירָה וְדַחֲלִין בִּדְחִילוּ׃

§. 357. Et didicimus. Per dispositionem primam Barbæ & secundam, deduci oportet ad tertiam: sicut scriptum est [*Job.*33.*v.*29.] Ecce id omne operabitur Deus vicibus tribus cum viro.

357. וְתָאנָא בְּתִיקּוּנָא קַדְמָאָה דְּדִיקְנָא וְתִנְיָנָא לְאַתְבָא (סָא לְאַקְפָא) לִתְלִיתָאָה דִּכְתִיב הֵן כָּל אֵלֶּה יִפְעַל אֵל פַּעֲמַיִם שָׁלשׁ עִם גָּבֶר׃

§. 358. Et veni vide. Per duas conformationes primas te venire oportet ad tertiam, quia hæc forma tertia est in medio.

358. וְתָּא חֲזֵי דִּתְרֵין תִּקּוּנִין קַדְמָאִין לְמֵיתֵי לִתְלִיתָאָה הֲווּ דְּהוּא תִּקּוּנֵי תְלִיתָאָה · מֵאֶמְצָעִיתָא׃

§. 359. Nam sub naso sub duobus foraminibus prodit semita quædam & pili absunt ab illa semita.

359. דִּתְחוֹת חוֹטְמָא מִתְּחוֹת תְּרֵין נוּקְבִין נָפִיק חַד אָרְחָא וְשַׂעְרָא אַפְסִיק (סָא אִתְפְּסִק) בְּהַהוּא אָרְחָא׃

§. 360. Quare absunt? quia scriptum est [*Mich.* 7. *v.* 18.] ועובר על פשע Et transiens super prævaricationem. Illa ergo semita præparatur ad transeundum per eam.

360. אַמַּאי אִתְפְּסֵק מִשּׁוּם דִּכְתִיב וְעוֹבֵר עַל פֶּשַׁע וְהַאי אוֹרְחָא אִתְתְּקַן לְאַעְבְּרָה בֵּיהּ׃

§. 361. Et propterea sub foraminibus nasi residet ista semita: & pili non crescunt in illa semita, quia subigit iniquitates.

361. ובגנב יתיב תחות נוקבי חוטמא האי אורחא ושערא לא אתרבי בהאי אורחא משום כובש עונות.

§. 362. Scriptum enim est: Transiens super prævaricationem, ad dandum transitum ad os sanctum, ut dicat, condonavi.

362. יכתיב ועובר על פשע למיתן אעברא עד (סא על) פומא קדישא דייטא סלחתי.

§. 363. Didicimus. Multa loca vel flagella expectant hoc os; & non uni manifestatur ex illis: tollitur enim & circumdatur: scitur & non scitur.

363. תאנא כמה ערקיסאות מחכאן לההוא פומא ולא אתגלי לחד מנייהו דהא אסתלק ואתעטר ידיע ולא ידיע.

§. 364. Didicimus in occultatione in libro facta. Quid est, quod adscripta est (*hac in dispositione*) vox פשע? si probi sunt; locum habet vox עובר transiens, sin minus; locum habet vox פשע prævaricatio.

364. תאנא בצניעותא דספרא מהו דכתיב פשע. זכו עובר לא זכו פשע.

Cremonen. col. 252.

§. 365. Quid docet (*hac phrasis*) transiens super prævaricationem? שפע influentiam, ut præponatur ש ante פ.

365. מאי משמע עובר על פשע. שפע דאקדים שין לפא.

§. 366. Si non sunt probi, stat & non transit in Microprosopum.

366. לא זכו עומד ולא עובר בזעיר אפין.

§. 367. Quæ differentia est inter hunc & illum? In Microprosopo (*res ita se habet*): hæc semita descendit sub foraminibus nasi ejus; scriptum est [*Num.* 12. *v.* 9.] Et exarsit ira Domini, & abiit.

367. מאי בין האי להאי בזעיר אפין כד נחית ההוא אורחא מתחות נוקבא חוטמוי כתיב ויחר אף יי׳ בם וילך.

§. 368. Quid est; & abiit? quod exiit spiritus iræ de illis foraminibus: & si quem invenit coram se, hic tollitur & non invenitur.

368. מאי וילך דנפיק רוחא דרוגזא מאינון נוקבי ומאן דאשכח קמיה אזיל ולא אשתכח.

§. 369. Quod innuitur verbis illis [*Jes.* 40. *v.* 7.] Quoniam spiritus Domini afflat illud.

369. ה״ה״ד כי רוח יי׳ נשבה בו.

§. 370. De Macroprosopo autem scriptum est: Transiens super prævaricationem.

370. באריך אפין כתיב עובר על פשע.

§. 371. Et scriptum est [*Job.* 37. *v.* 21.] Et spiritus transiit & purificavit eos.

371. וכתב ורוח עברה ותטהרם.

§. 372.

§. 372. Et didicimus. De hoc ita scriptum est: Transiens super prævaricationem in illa semita. De illo [*Ex.* 12. *v.* 23.] Et transiit ad percutiendum Ægyptum.

372. ותנן התם הכא כתיב עובר על פשע בההוא ארחא התם ועבר יי לנגוף את מצרים.

§. 373. Beata est portio ejus, qui dignus est hoc. Et hæc est conformatio tertia de semita barbæ venerandæ sanctæ excelsæ Senioris Seniorum.

373. זכאה חולקיה דמאן דזכי להאי ודא הוא תקונא תליתאה דאורחא דדיקנא יקירא קדישא עלאה עתיקא דעתיקא.

§. 374. Dixit R. Schimeon: Certè, Deus sanctus, benedictus sit ille, quamplurimum, befaciet tibi, & proteget te.

374. אמר ר״ש ודאי הקב״ה יסגא לאוטבא לך ויתרי לאגנא עלך.

§. 375. Et didicimus. Quid est quod scriptum est [*Esa.* 60. *v.* 3.] Lætando lætabor in Domino? De Sene dierum dicitur. Ille enim est lætitia omnium.

375. ותאנא מאי דכתיב שוש אשיש ביי בעתיק יומין אתמר דהא הוא חדוותא דכלא.

§. 376. Didicimus. Quando manifestatur illa semita Barbę Senis dierum, omnes autores lamentationis & ejulatûs & executores Judicii absconduntur, & silent, nec est, qui aperiat aperturam ad nocendum; propterea quod ista semita manifestatur formâ debitâ.

376. תאנא בשעתא דאתגלי האי אורחא דדיקנא דעתיק יומין כלהו מארי דיבבא ויללה ומאריהון דדינא סתימין ושתיקין ולית דיפתח פטרא לאבאשא משום דהאי אורחא אתגלייא לתקנא.

§. 377. Et hinc qui (*os*) tangit, monetque esse tacendum, hanc semitam digito notat: atque id est symbolum denotans Senem sanctum [al. propterea quod ista semita est symbolum silentii. Hinc ille, qui aliquem aspicit & monet ut sileat, hanc semitam tangit, quæ est symbolum &c.]

§. 377. ומהאי מאן דאחיד ואזהר. (סא משום דהאי אורחא סימנא לשתיקותא ומהאי הוא מאן דאחיד ואזהר) לשתקאה להאי אורחא רשים דהוא סימנא דעתיקא קדישא.

SECTIO XV.

De parte quarta Barbæ Macroprosopi.

§. 378. Conformatione quartâ disponitur *pilus*, & descendit sub ore ejus à principio uno ad principium alterum.

378. תקוני רביעאה מתתקן שערא ונחית תחות פומיה מרישא חדא לרישא חדא.

§. 37

§. 379. Id innuitur, [*in dicto Micha*] verbis לשאירית נחלתו Residui hæreditatis suæ.

379. ה׳׳ד לשאירית נחלתו׃

§. 380. Sicut dicitur [2. *Reg.* 19. *v.* 4.] Et levabis orationem pro residuo invento. Ubi omne quod invenitur sive extat revera, appellatur residuum.

380. כד״א ונשאת תפלה בעד שארית הנמצא הנמצאת ממש׃ שארית.

§. 381. Scriptum enim: [*Zeph.* 3. *v.* 13.] Residuum Jisraël non faciet iniquitatem.

381. דכתיב שארית ישראל לא יעשה עולה.

SECTIO XVI.

De parte quinta Barbæ Macroprosopi.

§. 382. Conformatio quinta. Egreditur semita alia sub ore. Istud est quod scriptum est [*in dicto Micha*] לא החזיק לעד אפו Non tenuit in perpetuum iram suam. Surge R. Jose.

382. תקונא חמישאה נפיק אורחא אחרא מתחות פומא ה׳׳ד לא החזיק לעד אפו׃ קום ר׳ יוסי.

§. 383. Surrexit R. Jose, exorsusque dixit: [*Psal.* 143. *v.* 15.] Beatus populus cui sic; beatus populus cujus Dominus Deus est.

383. קם ר׳ יוסי פתח ואמר אשרי העם שככה לו אשרי העם שיי׳ אלהיו.

§. 384. Beatus populus, cui sic. Quid est שככה לו cui sic? sicut dicitur [*Esther.* 7. *v.* 10.] Et ira Regis שככה quievit; id est, quievit ab iracundia sua.

384. אשרי העם שככה לו מהו שככה לו׃ כד״א וחמת המלך שככה שכיך מרוגזיה.

§. 385. Expositio alia: Sedavit per iram suam: quod innuitur his verbis [*Num.* 11. *v.* 15.] Et si ita tu facias mihi, occide me quæso occidendo, si inveni gratiam in oculis tuis.

385. ד״א שכיך ברוגזיה ה׳׳ד ואם ככה את עשה לי וגו׳.

§. 386. Occide me quæso occidendo: hoc est judicium judicii. Sed Beatus populus, cujus Dominus est Deus, miserationes miserationum.

386. הרגני נא הרוג דא הוא דינא דדינא אשרי העם שיי׳ אלהיו׃ רחמי דרחמי.

§. 387. Expositio alia: שככה nomen est, quod includit omnia Nomina, juxta quod Sanctus ille Benedictus transire facit iram suam, & quiescere facit Microprosopum, & è medio tollit omnia illa extranea.

387. ד״א שככה שמא דכליל כל שמהן וק״ב מעבר רוגזיה ואנח ליה לזעיר אפין ומעביר על כל אינון דלבר.

§. 388. Didicimus per Barajetham (*seu*

388. דתניא ארחא דתקונא קדישא

traditio-

traditionem extra Urbem ſanctam editam:) Semita illa conformationis ſanctæ ſuperioris Senioris Seniorum, quæ deſcendit in barbam ſub foraminibus naſi; & hæc ſemita inferior, æquales ſunt in omnibus: modò quod illa ſupra, hæc infra ſit: & ſuperior vocatur Tranſiens ſuper prævaricationem; inferior *(autem)*; Non tenuit in perpetuum iram ſuam.

עלאה עתיקא דעתיקין דאיהו נחית בדיקנא תחות נוקבי דחוטמא והאי ארחא דלתתא שקילן אינון בכלא דא לעילא ודא לתתא לעילא עובר על פשע לתתא לא החזיק לעד אפו׃

§. 389. Et didicimus. Non tenuit, i. e. non eſt locus reſidendi. Sicut ſuperius datur locus ad tollendum: ita inferiùs locus datur ad tollendum.

389. ותנינן לא החזיק דלא אית אתר למיתב כמה דלעילא יהיב אתרא לאעברא כך לתתא יהיב אתרא לאעבר׃

§. 390. Didicimus. Ubicunque in hoc *Seniore* occultiſſimo omnium ſemita detegitur, bonum eſt omnibus inferioribus: apparet enim conſilium ad benefaciendum omnibus.

390. תנא בכל אתר דבהאי עתיקא טמירא דכלא ארחא אתגלייא טב לכלהו דלתתא דהא אתחזי עיטא למעבר טב לכלא׃

§. 391. Ubi verò abſconditur, & non detegitur, non eſt conſilium, nec eſt qui cognoſcat illum, niſi ipſe ſolus.

391. מאן דסתים ולא אתגלייא לית עיטא ולית מאן דידע ליה אלא הוא בלחודוי׃

§. 392. Veluti de Eden ſummo nemo ſcit, niſi ipſe Senior Seniorum.

392. כמה דעדן עלאה לית דידע ליה אלא הוא עתיקא דעתיקא׃

§. 393. Et de hoc ſcriptum eſt: [*Pſal.92. v.6.*] quàm magnificata ſunt opera tua, Domine, valdè profundæ ſunt cogitationes tuæ.

393. ועל האי כתיב מה גדלו מעשיך יי מאד עמקו מחשבותיך׃

§. 394. Dixit R. Schimeon: Opera tua in mundum venturum à Seniore Seniorum in ordinem redigantur.

394. ארש יתתקנון עובדך לעלמא דאתי מעם עתיקא דעתיקי׃

SECTIO XVII.

De parte ſexta Barbæ Macroproſopi.

§. 395. Conformatione ſexta concinnatur pilus & aſcendit ex imo ſurſum, & tegit areolas aromatis optimi usque ad principium oris ſuperius; & deſcendit pilus à principio in

395. תקונא שתיתאה מתתקן שערא וסליק מלרע לעילא וחפי תקרובתא דבוסמא טבא עד רישא

principium aperturæ semitæ inferioris oris. Surge R. Jesa, & expone conformationem hanc.

ופומא דלעילא ונחירת שערא ורישא לרישא דפתחא דארחא תתאה דפומה.

§. 396. Surrexit R. Jesa, incepitque & dixit: [*Jes.* 54. *v.* 10.] Et benignitas mea à te non recedet.

396. קום ר׳ ייסא ואתקין תקונא דא. קם ר׳ ייסא פתח ואמר וחסדי מאתך לא ימוש.

§. 397. Et scriptum est [*ib. p.* 8.] Et in benignitate olam seu seculi misertus sum tui.

397. וכתיב ובחסד עולם רחמתיך.

§. 398. Hi versus contrariantur ne sibi? Non contrariantur. Didicimus enim. Datur Benignitas [*unius generis*] & iterum datur benignitas alia. Est enim alia benignitas interna, & alia benignitas externa.

398. הני קראי קשיין אהדדי. לא אקשו דתנינן אית חסד ואית חסד. אית חסד דלגו ואית חסד דלבר.

§. 399. Benignitas interna est, quam diximus de Seniore Seniorum: & illa abscondita est in hac parte barbæ, quæ dicitur angulus barbæ.

399. חסד דלגו הוא דאמרן דעתיקא דעתיקין והוא סתים בכסטרא דא דדיקנא דאקרי פאת זקן.

§. 400. Nec decet ut homo corrumpat hanc partem propter hanc benignitatem internam Senis dierum.

400. ולא בעי בר נש לחבלא האי סטרא משום האי חסד דלגו דעתיק יומין.

§. 401. Et propterea de Sacerdote inferiori scribitur [*Lev.* 21. *v.* 5.] Non decalvabunt calvitiem suam in capite suo, & angulum barbæ suæ non radent.

401. ובגנ״כ בכהן דלתתא כתיב לא יקרחו קרחה בראשם ופאת זקנם לא יגלחו.

§. 402. Quare? ne corrumpant semitam benignitatis Senioris. Nam sacerdos etiam ad hanc partem pertinet.

402. מ״ט בגין דלא לחבלא אורחוי דחסד דעתיקא דכהן מסטרא דא קא אתי.

§. 403. Et didicimus in occultatione libri: Ubique opus est ut benignitati procuretur incrementum & ut ædificetur: & hæc non est præscindenda, nec è mundo tollenda.

403. ותאנא בצניעותא דספרא בכלא אצטריך חסד לאתרבאה ולמבני ולא לקטעה ליה ולא אשתצי מעלמא.

§. 404. Illud est, quod scriptum est: Et benignitas mea à te non recedet. Benignitas nempe Senis dierum.

404. והאי דכתיב וחסדי מאתך לא ימוש חסד דעתיק יומין.

§. 405. [*Cùm autem dicitur in altero textu*] Et in benignitate עולם sive seculi: [*sensus hic est*] Benignitas quæ dicitur Benignitas Olam i. e. seculi, est altera; de qua scriptum est: [*Psal.89.v.3.*] Dixi, seculum benignitate ædificabitur.

405. ובחסד עולם · חסד דאקרי חסד עולם · והאי אחרא דכתיב אמרתי עולם חסד יבנה׃

§. 406. Et hæc Benignitas Senioris Seniorum est Benignitas veritatis. Et benignitas veritatis non de vita corporis dicitur, sed de vita animæ.

406. והאי חסד דעתיק דעתיקין היא חסד דקשוט וחסד דקשוט לאו בחיי גופא אתמר אלא בחיי דנשמתא׃

§. 407. Et propterea scriptum est [*Mich. 7.v.18.*] quoniam Benignitatem vult ipse. Hæc est Conformatio sexta barbæ venerandæ Senioris Seniorum.

407. ובג״כ כתיב כי חפץ חסד הוא · דא היא תקונא שתיתאה דדיקנא יקירא דעתיק דעתיקי׃

SECTIO XVIII.

De parte septima Barbæ Macroprosopi.

§. 408. Conformatio septima est, ubi deficit pilus, & apparent duo poma in areolis aromatis, pulchra & jucunda aspectu.

408. תקונא שביעאה פסיק שערא ואתחזון ב׳ תפוחין בתקרובתא דבוסמא שפירן ויאן למחזי׃ Cremonens. fol. 64. col. 253.

§. 409. Incepit R. Schimeon & dixit: [*Cant.2.v.3.*] Sicut malum inter arbores sylvæ, sic dilectus meus inter filios!

409. פתח ר״ש ואמר כתפוח בעצי היער וגו׳ ·

§. 410. Quid est malum? (sicut) hoc in se habet tres colores: ita Sancti benedicti duo poma continent sex colores.

410. מה תפוח זה כליל בתלת גווני כך הקב״ה תרין תפוחין כליל שתא גווני׃

§. 411. Et duo poma ista, quæ sunt forma septima, complectuntur omnes sex conformationes, de quibus dictum est.

411. ותרין תפוחין אלין דאינון תקונא ז׳ אינון כללא דכל שיתא תקונין דאמינא

§. 412. Et de illis verificatur locus ille [*Prov.16.v.15.*] In luce faciei Regis vita.

412. ובגיניהון אתקיים באור פני מלך חיים׃

§. 413. Et didicimus. Ex illis pomis egreditur vita pro mundo, & exhibetur gaudium

413. ותאנא מהני תפוחין נפקין חיין לעלמא ומחזין חידו לזעיר אפין

Microprosopo; sicut scriptum est [*Num.* 6. *v.* 24.] Lucere faciat Dominus vultum suum super te.

וכתיב יאר יי פניו אליך׃

§. 414. Et scriptum est: In luce faciei Regis vita. In luce faciei Regis. Ista sunt duo poma areolarum aromaticarum, de quibus diximus.

414. וכתיב באור פני מלך חיים באור פני מלך אלין אינון תרין תפוחין דתקרובא דבוסמא דאמינא׃

§. 415. Lucere faciat Dominus vultum suum super te. Facies hîc intelligitur exterior, quæ cum lucet, benedicitur mundo.

415. יאר יי פניו אליך פנים דלבר וכד נהרן מתברך עלמא׃

§. 416. Et didicimus. Quocunque tempore illæ lucernæ exteriores fulgent, toti mundo benedicitur, & non invenitur ira in mundo.

416. ותאנא כל זמן דהני בוציני דלבר נהרין כל עלמא מתברך ולא אשתכח רוגזא בעלמא׃

§. 417. Et si illæ exteriores, multò magis hæc duo poma, quæ lucent semper, quæ lætantur semper, (*id efficient.*)

417. ומה אי הני דלבר כך תרין תפוחין דנהרין תדירא דחדאן תדירא עאכו׃

§. 418. Traditio extra urbem edita. Cum deteguntur duo poma illa Microprosopus apparet in lætitia; omnes enim illæ lucernæ inferiores in lætitia sunt: Et omnia illa inferiora fulgent, & omnes mundi gaudent, & perficiuntur omni perfectione, & omnia gaudent, & lucent, & nullum bonum deficit, omnia implentur tempore uno, omnia lætantur eodem tempore.

418. תניא כד אתגליין תרין תפוחין אלין אתחזי זעיר אפין בחדוותא וכל אינון בוצינין דלתתא בחדוותא וכל אינון דלתתא נהרין וכל עלמין חדאין ושלימין מכל שלימותא וכלא חדאן ונהרין וכל טיבו לא פסיק כלהו אתמליין בשעתא חדא כלהו חדאין בשעתא חדא׃

§. 419. Veni, vide. Facies exterior aliquando fulget, aliquando obscuratur: & propterea scriptum est: Lucere faciat Dominus faciem suam super te. Et [*Psal.* 67. *v.* 2.] Illuminet faciem suam nobiscum Selah.

419. תח פנים דלבר אית זמן דנהרין ואית זמן דחשוכאן ובגנ כתיב יאר יי פניו אליך יאר פניו אתנו סלה׃

§. 420. Unde (*discimus*) quod non semper fit (*luminosa*) sed quando deteguntur poma superiora.

420. מכלל דלא הוי תדירא אלא כד אתגליין תפוחין דלעילא׃

§. 421. Traditione didicimus. Illa poma occulta lucent & alba sunt semper: & ex illis

421. תאנא אלין תפוחין דסתימין נהירין וחוורין תדירא ומנהון נהירין

radii prodeunt in trecenta septuaginta latera; & omnes conformationes sex priores barbæ in eis includuntur.

לתלת מאה ושבעין עיבר וכל שיתא תקונין קדמאין דבדיקנא ביה כלילן.

§. 422. Istud est quod dicitur [*Mich.7.v.18.*] Revertetur, miserebitur nostri. Revertetur sive iterum; inde observatur quod aliquando occultentur, aliquando detegantur: quare dicitur: Revertetur & miserebitur nostri.

422. ה״ד ישוב ירחמנו · ישוב מכלל חמנין טמירין וזמנין אתגליין ה״ד ישוב ירחמנו.

§. 423. Et in illo, qui inferior est (*huic formæ correspondet*) Nomen אמת Veritas. Hæc est forma septima, quæ includit priores sex, in duobus pomis Senioris Senioris.

423. ובהאי דלתתא הוא אמת · דא הוא תקונא שביעאה דכליל שתא בתרין תפוחין דבעתיקא דעתיקין. Mantuan. fol. 134.

SECTIO XIX.

De parte octava Barbæ Macroprosopi.

§. 424. Conformatio octava. Egreditur filum quoddam pilorum circa barbam, & pendent æqualiter usque ad præcordia. Surge Eleasar fili mi; expone formam hanc.

424. תקוני תמינאה נפק חד חוטא דשערי סוחרניה דדיקנא ותליין בשקולא עד טבורא · קום ר׳ אלעזר ברי אתקין תקוני דא.

§. 425. Surrexit R. Eleasar filius ejus, incepitque & dixit: Omnia dependent ab influentia, etiam Liber Legis in Templo. Hoc constituimus in Libro Occultationis; & sic (*ille*) dicit.

425. קם ר׳ אלעזר בריה פתח ואמר הכל תלוי במזל ואפי׳ ס״ת בהיכל · מלה דא אוקמינא בספרא דצניעותא והכי קאמר.

§. 426. Ergone omnia dependent ab influentia? Atqui didicimus, quod Liber Legis sit sanctus & theca ejus sancta, & templum sanctum.

426. וכי הכל תלוי במזל · ותנינן ס״ת קדש ונרתקו קדש וההיכל קדש.

§. 427. Et scriptum est [*Jes.6.v.4.*] Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus! Ecce tria sunt, quibus correspondet Liber Legis; theca illius enim sancta, & templum sanctum, & ipse liber.

427. וכתיב וקרא זה אל זה ואמר קקק הא תלת אינון וספר תורה לקבליהון נרתקו קדש וההיכל קדש והוא קדש.

428. Atque sic Lex constructa est in triplici Sanctitate, in tribus gradibus, in tribus diebus, Schechina (*autem*) in tribus (*sequentibus est*;)

428. והתורה נתנה בג׳ קדושות בג׳ מעלות בימים שלשה שכינה

quæ sunt, tabulæ, & arca, & templum; adeoque & ipsa à libro Legis dependet: & ille dependet ab influentia.

בשלש לוחות וארון והיכל בסת תליא ואיהו תליא במזל.

§. 429. Et (*tamen*) scriptum est [*Jer.* 10. *v.* 2. A signis (sive influentiis) cœlorum ne cōsternemini. Quod si illa in sanctitate sunt, quomodo possunt dependere ab influentia.

429. וכתיב ומאותות השמים אל תחתו ומאן דאיהו בקדושים הללו להוי תליא במזלא.

§. 430. Sed ita statuimus in libro Occultationis. Hoc filum venerandum sanctum, à quo omnes pli barbæ dependent, dicitur influentia. Quare? propterea quod omnes Sanctitates Sanctitatum omnium Sanctitatum ab illa influentia dependent.

430. אלא הכי אוקמינא בספרא דצניעותא האי חוטא יקירא קדישא דכל שערי דדיקנא תליין ביה אתקרי מזל. מט מטום דכל קדושי קדשין דקודשייא בהאי מזלא תליין.

§. 431. Et in Librum Legis quamvis ille sanctus sit, nō cadunt decem Sanctitates, donec afferatur in templum. Postquam verò allatus est in templum, dicitur sanctus decem Sanctitatibus.

431. וסת אעג דאיהו קדוש לא חל עליה עשר קדושין עד דעייל להיכל כיון דעייל להיכל אתקרי קדוש בעשר קדושות.

§. 432. Eodem modo ut supra se res habet. Ubi non dicitur templum nisi cum sociatæ sunt decem sanctitates.

432. כגוונא דלעילא דלא אתקרי היכל אלא כד אתחברן עשר קדושות.

§. 433. Et didicimus. Omnia dependent ab influentia, quæ est filum illud, à quo omnes pili dependent.

433. ותאנא הכל תלוי במזל דאיהו האי חוטא דכל שערין תליין ביה.

§. 434. Cur dicitur influentia? quia ab ea dependent influentiæ, & influentiæ influentiarum: & ab ea (*veniunt*) supera & infera.

434. אמאי מזל משום דמניה תליין מזלי ומזלי ומניה עלאין ותתאין.

§. 435. Et propterea illa dependet, & in ea pendent omnes res mundi, superæ & inferæ; imò etiam Liber Legis, qui in templo est, & coronatur decem sanctitatibus, non exceptus est hinc cum cæteris sanctis: & omnia dependent ab ea.

435. ובגבכ איהו תליא וביה תליין כל מלי דעלמא עלאין ותתאין ואפי סת שבהיכל דמתעטר בעשר קדושות לא נפיק מכללא עם שאר קדושין וכלהו תליין בהאי.

§. 436. Et qui aspicit istam formam, coram illo subiguntur & inflectuntur [*al. addunt pec-*

436. ומאן דחמי להאי תקונא

cata

cata] juxta id quod scriptū est: יכבוש עונותינו subjiciet iniquitates nostras.

אתכבשן (סא חוביהון) מקמיה ומתכפיין הה״ד יכבוש עונותינו.

§. 437. Dixit ipsi R. Schimeon: Benedictus sis, fili mi, Sancto Sanctorum, Seniori præ omnibus.

437. אל ר״ש בריך ברי לקודשא דקודשין עתיק מכלא.

SECTIO XX.

De parte nona Barbæ Macroprosopicæ.

§. 438. Conformatio nona: Miscentur pili cum illis pilis, qui dependent, nec unus præminet alteri: Surge R. Abba.

438. תקונא תשיעאה מתערבין שערי עם אינון שערי דתליין ולא נפקין דא עם דא · קום ר׳ אבא.

§. 439. Surrexit R. Abba & dixit: Isti sunt pili illi, qui miscentur cum his, qui dependent, vocanturque profunda maris, quia exeunt de superfluitatibus cerebri.

439. קם ר׳ אבא ואמר אלין אינון שערי דמתערבין עם אינון דתליין אקרון מצולות ים משום דנפקי ממותרי מוחא.

§. 440. Et ex illo loco ejiciuntur omnes Domini exactores debitorum humanorum & subiguntur.

440. ומהאי אתרא רמיו כל מארי דתבעין חובא דבני נשא ומתכפיין.

§. 441. Dixit R. Schimeon: Benedictus sis à Sene dierum.

441. א״רש בריך תהא לעתיק יומין.

SECTIO XXI.

De parte decima & undecima Barbæ Macroprosopi.

§. 442. Conformatio decima. Descendunt pili sub barba, & integunt guttur sub barba. Surge R. Jehuda.

442. תקונא עשיראה נחתין שערי תחות דיקנא וחפיין בגרונא תחות דיקנא · קום ר׳ יהודא.

§. 443. Surrexit R. Jehuda, incepitque & dixit: [*Jes.* 2. *v.* 19.] Et introibunt in speluncas petrarum, & in cavitates terræ à facie formidinis Domini exercituum, & à gloria altitudinis ejus, cùm ille surget ad excutiendam terram.

443. קם ר׳ יהודא פתח ואמר ובאו במערות צורים ובמחלות עפר מפני פחד יי׳ וגו׳. Cremonens. fol. 64. col. 254.

§. 444

§. 444. A facie formidinis Domini: notum sane est, quod ille qui exterior est, formido Domini vocetur:

444. מִפְּנֵי פַּחַד יְיָ הָא אִתְיְדַע דְּמַאן דְּאִיהוּ פַּחַד יְיָ אִתְקְרֵי׃

§. 445. Et à gloria altitudinis ejus. Isti sunt pili sub barba, & vocantur, gloria altitudinis ejus.

445. וּמֵהֲדַר גְּאוֹנוֹ אִינּוּן שַׂעְרֵי דִּתְחוֹת דִּיקְנָא וְאִתְקְרוּן הֲדַר גְּאוֹנוֹ׃

§. 446. Duæ (*autem concurrunt*) Dabis veritatem Jacobo: (quæ est decima.)

446. תְּרֵי תִּתֵּן אֱמֶת לְיַעֲקֹב׃

§. 447. Et undecima, quod non præmineat pilus præ pilo, Misericordiam Abraham.

447. וְחַד סַר דְּלָא נַפְקָא נִימָא מִן נִימָא׃ חֶסֶד לְאַבְרָהָם׃

SECTIO XXII.

De parte duodecima Barbæ Macroprosopi:

§. 448. Conformatio duodecima est, quod pili non pendent super os, & os vacuum est ex omni parte, & pili pulchri circumcirca illud: ne inveniatur molestia, sicut necessarium est.

448. תִּקּוּנָא דְּתְרֵיסַר דְּלָא תַּלְיָין שַׂעְרֵי עַל פּוּמָא וּפוּמָא אִתְפְּנֵי מִכָּל סִטְרִין וְיָאָן שַׂעְרֵי סְחוֹר סְחוֹר לֵיהּ בְּגִין דְּלָא אִשְׁתַּכַּח טַרְחוּתָא כְּמָה דְּאִצְטְרִיךְ׃

§. 449. Molestia (*autem*) in quo consistit? Nimirum dici solet: Si judicium est in loco judicii [al. si judicium sequitur post judicium] molestia oritur.

449. טַרְחוּתָא בְּמַאי קָא מַיְירֵי דִּינָא בְּאֲתַר דִּינָא טַרְחוּתָא אִשְׁתַּכַּח׃

§. 450. An ergo pili barbæ molestia sunt aut judicium sunt? atqui organa [al. omnes] misericordiæ esse videntur.

450. וְכִי שַׂעְרֵי דְּדִיקְנָא טַרְחָא אִינּוּן אוֹ דִּינָא אִינּוּן וְהָא כְּלֵי רַחֲמֵי אִתְחֲזוּן׃

§. 451. Nimirum id propterea dicitur, quod non molesti sint efflatui Spiritus ad Microprosopum.

451. אֶלָּא דְּלָא אִתְטְרַח בְּיִשּׁוּבָא (סָא בְּנְשׁוּבָא) דְּרוּחָא דִּזְעֵיר אַפִּין׃

§. 452. Didicimus enim, quod ex illo ore sancto excelso Sancti Sanctorum effletur spiritus.

452. דְּתָאנָא מֵהַאי פּוּמָא קַדִּישָׁא עִלָּאָה קֹדֶשׁ קָדָשִׁים נָשְׁבָא רוּחָא׃

§. 453. Quis Spiritus? Spiritus, qui effunditur in eum [al. qui adhæret ei,] ut eo vestiatur; sc. Microprosopus.

453. מַאי רוּחָא׃ רוּחָא דְּאִיתְרַק (סָא דְּאִיתְרַבֵּ׳) בֵּיהּ דְּאִתְלַבַּשׁ בֵּיהּ זְעֵיר אַפִּין׃

§. 454. Et illo Spiritu vestiuntur omnes, qui inferius sunt. Et cùm Spiritus ille exit, tunc di-

454. וּמֵהַאי רוּחָא מִתְלַבְּשִׁין כָּל

viditur in 37000 latera, quorum quodlibet solum expanditur in locum suum.

אינין דלתתא וכד ההוא רוחא נפיק אתפרש לתלתין ושבעה· אלף עיבר ואתפשט (סא ואתפרשא) כל חד בלחודוי לאתריה.

§. 455. Et quilibet qui dignus est vestiri, ab illo vestitur.

455. וכל מאן דאתחזי לאתלבש' מניה אתלבש.

§. 456. Et propterea pili non inveniuntur super os sanctum, quia spiritus ejus exit; nec oportet aliud quid misceri cum eo & appropinquare ei.

456. ועל דא שערין לא אשתכחו על פומא קדישא משום דרוחיה נפיק ולא בעי מלה אחרא לאתערבא ביה ולקרבא בהדיה.

§. 457. Et illud occultatum est maximè, quod (ipsi) non adhærescit aliquid nec sursum nec deorsum vergens: & ipsum est absconditum in occulto occultorum, ut sciri nequeat.

457. ודא היא טמירותא דכלא דלא אתדבק לא לעילא ולא לתתא והוא סתים בסתימא דסתימין דלא אתידע.

§. 458. Istud verò non formatum est, nec est in eo dispositio.

458. דא הוא דלא אתתקן ולא הוה בוה תקונא.

§. 459. Et propterea Spiritus ille, qui procedit ad exteriora, & quô vestiuntur Prophetæ veri, dicitur Os Domini.

459. ובגין כך רוח דנפיק לבר ומתלבשין ביה נביאי מהימנידה אתקרי פה יי.

§. 460. Sed in hoc Seniore Seniorum non exponitur, nec est qui sciat Spiritum ejus, præter eum ipsum.

460. אבל בהאי עתיקא דעתיקין לא אתפרש ולית מאן דידע רוחיה בר איהו.

§. 461. Et propterea pili ejus æquales sunt circa os; & hoc nudatum est ab omni parte.

461. ובגין כך שערוי שקילין סוחרניה דפומא ואתפני מכל סטרוי.

§. 462. Et in hoc confisi sunt Patres nostri, ut vestirentur illo Spiritu, qui expanditur in multa latera in loco, quo omnes pili æquales sunt circumcirca.

462. ובהאי אתרחיצו אבהתנא לאתלבשא בהאי רוחא דמתפשט לכמה עברין באתר דכל שערי שקילין בסוחרנוי.

§. 463. Hoc est illud quod scriptum est in loco Michæ: quam jurasti Patribus nostris.

463. הדא הוא דכתיב אשר נשבעת לאבותינו.

§. 464. Et hæc est conformatio san-

464. ודא הוא תקונא קדישא עלאה

&a excelsa dodecadum; è qua catenatim dependent 12 termini suprà, & 12 termini infrà: 12 termini secundum 12 tribus Patrum.

דתריסר דמכאן אשתלשלו יב תחומין לעילא · ויב תחומין לתתא · יב תחומין לי״ב שבטי אבהתא·

§. 465. Istud est quod scriptum l. c. Quam jurasti Patribus nostris.

465. הדא הוא דכתיב אשר נשבעת לאבותינו:

SECTIO XXIII.

De parte decima tertia Barbæ Macroprosopi.

§. 466. Conformatio decima tertia. Pili, qui sub barba hinc & inde pendent in dignitate pulchra, & in dignitate decora, & tegumentum præbent usque ad scrobiculum, & nihil videtur de facie areolarum aromaticarum, præter illa poma pulchra alba.

466. תקוני דתליסר תליין שערי דתחות דיקנא מכאן ומכאן ביקרא יאה וביקרא שפירא וחפיין עד טבורא ולא אתחזיין מאנפי תקרובא דבוסמא בר אינון תפוחין שפירן חוורין·

§. 467. Dixit R. Schimeon: ô quam beata est portio ejus, qui invenitur in hac Synodo sancta excelsa, in qua nos sumus! Beata est portio ejus in mundo hoc & in mundo venturo.

467. אמר רבי שמעון זכאה חולקיה דמאן דאשתכח בהאי אדרא קדישא עלאה דאנן ביה זכאה חולקיה בעלמא דין ובעלמא דאתי

§. 468. Nos enim sedemus in sanctitate excelsa, quæ (al. leg. in igne excelso, qui) circundat nos.

468. דאנן יתבין בקדושא עלאה ואסחר לן (סא בין סא ביה אשא עלאה אסחר לן)·

§. 469. Et omnes istæ formæ excelsæ in formam Barbæ sanctam coordinantur & coronantur & circumcirca locantur in loca sua.

469. והאי כל תקונין עלאין לדיוקנא דדיקנא קדישא אתתקנו ואתעטרו ואסחרו לדוכתייהו·

§. 470. Et hæc conformatio decima tertia est dispositio pulchra, quæ tantum excitat in se desiderium, ut caput erigendum sit versus eam.

470. והאי תקונא דתליסר הוא תקונא יאה דביה אחידן כסופא למזקף רישא לקבליה·

§. 471. Ab ea dependent omnia illa, quæ in Microprosopo comprehenduntur: Ab ea dependent supera & infera.

471. מניה תליין כל אינון דבזעיר אנפין אחידן · מניה תליין עלאין ותתאין·

§. 472. Hæc est forma perfectionis, quæ consummat omnes dispositiones, quæque perficit omnia.

472. דא הוא תקונא שלימתא דאשלים לכל תקונין דא אשלים לכלא·

§. 473. Traditione didicimus. Istæ partes vocantur dies Kedem, antiqui, dies primi primorum. Illæ verò quæ reperiuntur in Microprosopo, vocantur dies Olam s. seculi.

473. תָּאנָא אִלֵּין תִּקּוּנִין אִקְרוּן יְמֵי קֶדֶם אִקְרוּן יוֹמִין קַדְמָאִין דְּקַדְמָאֵי וְאִינּוּן דְּאִשְׁתַּכְחוּ בִּזְעֵיר אַפִּין אִקְרוּן יְמֵי עוֹלָם׃

§. 474. Et didicimus. Illi dies Kedem omnes conformantur in formis barbæ, in quibus componitur Senior Seniorum; occultus occultorum. Hæc autem decima tertia comprehendit illas.

474. וְתָאנָא אִלֵּין יְמֵי קֶדֶם כֻּלְּהוּ מִתְתַּקְּנִן בְּתִקּוּנָא דִּדְיוּקְנָא (ס״א דְּדִיקְנָא) דְּעַתִּיקָא דְּעַתִּיקִין טְמִירָא דִּטְמִירִין כָּלִיל בְּהוֹן וְהַאי דִּתְלֵיסַר כָּלִיל לְהוֹן׃

§. 475. Et omnia abscondita superiora & inferiora absconduntur in ea, & comprehenduntur in illa influentia, à qua emanant omnia: sicut dictum est.

475. וְכָל גְּנִיזִין עִלָּאִין וְתַתָּאִין גְּנִיזִין בֵּיהּ וּבֵיהּ כְּלִילָן בְּהַאי מַזָּלָא דְּמִתַּזְּלֵי מִנֵּיהּ כֹּלָּא כְּמָה דְּאִתְּמַר׃

§. 476. Et ista dies non comprehenditur in eis; sed ipse comprehendit omnia.

476. וְדָא יוֹמָא לָא אִתְכְּלִיל בְּהַדַּיְיהוּ אֶלָּא הוּא כָּלִיל כֹּלָּא׃

§. 477. Et illô tempore, quo excitabitur Senex dierum in conformationibus superioribus, illa dicitur dies una, in qua instituit magnificare barbam suam.

477. וּבְהַהוּא זִמְנָא דְּאִתְּעַר עַתִּיק יוֹמִין בְּתִקּוּנִין דִּלְעֵילָּא הַהוּא אִתְקְרֵי יוֹם אֶחָד דְּבֵיהּ זַמִּין לְאוֹקִיר דִּיקְנֵיהּ׃

§. 478. Quod innuitur verbis illis [*Zach.* 14. *v.* 6.] Dies una quæ nota Domino.

478. הֲדָא הוּא דִּכְתִיב יוֹם אֶחָד הוּא יִוָּדַע לַיְיָ׃

§. 479. Illa sola prævalet omnibus; illa includit omnia, illa vocatur nomine noto.

479. הוּא בִּלְחוֹדוֹי יַתִּיר מִכֹּלָּא · הוּא דְּכָלִיל כֹּלָּא הוּא דְּאִתְקְרֵי בִּשְׁמָא יְדִיעָא׃

§. 480. Sic enim didicimus. Eo in loco, ubi dies est, & nox est: cum non sit dies sine nocte:

480. דִּתְנִינָן בַּאֲתַר דְּאִית יוֹם אִית לֵילֵה דְּלֵית יוֹם בְּלָא לֵילֵה׃

§. 481. Sed quia illo tempore tempus erit dignitatis Barbæ, illa (*dies*) sola invenietur.

481. וּמִשּׁוּם דְּהַהוּא זִמְנָא זְמַן יְהֵא דִּיקָרָא דְּדִיקְנָא וְהוּא בִּלְחוֹדוֹי יִשְׁתְּכַח׃

§. 482. Non (*vocatur*) dies nec nox: non enim dies dicitur nisi ex parte nostri, nec nox dicitur nisi ex parte nostri.

482. לָא אִתְקְרֵי לָא יוֹם וְלָא לֵילֵה דְּלֵית יוֹם אִקְרֵי אֶלָּא מִסִּטְרָא דִּילָן וְלֵית לֵילֵה אִקְרֵי אֶלָּא מִסִּטְרָא דִּילָן׃

§. 483. Et quia ista forma includit omnia, hinc non cognoscitur, nec videtur de ea (*quicquam.*)

483. וּמִשּׁוּם דְּהַאי תִּקּוּנָא כָּלִיל כֹּלָּא לָא אִתְיְדַע וְלָא אִתְחֲזֵי מִנֵּיהּ׃

§. 484. Et de ea manat oleum magnificentiæ in tredecim latera, quæ scaturiunt versus omnia illa inferiora ut luceant.

484. ומנידה נגיד משחא דרבותא לתליסר עיבר מבועין לכל אינון דלתתא דנהרין׃ Cremonens. col. 255.

§. 485. Illo oleo consummantur tredecim partes Barbæ sanctæ excelsæ.

485. בההוא משחא אתתקנו תליסר תקונין דדיקנא קדישא עלאה׃

§. 486. Et illæ formæ, quæ in illa Barba, disponuntur & descendunt in multa latera; nec videntur quomodo extendantur, & quomodo egrediantur.

486. ואלין תקונין דבהאי דיקנא מתתקנן ונחתן לכמה עיבר ולא אתחזין היך מתפשטין והיך נפקין׃

§. 487. Omnibus absconditæ & omnibus occultatæ sunt: & nemo novit locum ad hunc antiquum.

487. מכלא אסתימו ומכלא אתטמרי לית דידע אתר להאי עתיקא׃

§. 488. In expansione illarum omnes illæ includuntur, sicut dictum est.

488. כפשיטותא דלהון כלהון כלילן כמה דאתמר׃

§. 489. Cognoscitur & non cognoscitur; occultatur & non occultatur.

489. אתידע ולא אתידע טמיר ולא טמיר׃

§. 490. De eo legitur [*Jes.* 42. *v.* 8.] Ego Dominus, hoc nomen meum, & gloriam meam alii non dabo.

490. עליה אתקרי אני יי הוא שמי וכבודי לאחר לא אתן׃

§. 491. Et scriptum est [*Psal.* 100. *v.* 2.] הוא Ipse fecit nos, & non ipsi nos.

491. וכתיב הוא עשנו ולא אנחנו׃

§. 492. Et scriptum est [*Dan.* 7. *v.* 9.] Senex dierum sedit: id est, in loco suo residet; & nemo cognovit illum. Sedet, sed non adest.

492. וכתיב יעתיק יומין יתיב באתריה יתיב ולית דידע ליה יתיב ולא שכיח׃

§. 493. Et scriptum est [*Psal.* 139. *v.* 14.] Confitebor tibi propterea, quod terribilibus mirificatus sum &c.

493. וכתיב אודך על כי נוראות נפלאתי וגו׳׃

SECTIO XXIV.

Conclusio de Macroprosopo.

§. 494. Dixit R. Schimeon ad socios: Cum expanderetur Velum illud, [*per quod intelligitur ipsa repræsentatio Barbæ Macroprosopi,*] quod vos videtis super nos: ego vidi, quod omnes formæ descen-

494. אמר רבי שמעון לחבריא כד אתפריס פריסא דא דאתון חמאן עלנא אנא חמינא דנחתו כל תקונין בגווה ונהירו באתר דא׃

derent

descenderent in illud; & fulgeant in loco illo. [*Jam quasi dicturus sit* אָמֵן, finitô scilicet discursu de Macroprosopo hanc particulam per subsequens ænigma describit.

§. 495. Et aulæum quoddam, splendor Dei sanctissimi benedicti [*al. apertura Sanctitatis: per hoc autem intelligitur Tetragrammaton, quod una cum nomine* ארני *Efficit numerum vocis* אמן *id est. 91.*] expanditur per quatuor columnas in quatuor latera [*quæ sunt quatuor literæ, quibus aream dicit cingi.*]

495. וְחַד פְּרוּכְתָא בּוּצִינָא דְקוּדְשָׁא בְּרִיךְ הוּא (סָא בוּסִיטָא דְקְדוּשָׁא) פְּרִיסָה בְּאַרְבַּע סַמְכִן לְאַרְבַּע עִיבַר.

§. 496. Columna una locata est ex imis ad summa, [*hoc est, Regnum Emanativum, basis & imum totius Emanationis, quod ab imo columna media ascendere dicitur, usque ad summitatem Coronæ.*]

496. סַמְכָא חַד הוּא יָתִיב מִתַּתָּא לְעֵילָא. Mantuan. fol. 135.

§. 497. Et uncus quidam focarius in ea [*sicut enim ignis in altari nudis manibus tangi non poterat: sic Nomen illud Tetragrammaton ore contingi & pronunciari non potest, sed tangitur & producitur per* ארני, *quod est,* שֵׁם *nomẽ ej9;* מגרופיא *enim &* שֵׁם *ambo efficiunt 340.*] & in unco focario quatuor uncinuli clavibus similes acuti ex omni parte [*talis enim erat forma clavium, ut velut uncino pessulus reduceretur. Intelliguntur autem 4. literæ nominis* ארני, *quæ inseruntur & innectuntur 4. literis Tetragrammati hoc modô* יאהדונה] qui apprehendunt velum, & illud deducunt è superioribus deorsum.

497. וְחַד מַגְרוּפְיָא בִּידֵיהּ וּבְמַגְרוּפְיָא אַרְבַּע מַפְתְּחָן שְׁנִינָן (סָא שַׁנְיָין) מִכָּל סִטְרוֹי וּמִתְאַחֲדֵי פַּרְסָא וְנַחְתִּין לֵיהּ מֵעֵילָא לְתַתָּא.

§. 498. Et sic in columna secunda, & tertia & quarta (*id est, quatuor literæ quatuor literis applicantur, ut dictum est.*)

498. וְכֵן לְסַמְכָא תִּנְיָינָא וּתְלִיתָאָה וּרְבִיעָאָה.

§. 499. Et inter columnam unam & inter alteram continentur 18. bases columnarum [*hic intelligitur Nomen expositum per septuaginta duo sive nomina sive numeros: utrumque enim pertinet ad Macroprosopum, nam octodecim quater sumta efficiunt 72.*] & fulgent in fulgore [*al. in apertura*] sculpturarum, quæ in illo velo: & sic per omnia quatuor latera. [*Per sculpturas intelligitur expositio Nominis Tetragrammati.*]

499. וּבֵין סַמְכָא לְסַמְכָא אֲחִידָן תְּמַנֵיסַר רַגְלֵי דְסַמְכִין וּמִתְנַהֲרִין בְּבוּצִינָא דְגְלִיפִין (סָא בְּבוּסִיטָא דִגְלִיפִין) בְּהַהוּא פַּרְסָא וְכֵן לְאַרְבַּע עִיבַר.

§.500. Video illas formas, quæ lucent super eo, & expectant verba de ore nostro, ut coronentur & attollantur singula in locum suum.

§.501. Et cùm expositæ sunt ore nostro singulæ ascendunt, & coronantur, & disponuntur in illo ordine, qui hîc dispositus est ex quolibet ore cujuscunque [al. per halitum cujusvis] de nobis.

§.502. Et quando quis ex nobis aperit os, ut loquatur de aliqua conformatione, illa forma locatur & expectat vocem, quæ egreditur ex oribus vestris: & tunc hæc ascendit in locum suum & coronatur.

§.503. Et omnes columnæ hinc & inde gaudent [*hic intelliguntur animæ sanctæ, quæ antea fuerant columnæ & præsides Scholarum, & huc advenisse dicuntur:*] quod audiant aliquid quod ignoraverant. Et auscultant vocibus vestris multi currus, [*i. e. Angeli currum Dei constituentes,*] hic stantes propter vos.

§.504. O beatos vos in mundum venturum! quia omnia verba, quæ egrediuntur ex ore vestro, omnia sancta, omnia recta sunt, quæ non aberrant sive ad dextram, sive ad sinistram.

§.505. Deus Sanctissimus & Benedictus gaudet audire ea; & auscultat illis verbis, donec Ipse consumet [*al. ferat*] sententiam: nam in mundo venturo altera vice omnia hæc verba sancta numerabuntur.

§.506. De vobis scriptum est [*Cant. 7. v. 9.*] Et palatum tuum sicut vinum optimum vadens ad dilectum meum, ad rectitudines, faciens loqui labia dormientium.

§.507. Quid est; faciens loqui labia

500. חָמֵינָא אִלֵּין תִּקּוּנִין דְּנַהֲרִין עֲלֵהּ וְהָווּ מְחַכָּאן מִלֵּי דְפוּמָנָא לְאִתְעַטְּרָא וּלְאִסְתַּלְּקָא כָּל חַד בְּאַתְרֵיהּ·

501. וְכַד הֲווּ מִתְתַּקְּנָן מִפּוּמָנָא כָּל חַד וְחַד סָלִיק וְאִתְעַטַּר וְאִתְתַּקַּן בְּהַהוּא תִּקּוּנָא דְאִתְתַּקַּן הָכָא מִכָּל (ס״א בְּהַבָל וְכָל) פּוּמָא דְחַד מִנָּן·

502. וּבְשַׁעְתָּא דְחַד מִנַּן פָּתַח פּוּמָא לְתַקְּנָא בְּהַהוּא תִּקּוּנָא הַהוּא תִּקּוּנָא הֲוָה יָתִיב וּמְחַכֶּה לְמִלָּה דְנָפִיק מִפּוּמַיְכוֹן וּכְדֵין סָלְקָא בְּדוּכְתֵּיהּ וְאִתְעַטַּר·

503. וְכָל סַמְכִין מִכָּאן וּמִכָּאן חַדְאָן עַל דְּשָׁמְעִין מַה דְּלָא יָדְעוּ · וְצַיְיתִין לְקָלֵיכוֹן כַּמָּה רְתִיכִין קַיְימִין הָכָא בְּגִינַיְיכוֹן·

504. זַכָּאִין אַתּוּן לְעָלְמָא דְאָתֵי דְּכֻלְּהוּ מִלֵּי דְנָפְקֵי מִפּוּמַיְכוֹן כֻּלְּהוּ מִלִּין קַדִּישִׁין מִלֵּי כַּשְׁרָן דְּלָא אַסְטָאָן לִימִינָא וְלִשְׂמָאלָא·

505. קֻ״בָּ״ה חָדֵי לְמִשְׁמַע וְצַיְיתֵי לְהָנֵי מִלֵּי עַד דְּהוּא אַגְמַר (ס״א אַגְזַר) דִּינָא דִי לְעָלְמָא דְאָתֵי תִּמְנִין זִמְנָא אַחֲרָא כָּל הָנֵי מִלֵּי קַדִּישִׁין·

506. עֲלַיְיכוּ כְּתִיב וְחִכֵּךְ כְּיֵין הַטּוֹב וְגוֹ׳ דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים·

507. מַאי דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים דַּאֲפִילוּ

dormientium? quod etiam in mundo venturo labia veſtra prolatura ſint verba legis ante eum.

לעלמא דאתי מרחשן שפוותייכו אורייתא קמיה׃

SECTIO XXV.

Ingreſſus de Macroproſopo.

§. 508. Nunc diſponite vos & applicate Scientiam ad deſcribendum, quomodo conformentur partes Microproſopi, & quomodo veſtiatur Conformationibus ſuis, à formis Senis dierum, Sancti Sanctorum, abſconditi abſconditorum, occultati omnibus.

508. השתא אתתקנו ואתכוונו דעתא למתקן תקונוי דזעיר אפין היך יתתקן והיך יתלבש בתקונוי מתקוני עתיק יומין קדישא דקדישין טמירא דטמירין טמירא מכלא׃

509. Jam enim obligati eſtis, [al. Sapientia vobis opus eſt,] ut judicetis judicium verum, pulchrum & decorum; utque diſponatis omnes conformationes quàm accuratiſſimè.

509. דהשתא חובתא (סא חכמתא) עלייכו למגזר דינא קושטאה יאה ושפירא ולאתקנא כל תקונין על בורייה׃

§. 510. Conformationes autem Microproſopi diſponuntur à formis Macroproſopi; & conſtitutiva ejus expanduntur hinc & inde ſub figura humana, ut dominetur [al. ut educatur] in eo Spiritus occulti ex omni parte:

510. תקוני דזעיר אפין מתקוני דאריך אפין אתתקנו ואתפשטו תקונוי מכאן ומכאן כחיזו בר נש למשלטא (סא דמשלפא) ביה רוחא דטמירא מכל סטרין׃

§. 511. Ut locari poſſit ſuper Throno, quia ſcriptum eſt [Ez. 1. v. 26.] Et ſuper ſimilitudine ſolii, ſimilitudo ſicut aſpectus hominis ſuper eum deſuper.

511. בגין למיתב על כורסייא דכתיב ועל דמות הכסא דמות כמראה אדם עליו מלמעלה׃

§. 512. Sicut aſpectus hominis; quoniam includit omnes formas. Sicut aſpectus hominis: quoniam includit omnia nomina; ſicut aſpectus hominis, quoniam includit omnia arcana, quæ dicta ſunt & propoſita, antequam crearetur mundus, quamvis non ſubſtituerint.

512. כמראה אדם דכליל כל דיוקנין׃ כמראה אדם דכליל כל שמהן׃ כמראה אדם דביה סתימין כל עלמין עלאין ותתאין׃ כמראה אדם דכליל כל רזין דאתאמרו ואתתקנו עד דלא אברי עלמא ואע״ג דלא אתקיימו׃

SECTIO

SECTIO XXVI.

De Regibus Edomiticis.

§. 513. Didicimus in Libri Mysterio. Senior Seniorum, antequam pararet Conformationes suas, exstruxit Reges, collegit Reges, & proportionem dedit Regibus: sed non substiterunt, donec expelleret [al. relinqueret] eos: & occultavit eos in aliud tempus.

513. תאנא בצניעותא דספרא עתיקא דעתיקין עד לא זמין תקוני באני מלכין כנס מלכין ומשער מלכין ולא הוו מתקיימי עד דדחי (סא דאנח) לון ואצנע לון לבתר זמנא. Emek. ham. fol. 67.c.

§. 514. Id innuitur in his verbis [*Gen.* 36. *v.*31.] Et isti sunt Reges, qui regnarunt in terra Edom. In terra Edom, id est, in loco, in quo omnia judicia consistunt.

514. הה״ד ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום· בארץ אדום באתר דכל דינין מתקיימין תמן·

§. 515. Omnes autem isti non substiterunt, donec Caput album Senioris Seniorum dispositum fuit.

515. וכלהו לא אתקיימו עד דרישא חוורא עתיקא דעתיקין אתתקן·

§. 516. Cum hoc conformatum fuit, (*ipsum porro*) disposuit omnes conformationes inferiores; & dispositæ sunt omnes formæ superiores & inferiores.

516. כד אתתקן תקין כל תקונין דלתתא· תקון כל תקונין דעלאין דתתאין·

§. 517. Inde d scimus, nisi caput populi, quodcunque illud fuerit, debitè priùs sit constitutum, quod populus non redigatur in ordinem. Si enim illud ritè fuerit dispositum, omnia ordinantur; si verò illud non prius disponitur, nec populus disponi poterit.

517. מכאן אוליפנא כל רישא דעמא דלא אתתקן הוא בקדמיתא לית עמא מתתקנא ואי איהו מתתקן כולו מתתקנן: ואי איהו לא מתתקן בקדמיתא לא יכלין עמא לאתתקנא·

§. 518. Unde id nobis? à Sene dierum. Antequam enim ille disponeretur in conformatione sua, non ordinatum est quicquam, quod ordinandum erat; & omnes illi mundi vastati sunt.

518. מנלן מעתיק יומין דעד לא אתתקן הוא בתקונוי לא אתתקנו כל אינון דבעו לאתתקנא וכלהו עלמין אתחרבו·

§. 519. Id quod innuunt verba hæc [*l. c. v.*32.] Et regnavit in Edom Bela filius Beor.

519. הה״ד וימלוך באדום בלע בן בעור·

§. 520. Et regnavit in Edom. Hic arcanum quoddam [al. venerandum] latet; innuitur enim locus, ubi omnia judicia colligantur & inde dependent.

520. וימלוך באדום רזא חדא (סא יקירא) הוא אתר דכל דינין מתקטרין תמן ותליין מתמן· Cremonens col. 256.

§. 521. Bela filius Beor. Traditio. Hic denotat decretum judiciale rigorosissimum, cujus causa congregantur millies mille autores ejulatûs & planctûs.

521. בלע בן בעור תאנא הוא גזרת דינא תקיפא דתקיפין דבגיניה מתקטרין אלף אלפין מארי דיבבא ויללה·

§. 522. Et Nomen urbis ejus Dinhaba. Quid est דנהבה? Quasi diceretur: Judicium da, sicut scriptum est [*Prov.* 30. v.16.] Fato duæ sunt filiæ, da, da.

522. ושם עירו דנהבה מאי דנהבה כלומר דין הבה · כמא לעלוקה שתי בנות הב הב·

§. 523. Cùm autem ascendit (*in animum ejus*) [*vid. inf.* §. 133.] ut componeretur eo, (*modo*) non substitit, & non potuit consistere: quare? propterea quod Homo nondum constitutus erat.

523. כיון דסליק לאתישבא ביה לא קאים ולא הוה יכיל למיקים מט משום דאדם לא אתתקן·

§. 524. Quæ ratio? quia constitutio Hominis in formâ continet omnia, & omnia in illa disponi possunt.

524. מט דתקינא דאדם בדיוקניה כליל כולא ויכיל כלא לאתישבא ביה·

§. 525. Et quia constitutio ista Adami non inveniebatur, non poterant subsistere nec componi; & aboliti sunt.

525. ובגין דתקונא דא דאדם לא אשתכח לא יכילו למיקם ולאתישבא ואתבטלו·

§. 526. Aboliti ne? atqui omnia illa includuntur in Homine. Verum enim verò (*ita*) aboliti sunt, ut sublati sint ex ista forma, donec proveniret repræsentatio Adami.

526. ואתבטלו סד והא כלהו באדם אתכלילן אלא אתבטלו ואסתלקו מההוא תקונא עד דייתי תקונא דאדם·

§. 527. Cum autem venit ista forma configurata [al. recollecta], sunt omnia & redierunt in statum alium.

527. וכד אתא האי דיוקנא אתגלפו (סא אתכללו) כלהו ואתחזרו לקיומא אחרא·

§. 528. Ex iis quidam mitigati & non mitigati sunt; quidam autem planè non sunt mitigati.

528. מנהון אתאסמו (סא מנהון אתבסמו ולא אתבסמו) ומנהון לא אתבסמו כלל·

§. 529. Et si dicis: Atqui scriptum est l.c. Et mortuus est: Id verò notat quod aboliti sint omninò. Respondeo: Sic non esse: sed quicunque descendit de gradu suo priori, in quo antea erat, de eo dicitur in *Scriptura*; quod sit mortuus.

529. ואי תימא והא כתיב וימת · וימת · דאתבטלו לגמרי · לאו הכי · אלא כל מאן דנחית מדרגא קדמאה דהוה ביה קארי ביה מיתה·

§. 530. Sicut scriptum est [*Exod.* 2.

530. כדא וימת מלך מצרים דנחת

*v.*23.] Et mortuus est Rex Ægypti (*ubi sensus est*) quod descenderit ex illo gradu priori in quo stetit.

מרנא קדמאה דהוה קם ביה׃

§. 531. Postquam autem constitutus est Adam, vocati sunt nominibus aliis, & mitigati sunt in statum permanentem, per illum: & consistunt in loco suo, & omnes vocantur nominibus aliis & non prioribus.

531. וכיון דאתתקן אדם אתקרון
שמהן אחרן ואתבסמו בקיומא ביה
קיימין בדוכתייהו׃ וכלהו אתקרון
בשמהן אחרנין מן קדמאין׃

§. 532. Exceptô illo, de quo scriptum est [*Gen.*36.*v.*39.] Et nomen Uxoris ejus Mehetabeel filia Mitrad, filia Mesahab.

532. בר ההוא דכתיב ביה ושם אשתו
מהיטבאל בת מטרד בת מי זהב׃

§. 533. Quam ob causam? quia isti non aboliti fuerunt sicut cæteri. Quamobrem? quia fuerunt mas & fœmina: sicut est palma, quæ non alta fit nisi sit mas & fœmina.

533. מט משום דהני לא אתבטלו׃
כשאר אחרנין. מט משום דהוו דכר
ונוקבא כהאי תמרא דלא סלקא אלא
דכר ונוקבא׃

§. 534. Et propterea nunc inveniuntur mas & fœmina, & non legitur de iis, quod mortui sint, sicut cæteri sed stabiles permanserunt.

534. ובגין השתא דאשתכחו דכר
ונוקבא לא כתיב בהו מיתה כאחרנין
ואתקיימו׃

§. 535. Sed non compositi sunt donec conformaretur forma hominis [*superni.*] Postquam autem constituta est forma Adami (*superni*) restituti sunt in stationem aliam & in ordinem venerunt.

535. אבל לא אתיישבו עד דאתתקן
דיוקנא דאדם · וכיון דאתתקן דיוקנא
דאדם אתחזרו ואתקיימו בקיומו אחרא
ואתיישבו׃

SECTIO XXVII.

De Cranio Microprosopi; & annexis; aëre scilicet subtili & igne atque rore.

§. 536. Traditio. Cum Caput album sibi proponeret ornatum superaddere ornatui suo, constituit, paravit & produxit ex splendore intensi luminis scintillam unam. Flavit in eam & refriguit [al. & conformata est.]

536. תאנא כד סליק ברעותא דרישא
חוורא למעבד יקרא ליקריה תקין ותמין
ואפיק מבוצינא דקרדינותא חד ניצוצא
נשב ביה אתתקר (סא אתתקן)

§. 537. Et pergebat propositum ejus; & extensa est in trecenta & septuaginta latera.

537. וסליק רעותיה ואתפשט לתלת
מאה ושבעין עיבר׃

§. 538. Et scintilla substitit, & expectavit donec egrederetur aër purus, qui circumvolvebatur: factaque extensione ulteriori prodiit cranium quoddam durum in quatuor latera.

538. ותיצוצא קאים ושארי נפיק אוירא רכיא ומתגלגלא ואתפשט ונפיק חד גולגלתא תקיפא לארבע סטרין.

§. 539. Et in illo aëre puro absorpta est scintilla & comprehensa & in eo inclusa.

539. ובהאי אוירא דכיא אשתאיב ניצוצא ואתאחד וכליל (סא ואתכליל) ביה.

§. 540. In illóne putas? (*non.*) verum occultata est in eo.

540. ביה סד אלא אתטמר ביה.

§. 541. Et propterea istud cranium expansum est in latera sua: Et iste aër est res occultissima Senis dierum.

541. ובגין האי גולגלתא אתפשט בסטרוי והאי אוירא הוא טמיר דטמירין דעתיק יומי.

§. 542. In Spiritu, qui reconditus est in illo cranio expanduntur, Ignis ex parte una, & aër ex parte altera. Et aër subtilis versatur super isto ex hoc latere, & Ignis subtilis versatur ex illo latere.

542. ברוחא דגניז בהאי גולגלתא אתפשטו אשא מסטר חד ואוירא מסטר חד ואוירא דכיא קאים עליה מהאי סטר ואשא דכיא קאים מהאי סטר.

§. 543. Quid est Ignis hôc loco? At verò non est Ignis; sed splendor ille, qui includitur in aëre subtili, fulget in ducentos & septuaginta mundos.

543. מאי אשא הכא אלא לאו הוא אשא אבל בוציצא דא דאתכליל באוירא דכיא נהיר למאתן ושבעין עלמין.

§. 544. Et rigor sive judicium ex parte ejus invenitur. Et propterea illud cranium vocatur Cranium rigidum.

544. ודינא מסיטרוי אשתכח · ובגין דא האי גולגלתא אתקרא גולגלתא תקיפא.

§. 545. In isto Cranio resident novies mille myriades mundorum, qui influxum accipiunt ab eo, & quiescunt super eo.

545. בגולגלתא דא יתבין תשעה אלפי רבוא עלמין דנטלין עלוי וסמכין עלוי.

§. 546. In illud cranium destillat Ros de Capite albo, quod semper plenum est eo: Et ex illo rore vivificabuntur mortui.

546. בהאי גולגלתא נטיף טלא מרישא חוורא דאתמלי מניה תדיר ומהאי טלא זמינין מיתייא לאחייאה.

§. 547. Et iste Ros in se habet duos colores. Ex parte Capitis albi, albedo *est* in eo, quæ comprehendit omne omnino album.

547. והוא טלא דאתכליל בתרי גווני מסטרא דרישא חוורא חוור בגויה (סא בגיניה) דכליל כלהו חיוורי וכלהו חיוורי.

§. 548. Sed quando residet in isto Capite Microprosopi, apparet in eo rubedo, sicut est Crystallus, quæ est alba & apparet color ruber in colore albo.

§. 549. Et propterea scriptum est [*Dan.*12.*v.*2.] Multi qui dormiunt in terra pulveris expergiscentur, hi ad vitam æternam, & illi ad opprobrium & contemtum æternum.

§. 550. Ad vitam æternam; quia digni sunt illâ albedine, quæ venit ex parte Senis dierum Macroprosopi.

§. 551. Ad opprobrium & contemtum æternum: quia digni sunt illâ rubedine Microprosopi.

§. 552. Et omnia continentur in illo rore: quod innuitur verbis illis [*Jes.* 26. v.19.] Quia Ros luminum, ros tuus: ubi dualitas.

§. 553. Et ille ros, qui destillat, quotidie destillat, super agrum pomorum colore albo & rubro.

§. 554. Hoc cranium lucet duobus coloribus versus hoc latus & illud;

§. 555. Et ex aëre illo subtili expanduntur de cranio in faciem ejus, centum & quinquaginta myriades mundorum: & propterea dicitur זעיר אפין, Microprosopus.

§. 556. Sed illo tempore cum opus est, expanditur facies ejus, & longa fit, propterea quod intuetur faciem Senioris Seniorum, unde vita mundo.

§. 557. Et ex hoc cranio exitus est ab uno latere ad omnia illa, quæ infra sunt: & reflectunt lumen suum versus Senem dierum, cum ascendunt in numerum sub virga.

548. אבל כד אתיישבן בהאי רישא זעיר אפין אתחזי ביה סומקא כהאי בדולחא דאיהו חיוור ואתחזייא גוונא סומקא בגוונא חיוורא.

549. ובגין כך כתיב ורבים מישני אדמת עפר יקיצו אלה לחיי עולם ואלה לחרפות ולדראון עולם.

550. לחיי עולם בגין דאתחזיאו להאי חיוורא דאתי מסטר דעתיק יומין אריכא דאנפין.

551. לחרפות ולדראון עולם בגין דאתחזיאו להאי סומקא דזעיר אפין.

552. וכלא כליל בההוא טלא דהו״ד כי טל אורות טלך · אורות תרי.

553. וההוא טלא דנטיף נטיף כל יומי לחקלא דתפוחים בגווני חיוורא וסומקא.

554. האי גולגלתא אנהיר בתרי גווני להאי סטר ולהאי סטר.

555. ומהאי אוירא דכיא אתפשטא מגולגלתי לאנפוי קנ רבוא עלמין · ובגין כך אתקרי זעיר אפין.

556. ובשעתא דאצטריך אתפשטו אנפוי ואריכין בההוא זמנא בגין דישגח באנפוי דעתיקא דעתיקין וחיים לעלמא.

557. ומהאי גולגלתא נפיק חד עיבר לכל אינון דלתתא ויהבין אגר אורייתא לעתיק יומין כד עאלין בחושבנא תחות שרביטא.

§. 558.

§. 558. Iſtius ergò finditur Cranium infra, cùm veniunt in numerum; & ab hac fiſſura reflexio luminis oritur verſus Senem dierum.

258. ולקביל דא בקע לגולגלתא לתתא כד עאלין בחושבנא · והאי בקע אורותא אשתכח מניה לעתיק יומין.

SECTIO XXVIII.

De Cerebro & menynge Microproſopi.

§. 559. In cavitatibus Cranii tria cava inveniuntur: in quibus locatur cerebrum.

559. בחלליה דגולגלתא ג׳ חללין אשתכחו דשריין מוחא בהו. Mantuan. fol. 136.

§. 560. Et membrana tenuis inſternitur illi, ſed non membrana craſſa, clauſa (*ut*) Senis dierum.

560. וקרומא דקיק חפייא עלייהו אבל לא קרומא קשישא סתימא דעתיק יומין.

§. 561. Et propterea hoc cerebrum expanditur, & lucet [al. procedit [in triginta duas ſemitas. Hoc ipſum eſt illud, quod ſcriptum eſt [*Gen.* 2. *v.* 7.] Et fluvius exit ex Eden.

561. ובגין דא האי מוחא אתפשיט ונהיר (סא ונפיק) לתלתין ותרין שבילין הה״ד ונהר יוצא מעדן. Cremonenſ. fol. 65. col. 257.

§. 562. Et didicimus. In tribus cavitatibus Cranii cerebrum continetur.

562. ותאנא בתלת חללין דגולגלתא מוחא שריא.

§. 563. Ex cavitate prima cerebri prorumpit [al. extenditur] ſcaturigo quædam in quatuor latera, & egreditur ex illo Cerebro, in cujus cavitate continentur triginta duæ ſemitæ, quæ ſunt Spiritus Sapientiæ.

563. מחללא חד מתבקע (סא ומתפשט) חד מבועא לד׳ סטרין ונפיק מההוא מוחא דשריא בהאי חללא תלתין ותרין שבילין רוחין דחכמתא:

§. 564. Ex cavitate ſecunda prorumpit & expanditur ſcaturigo quædam alia, & aperiuntur 50. portæ.

564. מחללא תניינא מתבקע ומתפשט חד מבועא אחרא ומתפתחין נ׳ תרעין.

§. 565. In illis 50. portis continentur 50. dies Legis; 50. Anni Jubilæi; & 50000. generationes, quibus Deus Sanctiſſimus, benedictus ſit ille! Spiritum ſuum reſtituturus & in illis commoraturus eſt.

565. מאלין נ׳ תרעין אתאחדן נ׳ יומין דאוריתא נ׳ שנין דיובלא נ׳ אלף דרין רחמין קב״ה לאתבא רוחיה ליה ולשריי׳ ביה:

§. 566. Ex cavitate tertia egrediuntur millies mille conclavia & Exedræ, in quibus continetur & habitat Cognitio.

566. מחללא תליתאה נפקין אלף אלפין אדרין ואכסדראין דדעתא שריא עלייהו ודרי בהו.

§. 567. Et hujus cavitatis cavum interja-

567. והאי חללא שרי (סא מדוריה)

ect

cet inter istam & illam Cavitatem: & omnia illa conclavia replentur à duobus lateribus.

חלליה בין האי חללא ובין האי חללה ואתמליין מתרין סטרין כל אינון אדרין.

§. 568. Hoc ipsum est illud, quod dicitur [*Prov.* 2. *v.* 4.] Et in Cognitione conclavia replebuntur.

568. הה״ד ובדעת חדרים ימלאו.

§. 569. Et illa tria expanduntur versus totum corp9 in hoc latus & in illud latus, & cum illis cohæret totum corpus, & corpus continetur iis ab omni latere; & in totum corpus expanduntur & diffunduntur.

569. ואלין ג׳ מתפשטין לכל גופא להאי סטרא ולהאי סטרא ובאינון אחיד כל גופא ואחיד בהו גופא מכל סטרוי ובכל גופא אתפשטן ושתכחן.

SECTIO XXIX.

De Capillis Microprosopi.

§. 570. Didicimus. Ex cranio Capitis pendent millies mille myriades, & myrias myriadum cincinni capilli nigri, & implicantur sibi invicem: invicemque miscentur.

570. תאנא בגולגלתא דרישא תליין אלף אלפי רבוא ורבוא רבבן קוצי דשערי אוכמן ומסתבכין דא בדא ומתערבין דא בדא.

§. 571. Pilorum autem in singulis cincinnis non est numerus, quia eidem adhærent puri & impuri, & hic applicantur [al. addunt: accentus Legis] tam in puro quam in impuro.

571. ולית חושבנא לנימין דכל קוצא וקוצא דאחידן ביה דכיין ומסאבן ומכאן אתאחדן (ס״א טעמי אורייתא) בדכיא במסאבא.

§. 572. In omnibus illis lateribus, quæ sunt pura, & in omnibus illis lateribus, quæ sunt impura, resident cincinni intricati & densi: quidam illorum molles sunt, quidam duri.

572. בכל אינון סטרין דאינון דכיין בכל אינון סטרין דאינון מסאבן יתבין קוצי מסתבכין ותקיפין מנהון שעיען ומנהון תקיפין.

§. 573. Et in singulis cincinnis pili efficiunt crispaturas super crispaturas, quæ flammas emittunt, & pendent, ut Heros fortis, victoriosus in pugna, in ordine pulchro, in ordine valido.

573. ובכל קוצא וקוצא יתבין נימין תלין על תלין מתלהטן ותליין כגיבור תקיף מארי נצח קרבין בתקונא יאה בתקונא תקיפא.

§. 574. Electi sunt Cedri magnæ & crassæ. Id ipsum est, quod scriptum est [*Cant.* 5. *v.* 15.] Electus ut Cedri.

574. בחיר כארזי רברבין ותקיפין הה״ד בחור כארזים.

§. 575.

§. 575. Dividuntur Cincinni in crispatura sua ex hoc latere in illud latus super cranium.

575. מתקנין קוצים בתילוי מהאי סטרא להאי סטרא על גולגלתא.

§. 576. Et didicimus. Resident crispati, propterea quod prodeant à scaturiginibus multis trium canalium Cerebri.

576. ותאנא יתבין תלי תלין משום דמשיכין ממבועין סגיאין דתלת רהטי מוחא.

§. 577. Ex scaturigine (*enim*) cavitatis unius cranii prodeunt capilli tractu (*longo*) & fiunt crispaturæ crispaturarum de multis scaturiginibus prodeuntibus ex illa cavitate.

577. ממבועי דחללא חד דגולגלתא אתמשכן שערי במשיכותא ומתעברין תלין דתלין מכמה מבועין דאתמשכן מהאי חללא.

§. 578. Ex secunda cavitate egrediuntur 50. scaturigines, & prodeunt pili ex illis scaturiginibus (*suo*) tractu, & fiunt crispaturæ super crispaturis, & miscentur cincinnis aliis.

578. מחללא תניינא נפקי חמשין מבועין ואתמשכן שערי מאינון מבועין במשיכותא ; ואתעברין תלין דתלין ומתערבין בקוצין אחרנין.

§. 579. Ex cavitate tertia egrediuntur millies mille conclavia & Exedræ, & prodeunt pili tractu (*certo*) ex omnibus illis; & fiunt crispaturæ super crispaturis, & miscentur cincinnis aliis.

579. מחללא תליתאה נפקי אלף אלפין אדרין ואכסדראין ואתמשכין שערי במשיכותא מכלהו ומתעבדין תלין על תלין ומתערבין בקוצין אחרנין.

§. 580. Et propterea illi cincinni tàm crispi sunt, & omnes sunt progenies prodeuntes ex tribus cavitatibus cerebri Cranii.

580. ובגין כך אינון קוצין תלין על תלין וכלהו משיכן דאתמשכן מג׳ חללין דמוחא דגולגלתא.

§. 581. Et omnes illi cincinni pendent & insternuntur in latus aurium.

581. וכל אינון קוצי תליין וחפיין לסטרא דאודנין.

§. 582. Et propterea scriptum est [*Dan.* 9. *v.* 18.] Inclina Deus mi, aurem tuam & audi.

582. ובגין כך כתיב הטה אלהי אזנך ושמע.

§. 583. Et in illis crispaturis pendent dextrum & sinistrum, lucidum & tenebrosum, misericordia & judicium, & omne dextrum & sinistrum dependet inde, & non à Sene.

583. ובהאי תלין תליין ימינא ושמאלא נהורא וחשוך רחמי ודינא וכל ימינא ושמאלא תלי בהאי ולא בעתיקא.

§. 584. In discriminatione capillorum apparet semita quædam tenuis, quæ nexum quendam habet cum semita illa Senis die-

584. בפלגותא דשערי אתחזי חד אורחא דקיק דמתאחדן מההוא ארחא

rum,

rum, & ab illa semita dividuntur 613. semitæ, quæ distribuuntur in semitas præceptorum Legis.

דעתיק יומין ומההוא ארחין אתפרשן שית מאה ותליסר ארחין דאתפלגן בארחין דפקודי דאורייתא.

§. 585. Sicut scriptum est [*Psal.* 25. *v.*6.] Omnes semitæ Domini misericordia & veritas custodientibus fœdus ejus & testimonium ejus.

585. דכתיב כל אורחות יי חסד ואמת לנצרי בריתו ועדותיו:

§. 586. Didicimus. In singulis cincinnis millies mille Domini vociferationis & ejulatus hærent, qui dependent è singulis cincinnis.

586. תנא בכל קוצא וקוצא מתאחדין אלף אלפין מארין דיבבא דיללא דתליין בכל קוצא וקוצא.

§. 587. Ex illis quidam duri, quidam lenes sunt. Domini bilancis [al. Domini miserationis, quæ est ut bilanx inter illos:] & propterea dextrum hic datur & sinistrum.

587. מאינון תקיפין ומאינון שעיען מארידון דמתקלא (ס״א מארידון דרחימותא ואיהו מתקלא ביניהו) בגין כך אית ימינא ואית שמאלא.

SECTIO XXX.

De Fronte Microprosopi.

§. 588. Frons Cranii (*est*) inspectio inspectionis, & non detegitur nisi illo tempore, quô necessum est peccatores visitare ad inspiciendum opera eorum.

588. מצחא דגולגלתא אשגחותא דאשגחותא ולא מתגלייא בר ההוא זמנא דצריכין חייבין לאתפקרא ולעיינא בעובדיהון.

§. 589. Et didicimus. Cum detegitur ista frons, excitantur omnes Domini judicii, & totus mundus judicio traditur.

589. ותנא כד אתגלייא האי מצחא אתערו כל מארידון דדינא וכל עלמא בדינא אתמסר.

§. 590. Excepto illô tempore, cum preces Jisraelitarum ascendunt ante Senem dierum, & rogant misericordiam pro filiis ejus; (*tunc*) detegitur frons beneplaciti beneplacitorum, & relucet in hanc (*frontem*) Microprosopi, & sedatur judicium.

590. בר ההוא שעתא כד סליקו צלותהון דישראל לקמי עתיק יומין ובעו לרחמא על בנוי גלי מצחא דרעוא דרעוין ונהיר בהאי דזעיר אפין ואשתכיך דינא.

§. 591. In hanc frontem prodit portio quædam capilli, quæ extenditur in eam ex cerebro, quod producit 50 portas.

591. בהאי מצחא נפיק חד שערא דמתפשט ביה ממוחא דאפיק חמשין תרעין.

§. 592. Et cùm expanditur, excan-

592. וכד אתפשט אתעבר מצחא

descit

deficit frons inſpectrix peccatorum mundi, talium ſcilicet, qui non pudefiunt in operibus ſuis.

דאשגחותא דחייבי עלמא דאינון דלא מתכספי בעובדיהון.

§. 593. Sicut ſcriptum eſt [*Jerem.* 3. *v*. 3.] Et frons mulieris meretricis eſt tibi, ut non pudefias amplius.

593. הה"ד ומצח אשה זונה היה לך מאנת הכלם.

§. 594. Et didicimus. Iſte capillus non ſubliſtit in loco iſto frontis; ut detegatur contra illos, qui obfirmantur in peccatis ſuis.

594. ותנא שערא לא קאים בהאי אתר דמצחא בגין דאתגלייא לאינון דחציפין בחוביהון.

§. 595. Et cum expergiſcitur Sanctus Benedictus ſit ille, ut oblectetur cum juſtis, facies Senis dierum lucet in faciem Microëmeri, & frons ejus detegitur, & affulget iſti fronti: & tunc vocatur tempus beneplaciti.

595. ושעתא דמתער קב"ה לאשתעשעא עם צדיקייא נהירין אנפוהי דעתיק יומין באנפוהי דזעיר יומין ומתגלייא מצחוהי ונהיר להאי מצחא וכדין אתקרי עת רצון.

Cremonenſ. col. 238.

§. 596. Quotieſcunque autem judicium imminet, & iſta frons Microproſopi detegitur; tunc detegitur frons Senioris Seniorum, & judicium reducitur & non exercetur.

596. וכל שעתא ושעתא דדינא תלי והאי מצחא דזעיר אפין אתגלייא אתגלייא מצחא דעתיקא דעתיקין ואשתכיך דינא ולא אתעביד.

§. 597. Didicimus. Iſta frons expanditur in ducenties mille rubores ruborum, qui continentur in ea, & includuntur in ea.

597. תאנא האי מצחא אתפשט במאתן אלף סומקי דסומקי דאתאחדן ביה וכלילן ביה.

§. 598. Et cum detegitur frons Microproſopi, licentia datur omnibus iis ad vaſtandum. Sed cum detegitur frons beneplaciti beneplacitorum, ut ſplendere queat ſuper iſtam frontem, & ſuper omnes illos; tum illi ſedantur.

598. וכד אתגלייא מצחא דזעיר אפין אית רשותא לכלהו לחרבא וכד אתגלייא מצחא דרעוא דרעון דנהיר להאי מצחא ולכלהו כדין משתככין.

§. 599. Et didicimus traditione exotica. Viginti quatuor judicia ſuperiora inveniuntur & omnia vocantur Nezachim ſeu ſuperationes, & quodlibet vocatur נצח ſuperatio, & literis vicinis permutatis fit מצח frons.

599. ותניא עשרין וארבע דינא עלאה משתכחין וכלהו אקרון נצחים (סא מצחא) וכל חד אקרי נצח ובאתוון חצופין דא הוא מצח.

§. 600. Est igitur frons, & est Superatio, quæ sunt Superationes. [*al. & tamen superatio ex illis superationibus.*] Et istud est quod traditum est: Superatio Superationum. Et sunt in fronte: sed quædam earum extenduntur in corpus in loca nota.

600. ואית מצח (סא נצח) ואית נצח דאינון נצחים והיינו דתנן נצח נצחים ואינון במצחא ומתפשטן מנהון בגופא באתרין ידיען·

§. 601. Traditio exotica. Quid est illud quod scriptum est [1. *Sam.* 15. *v.* 29.] Etiam Nezach Jisraëlis non mentitur, nec pœnitet eum, quia non homo est, ut pœniteat.

601. תנא מאי דכתיב וגם נצח ישראל לא ישקר ולא ינחם כי לא אדם הוא להנחם·

§. 602. Istud arcanum sua constitutione jam declaravimus. Omnis illa superatio, quæ expanditur in corpus; illo tempore cum mundus judicandus est & convertitur; pœnitentiam admittit, nec exercetur judicium, si convertantur.

602. האי רזא אוקימנא כל ההוא נצח דאתפשט בגופא זמנין דתלי על עלמא דמידן ותב ומתחרט ולא עביד דינא אי תייבין·

§. 603. Quamobrem? propterea quod res extat in loco qui dicitur Adam, & potest pœnitere.

603. מט משום דקאי בדוכתא דאקרי אדם ויכיל לאתחרטא·

§. 604. Sed si in loco, qui vocatur caput, in illa nempe fronte, videtur & detegitur illa Superatio, non est tempus nec locus pœnitendi.

604. אבל אי באתר דאתקרי ראש בהאי מצחא אתחזי ומתגלייא האי נצח לאו הוא עית ואתר לאתחרטא·

§. 605. Quare? propterea quod non est de loco qui vocatur Adam: non enim detegitur facies & nasus, sed frons sola.

605. מט משום דלא הוה מאתר דאקרי אדם דהא לא אתגלי פרצופא וחוטמא אלא מצחא בלחודוי·

§. 606. Et in loco ubi non invenitur facies, non dicitur Adam, & propterea (*dicitur:*) Non homo est ut pœniteat. Sicut Superatio quæ in reliquis partibus corporis.

606. ובאתר דלא אשתכח פרצופא לא אקרי אדם וכגב לא אדם הוא להנחם כנצח דבשאר תקוני גופא:

SECTIO XXXI.

De oculis Microprosopi. (vid. infr. §. 223.)

§. 607. Oculi capitis diversi sunt ab aliis oculis. Nigredo superciliorum, quæ super oculos (*quasi*) fucata est, unde omnes oculi fucantur nigredine.

607. עינוי דרישא משתניין משאר עיינין שרקותא דגבתוהי דעל עיינין מכחלן דכל עיינין מכחלן באוכמתא.

§. 608.

§. 608. Pendent crispaturæ super crispaturis pilorum, & faciunt formam superciliorum super oculo, in principio frontis.

608. תליין תלין על תלין דשערי ואינון תקונא דעל עיינין ברישא דמצחא.

§. 609. Et continentur ab ambobus septingenties mille Domini inspectionis, qui super scutis oculorum.

609. ומתאחדן מתרוייהו שבע מאה אלפי מארי דאשגחותא דעל תריסי דעיינין.

§. 610. In tegumento oculorum radiant mille & quadringentæ myriades, quæ adhærent palpebris, quæ sunt tegumentum; & inspectio oculi Senis dierum super eis est.

610. בכסותא דעיינין להטין אלף וארבע מאה רבוא דמתאחדן בגבינין דאינון כסותא ואשגחותא דעינא דעתיק יומין עלייהו.

§. 611. Quoties tegumenta illa elevantur, idem apparet, ac si quis evigilaret è somno & tunc aperiuntur oculi ejus:

611. ובשעתא דסלקין אינון כסותא אתחזי כמאן דאתער משנתיה ואתפקחן עינוי.

§. 612. Et aspiciunt oculum apertum & dealbantur albore quodam Oculi boni.

612. וחמאן לעינא פקיחא ואתסחן בחד חוורא דעינא טבא.

§. 613. Sicut scriptum est [*Cant*, 5. *v*. 12.] loti lacte. Quid est lacte? albedine excelsa prima.

613. הה״ד רוחצות בחלב. מאי בחלב בחוורא דלעילא קדמאה.

§. 614. Et illo tempore invenitur intuitio misericordiæ & propterea oratio Jisraëlitarum ascendit, quia aperti sunt oculi ejus, & dealbantur illa albedine.

614. ובההוא שעתא אשתכח אשגחותא דרחמי ובגנ״כ צלותא דישראל סלקא בגין דיפקח עינוי ויתסחון בההוא חוורא.

§. 615. Sicut scriptum est: *Psal*. 44. *v*. 24.] Evigila, quare dormis Domine, expergiscere.

615. דכתיב עורה למה תישן יי׳ הקיצה.

§. 616. Quotiescunque vero oculi ejus non aperti sunt, omnes Domini judiciorum subigunt Jisraëlitas, & reliqui populi dominantur super eos.

616. וכל זמנא דעינוי לאו מתפקחן כל מאריהון דדינין כפיין להו לישראל ושאר עמין שלטין עלייהו.

§. 617. Quando autem aperit oculos suos, hi dealbantur oculo bono, & misericordia super Jisraël: & circumvolvitur [al. convertitur] oculus & exercet vindictam in reliquos populos.

617. ובזמנא דיפקח עינוי יתסחן בעינא טבא ורחמי על ישראל ואסתחר (סא ואתהדר) עינא ועביד נוקמין בשאר עמין.

§. 618. Id ipsum est quod scriptum est [*Psal.35.v.23.*] Evigila & expergiscere. Evigila: & dealbetur albedine illa; expergiscere: ut exerceatur vindicta in illos, qui subigunt eos.

618. הדר עורה והקיצה עורה לאתסחאה בההוא חוורא הקיצה למעבר נוקמין לאינון דכפיין לון.

§. 619. Oculi ejus cum aperti sunt, apparent pulchri sicut columbarum, colore albo, rubro & nigro, & flavo.

619. עינוי כד אתפקחן אתחזון שפירין כעיני יונים בחוור וסומק ואוכם וירוק.

§. 620. Et oculus hic [al. albedo] non detegitur nisi cum aspicitur ab oculo bono, & tunc omnes illi colores teguntur [al. lavantur] hac albedine radiorum.

620. ועינא דא (סא חיוור) לא אתגלי אלא בזמנא דאסתכל בעינא טבא ומתכסן (סא ומסתחאן) כל אינון גוונין בההוא חוור דהיטין.

§. 621. Ex illis coloribus cum deteguntur, egrediuntur septem oculi providentiæ, qui exeunt ex nigro oculi.

621. (סא מאינון) גוונין דמתגליין נפקין שבעה עיינין דאשגחותא דנפקו מאוכמא דעינא.

§. 622. Hoc est illud, quod dicitur [*Zach.3.v.9.*] Super lapide unô septem oculi.

622. הה״ד על אבן אחת שבעה עינים. Mantuan, fol. 137.

§. 623. Quid est lapis unus? nigredo oculi.

623. מאן אבן אחת אוכמת׳ דעינא.

§. 624. Ex rubedine egrediuntur septem emissarii, qui deflectunt in latus sinistrum, & flammant igne, qui versus latus septentrionale est, & combinantur, ut expandantur in mundum ad detegendum semitas peccatorum.

624. מסומקא נפקין שבעה רהיטין דסמכין לסטר שמאלא ומתלהטין באשא דלסטר צפון ומתאחוין לאתפשטא בעלמא לגלאה ארחין דחייביא.

§. 625. Hoc est illud quod scriptum est [*Zach.4.v.10.*] Septem illi sunt oculi Domini peragrantes omnem terram.

625. הה״ד שבעה אלה עיני יי׳ המה משוטטים בכל הארץ.

§. 626. Ex flavo egrediuntur septem splendores puri [al. lumina] qui flectuntur versus latus meridionale & combinantur ut extendantur in mundum ad detegendas semitas [al. opera]:

626. מירוקא נפקין שבעה טהירין (סא נהירין) דקטרא דלסטר דרומא ומתאחדן לאתפשטא בעלמא לגלאה ארחין (סא עובדין)

§. 627. Sicut scriptum est [*Job.34.v.21.*] Quia oculi ejus super vias viri. Et cum dealbantur albedine, tunc intuentur

627. דכתיב כי עיניו על דרכי איש וגו׳ וכד אתסחאן בחוורא משתכחין

omnes Dominos veritatis *(pios,)* ad benefaciendum mundo propter eos; & omnis intuitio est bona super Jisraël.

לאשגחא לכל מארי קשוט לאוטבא עלמא בגיניהון וכל אשגחותא תהי לטב על ישראל.

§. 628. Colore autem rubro aspicit coarctantes eos: quod innuitur verbis *Exod. 3. v. 7.* Videndo vidi; Videndo; ad benefaciendum illis. Vidi; ut vindicando liberem eos ab afflictoribus.

628. ואשגח בסומקא למאן דעאקין להו הה"ד ראה ראיתי ראה לאוטבא לון ראיתי לנוקמא לון מדעקין לון.

§. 629. Et propterea scriptum est [*Psal. 44. v. 24.*] Evigila quare dormis Domine? expergiscere, nec desere nos in æternum. Evigila & expergiscere. Duæ *(sunt)* inspectiones; duæ aperturæ; duo bona; misericordia & vindicta.

629. ובגין כך כתיב עורה למה תישן יי הקיצה אל תזנח לנצח עורה והקיצה תרי אשגחותא תרי פקיחין תרי טבן רחמי ונוקמין.

§. 630. Color primus est ruber in rubro inclusus & absconditus; omnia rubra præ eo non videntur.

630. גוונא קדמאה סומקא בגו סומקא כליל וסתים כל סומקין מקמיה לא אתחזון. Cremonens. col. 259.

§. 631. Circa hoc rubrum ambit filum aliquod nigrum circum circa, & circumdat illud.

631. סחרניה דההוא סומקא אסחר חד חוטא אוכמא ואקיף ליה.

§. 632. Color secundus niger est, sicut Lapis ille, qui exit ex abysso semel in mille annis, in mare magnum.

632. גוונא תניינא אוכמא כאבנא חד דנפיק מתהומא חד זמן לאלף שנים בימא רבא.

§. 633. Et cum prodit ille Lapis, venit tempestas & procella super mare, & vox & fluctus ejus commoventur, & audiuntur à Pisce magno, qui dicitur Leviathan.

633. וכד נפיק האי אבנא אתי רגשא ותקפא על ימא וקליה דימא וגלגלוהי אזלין ואשתמעו לנונא רבא דאקרי לויתן.

§. 634. Et iste Lapis prodit ex abysso & provolvitur in æstu maris & egreditur foràs, & hæc est talis nigredo, præ qua omnes nigredines absconduntur, [al. jamque receptum est, quod omnes semitæ ab ipsa occultentur.]

634. ונפיק מתהומא האי אבנא ומתגלגלא בתוקפא דימא ונפיק לבר וחיא אוכמא דכל אוכמין סתימין קמיה (סא והא אוקמוה דכל אורחין סתימין קמה.)

§. 635. Et talis est nigredo oculi nigri, q... includit & abscondit omnia reli-

635. וכן היא אוכמא דעינא אוכמא דכליל וסתים כל שאר אוכמין וסחרניה

qua nigra: & circa illud nigrum invenitur filum aliquod rubrum, quod ambit illud nigrum.

דההוא אוכמא אסחר חד חוטא סומקא (סא לסטר חד) ואקיף לההוא אוכמא:

§. 636. Color tertius flavus flavorum, qui includit & abscondit omnia flava, & in circuitu illius flavi ambiunt duo fila, filum rubrum in latus unum, & filum aliud nigrum ad latus alterum; & circumdant illud flavum.

636. גוונא תליתאה ירוקי דירוקי דכליל דסתים כל ירוקין ובסוחרניה דההוא ירוקא אסחרן תרין חוטין חוטא סומקא לסטר חד ותר חוטא אוכמא לסטר חד ואקיפין לההוא ירוקא.

§. 637. Et cum circumvolvitur albedo & oculus dealbatur, omnes isti colores sedantur, & submerguntur in imum: ruber, flavus, niger, non videntur præter solum album, qui lucet à Sene dierum.

637. וכד אסתחר חוורא ואסתחי עינא כל אינון גוונין משתככין ומשתקעין לתתאה סומקא ירוקא אוכמא לא אתחזי בר ההוא חוורא דנהיר מעתיק יומין.

§. 638. Et ab illo fulgent omnes inferiores, nec ullus color videtur, præter solum istum album: Et propterea submoventur omnes Domini ruboris & nigredinis, qui sunt gemini simul.

638. ונהירין מניה כל אינון דלתתא ולית גוונא אתחזייא בר ההוא חוורא בלחודוי · ובגין כך אסתלקו כל מאריהון דסומקא ואוכמא דאינון תאומין כחדא.

§. 639. Hoc ipsum est quod scribitur [*Cant.* 4. *v.* 2.] quæ ascendunt ex ablutione, quæ omnes geminæ.

639. התהד שעלו מן הרחצה שכלם מתאימים.

§. 640. Quid hoc est; ex ablutione? ex illa lotione oculi sancti excelsi; omnes enim gemellæ, hæc sicut illa.

640. מאי מן הרחצה מההוא אסחותא דעינא קדישא עלאה · שכלם מתאימות דא בדא.

§. 641. Annon vero dentes invicem dicit esse sicut gregem tonsarum; & tu dicis, quod omnes gemellæ?

641. ומה דאמר שניך דא לדא כעדר הקצובות ואת אמרת שכלם מתאימות

§. 642. Nimirum sensus est, albedinem illorum esse sicut est albedo ista oculorum, cum dealbantur albedine oculi superni.

642. כלומר חוורא דילהון כההוא חוורא דעיינין כד אסחן בחוורתא דעינא עלאה·

§. 643. Et id scituri sunt justi & visuri in Spiritu Sapientiæ.

643. ודא זמינין למנדע צדיקייא למחזי ברוחא דחכמתא·

§. 644. Sicut scriptum est [*Ies.* 52. *v.* 8.] quia oculo ad oculum videbunt. Quando? cùm reduxerit Dominus Zijon.

644. כדא כי עין בעין יראו · אימתי בשוב יי ציון.

§. 645. Et scriptum est [*Num.* 14. *v.*14.] cui oculo ad oculum visus tu Domine; & tunc apertio oculorum est in bonum.

645. וּכְתִיב אֲשֶׁר עַיִן בְּעַיִן נִרְאָה אַתָּה יְיָ וּכְדֵין פְּקִיחוּתָא דְעַיְינִין לְטַב׃

§. 646. Est enim apertio oculorum in bonum, est quoque alia in malum.

646. וְאִית פְּקִיחוּתָא דְעַיְינִין לְטַב׃ וְאִית פְּקִיחוּתָא דְעַיְינִין לְבִישׁ׃

§. 647. In bonum sicut scriptum est [*Dan.* 9. *v.*18.] Aperi oculos tuos & vide desolationes nostras & civitatem, super qua invocatum est nomen tuum. Hîc in bonum.

647. לְטַב כְּמָה דִכְתִיב פְּקַח עֵינֶיךָ וּרְאֵה אֶת שׁוֹמְמוֹתֵינוּ וְגוֹ׳ הָא הָכָא לְטַב׃

§. 648. Sed in malum, sicut scriptum est [*Ies.*33.*v.*20.] Oculi tui videbunt Jerusalem habitationem quietam; tentorium non deponetur nec amovebuntur paxilli ejus in æternum: hîc sanè in bonum & in malum; quia unum non fit sine altero.

648. וּלְבִישׁ דִּכְתִיב עֵינֶיךָ תִרְאֶינָה יְרוּשָׁלַיִם נָוֶה שַׁאֲנָן אֹהֶל בַּל יִצְעָן בַּל יִסַּע יְתֵדוֹתָיו לָנֶצַח הָא הָכָא לְטַב וּלְבִישׁ דְּלָא אִתְעֲבִיד דָּא בְּלָא דָא׃

§. 649. Didicimus in Mysterio libri: Quid hoc; Oculi tui videbunt Jerusalem habitationem quietam: Ergone Jerusalem habitatio quieta est? atqui scriptum est [*Ies.*1.*v.*21.] Justitia morata est in ea. In loco autem ubi invenitur justitia, [al. in loco ubi judicium habitat & invenitur hæc justitia,] non est quies, nec quietum est.

649. תָּנָא בִּצְנִיעוּתָא דְסִפְרָא מַהוּ עֵינֶיךָ תִרְאֶינָה יְרוּשָׁלַיִם נָוֶה שַׁאֲנָן וְכִי יְרוּשָׁלַיִם נָוֶה שַׁאֲנָן הוּא וְהָא כְתִיב צֶדֶק יָלִין בָּהּ וּבַאֲתַר דְּאִשְׁתְּכַח צֶדֶק (סָא וּבַאֲתַר דְּדִינָא שַׁרְיָא וְאִשְׁתְּכַח הַאי צֶדֶק) לָאו שָׁקִיט וְלָאו שַׁאֲנָן הוּא׃

§. 650. Verum enim verò; Oculi tui videbunt Jerusalem habitationem quietam, (ita explicandum est:) Habitatio quieta, respectu Senis dierum dicitur, qui intuetur illos oculos.

650. אֶלָּא עֵינֶיךָ תִרְאֶינָה יְרוּשָׁלַיִם נָוֶה שַׁאֲנָן נָוֶה שַׁאֲנָן לְעַתִּיק יוֹמִין אִתְמַר דְּיִשְׁגַּח בְּאִלֵּין עַיְינִין׃

§. 651. Ipsius verò oculus quietus & tranquillus est; oculus misericordiæ, oculus qui non abit ab hoc intuitu, ad intuitum alium.

651. דְּהַהוּא עֵינָא שָׁקִיט וְשַׁאֲנָן עֵינָא דְרַחֲמֵי עֵינָא דְלָא נָטִיל מֵאַשְׁגְּחוּתָא דָא לְאַשְׁגְּחוּתָא אַחֲרָא׃

§. 652. Et propterea scriptum est עינך Oculum tuum videbunt; non oculi tui; cum defectu literæ Jod.

652. וּבְגִין כַּךְ כְּתִיב עֵינְךָ תִרְאֶינָה וְלָא עֵינֶיךָ חָסֵר יוּד׃

§. 653. Quomodo autem dicitur Jerusalem, & non Zijon? Sic meritò dicen-

653. וּמַה דְּאָמַר יְרוּשָׁלַיִם וְלָא צִיּוֹן

dum

dum fuit ad subigendum judicium, quod invenitur in ea, & ad misericordiam excitandam super illa.

הכי אצטריך לאספייא לדינא דאשתכח בה ולרחמא עלה.

§. 654. Et didicimus. Scriptum est [*Deut*. 11. v. 12.] Oculi Domini Dei tui in illa, à principio anni usque ad finem ejus. Istud est hoc quod scriptum est: Justitia pernoctabat in ea: quia in ea inveniuntur decreta severissima plura, quam in cæteris locis omnibus.

654. ותאנא כתיב עיני יי אלהיך בה מראשית השנה ועד אחרית השנה. ההוא צדק ילין בה דבה אשתכחו גזרי דדינין יתיר מכל שאר אתרי.

§. 655. Tempore venturô autem in ea invenietur oculus unus misericordiæ, oculus Senioris Seniorum.

655. ולזמנא דאתי ישתכח בה עינא חד דרחמי עינא דעתיקא דעתיקין.

§. 656. Id quod innuitur [*Jes*. 54. v. 7.] Sed miserationibus magnis congregabo te.

656. ההוא וברחמים גדולים אקבצך.

§. 657. Ubi quia dicit Miserationibus, quid est magnis? Nimirum quod duplex sit misericordia, misericordia Senis dierum, quæ vocatur miserationes magnæ.

657. כיון דאמר רחמים מהו גדולים אלא אית רחמי ואית רחמי. רחמי דעתיק דעתיקין אינון אקרון רחמים גדולים.

§. 658. Misericordia autem Microprosopi dicitur miserationes nudè & simpliciter, quia in eo est dextrum & sinistrum; judicium & misericordia, & propterea dicitur: Et in miserationibus magnis colligam te, scil. Senis dierum.

658. רחמים דזעיר אנפין אקרון רחמים סתם משום דאית ביה ימינא ושמאל דינא ורחמי ובגין כך וברחמים גדולים אקבצך דעתיק יומין.

§. 659. Didicimus. In istis oculis inque duobus eorum coloribus rubro nempe & nigro, commorantur duæ lachrymæ: & cum Sanctus Sanctorum vult misereri Jisraëlitarum, tunc demittit duas lachrymas, ut dulcescant in mari magno.

659. תאנא בהני עיינין בתרין גוונין סניירו בסומקא ואוכמא שראן תרין דמעין וכד בעי קודשא דקודשין לרחמא על ישראל אחית תרין דמעין לאתבסמא בימא רבא.

§. 660. Quid est mare magnum Mare Sapientiæ excelsæ; ut nimirum laventur in flumine [al. in albedine] in scaturigine exeunt è Sapientia magna & miseretur Jisraëlitarum.

660. מאן ימא רבא ימא דחכמתא עלאה כלומר דיתסחון בנהרא (סא בחוורא) במבועא דנפיק מחכמתא רבא ומרחם להו לישראל.

SECTIO XXXII.

De Naso Microprosopi.

§.661. Didicimus in Mysterio Libri. Nasus Microprosopi. Ex naso cognoscitur facies. In hoc naso diversa res est.

661. תאנא בצניעותא דספרא חוטמא דזעיר אפין בחוטמא אשתמודע פרצופא בהאי חוטמא אתפרשא מלה.

§.662. Scriptum est enim [*Psal.*18.*v.*9.] Ascendit fumus in Naso ejus, & ignis ab ore ejus consumens; carbones incensi sunt ab eo.

662. דכתיב עלה עשן באפו ואש מפיו תאכל גחלים בערו ממנו:

§.663. Ascendit fumus in naso ejus. In hoc fumo includuntur Ignis & carbones igniti; non enim est fumus sine igne, nec ignis sine fumo: omnia verò resultant [al. *accenduntur*] & egrediuntur à naso ejus.

663. עלה עשן באפו בהאי תננא אתכללו אשו וגחלי דנורא דלית תננא בלא אשא ולא אשא בלא תננא וכלהו אסתליקו (סא אתדליקו) ונפקין מחוטמוי.

§.664. Et didicimus: Cùm consociantur tria illa, quæ includuntur in fumo isto, qui egreditur de naso, corrugatur nasus.

664. ותאנא כד אתחברו תלת אלין דכלילן בהאי תננא דנפיק מחוטמא אתקמט חוטמא. Cremonensis col. 260.

§.665. Et flat & egreditur fumus niger & ruber; & in eo duo colores: & vocant eum אף iram, & חימה fervorem, & משחית perditionem.

665. ונשיב ונפיק תננא אוכמא וסומקא וביה תרי גווני וקרינן ליה אף וחימה ומשחית.

§.666. Et si dicis Ira & fervor: (*Bene*) quia scriptum [*Deut.*9.*v.*19.] Quia timui propter iram & fervorem. Illa enim sunt fumus niger & ruber. Unde autem additur משחית perditio?

666. ואיתימא אף וחימה דכתיב כי יגורתי מפני האף והחמה דאינון תננא אוכמא וסומקא משחית מל.

§.667. Quia scriptum est [*Gen.*13.*v.*10.] Antequam perderet Dominus Sodom & Gomorrham. Vox שחת autem notat perditionem igne accenso ardente factam.

667. דכתיב לפני שחת יי את סדום ואת עמורה ושחרת המשחירת בנורא דליק מוקדא.

§.668. Et didicimus: Quinque Severitates sunt in isto Microprosopo, & ascendunt in mille & quadringentos rigores: & extenduntur in Nasum ejus, in os, in brachia ejus, inque manus & in digitos.

668. ותאנא חמש גבוראן אינון בהאי זעיר אנפין ואסתלקו לאלף וארבע מאה גבוראן מתפשטן בחוטמוי בפומא בדרועוי בידין באצבעין.

§.669. Et propterea scriptum est [*Psal.* 106. *v.* 2.] Quis enarrabit fortitudines Domini?

669. ובגין כך כתיב מי ימלל גבורות יי.

§.670. Hîc scriptum est fortitudines [*in plurali:*] & scriptum est [1. *Chron*.29. *v*. 11.] Tibi Domine magnificentia & fortitudo; in singulari?

670. כתיב הכא גבורות וכתיב התם לך יי הגדלה והגבורה.

§.671. Nimirum sic didicimus. Cùm omnes illæ severitates simul consociantur, tunc appellantur Geburah una.

671. אלא הכי תאנא כד אתחברן כלהו גבוראן כחדא אתקרי גבורה חדא.

§.672. Et omnes fortitudines illæ incipiunt descēdere à naso. Et ab illo dependent millena millia; & quadringentæ myriades in singulis illis (*speciebus*.)

672. וכלהו גבוראן שריאן לנחתא מחוטמוי ומהאי תליין אלף אלפין וארבע מאה רבוא בכל חד מניהו.

§.673. Et de illo fumo, qui egreditur è naso ejus, dependent millies mille myriades & quadringentæ & quinque, quæ ad severitatem hanc pertinent. Nam omnes Severitates dependent ab hoc naso.

673. ובהאי תננא דאפיק מחוטמוי תליין אלף אלפין רבוא וארבע מאה וחמש דמסטר גבורה דא וכלהו גבוראן תליין מהאי חוטמא.

§.674. Scriptum est enim [*Psal*.145. *v*. 4.] de generatione in generationem laudabunt opera tua, & fortitudines tuas annuntiabunt.

674. דכתיב דור לדור ישבח מעשיך וגבורותיך יגידו.

§.675. Et cum fortitudo ista incipit, omnes rigores radiant & acuuntur donec descendant in flammam gladii gyrantis. [*Gen*.3. *v*.24.]

675. וכד שארי גבורה דא כלהו גבוראן מתליטן ושנינן עד דנחתן ללהט החרב המתהפכת.

§.676. Scriptum est [*Gen*.19, *v*.13.] quoniam nos perdemus locum hunc. Et scriptum est] *Gen*.13. *v*.10.] antequam perderet Dominus Sodom & Gomorrham. *Et iterum*, Dominus pluit super Sodom & Gomorrham. [*c*.19. *v*.24.]

676. כתיב כי משחיתים אנחנו את המקום הזה. וכתיב לפני שחת יי את סדום ואת עמורה. וכתיב ויי המטיר על סדום ועל עמורה.

§.677. Nimirum sic didicimus. Non est judex in impios &c. nisi quod ipsi mensuram misericordiæ convertant in mensuram judicii.

677. אלא הכי תאנא לא דיין לרשעים וכו׳ אלא דמהפכי מר למה׳

§.678. Quomodo autem ipsi convertunt? atqui scriptum est [*Mal*.3. *v*.6.] Ego Dominus non mutor.

678. והיאך מהפכי והא כתיב אני יי לא שניתי.

§.679. Nimirum quotiescunque Senior Seniorum caputque illud album, detegit beneplacitum beneplacitorum; miserationes magnæ inveniuntur ubique.

679. אלא בכל זמנא דעתיק דעתיקי רישא חוורא אתגליא רעוא דרעון רחמין רברבין אשתכחו בכלא.

§. 680. Quando autem illud non detegitur; omnia arma [al. judicia] Microprosopi parata sunt. Et si ita dicere licet, misericordia fit judicium, id est, Antiquissimus omnium.

680. ובשעתא דלא אתגליא כל זיינין (סא דינין) דזעיר אפין זמינין וכביכול רחמי עביד דינא ההוא עתיקא דכלא.

§. 681. Didicimus in Barajetha: Cum Senior Seniorum detegit beneplacitum beneplacitorum, omnes illæ lucernæ, quæ appellantur nomine simili, fulgent, & misericordia invenitur in omnibus.

681. דתניא כד אתגלייא עתיקא דעתיקין רעוא דרעוין כלהו בוציני דאתקרון בשמא דא נהירין ורחמי אשתכחו בכלא.

§. 682. Quando autem non detegitur occultus occultorum, & istæ lucernæ non lucent, excitantur judicia, & exercetur judicium.

682. ובשעתא דלא אתגלי טמירא דטמירין ולא אתנהרן אלין בוצינין מתערין דינין ואתעביד דינא.

§. 683. Quis igitur causa est illius judicii? Beneplacitum beneplacitorum, quod non detegitur, & propterea peccatores misericordiam mutant in judicium.

683. מאן גרים להאי דינא רעוא דרעוא דלא אתגלי ובגין כך מהפכין חייביא רחמי לדינא.

§. 684. Quod autem hic dicitur [*Gen. 19. v. 24.*] à Domino de cœlis; de Microprosopo dicitur.

684. ומה דאמר הכא מאת יי״ מן השמים בזעיר אפין אתמר.

§. 685. Et unde colligitur hoc? quod scriptum est מן השמים [*vox* שמים *autem*] אש ומים Ignis & aqua, misericordia & judicium, in antithesin illius, in quo nullum omninò judicium reperitur.

685. ומשמע דכתיב מן השמים אש ומים רחמי ודינא לאפקא מאן דלית ביה דינא כלל.

§. 686. Didicimus: Iste nasus brevis est, & cum fumus egredi incipit, citò exit & exercetur judicium.

686. תאנא האי חוטמא זעיר וכד שארי תננא לאפקא נפיק בבהילו ואתעבד דינא. Mantuan. fol. 138.

§. 687. Quis autem impedit istum nasum, ne producat fumum? Nasus Senioris Sancti. Ille enim dicitur ארך אפים longus naso præ omnibus.

687. ומאן מעכב להאי חוטמ׳ דלא יפיק תננא חוטמא דעתיקא קדישא דהוא אקרי ארך אפים מכלא.

§. 688. Et hoc est arcanum, quod didicimus. Inter יהוה יהוה Tetragrammaton, Tetragrammaton, accentus interponitur (*ubicunque hæc duo sic inveniuntur in Scriptura.*)

688. והיינו רזא דתנינן יי׳ יי׳ פסיק טעמא בגווייהו.

§. 689. Ubicunque enim nomen aliquod bis repetitur, distinctio interjecta

689. בכלהו אתר דשמא אדכר תרי זמנא פסיק טעמא בגווייהו כגון אברהם

eſt : ut cum dicitur [*Gen.*22.*v.*11.] Abraham, Abraham. Et [*Gen.*46.*v.*2.] Jaacobh, Jaacobh. Et [1.*Sam.*3.*v.*10.] Schmuel, Schmuel; ubique diſtinctione interſecta ſunt hæc duo nomina; exceptô locô illô Moſcheh, moſcheh [*Ex.*3.*v.*4.] ubi non interjacet accentus.

יעקב יעקב שמואל שמואל
פסיק טעמא בגווייהו חוץ ממשה
לא פסיק טעמא בגווייהו.

§.690. Quam ob cauſam? Abraham, Abraham, (*Gen.*22, 11. *ibi propterea intercedit accentus, quia*) poſterius notat perfectum, prius nondum perfectum: hoc tempore enim conſummabatur decem tentationibus, & propterea accentus interſecat. Tunc enim non erat ille, qui prius.

מט אברהם אברהם בתראה
קדמאה לא שלים והשתא שלים
נסיונין ובגין כך פסיק טעמא
דהשתא לא הוה איהו
יתה.

§.691. (*Cum dicitur*) Jacob, Jacob [*Gen.*46.*v.*2.) poſterius notat perfectum; prius nondum perfectum: tunc enim nuncium bonum de Joſepho ipſi jam allatum erat, & ſuper eum quieſcebat Schechinah.

יעקב יעקב בתראה שלים
ה לא שלים והשתא אתבשר
ושראת עליה שכינתא.

§.692. Item: tunc jam perfecta erat in terra arbor ſancta, ſimilis ſupernæ; duodecim limitibus, & ſeptuaginta ramis conſtans (*id eſt, generatio* 12. *filiorum & 70. animarum,*) quæ antea nondum fuerant: & propterea poſterius perfectum, prius nondum perfectum denotat: unde accentus intercedit inter ea.

עוד והשתא אשתלים בארעא
קדישא כגוונא דלעילא בתריסר
בשבעין אנפין מה דלא הוה
א ובגיני כך בתראי שלים
לא שלים ופסיק טעמא בגווייהו.

§.693. In loco Schmuel Schmuel [1. *Sam.*3.*v.*10.] accentus etiam intercedit: quare? poſterius nomen perfectum, prius nondum perfectum denotat: tunc enim erat Propheta; antehac autem nondum erat Propheta.

שמואל שמואל טעמא פסיק
מט בתראה שלים קדמאה לא
השתא הוא נביאה וקודם לכן
נביאה.

§.694. Sed cum dicitur [*Ex.*3.*v.*4.] Moſcheh Moſcheh, non interjacet accentus; quia ab ipſo nativitatis die perfectus fuit; quia ſcriptum eſt [*Ex.*2.*v.*2.] Et vidit eum, quod bonus eſſet.

אבל משה משה לא אפסיק
בגווייהו דמיומא דאתיליד שלים
וב ותרא אותו כי טוב הוא.

§. 695. Sic etiam hîc inter duo Nomina Tetragrammata [*Exod.*34.*v.*6.] ac-

אוף הכא יי יי פסיק טעמא

centus interpositus est: prius enim nomen perfectum (*quidem*,) posterius autem perfectum omninò est & penitus.

בגוויהו׃ קדמאה שליט בתראי שלים בכלהו׃

§. 696. Moses autem in loco judicii sic loquitur: ut pro illis descendere faceret à Seniore Sanctissimo misericordiam, in Microprosopum.

696. ומשה באתר דינא אמר לנחתא לון מעתיקא קדישא רחמין לזעיר אנפין׃

§. 697. Sic enim habet Traditio. Quanta fuit virtus Mosis ut mensuras misericordiæ descendere faceret deorsum.

697. דהכי תנינן כמה חילא דמשה דאחית מכולן דרחמי לתתא׃

§. 698. Et cum detegitur Senior in Microprosopo, omnia in misericordia conspiciuntur, & nasus placatur; ignisque & fumus non exeunt.

698. וכד אתגלי עתיקא בזעיר אפין כלא ברחמי אתחזון וחוטמא אשתכיך ואשא ותננא לא נפיק׃ Cremonensi. fol. 66. col. 261.

§. 699. Sicut scriptum [*Ies*.48.*v*.9.] Et laude mea obstruam nares tibi.

699. כדא ותהלתי אחטם לך׃

§. 700. Et didicimus. Duo habet foramina nasus. Ex uno foramine prodit fumus flammans & inseritur in foramen Abyssi magnæ.

700. ותאנא בתרין נוקבין דחוטמא בחד נוקבא נפיק תננא להיט ומשתקעא בנוקבא דתהומא רבא׃

§. 701. Et ex altero foramine prodit ignis, qui accenditur flammâ suâ; flammatque in quatuor millia mundorum, qui in latere sinistro.

701. ומחד נוקבא נפיק אשא דאוקיד בשלהובוי ומתלהטי בארבע אלף עלמין דבסטר שמאלא׃

§. 702. Ille verò, qui causa est belli, dicitur Ignis Domini, Ignis consumens, Ignis qui comburit omnes ignes alios.

702. ומאן דגרים לקרבא בהאי אקרי אש יי אשא דאכלא ואוקיד כל שאר אשין׃

§. 703. Et iste ignis non mitigatur, nisi igne Altaris.

703. והאי אשא לא אתבסם אלא באשא דמדבחא׃

§. 704. Et ille fumus qui egreditur è foramine altero, non mitigatur, nisi fumo sacrificii altaris. Omnia autem dependent à naso.

704. והאי תננא דנפיק מנוקבא אחרא לא אתבסם אלא בתננא דקרבנא דמדבחא וכלא תליין בחוטמא׃

§. 705. Propterea scriptum est [*Gen*. 8.*v*.21.] Et olfecit Dominus odorem suavem. Omnia enim attributa nasi sunt olfacere, fumumque & ignem emittere &

705. בגין כך כתיב וירח יי את ריח הניחח דכלא בחוטמא תליין לארחא האי חוטמא בתננא ואשא

rubrum esse; & propterea appositus est beneplacito (*s. fronti.*)

ומסקא ובגין כך אתקביל ברעוא:

§. 706. Et ideo scriptum est [*Exod.* 4.*v.*14.] Et exarsit ira Domini [*Deut.*7. *v.*4.] Et accensa est ira Domini; [*Exod.* 22.*v.*24.] Et exardescet ira mea; [*Deut.*6. *v.*15.] Ne exardescat ira Domini. Quæ omnia de Seir Anpin seu Microprosopo intelliguntur.

706. והאי הוה דכתיב ויחר אף יי׳ וחרה אף יי׳ וחרה אפי פן יחרה אף יי׳ כלא בזעיר אפין אתמר:

SECTIO XXXIII.

De auribus Microprosopi.

§. 707. Didicimus. Scriptum est [2.*Reg.*19.*v.*16.] Inclina ô Deus aurem tuam & audi; hanc aurem scilicet quæ occultata est sub capillis; & capilli pendent super ea; & auris tamen est ad audiendum.

707. תאנא כתיב הטה אלהי אזנך ושמע האי אודנא דאתעביד תחות שערי ושערי תליין עליה ואודנא הוא למשמע:

§. 708. Et auris ab intra elaborata est cum signaturis concavis notantissimis, sicut fit scala cochlearis cum incurvatione, in utramque partem.

708. ואודנא אתעביד ברשומי רשימין לגאו כמה דעביד (סא דבארי) דרגא בעקימא להאי ולהאי:

§. 709. Quare autem cum curvaturis? Ut audiat bonum & malum.

709. מט בעקימא בגין למשמע טב וביש:

§. 710. Et didicimus. Ex illa curvatura intra aures dependent omnes illi Domini alarum, de quibus scriptum est [*Eccl.* 10.*v.*20.] Quia avis cœli adducet vocem, & Dominus alarum annunciabit verbum.

710. ותאנא מהאי עקימא דבגו אודנין תליין כל אינון מארי דגדפין דכתיב בהו כי עוף השמים יוליך את הקול ובעל כנפים יגיד דבר:

§. 711. Intra illam aurem (*Spiritus*) affluit de tribus cavitatibus cerebri in hoc foramen aurium. Et ab illo affluxu (*Spiritus*) ingreditur vox in illud profundum [al. in curvaturam,] & conjungitur cum (*Spiritu*) illo destillante tàm in bonum quàm in malum.

711. בגו אודנא נטיף מג׳ חללי דמוחא להאי נוקבא דאודנין ומההוא נטיפא עייל קלא בההוא עמיקא ואתצריף בההוא נטיפא בין טב ובין ביש:

§. 712. In bonum; ut scriptum est [*Ps.*69.*v.*34.] quoniam audit egenos Dominus. In malum; ut scriptum est: [*Num.* 11.*v.*1.] Et audivit Dominus & exarsit ira ejus, & accensus est in eis ignis Domini.

712. טב דכתיב כי שומע אל אביונים יי׳ ביש דכתיב וישמע יי׳ ויחר אפו ותבער בם אש:

§. 713.

§. 713. Et illa auris occlusa est foris, & profunditas [*al. curvatura*] procedit intra illud foramen inspirationis à cerebro.

713. והאי אודנא סתים לבר ועמיקא עייל לגו ההוא נוקבא דנטיפא מן מוחא.

§. 714. Ut colligatur vox interius nec prodeat foras; & sit custodita & occlusa ab omni latere: hinc est natura arcani.

714. בגין למכנש קלא לגאו ולא יפיק לבר ויהא נטיר וסתים מכל סטרוי בגנ דא רזי.

§. 715. Væ illi qui aperit arcana! Ille enim qui prodit arcana idem facit ac si negaret efformationem superiorem; quæ sic constituta est ut colligantur arcana, & non producantur foras.

715. ווי להוא דמגלי רזין דמאן דמגלי רזין כאלו אכחיש תקונא דלעילא דאתתקן למכנש רזין ולא יפקון לבר.

§. 716. Et didicimus in Barajetha. Illo tempore cum clamant in angustia & capilli amoventur ab auribus; vox intrat in aures per illud foramen, spiritus destillantis è cerebro.

716. ותניא משעתא דצווחין בעאקא ושערי מתגליין מעל אודנין עייל קלא באודנין בההוא נוקבא דנטיף ממוחא.

§. 717. Et colligitur in cerebro [al. & allidit ad cerebrum:] & egreditur per foramina nasi, & constringitur atque brevior fit nasus & incalescit & egreditur ignis & fumus: ex illis foraminibus excitantur omnes severitates & exercetur vindicta.

717. וכנש (סא ובטש) במוחא ונפיק בנוקבי דחוטמא ואתזער חוטמא ואתחמם ונפיק אשא ותננא מאינון נוקבין מתערין כל גבוראן ועביד נוקמין.

§. 718. Antequam verò ex illis foraminibus egreditur ignis & fumus, vox illa sursum ascendit & allidit ad principium cerebri; & promanant duæ lachrymæ ex oculis:

718. ועד לא נפקין מאינון נוקבין אשא ותננא סליק ההוא קלא לעילא ובטש ברישא דמוחא ונגדין תרין דמעין מעיינין.

§. 719. Et per illam vocem fumus egreditur & ignis è fulgore, quæ illas foras educit: per illam enim vocem, quæ intrat in aures, protrahuntur & excitantur [al. miscentur] omnia hæc.

719. ונפקא מנהורו תננא ואשא בההוא קלא דנגיד לון לבר בההוא קלא דעייל באודנין אתמשכאן ומתערין (סא ומתערבין) כולי האי.

§. 720. Et propterea scriptum est [*Num.* 11. *v.* 1.] Et audiit Dominus, & exarsit ira ejus, & accensus est in eis ignis Domini. Per illum auditum istius vocis excitatur cerebrum totum [*al. omnia.*]

720. ובגין כך כתיב וישמע יי ויחר אפו ותבער בם אש יי בההיא שמיעה דההיא קלא אתער מוחא כלא.

§. 721. Didicimus. Scriptum est: [2. *Reg.* 19. *v.* 16.] Inclina, Deus mi, aurem tuam;

721. תנא כתיב הטה אלהי אזנך כלומר ארכין (סא אודנין) שירת מאה

tuam; quasi diceret: Elongentur [al. aures sunt] sexcenties mille myriades illorum Alatorum, qui dependent ab illis auribus: & omnes vocantur aures Domini.

אלף רבוא אינון מאריהון דגדפין דתליין באלין אודנין וכלא אתקרון אזני יי׳.

§. 722. Cum ergo dicitur: Inclina Domine, aurem tuam: Aurem tuam i. e. Microprosopi.

722. ומה דאתמר הטה יי׳ אזנך׃ אזנך דזעיר אפין.

§. 723. Ab una cavitate cerebri dependent aures; & ex 50. portis quæ prodeunt de illa cavitate, hæc est porta una; quæ tendit & exit & aperitur in illo foramine auris.

723. מסטרא דחד חללא דמוחא תליין אודנין ומחמשין תרעין דנפקין מההוא חללא דא הוא תרעא חד דנגיד ונפיק ואתפתח בההוא נוקבא דאודנא.

§. 724. Sicut scriptum est [*Iob.* 34. *v.* 3.] Quoniam auris verba probat; & scriptum est [*Psal.* 7. *v.* 10.] Et probat corda & renes.

724. דכתיב כי אזן מלין תבחן׃ וכתיב ובוחן לבות וכליות.

§. 725. Et quantum ad expansionem illius cavitatis quinquaginta portarum, quæ procedit in corpus; illa expanditur usque in locum, ubi cor residet.

725. ומסטרא דאתפשטותא דההוא חללא דחמשין תרעין דאתפשטותא בגופא באתר דלבא שארי מתפשט ההוא חללא דחמשין תרעין.

§. 726. De aure ergò dicitur, quod in ea sit probatio; & de corde dicitur, quod in eo sit probatio; propterea quod ex uno loco procedant.

726. ואדניה קרי ביה בחינא ובלבא קרי ביה בחינה משום דמאתר חד מתפשטין.

§. 727. Didicimus in mysterio libri. Sicut auris hæc tam bonum probat, quàm malum, ita omnia quæ in Microprosopo sunt, habent partem boni & mali, dextrum & sinistrum; misericordiam & judicium.

727. תאנא בצניעותא דספרא משום דאודנא דא אבחן בין טב ובין ביש כך כלא דבזעיר אפין אית סטרא דטב וביש ימינא ושמאלא רחמי ודינא.

§. 728. Et hæc auris contigua est cerebro: & quia contigua est cerebro: hinc in cavitatem unam inseritur vox illa, quæ intrat in aurem.

728. והאי אודנא כליל במוחא ומשום דאתכליל במוחא בחללא חד מתכליל בקלא דעייל ביה.

§. 729. De aure ergo dicitur auditio: in auditione autem comprehenditur Binah s. Intelligentia; Audi enim etiam est idem, ac intellige; & patet [al. & apparet,] quod omnia una trutina trutinentur.

729. ובאודנא קרי ביה שמיעה ובשמועה אתכליל בינה שמע כלומר הבן אשתכח (סא ואסתכל) דכלא בחד מתקלא אתקיל.

§. 730.

§. 730. Et verba ista Dominis Dominorum dantur ut audiant, ut contemplentur & cognoscant.

730. ומלין אלין למאריהון דמארין אתיהבן למשמע ולאסתכלא ולמנדע.

§. 731. Veni vide. Scriptum est: [*Hab.* 3.v.1.] Domine, audivi auditum tuum, & timui &c.

731. תא חזי כתיב יי שמעתי שמעך יראתי וגו׳.

§. 732. Hic locus hunc habet sensum. Cum sanctus iste Propheta audivit & intellexit & scivit & occupatus fuit circa efformationes istas; scriptum est, Timui. Recte fuit quod timeret & frangeretur coram eo; hæc enim de Microprosopo dicuntur.

Cremonens. fol. 66. col. 262.

732. האי קרא אשתמודע דכד נביאה קדישא שמע ואסתכל וידע וקאים על תקונין אלין כתיב יראתי יאות הוא לדחלא ולאתבר קמיה האי בזעיר אפין אתמר.

§. 733. Cùm ulterius intelligeret & cognosceret, quid scriptum est ibidem? Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud, id de Sene dierum dicitur.

733. כד אסתכל וידע מה כתיב יי פעלך בקרב שנים חייהו האי לעתיק יומין אתמר.

§. 734. Et in omni loco, ubi invenitur יי יי cum Jod He bis, sive cum Aleph, Daleth, & Jod He; unum ad Microprosopum, & alterum ad Seniorem Seniorum pertinet. Nam quia omnia unum quid sunt, hinc unô nomine vocantur.

734. ובכל אתר דישתכח יי יי ביוד הא תרי זמנא או באלף דלת ויוד הא חד לזעיר אפין וחד לעתיקא דעתיקין ואעג דכלהו חד וחד שמא אקרו.

§. 735. Et didicimus. Quando dicitur nomen plenum? cum scribitur יי אלקים Tetragrammaton Elohim. Istud enim nomen plenum est Antiquissimi omnium, & Microprosopi: & simul juncta nomen plenum vocantur. Cætera autem non dicuntur nomen plenum, sicut constituimus.

735. ותנינן אימתי אקרי שם מלא בזמנא דכתיב יי אלהים דהאי הוא שם מלא דעתיק דכלא ודזעיר אנפין וכלא הוא שם מלא אקרי ושאר לא אקרי שם מלא כמה דאוקימנא.

§. 736. Cum dicitur [*Gen.* 2. v. 8.] Et plantavit Tetragrammaton Elohim &c. nomen plenum est, cum sermo est de plantatione horti: & ubicunque occurrit Tetragrammaton Elohim, nomen plenum dicitur.

736. ויטע יי אלהים שם מלא בנטיעת גנתא ובכל אתר יי אלקי׳ אתקרא שם מלא.

§. 737. In יי יי omnia generatim comprehensa sunt: & tunc excitantur miserationes super omnia.

737. יי יי כלא הוא בכללא והחוא זמנא אתערון רחמין בכלא.

§. 738. [Cùm dicitur] Domine opus tuum in medio annorum vivifica; de Sene dierum dicitur.

738. יי פעלך בקרב שנים חייהו לעתיק יומין אתמר.

§. 739. Quid est opus tuum? Microprosopus.

739. מאן פעלך זעיר אפין.

§. 740. In medio annorum hi sunt anni priores, qui dicuntur ימי קדם dies priores; & non dicuntur anni עולם sive mundi.

740. בקרב שנים אינון שנים קדמנית דאקרון ימי קדם ולא אקרון שנות עולם.

§. 741. Anni priores sunt dies priores; anni mundi, sunt dies mundi.

741. שנים קדמניות אינון ימי קדם שנות עולם אלין ימי עולם.

§. 742. Et hîc in medio annorum, qui anni? Anni priores.

742. והכא בקרב שנים מאן שנים שנים קדמונית.

§. 743. Vivifica illud; de quo dicitur Vivifica illud? de Microprosopo: Omnis enim splendor ejus ab illis annis conservatur. Et propterea dicit Vivifica illud.

743. חייהו למאן חייהו מזעיר אפין דכל נהירו דיליה מאינון שנים אתקיימו ובגנ אמר חייהו.

§. 744. In ira misericordiæ memento; ad illam Benignitatem supernam spectat, in quâ miserationes excitantur erga omnes; qui cupiunt misericordiam, & quibus debetur misericordia.

744. ברגז רחם תזכור להחוא חסד עלאה דביה אתער רחמין לכלא למאן דבעי לרחמא ולמאן דיאות לרחמא:

§. 745. Didicimus. Dixit R. Schimeon: Testor super me cœlos, erga omnes illos, qui supra nos adstant, quod gaudium exoriatur super verbis istis, in omnibus mundis.

745. תאנא אמר רש אסהדנא עלי שמיא לכל אלין דעלנא קיימין דחדאן מלין אלין בכלהו עלמין.

§. 746. Verba hæc & gaudium excitant in corde meo: & in velo expansi excelsi absconduntur & ascendunt, & illa asservat Antiquissimus omnium, occultus & absconditus ab omnibus.

746. וחדאן בלבאי מלי ובגו פרוכתא דפרסא עלאה מתטמרין וסלקין וגניז להו עתיקא דכלא גניז וסתים מכלא.

§. 747. Et quando incepimus loqui, non sciverunt socii, quod omnia illa verba ibidem aliquid suscitent.

747. וכד שרינא למללא לא הוו ידעין חבריא דכל הני מלין מתערין הכא.

§. 748. ô Beatam portionem vestram, socii hujus loci! & beatam portio-

748. זכאה חולקיכון חבריא דהכא

נמת

nem meam vobiscum in mundo hoc & in mundo venturo.

וזכאה חולקי עמכון בעלמא דין ובעלמא דאתי.

SECTIO XXXIV.

De Barba Microprosopi.

§.749. Incepit R. Schimeon & dixit: [*Deut.*4.*v*.4.] Et vos adhærebitis Domino Deo vestro &c.

749. פתח ר"ש ואמר ואתם הדבקים ביי אלהיכם וגו'.

§. 750. Quis populus tam sanctus est; sicut Jisraël? quia scriptum est de eo [*Deut*.33 *v*.29.] Beatum te Jisraël, quis sicut tu? propterea quod appliciti sint (Deo) per nomen Sanctum in mundo hoc.

750. מאן עמא קדישא כישראל דכתיב בהו אשריך ישראל מי כמוך משום דאתדבקותא דילהון הוא בשמא קדישא בעלמא דין.

§. 751. Et in mundo venturo plus quàm hic: Ibi enim non unquam separabitur ab illo è fasciculo, in quo colligati sunt justi.

751. ובעלמא דאתי יתיר מהכא דהתם לא מתפרשן מניה מההוא צרורא דצרירין ביה צדיקייא. Mantuæ, fol. 139.

§. 752. Illud est, quod scriptum est: Et vos adhæretis in Domino; non scriptum est: הדבקים ליי Adhærebis Domino, sed ביי in Domino (*estis*) realiter.

752. ההד ואתם הדבקים ביי ולא כתיב הדבקים ליי אלא ביי ממש.

§. 753. Didicimus. (*Lux*) descendit ex barba veneranda excelsa sancta abscondita, & occultata omnibus per oleum magnificentiæ sanctum in barbam Microprosopi.

753. תאנא כד נחית מן דיקנא יקירא עלאה קדישא סתים וטמיר מכלא במשחא דרבות קדישא לדיקנא דזעיר אפין.

§. 754. Et si dices, barbam non inveniri; namque & Salomon non nisi de genis locutus est; non verò de barba.

754. ואי תימא דיקנא לא אשתכח ולא אמר שלמה אלא לחייו ולא קרי דיקנא אלא.

§. 755. Sanè ita didicimus in mysterio libri. Quicquid occultatur & reconditur, & cujus non fit mentio, nec detegitur, illud est excelsum & venerandum quid, præ omnibus: quia absconditum est & occultatum.

755. אלא הכי תאנא בצניעותא דספרא כל מה דאתטמר וגניז לא אדכר ולא אתגלייא ההוא מלה הוי עלאה ויקירא מכלא משום דהוא סתים וגניז.

§. 756. Et barba quia est laus & perfectio & dignitas totius faciei, occultata in sacris reperitur nec detecta.

756. ודיקנא משום דהוא שבחא ושלימותא ויקירותא מכל פרצופא גניזה קרא ולא אתגלייא.

§. 757. Et illa barba est perfectio faciei & pulchritudo in Microprosopo; efformatur novem partibus.

757. והאי דיקנא שלימותא דפרצופא ושפירותא בזעיר אפין אתתקן בתשעה תקונין.

§. 758. Sed cum barba veneranda Senioris Seniorum in hanc barbam Microprosopi splendet; tunc tredecim scaturigines olei excelsi in hanc barbam promanant.

758. ובשעתא דנהיר דיקנא יקירא דעתיקא דעתיקין בהאי דיקנא דזעיר אפין נגדין תליסר מבועין דמשחא עלאה בהאי דיקנא.

§. 759. Et in ea inveniuntur 22. partes, & exinde manant 22. literæ Legis sanctæ.

759. ומשתכחי ביה עשרין ותרין תקונין ומניה נגדין עשרין ותרין אתוון דאוריתא קדישא.

§. 760. Et didicimus. Hæc barba exit ab auribus ejus, & descendit & ascendit, & integit agellos aromaticos.

760. ותאנא האי דיקנא נפיק מאודנוי ונחית וסליק וחפי בתקרובת דבוסמי.

§. 761. Qui sunt agri aromatici? Sicut dictum est [*Cant.5.v.13.*] Sicut pulvinus aromatis & non pulvini.

761. מאי תקרובת דבוסמא כדא כערוגת הבשם ולא ערוגות.

§. 762. Novem autem conformationibus hæc barba Microprosopi efformatur;

762. בתשעה תקונין אתתקן האי דיקנא דזעיר אנפין.

§. 763. Et quidem pilis nigris, ordine pulchro, sicut vir pulcher, sicut scriptum est [*Cant.5.v.15.*] Electus sicut Cedri.

763. בשערי דדיקנא אוכמין מתתקנין בתקונא שפיר כגבר שפיר דכתיב בחור כארזים.

§. 764. Pars prima. Efformatur pilus ex parte superiori, & egreditur illa scintilla, quæ est fulgor intensissimus; & egreditur è syntagmate aeris puri, & allidit sub crinibus capitis, sub cincinnis scil. qui super aures sunt: & descendit ante aperturam aurium pilus super pilum usque ad principium oris.

764. תקונא קדמאה מתתקן שערא מלעילא ונפיק ההוא בוצינא דקרדינותא ונפיק מכללא דאוירא דכיא ובטש בתחות שערא דרישא מתחות קוצין דעל אודנין ונחית מקמי פתחא דאודנין נימי על נימי עד רישא דפומא.

§. 765. Pars secunda. Prodit pilus, & ascendit à principio oris usque ad principium alterum aperturæ oris: & descendit sub ore ad alterum principium, pili super pilis, in ordine pulchro.

765. תקונא תניינא נפיק שערא וסליק מרישא דפומא עד רישא אחרא דפתחא דפומא ונחית מתחות פומא דרישא אחרא נימא על נימין בתקונא שפירא.

Cremonens. f. 66. col. 263.

§. 7

§. 766. Pars tertia. Ex medio sub naso & sub duobus foraminibus prodit semita quædam & pili exigui, crassique implent illam semitam: & reliqui pili replent locum ex hoc latere in illud latus, circum hanc semitam.

766. תקונא תליתאה מאמצעיתם דתחות חוטמא ומתחות תרין נוקבא נפיק חד ארחא ושערין זעירין תקיפין מליין להוא ארחא ושאר שערין מליין מהאי גיסא להאי גיסא סוחרניה דההוא ארחא

§. 767. Semita autem omninò non videtur infra; sed illa semita superna tantum, quæ descendit usque ad principium labiorum, & ibi inseritur hæc semita.

767. וארחא לא אתחזי לתתא כלל אלא ההוא ארחא דלעילא דנחית עד רישא דשפוון ותמן שקיעא ההוא ארחא.

§. 768. Pars quarta. Prodit pilus & ordinatur & ascendit & insternitur genis ejus, quæ sunt ager aromaticus Senioris.

768. תקונא רביעאה נפיק שערא ואתתקן וסליק וחפי בעלעוי דתקרובא דבוסמין דעתיקא:

§. 769. Pars quinta. Deficit pilus, & videntur duo poma hinc & inde, rubra, ut rosa rubra, & radiant in ducentos & septuaginta mundos, qui inflammantur inde.

769. תקונא חמשאה פסיק (סא נפיק) שערא ואתחזיין תרין תפוחין מכאן ומכאן סומקן כהאי ורדא סומקא ומתלהטן כמאתן ושבעין עלמין דמתלהטין מתמן (סא מנהון)

§. 770. Pars sexta. Prodit pilus sicut filum aliquod circa barbam, & pendent usque ad initium viscerum, non autem descendit usque ad præcordia.

770. תקונא שתיתאה נפיק שערא כחד חוטא בסחרניה דדיוקנא (סא דדיקנא) ותליין עד רישא דמעוי ולא נחית עד טבורא.

§. 771. Pars septima. Quod pili non dependent usque in os; sed os vacuum est ex omni parte sua, & pili in ordine sunt positi circumcirca illud.

771. תקונא שביעאה דלא תליין שערי עד פומא ופומא אתפני מכל סטרוי ויתבין שערי בתקונא סחור סחור ליה:

§. 772. Pars octava. Quod pili descendunt sub barba, qui tegunt cervicem (oppositam) ut non videatur: omnes illi pili tenues sunt, pili super pilis, pleni ex omni parte.

772. תקונא תמינאה דנחתין שערי בתחות דיוקנא (סא דיקנא) דמחפיין קדלא דלא אתחזי כלהו שערי דקיקין נימין על נימין מליין מכל סטרוי:

§. 773. Pars nona. Quod pili miscentur cum iis qui junguntur; omnesque sint in

773. תקונא תשיעאה מתערבין שערי

æqualitate, à genis[*al. pleni*] uſque ad illos pilos, qui dependent; omnes (*inquam*) ſunt in æqualitate pulchra, ſicut vir quidam fortis, victorioſusque bellator.

עם אינון דמתחברן שערי כלהו בשקולא מעלייא (סא מלייא) עד אינון שערי דתליין כלהו בשקולא שפיר כחד גיבור תקיף מארי נצח קרבין·

§. 774. Per novem ordines iſtos dimanant & prodeunt novem ſcaturigines olei magnificentiæ, & quidem ex illo oleo magnificentiæ ſuperiori hæ promanant, in omnes iſtas inferiores.

774. בתשעה תקונין אלין נגדין ונפקין ט מבועין דמשח רבורת ומההוא משח רבות דלעילא נגדין לכל אינון דלתתא·

§. 775. Novem diſpoſitiones iſtæ inveniuntur in forma [al. in barba] hac; & in perfectione efformationis barbæ hujus filius hominis inferior vir fortis vocatur.

775. ט תקונין אלין אשתכחו בדיוקנא (סא דדיקנא) דא ובשלימות תקונא דדיקנא דא אתקרי בר נש לתתא גיבר תקיף·

§. 776. Quicunque enim (*in ſomnio*) videt, quod barba ſua conſiſtat in ſtatu ſuo debito, in illo invenietur fortitudo & robur. Hucuſque Deſcriptio barbæ ſupernæ Microproſopi.

776. דכל מאן דחמי דיקנא קיימא בקיומיה תלייא ביה גבירא תקיפא · עד כאן תקונא דדיקנא עלאה דזעיר אפין·

§. 777. Dixit R. Schimeon ad R. Eleaſar filium ſuum: Surge fili mi Sancte deprædica partes iſtas barbæ in efformationibus ſuis.

777. אמר רש לרבי אלעזר בריה קום ברי קדישא סלסל תקונא דדיקנא בתקונוי אלין·

§. 778. Surrexit R. Eleaſar incepitque & dixit: [*è Pſal.* 118. *v.* 4.] De anguſtia invocavi Jah, exaudivit me in latitudine Jah; Dominus mihi, nõ timebo: quid faciat mihi homo. Dominus mihi inter auxiliatores meos, & ego videbo in odio habentibus me. Melius fidere in Domino, quam ſperare in homine, melius confidere in Domino, quam ſperare in principibus.

778. קם ר אלעזר פתח ואמר מן המצר קראתי יה ענני במרחב יה וגו· עד מבטוח בנדיבים·

§. 779. Hîc ſunt formæ novem hujus barbæ. His enim diſpoſitionibus opus habebat David Rex, ut vinceret cæteros Reges & cæteros populos.

779. תנא הכא ט תקונין דבדיקנא דא להני תקונין אצטריך דוד מלכא בגין לנצחא לשאר מלכין ולשאר עמין·

§. 780. Veni vide. Poſtquam dixerat novem iſtas diſpoſitiones, poſtea ſubjungit v. 10. Omnes gentes circundederunt me, in nomine Domini quoniam ſuccidam eas.

780. תח כיון דאמר הני ט תקונין לבתר אמר כל גוים סבבוני בשם יי כי אמילם·

§. 781.

§. 781. Effatus est igitur illas dispositiones, quas diximus. Ad quid autem opus iis fuit? propterea quod dicit: Omnes gentes circundederunt me. Nam in dispositione hac novem istarum efformationum, quę sunt Nomen Domini, illæ exscinduntur è mundo.

781. אָמַר הָנֵי ט״ תִקּוּנִין דְאָמִינָא לְמַאי אִצְטְרִיכְנָא מִשּׁוּם דְּכָל גּוֹיִם סְבָבוּנִי וּבְתִקּוּנָא דָא דְּט״ תִקּוּנִין דְאִינוּן שֵׁם יְיָ אֲשֵׁיצִינוּן מִן עַלְמָא׃

§. 782. Hoc ipsum est quod scribitur: In nomine Domini, quoniam succidam eos.

782. הה״ד בְּשֵׁם יְיָ כִּי אֲמִילַם׃

§ 783. Et didicimus in Mysterio libri. Novem dispositiones David hîc dixit; quarum sex consistunt in Nomine sancto; sunt enim sex nomina: & tres in voce אָדָם sive homo.

783. וְתָאנָא בִּצְנִיעוּתָא דְסִפְרָא תִּשְׁעָה תִּקּוּנִין אָמַר דָּוִד הָכָא שִׁיתָא אִינוּן בִּשְׁמָא קַדִּישָׁא דְשִׁית שְׁמָהָן הֲווּ וּתְלַת אָדָם׃

§. 784. Et si dices; duas tantum esse istarum; certè tres sunt, quia etiam Principes ad notionem vocis Adam pertinent.

784. וְאִי תֵימָא תְּרֵין אִינוּן תְּלָתָא הֲווּ דְהָא נְדִיבִים בִּכְלַל אָדָם הֲווּ׃

§. 785. Didicimus. Sex nomina sunt: quia scriptum est; De angustia vocavi Jah; primum.

785. תָּנָא שִׁיתָא שְׁמָהָן דִּכְתִיב מִן הַמֵּצַר קָרָאתִי יָּהּ חַד׃

§. 786. Exaudivit me in latitudine Jah; secundum.

786. עָנָנִי בַמֶּרְחָב יָהּ תְּרֵין׃

§. 787. Tetragrammaton mihi, non timebo; tertium.

787. יְיָ לִי לֹא אִירָא תְּלַת׃

§. 788. Tetragrammaton mihi inter auxiliatores meos; quartum.

788. יְיָ לִי בְּעֹזְרָי אַרְבַּע׃

§. 789. Bonum confidere in Tetragrammato: quintum.

789. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיְיָ חַמְשָׁה׃

§. 790. Melius confidere in Tetragrammato: sextum.

790. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיְיָ שִׁיתָא׃

§. 791. Vocis Adam (*repetitiones sunt*) tres: quia scriptum est: Dominus mihi non timebo, quid faciat mihi Adam: *prima*.

791. אָדָם תְּלַת דִּכְתִיב יְיָ לִי וְלֹא אִירָא מַה יַּעֲשֶׂה לִי אָדָם חַד׃

§. 792. Bonum confidere in Domino, præ confidere in principibus: *secunda*.

792. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיְיָ מִבְּטֹחַ בָּאָדָם תְּרֵי׃

§. 793. Melius fidere in Domino, quàm fidere in homine: *tertia*.

793. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיְיָ מִבְּטֹחַ בִּנְדִיבִים תְּלַת׃

§. 794. Et veni vide. Arcanum rei in hoc latet: ubicunque hoc loco mentio fit

794. וְתָא חֲזֵי דְּתַלְיָא דִּבְכָל אֲתַר

vocis

vocis Adam, ibi nomen Sanctum adjungitur: & quidem meritò; propterea quia homo non subsistit nisi per illud, quod ipsi analogum est.

דאדכר אדם הכא לה אדכר אלא בשמא קדישא דהכי אתחזי משום דלא הוה אדם אלא במה דאתחזי ליה·

§. 795. Quid autem analogum est ei? Nomen sanctum: quia scriptum est: [*Gen.* 2. *v*. 7.] Et creavit Dominus Deus hominem: cum nomine pleno, quod est יְיָ אלקים, eidem analogum [quia Tetragrammaton denotat Masculum & Elohim fœminam.]

795. ומאי אתחזי ליה שמא קדישא דכתיב וייצר יי אלהים את האדם בשם מלא דהוא יי אלהים כמה דאתחזי ליה·

§. 796. Et propterea hîc non fit mentio hominis nisi cum nomine sancto.

796. ובגין כך הכא לא אדכר אדם אלא בשמא קדישא·

§. 797. Et didicimus: Scriptum est: Ex angustia inclamavi Jah; Exaudivit me in latitudine Jah; bis dicitur יָהּ יָהּ, respectu duarum maxillarum, quibus pili adhærent, & à quibus videbat pilos prodire & dependere,

797. ותנא כתיב מן המצר קראתי יה ענני במרחב יה תרי זמני יה יה לקביל תרי עלעוי דשערי אתאחדן בהו ומרחמא דשערי אתמשכאן ותליין·

§. 798. Pergit & dicit: Dominus mihi & non timebo, Dominus mihi inter auxiliatores meos: ubi nomen non defectivum habetur [*ut priùs*:] nomen quod est sanctum; & cum nomine hoc mentio etiam fit hominis.

798. שארי ואמר יי לי לא אירא· יי לי בעוזרי· בשמא דלא חסר בשמא דהוא קדישא ובשמא דא אדכר אדם·

§. 799. Et quid est quod dicit: Quid faciat mihi homo? sic est ut didicimus: Omnia illa diademata sancta Regis, cum iste conformatur in dispositionibus suis [*id est, quando literæ Tetragrammati omnes conjunguntur*] vocantur Homo; quæ est forma, quæ comprehendit omnia.

799. ומה דאמר מה יעשה לי אדם הכי הוא דתנא כל אינון כתרין קדישין דמלכא כד אתתקן בתקונוי אתקרון אדם דיוקנא דכליל כלא·

§. 800. Cum autem aliquid detrahitur ab illo, [*i.e. cum dicitur* יָהּ *& non* יְדוד] ibi intelligitur [*Microprosopus &*] nomen sanctum [*per literam Jod*] & תערא sive Porta [*i. e. Uxor, cui tribuitur nomen* אדני, *cujus numerus in plenitudine sua scripti est* 671 *sicut eum exhibet vox* תרעה *per literam* ה.] & quod in ea.

800. ומה דמשלפא בהו אתקרי שמא קדישא ותערא ומה דביה·

§. 801. Cùm ergo vocatur Tetragrammaton, homo dicitur, cum inclusione por-

801. אתקרי ידוד אתקרי אדם בכללא

æ & eorum quæ in ea [de mundis inferioribus. al. Et cum abstrahitur à Porta (*i.e. cum litera Vau & He non adjunguntur, quarum hac portam inferam denotat*) tunc intelligitur Nomen sanctum (*per Jod*) Porta (*per He*) & quæ in ea. Cum autem vocatur יהוה vocatur homo, cum omnibus; (*adjuncta etiam*) porta & iis quæ in ea.]

§. 802. Et illas novem formas propterea prolocutus est David: quia ille cui apprehendere licet barbam Regis, omne quod desiderat, efficere potest.

§. 803. Quare barbam & non corpus? quia corpus latet post barbam, barba autem non locum habet post corpus.

§. 804. Dupliciter autem procedit iste computus. Semel sicut diximus: Deinde sic, [cum dicit]: Ex angustia clamavi ad Jah: [*ecce forma*] prima.

§. 805. Et exaudivit me in latitudine Jah: secunda.

§. 806. Dominus mihi, non timebo: tertia.

§. 807. Quid faciat mihi homo? quarta.

§. 808. Dominus mihi inter auxiliatores meos; quinta.

§. 809. Et ego videbo in odio habentes me: sexta.

§. 810. Melius fidere in Domino: septima.

§. 811. Quàm confidere in homine: octava.

§. 812. Melius confidere in Domino: nona.

§. 813. Quàm confidere in Principibus. Decima [al. melius fidere in Domino, quàm confidere in homine: septima. Melius fidere in Domino; octava: quàm confidere in principibus; nona.]

דתרעא ומה דביה (סא ומה דאשתלף מתרעא אתקרא שמא קדישא תרעא ומה דביה אתקרי יהוד אתקרי אדם בכלא תרעא ומה דביה) Cremonenl. col. 264.

802. ואלין תשעה תקונין דאמר דוד בגין דמאן דאחיד דיקנא דמלכא כל מה דבעי עביד.

803. מט דיקנא ולא גופא אלא גופא אזיל בתר דיקנא ודיקנא לא אזיל בתר גופא.

804. ובתרי גווני אתי האי חושבנא· חד כדקאמרן· תרין מן המצר קראתי יה חד.

805. ענני במרחב יה תרי.

806. יי לי לא אירא תלת.

807. מה יעשה לי אדם ארבע.

808. יי לי בעזרי חמש.

809. ואני אראה בשונאי שיתא.

810. טוב לחסות ביי שבעה.

811. מבטוח באדם תמניא.

812. טוב לחסות ביי תשעה.

813. מבטוח בנדיבים עשרה (סא טוב לחסות ביי מבטוח באדם ז· טוב לחסות ביי ח· מבטוח בנדיבי ט.

§. 814. De anguſtia inclamavi Jah. Quid eſt quod dicit? Nimirum David omnia hæc, quæ hîc dicit, de forma barbæ dicit.

814. מן המצר קראתי יה מאי קא מיירי אלא דוד כל מה דאמר הכא על תקונא דדיקנא קאמר.

§. 815. R. Jehuda dixit: De anguſtia inclamavi Jah; E loco ubi barba extendi incipit, quod eſt è loco remotiori; ante aures; deſuper ſubter capillos. Et propterea dixit: Jah, Jah; bis.

815. ר׳ יהודה אמר מן המצר קראתי יה מאתר דשארי דיקנא לאתפשטא דהוא מאתר רחיק מקמי דאודנין· מעילא תחות שערי ובג״כ אמר יה יה תרי זמני·

§. 816. Sed eo loco, ubi expanditur barba, & deſcendit ab auribus ejus; in extenſionem largiorem, locum habet appellatio hominis [i. e. Tetragrammati integri.] Et hæc expanſio opus erat [al. Cùm ergò dicit: Dominus mihi, non timebo; nam hic talis eſt, qui non parcit (*impius*) & hoc omne opus erat] Davidi, cùm ſibi ſubjicere vellet Reges & populos per dignitatem Barbæ hujus.

816. ובאתר דאתפשט דקנא ונחית מאודנוי לאתפשטא אדם אתקרי ואל אתפשטותא האי אצטריך (סא אמר יי לי לא אירא דהוא דלא רחים וכל האי אצטריך וכו׳) דוד לאכנע תחותוי מלכין ועמין בגין יקרא דדיקנא דא·

§. 817. Et didicimus in myſterio libri. Quicunque in ſomnio ſuo videt, quod barbam hominis ſupernam ſive myſtacem manu ſua apprehendat, aut manum ſuam ad eam extendat, ille ſciat, quod in pace ſit cum ſuperis, illique ſubjiciendi ſint illi, qui affligunt eum.

817. ותאנא בצניעותא דספרא כל מאן דחמי בחלמיה דדיקנא דבר נש עלאה אחיד בידיה או דאושיט ידיה ליה ינדע דשלים הוא עם עלאה ואדמית תחותיה אינון דמצערין ליה·

§. 818. Didicimus. Diſponitur barba ſuperna novem formis: & eſt barba Microproſopi.

818. תנא מתתקן דיקנא עלאה בתשעה תקונין והוא דיקנא דזעיר אפין·

SECTIO XXXV.

De parte prima Barbæ Microproſopi.

§. 819. Formâ primâ; diſponitur pilus deſuper & prodit ante aperturam aurium ſub cincinnis, qui pendent ſuper auribus: & crines deſcendunt, pili ſuper pilis, uſque ad principium oris.

819. תקונא קדמאה מתתקן שערא מעילא ונפיק מקמי פתחא דאודנין מתחות קוצי דתליין על אודנין ונחתין שערי נימין על נימין עד רישא דפומא· Mantuan. fol. 140.

§. 820.

§. 820. Didicimus: Omnes illi pili, qui in barba, duriores ſunt omnibus pilis cincinnorum è capillis capitis; Capitis autem capilli longi ſunt, & flectuntur: aſt iſti pili non ſunt longi.

820. תאנא כל אלין נימין דבריקנא הקיפין יתיר מכל נימין דקיצין דשערי דרישא ושערי דרישא אריכין וכפיין והני לאו אריכין.

§. 821. Capillorum capitis quidam ſunt lenes, quidam duri.

821. אלא שערי דרישא מנהון שעיעי ומנהון קשישין.

§. 822. Et quando capilli albi Senis dierum protrahuntur, in capillos Microproſopi, ſcriptum eſt [*Pr.* 1. *v.* 20.] Sapientiæ foris prædicant.

822. ובשעתא דאתמשכן שערי חוורא דעתיק יומין ושערי דזעיר אפין כתיב חכמות בחוץ תרנה.

§. 823. Quid eſt, foris? in hoc Microproſopo, ubi ſociantur duo cerebra. Duóne cerebra dicis? ſed dicendum quatuor cerebra.

823. מאי בחוץ. בהאי זעיר אפין דמתחברין תרי מוחי. תרי מוחי סד אלא אימא ארבע מוחי.

§. 824. Tria (*nimirum*) cerebra ſunt in Microproſopo, & inveniuntur in tribus cavitatibus cranii capitis.

824. תלת מוחי דהוו בזעיר אפין ואשתכחו בתלת חללי דגולגלתא דרישא.

§. 825. Et unum cerebrum tranquillum reſidet in claritate ſua, quod comprehendit omnia tria cerebra, & ab eo ducuntur productiones (*capillorum*) quæ producuntur & cõtinuantur æqualiter in capillo albo in iſtum Microproſopum, in tria cerebra ejus, ita ut in eo inveniantur quatuor cerebra.

825. וחד מוחא שקיט על בורייה דכליל כל תלת מוחא דאתמשך מניה משיכן כלילן שקילן בשערי חוורי להאי זעיר אפין לתלת מוחי דביה משתכחן ארבע מוחין דהאי זעיר אפין.

§. 826. Et hinc perficiuntur 4. textus, qui ſcribuntur in phylacteria, quia in eis continetur Nomen Sanctum Senis dierum, Senis Seniorum & Microproſopi.

826. בגין כך אשתלימו ארבע פרשיות דכתיבין בתפילין דאתכליל בהו שמא קדישא דעתק יומין דעתיקא דעתיקין וזעיר אפין.

§. 827. Hæc enim eſt perfectio Nominis Sancti, de quo ſcriptum eſt: [*Deut.* 28. *v.* 10.] Et videbunt omnes populi terræ, quod Nomen Domini invocetur ſuper te, & timebunt te.

827. דהאי שלימותא דשמא קדישא דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם יי נקרא עליך ויראו ממך.

§. 828. Nomen Domini eſt ipſum Nomen Tetragrammaton, qui ſunt canales, cavitates phylacteriorum.

828. שם יי שם יי ממש דאינון ארבע דהיטי בתי תפילין.

§. 829. Et propterea dicitur: Sapientiæ foris prædicabunt. [*Prov.* 1. *v.*20.] quod hîc inveniantur.

829. ובגין כך חכמות בחוץ תרנה ובהכא משתכחין·

§. 830. Sanè enim Senior Seniorum; occultatus occultationibus non invenitur, nec prodit Sapientia ejus; quia illa Sapientia occultata est omnibus, quæ sese non exserit.

830. דהא עתיקא דעתיקין סתימא וסתימין לא אשתכח ולא זמין חכמתא דיליה משום דהיא חכמתא סתימא דכלא ולא אתפרש·

§. 831. Et quia quatuor cerebra sociantur: & ab hoc Microprosopo promanant quatuor scaturigines in quatuor latera, & ex una scaturigine distribuuntur, quæ egreditur ex iis omnibus: propterea sunt quatuor.

831. ובגין דאתחברו ארבעא מוחין דהאי זעיר אפין אתמשכן ארבע מבועין מניה לארבע עיבר ומתפרשן מחד מבועא דנפיק מכלהו· ובגב איתון ארבע·

§. 832. Et didicimus: Ab hac Sapientia, quæ comprehenditur in quatuor, promanant capilli, qui pendent crispaturæ super crispaturis, & omnes sunt duri & crassi, & protrahuntur & manant singula in latus suum.

832. ותאנא האי חכמתא דאתכלילא בארבע אתמשכן בהני שערי דאינון תלין תלין על תלין וכלהו קשיין ותקיפין ואתמשכו ונגידו כל חד לסטרוי·

§. 833. Et tot millena millia & myriades myriadum pendent ab iis, ut eorum non sit numerus.

833. ואלף אלפין ורבוא רבבן תליין מניהו דליתהון בחושבנא·

§. 834 .Hoc ipsum est quod scribitur [*Cant.* 5. *v.*11.] Cincinni ejus crispati תלתלים: quasi תלי תלים aggeres crispi super aggeribus.

834. הה״ד קווצותיו תלתלים · תלי תלים·

§. 835. Et omnes sunt duri & crassi (*apti*) ad perfringendum, sicut est rupes dura, & sicut petra durissima.

835. וכלהו קשיין ותקיפין לאתבר כהאי חלמיש תקיף וכהאי טינרא דאיהו תקיפא·

§. 836. Donec faciant foramina (*per cranium*) & scaturigines sub crinibus prodeant, & scaturigines vehementes prosiliant in singula latera, inque singulas partes.

836. עד דעבדין נוקבין ומבועין מתחות שערא ונגדין מבועין תקיפין לכל עיבר ועיבר לכל סטר וסטר·

§. 837. Et quia isti capilli nigri sunt & obscuri, scriptum est [*Job.*12.*v.*22.] Revelat profunda de tenebris, & educit ad lucem umbram mortis.

837. ובגין דהני שערי אוכמי וחשוכן כתיב מגלה עמוקות מני חשך ויוצא לאור צלמות·

§. 838. Et didicimus. Isti pili barbæ duri sunt tantùm præ cæteris crinibus capitis, quia isti soli sese exserunt & inveniuntur & sunt duri in semitis suis.

838. ותנא הני שערי דדיקנא תקיפין בלחודוי משאר שערי דרישא משום דהני בלחודייהו מתפרשן ומשתכחן ואינון תקיפין בארחייהו·

§. 839. Quare dicis duros? An quia omnes denotant judicium? Nequaquam; sanè enim in istis dispositionibus tàm misericordia invenitur quàm judicium.

839. אמאי תקיפין אי משום דכלהו דינא לאו הכי דהא בתקונין אלין אשתכחו רחמי ודינא·

§. 840. Cum descendunt tredecim scaturigines fluminum olei, hæc omnia sunt miserationes.

840. ובשעתא דנחתין תליסר מבועי נהרי דמשחא אלין כלהו רחמי· Cremonens. f. 67. col. 265.

§. 841. Sed didicimus. Omnes illi pili barbæ sunt duri: quare? Quicunque denotant miserationes, necessariò debent esse rigidi ad inflectendum judicium.

841. אלא תאנא כל הני שערי דדיקנא כלהו תקיפין מט כל אינון דרחמי בעיין למהוי תקיפין לאכפייא לדינא·

§. 842. Et omnes illi qui denotant judicium, etiam rigidi sunt: & propterea utrosque oportet esse rigidos in utrumque casum.

842. וכל אינון דאינהו דינא הא תקיפין אינון ובין כך ובין כך בעיין למהוי תקיפין מתרין סטרין·

§. 843. Cum mundus opus habet misericordia, miserationes fortes sunt, & prævalent judicio: cum autem requirit judicium, judicium forte est, & prævalet misericordiæ: & propterea necesse est, ut sint rigidi ex utroque latere.

843. כד בעי עלמא רחמין רחמי תקיפין ונצחין על דינא וכד בעי דינא תקיף ונצח על רחמי · ובגכ בעיין למהוי תקיפא מתרין סטרין·

§. 844. Et quando requiritur misericordia, pili qui denotant misericordiam exstant, & barba apparet in illis pilis [al. continet tales pilos:] & omnia sunt misericordia plena.

844. וכד בעי רחמי שערי דאינון ברחמי קיימין ומתחזיין (סא ומתאחרן) דיקנא באינון שערי וכלא הוו רחמי·

§. 845. Cum autem requiritur judicium, barba apparet, in illis pilis, & omnia consistunt in judicio.

845. וכד בעייא דינא אתחזייא דיקנא באינון שערי וכלא אתקיים בדיקנא·

§. 846. Cum autem detegitur barba sancta alba, omnes isti & omnes illi illumi-

846. וכד אתגלייא דיקנא קדישא חוורא כל הני וכל הני מתנהרין

nantur & dealbantur, sicut cum quis in flumine profundo abluit id quod in se habuerat.

ומסתחיין כמאן דאסתחי בנהרא עמיקא ממה דהוה ביה.

§. 847. Et omnia consistunt in misericordia, & nullum judicium invenitur.

847. ואתקיימו כלהו ברחמי ולית דינא אשתכח.

§. 848. Et omnes istæ novem cum simul lucent, omnes dealbantur in misericordia:

848. וכל הני תשעה כד נהרין כחדא כלהו אסתחיין ברחמי.

§. 849. Et propterea dicit Moscheh alterâ vice [*Num.*14.*v.*18.] Domine longe irarum, & magne misericordia.

849. ובגנ״כ אמר משה זמנא אחרא יי ארך אפים ורב חסד.

§. 850. Et illa quæ de veritate dixerat [*Exod.* 34. *v.* 6.] non addit: quia arcanum rei sunt novem hæ mensuræ, quæ lucent à Sene dierum in Microprosopum.

850. ואלו אמרת לא קאמר משום דרזא דמלא אינון תשעה מכילן דנהרין מעתיק יומין לזעיר אפין.

§. 851. Nam cum Moses secunda vice dicit, (*laudes illas Dei Num.*14,18.) Novem efformationes dicit: & illæ sunt formæ barbæ, quæ inveniuntur in Microprosopo, & descendunt à Sene dierum, & lucent in isto.

851. וכד אמר משה זמנא תניינא תשעה תקונין אמר ואינהו תקוני דיקנא דמשתכחי בזעיר אפין ונחתין מעתיק יומין ונהרין ביה.

§. 852. Vox אמת Veritas igitur, dependet à Seniore: unde hac vice Moses non dixit: Et veritate.

852. ובגין כך אמת תלייא בעתיקא והשתא לא אמר משה ואמת.

§. 853. Didicimus: Capilli capitis Microprosopi omnes duri sunt & crispati, & non lenes.

853. תנא שערי דרישא דזעיר אפין כלהו קשישי תלין על תלין ולא שעיען.

§. 854. Videmus enim quod in hoc tria cerebra in tribus cavitatibus inveniantur, quæ fulgent à cerebro abscondito.

854. דהא חמינא דתלת מוחי בתלת חללי משתכחין ביה ונהרין ממוחא סתימאה.

§. 855. Et quia cerebrum Senis dierum tranquillum est & quietum, sicut vinum bonum super fæcibus suis: hinc capilli ejus omnes lenes sunt & uncti oleo bono.

855. ומשום דמוחא דעתיק יומין שקיט ושכיך כחמר טב על דורדייא שערין כלהו שעיען ומשיחין במשחא טב.

§. 856. Et propterea scriptum est [*Dan.*7.*v.*9.] Caput ejus ut lana pura.

856. ובגין כך כתיב רישיה כעמר נקא.

§. 857. Qui autem in Microprosopo

857. והאי דזעיר אפין קשישין ולא

partim

partim duri ſunt, & partim non duri, quia omnes pendent, & non incurvantur.

קשישין דהא כלהו תליין ולא מתקמטי.

§. 858. Et propterea Sapientia promanat & prodit: ſed non Sapientia Sapientiæ; illa enim quieta eſt & tranquilla.

858. ובגין כך חכמתא נגיד ונפיק אבל לא חכמתא דחכמתא דאיהי שכיכא ושקיטא.

§. 859. Didicimus enim: quod nemo ſciat cerebrum Senis dierum præter ipſum ſolum.

859. דהא תנינן דלית דידע מוחיה דעתיק יומין בר איהו.

§. 860. Hoc ipſum eſt quod dicitur [*Iob*. 28. *v*. 23.] Deus novit viam ejus &c. quæ de Microproſopo dicuntur.

860. ההד אלהים הבין דרכה וגו׳ בזעיר אפין אתמר.

§. 861. Dixit R. Schimeon: Benedictus ſis fili mi Sancto illi Benedicto, in mundo hoc & in mundo venturo.

861. אמר רש׳ בריך ברי לקבה בעלמא הדין ובעלמא דאתי.

SECTIO XXXVI.

De parte ſecunda Barbæ Microproſopi.

§. 862. Forma ſecunda. Prodit pilus & aſcendit à principio oris usque ad alterum oris principium, & deſcendit ſub ore usque ad principium alterum; pili ſuper pilis, ordine pulchro. Surge R. Abba.

862. תקונא תנינא נפיק שערא וסליק מרישא דפומא עד רישא אחרא דפתחא דפומא ונחית מתחות פומא עד רישא אחרא נימין על נימין בתקונא שפיר. קום ר׳ אבא.

§. 863. Surrexit R. Abba, incepitque & dixit: Cum diſpoſitio barbæ hujus inſtituitur, in efformatione Regis; tunc ipſe ſicut heros fortis eſt pulcher aſpectu, validusque & dominans.

863. קם ר׳ אבא פתח ואמר כד תקונא דדיקנא דא מתתקן בתקונא דמלכא (סא בתקוני מלכין) כגבר תקיף שפיר למחזי רב ושליט.

§. 864. Id ipſum eſt quod ſcriptum eſt: [*Pſ*. 147. *v*. 5.] Magnus Dominus noſter, & multæ potentiæ.

864. ההד גדול אדוננו ורב כח.

§. 865. Et dum mitigatur diſpoſitione barbæ venerandæ Sanctæ, & hæc iſtam aſpicit, tunc per lumen illius dicitur: Deus miſericors [*Exod*. 34. 6.] & gratioſus longus narium, & multus miſericordia & veritate. Et ſic ſecunda diſpoſitio inſtituitur.

865. וכד אתבסם בתקונא דיקנא יקירא קדישא וישגח ביה אקרי בנהירו דיליה אל רחום וגו׳ והאי תקונא תנינא אתתקן.

§. 866. Cùm fulget lumine Senis dierum:

866. כד נהיר בנהירו דעתיק יומין

dierum: tunc dicitur multus misericordiâ; & cum alter alterum intuetur formâ aliâ, dicitur: Et veritate: hic enim est fulgor faciei ejus.

אקרי רב חסד וכד מסתכלי דא בדא אתקרי בתקונא אחרא ואמת דהא נהירו אנפיה (כא דא נהירו דאנפין.)

SECTIO XXXVII.

De parte tertia Barbæ Microprosopi.

§. 867. Et didicimus. Portans iniquitatem dicitur hæc forma secunda, sicut in Seniore Sanctissimo.

867. ותאנא נשא עון אתקרי דא תקונא תניינא כגוונא דעתיקא קדישא.

§. 868. Sed quia illa semita, quæ egreditur in dispositione tertia sub duobus foraminibus, pilis rigidis brevibus repletur: hinc ob illam semitam hæ formæ non dicuntur ferens iniquitatem, & transgrediens super prævaricationem: sed illæ collocantur in alio loco.

868. אבל משום ההוא אורחא דנפיק בתקוני תליתאה מתחות תרין נוקבין ושערין תקיפין זעירין מליין מההוא אורחא לא אתקרון הכא נושא עון ועובר על פשע ואתקיימו באתר אחרא.

§. 869. Et didicimus in Barajetha: Trecentæ septuaginta quinque misericordiæ comprehenduntur in Benignitate Senis dierum; quæ omnes dicuntur Benignitates primæ.

869. ותניא תלת מאה ושבעין וחמש חסדים כלילן בחסד דעתיק יומין וכלהו אקרון חסדי קדמאי.

§. 870. Sicut scriptum est [*Psal.* 89. v. 50.] Ubi benignitates tuæ priores? Et omnes comprehenduntur in Benignitate Senioris Sanctissimi, occultissimi omnium.

870. דכתיב איה חסדיך הראשונים וכלהו כלילן בחסד דעתיקא קדישא סתימא דכלא.

§. 871. Sed Benignitas Microprosopi dicitur חסד עולם Benignitas seculi.

871. וחסד דזעיר אפין אקרי חסד עולם.

§. 872. Et in libro Mysterii. Ob benignitatem priorem Senis dierum vocatur Multus Benignitate. Sed in Microprosopo misericordia nudè & absolutè ponitur.

872. ובספרא דצניעותא קרי ביה בחסד קדמאה דעתיק יומין רב חסד ובזעיר אפין חסד סתם.

§. 873. Et propterea scriptum est hîc: Et multus Benignitate: Et scriptum est: Servans benignitatem millibus; nude sine addito.

873. ובגנ כתיב הכא ורב חסד וכתיב נוצר חסד לאלפים סתם.

§. 874. Jamq; docuimus de hoc nomine, Et multus benignitate, quod exinde mitigetur Benignitas (*inferior*,) ut luceat in o-

874. ואוקימנא בהאי ורב חסד מהאי אתבסם חסד לנהרא לכלהו בוצינא

mnes

mnes lucernas [al. Nomen, multus benignitate, pertingit usque ad benignitatem absolutè dictam, ut eam illuminet, & accendat lucernas.]

(סא רב חסד משדה כלפי חסד לנהרא ליה ולאדלקא בוצינא.)

§. 875. Didicimus enim. Illa semita, quæ descendit sub duobus foraminibus nasi, pilis brevibus impleta est; & de hac semita scriptum est: Transiens super prævaricationem; [*al. Et pilis breviores replent illam semitam. Non autem vocatur Transiens super prævaricationem, illa semita.*] quia nullus ibi locus est ad transeundum illac; ex duplici ratione.

875. דתנא האי אורחא דנחית תחות תרין נוקבין דחוטמא זעירין שערי תמן ובהאי אורחא כתיב עובר על פשע (סא ושערין זעירין מליין לההוא ארחא לא אקרי ההוא ארחא עובר על פשע) דלית אתר לאעברא ליה בתרי גווני. Cremonens. col. 266.

§. 876. Primò quia illa semita locus durus est ad transeundum [*al. quia pili qui reperiuntur in illa, duri.*]

876. חד משום (סא שערי דאשתכחו בההוא) דההוא אורחא הוא אתר קשיא לאעברא.

§. 877. Secundo quia transitus illius semitæ descendit usque ad principium oris.

877. וחד משו' דנחות אעברא דההוא אורחא עד רישא דפומא.

§. 878. De hoc autem scriptum est [*Cant.* 5. v. 13.] Labia ejus rosæ, i. e. rubra ut rosa, distillantia myrrham transeuntem: quod denotat insignem rubedinem.

878. ועד כתיב שפשותיו שושנים סומקין כורדא מור עובר סומקא תקיף.

§. 879. Et hæc semita istius loci duplici modo [*al. minatur*] & non mitigatur, unde qui vult minari, semitam illam manu sua bis pulsat.

879. והאי אורחא דהכא בתרי גווני לא (סא בתרי גווני אגזים דלא) אתבסם מכאן מאן דבעי לאגזמא תרי זמנא בטש בידיה בהאי אורחא:

SECTIO XXXVIII.

De septem ultimis partibus Barbæ Microprosopi.

§. 880. Forma quarta. Hæc semita pilorum disponitur ascenditque & descendit, in genis ejus in agro aromatis.

880. תקונא דביעאה האי ארחא דשערי (סא נפיק שערא ואתתקן) אתתקן וסליק ונחית בעילעוי בתקרובתא דבוסמא.

§. 881. Hæc dispositio pulchra est & decora aspectu: decusque & honor est: &

881. האי תקונא יאה ושפירא לאתחזייא הוד והדר הוא (סא הוד עלאה) ותניא

traditum est in Bar. Decus supernum egreditur & coronatur, & manat ut comprehendatur in genis ejus, & vocatur decus barbæ.

הוד עלאה נפיק ואתעטר ונגיד
לאתאחרא (סא ליאה דעלאין) בעילעוי
ואתקרי הוד זקן.

§. 882. Et inde pendent decus & honor, quæ sunt vestimenta ut illis vestiatur, & sunt purpura pretiosa.

882. ומהאי תליין הוד והדר אלין
לבושי דאתלבש בהו ואינון פורפירא
יקירא.

§. 883. Scriptum enim [*Psal.* 104. *v.* 1.] Gloriam & decorem indutus es. [*al. Formâ quarta pilus procedit & disponitur ascenditque & descendit in genis in agris aromaticis. Hac forma elegans & pulchra est aspectu; estque decor supernus. Et traditum est. Decor supernus prodit & coronatur & promanat in pulchritudinem genarum. Et hic decus vocatur decor barbæ; & ab illo dependent decor & gloria, vestimenta ornatûs, quibus induitur illa purpura magnifica. De qua scriptum est: Decorem & gloriam induisti: quæ sunt formæ vestiendi. Hâc forma hominis magis formatur quàm omnibus formis.*]

883. דכתיב הוד והדר לבשת.

§. 884. Hæ sunt dispositiones vestitum denotantes, & ille sub hac figura hominis aptiùs proponitur quàm ullis figuris aliis.

884. תקונין דאתלבש בהו ואתתקן
בהאי דיוקנא דאדם יתיר לכל דיוקנין.

§. 885. Et didicimus. Hoc decus cum illuminatur lumine barbæ excelsæ & lumina emittit in cæteras dispositiones, tunc vocatur *ferens iniquitatem* ex isto latere; & *transgrediens super prævaricationem* ex altero latere.

885. ותאנא האי הוד כד אתנהר
בנהורו דיקנא עלאה ואתפשט בשאר
תקונין נהירין האי הוא נושא עון מהאי
גיסא ועובר על פשע מהאי גיסא.

§. 886. Et propterea in Scriptura nomine Maxillarum ejus vocatur.

886. ובגין כך לחייו כתיב.

§. 887. Et in Mysterio libri eadem vocatur decus & honor & pulchritudo.

887. ובצניעותא דספרא אקרי הוד
והדר ותפארת.

§. 888. Et ad pulchritudinem pertinet nomen Transgrediens super prævaricationem, quia dicitur [*Prov.* 19. *v.* 15.] Et decor ipsi est transgredi super prævaricationem.

888. תפארת הוא עובר על פשע:
שנאמר ותפארתו עבור על פשע.

§. 889. Et didicimus. Illam pulchritudinem non referimus nisi ad dispositionem nonam: sicut dicitur: [*Prov.* 20. *v.* 29.] Et decus juvenum robur eorum. Adeoque & illa dicitur pulchritudo: & cum trutinantur in bilance, se habent ut unum.

889. ותאנא האי תפארת לא אוקימנא:
אלא בתקונא תשיעא כמא ותפארת
בחורים כחם · וקרי תפארת וכד אתתקל
(סא אסתכל) במתקלא חד סלקין:

§. 890. Dixit R. Schimeon: Dignus tu R. Abba, cui benedicatur à Seniore Sanctissimo, à quo omnes benedictiones prodeunt.

890. אָמַר רִ"שׁ יָאוּת אַנְתְּ רִ' אַבָּא לְאִתְבָּרְכָא מֵעַתִּיקָא קַדִּישָׁא דְּכָל בִּרְכָאָן נַפְקִין מִנֵּיהּ:

§. 891. Forma quinta. Deficit pilus & videntur duo poma, hinc & inde rubra sicut rosa rubra, & radiant in 270 mundos.

891. תִּקּוּנָא חֲמִישָׁאָה פָּסִיק שַׂעֲרָא וְאִתְחֲזוּן תְּרֵין תַּפּוּחִין מִכָּאן וּמִכָּאן סוּמְקָן כְּהַאי וַרְדָּא סוּמְקָא וּמִתְלַהֲטִין בְּמָאתָן וְשַׁבְעִין עָלְמִין.

§. 892. Ista duo poma cum lucent ab utroque latere, à lumine duorum pomorum (*superiorum*,) rubedo amovetur, & albedo advenit.

892. הָנֵי תְּרֵי תַפּוּחִין כַּד נְהִירִין מִתְּרֵין סִטְרֵי מִנְּהִירוּ דִּתְרֵין תַּפּוּחִין אִתְמְשַׁךְ סוּמְקָא וְאָתֵי חִוָּורָא.

§. 893. De eo scriptum est [*Num. 6. v. 25.*] Illuminet Dominus vultum suum super te, & misereatur tui. Quia cum fulgent, benedicitur mundo.

893. בְּהַאי כְּתִיב יָאֵר יְיָ פָּנָיו אֵלֶיךָ וִיחֻנֶּךָּ דְּכַד נַהֲרִין מִתְבָּרֵךְ עָלְמָא.

§. 894. Cum autem excitatur rubor, scriptum est [*ibid. v. 26.*] Attollat Dominus iram suam super te: quasi dicat: auferatur & non inveniatur ira in mundo.

894. וּבְשַׁעְתָּא דְּאִתְעֲבִיד סוּמְקָא כְּתִיב יִשָּׂא יְיָ פָּנָיו אֵלֶיךָ כְּלוֹמַר יִסְתַּלֵּק וְלָא יִשְׁתְּכַח רוּגְזָא בְּעָלְמָא.

§. 895. Didicimus. Omnia lumina quæ lucent à Seniore Sanctissimo, dicuntur Benignitates priores, quia ista lumina omnia sunt Benignitates seculi.

895. תָּאנָא כֻּלְּהוּ נְהִירִין דְּאִתְנַהֲרִין מֵעַתִּיקָא קַדִּישָׁא אִתְקְרוּן חַסְדֵי קַדְמָאֵי בְּגִין אִינוּן נַהֲרִין כָּל אִינוּן חַסְדֵי עוֹלָם.

§. 896. Forma sexta. Prodit pilus sicut filum quoddam in pilis [*al. in circuitu*] barbæ: Et hic vocatur unus ex quinque angulis, qui dependent à benignitate & miserationibus.

896. תִּקּוּנָא שְׁתִיתָאָה נָפִיק שַׂעֲרָא כְּחַד חוּטָא בְּשַׂעֲרֵי (סָא בִּסְחַרְנֵיהּ) דְּדִיקְנָא הַהוּא אִקְרֵי חַד מֵחָמֵשׁ פֵּאִין דְּתַלְיָין בְּחֶסֶד וּבְרַחֲמֵי.

§. 897. Et hanc benignitatem non licet perdere; sicut dictum est.

897. וְלָא אִבְעֵי לְחַבְּלָא הַאי חֶסֶד כְּמָה דְּאִתְּמַר.

§. 898. Propterea scribitur [*Lev. 19. v. 27.*] Non perdes angulum barbæ tuæ.

898. וּבְגִין כָּךְ לֹא תַשְׁחִית פְּאַת זְקָנֶךָ כְּתִיב.

§. 899. Forma septima est, quod pili non pendent super os, & os vacuum est ex omni parte. Surge R. Jehuda.

899. תִּקּוּנָא שְׁבִיעָאָה דְּלָא תַלְיָין שַׂעֲרֵי עַל פּוּמָא וּפוּמָא אִתְפַּנֵּי מִכָּל סִטְרוֹי· קוּם רִ' יְהוּדָה.

§. 900. Surrexit R. Jehudah, incepitque & dixit: [*Dan.*4.*v*.14.] In decreto vigilum verbum.

900. קם ר׳ יהודה פתח ואמר בגזירת עירין פתגמא.

§. 901. Multa millia myriadum afflantur & conservantur hoc ore, & dependent ab eo, & omnia illa vocantur os.

901. כמה אלף רבבן מתנשבן ומתקיימן בהאי פומא ותליין מניה וכלהון אקרון פה.

§. 902. Sicut scriptum est [*Psal.* 33. *v*.6.] Et Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum.

902. הה״ד וברוח פיו כל צבאם.

§. 903. Et ab hoc Spiritu, qui egreditur ex ore, vestiuntur omnes illi exteriores, qui pendent ab illo ore.

903. ומההוא רוחא דנפיק מפומא מתלבשן כל אינון דלבר דתליין מהאי פומא.

§. 904. Et ab illo ore, cum expanditur ista semita, vestiuntur multi veri Prophetæ: & omnes illi os Domini dicuntur.

904. ומהאי פומא (סא ארחא) כד אתפשט ההוא ארחא מתלבשן ביה כמה נביאי מהימני וכלהו פה יי אתקרון.

§. 905. Et illo locô ubi Spiritus exit, non admiscetur aliquid aliud: Omnia enim ora expectant, ut vestiantur illo Spiritu exeunte.

905. ובאתר דרוחא נפיק לא אתערבא מלה אחרא דכלהו פיות מחכאן לאתלבשא בההוא רוחא דנפיק.

§. 906. Et hæc dispositio dominatur super omnes sex; quia hic stabiliuntur omnia & comprehenduntur.

906. והאי תקונא שליטא על כלהו שיתא משום דהכא מתקיימין כלהו ומתאחדן.

§. 907. Et propterea pili ejus æquales sunt circa os, & hoc vacuum est ab omni latere.

907. ובגיני כך שערוהי שקילין סוחרניה דפומא ואתפני מכל סטרוי.

§. 908. Dixit R. Schimeon: Benedictus sis à Seniore Sanctissimo.

908. אמר ר״ש בריך אנת לעתיקא קדישה:

§. 909. Forma octava est, quod pili descendunt sub barba, tegentes cervicem, ut non videatur.

909. תקונא תמינאה דנחתין שערי בתחות דיקנא מחפיין קדלא דלא אתחזייא.

§. 910. Didicimus enim in traditione exotica. Non est superius nec cervix nec defatigatio. Et si tempore prælii [*al. victoriæ*] in bello tale quid videtur, [*hoc inde fit.*] ut appareat fortitudo.

910. דתניא אין למעלה לא ערף ולא עפוי ואי בזמנא דאנח (סא דנצח) קרבי אתחזי משום לאחזאה גבורתא.

§. 911.

§. 911. Didicimus enim. Mille mundi continentur ab ea.

911. דהא תנינן אלף עלמין אתאחדין מניה.

§. 912. Hoc ipsum est quod dicitur [*Cant.* 4. *v.* 4.] *Mille clypei pendent in ea, omnia scuta potentium.* Et mille clypei arcanum est.

912. הה״ד אלף המגן תלוי עליו כל שלטי הגבורים ואלף המגן רזא הוא.

§. 913. In mysterio libri traditur quod omnia scuta potentium, quæ veniunt è latere rigoris, ex illis sint severitatibus.

913. בצניעותא דספרא כל שלטי הגיבורים דאתו מסטר גבורה חד מאינון גבירן.

§. 914. Forma nona est; quod pili defluant [al. uniantur] plena æqualitate usq; ad illos pilos, qui dependent, & omnes quidem in qualitate pulchra: sicut vir quidam fortis, Dominus victoriæ bellicæ.

914. תקונא תשיעאה דאתמשכן (סא דמתחברן) שערי בשקולא מליא עד אינון שערי דתליין כלהו בשיקולא שפיר כחד גיבור תקיף מארי נצחן קרביא. Cremonens. col. 267.

§. 915. Quia omnes pili sequuntur illos dependentes, & omnes junguntur in illis pendentibus; & omnes suum habent tractum.

915. משום דכלהו שערי אתמשכן בתר אינון דתליין וכללא דכלהו באינון תליין וכלא אתמשך.

§. 916. De hoc scriptum est [*Prov.* 20. *v.* 29.] Decus juvenum robur eorum.

916. ועל דא כתיב תפארת בחורים כחם.

§. 917. Et apparuit super mare (*rubrum*) ut *juvenis* pulcher: id quod scriptum est [*Cant.* 5. *v.* 16] electus seu juvenis ut cedri.

917. ונראה על הים כבחור טוב הה״ד בחור כארזים.

§. 918. Sicut heros exhibuit fortitudinem; & hoc est illud: Pulchritudo, robur, fortitudo & misericordia.

918. כגיבור עביד גבוראן ודא הוא תפארת חילא וגבורתא ורחמי.

SECTIO XXXIX.

De Corpore Microprosopi in genere; sub statu Androgyneitatis.

§. 919. Didicimus: Dixit R. Schimeon: omnes istæ dispositiones & omnia ista verba debent revelari illis, qui ponderantur bilance, & non iis, qui non sunt ingressi; sed illis qui ingressi sunt & egressi. Qui enim intrat & non egreditur, melius illi foret, non esse creatum.

919. תנא א״ר ש כל הני תקונין וכל הני מלין בעינא לגלאה למאריהון דאתקלו במתקלא ולא לאינון דלא עאלו אלא לאלין דעאלו ונפקו דכל מאן דעייל ולא נפיק טב ליה דלא אברי.

§ 920. Summa omnium hæc est: Senior Seniorum est in Microprosopo; omnia sunt unum; omnia fuit, omnia est, omnia erit; non mutabitur, nec mutatur, nec mutatus est.

920. כללא דכל מלין עתיקא דעתיקין בזעיר אפין כלא חד כלא הוה כלא הוי כלא יהא לא ישתני ולא משתני ולא שני.

§. 921. Sed conformavit se istis efformationibus in formam, quæ comprehendit omnes formas, in forma, quæ comprehendit omnia nomina.

921. אתתקן בתקונין אלין דיוקנא דכליל כל דיוקנין · דיוקנא דכליל כל שמהן.

§. 922. Hæc forma autem, in qua ipse apparet saltem, est in similitudine hujus formæ; & non est forma ista, sed huic formæ analoga; nempe cum sociantur coronæ & diademata & perfectio omnium.

922. דיוקנא דאתחזי בגוטוי כהאי דיוקנא לאו האי דיוקנא הוי אלא כעין האי דיוקנא כד אתחברן עטרין וכתרין ואשלמותא דכלא.

§. 923. Et propterea forma hominis est forma superiorum & inferiorum, qui includuntur in ea.

923. ובגין כך דיוקנא דאדם חוי דיוקנא דעלאין ותתאין דאתכללו בידה.

§. 924. Et quia illa forma complectitur superiora & inferiora; ideo tali dispositione efformatur Senior Sanctissimus: & sic quoque configuratur Microprosopus hâc dispositione.

924. ובגין דהאי דיוקנא כליל עלאין ותתאין אתקין עתיקא קדישא תקונוי ותקינא דזעיר אפין בהאי דיוקנא ותקונא.

§ 925. Et si dices; quæ est differentia inter illum & istum?

925. ואי תימא מה בין האי להאי.

§. 926. Nimirum omnia sunt æqualiter unum. Verum hinc (*à nostra parte*) dividuntur semitæ ejus, & ex nostra parte invenitur judicium, & è latere quod nos spectat invicem discrepant.

926. כלא הוא במתקלא חדא אבל מכאן אתפרשן ארחוי ומכאן אשתכח דינא · ומסטרא דילן הוו שניין דא מן דא.

§. 927. Et hæc arcana non tradita sunt nisi messoribus agri sancti.

927. ורזין אלין לא אתמסרו בר למחצדי חקלא קדישא.

§. 928. Scriptum enim [*Ps. 25. v. 14.*] Mysterium Domini timentibus eum.

928. וכתיב סוד יי ליראיו.

§. 929. Et scriptum est [*Gen. 2. v. 7.*] וייצר Et formavit Dominus Deus hominem, cum duobus Jodin, consummavit efformationem ex efformatione [*al. efformationem intra efformationem*] carbunculum annuli: [*al. optimum quod est in annulo.*]

929. וכתיב וייצר יי אלהים את האדם בתרי יודין אשלים תקונא מתקונא (ס״א תקונא גו תקונא) טברקא (ס״א טב דקאי) דגושפנקא.

§. 930.

§. 930. Et id est ווייצר cum duobus Jodin.

§. 931. Quare? arcanum est Senioris Sanctissimi & arcanum Microprosopi.

§. 932. ווייצר *Et formavit*. Quid formavit? formavit figuram in figura. Et hoc est ווייצר.

§. 933. Et quid est figura in figura? Duo nomina, quę vocantur nomen plenum Tetragrammaton Elohim.

§. 934. Et hoc est arcanum duorum Jodin ווייצר; & quomodo formata sit forma intra formam: nempe dispositione nominis perfecti Tetragrammaton Elohim.

§. 935. Et in quo comprehenduntur? in barba [al. forma superna hâc, quæ dicitur homo; homo qui complectitur marem & fœminam] superna.

§. 936. Et propterea scriptum est את־האדם *τὸν ἄνθρωπον, talem hominem*; quod complectatur marem & fœminam: Apponitur enim את; ad proponendam & exaggerandam speciem, qua nempe productus sit, nimirum ut mas & fœmina.

§. 937. *Pulverem de terra.* Pulvis forma in forma, hæc in illa [al. gemmam fulgurantem in annulo, unum intra aliud.]

§. 938. At hæc omnia quare? ut quod à supernis desumsit in eum introduceret, arcanum arcanorum superiorum, usque ad finem omnium arcanorum.

§. 939 Istud est, quod [*ibidem*] scriptum est: Et flavit in nares ejus animam vitarum.

§. 940. Animam; à qua omnia viventia, superiora & inferiora dependent, & consistunt in ea.

§. 941. Et factus est homo in Psychen viventē, ut adhæreret ipsi [*al. ut effunderetur*

930. וְדָא הוּא וַיִּיצֶר תְּרֵי יוּדִין·

931. לָמָּה רָזָא דְעַתִּיקָא קַדִּישָׁא וְרָזָא דִזְעֵיר אַפִּין·

932. וַיִּיצֶר מַאי צָר צָר צוּרָא בְּגוֹ צוּרָה וְדָא הוּא וַיִּיצֶר·

933. וּמַהוּ צוּרָה בְּגוֹ צוּרָה תְּרֵין שְׁמָהָן דְּאִתְקְרֵי שֵׁם מָלֵא יְיָ אֱלֹהִים·

934. וְדָא הוּא רָזָא דִתְרֵין יוּדִין דְּוַיִּיצֶר דְּצַר צוּרָה גוֹ צוּרָה · תִּקּוּנָא דִשְׁמָא שְׁלִים יְיָ אֱלֹהִים·

935. וּבַמֶּה אִתְכְּלִילוּ בְּדִיקְנָא (סָא בְּדִיוּקְנָא עִלָּאָה דָא דְאִקְרֵי אָדָם אָדָם דְּכָלִיל דְּכַר וְנוּקְבָא) עִלָּאָה·

936. וְעַל דָא כְּתִיב אֶת הָאָדָם דְּכָלִיל דְּכַר וְנוּקְבָא· אֶת לְאַפָּקָא וּלְמַסְגֵּי זִינָא דְנָפִיק מִנֵּיה מִדְּכַר דְּנוּקְבָא·

937. עָפָר מִן הָאֲדָמָה · עָפָר דְּיוּקְנָא בְּגוֹ דְּיוּקְנָא גוֹ בְּגוֹ (סָא טַבְּרְקָא דְגוּשְׁפַּנְקָא גוֹ בְּגוֹ)

938. וְכָל דָא לָמָּה בְּגִין לְאִשְׁתַּלְפָא וּלְעַיְּילָא בֵּיהּ כְּתִים דִּסְתִימָא עִלָּאָה עַד סוֹפוֹ דְּכָל סְתִימִין·

939. הה״ד וַיִּפַּח בְּאַפָּיו נִשְׁמַת חַיִּים·

940. נִשְׁמָתָא דְּכָל חַיֵּי דְעֵילָא וְתַתָּא תַּלְיָין מֵהַהִיא נִשְׁמָתָא וּמִתְקַיְּמָאן בָּהּ·

941. וַיְהִי אָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה לְאִתְדַּבְּקָא (סָא לְאִתְרְקָא) וּלְעַיְּילָא בְּתִקּוּנִין

in

in eum] & ut eum introduceret in conformationes similes; & se emitteret in istam animam de gradu in gradum, usque ad finem omnium graduum.

בטופא דא ולאשלפא להחיא נשמתא מדרגא לדרגא עד סופי דכל דרגין.

§. 942. Ut hæc anima inveniretur in omnibus; & extenderetur in omnia, & ut ipse esset solus.

942. בגין דיהוי ההיא נשמתא משתכחא בכולא ומתפשטא בכולא ולמהוי הוא בלחודוי.

§. 943. Unde qui illam de mundo aufert, idem facit ac si auferret animam hanc, ostensurus quod alia sit anima, præter istam.

943. ומאן דפסין האי מן עלמא כמאן דפסיק נשמתא דא ומחזי דאית נשמתא אחרא בר מהאי.

§. 944. Et propterea excindetur ille & memoria ejus in generationes generationum.

944. ובגין כך ישתצי הוא ודוכרניה לדרי דרין.

SECTIO XL.

De parte fœminina Microprosopi; cæterisque partibus utriusque corporis.

§. 945. In hoc homine sic incepit disponi Androgyneitas, cum efformata est forma in dispositione sua, incepit à tergo ejus: [al. à pectore ejus.]

945. בהאי אדם שארי ותקון כללא דכר ונוקבא כד אתתקן דיוקנא בתקונוי שארי מאחורוי (סא מחדוי)

§. 946. Inter duo brachia eo loco quousque dependent pili barbæ, qui vocantur pulchritudo.

946. מבין תרין תרעין באתר דתליין שערי דדיקנא דאתקרון תפארת.

§. 947. Et hæc pulchritudo expanditur & disponit duo pectora.

947. ואתפשט האי תפארת ותקין תרין חדין.

§. 948. Et extrahitur (*sive prorumpit*) à tergo & producit cranium fœminæ planè absconditum ab omni latere sub capillis, quoad faciem capitis.

948. ואשתליף לאחורוי ועביד גולגלתא דנוקבא כולא סתימא מכל סטרוי בשערא בפרצופא דרישא.

§. 949. Atque adeo in uno corpore per istam pulchritudinem homo evadit mas & fœmina.

949. ובכללא חדא אתעבידו בהאי תפארת אדם דכר ונוקבא.

§. 950. Istud est quod scriptum est [*Jes.* 44. v. 13.] In pulchritudine hominis, ut inhabitet domum.

950. הה״ד כתפארת אדם לשבת בית.

§. 951.

§. 951. Cum creatur facies capitis fœminæ, cincinnus unus è crinibus de posteriori parte Microprosopi impendet super caput fœminæ.

951. כד אתברי פרצופא דרישא דנוקבא תלייא חד קוצא דשערי מאחורוי דזעיר אפין ותלי על רישא דנוקבא.

§. 952. Et producuntur capilli in capite ejus omnes rubri; ita tamen ut & alii colores intermixti sint.

952. ואתערו שערי ברישא כלהו סומקא דכלילן בגו גווני.

§. 953. Istud est quod scribitur [*Cant.7.v.5.*] Coma capitis tui sicut ארגמן purpura:

953. הה״ד ודלת ראשך כארגמן.

§. 954. Quid est Argaman? colores intermixti coloribus aliis.

954. מהו ארגמן גווני דכלילן בגו גווני.

§. 955. Hæc pulchritudo extensa est à scrobiculo cordis & perforat & transit in latus alterum, & efformationes instituit à facie fœminæ usque ad præcordia: ita ut à præcordiis incipiat (*hinc*,) & in præcordiis finiat (*illinc*.)

955. תאנא אתפשט האי תפארת כטבורא דלבא ונקיב ואתעבר בגיסא אחרא ותקין מפרצופא דנוקבא עד טבורא ומטבורא שארי ובטבורא שלים.

§. 956. Porrò extenditur hæc pulchritudo, & efformat *intestina viri*.

956. תו אתפשט האי תפארת ואתתקן מעוי דדכורא.

§. 957. Et intrat & disponit in loco illorum omnes miserationes & omnia latera miserationum.

957. ועייל ואתתקן בהאי אתר כל רחמין וכל סטרא דרחמי.

§. 958. Et didicimus. In istis intestinis comprehenduntur sexcenties mille Domini miserationum & vocantur Domini intestinorum.

958. ותאנא בהני מעין אתאחדן שית מאה אלף מארי דרחמי ואתקרון בעלי מיעין. Cremonens col. 268.

§. 959. Unde scriptum est [*Jer.31,20.*] *Propterea sonuerunt viscera mea illi, miserando miserebor ejus, dicit Dominus.*

959. דכתיב על כן המו מעי לו רחם ארחמנו נאם יי.

§. 960. Didicimus. Hæc Pulchritudo complectitur miserationes & judicium, & misericordia extenditur in masculum.

960. תאנא האי תפארת כליל ברחמי וכליל בדינא ואתפשט רחמי בדכורא.

§. 961. Et transit & perforat [*al. & lucet*] in latus alterum, & efformat *intestina fœminæ* in latere judicii; & ita disponuntur & viscera hujus.

961. ואתעבר ונקיב (סא ונהיר) לסטרא אחרא ותקין מיעוי דנוקבא בסטרא דדינא ואתתקנו מעהא.

§. 962. Didicimus. Mas conformatus est in latere suo, [*al. ex præcordiis suis,*]

962. תאנא אתתקן דכורא בסטרא במאתן ותמניא וארבעין תקונין דכלילן

248 membris; quorum quædam sunt intra, quædam extra, quædam miserationes, quædam judicium.

ביה מנהון לגו ומנהון לבר מנהון רחמי ומנהון דינא.

§. 963. Omnia quæ ad judicium pertinent, cohærent judicio circa partem posteriorem, ubi fœmina distenditur; & coalescunt, & extenduntur circa latus istius.

963. כלהו דדינא אתאחדו בדינא דאחורוי דנוקבא אתפשטות חסן ואתאחדו דאתפשטו בסטרהא.

§. 964. Et didicimus. Quinque nuditates revelari possunt in illo latere; quæ sunt quinque judicia; & quinque judicia extenduntur in 248 semitas.

964. ותאנא חמשה עריותא אתגליין ביה בסטרא דדינין חמשה ודינין הה אתפשטן במאתן וארבעין ותמניא ארחין.

§. 965. Et sic didicimus. Vox in muliere, turpitudo; coma in muliere turpitudo: crus in muliere turpitudo: manus in muliere turpitudo: pes in muliere turpitudo.

965. והכי תאנא קול באשה ערוה. שער באשה ערוה. שוק באשה ערוה. יד באשה ערוה. רגל באשה ערוה.

§. 966. Et quamvis duas istas non proposuerint socii nostri, tamen duæ hæ plus turpitudinis habent (*quam cætera.*)

966. ואעג דתרין אלין לא שניוה חברנא ותרין אלין יתיר מערוה אינון.

§. 967. Et didicimus in mysterio Libri. Mas porrò extenditur & efformatur partibus suis, formaturque in ipso forma partis tegendæ puræ, & illud est membrum purum.

Mantuan. fol. 142.

967. ותאנא בצניעותא דספרא אתפשט דכורא ואתתקן בתקונוי אתתקן תקונא דכסותא דכייא והאי הויא אמה דכיא.

§. 968. Longitudo autem membri hujus est ducentorum & 48 mundorum, & omnes illi pendent in orificio membri hujus, quod dicitur Jod.

968. ארכיה דההוא אמה מאתן וארבעין ותמניא עלמין וכלהו תליין בפומא דאמה דאתקרי יוד.

§. 969. Et cum detegitur Jod, orificium membri; detegitur Benignitas superna.

969. וכוון דאתגלייא יוד פומיה דאמה אתגלי חסד עלאה.

§. 970. Et hoc membrum Benignitas est, quô nomine tamen propriè vocatur orificium membri; nec dicitur Benignitas, donec detegatur Jod orificii membri.

970. והאי אמה חסד הוא דאתקרי ותלי בהאי פום אמה ולא אקרי חסד עד דאתגלייא יוד דפום אמה.

§. 971. Et veni vide. Abraham non dictus est perfectus in ista Benignitate, donec detegeretur Jod membri: cum autem detectum esset, dicebatur perfectus.

971. ותא חזי דלא אתקרי אברהם שלים בהאי חסד עד דאתגלייא יוד דאמה וכיון דאתגלייא אקרי שלים.

§. 972.

§. 972. Istud est quod scriptum est: Ambula coram me & sis perfectus; nimirum perfectus realiter [*Gen.*17.*v.*1.]

972. התהלך לפני והיה תמים תמים ממש.

§. 973. Et scriptum est [*Ps.*18.*v.*24.] Ero perfectus cum eo, & custodiar à peccato.

973. וכתיב ואהיה תמים לו ואשתמרה מעוני.

§. 974. Quis est ille, de quo sermo est in loco priore & posteriore, omnis nimirum ille qui detegit illud Jod; & cavet, ne Jod istud introducat in potestatem adversam: ut partem habeat in mundo venturo, & ut sit ligatus in fasciculo vitæ.

974. מאי קא מיירי רישא וסיפא אלא כל דגלי האי יוד ואשתמר דלא עייל ליוד ברשותא אחרא ליהוי לעלמא דאתי וליהוי צריר בצרורא דחיי.

§. 975. Quid est, in potestatem adversam? illud quod scriptum est [*Mal.* 2. *v.*11.] Et concumbit cum filia Dei alieni.

975. מאי ברשותא אחרא דכתיב ובעל בת אל נכר.

§. 976. Et propterea scriptum est: Et ero perfectus ipsi; *quia* fuit perfectus in detectione Jod, & custodiar à peccato.

976. ובגין כד כתיב ואהיה תמים לו. וכיון דהוי תמים בגלויא דיוד ואשתמרה מעוני.

§. 977. Et dum extenditur membrum hoc, etiam extenditur latus rigoris de illis rigoribus sinistræ in fœmina.

977. וכיון דאתפשט אמה דא אתפשט סטר גבורה מאינון גבוראן בשמאלא דנוקבא.

§. 978. Et inseritur in fœminam, in loco quodam, & signaturam facit in nuditate seu parte maximè contegenda in toto corpore fœminino.

978. ואשתקע בנוקבא באתר חד וארשים בעריתא כסותאן דכל גופא דנוקבא.

§. 979. Et ille locus dicitur nuditas ab omnibus occultanda, locus scilicet pro membro illo, quod dicitur Benignitas, ut scil. mitigetur rigor iste, qui continet quinque rigores:

979. ובההוא אתר אקרי ערוה דכלא לאצנעה אתר לההוא אמה דאקרי חסד בגין לאתבסמא גבורה דא דכליל חמש גבוראן.

§. 980. Et illa Benignitas in se comprehendit quinque Benignitates [al. & hîc constat Benignitas è Benignitatibus aliis.] Et Benignitas est à dextris; Rigor autem à sinistris.

980. והאי חסד כליל בחמש חסד חסד (סא והאי כליל חסד בחסד חסד) ימינא וגבורא שמאלא.

§. 981. Et cum hic ab illa mitigatur, homo dicitur, constans è duobus lateribus.

981. אתבסם דא בדא ואקרי אדם כליל מתרין סטרוי.

§. 982. Et propterea in omnibus co-

982. ובגין כך בכלהו כתרים עד לא

 ronis,

ronis, priusquam præparabantur efformationes Regis Senioris Seniorum, ita ut construeret mundos, & formaret efformationes ad stabiliendam istam fœminam, ut mitigaretur; (*priores*) non persistebant.

§. 983. Donec descenderet Benignitas superna, & tunc persistebant & mitigabantur efformationes mulieris per hoc membrum, quod dicitur Benignitas.

§. 984. Istud est quod scriptum est *Gen.*36,31. Et isti sunt Reges, qui regnaverunt in terra Edom: qui est locus ubi omnia judicia inveniuntur: & sunt constitutiones fœminæ.

§. 985. Non enim scriptum est: Qui fuerunt, sed, qui regnarunt quia non mitigata sunt, donec omnia essent efformata; & ista Benignitas prodiit.

§. 986. Ideo dicitur: Et mortuus est; & mortuus est, quia non persstiterunt, nec mitigatum est judicium per judicium.

§. 987. Si autem dices: Quod si sic, ut judicia sint omnia. Quare scriptum est: Et regnavit post eum Schaul de Rechoboth fluminis, iste sane non videtur judicium?

§. 988. Didicimus. Omnes denotant judicium exceptô unô, qui perstitit ultimus.

§. 989. Iste autem Schaul de Rechoboth fluminis est ordo unus, [*al. latus unum*,] ordo qui expanditur & egreditur è Rechoboth fluminis.

§. 990. Et hæc est Binah, à qua aperiuntur quinquaginta portæ in latera mundi luminum & lucernarum.

§. 991. Istud est quod dicitur: de *Rechoboth* fluminis. Et omnes non perstiterunt. Ne dicas, quod aboliti sint, sed quod non perstiterint, in illo regno, quod ex parte fœminæ est.

זמין תקוני דמלכא עתיקא דעתיקין ובנת עלמין ואתקין תקונין לאתקיימת ההוא נוקבא לאתבסמא ולא אתקיימו׃

983. עד דנחית חסד עלאה ואתקיימו ואתבסמו תקוני נוקבא בהאי אמוה דאקרי חסד׃

984. ההד ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום אתר דכל דינין משתכחין תמן ואינון תקוני אתתא׃

985. אשר היו לא כתיב אלא אשר מלכו דלא אתבסמו עד דאתקן כלא ונפיק האי חסד׃

986. ההד וימת וימת דלא אתקיימו ולא אתבסמו דינא בדינא׃

987. ואי תימא אי הכי דדינא כלהו והא כתיב וימלוך תחתיו שאול מרחובות הנהר והא לא אתחזי דינא׃

988. תאנא כלהו דינא בר מחד דאתקיים בתראה׃

989. והאי שאול מרחובות הנהר דא הוא סדרא׃ (סא סטרא) חד סדרא דאתפשט ונפיק מרחובות הנהר׃

990. ודא הוא בינה דמתפתחין מנה חמשין תרעין לסטרי עלמא דנהורין ובוצינין ההד מרחובות הנהר׃

991. וכלהו לא אתקיימו׃ לא תימא דאתבטלו אלא דלא אתקיימו בההוא מלכו דבסטר נוקבא׃

§.992

§. 992. Donec excitatus est & extensus iste ultimus ex omnibus, de quo dicitur: Et regnavit post eum Hadar.

992. עד דאתער ואתפשט האי בתראי מכלהו דכתיב וימלוך תחתיו הדר.

§. 993. Quid est Hadar? Benignitas superna.

993. מאי הדר חסד עלאה.

§. 994. Et nomen urbis פעו Pagu *(exclamatio)*. Quid est Pagu? Per hanc orat homo, qui dignus est Spiritu Sancto.

994. ושם עירו פעו מאי פעו בהאי בעי בר נש דזכי לרוחא דקודשא.

§. 995. Et nomen Uxoris ejus *Mehetabeel*. Hîc mitigati sunt invicem: & commemoratur uxor ejus, quod non scriptum est de ullo eorum. מהיטבאל, [*autem est, quasi melior facta à Nomine Benignitatis* אל] mitigatio alterius ab altero.

995. ושם אשתו מהיטבאל בכאן אתבסמו דא בדא ואתקרו אשתו מה דלא כתיב בכלהו מהיטבאל אתבסמותא דדא בדא.

§. 996. Filia Matred elaborationes sunt, quæ è latere rigoris: filiæ Mesahab; id est, contemperata sunt & inserta sibi invicem hydrargyrum & aurum, miseratio & judicium.

996. בת מטרד תקונין דמסטר גבורה. מי זהב ואתבסמו ואתכלילו דא בדא מי זהב רחמי ודינא.

SECTIO XLI.

De membris utriusque personæ separatis; & in specie de brachiis Microprosopi.

§. 997. Hactenus cohæserunt sibi fœmina & vir: suo loco jam separantur brachiis & cruribus.

997. עכ אתדבקו אתתא בדכורא · בסטרוי אתפרשן בדרועין בשוקין. Cremonens. f. 68. col. 269.

§ 998. Brachium maris unum dextrum est alterum sinistrum.

998. דרעא דדכורא חד ימינא חד שמאלא.

§. 999. In brachio primo [al. sancto] tres articuli connectuntur.

999. דרעא קדמאה (סא קדישא) ג קשרין אתקשרו ביה.

§. 1000. Et cohærent duo brachia. Cohærentne? [*non omnino*] sed tres articuli in dextro sunt & tres articuli in sinistro;

1000. ואתכלילו ב דרועין ואתכלילו סד אלא ג קשרין בימינא וג קשרין בשמאלא.

§. 1001. Tres articuli manus dextræ concurrunt cum tribus articulis brachii sinistri.

1001. ג קשרין יד ימינא אתכלילו בג קשרין דשמאלא.

§. 1002. Et propterea unius tantùm brachii mentio fit. Nam quoad dextrum latus non fit mentio brachii, sed [*Ex.* 15. *v.* 6.] dicitur Dextera tua Domine.

1002. ובגנכ דרעוא לא כתיב אלא חד אבל ימינא לא כתיב ביה זרוע אלא ימינך יי׳.

§. 1003. Dextrum Domini ergò dicitur de tribus articulis Patrum, qui occuparunt partes istas.

1003. ימין יי׳ אתקרי בג׳ קשרין דאבהתא דאחסינו לחולקיהון.

§. 1004. Et si dices: atqui in tribus cavitatibus cranii inveniuntur.

1004. ואי תימא הא בתלת חללידה מוחא דגולגלתא משתכחין.

§. 1005. Didicimus. Omnes tres (*hi conceptus*) expanduntur & innectuntur toti corpori, & totum corpus connectitur per ista tria, quæ innexa sunt brachio dextro.

1005. תאנא כלהו ג׳ מתפשטין ומתקשרין בכל גופא וכל גופא אתקשר בהני תלת מתקשרין בדרעוא ימינא.

§. 1006. Et propterea desideravit Davidem, & dicit [*Ps.* 110. *v.* 1.] Sede à dextris meis; quia ille consociatus fuit cum Patribus, & sedet ibi in throno perfecto.

1006. ובגנכ תאיב דוד ואמר שב לימיני משום דהוא אתחבר עמהון דאבהתא ויתיב תמן לכורסיא שלימתא·

§. 1007. Et propterea scriptum est [*Ps.* 118. *v.* 22.] Lapis, quem spreverunt ædificatores &c. propterea quod sedit à dextra.

1007. ובגנכ כתיב אבן מאסו הבונים וגו׳ משום דיתיב לימינא.

§. 1008. Id est quod scriptum est [*Dan.* 12. *v.* 13.] Et quiesces & resurges in sortem tuam circa finem dextræ.

1008. היינו דכתיב ותנוח ותעמוד לגורלך לקץ הימין.

§. 1009. Quasi diceretur: Sicut is, qui dignus est amore Regis, beatus est, cùm Rex dextram suam extendit, eumque suscipit sub dextram suam.

1009. כלומר כמאן דזכי לחביבותא דמלכא זכאה חולקיה דמאן דפריש מלכא ימינא וקביל ליה תחות ימיניה

§. 1010. Hæc autem dextra, cum sedet, articuli quidem extenduntur, sed brachium non extendit manum [*al. cum sedet, & articuli non extenduntur, & brachium non exporrigit, sed residet*] cum tribus suis membris, de quibus dictum.

1010. והאי ימיניה כד יתיב קשורין אתפשטו ודרועא לא אושיט ידיה (ס״א וקשרין לא אתפשטו ודרועא לא אושיט יתיב בתלת וכו׳) בתלת קשירין דאמרן·

§. 1011. Cum autem excitantur peccatores & extenduntur in mundo, excitantur tres [*articuli*] alii, qui sunt judicium durum, & brachium extenditur.

1011. וכד מתערין חייביא ומתפשטן בעלמא מתערין תלת אחרנין דאינון דינא קשיא ואושיט דרועא.

§. 1012. Et cum extenditur brachium,

1012. וכד אושט דרועה יד ימינא הוא

manus

manus quidem dextra est; sed vocatur Brachium Domini; Domine, brachium tuum extensum. [1.*Reg*.8.*v*.42.]

אבל אתקרי זרוע יי׳ זרועך הנטויה.

§. 1013. Cum tria illa continentur in tribus alteris, omnia dicuntur dextra, & exercetur judicium & misericordia.

1013. כמסנא ג׳ אלין אתכלילן בג׳ אחרנין אקרי כלא ימינא ועביד דינא ורחמי.

§. 1014. Istud est quod dicitur [*Ex*.15. *v*. 6.] Dextra tua, Domine, magnificata in potentia; Dextrâ tuâ Domine, franges inimicum: quia inibi suscitatæ sunt miserationes.

1014. הה״ד ימינך ה׳ נאדרי בכח ימינך יי׳ תרעץ אויב בגין דמתערין רחמי בהו.

§. 1015. Et didicimus: Huic dextræ adhærent trecenties & septuagesies mille myriades[*al. leg. quæ vocantur dextra, & centum & octoginta quinque millia myriadum*,] de brachio, qui vocatur brachium Domini.

1015. ותאנא בהאי ימינא מתאחדין תלת מאה ושבעין אלף רבוא (סא דאקרון ימינא ומאה ותמנין וחמשה אלף רבוא) מזרוע דאקרי זרוע יי׳.

§. 1016. Ab utraque igitur parte est brachium; propterea utrobique dicitur pulchritudo.

1016. מהאי ומהאי תלייא זרועא בגין דא אקרי תפארת האי והאי.

§. 1017. Scriptum est enim [*Jes*.63.*v*.12.] Qui ducebat ad dexteram Mosen, brachio gloriæ suæ.

1017. דכתיב מוליך לימין משה.

§. 1018. Prius denotat dexteram; sed brachium, denotat sinistrum; scriptum enim brachio gloriæ suę, unum cum altero.

1018. הא ימינא זרוע הא שמאלא דכתיב זרוע תפארתו דא בדא.

§. 1019. Et didicimus. Illi sinistrę adhærent 450. Domini scutorum; adhærentq; singulis digitis istis.

1019. ותאנא בדא שמאלא מתאחדין ארבע מאה וחמשין מארי תריסין מתאחדן בכל אצבעא ואצבעא.

§. 1020. Et in singulis digitis [*al. decies mille*] inveniuntur Domini scutorum; Exi & numera quot illorum in manu.

1020. ובכל אצבעא ואצבעא מארי תריסין משתכחין פוק וחשוב כמה אינון דבידא.

§. 1021. Et hæc dextra vocatur auxilium Sanctum, quod provenit ex brachio dextro, ex tribus membris.

1021. וההוא ימינא אקרי סיועא קדישא דאתי מדרועא דימינא מתלת קשרין.

§. 1022. Et quamvis dicatur manus; tamen est auxilium: quia scriptum est [2. *Sam*.3,12.] Et ecce manus mea tecum.

1022. ואף על גב דאקרי יד הוי סיוע דכתיב והנה ידי עמך.

§.1023.

§. 1023. Et in ea cōtinentur mille & quatuor myriades & octo & quingenties mille Domini auxiliatores, in quolibet mundo, qui dicuntur manus Domini superior; manus Domini inferior.

1023. ומתאחדן מהאי אלף וארבע רבוא ותמנייא וחמש מאה אלפין מאריהון דסיועהון בכל עלמא ואקרון יד יי עלאה יד יי תתאה.

§ 1024. Et quamvis ubicunque dicitur manus Domini, intelligatur sinistra: tamen si probi sunt, dicitur dextra Domini, & manus includitur in brachio, & est auxilio; & dicitur dextra; & sin minùs, manus Domini inferior (intelligitur.)

1024. ואף על גב דבכל אתר יד יי שמאלא זכו ימין יי אתכלל ידא בזרועא והוי סיועא ואקרי ימין ואי לאו יד יי תתאה.

§. 1025. Didicimus Cùm suscitantur judicia dura, ut descendant in mundum; tunc scriptum est [*Psal.* 25. *v.* 14.] Arcanum Domini super timentibus eum.

1025. תאנא כד מתערין דינין קשין לאחתא בעלמא הכא כתיב סוד יי ליראיו.

SECTIO XLII.

De dissectione Masculi & Fœminæ, & copula eorum.

§. 1026. Et didicimus in mysterio libri: quod omnia judicia, quæ oriantur à masculo, vehementia sint initio, & remissa in fine: quæ verò inveniuntur oriri à fœmina, remissa sint initio, & vehementia in fine.

1026. ותאנא בצניעותא דספרא דכל דינין דמשתכחין מדכורא תקיפין ברישא ונייחין בסופא וכל דינין דמשתכחין מנוקבא נייחין ברישא ותקיפין בסופא.

§. 1027. Et nisi foret ut conjungerentur, mundus ea non posset portare: unde Senior Seniorum absconditus ab omnibus unum ab altero separat, & illa sociat ut simul mitigentur.

1027. ואלמלא דאתעבידו כחדא לא יכלין עלמא למסבל עד דעתיק דעתיקי סתימא דכלא פריש דא מן דא וחבר לון לאתבסמא כחדא.

§. 1028. Et cum illos separare vult, ecstasin cadere facit super Microprosopum, & separat fœminam à posteriori ejus parte.

1028. וכד פריש לון אפיל דורמיטא לזעיר אפין ופריש לנוקבא מאחורוי דסטרוי.

§. 1029. Et efformat omnes conformationes ejus, & abscondit eam usque in diem suum, quo adducenda est masculo.

1929. ואתקין לה כל תקונהא ואצנעא ליומא דיליה למיתהא לדכורא (סא לרעוא)

§. 1030. Istud est quod dicitur: [*Gen.* 2. *v.* 21.] Et cadere fecit Dominus Deus somnū

1030. הדא הוא דכתיב ויפל יי אלהים

pro-

profundum super Adam, & obdormiscebat.

תרדמה על האדם ויישן.

§. 1031. Quid est: Et obdormiscebat. Hoc ipsum est quod scriptum est [*Ps.* 44.24.] Evigila, quare dormis Domine?

1031. מהו ויישן האי הוא דכתיב עורה למה תישן יי.

§. 1032. Et accepit unum ex lateribus ejus. Quid est unum? hæc est fœmina.

1032. ויקח אחת מצלעותיו מאי אחת דא היא נוקבא.

§. 1033. Et attollitur & conformatur: & loco ejus inseritur miseratio & benignitas.

1033. וסלקא ואתתקנא ובאתרהא שקיע רחמי וחסד.

§. 1034. Sicut dicitur: Et occlusit carnem pro ea; & scriptum est [*Iechesk.* 36. *v.* 26.] Et tollam à vobis cor lapideum è *carne vestra*, & dabo vobis cor carneum.

1034. ההא הוא דכתיב ויסגור בשר תחתנה וכתיב והסירותי את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר.

§. 1035. Et cum vellet introducere Sabbathum, tunc creabat Spiritus & malignos Dæmones & autores turbinum, nec prius finiit eos, donec veniret matrona in efformatione sua, & sederet coram eo.

1035. ובשעתא דכד בעי למיעל שבתא הוה ברי רוחין ושדין ועלעולין ועד לא סיים לון עד דאתת מטרוניתא בתקונהא ויתיבת קמיה.

§. 1036. Cum sederet coram eo, cessavit ab istis creaturis, & non consummatæ sunt, quia matrona sedebat cum Rege & consociabantur de facie ad faciem.

1036. בשעתא דיתיבת קמיה אנח לון לאינון בריין ולא אתשלימו כיון דמטרוניתא יתבת עם מלכא ואתחברו אפין באפין. Mantuan, fol 143.

§. 1037. Quis intrabit inter eos? quis bellum moveret iis invicem?

1037. מאן ייעול ביניהו מאן הוא דיקרב בהדייהו.

§. 1038. Propterea arcanum rei latet in tempore Discipulorum Sapientum, qui sciunt arcanum nostrum, de Sabbatho in Sabbathum.

1038. בגין כך סתימא דמלה עונתן של תה דידעין רזא דנא משבת לשבת.

§. 1039. Et quando consociantur; tunc invicem mitigantur die illâ, quâ omnia mitigantur. Et propterea judicia invicem mitigantur & in ordinem rediguntur [*al.* *cibantur*] superiora & inferiora.

1039. וכד אתחברו אתבסמו דא בדא יומא דכלא אתבסם בידה ובגין כך אתבסמו דינין דא בדא ואתתקנו (סא ואתזנו) עלאין ותתאין. Cremonens. col, 270.

SECTIO XLIII.

De Judiciis.

§. 1040. Et didicimus in libri mysterio. Cum Senior Sanctissimus videre desideraret, an mitigata essent judicia, & adhærerent sibi duo isti; tunc de latere fœminæ egrediebatur judicium vehemens, quod mundus ferre non poterat.

1040. ותאנא בצניעותא דספרא בעא עתיקא קדישא למחזי אי אתבסמו דינין ואתדבקו תרין אלין דא בדא ונפק מסטרא ונוקבא דינא תקיפא דלא יכיל עלמא למסבל·

§. 1041. Unde scriptum est: Et Adam cognoscebat Evam uxorem suam: [*Gen* 4. *v*.1.] & concipiebat & pariebat Kain, & dicebat, acquisivi virum cum Domino.

1041. דכתיב והאדם ידע את חוה אשתו ותהר ותלד את קין ותאמר קניתי איש את יי׳.

§. 1042. Et non fuerat idonea, quia non erat mitigata & serpens robustus in ipsam inquinamentum immiserat judicii duri; & ideo non potuerat mitigari.

1042. ולא הוה יכיל משום דלא אתבסמת וחויא תקיפא אטיל בה זוהמא דדינא קשיא ובגנ״כ לא הוה יכיל לאתבסמא·

§. 1043. Cùm ergo egrederetur hic Kain, ex latere fœminæ, exibat, rigidus & durus: vehemens in judicio suo, rigorosus in judicio suo.

1043. וכד נפיק דא קין מסטר דנוקבא נפיק תקיף קשיא · תקיף בדינוי קשיא בדינוי·

§. 1044. Cum autem egressus esset, ipsa postmodum debilior facta est & mitigatior: Et prodiit generatio alia mitior.

1044. כיון דנפיק אתחלשת ואתבסמת בתר דא ואפיקת אחרא בסימא יתיר·

§. 1045. Et remota est prior, quæ tàm vehemens erat & dura, ut omnia judicia non miscerentur coram ea [*al. non occurrerent ipsi.*]

1045. וסליק קדמאה דהוה תקיפא קשיא וכל דינין לא אתערבו (סא אתערעו) קמיה·

§. 1046. Veni vide. Quid scriptum est? Et factum est, cum essent ambo in agro. In agro, qui notus est superius: & in agro, qui dicitur ager pomorum.

1046. תח מה כתיב ויהי בהיותם בשדה · בשדה דאשתמודע לעילא· ובשדה דאקרי שדה דתפוחים·

§. 1047. Et hoc judicium vicit fratrem suum, quia istud erat durius illo, & subegit eum, cumque sub se abscondidit.

1047. ונצח האי דינא לאחוהא משום דהוה קשיא מניה ואכפייה ואטמריה תחותיה·

§. 1048. Donec erga illud excitaretur Sanctus ille Deus, qui benedictus sit!

1048. עד דאתער בהאי קב״ה ואעבריה

illudque

illudque è medio tolleret ante se, & insereret in foramen abyssi magnæ.

§. 1049. Et inclusit fratrem ejus per immersionem in mare magnum, quod temperat lachrymas supernas.

§. 1050. Et ab iis in mundum descendunt homines secundum viam eorum.

§. 1051. Et quamvis abscondantur illi; tamen extenduntur in se invicem, fiuntque corpus unum.

§. 1052. Et ex illo corpore descendunt *animæ* impiorum peccatorum obstinatorum spiritu.

§. 1053. Ab illis ambobus simul, putasne? non, sed unus à latere suo, & alter à latere suo manet.

§. 1054. Beati sunt justi, quorum animæ extrahuntur ex illo corpore Sancto, quod dicitur Adam: quod includit omnia, tanquam locus, ubi coronæ & diademata sancta consociantur, in syntagmate bilancis.

§. 1055. Beati sunt justi, quia hæc omnia sunt verba sancta, quæ proferuntur per Spiritum Sanctum supernum, spiritum quo omnes sancti comprehenduntur; Spiritum quo superna & inferiora colligantur [al. quem supera & infera audiunt.]

§. 1056. Beati estis vos, Domini Dominorum, messores agri, qui verba ista scitis & contemplamini, & agnoscitis Dominum vestrum, de facie ad faciem, oculo ad oculum: & per ista verba digni evaditis ad mundum venturum.

§. 1057. Hoc ipsum est illud quod scriptum est [*Deut*.4.*v*.39.] Et scies hodie

מקמיה ושקשה בנוקבא דתהומא רבא·

1049. וכליל לאחוי בשקועא דימא רבא דמבסם דמיעין עלאין·

1050. ומנהון נחתין לעלמא אינש לפום אורחוי·

1051. ואע״ג דטמירין אינון מתפשטין דא בדא ואתעברו גופא חד·

1052. ומהאי גופא נחתין נשמתהון דרשיעייא חייביא תקיפא רוחא·

1053. מתרוייהו כחדא כד אלא חד לסטרוי וחד לסטרוי·

1054. זכאין אינון צדיקייא דמשלפי נשמתהון מהאי גופא קדישא דאקרי אדם דכליל כולא אתר דעטרין וכתרין קדישין מתחבראן תמן בצרורא דאתקלא·

1055. זכאין אינון צדיקייא דכל הני מלין קדישין דאתמרו ברוחא קדישא עלאה רוח דכל קדישין אתכללן ביה רוח דעלאין וכל תתאין שייפין להון (סא דעלאין ותתאין צייתין להו·)

1056. זכאין אתון מאריהון דמארין חצדא (סא מחצדי) חקלא דמלין אלין תנדעון ותסתכלון בהו ותנדעון למאריכון אפין באפין עינא בעינא ובהני מלין תזכון לעלמא דאתי·

1057. ה״ה וידעת היום והשבות אל לבבך וגו׳·

& reduces ad cor tuum, quod Dominus ipse est Deus in cœlis desuper, & super terram inferiùs: non amplius.

§. 1058. Ubi Dominus est Senex dierum; Deus, id est unus, benedictum sit nomen ejus in seculum & in secula seculorum.

1058. יי עתיק יומין · הוא האלהים הוא חד בריך שמיה לעלם ולעלמי עלמיא.

SECTIO XLIV.

Ulteriora de Homine superno.

§. 1059. Dixit R. Schimeon. Videmus superiora infra, & inferiora supra.

1059. אמר ר"ש חמינא עלאין לתתא ותתאין לעילא.

§. 1060. Superiora infra, id est, formam hominis, quæ est efformatio universalis superior.

1060. עלאין לתתא דיוקנא דאדם דהוא תקוני כללא עלאה.

§. 1061. Didicimus. Scriptum est: Et Justus fundamentum mundi [*Prov.* 10. *v.* 25.] quia comprehendit sex in complexu uno.

1061. תאנא כתיב וצדיק יסוד עולם דכליל שית בקרטופא כחדא.

§. 1062. Et istud est, quod scriptum [*Cant.* 15. *v.* 15.] Crura ejus columnæ שש Senarii.

1062. והאי דכתיב שוקיו עמודי שש

§. 1063. Didicimus in Mysterio Libri: In homine comprehenduntur coronæ superiores in genere & in specie: & in homine comprehenduntur coronæ inferiores in specie & in genere.

1063. ותאנא בצניעותא דספרא באדם אתכלילו כתרין עלאין בכלל ובפרט · ובאדם אתכלילו כתרין תתאין בפרט וכלל.

§. 1064. Coronæ superiores in genere, sicut dictum est in figura omnium istarum efformationum.

1064. כתרין עלאין בכלל כמה דאתמר בדיוקנא דכל הני תקונין.

§. 1065. In specie in digitis manuum, qui sunt quinque è regione quinque.

1065. בפרט באצבען דידין חמש כנגד חמש.

§. 1066. Coronæ inferiores in digitis pedum, qui sunt speciales & generales.

1066. כתרין תתאין באצבעין דרגלין דאינון פרט וכלל.

§. 1067. Corpus enim non videtur cum eis, quia sunt extra corpus. Et propterea non sunt in corpore, quia corpus retrocedit ab eis.

1067. דהא גופא לא אתחזון בהדייהו דאינון לבר מגופא ובגיני כך לא הוו בגופא דגופא אעריו מנייהו.

§. 10. 68.

§. 1068. Quod si ita, quid est illud [*Zach.* 14. *v.* 4.] Et stabunt pedes ejus in die illa? verum; pedes corporis, Domini judiciorum ad exercendam vindictam.

1068. אי הכי מאי ועמדו רגליו ביום ההוא אלא רגליו דגופא מאריהון דדינין (סא דמארון) למעבד נוקמין.

§. 1069. Et vocantur Domini pedum: & quidam eorum robusti sunt, & Domini judiciorum, qui infra sunt, adhærent coronis inferioribus.

1069. ואקרון בעלי רגלים · ומנהון תקיפין ומתאחדן מאריהון דדינין די לתתא בכתרין תתאין.

§. 1070. *Didicimus.* Omnes istæ efformationes superiores, quæ in corpore sancto, in mare & fœmina, quod est syntagma hominis, deducuntur ex se invicem: & adhærent sibi invicem: & influunt in se invicem.

1070. תאנא כל אינון תקונין דלעילא דבגופא קדישא בדכר ונוקבא כללא דאדם אתמשיך דא מן דא ומתאחדן דא בדא ואשקן דא לדא.

§. 1071. Sicut sanguis manat per anastomoses venarum, modo in unam, modo in alteram, modò huc, modò illuc; ex loco hoc, in locum alium.

1071. כמה דאתמשיך דמא בקטפין ורידין לדא ולדא להכא ולהכא מאתר דא לאתר אחרא.

§. 1072. Et isti sinus corporis rigant se invicem & illuminant se invicem, donec illuminentur omnes mundi & benedictionem accipiant propter illos.

1072. ואינון משקין (סא קסטין) דגופא אשקיין דא לדא מנהרין דא לדא עד דאנהירו כלהו עלמין ומתברכאן בגיניהון.

§. 1073. Didicimus: Omnes illæ coronæ, quæ non comprehenduntur in corpore, omnes longè distant & immundæ sunt; & polluunt quemlibet, qui ad illas appropinquat ut aliquid ex istis ediscat.

1073. תאנא כל אינון כתרין דלא אתכללו בגופא כלהו רחיקין ומסאבין ומסאבן כל מאן דיקרב לגביהון למנדע מנהון מלין.

§. 1074. Didicimus. Quare tantum est desiderium eorum in discipulos Sapientum? non aliam ob causam, nisi quod intueantur corpus illud sanctum, & ut forte per illos in illo corpore comprehendi queant.

1074. תאנא מאי תאיבותא דילהון לגבי תלמידי חכמים אלא משום דתמאן בההוא גופא קדישא ולאתכללא בהו בההוא גופא.

§. 1075. Si autem dices; quod si sic, sanè nec Angeli sancti sunt in complexu corporis.

1075. וכי תימא אי הכי הא מלאכין קדישין דליתהון בכללא דגופא.

§. 1076. Ast, neutiquam. Si enim, quod absit, extra Syntagma corporis sancti essent, non essent sancti nec subsisterent.

1076. לא דהו אי ליהון לבר מכללא

§.1077. Et tamen scriptum est [*Dan.* 10.*v*.6.] Et corpus ejus, sicut Tharsis; item [*Jeches*.11.*v*.18.] Et dorsa eorum plena oculis. Item [*Dan*.9.*v*.21.] Vir ille Gabriel. Omnia hæc sunt sub analogia hominis.

§.1078. Iis exceptis, qui non sunt in syntagmate corporis; isti impuri sunt, & polluunt eum, quicunque appropinquaverit illis.

§.1079. Et didicimus. Omnes illi reperiuntur de spiritu sinistræ prodire: qui non mitigatur in forma humana: & egressi sunt è Syntagmate corporis Sancti, nec adhærent ei.

§.1080. Et propterea omnes immundi sunt, & ambulant & volant per mundum.

§.1081. Et ingrediuntur in foramen Abyssi magnæ, ut adhæreant illi judicio priori, quod egressum est de Syntagmate corporis, & dicitur Kain inferior.

§.1082. Et vagantur & circumvolitant per totum mundum, huc illuc delati; & non hærent in Synoche corporis.

§.1083. Et propterea extra sunt, inter omnes turmas supra & infra, immundi: sicut scriptum est [*Lev*.13,46.] Et erit extra castra habitatio ejus.

§. 1084. De Spiritu autem qui vocatur Hebel, qui magis mitigatus est in Syntagmate corporis sancti, exeunt alii, qui magis mitigati sunt, & adhærent corpori, nec tamen omninò inhærent.

§. 1085. Omnes pendent in aëre, & exeunt è genere hoc illorum impurorum, & audiunt quicquid audire possunt superius & inferius; & de illis notitiam habent, qui de illis locuti sunt,

דגופא קדישא לא הוו קדישין Cremonens. col. 271.
ולא מתקיימי.

1077. וכתיב וגויתו כתרשיש· וכתיב וגבותם מלאות עינים והאיש גבריאל כלהו בכללא דאדם·

1078. בר מהני דליתהון בכללא דגופא דאינון מסאבין ומסאבן כל מאן דיקרב בהדייהו·

1079. ותאנא כלהו מרוחא דשמאלא דלא אתבסם באדם ונפקו מכללא דגופא קדישא ולא אתדבקו ביה משתכחין·

1080. ובגין כך כלהו מסאבין ואזלין וטאסין עלמא·

1081. דעיילין בנוקבא דתהומא רבא לאתדבקא בההוא דינא קדמאה דנפיק בכללא דגופא דאקרי קין דלתתא·

1082. ושאטין וטאסין כל עלמא ופרחן ולא מתדבקאן בכללא דגופא·

1083. ובגיני כך אינון לבר מכל משריין דלעילא ותתא דמסאבין דכתיב בהו מחוץ למחנה מושבו·

1084. וברוחו דאקרי הבל דאתבסם יתיר בכללא דגופא קדישא נפקין אחרנין דמבסמן יתיר ומתדבקן בגופא ולא מתדבקן·

1085. כלהו תליין באוירא ונפקין מהאי כללא ואלין מסאבין ושמעין מה דשמעין מעילא ותתא ומנייהו ידעי דקאמרי להו·

§.1086.

§. 1086. Et traditum est in mysterio Libri. Cum mitigatum esset superiùs Syntagma Hominis, corpus sanctum, mas & fœmina; copulati sunt & tertiâ vice.

§. 1087. Et prodiit temperatura omnium, & mitigati sunt mundi superi & inferi.

§. 1088. Et exinde sibi innexi sunt mundus superior & inferior, sub genere corporis sancti, & mundi sociati sunt, & cohæserunt sibi invicem; & facti sunt unum corpus.

§. 1089. Et quia omnia sunt corpus unum, Schechinah superior; Schechinah inferior, Sanctus ille qui benedictus sit! supra; Sanctus ille qui benedictus sit! infra; hinc extrahitur Spiritus & ingreditur in corpus unum & in omnibus non apparet nisi unum.

§. 1090. Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Zebaoth: plena est omnis terra gloriâ ejus: omnia enim sunt corpus unum.

§. 1091. Didicimus. Quia unum temperatum est per alterum, hinc scriptum est: [*Cant.* I. *v.* II.] Ordines auri faciemus tibi cum punctis argenti. Nam judicium & misericordia connectuntur [al. judicium temperatur per misericordiam] & ipsa mitigatur per masculum.

§. 1092. Et propterea hæc non ascendit sine illo, sicut palmæ sexus unus non exurgit sine altero.

§. 1093. Et propterea didicimus per traditionem: Si quis in hoc mundo seipsum excludit è genere hominis, quod ille postmodum, cum ex hoc mundo discedit, non ingrediatur in syntagma hominis, quod vocatur Corpus Sanctum: sed inter illos, qui non vocantur homo, ita ut exeat è Synoche corporis.

1086. ותאנא בצניעותא דספרא כיון דאתבסמו לעילא כללא דאדם גופא קדישא דכר ונוקבא אתחברו זמנא תליתאה.

1087. ונפיק אתבסמותא דכלא ואתבסמו עלמין עליאן ותתאין.

1088. ומכאן אשתכלל עלמא דלעילא ותתא מסטרא דגופא קדישא ומתחברין עלמין ומתאחרין דא בדא ואתעבידו חד גופא.

1089. ובגין דכלהו חד גופא שכינתא לעילא שכינתא לתתא קב״ה לעילא קב״ה לתתא ומשלפא רוחא ועיילא בחד גופא ובכלהו לא אתחזי אלא חד.

1090. קקק יי צבאות מלא כל הארץ כבודו דכלא הוא חד גופא.

1091. תאנא כיון דאתבסמו דא בדא כתיב תורי זהב נעשה לך עם נקודות הכסף אתקשרו דינא ורחמי (ס״א אתבסמא דינא ברחמי) ואתבסמת בדכורא.

1092. ובגיני כך לא סלקא דא בלא דא כהאי תמר דלא סלקא דא בלא דא.

1093. ועל האי תנינן מאן דאפיק גרמיה בהאי עלמא מכללא דאדם לבתר כד נפיק מהאי עלמא לא עייל בכללא דאדם דאקרי גופא קדישא אלא באינון דלא אקרון אדם ונפיק מכללא דגופא.

§. 1094. Didicimus Traditione exotica. [*in verbis Cant.1. v.11.*] Ordines auri faciemus tibi cum punctis argenti; [*hunc esse sensum:*] quod judicium mitigetur per misericordiam; ita ut nullum sit judicium, in quo non inveniatur misericordia.

1094. תניא תורי זהב נעשה לך עם נקודות הכסף דאתבסמו דינא ברחמי ולית דינא דלא הוו ביה רחמי.

§. 1095. Et propterea scriptum est [*ib.v.10.*] Pulchræ sunt maxillæ tuæ in ordinibus, collum tuum in margaritis. [*Ubi verba.*]

1095. ועל האי כתיב נאוו לחייך בתורים צוארך בחרוזים.

§. 1096. In ordinibus [*eodem sensu intelligendum, quem habent verba illa:*] cum scriptum est: Ordines auri faciemus tibi.

1096. בתורים כמו דכתיב תורי זהב נעשה לך וגו'.

§. 1097. [*Et verba sequentia*] in margaritis [*ad misericordiam refertur*] sicut scriptum est: Cum punctis argenti.

1097. בחרוזים כמה דכתיב עם נקודות הכסף.

§. 1098. Collum tuum: involvit nexum fœminæ. Hæc matrona invenitur esse Domus Sanctuarii superior: Jerusalem autem, inferior, [al. est sanctuarium omnium.]

1098. צוארך בכללא דנוקבא דא מטרוניתא אשתכח בי מקדשא דלעילא ירושלם דלתתא (סא הוא מקדשא דכלא.)

§. 1099. Et omne hoc, postquam mitigatur per masculum & ambo fiunt homo, syntagma veritatis.

1099. וכל הא מדאתבסמת בדכורא ואתעביד כלא אדם כללא דהימנותא.

§. 1100. Quid est veritas hæc, in qua invenitur omnis veritas.

1100. מאי הימנותא דבגויה אשתכח כל מהימנותא.

§. 1101. Didicimus. Si quis vocatur homo, & anima ejus ab eo egreditur, & moritur, illum in domo relinquere vetitum est, ut pernoctet super terra.

1101. ותאנא מאן דאקרי אדם ונשמתא נפקת מניה ומית אסיר למיבת ליה בביתא למעבד ליה לינה על ארעא.

§. 1102. Propter dignitatem illius corporis, in quo nulla apparet vilitas.

1102. משום יקרא דהאי גופא דלא יתחזי ביה קלנא.

§. 1103. Scriptum enim [*Ps.49.v.13.*] Homo in dignitate non pernoctabit [*id est:*] Adam qui dignior est omnibus dignis, non pernoctabit.

1103. דכתיב אדם ביקר בל ילין אדם דהוא יקר מכל יקרא בל ילין.

§. 1104. Quare? quia si sic fieret, æquipararetur jumentis quæ pereunt.

1104. מט משום דאי יעברון הכי נמשל כבהמות נדמו.

§.1105.

§. 1105. Quomodo se habet bestia? non est in genere hominis, nec capax est Spiritus Sancti: sic etiam hic assimilaretur bestiæ, quasi corpus esset sine Spiritu: cum tamen corpus illud, quod est dignissimum omnium, non deceat ignominiis afficere.

1105. מה בעירי לא הוו בכללא דאדם ולא אתחזי בהו רוחא קדישא אוף הכי כבעירי גופא בלא רוחא והאי גופא דהוא יקרא דכלא לא יתחזי ביה קלנא.

§. 1106. Et didicimus in mysterio Libri. Quicunque sinit pernoctare tale aliquod corpus Sanctum (*quasi esset*) absque spiritu; hiatum facit in corpore mundorum.

1106. ותאנא בצניעותא דספרא כל מאן דעביד לינה להאי גופא קדישא בלא רוחא עביד פגימותא בגופא דעלמין.

§. 1107. Certè enim propterea ipsi non permittitur, ut pernoctet in loco sancto, in terra illa, in qua justitia pernoctat [al. penes coronã sanctam Regis, in terra, de qua scriptũ est [*Ies*. 1, 21.] Justitia pernoctat in ea.]

1107. דהא בגין דא לא עביד לינה באתרא קדישא בארעא דצדק ילין בה (סא לכתרא קדישא דמלכא בארעא דכתיב צדק ילין בה) Mantuan. fol. 144.

§. 1108. Quoniam corpus illud venerandum est figura Regis: [si autem ita sineretur per noctem, tunc haberetur] ut una è bestiis. [al. quia corpus hoc venerandum vocatur forma Regis, & si ita relinqueretur per noctem, esset sicut bestia:] prout dicitur [l. c.] Assimilatus est bestiis, quæ exscinduntur.

1108. משום דהאי גופא דיוקנא דמלכא כחד מן בעירי (סא משום דהאי גופא יקרא אתקרי דיוקנא דמלכא ואי עביד ביה לינה הוי כחד מן בעירי) הה״ד נמשל כבהמות נדמו.

§. 1109. Didicimus. [Scriptum est *Gen*. 6. *v*. 2.] Et viderunt filii Dei filias hominis. Illi sunt, qui absconditi sunt & ceciderunt in foramen abyssi magnæ.

1109. תאנא ויראו בני האלהים את בנות האדם · אינון דאטמרו ונפלו בנוקבא דתהומא רבא.

§. 1110. Filias hominis; [*ubi notetur vox* האדם *demonstrativè*] i. e. illius hominis noti.

1110. את בנות האדם · האדם הידוע·

§. 1111. Et scriptum est: Et genuerunt eis: Isti potentes, qui à mundo &c. Ex illo (*loco*) qui dicitur mundus, sicut traditum est de phrasi ימי עולם i. e. dies mundi.

1111. וכתיב וילדו להם המה הגבורים אשר מעולם וגו׳ מההוא דאקרי עולם כדתנינן ימי עולם.

§. 1112. Viri nominis. Ex iis egressi sunt Spiritus & Dæmones in mundum, ut adhæreant impiis.

1112. אנשי השם מנהון נפקו רוחין ושדין לעלמא לאתדבקא ברשיעייא.

§. 1113. Gigantes erant in terra; ad differentiam eorum reliquorum, qui non fuerunt in terra.

1113. הנפילים היו בארץ לאפקא אלין אחרנין דלא הוו בארץ.

§. 1114. Illi Gigantes sunt Asa & Asaël,

1114. הנפילים עזא ועזאל דהוי בארץ.

qui fuerunt in terra: Filii Dei non erant in terra. Et arcanum est, & omnia dicta sunt.

בני האלהים לא הוו בארץ ורזא הוא וכלא אתמר.

§. 1115. Scriptum est [*Gen.6.v.6.*] Et pœnituit Dominum, quod fecisset hominem in terra: ad differentiam hominis superni, qui non est in terra.

1115. כתיב וינחם יי כי עשה את האדם בארץ לאפקא אדם דלעילא דלא הוי בארץ.

Cremonens. col. 272.

§. 1116. Et pœnituit Dominum; id de Microprosopo dictum est.

1116. וינחם יי האי בזעיר אפין אתמר.

§. 1117. Et indoluit circa cor suum, non scriptum est ויעצב & dolore affecit; sed ויתעצב tactus est dolore; i. e. ille dolore affectus est, à quo dependet negotium: ad differentiam ejus, qui non tactus est dolore.

1117. ויתעצב אל לבו ויעצב לא נאמר אלא ויתעצב איהו אתעצב דביה תלייא מלתא לאפוקי מאן דלא אתעצב.

§. 1118. Circa cor suum. Non scriptum est in corde suo, sed circa cor suum; sicut cùm quis dolore afficitur, & luget Dominum suum; hîc enim respicitur ad cor omnium cordium.

1118. אל לבו · בלבו לא כתיב אלא אל לבו כמאן דאתעצב ומקבל למאריה דאחזי האי ללבו דכל לבין.

§. 1119. Et dixit Dominus: Delebo hominem, quem creavi de facie terræ &c. ad differentiam hominis, qui supra est.

1119. ויאמר יי אמחה את האדם אשר בראתי מעל פני האדמה וגו׳ לאפקא אדם דלעילא.

§. 1120. Et si dicis: hominem inferiorem solum (intelligi:) Sciendum illos non penitus posse opponi; quia iste non subsistit sine illo.

1120. ואי תימא אדם דלתתא בלחודוי לאו לאפקא כלל משום דלא קאים דא בלא דא.

§. 1121. Et nisi sapientia omnibus abscondita foret; omnia conformarentur sicut à principio.

1121. ואלמלא חכמא סתימא דכלא כלא אתתקן כמרישא.

§. 1122. Hinc dicitur [*Prov.8.v.12.*] Ego Sapientia habitavi cum astutia: ne legito שכנתי habitavi, sed שיכנתי Schechinah sive præsentia mea (*nuda est sine me.*)

1122. הה״ד אני חכמה שכנתי ערמה אל תקרי שכנתי אלא שיכנתי.

§. 1123. Et nisi hic homo esset, non consisteret mundus: sicut scriptum est [*Prov. 3.v.19.*] Dominus in Sapientia fundavit terram.

1123. ואלמלא האי אדם לא קאים עלמא כמה דכתיב ויי בחכמה יסד ארץ.

§. 1124. Item scriptum est [*Gen.6.v.8.*] Et Noah invenit gratiā in oculis Domini.

1124. וכתיב ונח מצא חן בעיני יי.

§. 1125. Et didicimus. Omnia cerebra pendent ab hoc cerebro.

1125. ותאנא כלהון מוחי תליין בהאי מוחא.

§. 1126

§. 1126. Et Sapientia quidem est nomen generale; sed hæc Sapientia abscondita corroborat & efformat formam hominis, ut consideat in loco suo.

1126. והחכמא הוא כללא ורא חכמה סתימא אתתקיף ואתתקן תקונא דאדם לאתיישבא באתרייהו.

§. 1127. Sicut scriptum est [*Eccl. 7. v. 20.*] Sapientia confortat Sapientem magis quam decem fortes; qui sunt efformatio integra hominis.

1127. הה״ד והחכמה תעוז לחכם מעשרה שליטים דאינון תקונא שלימה דאדם.

§. 1128. Adam verò est efformatio interior; in qua consistit spiritus: sicut dicitur [*1. Sam. 16. v. 6.*] quia homo videt secundum oculos, sed Dominus videt secundum cor, quod est intra interiora.

1128. ואדם הוא תקונא דלגו מינאה קאים רוחא הה״ד כי האדם יראה לעינים ויי׳ יראה ללבב דאיהו בלגו לגו.

§. 1129. Et in ista efformatione apparet *perfectio* vera omnium, quæ consistit super *solio*. Sicut scriptum est: Et similitudo sicut aspectus hominis super eo desuper [*Ezech. 1. v. 26.*]

1129. ובהאי תקונא אתחזי שלימותא מהימנותא דכלא דקאים על כורסייא דכתיב ודמות כמראה אדם עליו מלמעלה.

§. 1130. Et scriptum est: [*Dan. 7. v. 13.*] Et ecce cum nubibus cœli sicut filius hominis veniebat, & usque ad Senem dierum perveniebat, & ante eum appropinquare fecerunt eum.

1130. וכתיב וארו עם ענני שמיא כבר אינש אתי הוה ועד עתיק יומין מטא וקדמוהי הקריבוהי.

SECTIO XLV.

Conclusio.

1131. Huc usque abscondita sunt verba, & selectior sensus (*in multis propositus est.*) Beata est portio ejus, qui novit & intuetur ea, & non errat in eis.

1131. עד כאן סתימאן מלין וברירן טעמין זכאה חולקיה דמאן דידע וישגח בהון ולא יטעה בהון.

§. 1132. Quia verba ista non dantur nisi Dominis Dominorum & messoribus agri, qui ingressi sunt & egressi.

1132. דמלין אלין לא אתיהיבו אלא למארי מארין ומחצדי חקלא דעאלו ונפקו.

§. 1133. Sicut scriptum est [*Hos. 14. v. 10.*] quia rectæ semitæ Domini; & justi ambulant in eis, sed transgressores cespitāt in eis.

1133. דכתיב כי ישרים דרכי יי׳ וצדיקים ילכו בם ופושעים יכשלו בם.

§. 1134. Didicimus. Flevit R. Schimeon, & sustulit vocem suam: & dixit: Si ob verba nostra, quæ hîc revelata sunt, reconditi sunt socii in conclave mundi venturi, &

1134. תנא בכא ר׳ שמעון וארים קליה ואמר אי במלין דילן דאתגליין הכא אתגנזו חברייא באדרא דעלמא דאתי

sublati sunt de hoc mundo, rectè & benè factum: ne revelentur uni è filiis mundi.

ואסתלקו מהאי עלמא יאות ושפיר הוה בגין דלא אתגליין לחד מבני עלמא.

§. 1135. Iterum dixit: Redeo ad me; Certè enim revelavi coram Seniore Seniorum abscondito omnibus occultationibus: non autem in gloriam meam feci, nec in gloriam domûs Patris mei, nec in gloriam sociorum istorum.

1135. הדר ואמר הדרי בי דהא גלי קמיה דעתיקא דעתיקין סתימא דכל סתימין דהא לא ליקרא דילי עבידנא ולא ליקרא דבית אבא ולא ליקרא דחבריא אלין.

§. 1136. Sed propterea ne errarent in semitis ejus, nec ingrediantur pudefacti in portas palatii ejus, nec deleantur sua culpa. Beatam portionem meam cum illis in mundum venturum.

1136. אלה בגין דלא יטעון בארחוי ולא יעלון בכסופא לתרעי פלטרוי ולא ימחון בידיהון זכאה חולקי עמהון לעלמא דאתי.

§. 1137. Didicimus. Antequam egrederentur socii ex hac area, mortui sunt, R. Jose & R. Chiskija & R. Jesa.

1137. תנא עד לא נפקו חבריא מההוא אדרא מיתו ר׳ יוסי ור׳ חזקיה ור׳ ייסא.

§. 1138. Et viderunt socii, quod angeli sancti eos deportarent in illud velum expansum [al. in illud velum. Dixit R. Schimeon verbum aliquod & prostratus est.]

1138. וחמו חבריא דהוו נטלין לון מלאכין קדישין לההוא פרסא דיליה (כא בההוא פרסא אר״ש מלה ואשתכבו)

§. 1139. R. Schimeon exclamans dixit: An fortè, quod absit! Decretum aliquod pronunciatum est super nos, ad puniendum nos, quod per nos revelatum est aliquid, quod non revelatum est à die, quo stetit Moses in monte Sinai?

1139. צוח ואמר שמא חס גזרה אתגזר עלנא לאתענשא דאתגלי על ידנא מה דלא אתגלי מיומא דקאים משה על טורא דסיני.

§. 1140. sicut scriptum est: [*Ex.* 34. *v.* 28.] Et erat ibi cum Domino 40. dies & 40. noctes &c. Quid ego hîc moror; si propterea punimur?

1140. דכתיב ויהי שם עם יי ארבעים יום וארבעים לילה וגו׳ מה אנא הכא אי בגין דא אתענשו.

§. 1141. Audivit vocem: Beatus es tu R. Schimeon, & beata portio tua, & sociorum istorum, qui tecum sunt; revelatum enim vobis est, quod non revelatur toti exercitui superiori.

1141. שמע קלא זכאה אנת ר״ש זכאה חולקך וחבריא אלין דקיימין בהדך דהא אתגלי לכון מה דלא אתגלי לכל חילא דלעילא.

§. 1142. Sed veni vide. Scriptum est [*Jos.* 6. *v.* 26.] Et in primogenito suo fundabit eam, & in minimo suo ponet portas

1142. אבל תא חזי דהא כתיב בבכורו ייסדנה ובצעירו יציב דלתיה וכ״ש דברעו

ejus

ejus: multò magis hic, quia cum studio nimio & vehementi applicuerunt animas suas hoc tempore: & assumti sunt.

§. 1143. Beata est portio eorum, certè enim in perfectione sublati sunt; & tales non fuerunt illi, qui fuerunt ante ipsos.

§. 1144. Quare mortui sunt? Didicimus. Cum adhuc revelarentur verba, commota sunt superiora & inferiora illorum curruum, & vox personuit in 250 mundos, quod verba antiqua infra revelentur.

§. 1145. Et antequam isti recolligerent animas suas, inter ista verba egressa est anima *eorum* cum osculo; & annexi sunt illi *velo* expanso, illosque deportarunt Angeli *superni*.

§. 1146. Quare autem isti? quia ingressi erant, & nondum egressi altera vice ante hoc tempus. Omnes autem reliqui ingressi erant & egressi.

§. 1147. Dixit R. Schimeon: quam beata est portio eorum trium, & beata portio nostra propterea.

§. 1148. Exiit vox secunda vice & dixit: [*Deut.* 4. *v.* 4.] Vos autem qui adhæretis in Domino Deo, vivitis omnes hodie.

§. 1149. Surrexerunt & nullum locum aspexerunt, ex quo non egrederetur suaveolentia,

§. 1150. Dixit R. Schimeon: Exhinc percipio, quod mundus benedictionem accipiat propter nos.

§. 1151. Et facies eorum omnium lucebant ut homines eos non possent aspicere.

§. 1152. Didicimus. Decem ingressi sunt & septem egressi.

§. 1153. Et gavisus est R. Schimeon & R. Abba tristatus est.

§. 1154 Die quodam sedebat R. Schimeon, & R. Abba cum eo: Dixit R. Schimeon verbum.

סגי ותקיף אתדבקו נפשתהון בשעתא דא ואתכניסו׃

1143. זכאה חולקיהון דהא בשלימותא אסתלקו דלא הוה כן לאינון דהוו קמייהו׃

1144. אמאי מיתו׃ תנא בעוד דאתגליין מלין אתרגישו עלאין ותתאין דאינון רתיכין וקלא אתער במאתן וחמשין עלמין דהא מלין עתיקין לתתא אתגליין׃

1145. ועד דאלין מתבסמין נשמתיהו באינון מלין נפק נשמתיהו בנשיקה ואתקשרו בההוא פרסא ונטלין להו מלאכי עלאי׃

1146. ואמאי אלין משום דעאלו ולא נפקו זמנא אחרא מן קדמת דנא וכלהו אחריני עאלו ונפקו׃

1147. אמר ר״ש כמה זכאה חולקיהון דהני תלתא זכאה חולקנא בגין דא׃

1148. נפק קלא תניינות ואמר ואתם הדבקים ביי׳ אלהיכם חיים כלכם היום׃

1149. קמו ולא הוו מסתכלי בכל אתר דלא סליק ריחין׃

1150. אמר רבי שמעון שמע מינה דעלמא מתברך בגיננ׃

1151. והוו נהרין אנפוי דכלהו ולא הוו יכלין בני עלמא לאסתכלא בהו׃

1152. תאנא עשרה עאלו ושבע נפקו׃

1153. והוה חדי רבי שמעון ורבי אבא עציב׃

1154. יומא חד הוה יתיב ר׳ שמעון ורבי אבא עמיה׃ אמר ר״ש מלה׃ Cremonens. col. 273.

§. 1155. Et viderunt illos tres, qui mortui erant; illis aderant angeli excelsi, iisque ostendebant gazophylacia & conclavia superna propter dignitatem eorum.

1155. וחמו לאלין תלתא דהוו מייתין להון מלאכין עלאין ומחזיין להו גניזין ואדרין דלעילא בגין יקרא דלהון.

§. 1156. Et ingrediebantur in montem balsami puri. Quievitque animus R. Abbæ.

1156. והוו עיילא בטורא דאפרסמונא דכייא נח רעתיה דרבי אבא.

§. 1157. Didicimus. Ab illa die non recesserunt socii è domo R. Schimeon.

1157. תאנא מההוא יומא לא אעדו חברייא מבי ר׳ שמעון.

§. 1158. Et cum R. Schimeon revelaret arcana, non inveniebantur ibi nisi isti.

1158. וכד הוה ר׳ שמעון מגלה רזין לא משתכחין תמן אלא אינון.

§. 1159. Et R. Schimeon vocabat illos septem Oculos Domini; sicut scriptum est [*Zach.3.v.9.*] Septem illi oculi Domini sunt: Et de nobis dictum est.

1159. והוו קארי להו ר׳ שמעון שבעה אינון עיני יי׳ דכתיב שבעה אלה עיני יי׳ ועלן אתמר.

§. 1160. Dixit R. Abba: Nos sex lucernæ sumus, quæ fulgemus de septima; tu es septima omnium.

1160. אמר ר׳ אבא אנן שיתא בוציני דנהראן משביעאה אנת הוא שביעאה דכלא

§. 1161. Certe enim non est stabilitas sex illarum, nisi à septima. Omnia enim dependent à septima.

1161. דהא לית קיומא לשתא בר משביעאה דכלא תלי בשביעאה.

§. 1162. R. Jehuda vocabat illum Sabbathum omnium sex (*dierum.*)

1162. ר׳ יהודא קרי להו שבת דכלהו שתא.

§. 1163. Sicut scriptum est: Sabbathum Domino; sanctum Domino.

1163. דכתיב שבת ליי׳ קדש ליי׳.

§. 1164. Quid est Sabbathum? Sanctum est Domino; ita R. Schimeon, Sabbathum Domino sanctum est.

1164. מה שבת ליי׳ קדש אוף ר׳ שמעון שבת ליי׳ קדש.

§. 1165. Dixit R. Schimeon, Mirum est quod ille cinctus lumbis, indutus veste pilosa (*Elias*) non inventus sit in domo areæ nostræ, cum revelarentur res istæ sanctæ!

1165. אמר ר׳ שמעון תווהנא על ההוא חגר חרצן מאריה דשערי אמאי לא אשתכח בבי אדרא דילן בזמנא דאתגליין מלין אלין קדישין

§. 1166. Interea veniebat Elias, & tres ictus lucebant in facie ejus.

1166. אדהכי אתי אליהו ותלת קטפירי נהירין באנפוי.

§. 1167. Dixit ipsi R. Schimeon: Quid quod non adfuit [*al. quam ob causam non adfuit Dominus*] in quadratura sculpta Domini sui in die nuptiali?

1167. אמר ליה רש׳ מה דלא שכיח (סא מט לא שכיח מר) בקרדוטא (סא בקרטמא) גליפא דמאריה ביומא דהלולא.

§. 1168.

§. 1168. Reſpondet ipſi: Per vitam tuam, Rabbi; ſeptem (*diebus*) electi ſunt ante ſanctum illum, qui benedictus ſit! [al. ſeptem dies genua flexerunt ante Deum benedictum] omnes illi, qui venirent & accederent cum eo, antequam ingrederemini in domum areæ.

1168. אמר ליה חייך ר̃ שבע אתברירו· (ס״א שבע יומין אתבריכו) קמיה קב״ה כל אינון דייתון וישתכחון עמיה עד לא עיילתון בבי אדרא·

§. 1169. Et rogavi ut (*inter illos*) invenirer; & volui adhærere humeris ejus [al. & rogavi eum, ut intereſſe liceret, ſed conſtringebat humeros ſuos] & non potui.

1169. ובעינא לאשתכחא זמין קשיר בכתפוי (ס״א ובעינא קמיה דאשתכח ובדין קשיר בכתפוי) ולא יכילנא·

§. 1170. Illo enim die mittebar ut miracula ederem pro R. Hammenuna Sene & ſociis *ejus*; qui traditi erant in palatium [*al. in carcerem*] Regis.

1170. דההוא יומא שדרנא למעבד נסין לרב המנונא סבא וחברוי דאתמסרו בארמונא (ס״א בקרוניא) דמלכא·

§. 1171. Et edidi pro iis miraculum, & disjeci aggerem regis [al. disjeci ipſis vallum palatii regii,] cujus vinculis conſtricti erant; ut morerentur 45. lictores.

1171. ואדחישנא להו בנסא ורמינא תלא דמלכא (ס״א דרמינא להו תלא דהיכלא דמלכא) ואתקטרו בקטרוי דמיתו ארבעים וחמשה פרדשכי·

§. 1172. Et eduxi R. Hammenunam & ſocios ejus, & ſuſtuli eos in vallem Unu: & liberati ſunt.

1172. ואפיקנא לרב המנונא וחברוי ורמינא לון לבקעת אונו ואשתזיבו·

§. 1173. Et appoſui illis panem & aquam, quia non comederant per triduum.

1173. וזמיננא קמייהו נהמא ומייא דלא אכלו תלתא יומין·

§. 1174. Et totum illum diem non ab eis ſeparatus ſum.

1174. וכל ההוא יומא לא ברילנא מנייהו·

§. 1175. Cumque redii, inveni velum expanſum quod portabant omnes iſtæ columnæ: & tres de ſociis ſupra illud.

1175. וכד תבנא אשכחנא פרסה דנטלו כל אינון סמכין ותלת מן חברייא עלה·

§. 1176. Et interrogavi eos & dixerunt: Hæc eſt portio Dei Sanctiſſimi qui benedictus ſit! ex nuptiis R. Schimeonis & ſociorum ejus.

1176. ושאילנא לון ואמרו חולקא דקב״ה מהלולא דר״ש דחברוי·

§. 1177. Beatus tu R. Schimeon, & beata portio tua & iſtorum ſociorum, qui ſedent coram te!

1177. זכאה אנת ר״ש זכאה חולקך ודאינון חברייא דיתבין קמך·

§. 1178. Quot gradus diſponuntur vobis in mundo venturo! quot lucernæ luminum præparantur ut luceant vobis!

1178. כמה דרגין אתתקנו לכון לעלמא דאתי כמה בוצינין דנהירין זמינין לנהרו לכו·

§. 1179. Et veni vide. Hac die propter

1179. ותא חזי יומא דין בגינך אתעטרו

te ligan-

te ligantur 50. coronæ pro R. Pinchaso filio Jair, socero tuo, & ego ambulo cum eo.

§. 1180. Et omnes istæ sunt fluvii montium Balsami puri, certè enim electus est locus ejus & dispositus [*al. Et ego vidi: quod electus &c.*]

§. 1181. Dixit ipsi: Ergonè justi nexu diadematum magis devinciuntur diebus neomeniæ, festorum & Sabbathis, quam ullis diebus cæteris?

§. 1182. Respondit ipsi: Imo & omnes illi qui extra sunt. Sicut scriptum est: [*Ies.* 66, 23.] Et erit à tempore mensis in mensem ejus, & à tempore Sabbathi in Sabbathum ejus, veniet omnis caro ad incurvandum se ad facies meas, dixit Dominus.

§. 1183. Si isti veniunt; multò magis justi.

§. 1184. Quare à tempore mensis in mensem ejus? quia Patres circundant currum sanctum.

§. 1185. Et à tempore Sabbathi in Sabbathum ejus, quia circundatur dies septimus omnibus illis sex diebus.

§. 1186. Sicut scriptum est: Et benedixit Deus diei septimæ &c.

§. 1187. Et tu R. Schimeon es septimus: principium eris: magisque coronaberis, & sanctificaberis quàm omnes.

§. 1188. Et tribus epulis deliciosis diei septimæ, justi delectabuntur propter te in mundo venturo.

§. 1189. Et scriptum est [*Ies.* 58. *v.* 13.] Vocabis Sabbathum delicias sanctum Domini gloriosum.

§. 1190. Quis est ille Sanctus Domini? Hic est R. Schimeon f. Jochai, qui dicitur gloriosus in mundo hoc & in mundo futuro.

Hucusque Synodus Sancta major.

חמשין כתרין לר׳ פנחס בן יאיר חמוך ואנא אזלינא עמיה.

1180. וכל אינון נהרי דטורי דאפרסמונא דכיא והא בריר דוכתיה ואתתקן (סא ואנא הא חזינא דהא בריר וכו׳.)

1181. אמר ליה קשירו צריקייא בקרטופא דעטרין בריש ירחי ובזמני ושבתי יתיר מכל שאר יומין.

1182. אל ואף כל אינון דלבר דכתיב והיה מדי חדש בחדשו ומדי שבת בשבתו וגו׳.

1183. אי אלין אתיין כש צריקייא.

1184. מדי חדש בחדשו למה משום דמתעטרי אבהתא ברתיכא קדישא.

1185. ומדי שבת בשבתו דמתעטר שביעאה דכל אינון שתא יומין.

1186. דכתיב ויברך אלהים את יום השביעי וגו׳.

1187. ואנת הוא ר׳ שמעון שביעאה רשיתא תהא מתעטר ומתקדש יתיר מכלא.

1188. ותלת ערונין דמשתכחין בשביעאה זמינין צדיקייא לאתענגא בגינך לעלמא דאתי.

1189. וכתיב וקראת לשבת ענג לקדוש יי׳ מכובד.

1190. מאן הוא קדוש יי׳ דא ר׳ שמעון בן יוחאי דאקרי מכובד בעלמא דין ובעלמא דאתי.

עד כאן האדרא קדישא רבא:

PAR-

PARTIS SECUNDÆ
Tractatus Tertius,
qui est
IDRA SUTA,
seu
SYNODVS MINOR.

Cum Textu Originario, correcto & punctato, necnon in Sectiones & paragraphos distincto; adjectis Variis Lectionibus; & Versione cum allegatione Dictorum Biblicorum.

Synodus Minor Sancta.

האדרא זוטא קדישא

SECTIO I.

Quæ continet ingressum.

§. 1. TRaditio. Illa die qua Socii congregabantur in domo R. Schimeonis, & iste disponeret res suas eo quod discessurus esset è mundo; coram eo erant R. Eleasar Filius ejus, & R. Abba, & reliqui socii, & domus erat plena.

1. תאנא בההוא יומא דאתכנשו חברייא לבי רש"י והוי מסדר מלוי לאסתלקא מן עלמא והוי קמיה ר' אלעזר בריה ור' אבא ושאר חברייא והוה מליא ביתא.

Cremon. Part. III. fol. 140. col. 557. it. Mantuan. fol. 287.

§. 2. Elevans igitur oculos suos R. Schimeon videbat quod domus plena esset. Flebatque R. Schimeon dicens: Altera vice cum ægrotarem, & R. Pinchas F. Jair coram me esset, & donec eligerem locum meum (vita) mihi prolongaretur huc usque.

2. זקיף עינוי רש"י וחמא דאתמלי ביתא בכה רש"י ואמר בזמנא אחרא כד הויתא בבי מרעי והוי ר' פנחס בן יאיר קמאי ועד דבריתנא דוכתאי אוריכו לי עד השתא.

§. 3. Cum restituerer, Ignis (domum) circumdabat, qui hactenus nunquam cessavit, nec ullus homo intrabat ad me nisi cum licentia.

3. וכד תבנא אסחר אשא מקמאי ומעלמין לא אתפסק ולא הוה עאל בר נש אלא ברשותא

§. 4. Nunc autem video quod ablatus sit & impleta est domus.

4. והשתא חמינא דאתפסק והא אתמלי ביתא.

§. 5. Dum considerent, R. Schimeon oculos suos aperiens videbat visionem aliquam: & Ignis domum circumdabat;

5. עד דהוו יתבי פתח עינוי רש"י וחמא מה דחמא ואסחר אשא בביתא.

§. 6. Omnes ergo egrediebantur & remanebant R. Eleasar filius ejus; & R. Abba: cæteri autem socii sedebant foris.

6. נפקו כלהו ואשתארו ר' אלעזר בריה ור' אבא ושאר חברייא יתבו אבראי.

§. 7. Di-

§. 7. Dixit R. Schimeon ad R. Eleasar filium suum: Exi & vide, num adsit R. Jizchak, pro quo ego vadimonio obstrictus sum.

7. אמר רש לר אלעזר בריה פוק חזי אי חכי ר יצחק דאנא מערבנא ליה.

§. 8. Et dic ipsi, ut disponat res suas, & mecum consideat. Beatam portionem ejus!

8. אימא ליה דיסדר מלוי ויתיב לגבאי זכאה חולקיה.

§. 9. Surrexit R. Schimeon iterumque sedit: & risit & gavisus dixit: Ubi sunt socii?

9. קם רש ויתיב וחייך וחדי אמר אן אינון חבריא.

§. 10. Surrexit R. Eleasar & introduxit eos, & sederunt coram eo.

10. קם ר אלעזר ואעיל לון יתבו קמיה.

§. 11. Sustulit manus suas R. Schimeon, & precatus est precationem, & hilaris erat.

11. זקיף ידוי רש ומצלי צלותא והוה חדי.

§. 12. Et dixit: Isti Socii, qui fuerunt in Synodo Areæ, hic convenient:

12. ואמר אינון חברייא דאשתכחו בבי אדרא יזדמנון הכא.

§. 13. Egressis ergò omnibus remanserunt R. Eleasar filius ejus; & R. Abba, & R. Jehuda, & R. Jose Bar Jaacobh, & R. Chija.

13. נפקו כלהו ואשתארו ר אלעזר בריה ור אבא ור יהודה ור יוסי בר יעקב ור חייא.

§. 14. Interea intravit R. Jizchak; cui dixit R. Schimeon: quàm pulchra est portio tua! quot gaudia hodie tibi cumulanda sunt!

14. אדהכי עאל ר יצחק אל רש כמה יאות חולקך כמה חידו בעי לאתוספא לך בהאי יומא.

§. 15. Sedit R. Abba post tergum ejus, & R. Eleasar coram eo.

15. יתיב ר אבא בתר כתפוי ור אלעזר קמיה.

§. 16. Dixit R. Schimeon: Certè nunc tempus est beneplaciti & ego absque confusione in mundum venturum intrare desidero.

16. אמר רש הא השתא שעתא דרעותא הוא ואנא בעינא למיעל בלא כסופא לעלמא דאתי.

§. 17. Et sane res sanctas, quæ hactenus nondum revelatæ sunt, revelare desidero coram Schechinah;

17. והא מלין קדישין דלא גליאן עד השתא בעינא לגלאה קמי שכינתא.

§. 18. Ne dicant, quod aliquid reti-

18. עד לא יימרון דהא בגריעותא

cuerim & ablatus sim de mundo: huc usque enim abscondita fuerunt ista in corde meo, ut fere ingressus cum illis essem in mundum venturum.

אסתלקנא מעלמא ועד כען טמירין הוו בליבאי למיעל בהו לעלמא דאתי.

§. 19. Hæc autem est dispositio mea de vobis; R. Abba scribet; & R. Eleasar Filius meus profitebitur; reliqui autem socii mussitando meditabuntur in corde suo.

19. וכד אסדרנא לכו ר' אבא יכתוב ור' אלעזר ברי ילעי ושאר חבריא ירחשון בליבייהו.

§. 20. Surrexit R. Abba è loco post tergum ejus; & sedit R. Eleasar filius ejus.

20. קם ר' אבא מבתר כתפוי ויתיב ר' אלעזר בריה.

§. 21. Dixit ipsi; surge fili mi, nam alius quidam sedebit in loco illo, & surrexit R. Eleazar.

21. אל קום ברי דהא אחרא יתיב בההוא אתר קם ר' אלעזר.

§. 22. Contexit se R. Schimeon & sedit; incepitque & dixit: [è *Psal.* 115. *v.* 17.] *Mortui non laudabunt Dominum, nec omnes qui descendunt in silentium.*

22. אתעטף רש"י ויתיב פתח ואמר לא המתים יהללו יה ולא כל יורדי דומה.

§. 23. *Mortui non laudabunt Dominum*; Sic certe est; illi nimirum qui vocantur mortui; Nam Deus ille Sanctissimus, qui benedictus sit! vivus vocatur & ipse commoratur inter illos, qui vocantur vivi; & non cum illis, qui vocantur mortui.

23. לא המתים יהללו יה הכי הוא ודאי אינון דאקרון מתים · דהא קב"ה חי אקרי והוא שארי בין אינון דאקרון חיים ולא עם אינון דאקרון מתים.

§. 24. Et finis hujus textus sic habet: *Nec omnes descendentes in silentium:* Nam omnes illi qui descendunt in silentium, in Gehenna permanent.

24. וסופיה דקרא כתיב ולא כל יורדי דומה וכל אינון ונחתין לדומה בגיהנם ישתארון.

§. 25. Alia est ratio illorum, qui dicuntur vivi; illorum enim gloriam Deus Sanctissimus, qui benedictus sit! desiderat.

25. שאני אינון דאקרון חיים דהא קב"ה בעי ביקרייהון.

§. 26. Dixit R. Schimeon, quàm diversum est tempus hoc à Synodo Areæ! Nam in Aream quidem adveniebat Deus ille Sanctissimus Benedictus! & quadriga ejus;

26. אמר רש"י כמה שניא שעתא דא מאדרא דבאדרא אזדמן קב"ה ורתיכוי. Mantuan. fol. 288.

27. Nunc verò hic est Sanctus ille, qui benedictus sit! & accessit cum illis justis, qui in horto Eden sunt, quod non accidebat in Area.

27. והשתא הא קב"ה הכא ואתי עם אינון צדיקייא דבגנתא דעדן מה דלא אערעו באדרא.

§. 28. Et

§. 28. Et Deus Sanctissimus, qui benedictus sit! gloriam justorum magis promovet, quam gloriam suam propriam.

28. וְקֻבְּה בָּעֵי בִּיקְרֵיהוֹן דְּצַדִּיקַיָּיא יַתִּיר מִיְּקָרָא דִּילֵיהּ·

§. 29. Sicut scriptum est de Jerobeamo, qui adolebat & serviebat Diis alienis, & tamen Deus Sanctissimus, qui benedictus sit! illum expectabat.

29. כְּמָה דִּכְתִיב בְּיָרָבְעָם דַּהֲוָה מַקְטִיר וּמְפַלַּח לַעֲ״ז וְקֻבְּה אוֹרִיךְ לֵיהּ·

§. 30. Sed quia manum suam extendebat versus Iddo Prophetam exaruit manus ejus.

30. וְכֵיוָן דְּאוֹשִׁיט יְדֵיהּ לְקִבְלֵיהּ דְּעִדּוֹ נְבִיאָה אִתְיְבֵשׁ יְדֵיהּ·

§. 31. Scriptum enim est [1.Reg. 13. v. 4.] *Et exaruit manus ejus, &c.* propter id, quod serviit Diis alienis, (ita) non scriptum est; sed propterea quod extendit manum suam versus Iddo Prophetam, &c.

31. דִּכְתִיב וַתִּיבַשׁ יָדוֹ וְגוֹ׳ וְעַל דְּפַלַּח לַעֲ״ז לָא כְתִיב אֶלָּא עַל דְּאוֹשִׁיט יְדֵיהּ לְעִדּוֹ נְבִיאָה·

§. 32. Nunc ergò Deus Sanctissimus, qui benedictus sit! gloriam illorum promovet: & omnes veniunt cum eo.

32. וְהַשְׁתָּא קֻבְּה בָּעֵי בִּיקָרָא דִּילְהוֹן וְכֻלְּהוּ אַתְיָין עִמֵּיהּ·

§. 33. Dixit: Sanè Raf Hammenuna Senex hîc est, & circa eum 70 justi repræsentati in circuitu ejus, quorum quilibet radiat fulgore splendoris Senis Sanctissimi absconditi omnibus occultationibus.

33. אָמַר הָא רַב הַמְנוּנָא סָבָא הָכָא וְסַחֲרָנֵיהּ ע׳ צַדִּיקֵי גְּלִיפִין בְּעִטְרוֹי כָּל חַד וְחַד מִזִּיהֲרָא מִזִּיוָא דְּעַתִּיקָא קַדִּישָׁא סְתִימָא דְּכָל סְתִימִין· Cremonens. col. 558.

§. 33. Ille inquam venit, ut cum gaudio verba illa audiat, quæ ego eloquar.

33. וְהוּא אָתֵי לְמִשְׁמַע בְּחֶדְוָותָא אִלֵּין מִלִּין דַּאֲנָא אֵימָא·

§. 34. Cumque sedisset, dixit: Certè R. Pinchaso F. Jair hîc deputatus est locus.

34. עַד דַּהֲוָה יָתִיב אָמַר הָא ר׳ פִּנְחָס בֶּן יָאִיר הָכָא אַתְקִינוּ דּוּכְתֵּיהּ·

§. 35. Contremuerunt Socii; qui ibi erant, & surrexerunt & sederunt in imo loco domûs; R. Eleasar autem & R. Abba coram R. Schimeone.

35. אִזְדַּעְזְעוּ חַבְרַיָּיא דַּהֲווּ תַּמָּן וְקָמוּ יָתְבוּ בְּשִׁפּוּלֵי בֵּיתָא וְר׳ אֶלְעָזָר וְר׳ אַבָּא קַמֵּיהּ דְּרִ״שׁ·

§ 36. Dixit R. Schimeon: In Synodo Areæ quidem sic egimus, ut omnes socii loquerentur & ego cum iis.

36. אָמַר רִ״שׁ אִלּוּ כְּמָה דַּהֲוֵינָא בְּאִדְּרָא אִשְׁתַּכַּחְנָא דְּכָל חַבְרַיָּיא הֲווּ אָמְרֵי וַאֲנָא עִמְּהוֹן·

§. 37. Nunc ego loquar solus & omnes audiant

37. הַשְׁתָּא אֵימָא אֲנָא בִּלְחוֹדָאי

audiant verba mea, superi & inferi: beatam portionem meam hodie!

רכולהו צייתין למלולי עלאין ותתאין· זכאה חולקי יומא דין·

§. 38. Incepit R. Schimeon & dixit: [*Cant.* 7. *v.* 10.] *Ego dilecti mei & super me appetitus ejus.*

38. פתח ר״ש ואמר אני לדודי ועלי תשוקתו·

§. 39. Quamdiu annexus fui huic mundo, uno nodô annexus fui Deo Sanctissimo, qui benedictus sit! & propterea nunc appetitus ejus super me.

39. כל יומין דאתקטרנא בהאי עלמא בחד קטירא אתקטרנא ביה בקב״ה ובגין כך השתא דעלי תשוקתו·

§. 40. Ipse enim & totus comitatus ejus Sanctus, veniunt, ut cum gaudio audiant verba abscondita & laudem Senioris Sanctissimi absconditi omnibus occultationibus.

40. דהוא וכל סיעתא קדישא דיליה דאתו למשמע בחדוה מלין סתימין ושבחא דעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין·

§. 41. Separat se & semper magis magisq; separatur ab omnibus, nec tamen (planè) se separat, quia omnia ipsi adhærent, & ipse adhæret omnibus: ipse est omnia, Senior Sanctissimus omnium Seniorum, occultatus omnibus occultationibus:

41. פריש ואתפריש יתיר מכלא ולא פריש דהא כולא ביה מתדבקין והוא מתדבק בכולא הוא הוא כולא עתיקא קדישא דכל עתיקין סתימא דכל סתימין·

§. 42. Formatus est, & tamen quasi non formatus. Conformatus est ut sustentet omnia; non formatur tamen; quia non invenitur.

42. אתתקן ולא אתתקן אתתקן בגין לקיימא כלא ולא אתתקן בגין דלא שכיח·

§. 43. Cum conformatur, novem lumina producit, quæ fulgent ab eo, ex efformatione ejus.

43. כד אתתקן אפיק ט׳ נהורין דלהטין מניה מתקוניה·

§. 44. Et ista lumina lucent ab ipso, & flammas emittunt, vaduntque & extenduntur in omne latus, sicuti è lucerna elevata lumina quaquaversum sparguntur.

44. ואינון נהורין מניה מתנהרין ומתלהטין ואזלין ומתפשטין לכל עיבר כבוצינא עלאה דאתפשטין מניה נהורין לכל עיבר.

§. 45. Et ista lumina, quæ extenduntur, cum quis appropinquat, ut cognoscantur, non inveniuntur præter lucernam tantùm unicam.

45. ואינון נהורין דמתפשטין כד יקרבון למנדע לון לא שכיח אלא בוצינא חדא בלחודוי·

§. 46. Ita se habet Senior Sanctissi-

46. כך הוא עתיקא קדישא הוא

mus:

mus: Iste est lucerna illa summa occultata omnibus occultationibus, & non invenitur: exceptis illis radiis, qui extenduntur, revelanturque & absconduntur.

בוצינא עלאה סתימא דכל סתימין ולא שכיח לבר אינון נהורין דמתפשטן דמתגליין וטמירין

§. 47. Et illi vocantur Nomen sanctum, & propterea omnia sunt unum.

47. ואינון אקרון שמא קדישא ובגיני כך כלא חד.

§. 48. Quod verò dixerunt Socii nostri, in libris prioribus, quod sint gradus quidam creati à Seniore Sanctissimo, qui revelatur per illos & per singulos eorum; quoniam sunt conformationes Senioris Sanctissimi; de istis jam non est tempus edisserendi.

48. ומה דאמרו חברנא בספרי קדמאי דאינון דרגין דאתבריאו דעתיקא קדישא דאתגלי בהו בכל חד וחד משום דאינון תקונין דעתיקא קדישא לאו השתא עידנא לחוי מלין.

§. 49. Dixi de illis in Synodo Sancta, & vidi id quod ante sic non cognoscebam, & abscondidi rem corde meo;

49. דהא אמינא לון באדרא קדישא וחמינא מה דלא ידענא הכי ואסתיר בלבאי מלה.

§. 50. Nunc autem Ego solus ea describam coram Rege Sancto & omnibus illis verè justis, qui accesserunt ad audiendum verba hæc.

50. והשתא אנא בלחודאי אסהידנא קמיה מלכא קדישא וכל הני זכאי קשוט דאתו למשמע מלין אלין:

SECTIO II.

De Cranio Senioris: & ejus Cerebro, tribusque Capitibus, & capillis, & semita discriminatoria.

§. 51. *Cranium (vid. infr.* §. 177.) Capitis albi non habet principium: finis autem est convexitas compaginis ejus, quæ extenditur, & splendet.

51. גולגלתא דרישא חוורא לאו ביה שירותא דסיומא קולטרא דקטפוי דאתפשט ואתנהיר.

§. 52. Et ab illâ Justi hæreditant 400 mundos desiderabiles in mundo venturo.

52. ומניה ירתון צדיקייא ד' מאה עלמין דכסופין לעלמא דאתי.

§. 53. Et ex hac convexitate compaginis hujus cranii albi, quotidie destillat ros in istum Microprosopum in locum, qui dicitur Cœlum: & eô ipsô mortui vivificabuntur tempore futurô.

53. מהאי קולטרא דקטפא דהאי גולגלתא חוורא נטיף טלא כל יומא להחוא זעיר אנפין לאתר דאתקרי שמים וביה זמינן מתייא לאחייא לזמנא דאתי.

§. 54. Sic-

§. 54. Sicut scriptum est [*Gen.* 27. *v.* 27.] *Et dabit tibi Deus de rore cœli.*

54. דכתיב ויתן לך האלהים מטל השמים.

§. 55. *Et Caput* ejus repletur, & totus ager pomorum stillat de illo rore.

55. ואתמליא רישיה וכל חקל תפוחין נטיפין מההוא טלא.

§. 56. Hic Senex Sanctissimus absconditus & occultatus est, & Sapientia superna abscondita in illo Cranio reperitur & non reperitur [*vid. infr. Comment.* §. 106.]

56. האי עתיקא קדישא טמיר וגניז וחכמתא עלאה סתימאה בההוא גולגלתא משתכח ולא משתכח.

§. 57. Certè enim in hoc Seniore nil revelatur nisi solum caput ejus, quia ipse Caput est omnium Capitum.

57. ודאי בהאי עתיקא לא אתגלייא אלא רישיה בלחודוי בגין דאיהו רישא דכל רישא.

§. 58. Principium illius Sapientiæ supernæ, quæ & ipsa Caput est, in eo absconditur & dicitur cerebrum supernum, cerebrum absconditum, cerebrum tranquillum, & quietum, nec quisquam novit illud, nisi ipse.

58. ראשיתא דההיא חכמתא עלאה דאיהי רישא בידה סתים ואקרי מוחא עלאה מוחא סתימא מוחא דשקיט ושכיך ולית דידע ליה בר איהו.

§. 59. *Tria Capita (vid. infr. in Comm.* §. 110. 172.) exsculpta sunt, unum intra alterum, & alterum supra alterum.

59. תלת רישין אתגלפן דא לגו מן דא ודא לעילא מן דא.

§. 60. Caput unum est Sapientia abscondita, quæ contegitur nec aperitur.

60. רישא חדא חכמתא סתימאה דאתכסיא ולאו מתפתחא.

§. 61. Et Sapientia hæc abscondita Caput est omnium, & Caput reliquarum Sapientiarum.

61. וחכמה דא סתימאה רישא דכל רישא לשאר חכמות.

§. 62. Caput supernum est Senior Sanctissimus absconditus omnibus occultationibus.

62. רישא עלאה עתיקא קדישא סתימא דכל סתימין.

§. 63. Caput omnium capitum; caput quod non est caput, nec scit nec cognoscitur, quid sit in capite isto: quod non comprehenditur Sapientia neo intellectu.

63. רישא דכל רישא · רישא דלאו רישא ולא ידע ולא אתידע מה דהוה ברישא דא דלא אתדבק בחכמתא ולא בסוכלתנו.

§. 64. Et propterea legitur [*Num.* 24. *vers.* 11.] *Fuge tibi in locum tuum:* & [*Ezech.* 1. *v.* 14.] *Animalia currere* dicuntur *& redire.*

64. ועל דא אקרי ברח לך אל מקומך · והחיות רצוא ושוב.

§. 65. Et

§. 65. Et propterea Senior Sanctissimus vocatur אין Non ens: quia ab eo dependet אין non ens. [*vid. infr. Comment.* §. 104. *seq.*]

65. ובגין כך עתיקא קדישא אקרי אין דביה תליא אין.

§. 66. Omnes autem illi *capilli* & omnes isti pili à cerebro abscondito pendent.

66. דכל אינון שערי וכל אינון נימין ממוחא סתימאה תליין.

§. 67. Et omnes sunt lenes, [al. dispositi] in æqualitate; nec ullo modo cervix videtur.

67. וכלהו שעיען (סא יתבי) בשקולא ולא אתחזי קדלא כלא הוא.

§. 68. Quia iste Senior Sanctissimus unô tenore totus est in gaudio, & non mutatur à misericordia in æternum.

68. בגין דהאי עתיקא קדישא בחד תוי כלא בחדוו ולא שניא מרחמי לעלמין.

§. 69. In tredecim autem mensuris miserationum invenitur, quia illa Sapientia abscondita in eo dividitur tribus vicibus in quaterna, & ipse Senior comprehendit ea, & per illa super omnia dominatur.

69. בתלת עשר מכילן דרחמין אשתכח בגין דהאי חכמתא סתימאה ביה מתפרש תלת זמנין לארבע ארבע והוא עתיקא כליל לון ושליט לון על כלא.

§. 70. Una *semita*, quæ fulget in medio capillorum exeuntium è cerebro est semita, cujus lumine justi ducuntur in mundum venturum.

70. חד ארחא דנהיר בפלגותא דשערי דנפקא ממוחא הוא ארחא דנהרין ביה צדיקייא לעלמא דאתי. Cremonens. col. 559.

§. 71. Sicut scriptum est: [*Prov.* 4. *vers.* 18.] *Et semita justorum sicut lux splendet.*

71. דכתיב וארח צדיקים כאור נגה וגו׳.

§. 72. Et de hoc scriptum est: [*Jes.* 58. *v.* 15. *Tunc oblectaberis in Domino.*

72. ועל דא כתיב אז תתענג על יי.

§. 73. Et ab ista semita illuminantur omnes reliquæ semitæ, quæ dependent à Microprosopo.

73. ומהאי ארחא מתנהרין כל שאר ארחין דתליין בזעיר אנפין.

§. 74. Iste Decrepitus Senex senum Corona summa est in supernis, qua coronantur diademata omnia & coronæ. [*vid. infr. Commentar.* §. 104.]

74. האי עתיקא סבא דסבין כתרא עלאה לעילא דמתעטרין ביה כל עטרין וכתרין.

§. 75. Et ab eo illuminantur lucernæ, flammasque emittunt & splendent.

75. מתנהרין בוצינין מניה מתלהטין ומתנהרין.

§. 76. Ipse verò est lucerna suprema, abscondita, quæ non cognoscitur.

76. והוא הוא בוצינא עלאה טמירא דלא אתידע.

§. 77. Et omnes reliquæ lucernæ ab eo inflammantur & splendorem habent.

77. וכל שאר בוצינין מניה מתלהטין מתנהרין.

§. 78. Hic Senior Sanctissimus invenitur tria habere capita, quæ continentur in uno capite.

78. האי עתיקא קדישא אשתכח בתלת רישין וכלילן בחד רישא.

§. 79. Et ipse est caput supremum omninò summum.

79. והוא רישא עלאה לעילא לעילא.

§. 80. Et quia Senior Sanctissimus designatur triade [*vid. infra* §. 173.] hinc omnes lucernæ reliquæ, quæ splendent, includuntur triadibus.

80. ובגין דעתיקא קדישא אתרשים בתלת כל שאר בוצינין דנהרין כלילן בתלת.

§. 81. Porrò Senior Sanctissimus etiam designatur per dyadem;

81. עוד עתיקא קדישא אתרשים בתרין.

§. 82. Et repartitio Senioris in dyadem, ita se habet, ut [*gradus unus sit*] corona summa omnium supernorum: caput omnium capitum.

82. כללא דעתיקא בתרין הוא כתרא עלאה דכל עלאין רישא דכל רישי.

§. 83. Et [*alter est*] Caput illud superius est, & non cognoscitur.

83. והוא דהוי עלאה מן דא דלא אתידע.

§. 84. Sic omnes reliquæ lucernæ mysticè dividuntur in dyades.

84. כך כל שאר בוצינין סתימין בתרין.

§. 85. Ulteriùs, Senex Sanctissimus designatur & absconditur conceptu uno, nam ipse unus est, & omnia sunt unum.

85. עוד עתיקא קדישא אתרשים ואסתים בחד והוא חד וכלא הוא חד.

§. 86. Et sic omnes reliquæ lucernæ sanctificantur, restringuntur & compinguntur in monadem & sunt unum; & omnes sunt Ipse.

86. כך דכל שאר בוצינין מתקדשין מתקשרין ומתדבקין בחד ואינון חדא וכלא הוא:

SECTIO III.

De Fronte Senioris Sanctissimi.

§. 87. Frons quæ detegitur in Seniore Sanctissimo Beneplacitum vocatur.

87. מצחא דאתגלי בעתיקא קדישא רצון אקרי.

§. 88. Nam caput illud supernum absconditum in superiore, quod non cognoscitur, expandit frontale quoddam pulchrum & amœnum, quod comprehenditur in fronte.

88. דהא רישא עלאה דא סתים לעילא דלא אתידע פשיט חד טורנא בסימא נאה דאתכליל במצחא.

§. 89. Et quia ipse est beneplacitum omnium beneplacitorum, hinc assumsit conformationem frontis, quæ detegitur cum lumine intensissimo [al. sculpturam habet in folio laminæ.]

89. ובגין דאיהו רעוא דכל רעוין אתתקן במצחא דאתגלייא בבוצינא (סא. אתגליף בפסיטא.)

§. 90. Et cum illa detegitur, beneplacitum beneplacitorum invenitur in omnibus mundis.

90. וכד דא אתגלייא רעוא דרעוין אשתכח בכלהו עלמין.

§. 91. Et omnes preces inferiorum acceptantur: & illuminatur facies Microprosopi, & omnia in misericordia reperiuntur.

91. וכל צלותין דלתתא מתקבלין ומתנהרין אנפוי דזעיר אנפין וכלא ברחמי אשתכח.

§. 92. Et quia (*per hanc*) omnia judicia occultantur & subiguntur; hinc in Sabbatho, tempore precum pomeridianarum, quo tempore omnia judicia suscitantur, detegitur ista frons.

92. ובגין דכל דינין אתטמרן ואתכפיין בשבתא בשעתא דצלותא דמנחא דהוא עידן דכל דינין מתערין אתגלייא האי מצחא.

§. 93. Et inflectuntur omnia judicia, & inveniuntur miserationes.

93. ואתכפיין כל דינין ואשתכחו רחמין.

§. 94. Et idcircò Sabbathum invenitur absque judicio; tàm supra quàm infra: etiam Ignis Gehennæ retrahitur in locum suum, & quiescunt peccatores.

94. ובגין כך אשתכח שבת בלא דינא לא לעילא ולא לתתא ואפילו אשא דגיהנם אשתקע באתריה ונייחין חייביא.

§. 95. Et propterea superadditur anima gaudii in Sabbatho.

95. ועל דא אתוסף נשמתא דחדו בשבתא.

§. 96. Et hominem lætari oportet tribus epulis Sabbathinis; omnis enim veritas, & totum systema veræ fidei, in illo inveniuntur.

96. ובעי בר נש למחדי בתלת סעודתי דשבתא דהא כל מהימנותא וכל כללא דמהימנותא ביה אשתכח.

§. 97. Et hominem oportet instruere mensam ut comedat tribus epulis veræ fidei, & lætetur in eis.

97. ובעי בר נש לסדרא פתורא ולמיכל תלת סעודתי דמהימנותא ולמחדי בהו.

§. 98. Dixit R. Schimeon: Contestor de me coram omnibus illis, qui hîc sunt, quod per omnes dies meos non omisi illa tria epula, & propter illa non coactus fui jejunare in Sabbatho.

89. אמר ר׳ שמעון אסהדנא עלי לכל אלין דהכא דהא מן יומאי לא בטילנא אלין ג׳ סעודתי ובגיניהון לא אצטריכנא לתעניתא בשבתא.

§. 99. Imo etiam diebus aliis non coactus sum, multò minus in Sabbatho, qui enim rectè egit circa illa, adeptus est veritatem perfectam.

99. ואפילו ביומא אחריתא לא אצטריכנא כ״ש בשבתא דמאן דזכי בהו זכי להימנותא שלימתא.

§. 100. Primum epulum est matronæ; alterum Regis Sancti: & tertium Senioris Sanctissimi absconditi omnibus occultationibus.

100. חד סעודתא דמטרוניתא · וחד סעודתא דמלכא קדישא · וחד סעודתא דעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין.

§. 101. Et in illo mundo quis assequetur, per ista, gradus illos.

101. ובההוא עלמא יזכי בהו לאלין.

§. 102. Hoc beneplacitum si reveletur, lucida sunt omnia judicia, & flectuntur à concatenato rigore suo.

102. האי רעוא כד אתגלייא נהירין כל דינין ואתכפיין משולשליהון.

§. 103. Conformatio Senioris Sanctissimi instituitur per formam unam, quæ est Syntagma ideale omnium formarum [vid. infr. *Comment*. §. 106.]

103. תקונא דעתיקא קדישא אתתקן בתקונא חד כללא דכל תקונין.

§. 104. Eadem est Sapientia superna abscondita, generalis idea omnium reliquarum;

104. והיא חכמא עלאה סתימאה כללא דכל שאר.

§. 105. Et ista vocatur Eden sive Paradisus supernus absconditus omnibus occultationibus.

105. והאי אקרי עדן עלאה סתימא דכל סתימין.

§. 106. Estque cerebrum Senioris Sanctissimi: & illud cerebrum expanditur in omne latus.

106. והוא מוחא דעתיקא קדישא והאי מוחא אתפשט לכל עיבר.

§.107. Ab

§. 107. Ab eo extenditur in Eden ſive Paradiſum alium, & ab hoc Eden ſive Paradiſus exſculpitur.

107. מניה אתפשט לעדן אחרא ומהאי עדן אתגליף.

§. 108. Et cùm caput hoc abſconditum, quod eſt in capite Senioris, quod non cognoſcitur; extendit frontale quoddam, [al. colorem] quod efformatum eſt ad illuminandum; tunc (*fulgor*) allidit ad hoc cerebrum.

108. וההוא רישא סתימא דברישא דעתיקא דלא אתידע כד פשוט חד טורנא (סא גוונא) דהוה מתתקן לאתנהרא בטש בהאי מוחא. Mantuan. fol: 289.

§. 109. Et exſculpitur & illuminatus multis luminibus.

109. ואתגליף ואתנהיר בכמה נהירין.

§. 110. Et producit & deſignat (*aliquid*) in luce hac, [al. in apertura hac] in iſta fronte, cui inſcribitur lumen quoddam, *quod vocatur* רצון *beneplacitum*.

110. ואפיק וארשים בבוסיניא (סא בבוסיטא) דא בהאי מצחא דאתרשים ביה חד נהורא דאקרי רצון.

§. 111. Et iſtud beneplacitum deorſum extenditur in barbam, usque ad illum locum, ubi reſidere poteſt in barba & vocatur Benignitas ſuperna.

111. והאי רצון אתפשט לתתא בדיקנא עד ההוא אתר דמתישבא בדיקנא ואקרי חסד עלאה.

§. 112. Et hoc beneplacitum, cum detegitur, intuentur Domini judicii, & flectuntur.

112. ובהאי רצון כד אתגלייא מסתכלין מארי דדינא ומתכפיין.

SECTIO IV.

De oculis Senioris Sanctiſſimi.

§. 113. Oculi capitis Senioris Sanctiſſimi duo ſunt in uno, æquales, qui ſemper proſpiciunt & non obdormiſcunt.

113. עינוי דרישא דעתיקא קדישא תרין בחד שקילין דאשגחין תדירא ולא נאים.

§. 114. Sicut ſcriptum eſt: [*Pſal.* 121. *v.* 4.] *Non obdormiſcit nec dormitat cuſtos Jisraëlis, &c.* Jisraëlis ſc. ſancti.

114. דכתיב לא ינום ולא יישן שומר ישראל ישראל קדישא.

§. 115. Et propterea nulla ſupercilia ſunt ſuper oculo, nec palpebræ.

115. בגין כך לא אית ליה גבינן על עינא ולא כסותא.

§. 116. Hoc cerebrum effiguratur & illuminatur tribus albedinibus ſupernis.

116. ההוא מוחא אתגליף ואתנהיר בתלת חוורין דלעילא.

§. 117. Hac albedine lavantur oculi Microproſopi.

117. בחוורא דא מסתחיין עינין דזעיר אנפין.

§. 118. Sicut scriptum est [*Cant.* 5. *v.* 2.] *Loti lactemanentes super plenitudinem* illius albedinis primæ.

118. דכתיב רחצות כחלב יושבות על מלאות דההוא חוורא קדמאה׃

§. 119. Et reliquis albedinibus lavantur & clarescunt cæteræ lucernæ.

119. ושאר חוורין אסתחיין ותהירין לשאר בוצינין׃

§. 120. Cerebrum vocatur scaturigo benedictionis; scaturigo in qua omnes benedictiones inveniuntur.

120. מוחא אקרי נביעא דברכתא נביעא דכל ברכאן מניה אשתכחן׃

§. 121. Et quia hoc cerebrum radiat in tres albedines oculi; hinc iste vocatur *Oculus bonus*; de quo [*Prov.* 22. *v.* 9.] dicitur: *Benedictus erit*; vel potius ab eo dependet benedictio.

121. ובגין דהאי מוחא להיט בג חוורין דעינא אקרי טוב עין הוא יבורך תלי ביה ברכתא׃ Cremonens. col. 560.

§. 122. Nam per cerebrum manifestantur albedines oculi.

122. דהא במוחא אתגליין חוורין דעינא׃

§. 123. Et cum hic oculus respicit Microprosopum, mundi omnes in gaudio sunt.

123. והאי עינא כד אשגח בזעיר אנפין עלמין כלהו בחדו׃

§. 124. Oculus hic est dexter. Oculi inferiores dextri & sinistri, duo in duplici colore.

124. עינא דא הוא ימינא עיינין דתתא ימינא ושמאלא תרי בתרי גוונין׃

§. 125. In Occultatione Libri docuimus: quod sit Jod superius, & Jod inferius: He superius, He inferius; Vav superius; Vav inferius.

125. בצניעותא דספרא אוליפנא דהא י עלאה י תתאה ה עלאה ה תתאה ו עלאה ו תתאה׃

§. 126. Omnia ista superiora ad Seniorem pertinent, & inferiora ad Microprosopum.

126. כל אינון עלאין בעתיקא תליין תתאין בזעיר אפין׃

§. 127. Illa non (aliunde) dependent, sed ista omninò: & à Seniore Sanctissimo dependent.

127. אינון לאו תליין אלא אינון ממש ובעתיקא קדישא תליין׃

§. 128. Nomen enim Senioris absconditum est omnibus nec invenitur.

128. דהא שמא דעתיקא אתכסייא מכלא ולא אשתכח׃

§. 129. Sed istæ literæ, quæ dependent à Seniore, ut stabiliantur, omnes sunt inferiores. Quod si enim sic non esset, non stabilirentur.

129. אבל אלין אתוון דתליין בעתיקא בגין דיתקיימון כלהון אינון דלתתא דאי לאו הכי לא יתקיימון׃

§. 130. Et

§. 130. Et propterea Nomen Sanctum absconditum & manifestum est.

130. ובגין כך שמא קדישא סתים וגליא.

§. 131. Nam quod absconditum est, pertinet ad Seniorem Sanctissimum absconditum omnibus.

131. וההוא דסתים לקבליה דעתיקא קדישא סתימא דכלא.

§. 132. Hoc verò quod manifestatur, quia dependet [al. quod manifestum est: propter illud est, quod manifestatur, quod dependet,] ad Microprosopum pertinet.

132. וההוא אתגלייא בגיניה דתלייא (סא דאתגלי בגיני ההוא דאתגלייא דתלייא) בזעיר אפין.

§. 133. Et propterea omnes benedictiones requirunt occultum & manifestum:

133. ובגין כך כל ברכאן בעין סתים וגליא.

§. 134. Illæ literæ occultæ, quæ deorsum pendent, à Seniore Sanctissimo dependent.

134. אלין אתוון סתימן דתליין בעתיקא קדישא תליין.

§. 135. Quare deorsum pendent? ad stabiliendum Jod inferius [al. certè à cranio, à fronte, ab oculis pendent. Et Jod membri dependet versus Jod inferius.]

135. אמאי תלייא לקיימא י׳ דלתתא (סא ודאי בגולגלתא במצחא בעיינין תליין י׳ אמה תלייא לי׳ דלתתא.)

SECTIO V.

De Naso Senioris Sanctissimi.

§. 136. Nasus. Ex hoc naso, è fenestra Meniani ejus, efflatur Spiritus vitæ in Microprosopum.

136. חוטמא בהאי חוטמא בניקבא בפרדשקא דביה נשיב רוחיה דחיי לזעיר אפין.

§. 137. Et ab illo foramine nasi, à fenestra Meniani dependet Litera He, ad stabiliendum He alterum inferius.

137. ובהאי נוקבא דחוטמא בנוקבא דפרדשקא תלייא ה׳ לקיימה ה׳ אחרא דלתתא.

§. 138. Et iste Spiritus exit è cerebro abscondito & vocatur spiritus vitæ, & per istum spiritum (homines) cognituri sunt Sapientiam tempore Regis Messiæ.

138. ודא רוחא נפיק ממוחא סתימאה ואקרי רוחא דחיי דבהאי רוחא זמינין למנדע חכמתא לזמנא דמלכא משיחא.

§. 139. Sicut scriptum est [Jes. 11. v. 2.] *Et requiescet super eum Spiritus Sapientiæ & intelligentiæ, &c.*

139. דכתיב ונחה עליו רוח יי׳ רוח חכמה ובינה וגו׳.

§. 140. Hic

§. 140. Hic nasus vita (est) ex omni parte; gaudium perfectum, quies spiritûs; & salus.

140. האי חוטמא חיין מכל סטרין חדו שלימא נחת רוח אסוותא.

§. 141. Nasus Microprosopi (ita se habet) sicut posuimus.

141. חוטמא דזעיר אנפין כמה דאוקימנא.

§. 142. Quippe de quo scriptum est: [*Psalm.* 18. *v.* 9.] *Ascendit fumus in naso ejus*, &c.

142. דכתיב עלה עשן באפו וגו'.

§. 143. Sed de hoc scriptum est: [*Jes.* 48. *v.* 9.] *Et laude mea nasum obstruam tibi.*

143. והכא כתיב ותהלתי אחטם לך.

§. 144. At in libro, qui vocatur Dissertatio Scholæ, Raf Jebha Senis, He locat in ore, & ille hoc loco non sic statuit; nec combinat [al. nec opus est,] quamvis res eodem recidat.

144. ובספרא דאגדתא דבי רב ייבא סבא אוקים ה' בפומא והוא הכא לא מתקיימא הכי ולא אצטרפא (סא אצטריכנא) אעג דבחד סלקא.

§. 145. Attamen ab He judicium dependet, & judicium ad nasum pertinet. Sicut scriptum est: [*Ps.* 18. *v.* 9.] *Fumus ascendit de naso ejus.*

145. אלא בה' דינא תלייא ודינא בחוטמא תלייא דכתיב עלה עשן באפו.

§. 146. Et si dices, atqui etiam scriptum est: *Et ignis ab ore ejus consumet*: tamen fundamentum iræ à naso dependet.

146. ואי תימא הא כתיב ואש מפיו תאכל עקרא דרוגזא בחוטמא תלייא.

§. 147. Omnes conformationes Senioris Sanctissimi per cerebrum quietum & absconditum efformantur.

147. כל תקונין דעתיקא קדישא במוחא שקיט וסתים מתתקנן.

§. 148. Et omnes Conformationes Microprosopi per Sapientiam inferiorem efformantur. Sicut scriptum est: [*Psalm.* 104. *v.* 24.] *Omnia illa in Sapientia fecisti*: & illa est certissimè epitome omnium.

148. וכל תקונין דזעיר אנפין בחכמה תתאה מתתקנן דכתיב כלם בחכמה עשית והוא כללא דכלא ודאי.

§. 149. Quænam est differentia inter He & He? Ab infero He judicium suscitatur: sed hîc per illud donotatur misericordia in misericordia.

149. מה בין ה' לה' ה' דהכא דינא אתער מנה והכא רחמי גו רחמי.

SECTIO VI.

De Barba Senioris Sanctissimi.

§. 150. A Barba Senioris Sanctissimi

150. בדיקנא דעתיקא קדישא תלייא

pendet omnis ornatus omnium: & influentia; nam omnia appellantur ab illa barba, Influentia.

כָּל יְקִירוּ דְּכֹלָּא · מַזָּלָא דְּכֹלָּא אִקְרֵי מֵהַהוּא דִיקְנָא מַזָּלָא·

§. 151. Hic est ornatus omnium ornatuum: Influentię superiores & inferiores omnes respiciunt istam Influentiam.

151. יַקִּירוּתָא דְּכָל יַקִּירִין מַזָּלֵי עִלָּאֵי וְתַתָּאֵי כֻּלְּהוּ מַשְׁגִּיחִין לְהַהוּא מַזָּלָא·

§. 152. Ab ista influentia dependet vita omnium.

152. בְּהַאי מַזָּלָא תַּלְיָיא חַיֵּי דְּכֹלָּא·

§. 153. Ab hac influentia dependent cœli & terra; pluviæ beneplaciti; & alimenta omnium.

153. בְּהַאי מַזָּלָא תַּלְיָין שְׁמַיָּא וְאַרְעָא גִּשְׁמִין דְּרַעֲוָא מְזוֹנֵי דְּכֹלָּא·

§. 154. Ab hac influentia venit providentia omnium. Ab hac influentia dependent omnes exercitus superiores & *inferiores.*

154. בְּהַאי מַזָּלָא אַשְׁגָּחוּתָא דְּכֹלָּא בְּהַאי מַזָּלָא תַּלְיָין כָּל חֵילִין עִלָּאִין וְתַתָּאִין·

§. 155. Tredecim fontes olei magnificentiæ boni, dependent à barba hujus influentiæ gloriosæ; & omnes emanant in Microprosopum.

155. תְּלַת עֲשַׂר נְבִיעִין דִּמְשַׁחָא דִרְבוּתָא טָבָא תַּלְיָין בְּדִיקְנָא דְּמַזָּלָא יַקִּירָא דָא וְכֻלְּהוּ נַפְקִין לִזְעֵיר אַנְפִּין·

§. 156. Ne dicas omnes; sed novem ex iis inveniuntur ad inflectenda judicia.

156. לָא תֵימָא כֻּלְּהוּ אֶלָּא תִּשְׁעָה מִנַּיְהוּ מִשְׁתַּכְחִין לְאִתְכַּפְיָיא דִינִין·

§. 157. Et quando hæc influentia æqualiter pendet usque ad præcordia omnes Sanctitates Sanctitatum Sanctitatis ab illa dependent.

157. וְכַד הַאי מַזָּלָא תַּלְיָיא בְּשִׁקּוּלָא עַד טִבּוּרָא כָּל קֻדְשֵׁי קֻדְשִׁין דְּקוּדְשָׁא בֵּיהּ תַּלְיָין·

§. 158. In istam influentiam extenditur expansio aporrhœæ supernæ, quæ est caput omnium capitum: quod non cognoscitur nec perficitur, quodque non norunt nec superi, nec inferi: propterea omnia ab ista influentia dependent.

158. בְּהַאי מַזָּלָא פָּשִׁיט פְּשִׁיטוּתָא דְּקִטְרָא עִלָּאָה הַהוּא רֵישָׁא דְּכָל רֵישִׁין דְּלָא אִתְיְדַע וְלָא אִשְׁתְּמוֹדַע וְלָא יָדְעִין עִלָּאִין וְתַתָּאִין בְּגִין כָּךְ כֹּלָּא בְּהַאי מַזָּלָא תַּלְיָיא·

§. 159. In hanc barbam tria capita, de quibus diximus, expanduntur, & omnia consociantur in hac influentia, & inveniuntur in ea.

159. בְּדִיקְנָא דָא ג׳ רֵישִׁין דְּאַמִינָא מִתְפַּשְּׁטָן וְכֻלְּהוּ מִתְחַבְּרָאן בְּהַאי מַזָּלָא וּמִשְׁתַּכְחִין בֵּיהּ·

§. 160. Et propterea omnis ornatus ornatuum ab ista influentia dependet.

160. וּבְגִין כָּךְ כָּל יְקִירוּ דִּיקִירוּתָא בְּהַאי מַזָּלָא תַּלְיָין·

§. 161. Istæ literæ, quæ dependent ab hoc Seniore, omnes pendent in ista barba, & consociantur in ista influentia.

161. אלין אתוון דתליין בהאי עתיקא כלהו תליין בהאי דיקנא ומתחברן בהאי מזלא.

§. 162. Et pendent in ea ad stabiliendas literas alteras.

162. ותליין ביה לקיימא אתוון אחראנן.

§. 163. Nisi enim illæ literæ ascenderent in Seniorem, reliquæ istæ literæ non stabilirentur.

163. דאלמלא לא סליק אלין אתוון בעתיקא לא קיימין אלין אחרנין.

§. 164. Et propterea dicit Moses cum opus esset: Tetragrammaton, Tetragrammaton bis: & ita ut accentus distinguat utrumque.

164. ובגין כך אמר משה כד אצטריך יי יי תרי זמני ופסיק טעמא בגווייהו.

§. 165. Certè enim ab influentia omnia dependent.

165. דהא במזלא תלייא כלא.

§. 166. Ab ista influentia ad reverentiam adiguntur supera & infera, & flectuntur coram ea.

166. מהאי מזלא מתכספי עלאין ותתאי ומתכפיין קמיה.

§. 167. Beatus illi, qui ad hanc usque pertingit.

167. זכאה חולקיה מאן דזכי להאי.

SECTIO VII.

De Cerebro & Sapientia in genere.

§. 168. Hujus Senioris Sanctissimi absconditi omnibus occultationibus, non fit mentio, nec invenitur. [*vid. Comment.* §. 49. 72.]

168. האי עתיקא קדישא סתימא דכל סתימין לא אדכר ולא אשתכח.

§. 169. Quia enim Caput est supremum omnium superorum, hinc non commemoratur nisi caput aliquod solum absq; corpore; ad stabiliendum omnia.

169. ובגין דאיהו רישא עלאה לכל עלאין לא אדכר אלא כד רישא חדא בלא גופא לקיימא כלא.

§. 170. Et ipse occultatus & absconditus & reconditus est ab omnibus.

170. והאי טמיר וסתים וגניז מכלא. Cremonens. fol. 141, col. 561.

§. 171. Conformatio ejus est, quod efformetur in illo cerebro occultissimo omnium, quod dispanditur & efformatur & hinc egreditur Benignitas superior & inferior.

171. תקוני דאתתקן בההוא מוחא סתימאה דכלא דאתפשט ואתתקן ונפיק חסד עלאה ותתאה.

§. 172. Et

§. 172. Et benignitas superior expanditur, & efformatur & omnia comprehenduntur in cerebro hoc occulto.

§. 173. Nam cum efformatur albedo hæc in isto lumine; [*vide infra Commentarium* §. 29.] allidit, id quod allidit ad hoc cerebrum, & hoc illuminatur.

§. 174. Et pendet ab influentia gloriosa Cerebrum alterum, quod expanditur in triginta duas semitas; (quod) cum illuminatur; tunc splendet ab influentia gloriosa.

§. 175. Illuminantur ergò tria capita superna: duo capita & unum, quod ea *comprehendit*: & in influentia pendent & ab ea comprehenduntur.

§. 176. Abhinc manifestari incipit ornatus barbæ, quæ est influentia occulta.

§. 177. Et ista (inferiora) conformantur, sicut Senior Sanctissimus.

§. 178. Tria Capita circundant illum: sic omnia in tribus capitibus apparent; & cùm illuminantur, omnia pendent à se invicem in tribus capitibus: quorum duo sunt in duobus lateribus, & unum quod includit illa.

§. 179. Et si dices: *Quis est Senior Sanctissimus?* Veni vide: (caput) supremum est quod non cognoscitur nec scitur, nec designatur; & istud comprehendit omnia.

§. 180. Et duo capita in ipso continentur [al. pendent.]

§. 181. Et tunc omnia illa sic ordinantur: ipsum verò non est in numero; nec in Systemate, nec in computo, sed in arbitrio cordis.

§. 182. De hoc scriptum est [*Psalm.* 39. v. 2.

172. וְחֶסֶד עִלָּאָה אִתְפַּשַּׁט וְאִתְתְּקַן וְאִתְכְּלִיל כֹּלָּא בְּמוֹחָא סְתִימָאָה דָא׃

173. דְּכַד אִתְתְּקַן חִוָּורָא דָא בִּנְהִירוּ דָא בָּטֵשׁ מַאן דְּבָטֵשׁ בְּהַאי מוֹחָא וְאִתְנְהִיר׃

174. וְתַלְיָא מִמַּזָּלָא יַקִּירָא מוֹחָא אָחֳרָא דְּאִתְפַּשַּׁט לִתְרֵין וּתְלָתִין שְׁבִילִין כַּד אִתְנְהִיר נָהִיר מִמַּזָּלָא יַקִּירָא׃

175. אִתְנְהִירוּ ג׳ רֵישִׁין עִלָּאִין תְּרֵין רֵישִׁין וְחַד דְּכָלִיל לוֹן וּבְמַזָּלָא תַּלְיָין וְאִתְכְּלִילָן בֵּיהּ׃

176. מִכָּאן שָׁארֵי לְאִתְגַּלְיָיא יַקִּירוּ דְּדִיקְנָא דְּאִיהוּ מַזָּלָא סְתִימָאָה׃

177. וְאִינּוּן מִתְתַּקְּנָן כְּמָה דְּעַתִּיקָא קַדִּישָׁא׃

178. תְּלַת רֵישִׁין מִתְעַטְּרִין בֵּיהּ הָכִי כֹּלָּא בִּתְלַת רֵישִׁין וְכַד אִתְנְהָרָן תַּלְיָין כֻּלְּהוּ דָא בְּדָא בִּתְלַת רֵישִׁין תְּרֵין מִתְּרֵין סִטְרִין וְחַד דְּכָלִיל לוֹן׃

179. וְאִי תֵּימָא מַאן עַתִּיקָא קַדִּישָׁא תָּא חֲזֵי לְעֵילָּא אִית דְּלָא אִתְיְדַע וְלָא אִשְׁתְּמוֹדַע וְלָא אִתְרְשִׁים וְהוּא כָּלִיל כֹּלָּא׃

180. וּתְרֵין רֵישִׁין בֵּיהּ כְּלִילָן (ס״א תַּלְיָין)

181. וּכְדֵין כֹּלָּא אָחֳרָא הָכִי מִתְתַּקַּן וְהַהוּא לָאו בְּמִנְיָינָא וְלָא בִּכְלָלָא וְלָא בְּחוּשְׁבַּן אֶלָּא בִּרְעוּתָא דְּלִבָּא׃

182. עַל דָּא אִתְּמַר אָמַרְתִּי אֶשְׁמְרָה

39. v. 2. Dixi custodiam vias meas ne peccem lingua mea.

§.183. Locus principii [*vid. infr. in Comm.* §.107.] invenitur à Sene Sanctissimo, & illuminatur ab influentia. Illud est lumen Sapientiæ.

§.184. Et extenditur in 32 latera, & exit ab illo cerebro occulto, à lumine sc. quod in eo est.

§.185. Et quod Senior Sanctissimus lucet in principio; [al. in Sapientia] hoc ipsum est hæc. Eademque est principium à quo manifestatio fit.

§.186. Et conformatur in tria capita, quæ unum caput includit.

§.187. Et illa tria extenduntur in Microprosopum, & ab illis fulgent omnia.

§.188. (Deinde) Sculpturam instituit hæc Sapientia & producit flumen quoddam, quod manat & exit ad rigandum hortum.

§.189. Et intrat in caput Microprosopi, & efficit cerebrum quoddam aliud.

§.190. Et inde producitur & manat in totum corpus, & rigat omnes illas plantas.

§.191. Istud est quod scriptum extat [*Gen. 2. v. 9.*] *Et fluvius exit ab Eden ad rigandum hortum*, &c.

§.192. (Sed & aliam) sculpturam instituit hæc Sapientia, & protrahitur & ingreditur in caput Microprosopi, & conficit cerebrum alterum.

§.193. Istud [al. alterum] est lumen, à quo producuntur isti duo rivuli, qui excavatis alveis consociantur in unum caput, quod dicitur profunditas fontis.

דרכי מחטוא בלשוני:

183. אתר דשירותא אשתכח מעתיקא קדישא דאתנהיר ממזלא הוא נהירו דחכמתא.

184. ומתפשט לתלתין ותרין עיבר ונפקא מההוא מוחא סתימאה מנהירו דביה.

185. ומה דעתיקא קדישא נהיר בקדמיתא (סא בחכמתא) דא היא שירותא ממה דאתגלייא הוי.

186. ואתעביד לתלת רישין ורישא חדא כליל לון.

187. ואלין תלת מתפשטין לזעיר אנפין ומאלין נהרין כלא.

188. אתגליף האי חכמתא ואפיק חד נהרא דנגיד ונפיק לאשקאה גנתא.

189. ועייל ברישא דזעיר אנפין ואתעביד חד מוחא אחרא.

190. ומתמן אתמשיך ונגיד בכל גופא ואשקי כל אינון נטיען.

191. הה״ד ונהר יוצא מעדן להשקות את הגן וגו׳.

192. אתגלף האי חכמתא ואתמשיך ועייל ברישא דזעיר אנפין ואתעביד מוחא אחרא.

193. ההוא נהירו דאתמשכא מניה אלין תרין משיכן אתגליפו ומתחברן בחד רישא דעמיקא דבירא.

§.194. De

§. 194. De quo scriptum est: [*Prov.* 3.*v.*20.] *In scientia abyssi rupta sunt.*

194. דִּכְתִיב בְּדַעְתּוֹ תְּהוֹמוֹת נִבְקָעוּ ·

§. 195. Et intrat in caput Microprosopi & fit cerebrum aliud.

195. וְעָיִיל בְּרֵישָׁא דִזְעֵיר אַנְפִּין וְאִתְעֲבִיד מוֹחָא אָחֳרָא ·

§. 196. Et exinde producitur, & ingreditur in corporis interiora, & implet omnia illa conclavia & exedras corporis.

196. וּמִתַּמָּן אִתְמְשִׁיךְ וְעָיִיל לְגוֹ בְּגוֹ דְגוּפָא וּמַלְיָיא כָּל אִינוּן אִדְרִין וְאַכְסַדְרוּן דְגוּפָא ·

§. 197. Hoc ipsum est illud, quod scriptum est: [*Prov.* 24.*v.* 4.] *In scientia penetralia replebuntur.*

197. הֲהוּד וּבְדַעַת חֲדָרִים יִמָּלְאוּ ·

§. 198. Et ista fulgent à lumine illius cerebri superni absconditi, quod lucet in influentia Senis Sanctissimi.

198 וְאִלֵּין נַהֲרִין מִנְּהִירוּ דְהַהוּא מוֹחָא עִלָּאָה סְתִימָאָה דְנָהִיר בְּמַזָּלָא עַתִּיקָא קַדִּישָׁא ·

§. 199. Et omnia pendent à se invicem, & annectuntur sibi invicem, donec cognoscatur, quod omnia unum sint, & omnia sit Senior hic, nec ab eo separatum sit quicquam.

199. וְכֹלָּא דָא בְּדָא תַּלְיָין וְאִתְקְשַׁר דָּא בְּדָא וְדָא בְּדָא עַד דְּיִשְׁתְּמוֹדַע דְּכֹלָּא חַד וְכֹלָּא הוּא עַתִּיקָא וְלָא אִתְפְּרֵשׁ מִנֵּיה כְּלוּם ·

§. 200. Illa tria lumina lucent in tria alia, quæ vocantur Patres, & isti Patres lucent in liberos, & omnia lucent è loco uno.

200. אִלֵּין תְּלַת נְהוֹרִין נַהֲרִין לִתְלַת אַחֲרִין דְּאִקְרוּן אֲבָהָן וְאִלֵּין אֲבָהָן נַהֲרִין לִבְנִין וְכֹלָּא נָהִיר מֵאֲתַר חַד · Mantuan, fol. 290.

§. 201. Cum manifestatur iste Senior, qui est beneplacitum beneplacitorum; omnia in lumine, & omnia in gaudio perfecto inveniuntur.

201. כַּד אִתְגַּלְיָיא הַאי עַתִּיקָא רַעֲוָא דְרַעֲוִין כֹּלָּא בִּנְהִירוּ וְכֹלָּא אִשְׁתְּכַח בְּחֵדוּ שְׁלֵימָתָא ·

§. 202. Hic Eden derivatur ex Eden superiore, abscondito omnibus occultationibus.

202. הַאי עֵדֶן אִתְמְשַׁךְ מֵעֵדֶן עִלָּאָה סְתִימָאָה דְכָל סְתִימִין ·

§. 203. Et ab isto Eden appellatur Principium in Seniore: nec tamen [al. appellatur nec] est principium & finis.

203. וּמֵהַאי עֵדֶן אִקְרֵי שֵׁירוּתָא בְּעַתִּיקָא וְלָא הֲוֵי שֵׁירוּתָא וְסִיּוּמָא ·

§. 204. Et quia in eo non est principium & finis, hinc non appellatur אתה Tu; quia tectus est, non revelatus est, & dicitur הוא ille.

204. וּבְגִין דְּלָא הֲוֵי בֵּיהּ שֵׁירוּתָא וְסִיּוּמָא לָא אִקְרֵי אַתָּה בְּגִין דְּאִתְכַּסְיָיא וְלָא אִתְגַּלְיָיא וְאִקְרֵי הוּא ·

 §. 205. Illo

§.205. Illo autem loco, quo principium invenitur, locum habet Nomen אתה Tu, & nomen אב Patris. Scriptum est enim [*Ies. 63. v. 16.*] *Quoniam Tu Pater noster.*

205. ומאתר דשירותא אשתכח אקרי אתה ואקרי אב דכתיב כי אתה אבינו.

§.206. In Dissertatione Scholæ Raf Jebha Senis, Regula universalis (est) quod Microprosopus vocetur אתה Tu; Senex autem Sanctissimus, qui contectus est, vocetur הוא Ille, & pulchrè quidem. [*vid. infr. Comm.* §. 109.]

206. באגדתא דבי רב ייבא סבא כללא דכלא זעיר אנפין אקרי אתה עתיקא קדישא דאתכסייא אקרי הוא ושפיר.

§.207. Nunc vero illo in loco, ubi principium invenitur (sic) vocatur, quamvis sit tectus.

207. והשתא קרינן באתר דשירותא אשתכח אעג דאתכסייא.

§.208. Et ab eo est principium & dicitur אתה Tu; & est Pater Patrum.

208. מניה הוי שירותא ואקרי אתה והוא אב לאבהן.

§.209. Et iste Pater egreditur à Sene Sanctissimo: sicut scriptum est: [*Iob. 28. v. 12.*] *Et Sapientia* מאין *ex Non ente invenietur*: & propterea non cognoscitur.

209. והאי אב נפיק מעתיקא קדישא דכתיב והחכמה מאין תמצא ובגין כך לא אשתמודע.

§. 210. Veni vide, Scriptum est [*ib. v. 22.*] *Deus novit viam ejus*; viam ejus propriè loquendo.

210. תא חזי כתיב אלהים הבין דרכה דרכה ממש.

§. 211. Sed (porrò) והוא *& ipse* scit locum ejus; locum ejus propriè loquendo; multò magis viam ejus; & multò magis hanc Sapientiam, quæ abscondita est in Sene Sanctissimo.

211. אבל והוא ידע את מקומה מקומה ממש וכש דרכה וכש ההיא חכמתא דסתימא ביה בעתיקא קדישא.

§. 212. Hæc Sapientia principium omnium est. Ab illa dispanduntur 32 semitæ; semitæ שבילין, inquam, non tramites ארחין.

212. האי חכמתא שירותא דכלא מניה מתפשטין תלתין ותרין שבילין שבילין ולא ארחין.

§. 213. Et lex in illis comprehensa est in viginti duabus literis & decem verbis.

213. ואורייתא בהו אתכלילת בעשרין ותרין אתוון ועשר אמרין. Cremonens. col. 562.

§. 214. Hæc Sapientia Pater Patrum est, & in ista Sapientia Principium & finis invenitur: & propterea Sapientia alia superior est, alia inferior.

214. האי חכמה אב לאבהן ובהאי חכמה שירותא וסיומא אשתכח ובגנ חכמה עלאה חכמה תתאה.

§. 215. Cum

§. 215. Cum extenditur Sapientia, tunc vocatur Pater Patrum, omnia nullibi comprehenduntur, nisi in illa [al. cum expanduntur, omnia vocantur Sapientiæ, & vocantur Pater Patrum, omnia nullibi comprehenduntur quàm hoc in loco.]

215. כד אתפשט חכמה אקרי אב לאבהן כלא לא אתכליל אלא בהאי (נ״א כד מתפשטאן כלהון אקרון חכמות ואקרון אב לאבהתן כלא לא אשתכלל אלא בהאי.)

§. 216. Sicut scriptum est: [*Psal.* 104. *v.* 25.] *Omnia in Sapientia fecisti.*

216. דכתיב כלם בחכמה עשית.

§. 217. Sustulit manus suas R. Schimeon, & gavisus est & dixit: Certè Eden s. Paradisus est & omnia opus habent horâ istâ.

217. זקף רש״י ידוי וחדי אמר ודאי עדן הוא וכלא אצטריך בשעתא דא.

SECTIO VIII.

De Patre & Matre in specie.

§. 218. Veni vide: Cum Senex Sanctissimus absconditus omnibus occultationibus cuperet efformari, omnia efformabat sub forma [*Commentarium in hac vide infra* §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.] maris & fœminæ: & in loco tali in quo comprehenduntur mas & fœmina.

218. תא חזי בשעתא דעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין בעא לאתתקנא אתקין כלא כעין דכר ונוקבא באתר דאתכלילו דכר ונוקבא.

§. 219. Non enim persistebant, nisi in statu alio (junctarum facierum) maris & fœminæ.

219. לא אתקיימו אלא בקיומא אחרא בדכר ונוקבא.

§. 220. Et hæc Sapientia complectens omnia, cum egreditur & splendet à Sene Sanctissimo, non splendet nisi sub forma maris & fœminæ.

220. והאי חכמא כללא דכלא כד נפקא ואתנהיר מעתיקא קדישא לא אתנהיר אלא בדכר ונוקבא.

§. 221. Hæc Sapientia ergò extenditur & invenitur quod sit mas & fœmina.

221. האי חכמה אתפשיט ואשתכח דדכר ונוקבא הוא.

§. 222. Sapientia est Pater, Intelligentia seu Informatio mater; adeoque Sapientia & Intelligentia in una statera ponderantur, ut mas & fœmina.

222. חכמה אב בינה אם חכמה ובינה בחד מתקלא אתקלו דכר ונוקבא.

§. 223. Et propter ista omnia constituuntur in forma maris & fœminæ; quod si non esset, non subsisterent.

223. ובגינייהו כלא אתקיים בדכר ונוקבא דאלמלא האי לא מתקיימין.

§. 224. Principium hoc (est) Pater omnium; Pater omnium Patrum; & ambo

224. שירותא דא אב לכלהו אב

socian-

sociantur invicem, & gradus unus fulget in altero: Sapientia ut Pater, Intelligentia ut mater.

לכלא אברן אתחברו דא בדא ונהירו דא בדה · חכמה אב בינה אם ·

§. 225. Scriptum est: *Si matrem intelligentiam vocabis* [*Prov. 2. v. 3.*]

225. וכתיב כי אם לבינה תקרא ·

§. 226. Cum sociantur, generant & expanduntur in veritate.

226. כד אתחברו אולידו ואתפשטו מהימנותא ·

§. 227. In dissertatione Scholæ Raf Jebhæ Senis sic docetur: quid est בינה seu Mater Intelligendi, nisi cum invicem sociantur.

227. באגדתא דבי רב ייבא סבא הכי תאנא מהו בינה אלא כד אתחבר דא בדא ·

§. 228. Nimirum Jod literam He imprægnat & producit filium & ipsa generat.

228. יוד בהא אתעברא ואפיקא בן ואולידת ·

§. 229. Et propterea בינה dicitur quasi בן יה filius Dei.

229. ובגכ בינה אקרי בן יה ·

§. 230. Perfectio autem omnium ambo esse inveniuntur, cum sociantur, & cum filius est in illis omnium Syntagma concurrit.

230. שלימותא דכלא אשתכחו תרווייהו דמתחברן ובן בגווייהו כללא דכלא ·

§. 231. Nam in conformationibus suis reperiuntur esse perfectio omnium: Pater & Mater, filius & filia.

231. בתקונייהו אשתכחו שלימותא דכלא אב ואם בן ובת ·

§. 232. Res istæ non traditæ sunt, nisi sanctis superioribus, qui ingressi & egressi sunt, & noverunt vias Dei Sanctissimi, qui benedictus sit! ut non declinent in eis, sive dextrorsum sive sinistrorsum.

232. מלין אלין לא אתייהבו בר לקדישי עליונין דעאלו ונפקו דידעין ארחוי דקבה דלא סטאן בהו לימינא ושמאלה ·

§. 233. Sic enim scriptum est [Hos. 14. v. 10.] *Rectæ sunt viæ Domini, & Justi ambulant in eis,* &c.

233. דכתיב כי ישרים דרכי יי וצדיקים ילכו בם וגו׳ ·

§. 234. Beatam portionem ejus, qui eò pertingit ut sciat tramites ejus & non declinat, nec errat in illis.

234. זכאה חולקיה דמאן דזכי למנדע ארחוי ולא סטי ולא יטעו בהו ·

§. 235. Res enim hæ absconditæ sunt & sancti summi fulgent in eis sicut lumen prodit è splendore lucernæ.

235. דמלין אלין סתימין אינון וקדישי עליונין נהירין בהו כמדה דנהיר מנהירו דבוצינא ·

§. 236. Non traditæ sunt res istæ nisi illis, qui ingressi & egressi sunt: qui

236. לא אתמסרו מלין אלין אלא

enim

enim non ingressus & egressus est, ei melius esset non fuisse natum.

למאן דעאל ונפק · דמאן דלא עאל ונפק טב ליה דלא אברי·

§. 237. Manifestum enim est coram Sene Sanctissimo absconditо omnibus occultationibus, quod ista fulgeant in corde meo in perfectione amoris & timoris Dei Sanctissimi, qui benedictus sit!

237. דהא גליא קמיה עתיקא קדישא סתימא דכל סתימין דמלין אלין נהרין בלבאי באשלמותא דרחימות ודחילו דקב״ה·

§. 238. Et isti filii, qui hîc sunt, cognoscunt illa; ingressi enim sunt & egressi in istis rebus; nec tamen in omnibus.

238. ואלין בני דהכא ידענא בהו דהא עאלו ונפקא באלין מלין ולא בכלהו·

§. 239. Nunc autem illustrantur in perfectione, prout opus est. Beatam portionem meam cum illis, in mundo illo.

239. והשתא אתנהירו בשלימותא כמה דאצטריך · זכאה חולקי עמהון בההוא עלמא·

§. 240. Dixit R. Schimeon: Omnia, quæ dixi de Sene Sanctissimo; & omnia quæ dixi de Microprosopo, omnia sunt unum, omnia ipse, omnia res una; nec locum hic habet separatio.

240. אמר ר״ש כל מה דאמינה דעתיקא קדישא וכל מה דאמינא דזעיר אנפין כלא חד כלא הוא כלא חד מלה לא תלייא ביה פירודא·

§. 241. Benedictus sit ipse, & benedictum nomen ejus in seculum & secula seculorum.

241. בריך הוא בריך שמיה לעלם ולעלמי עלמין·

§. 242. Veni vide: Principium hoc, quod vocatur Pater, comprehenditur in Jod, quod dependet ab influentia sancta.

242. תח שירותא דא דאקרי אב אתכליל ביו״ד דתלייא ממזלא קדישא·

§. 243. Et propterea Jod occultissima est omnium cæterarum literarum.

243. ובגב יו״ד סתימא דכל אתוון אחרהן·

§. 244. Jod enim principium & finis est omnium.

244. י׳ רישא וסיפא דכלא·

§. 245. Et iste fluvius, qui manat & exit, vocatur mundus, qui advenit semper, nec unquam cessat.

245. וההוא נהיר ונגיד ונפיק אקרי עלמא דאתי תדיר ולא פסיק·

§. 246. Et hæc est voluptas justorum, ut digni fiant illô mundô, qui advenit; qui semper rigat hortum Eden, nec deficit.

246 והאי הוא ערונא דצדיקייא לזכאה להאי עלמא דאתי דאשקי תדיר לגנתא דעדן דלא פסיק·

§. 247. De hoc scriptum est [*Jes.* 58.

247. עליה דכתיב וכמוצא מים אשר

v.11.] *Et sicut scaturigo aquarum, cujus aquæ nunquam deficiunt.*

לא יכזבו מימיו.

§. 248. Et ille mundus adveniens creatur per Jod.

248. והוא עלמא דאתי אברי ביוד.

§. 249. Sicut scriptum est [*Gen.* 2. *v.* 9.] *Et fluvius exit ab Eden ad rigandum hortum.*

249. הה״ד ונהר יוצא מעדן להשקות את הגן.

§. 250. Jod enim includit duas literas.

250. י׳ כליל תרין אתוון.

§. 251. In Dissertatione Scholæ Raf Jebhæ Senis traditur ita. Quare וד Vau Daleth comprehenduntur in יוד Jod? Nimirum plantatio horti propriè vocatur ו Vav: & est hortus alius, qui est ד Daleth, & ab illo Vau rigatur Daleth, quod est nota quaternarii.

251. באגדתא דבי רב ייבא סבא תנינן אמאי ו״ד כלילן ביוד אלא נטיעה דגנתא ודאי אקרי ו׳ אית גנתא אחרא דאיהו ד׳ ומהאי ו׳ אשתקייא ד׳ דאיהי ארבעה.

§. 252. Et arcanum patet ex eo, quod scriptum est: *Et fluvius egreditur ex Eden.*

252. והיינו רזא דכתיב ונהר יוצא מעדן וגו׳.

§. 253. Quid est *Eden?* hæc est Sapientia superna: & illud est Jod.

253. מאן הוא עדן דא חכמה עלאה ודא י׳.

§. 254. *Ad rigandum hortum* i. e. Vav.

254. להשקות את הגן דא הוא ו׳.

§. 255. *Et inde dividitur & abit in quatuor capita,* id est Daleth.

255. ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים דא הוא ד׳.

§. 256. Et omnia includuntur in יוד, & propterea Pater vocatur omnia: Pater Patrum.

256. וכלא כליל ביוד ובגין כך אב אקרי לכלא אב לאבהן.

§. 257. Principium omnium vocatur domus omnium. Unde Jod est principium & finis omnium: sicut scriptum est [*Psalm.* 104. *v.* 24.] *Omnia in sapientia fecisti.*

257 שירותא דכלא אקרי ביתא דכלא מהאי יוד שירותא וסיומא דכלא דכתיב כלם בחכמה עשית.

§. 258. In loco suo non manifestatur nec cognoscitur; cum consociatur cum matre, tunc prædicatur [al. designatur] in matre.

258. באתריה לא אתגלייא ולא אתידע מדאתחבר באמא אכרית (סא ארמיז) באימא. Cremonens. col. 563.

§. 259. Et propterea mater cognoscitur esse Synoche omnium, & innuitur esse principium & finis.

259. ובגין כך אימא כללא דכלא אתידע ואתרמיז שירותא וסיומא.

§. 260. Omnia enim Sapientia vocantur, & in ea absconduntur omnia; & syntagma omnium est nomen sanctum.

260. דכלא חכמה אקרי וביה סתים: כלא כללא דכלא שמא קדישא:

§. 261. Ha-

§. 261. Hactenus mysticè descripsimus, quod non diximus omnibus istis diebus: Nunc autem sculpuntur latera.

261. עד השתא רמיזנא ולא אמינא כל אלין יומין והאידנא מתגלפין סטרין.

§. 262. Jod includitur in hac Sapientia; He, est Mater & appellatur Mater intelligendi; Vau He, isti duo sunt liberi, qui circumdantur à matre.

262. י כליל בהאי חכמה ה׳ דא אימא וקרינן בינה ו״ה אלין תרין בנין דמתעטרן מאימא.

§. 263. Et didicimus, quod vox בינה comprehendat omnia. Nam in ea est י Jod, quod associatur matri sive literæ ה & producunt בן filium, & istud est vox בינה: Pater & Mater; quæ sunt Jod & He, quibus interpositæ sunt literæ Beth & Nun, quæ sunt בן: & hactenus Binah.

263. והא תנינן דבינה אתכליל מכ״לא יו״ד דמתחברא באימא ומפקין בן והיינו בינה אב ואם דאינון י״ה בן בגווייהו השתא בינא.

§. 264. Eadem etiam dicitur תבונה Intelligentia specialis. Quare dicitur (interdum) Tebunah, & non Binah?

264. ואקרי תבונה אמאי אקרי תבונה ולא בינה.

§. 265 Nimirum תבונה dicitur illô tempore, quô sugunt duo liberi filius & filia בן ובת, quæ sunt ו״ה Vau He, & illo tempore dicitur תבונה.

265. אלא תבונה אקרי בשעתא דינקין לתרין בנין בן ובת דאינון ו״ה וההיא שעתא אקרי תבונה.

§. 266. Omnia enim comprehenduntur in illis literis בן ובת, quæ sunt ו״ה Vau He; & omnia sunt unum systema, & istæ sunt literæ תבונה.

266. דכ״לא כליל באלין אתוון בן ובת אנון ו״ה וכ״לא חד כללא והיינו תבונה.

§. 267. In libro Raf Hammenuna Senis dicitur: quod Salomo Rex Efformationem primam [i.e. Matrem] revelet, cum dicit [*Cant.* 1. *v.* 15.] *Ecce Tu pulchra socia mea*: ex qua sequatur ipse.

267. בספרא דרב המנונא סבא אמר דשלמא מלכא תקונא קדמאה דגלי ואמר הנך יפה רעיתי מהאי הוא.

§. 268. Et conformationem secundam dicat Sponsam: quæ dicitur fœmina inferior.

268. ותקונא תניינא אקרי כלה דאקרי נוקבא דלתתא.

§. 269. Et quidam sunt qui ambo hæc nomina (*amica & sponsa intelligunt*) de hac fœmina inferiore: & hæc ita se non habent.

269. ואינון דאמרי תרווייהו להאי נוקבא דלתתא ואינון לאו הכי.

§. 270. Nam He primum non vocatur sponsa; sed He postremum vocatur

270. דהא קדמאה לא אקרי כלה וה׳

sponsa: temporibus certis ob multa signa (*tum requisita.*)

בתראה אקרי כלה לזמנין ידיען לסמכת סגיאן·

§. 271. Multa enim sunt tempora, cum mas non sociatur cum illa; sed ab ea separatus est.

271. דהא זמנין סגיאן אינון דדכורא לא אתחבר עמה ואסתלק מנה·

§. 272. De illo tempore dicitur [*Lev.* 18. *v.* 19.] *Et ad mulierem in separatione immunditiæ suæ non accedes.*

272. בההוא זמנא כתיב ואל אשה בנדת טומאתה לא תקרב·

§. 273. Cum autem purificata est fœmina & masculus cupit conjungi cum ea: tunc dicitur Sponsa; sponsa propriè loquendo.

273. בשעתא דאתדכאת נוקבא ודכורא בעי לאתחברא עמה כדין אקרי כלה· כלה ממש·

§. 274. Sed quod ad matrem attinet; ibi non tollitur benevolentia amborum in æternum.

274. אבל האי אימא לא אפסיק רעותא דתרווייהו לעלמין

§. 275. Simul egrediuntur, simul quiescunt, non cessat (gradus) unus ab altero; & non tollitur unus ab altero.

275. בחד נפקין בחד שריין לא אפסיק דא מן דא ולא אסתלק דא מן דא·

§. 276. Et propterea scriptum est: [*Gen.* 2. *v.* 10.] *Et fluvius exit ex Eden*, i.e. exit propriè loquendo nec deficit.

276. ובגנ״כ כתיב ונהר יוצא מעדן יוצא ודאי ולא אפסיק·

§. 277. Sicut scriptum est [*Ies.* 58. *v.* 11.] *Et sicut scaturigo aquarum, cujus aquæ non deficiunt.*

277. ההו״ד ומוצא מים אשר לא יכזבו מימיו·

§. 278. Et propterea dicitur *Socia mea:* quia ob beneplacitum fraternæ societatis quiescunt in unitate perfecta.

278. ובגנ״כ רעיתי ברעותא דאחוה שריין באחדותא שלימתא·

§. 279. Sed ista vocatur Sponsa, nam cum masculus venit ut se cum illa consociet, tunc est sponsa; nam illa propriè venit ut sponsa.

279. אבל הכי אקרי כלה דכד אתא דכורא לאתחברא עמה היא כלה דכלה איהו. אתייא ממש·

§. 280. Et propterea duas formas fœminæ exponit Salomo: & de forma quidem prima occultius agit, quia illa occulta est.

280. ובגנ״כ תרי תקונין דנוקבא פריש שלמה תקונא דקדמיתא סתימא בגין דאיהו סתימא·

§. 281. Sed forma secunda magis explicatur, quia non tàm occulta est, ut illa.

281. ותקונא תניינא פריש יתיר דלא סתים כולי האי·

§. 282. Postremo autem omnis laus

282. ולבתר תלייא כל שבחא בההיא

ejus

ejus pertinet ad illam, quæ superior est, sicut scriptum est: [*Cant.6.v.8.*] *Una ipsa matri sua, munda ipsa genitrici sua.*

§.283. Et quia hæc Mater coronatur corona sponsæ & beneplacitum literæ Jod ab ea non cessat in æternum, hinc ipsius arbitrio committitur omnis libertas servorum: omnisque libertas omnium; omnisque libertas peccatorum, ut purificentur omnia.

§.284. Sicut scriptum est: [*Lev.16.v.30.*] *Quia in hac die expiabit super vos.*

§.285. Et scriptum est [*Lev.25.v.10.*] *Et sanctificabitis annum 50 annorum:* annus Jobel est.

§.286. Quid est Jobel? sicut scriptum est [*Jer.17.v.8.*] ועל יובל *Et super rivum mittet radices suas,* propter istum fluvium, qui semper venit & manat, & exit nec deficit.

§.287. Scriptum est [*Prov.2.v.3.*] *Si matrem Binah vocabis, & ad Tebunah dabis vocem tuam.*

§.288. Quia dicit: *Si matrem Binah dixeris,* quare de Tebunah (addit)?

§.289. Nimirum omnia prout dixi, sunt veritas superna; Binah superior est quam Tebunah. Nam in voce בינה delitescunt Pater & Mater & filius: quoniam literis יה Pater & Mater denotantur, & literæ בן denotantes filium, illis insertæ sunt.

§.290. תבונה totus est complexus liberorum, quia continet literas בת est בן & וה, quibus denotantur filius & filia.

§.291. Adeoque Pater & Mater non inveniuntur nisi in matre: Mater enim revera incubat super illis, nec detegitur.

§.292. Unde patet, quod complexus duorum liberorum vocetur תבונה &

דלעילא דכתיב אחת היא לאמה ברה היא ליולדתה.

283. ובגין דהאי אימא מתעטרא בעטרא דכלה ורעותא דיוד לא אפסיק מנה לעלמין אתיהב בה ברשותה כל חירו דעבדין כל חירו דכלא כל חירו דחייביא לדכאה לכלא.

284. דכתיב כי ביום הזה יכפר עליכם.

285. וכתיב וקדשתם את שנת החמשים שנה יובל היא.

286. מאי יובל כמה דאת אמר ועל יובל ישלח שרשיו משום ההוא נהר דאתי ונגיד ונפיק תדיר ולא פסיק.

287. כתיב כי אם לבינה תקרא לתבונה תתן קולך. Mantuan. fol. 291.

288. כיון דאמר כי אם לבינה תקרא אמאי לתבונה.

289. אלא כלה כמה דאמינא הי מניידהו עלאה בינה עלאה מתבונה בינה אב ואם ובן יה אב ואם ובן בגווייהו.

290. תבונה כלא כללא דבנין בן ובת וה.

291. ולא אשתכח אב ואם אלא באימא דאימא ודאי רביעא עלייהו ולא אתגלייא.

292. אשתכח דכללא דתרין בנין

complexus Patris & matris & filii vocetur בינה.

אקרי תבונה וכללא דאב ואם ובן אקרי בינה.

§. 293. Et cum comprehendenda sunt omnia, in ista comprehenduntur, & nomine istius Pater & Mater & filius vocantur.

293. וכד בעי לאכללא כלא בהאי אתכליל והאי אב ואם ובן אקרון.

§. 294. Et sunt Chochmah. s. Sapientia; Binah s. Mater intelligendi; & Daath sive Cognitio.

294. חכמה בינה ודעת.

§. 295. Quia filius iste assumit signa patris sui & matris suæ & vocatur דעת cognitio, quia est testimonium amborum.

295. בגין דהאי בן נטיל סימנין דאבוי ואמיה ואקרי דעת דהוא סהדותא דתרוויהו.

§. 296. Et iste filius vocatur primogenitus, sicut scriptum est [*Exod.4.v.22.*] *Filius meus primogenitus est Israël.*

296. והאי בן אקרי בוכרא דכתיב בני בכורי ישראל.

§. 297. Et quia dicitur primogenitus, ideo sumit duas partes.

297. ובגין דאקרי בוכרא נטיל תרין חולקין.

§. 298. Et cum crescit; in corona sua sumit 3 partes.

298. וכד אתרבי בעטרוי נטיל תלת חולקין.

§. 299. Sive autem hoc sive illo modo se habeat, tam duæ partes, quàm tres partes, omnes una sunt res; istud & illud ita [al. unum] est.

299. ובין כך ובין כך תרין חולקין ותלת חולקין כלא חד מלה והאי והאי הכי (סא חד).

§. 300. Nimirum hæreditatem patris sui & matris suæ accipit.

300. הכי ירותא דאבוי ואימא ירות.

§. 301. Quæ est hæreditas ista? Duæ Coronæ, quæ reconditæ sunt intra eos; quas hæreditariò tradunt huic filio.

301. מאי ירותא דא תרין עטרין דהוו גניזן בגווייהו ואחסינו לבן דא.

§. 302. Ex parte Patris sui recondita in iis est corona una, quæ dicitur Benignitas.

302. מסטרא דאבוי הוה גניז בגווייהו חד עטרא דאקרי חסד.

§. 303. Et ex parte matris una corona, quæ dicitur Severitas.

303. ומסטרא דאימא חד עטרא דאקרי גבורה.

§. 304. Et omnes istæ coronant caput ejus, & apprehendit istas.

304. וכלהו מתעטרין ברישיה ואחיד לון. Cremonens. col. 564.

§. 305. Et cum iste pater & mater super eo fulgent, omnia vocantur Phylacteria

305. וכד נהרין אלין אב ואם עליה כלהו אקרון תפלין דרישא וכלא נטיל

ria

ria capitis, & omnia ſumit filius iſte, & hæres fit omnium.

§. 306. Et ille hæreditatem tradit filiæ, & filia ab eo alitur. Propriè autem exinde (*i.e. à Parentibus*) filius hæres fit, & non filia:

§. 307. Filius hæres fit patris ſui & matris ſuæ, & non filia; ſed ab iſto alitur filia.

§. 308. Sicut ſcriptum eſt: [*Dan.* 4. *v.* 9.] *Et cibus pro omnibus in ea arbore.*

§. 309. Et ſi dices omnia; nimirum tam ille quàm iſta vocantur צַדִּיק Juſtus & צֶדֶק *juſtitia*, quæ in uno ſunt & unum.

§. 310. Omnia ita ſe habent. Pater & mater continentur & conſociantur in ſe invicem.

§. 311. Et Pater magis occultus eſt, & totus adhæret Seniori Sanctiſſimo.

§. 312. Et pendet ab influentia ſancta, quæ eſt ornatus omnium ornatuum.

§. 313. Et iſti Pater & Mater conſtituunt domum, ſicut dixi:

§. 314. Sicut ſcriptum eſt [*Prov.* 24. *v.* 3.] *Per Sapientiam extruitur domus & per intelligentiam ſtabilitur, & per ſcientiam penetralia replentur omnibus opibus precioſis & jucundis.*

§. 315. Et ſcriptum eſt [*Prov.* 22. *v.* 18.] *Quia delectabilis, ſi cuſtodieris* (ſcientiam) *in ventre tuo.*

§. 316. Hæc eſt Syſtema omnium, ſicut dixi, & pendent ab influentia ſancta glorioſa.

§. 317. Dixit R. Schimeon: In Synodo areæ non revelavi omnia, & omnia iſta abſcondita fuerunt huc usque.

§. 318. Et ea occultare volui in mundum venturum, quia & ibi quæſtio aliqua mihi proponetur.

בֶּן דָא וְיָרִית כּוֹלָא׃

306. וְהַאי יָרוּת (סָא יָהִיב) לִבְרַתָּא וּבְרַתָּא מְנֵיה אִתְזַן וְעַכָּפ מִכַּאן בְּרָא יָרִית וְלָא בְּרַתָּא׃

307. בְּרָא יָרִית לְאָבוֹי וּלְאִימֵּיה וְלָא בְּרַתָּה וּמְנֵיה אִתְזַן בְּרַתָּא׃

308. כְּמָה דִכְתִיב וּמָזוֹן לְכֹלָּא בֵיהּ׃

309. וְאִי תֵימָא כָּל הַאי וְהַאי אִקְרוּן צַדִּיק וְצֶדֶק בְּחַד אִינּוּן וְחַד׃

310. כֹּלָּא הָכִי אַב וְאֵם כְּלִילָן וּמִתְחַבְּרָן דָא בְּדָא׃

311. וְאַב טָמִיר יַתִּיר וְכֹלָּא אָחִיד מֵעַתִּיקָא קַדִּישָׁא׃

312. וְתַלְיָא בְּמַזָּלָא קַדִּישָׁא יַקִּירֵי דְּכָל יַקִּירִין׃

313. וְאִלֵּין אַב וְאֵם מְתַקְּנִין בֵּיתָא׃

314. כְּמָה דַאֲמִינָא דִכְתִיב בְּחָכְמָה יִבָּנֶה בַּיִת וּבִתְבוּנָה יִתְכּוֹנָן וּבְדַעַת חֲדָרִים יִמָּלְאוּן כָּל הוֹן יָקָר וְנָעִים׃

315. וּכְתִיב כִּי נָעִים כִּי תִשְׁמְרֵם בְּבִטְנֶךָ׃

316. הָנֵי כְלָלָא דְכֹלָּא כְּמָה דַאֲמִינָא דְּתַלְיָין מִמַּזָּלָא קַדִּישָׁא יַקִּירָא׃

317. אָמַר ר״ש בְּאִדְרָא לָא גְלֵינָא כֹּלָּא וְכָל הָנֵי מִלִּין טְמִירִין הֲווּ עַד הַשְׁתָּא׃

318. וּבְעֵינָא לְאַטְמְרָא לוֹן לְעָלְמָא דְאָתֵי מִשּׁוּם דְּתַמָּן שַׁאֲלְתָּא שָׁאִילְנָא׃

§. 319. Sic-

§. 319. Sicut scriptum est [*Ies.* 33. *v.* 6.] *Et erit veritas tuorum temporum, fortitudo salutum, sapientia & scientia timor Domini ipse thesaurus ejus, &c. & sapientiam exquirunt à quolibet.*

319. כמה דכתיב והיו אמונת עתך חוסן ישועות חכמה ודעת וגו' והחכמה בעיין מניה.

§. 320. Nunc verò voluntas Dei Sanctissimi Benedicti est ita : & absque pudefactione intrabo ante palatia ejus.

320. והשתא רעותא דק"בה בהאי הא בלא כסופא איעול קמי פלטרוי.

§. 321. Scriptum est [1. *Sam.* 2 *v.* 3.] *Quia Deus* דעות *scientiarum est Dominus*; דעות seu cognitionum propriè loquendo; ille enim cognitionem per hæreditatem acquirit.

321. כתיב כי אל דעות יי' דעות ודאי הוא דעת ירית.

§. 322. Per cognitionem omnia palatia ejus replentur, sicut scriptum est: [*Prov.* 29. *v.* 4.] *Et in scientia sive cognitione penetralia implentur.*

322. בדעת כל פלטרוי אתמליין דכתיב ובדעת חדרים ימלאו.

§. 323. Et propterea cognitio aliter non revelatur; occultè namque pervadit interiora ejus.

323. ובגין כך דעת אחרא לא אתגלייא דהא טמירא אזיל בגויה.

§. 324. Et comprehenditur in eo cerebro & in corpore toto : *quoniam Deus scientiarum est Dominus.*

324. ואתכליל ביה במוחא בגופא כלא כי אל דעות יי'.

§. 325. In libro Dissertationis traditur (de verbis illis:) *quoniam Deus scientiarum Dominus*, ne lege דעות scientiarum, sed עדות testimonii.

325. בספרא דאגדתא תנינן כי אל דעות יי' אל תקרי דעות אלא עדות.

§. 326. Ipse enim est testimonium omnium; testimonium duarum portionum.

326. דהוא סהדותא דכלא סהדותא דתרין חולקין.

§. 327. Sicut dicitur [*Ps.* 75. *v.* 5.] *Et erexit testimonium in Iacob.*

327. כדא ויקם עדות ביעקב.

§. 328. Et licet istam rem in libro Mysterii aliter posuerimus, (tamen) & ibi in loco suo rectè habet, & sic omnia pulchrè & omnia (vera) sunt.

328. ואע"ג דהאי מלה אוקמיה בספרא דצניעותא בסטרא אחרא והתם באתריה שלים הכי כלא שפיר וכלא הוי.

§. 329. Cum res absconditur, iste Pater & mater omnia continent: inque illis absconduntur.

329. כד אסתים מלה האי אב ואם כליל כלא בהו סתימן.

§. 330. Et ipsi absconduntur sub influentia Sancta Antiquissimi omnium; in

330. ואינון סתימן למזלא קדישא

illa

illa absconduntur, in illa includuntur omnia.

עתיקא דכל עתיקין בידה סתימין בידה כלילין כלא.

§. 331. Ipse omnia est: benedictus sit ipse, & benedictum sit nomen ejus in seculum & in secula seculorum.

331. הוה כלא הוי בריך הוא בריך שמיה לעלם ולעלמי עלמין:

§. 332. Omnia verba Synodi areæ pulcra, & omnia sunt verba sancta, verba quæ non declinant sive dextrorsum sive sinistrorsum.

332. כל מלין דאדרא יאורת וכלהו מלין קדישין מלין דלא סטאן לימינא ולשמאלא.

§. 333. Omnia sunt verba occultationum pro iis, qui ingressi sunt & egressi, & omnia sic sunt.

333. כלהו מלין דסתימין לאינון דעאלו ונפקו וכלא הכי הוא.

§. 334. Et verba ista hactenus fuerunt abscondita, quia eadem revelare veritus *sum: nunc* autem revelantur.

334. ועד השתא הוו מתכסיין אלין מלין דדחילנא לגלאה והשתא אתגליין.

§. 335. Et revelo ea coram Rege Seniore Sanctissimo; non enim in gloriam meam vel domûs patris mei id facio, sed id facio ne pudefactus ingrediar ante palatia ejus.

335. וגלי קמי מלכא עתיקא קדישא דהא לא ליקרא דילי ודבית אבא עבידנא אלא בגין דלא עיאול בכסופא קמי פלטרוי עבידנא.

§. 336. Porro; omninò video, quod Deus ille Sanctissimus, qui benedictus sit, & omnes illi verè justi, qui hîc inveniuntur, omnes consentiant mecum:

336. ועוד דהא חמינא דקב״ה וכל הני זכאו קשוט דהכא משתכחין כלהו מסתכמין על ידי.

§. 337. Video enim, quod omnes gaudeant, in istis nuptiis meis, & omnes adfuturi sint in illo mundo in nuptiis meis: beatam portionem meam!

337. דהא חמינא דכלהו חדאן בהאי הלולא דילי וכלהו זמינין בההוא עלמין בהלולא דילי זכאה חולקי.

§. 338. Dicit R. Abba, cùm finit verbum *hoc*, Lucerna sancta sustulit manus suas, & flevit, & mox risit.

338. אמר ר׳ אבא כד סיים מלה דא בוצינא קדישא ארים ידוי ובכה וחייך.

§. 339. Voluit enim revelare rem aliquam, dixitque: Super isto anxius fui omnibus diebus meis; & nunc non dant mihi licentiam.

339. בעא לגלאה מלא חדא אמר במלה דא אצטערנא כל יומאי והשתא לא יהבין לי רשותא.

§. 340. Corroboratus autem sedit & mussitavit labiis suis, & incurvavit se ter;

340. אתקיף ויתיב ורחיש בשפוותיה

nec ullus homo potuit intueri in locum ejus, multò minus in eum.

וסגיד תלת זמנין ולא הוה יכיל בר נש לאסתכלא באתריה כש ביה.

SECTIO IX.

De Microprosopo & Uxore ejus in genere.

§.341. Dixit: Os, os, quod assecutum es omnia ista, non exsiccabunt scaturiginem tuam.

341. אמר פומא פומא דזכית לכל האי לא אנגיבו מבועך.

§.342. Scaturigo tua exit & non deficit: de te intelligi potest illud: *Et fluvius exit ab Eden:* item illud quod scriptum est: *Sicut scaturigo aquarum, cui non deficiunt aquæ.*

342. מבועך נפיק ולא פסק עלך קרינן ונהר יוצא מעדן · וכתיב וכמוצא מים אשר לא יכזבו מימיו·

§. 343. Nunc testor de me, quod omnibus diebus, quibus substiti, desideravi videre diem istum; nec fuit voluntas (Domini.)

343. האידנא אסהדנא עלי דכל יומין דקאימנא תאיבנא למחמי יומא דא ולא סליק ברעותא.

§. 344. Hac enim corona coronatur ista dies; & nunc adhuc quædam revelaturus sum coram Deo Sanctissimo, qui benedictus sit! omnia enim hæc coronant caput meum.

344. דהא בעטרא דא מתעטר האי יומא והשתא בעינא לגלאה מלין קמיה דקב״ה דהא כלהו מתעטרין ברישאי.

§. 345. Et hæc dies dilationem non patitur, nec subire poterit locum diei alterius: tota enim dies in potestatem meam concessa est.

345. והאי יומא לא יתרחק למיעל לדוכתיה ביומא אחרא דהא כל יומא ברשותי קיימא.

§. 346. Et nunc incipio revelare illa, ne pudefactus ingrediar in mundum venturum; incipio igitur & dico.

346. והשתא שרינא לגלאה מלין בגין דלא איעול בכסופא לעלמא דאתי והא שרינא · אימא.

§. 347. Scriptum est [*Psal.89.v.15.*] *Justitia & judicium fulcrum solii ejus, misericordia & veritas præcedent facies tuas.*

347. כתיב צדק ומשפט מכון כסאך חסד ואמת יקדמו פניך·

§. 348. Quis sapiens intuebitur hoc, ut videat vias ejus [*al. judicia ejus*] Sanctissimi Superni: judicia veritatis, judicia quæ coronantur coronis suis supernis.

348. מאן חכימא יסתכל בהאי למחמי אורחוי (ס״א דינוי) דקדישא עלאין ס״א עלאה דינין דקשוט דינין דמתעטרן בכתרוי עלאין.

§.349. Di-

§. 349. Dico enim, quod omnes lucernæ, quæ lucent de lucerna suprema abscondititissima omnium, omnes sint gradus ad lucendum.

349. דהא אמינא דכלהו בוצינין דנהרין מבוצינא עלאה טמירא דכל טמירין כלהו דרגין לאתנהרא.

Cremonens. fol. 142. col. 565.

§. 350. Et in illo lumine, quod in singulis gradibus est, revelatur quicquid revelatur.

350. ובההוא נהורא דבכל דרגא ודרגא אתגלייא מה דאתגלייא.

§. 351. Et omnia illa lumina adhærent invicem: lumen hoc, in lumine isto; & lumen hoc in lumine isto.

351. וכלהו נהורין אחידן נהורא דא בנהורא דא ונהורא דא בנהורא דא.

§. 352. Et lucent intra se invicem, nec divisa sunt à se invicem.

352. ונהרין דא בדא ולא מתפרשן דא מן דא.

§ 353. Lumen, inquam, omnium & singularum lucernarum, quæ vocantur efformationes Regis, Coronæ Regis; quodlibet lucet & adhæret illi lumini, quod omnium intimum est, nec foras eradiat.

353. נהורא דכל בוצינא ובוצינא דאקרין תקוני מלכא כתרי מלכא כל חד וחד נהיר ואחיד בההוא נהורא דלגו לגו ולא מתפרש לבר.

§. 354. Et propterea omnia in unum gradum ascendunt, & omnia una eâdemq; re coronantur; & unum non separatum est ab altero: quoniam Ipse & Nomen ejus unum sunt.

354. ובגב כלא בחד דרגא אסתלק וכלא בחד מלה אתעטר ולא מתפרש דא מן דא דאיהו ושמיה חד הוא.

§. 355. Lumen illud quod manifestatur, vocatur Vestimentum: Nam ipse Rex est lumen omnium intimum.

355. נהורא דאתגלייא אקרי לבושא דמלכא נהורא דלגו לגו.

§. 356. In illo lumine istud est, quod non separatur, nec manifestatur.

356. בההוא נהורא הוא מה דלא אתפרש ולא אתגלייא.

§. 357. Et omnes Lucernæ, & omnia lumina lucent à Sene Sanctissimo, occultato omnibus occultationibus; qui est Lucerna Summa.

357. וכלהו בוציני וכלהו נהורין נהרין מעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין בוצינא עלאה.

§. 358. Et quando (res accuratè) inspicitur, omnia illa lumina, quæ expanduntur, non inveniuntur: excepta Lucerna Summâ:

358. וכד מסתכלן כלהו נהורין דאתפשטן לא אשתכח בר בוצינא עלאה.

§. 359. Quæ occultatur & non manifestatur, per illa vestimenta ornatus; (quæ sunt) vestimenta veritatis; formæ veritatis; lucernæ veritatis.

359. דאטמר ולא אתגלייא באינון לבושין דיקר לבושי קשוט תקוני קשוט בוציני קשוט.

§.360.[Præ cæteris ergò] inveniuntur duæ Lucernæ, (quæ sunt) efformatio Throni Regis: & vocantur צדק Justitia [id est, Basilia:] & משפט Judicium: [id est, Microprosopus.]

360. אשתכחו תרין בוצינין תקונא דכורסייהו דמלכא ואקרון צדק ומשפט.

§. 361. Et sunt principium & consummatio. Et per ista coronantur omnia Judicia tam supera quam infera.

361. ואינון שירותא ושלימותא ובהני מתעטרין כל דינין דלעילא ותתא.

§.362. Et omnia occultantur in Judicio. Et Justitia ab illo Judicio nutritur.

362. וכלא סתים במשפט וצדק מהאי משפט אתזן.

§.363. Et quandoque eandem vocant Melchisedec, Regem Schalem.

363. ולזמנין קרינן ליה מלכי צדק מלך שלם.

§. 364. Cum judicia coronantur à Judicio (hoc), omnia sunt misericordia; (&) omnia (sunt) in perfecta pace: quoniam istud temperat illam.

364. כד מתעטרין דינין ממשפט כלהו רחמי כלהו בשלמו דהאי מבסם להאי.

§.365. Justitia & rigores in ordinem rediguntur, & omnes hi in mundum descendunt in pace & in misericordia.

365. צדק ודינין מתתקנין וכלהו נחתין לעלמא בשלימו ברחמי.

§.366. Atque tunc sanctificatur hora, ut socientur masculus & fœmina: & omnes mundi atque singuli in amore (consistunt,) & in gaudio.

366. וכדין אקריש שעתא דמתחברן דכר ונוקבא וכל עלמין כלהו ברחמי ובחדוותא.

§.367. Sed quando peccata in mundo multiplicantur, & Sanctuarium polluitur; & masculus procul abit â fœmina.

367. וכד אסגיאו חובי עלמא ואסתאבת מקדשא ודכורא אתרחק מן נוקבא.

§.368. Et Serpens robustus incipit exsuscitari: Væ! mundo, qui illo tempore nutritur ab hâc Justitia. Multi (enim) Carnifices & Lictores (dantur) in mundo: multi justi tolluntur è mundo.

368. וחויא תקיפא שריא לאתערא ויי לעלמא דמתזן בההוא זמנא מהאי צדק כמה חבילי טריקין בעלמא כמה זכאין מסתלקין מעלמא.

§. 369. Quare autem usque adeo? quoniam masculus separatus est à fœmina: & Judicium non appropinquat ad hanc Justitiam.

369. וכל כך למה בגין דאתרחק דכורא מן נוקבא ומשפט לא קרב בצדק דא.

§ 370. Et de hoc (tempore) scriptum est: [*Prov.* 13. *v.* 23.] *Et est, qui perit*;

370. ועל האי כתיב ויש נספה

ea quod

eò quod non est ei Judicium. Quia Judicium discedit ab hâc Justitia, & ista non temperatur: & Justitia suctionem habet è loco alieno.

§. 371. Et de hoc ita loquitur Salomo Rex [*Ecclesiast. 7. v. 16.*] *Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Est justus periens in justitia sua,* &c.

§. 372. Ubi per vocem הבל [*quæ vulgò redditur vanitas*] intelligitur Halitus ex halitibus supernis, qui vocantur Nares Regis.

§. 373. Cum autem dicit הבלי *Halitus mei*; intelligitur Justitia; quæ est Regnum Sanctum.

§. 374. Nam cum ista exsuscitatur in judiciis (& rigoribus) suis, tunc locum habet istud: *Est justus periens in Justitia sua.*

§. 375. Quam ob causam? quia Judicium procul abest à Justitia. Et proterea dicitur: [*Prov. 13. v. 23.*] *Et est, qui perit, sine judicio.*

§. 376. Veni observa! Cum justus quidam sublimis in mundo reperitur; qui charus est Deo Sanctissimo, qui benedictus sit! tunc, etiamsi Justitia sola excitatur, mundus tamen servari potest propter eum.

§. 377. Et Deus Sanctissimus, qui benedictus sit! promovet gloriam ejus: ut non perdatur à rigore.

§. 378. Si autem Justus iste non consistit in statione suâ; tunc è medio tollitur vel ab isto Judicio: ita ut coram illo non possit subsistere: multò minus coram Justitia.

§. 379. David Rex primitùs dicebat: [*Psal. 26. v. 2.*] *Proba me, Domine, & tenta me.* Ego enim non disperdar ab omnibus rigoribus: imò ne ab ipsa Justitia quidem: quippe cui Ego potius adhæreo.

בלא משפט דמשפט אתרחק מהאי צדק ולא אתבסמא וצדק ינקא מאתר אחרא.

371. ועד אמר שלמה מלכא את הכל ראיתי בימי הבלי יש צדיק אובד בצדקו וגו׳.

372. הבל דא הבל מהבלים דלעילא דאקרון אפי מלכא.

373. ומה ואמר הבלי דא צדק מלכותא קדישא.

374. דכד היא מתערא בדינוי כתיב יש צדיק אובד בצדקו.

375. מט משום דמשפט אתרחק מצדק ובגנב אקרי ויש נספה בלא משפט.

376. תח כד אשתכח זכאה עלאה פעלמא רחימא דקב״ה אפילו כד אתער צדק בלחודוי יכיל עלמא לאשתזבא בגיניה.

377. וקב״ה בעי ביקריה ולא מסתפי מן דינא. Mantuan. fol. 292.

378. וכד ההוא זכאה לא קיימא בקיומיה מסתפי אפילו ממשפט ולא יכיל למיקם ביה כש בצדק.

379. דוד מלכא בקדמיתא אמר בחנני יי ונסני דהא אנא לא מסתיפנא מכל דינין אפילו מהאי צדק וכש ואחידנא ביה.

§. 380. Quid enim scriptum est: [*Psal.* 17. *v.* 15.] *Ego in Iustitia videbo faciem tuam.* Per Justitiam proprie dictam non disperdar, quin persistam in rigoribus ejus.

380. מה כתיב אני בצדק אחזה פניך · בצדק ודאי לא מסתיפנא למיקם בדינוי ·

§. 381. Postquam autem peccaverat, etiam à Judicio illo consumendus erat. Unde scriptum est [*Psal.* 143. *v.* 2.] *Et ne venias in judicium cum Servo tuo.*

381. בתר דחב אפילו ממשפט מסתפי דכתיב ואל תבא במשפט את עבדך ·

§. 382. Veni observa! Cum צדק Justitia ista à Judicio mitigatur, tunc vocatur צדקה gratiosa largitio.

382. ת״ח כד מתבסמא האי צדק ממשפט כדין אקרי צדקה ·

§. 383. Et mundus temperatur per benignitatem, & ab ista repletur.

383. ועלמא מתבסמא בחסד ואתמלייא מניה ·

§. 384. Sicut scriptum est: [*Psal.* 33. *v.* 5.] *Diligens* צדקה *liberalitatem & judicium: benignitate Domini plena est terra.*

384. דכתיב אוהב צדקה ומשפט חסד יי מלאה הארץ ·

§. 385. Contestor de me, quod per totam vitam meam sollicitus fuerim de mundo, ne inciderem in rigores justitiæ, nec mundus flammis istius combureretur.

385. אסהדנא עלי דכל יומאי הוינא מצטער על עלמא דלא איערא בדינוי דצדק ולא יוקיד עלמא בשלהובוי ·

§. 386. Sicut scriptum est: [*Prov.* 30. *v.* 20.] *Comedit & tergit os suum.*

386. כמה דכתיב אכלה ומחתה פיה ·

§. 387. Abinde & postmodum omnia & singula [perrexerunt] secundùm puteum profunditatis.

387. מכאן ולהלאה כל חד כפום בירא דעמקא ·

§. 388. Et sane in generatione hâc dantur quidem Justi: sed pauci sunt, qui surgunt, ut gregem defendant è quatuor angulis. [Al. (Insurgunt autem judicia,) contra mundum, & in nos irruere cupiunt.]

388. והא בדרא דא אית ביה זכאין זעירין אינון דיקומון לאגנא לעאנא מארבעה זוין · (סא על עלמא ועלנא בעיין) ·

SECTIO X.

De Microprosopo in specie; cum digressionibus quibusdam.

§. 389. Hactenus (proposui) quomodo res una cum altera cohæreat: & exposui talia, quæ occultata sunt in Seniore

389. עכ אחידן מלי דא בדא ומתפרשן מלין דסתימן בעתיקא קדישא

San-

Sanctissimo occultato omnibus occultationibus: & quomodo ista cum illis connectantur.

§. 390. Jam porro differam de requisitis Microprosopi: illis nimirum, quæ non manifestata fuerunt in Synodo Areæ; quæque occultata fuerunt in corde meo, & ibi non in ordinem redacta sunt.

§. 391. Hactenus mysticè proposui ista & subtilius omnia. Beata est portio ejus, (qui ingreditur, & egreditur, &c.) & illorum, qui hæredes erunt istius hæreditatis.

§. 392. Sicut scriptum est: [*Psal.* 144. *v.* 15.] *Beatus populus cui sic est*, &c.

§. 393. Hæc autem sunt, quæ posuimus. Pater & Mater Seniori adhærent, & quidem conformationi ejus: quoniam à cerebro occulto omnibus occultationibus dependent, & cum illo connectuntur.

§. 394. Et quamvis Senior Sanctissimus efformatus sit, (*quasi*) solus: tamen cum accuratè omnia inspiciuntur, omnia (*etiam*) sunt Senior ille solus.

§. 395. Iste est; & iste erit; & omnes istæ formæ cum ipso cohærent, in ipso occultantur; & ab eo non separantur.

§. 396. Cerebrum occultatum non manifestatur, & (*Microprosopus*) ab eo (*immediatè*) non dependet.

§. 397. Pater & Mater ab hoc Cerebro prodeunt, & ab illo dependent, & cum ipso connectuntur.

§. 398. (*Per hos*) Microprosopus à Seniore Sanctissimo dependet & (*cum illo*) connectitur. Et ista jam tradidimus in Synodo Areæ.

§. 399. Beata est portio ejus, qui ingreditur & egreditur, & novit semitas; ut non

סתימא דכל סתימין והיך אחידן אלין באלין.

390. מכאן ולהלאה מלין דזעיר אנפין אינון דלא אתגליין באדרא אינון דהוו סתימין בלבאי ותמן לא אתקנו. Cremonens. col. 566.

391. עד כאן סתימן מלין וברירין כלהו זכאה חולקיה ואינון דירתו ירותא דא.

392. דכתיב אשרי העם שככה לו וגו׳.

393. האי דאוקימנא אב ואם בעתיקא אחידן בתקונוי דהא ממוחא סתימאה דכל סתימין תליין ומתאחדן ביה.

394. ואע״ג דעתיקא קדישא אתתקן בלחודוי כד יסתכלון בכל מלי כלא הוא עתיקא בלחודוי.

395. הוא הוי והוא יהא וכל הני תקונין ביה אחידן ביה סתימן לא מתפרשן מניה.

396. מוחא סתימאה לא אתגלייא ולא תלייא בידה.

397. אב ואם מהאי מוחא נפקו ובידה תליין ובידה אחידן.

398. זעיר אנפין בעתיקא קדישא תלייא ואחיד. והא אוקימנא מלי באדרא.

399. זכאה חולקיה דמאן דעאל ונפק וידע אורחין דלא יסטי לימינא

non

non declinet sive ad dextram sive ad sinistram.

§.400. Si quis autem non intrat & exit, illi melius esset si natus non esset. Sic enim scriptum est: [*Hos.* 14. *v.* 10.] *Rectæ viæ Domini*, &c.

§.401. Dixit R. Schimeon: Per totum diem contemplatus sum hoc dictum; ubi dicitur: [*Psal.* 34. *v.* 3.] *in Domino gloriabitur Anima mea, audient mansueti & lætabuntur.* Et jam totus ille textus confirmatur.

§.402. *In Domino gloriabitur anima mea.* Hoc revera fit: nam Mens mea cum ipso connectitur, in illo radiat, eidem adhæret, circa ipsum occupatur; & in occupatione hâc eadem extolletur in locum suum.

§.403. *Audient mansueti & lætabuntur.* Omnes illi justi & beati, qui advenerunt cum Deo Sanctissimo, qui benedictus sit, omnes auscultant & lætantur.

§.404. Agedum! jam est consessus sanctus: & propterea, *Magnificate Dominum mecum; & exaltemus nomen ejus pariter.*

§. 405. Ita scriptum est [*Gen.* 36. *v.* 31.] *Et isti sunt Reges, qui regnarunt in Terra Edom.* Et ita quoque scriptum est: [*Ps.* 48. *v.* 5.] *Quoniam ecce Reges convenerunt, transierunt pariter.*

§.406. *In Terra Edom*, id est: in loco cui annectuntur judicia.

§.407. *Transierunt pariter.* Sicut scriptum est: *Et mortuus est, & regnavit pro eo.*

§. 408. *Ipsi viderunt; sic admirati sunt: territi sunt, festinaverunt.* Quia non perstiterunt in loco suo: quoniam efformationes Regis nondum efformatæ erant: & Urbs sancta & muri ejus nondum præparati erant.

ולשמאלא׃

400. ומאן דלא עאל ונפיק טב ליא דלא אברי וכתיב כי ישרים דרכי יי׳.

401. אמר ר״ש מסתכל הוינא כל יומא בהאי קרא דכתיב ביי׳ תתהלל נפשי ישמעו ענוים וישמחו׃ והאידנא אתקיים קרא כלא׃

402. ביי׳ תתהלל נפשי ודאי דהא נשמתי בידה אחירא ביה להטא ביה אתדבקת ואשתדלת ובאשתדלותא דא יסתלק לאתרהא׃

403. ישמעו ענוים וישמחו כל הני צדיקייא וזכאין דאתיין עם קב״ה כלהו שמעון וחדאן׃

404. הא השתא מתיבתא קדישא ובגין כך גדלו ליי׳ אתי ונרוממה שמו יחדיו׃

405. הה״ד ואלה המלכים אשר מלכו בארץ אדום׃ הה״ד כי הנה המלכים נועדו עברו יחדיו׃

460. בארץ אדום באתר דדינין מתאחדין תמן׃

407. עברו יחדיו דכתיב וימת וימלוך תחתיו׃

408. המה ראו כן תמהו נבהלו נחפזו דלא אתקיימו באתרייהו בגין דתקונין דמלכא לא אתקנו וקרתא קדישא ושורוי לא אזדמנו׃

§.409.

§. 409. Hoc ipsum est quod in textu se-
quitur [*v.9.*] Sicuti audivimus, sic videmus
n civitate &c. Omnes enim non substite-
unt

409. הדא הוא דכתיב כאשר שמענו
כן ראינו דהא כלהו לא אתקיימא·

§. 410. Ipsa verò jam persistit è latere
masculi, cum quo commoratur.

410. והיא אתקיימת השתא בסיטרא
דדכורא דשריא עמיה·

§. 411. Hoc ipsum est quod scribitur
Gen.36.v.39.] *Et regnavit pro eo Hadar:*
& nomen Urbis ejus Pau: & nomen Uxoris
jus Mehetabeel filia Matred, filia Mesa-
abh.

411. הדא הוא דכתיב וימלוך תחתיו
הדר ושם עירו פעו ושם אשתו מהיטבאל
בת מטרד בת מי זהב·

§. 412. Certè (*sic omnia sunt*) prout tra-
didimus in Synodo Areæ.

412. ודאי כמה דאוקימנא באדרא·

§. 413. Jamque etiam in Libro Disserta-
tionis Raf Hammenuna Senis dicitur: *Et*
regnavit pro eo Hadar. Vox הדר propriè
exponenda est juxta illud, quod dicitur:
[*Lev.23.v.40.*] *fructum ligni* הדר *decoris.*

413. והא בספרא דאגדתא דרב המנונא
סבא אתמר וימלוך תחתיו הדר · הדר
ודאי כמה דאת אמר פרי עץ הדר·

§. 414. *Et nomen uxoris ejus Mehetabeel:*
icut scriptum est [*loc.cit.*] *ramos palma-*
rum.

414 ושם אשתו מהיטבאל כמה דאת
אמר כפות תמרים·

§. 415. Et scriptum est: [*Psal. 92. v. 13.*]
Justus ut palma virebit. Hæc enim masculi-
ni & fœminini sexus est.

415. וכתיב צדיק כתמר יפרח דאיהי
דכר ונוקבא·

§. 416. Hæc vocatur *filia Matred*: id
est: filia ex illo loco, cui omnia annecti al-
aborant; quique vocatur Pater.

416. האי אתקרי בת מטרד ברת
מההוא אתר דאטרדין כלא לאתדבקא
ואקרי אב·

§. 417. Et scriptum est: [*Job.28.v.13.*]
nescivit homo ordinem ejus; & non inveni-
tur in terra viventium.

417. וכתיב לא ידע אנוש ערכה ולא
תמצא בארץ החיים·

§. 418 Hæc est filia Matris, à cujus late-
e applicantur judicia, quæ annituntur ver-
us omnia.

418. דא ברת מאימא דמסטרהא
מתאחדין דינין דטרדין לכלא·

§. 419. *Filia Mesahabh:* quia suctionem
habet à duabus faciebus: & splendet duo-
bus coloribus; Benignitate scilicet, & ju-
dicio.

419. בת מי זהב דינקא מתרין אנפין
דנהירא בתרין גוונין בחסד בדינא·

§. 420. Antequam enim conderetur
mundus facies non respiciebant ad (*obver-*
sus sibi) facies.

420. עד לא אברי עלמא לא הוו
משגיחין אנפין באנפין·

§.421. Et propterea mundi priores devastati sunt: nam mundi priores sine efformatione facti erant.

ובגין כך עלמין קדמאי אתחרבו 421.
עלמין קדמאי בלא תקונא אתעבידו.

§.422. Ista autem quæ non fuerunt in efformatione, vocantur flammæ vibratæ, scintillæ: sicut operarius pavimenti [excutit scintillas è lapidibus] [Al. mallei.] Cùm enim faber cudit ferrum, scintillas elidit quaquaversum.

והיינו. דלא הוה בתיקונא אקרי 422.
זיקין ניצוצין כהאי אומנא מרצפא (סא
מרזפתא) כד אכתש אומנא דפרזלא
אפיק זיקין לכל עיבר.

§.423. Et istæ scintillæ, quæ prosiliunt, flammant & splendent, sed statim extinguuntur. Et istæ vocantur mundi priores.

ואינון זיקין דנפקין להטין ונהירין 423.
ודעכין לאלתר ואלין אקרון עלמין
קדמאי.

§.424. Et propterea destructi sunt, nec perstiterunt: donec Senior Sanctissimus efformaretur, & opifex prodiret ad opus suum.

ובגין כך אתחרבו ולא אתקיימו 424.
עד דאתתקן עתיקא קדישא ונפיק אומנא
לאומנותיה.

§.425. Et propterea tradidimus in Thesi nostra: quod Radius ille emiserit scintillas in scintillis, in trecenta & viginti latera.

ועל דא תנינא במתניתא דילן 425.
דניצוצא אפיק זיקין כזיקין לתלת מאה
ועשרין עיבר.

§.426. Et illæ scintillæ vocantur mundi priores; & statim mortui sunt.

ואינון זיקין עלמין קדמאי אקרון 426.
ומיתו לאלתר.

§.427. Deinde prodiit opifex ad opus suum, & efformatus est, ceu mas & fœmina. [*vide Commentarium infra §.27. seqq.*]

לבתר נפיק אומנא לאומנותיה 427.
ואתתקן בדכר ונוקבא.

§.428. Et illæ scintillæ extinctæ & mortuæ sunt: jam autem omnia subsistunt.

והני זיקין אתדעכו ומיתו והשתא 428.
אתקיים כלא.

§.429. E lucerna fulgoris intensissimi prodiit flamma radians: malleus ingens & validus; quasi cudendo produxit scintillas, pro mundis prioribus.

מבוצינא דקרדוניתא נפק ניצוצא 429.
פטישא חזקא תקיפא דבטש ואפיק זיקין
לעלמין קדמאי.

§.430. Et hæ immiscebantur aëri subtilissimo; & temperabantur à sese invicem, cum conjungerentur, Pater & Mater.

ומתערבי באוירא דכיא ואתבסמו 430.
דא בדא כד אתחברו אבא ואימא.

§.431. Et Pater ille est spiritus, qui reconditus est in Sene dierum; & in hoc reconditur iste aër.

והוא אב הוא רוחא דגניז 431.
בעתיק יומין וביה אתגניז האי אוירא.

§.432.

§. 432. Et connectebatur cum lucerna [Al. & cohærebat cum scintilla,] quæ prodibat de Lucerna fulgoris intensissimi; qui recondebatur intra viscera Matris.

ואתכליל לבוצינא (סא ואכליל לניציצא) ונפיק מבוצינא דהרדיותא דגנת במעוי דאימא.

SECTIO XI.
De Cranio Microprosopi & annexis.

§. 433. Et cum ambo conjungerentur & sibi invicem innecterentur, prodibat Cranium quoddam durum;

433. וכד אתחברו תרוייהו ואתכלילו דא בדא נפיק גולגלתא חד תקיפא.

§. 434. Et extendebatur in latera sua: ita ut pars una esset in latere uno, & altera, in latere altero.

434. ואתפשט בסטרוי דא בסטרא דא ודא בסטרא דא. Cremonens. col. 567.

§. 435. Sicut enim Senior Sanctissimus tria capita pariter in se habere deprehenditur: sic omnia parantur sub forma trium capitum; sicut diximus.

435. כמה דעתיקא קדישא תלת רישין אשתכחו בחד· כך כלא אזדמן בתלת רישין כמה דאמינא.

§. 436. In hoc cranium destillat Ros è Capite albo illudque contegit.

436. בהאי גולגלתא נטיף טלא מרישא חוורא ואחיד ליה.

§. 437. Et ille ros apparet esse bicolor: & ab illo nutritur Ager pomorum sanctorum.

437. והוא טלא אתחזי בתרי גווני ומניה מתזן חקלא דתפוחין קדישין·

§. 438. Et ex hoc rore Cranii hujus molitur Manna pro Justis in mundo venturo.

438. ומהאי טלא דגולגלתא דא טחנין מנא לצדיקייא לעלמא דאתי.

§. 439. Et per illum resuscitabuntur mortui.

439. וביה זמינין מתייא לאחייא.

§. 440. Illud autem Manna non aliàs præparatum est ut decideret ex hoc rore, præterquam illo tempore, cum Iisraëlitæ peregrinarentur in deserto; eosque cibaret Senior omnium, ex hoc loco: quod postmodum non amplius ita contingebat.

440. ולא אזדמן מנא דנפל מהאי טלא בר ההוא זמנא דאזלו ישראל במדברא וזן להו עתיקא דכלא מהאי אתר מה דלא אשתכח לבתר.

§. 441. Hoc ipsum est quod dicitur [*Exod.16.v.4.*] *Ecce Ego pluo vobis panem de cœlis.* Id quod & ita scribitur: [*Gen.27. v.28.*] *Et det tibi Deus de rore cœli &c.*

441. הה״ד הנני ממטיר לכם לחם מן השמים· כד״א ויתן לך האלהים מטל השמים וגו׳.

§. 442. Hæc fiebant illo tempore: De alio tempore traditum est; Alimenta hominis Deo Sanctissimo, qui benedictus sit, magnam causari difficultatem. Et id ab Influentia dependet: nimirum ab Influentia propriè dicta.

442. האי בההוא זמנא · לזמנא אחרא תנינן קשים מזונותיו של אדם קמי קבה ההוא במזלא תליא במזלא ודאי.

§. 443. Et propterea dici solet: Circa Liberos, Vitam, & alimenta, non à merito, sed ab Influentia negotium dependet. Nam omnia dependent ab hac Influentia, sicut deduximus.

443. ועכ בני חיי ומזוני לאו בזכותא תליא אלא במזלא תליא מלתא וכלא תליין בהאי מזלא כמה דאוקימנא.

§. 444. Novies mille myriades mundorum accipiunt & fulciuntur ab isto Cranio.

444. תשעה אלפין רבוא עלמין נטלין וסמכין על האי גולגלתא.

§. 445. Et ille Aër subtilis continetur in omnibus; sicut ipse continet omnes, & omnes in eo comprehenduntur.

445. והאי אוירא דכיא אתכליל בכלא כמה דהוא כליל מכולא וכלא אתכליל ביה.

§. 446. Facies ejus extenditur in duo latera, in duobus luminibus, quæ in se continent omnia.

446. אתפשטו אנפוי לתרין סטרין בתרי נהורין כלילן מכלא.

§. 447. Et cum facies ejus respicit faciem Senioris Sanctissimi, omnia vocantur, Longitudo faciei.

447. וכד אסתכלו אנפוי באנפין דעתיקא קדישא כלא ארך אפים אקרי

§. 448. Quid est ארך אפים sive longitudo faciei? atqui potius dicendum erat ארוך אפים longus facie.

448. מאי ארך אפים · ארוך אפים מבעי ליה:

§. 449. Nimirum ita habet Traditio: quia scilicet prolonget iram suam peccatoribus. Phrasis autem ארך אפים, idem est ac Sanatio faciei.

449. אלא הכי תנינן בגין דאריך אנפוי לחייביא אבל ארך אפים אסוותא דאנפין.

§. 450. Quia nunquam invenitur Sanitas in mundo, nisi cum facies se invicem respiciunt.

450. דהא לא אשתכח אסוותא בעלמא אלא בזמנא דאשגחין אנפין באנפין.

§. 451. In cavitate Cranii splendent tria Lumina. Et quamvis dicas tria; tamen quatuor sunt; sicut diximus.

451. בחללא דגולגלתא נהירין אלת נהורין · ואי תימא תלת ארבע אינון כמה דאמינא.

§. 452.

§. 452. Hæreditas (*scilicet*) Patris sui & Matris suæ; & duo thesauri istorum: quæ omnia Coronæ instar circumligantur Capiti ejus. Et sunt Phylacteria Capitis.

452. אחסנתא דאבוי ואמיה ותרין גניזין דילהון דמעטרן כלהו ברישיה ואינון תפלין דרישא.

§. 453. Postmodum uniuntur in certo quodam genere; lucentque & ingrediuntur in tres cavitates cranii.

453. לבתר מתחברן בסטרוי ונהרין ועאלין בתלת חללי דגולגלתא.

§. 454. (*Et mox*) singula prodeunt in suo genere, & extenduntur per totum corpus.

454. נפקין כל חד בסטרוי ומתפשטין בכל גופא.

§. 455. Coëunt autem in duo cerebra; & cerebrum tertium ista in se continet:

455. ואלין מתחברין בתרי מוחא ומוחא תליתאה כליל לון.

§. 456. Et adhæret tam huic lateri, quàm illi: & dispanditur per totum corpus.

456. ואחיד בהאי סטרא ובהאי סטרא ומתפשט בכל גופא.

§. 457. Et ex eo fiunt duo colores in unum commixti: & facies ejus lucet:

457. ואתעביד מניה תרי גווני כלילן כחדא ונהיר אנפוי.

§. 458. Et colores faciei ejus testantur de Patre & Matre: & illud vocatur Cognitio in Cognitione.

458. ואסהיד באבא ואימא גווני דאנפוי והוא אקרי דעת בדעת.

§. 459. Sicut scriptum est: [1.*Sam*.2,3.] *Quoniam Deus Cognitionum est Tetragrammaton &c.* quia in ipso duo sunt colores.

459. וכתיב כי אל דעות יי' וגו' בגין דאיהו בתרי גווני.

§. 460. *Ipsi variè diriguntur opera* [*ibidem*:] Sed Seniori Sanctissimo occultato non variè diriguntur.

460. לו נתכנו עלילות· אבל לעתיקא קדישא סתימאה לא נתכנו.

§. 461. Quam ob causam hic variam dispositionem admittit? quia hæres fit duarum portionum.

461. מט נתכנו להאי בגין דירית תרין חולקי.

§. 462. Et scriptum est: [*Ps*.18,26.] *Cum benigno, benignus eris*.

462. וכתיב עם חסיד תתחסד.

§. 463. Quin & rectè veréque statuerunt Socii de dicto illo, cum scriptum est: [*Gen*.29.v.12.] *Et nunciaverat Jacob Racheli, quod frater patris sui, & quod filius Rebeccæ esset*.

463. והא בקשוט אוקימו חברייא דכתיב ויגד יעקב לרחל כי אחי אביה הוא · וכי בן רבקה הוא. Mantuan, fol. 293.

§. 464. [*Ubi notanter dicitur*:] *filius Rebeccæ*: & non scriptum est: filius Jizchak. Et omnia mysteria sunt in Sapientia.

464. בן רבקה ולא כתיב בן יצחק וכלא רמיזא בחכמתא.

§. 465. Et propterea vocatur perfectus

465. ועל האי אקרי שלים לכלא

ex omnibus: & ipsi debetur nomen veritatis.

וביה אתחזי מהימנותא.

§. 466. Et propterea scriptum est: *Et annunciavit* Jaacobh: & non scriptum est: Et dixit.

466. ובגנב כתיב ויגר יעקב ולא כתיב ויאמר.

§. 467. Isti colores extenduntur per totum corpus: & corpus cum illis cohæret.

467. הני גווני מתפשטין בכל גופא וגופא אתאחיד בהו.

§. 468. In Seniore Sanctissimo occultato omnibus occultationibus non variè disponuntur: eidemque non conveniunt: quoniam totus est idem, & vita pro omnibus: & ab illo non dependet Judicium.

468. לעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין לא נתכנו ולא יאן ליה דהוא כלא אשתכח בחד חיי' לכלא לא תליא בית דינא.

§. 469. Sed de isto, legendum est: לו, ipsi diriguntur opera; propriè loquendo.

469. אבל נהאי לו נתכנו עלילות ודאי.

SECTIO XII.

De capillis Microprosopi.

§. 470. A cranio Capitis dependent omnes illi satrapæ & duces: [*al. illa myriades & chiliades.*] & quidem à cincinnis capillorum.

470. בגולגלתא דרישא תליין כל אינון רבבן ואלפין מקוצי דשערין.

§. 471. Qui sunt nigri; & innectuntur sibi invicem, & cohærent invicem.

471. דאינון אוכמין ומסתבכין דא בדא אחידן דא בדא.

§. 472. Adhærent autem lumini superno, quod circundat caput ejus à Patre; & cerebro quod illuminatur à Patre.

472. דאחידי בנהירו עלאה דמעטר ברישיה מאבא וממוחא דאתנהיר מאבא.

§. 473. Deinde prodeunt pili longi super pilis è lumine, quod circundat caput ejus à matre & ex altero cerebro.

473. לבתר דנפקין נימין על נימין מנהירו דמתעטר ברישיה מאימא ומשאר מוחא.

§. 474. Omnesque adhærent & implicantur illis crinibus, qui nexum habent à Patre.

474. וכלהו אחידן ומסתבכי באינון שערי דאחידן מאבא.

§. 475. Et quia sibi invicem immi-

475. ובגין דאינון מתערבין דא בדא

scentur & sibi invicem intricantur; hinc omnia cerebra annectuntur cerebro superno.

ומסתבכין דא בדא כלהו מוחא (סא מוחי) אחידן במוחא עלאה.

§. 476. Adeoque omnes tractus, qui procedunt è tribus cavitatibus cerebri, invicem commiscentur; (*continentes*) tam purum quam impurum; & omnes illos accentus & mysteria, tam occulta quàm manifesta.

476. וכלהו משיכן דאתמשכן מתלת חללי דמוחא ומתערבין דא בדא בדכיא במסאבא בכל אינון טעמין ורזין סתימין ומתגליין.

§. 477. Et quia omnia cerebra arcanum habent nexum cum auribus Domini: sicuti lucent in corona Capitis & ingrediuntur in cavitates Cranii:

477. ובגיני כלהו מוחי דמיין באודני יי׳ כמה דנהרין בעטרא דרישא ועאלין בחללי דגולגלתא.

§. 478. Hinc omnes hi cincinni superinteguntur & impendent lateri aurium: prout alibi posuimus.

478. כל אינון קוצין חפיין ותליין לסטרא דאודנין והא אוקימנא.

§. 479. Et propterea scriptum est: [2.*Reg*.19,16.] *Inclina Domine aurem tuam, & audi.*

479. דבגיני כתיב הטה יי׳ אזנך ושמע.

§. 480. Hinc illud, quod alibi diximus: Si quis desiderat, ut Rex inclinet aurem suam ad sese, ille comat caput Regis & amoveat crines ab auribus; tunc Rex ipsum exaudiet in omnibus quæcunque petiverit.

480. מכאן אוקימנא מאן דבעי דירכין מלכא אודניה לקבליה יסלסל ברישיה דמלכא ויפנה שערי מעל אודנוי וישמע ליה מלכא בכל מה דבעי.

Cremonens. col. 568.

§. 481. In discriminatione capillorum semita quædam connectitur cum semita Senis dierum: & ab illa distribuuntur omnes semitæ præceptorum Legis.

481. בפלגותא דשערי מתאחדא חד אורחא בארחא דעתיק יומין ומתפרשן מניה כל ארחוי דפקודי אורייתא.

§. 482. Et super istas constituti sunt omnes Domini vociferationis & ejulatus: & dependent à singulis cincinnis.

482. ואתמנן עלייהו כל מאריהון דיבבא ויללה ותליין בכל קוצא וקוצא.

§. 483. Et isti rete tendunt peccatoribus, ne cognoscant illas semitas.

483. ואינון מפרשן רשתא לחייביא דלא ידעין אינון ארחין.

§. 484. Hoc ipsum est, quod dicitur: [*Prov*.4.v.18.] *via impiorum sicut caligo est.*

484. ההוא דרך רשעים באפלה.

§. 485.

§. 485. Omnesque hi dependent à cincinnis rigidis: hinc & ipsi omnes rigidi; prout posuimus.

§. 486. In lenioribus hærent Domini bilancis: sicut scriptum est: [*Psal.25.v.10.*] *Omnes semitæ Domini Benignitas & veritas.*

§. 487. Adeoque cùm è cerebris occultatis emanent isti excursus cerebri, hinc singuli referunt naturam sui generis.

§. 488. Ex uno cerebro per illos cincinnos lenes procedunt Domini isti bilancis, sicut scriptum est: [*Ps.25.v.10.*] *Omnes semitæ Domini Benignitas & veritas.*

§. 489. E cerebro secundo per illos cincinnos rigidos procedunt, & dependent Domini vociferationis & ejulatus: De quibus scriptum est: [*Prov.4.v.19.*] *Via impiorum sicut caligo; non noverunt in quo corruant.*

§ 490. Quid hoc sibi vult? Nimirum sensus verborum istorum: *non noverunt*, hic est: non noverunt, & non voluerunt scire.

§. 491. *In quo corruant.* Ne legas במה in quo: sed באימא in Matre corruunt. Id est, per illos qui applicantur lateri matris.

§. 492. Quid est latus Matris? Rigor severus, cui applicantur Domini vociferationis & ejulatus.

§. 493. E cerebro tertio per illos cincinnos medio in loco constitutos procedunt & dependent Domini Dominorum: & vocantur Facies fulgentes & non fulgentes.

§. 494. Et de his scriptum est: [*Prov.4.26.*] *Pondera orbitam pedis tui.*

§. 495. Et hi omnes inveniuntur in istis cincinnis pilorum capitis.

485. וכל אלין תליין בקוצין תקיפין: ובגב כלהו תקיפין ואוקימנא.

486. באינון שעיען אתאחדן מאריהון דמתקלא דכתיב כל אורחות יי חסד ואמת.

487. וכל כך בגין דמשכין ממוחין סתימין דרהיטי דמוחא ובגב משתכחי כל חד כפום אורחוי.

488. מחד מוחא באינון קוצין שעיען אתמשכן מאריהון דמתקלא דכתיב כל אורחות יי חסד ואמת.

489. מטוחא תניינא באינון קוצין תקיפין אתמשכן ותליין מאריהון דיבבא וילל̇ה דכתיב בהו דרך רשעים כאפלה לא ידעו במה יכשלו.

490. מאי קא מיירי אלא לא ידעו כלומר לא ידעין ולא בעאן למנדע.

491. במה יכשלו אל תקרי במה אלא באימא יכשלו באינון דמתאחדין בסטרא דאימא.

492. מאי סטרא דאימא גבורא תקיפא מניה מתאחדין מאריהון דיבבא וילל̇א.

493. ממוחא תליתאה באינון קוצין דאינון באמציעתא אתמשכון ותליין מאריהון דמארין ואקרון אפין נהירין ולא נהירין.

494. ובהני כתיב פלס מעגל רגלך.

495. וכלא אשתכח באינון קוצין ושערי דרישא.

SECTIO

SECTIO XIII.

De Fronte Microproſopi.

§. 496. Frons Cranii eſt frons ad viſitandum: [Al. ad eradicandum] peccatores.

496. מצחא דגולגלתא מצחא לאתפקרא (סא לאתעקרא) חייביא.

§. 497. Et cum iſta frons detegitur tunc excitantur Domini Judiciorum, contra illos qui non erubeſcunt in operibus ſuis.

497. וכד האי מצחא אתגלייא מתערין מאריהון דדינין לאינון דלא מתכספין בעובדיהון.

§. 498. Hæc frons ruborem habet roſeum. Sed illo tempore, cum frons Senioris erga hanc frontem detegitur, hæc apparet alba ut nix.

498. האי מצחא סומקא דוורדא ובשעתא דאתגלייא מצחא דעתיקא בהאי מצחא אתחזרת חוורא כתלגא.

§. 499. Et illa hora vocatur Tempus beneplaciti pro omnibus.

499. והחיא שעתא עדת רצון אקרי לכלא.

§. 500. In Libro Diſſertationis Scholæ Raf Jebha Senis dicitur: Frons eſt receptaculum frontis Senioris. Sin minus, litera Cheth inter duas reliquas interponitur, juxta illud: [*Num.* 24. *v.* 17.] ומחץ & *confringet angulos Moab.*

500. בספרא דאגרתא דבי רב ייבא סבא אמר מצח וכי מצחא דעתיקא ואי לאו אשדי ח בין תרין אתון כרא ומחץ פאתי מואב.

§. 501. Et alibi diximus, quod etiam vocetur נצח, literis vicinis permutatis: id eſt, ſuperatio.

501. ואוקימנא דאקרי נצח באתון רצופין.

§. 502. Multæ autem ſunt Superationes: ita ut Superatio alia elevata ſit in locum alium: & aliæ dentur Superationes quæ extenduntur in totum corpus.

502. וכמה נצחים הוו ואעג דנצח אחרא באתרא אחרא אסתלק ואית נצחים אחרי דמתפשטין בכל גופא.

§. 503. Die Sabbathi autem tempore precum pomeridianarum, ne excitentur Judicia, detegitur frons Senioris Sanctiſſimi;

503. ובגין דשבתא בשעתא דצלותא דמנחה בגין דלא יתער דינין גליא עתיקא קדישה מצחא דיליה.

§. 504. Et omnia judicia ſubiguntur; & quamvis extent, tamen non exercentur. [*Al. & ſedantur.*]

504. וכל דינין אתכפיין ואשתכחן ולא אתעבידו.

§. 505. Ab hac fronte dependent viginti quatuor tribunalia, pro omnibus illis, qui protervi ſunt in operibus.

505. בהאי מצחא תליין כד בתי דינין לכל אינון דחציפין בעובדיהון.

§. 506. Sicut ſcriptum eſt: [*Pſal.* 73. *v.* 11.]

506. כמה דכתיב ואמרו איכה ידע

v. 11.] *Et dixerunt: quomodo sit Deus? & estne scientia in excelso?*

אל ויש דעה בעליון.

§. 507. At verò viginti saltem sunt. cur adduntur quatuor? nimirum respectu supplicorum, tribunalium inferiorum, quæ à supernis dependent.

507. והא אשרים אינון ד׳ למה לקבליהון דד׳ מיתות בתי דינא דלתתא דתליין מלעילא.

§. 508. Remanent ergò viginti. Et propterea neminem supplicio capitali afficiunt, donec compleverit & ascenderit ad viginti annos: respectu viginti horum tribunalium.

508. ואשתארו עשרין ובגכ לא מענישין בדינא עד דשלים וסלקא לכ׳ שנין לקבליהון דכ׳ בתי דינא.

§. 509. Sed in thesi nostra arcana docuimus, per ista respici viginti quatuor libros qui continentur in Lege.

509. במתניתא סתימאה דילן תנינן לקבליהון דכד ספרים דאתכלילן באורייתא.

SECTIO XIV.

De oculis Microprosopi.

§. 510. Oculi capitis sunt oculi illi, à quibus ipse non custodiunt peccatores. Oculi qui obdormiscant, & non obdormiscunt.

510. עיינין דרישא אינון עיינין דלא מסתמרין מניהו חייביא עיינין דניימין ולא ניימין.

§. 511. Et propterea vocantur: Oculi כיונים. Quid est יונים? Sicut dicitur: [Levit 25. v. 17.] לא תונו *Non decipietis unusquisque proximum suum.*

511. ובגכ אקרו עינין כיונים מאי יונים כדא לא תונו איש את עמיתו.

§. 512. Et propterea scriptum est: [Psal. 94. v. 7.] *non videbit Jah.* Et porrò scriptum est [*ibid. v. 9.*] *an plantans aurem non audiet; an formans oculum non aspiciet?*

512. ועד כתיב לא יראה יה וגו׳ וכתיב הנוטע אזן הלא ישמע וגו׳.

§. 513. Pars illa quæ supra oculos sunt pili qui distribuuntur [Al. qui graduantur] (certa quadam) proportione.

513. תקונא דעל עינא שערי דמשען (סא דמשלבן) בשעורא.

§. 514. Ab his pilis dependent mille & septingenti Domini Inspectionis ad pugnandum pugnas. Et tunc omnes emissarii eorum assurgunt & aperiunt oculos.

514. מאינון שערין תליין אלף וז׳ מאה מארי דאשגחותא לאגחא קרבא וכדין קיימי כלהו משולשליהון מתפקחין עיינין.

§. 515. In tegumento quod super oculis

515. כסותא דעל עיינין גבינין מתאחדן

est. palpebræ existunt : & mille atque myriades Domini clypeorum illis adhærent.

בהו ואלף ורבון מארי תריסין אתאחדן בהו.

§. 516. Et illi vocantur tegumentum oculorum. Omnesque illi, qui vocantur oculi Domini, non aperiuntur, nec evigilant, nisi illo tempore, cum hæc tegumenta palpebrarum divelluntur ; inferiores nempe à superioribus.

516. ואינון אקרון כסותא דעיינין וכל אינון דאקרון עיני יי לא פקחין ולא אתערו בר בזמנא דאילין כסותי דגבינין מתפרשין אינון תתאי מעלאי.

§. 517. Et cum divelluntur palpebræ inferiores à superioribus, locumque præbent visioni, tunc aperiuntur oculi : idemq; est, ac si quis expergisceretur è somno suo.

517. ובשעתא דאתפרשן גבינין תתאי מעלאי ויהבין אתר לאשגחא מתפקחין עיינין ואתחזי כמאן דאתער משינתיה.

§. 518. Tunc circumvolvuntur oculi & ipse respicit oculum apertum, & lavantur albedine ejus.

518. אסתחרו עיינין וחמא לעינא פקיחא ואסתחן בחוורא דיליה.

§. 519. Et cum sic dealbantur Domini judiciorum flectuntur pro Jisraëlitis. Et propterea scriptum est : [*Ps.* 44. *v.* 24.] *Evigila, quare dormis, Domine : expergiscere, &c.*

519. וכד אסתחיין אתכפיין מארי דדינין לישראל ובגנ כתיב עורה למה תישן יי הקיצה וגו׳. Cremonens. fol. 141. col. 569.

§. 520. Quatuor colores apparent in oculis istis : à quibus splendent quatuor thecæ phylacteriorum ; quæ splendent per emissiones cerebri.

520. ארבע גוונין אתחזיין באינון עיינין מאינון נהירין ד׳ בתי דתפלין דנהרין ברהיטי מוחא.

§. 521. Septem, qui vocantur *Oculi Domini* & Inspectio, prodeunt è colore nigro oculi : sicut posuimus.

521. ז׳ דאקרון עיני ה׳ ואשגחותא נפקי מגוון אוכמא דעינא כמה דאוקימנא.

§. 522. Sicut scriptum est : [*Zach.* 3. *v.* 9.] *Super lapide uno septem oculi.* Et isti colores flammant in latere hujus.

522. דכתיב על אבן אחת שבעה עינים. ואינון גוונין מתלהטין בסטרהא.

§. 523. E rubro prodeunt alii, Domini inspectionis pro judicio.

523. מסומקא נפקין אחרנין מארי דאשגחותי לדינא.

§. 524. Et hi vocantur, *Oculi Domini peragrantes per universam terram.* [2. *Par.* 16. *v.* 9.]

524. ואינון אקרון עיני יי משוטטות בכל הארץ.

§. 525. Ubi (*fœminino genere*) dicuntur משוטטות, & non masculino, משוטטים : quia omnes sunt judicium.

525. משטטות ולא משוטטים בגין דכלהו דינא.

§. 526. E flavo prodeunt alii qui de-

526. מירוקא נפקין אוחרנין דקיימין

stinati sunt ad manifestandum opera, tam bona quam mala.

§. 527. Sicut scriptum est: [*Jobi* 34. *v*. 21.] Quia oculi ejus super vias Viri. Et hi [*Zach.* 4. *v*. 10.] vocantur *Oculi Domini* משוטטים sed (*masculino genere*) circumlati; & non circumlatæ: quia in duo latera vergunt, in bonum & in malum.

§. 528. Ex albo prodeunt omnes illæ miserationes, omnia illa beneficia, quæ in mundo reperiuntur, ut bene sit per illa Jisraëlitis.

§. 529. Atque tunc omnes illi tres colores dealbantur, ut illorum misereatur.

§. 530. Et illi colores miscentur invicem, & sibi invicem adhærent. Quilibet circundat proximum suum colore suo.

§. 531. Excepto albo, in quo omnes comprehenduntur, cum opus est: & hic omnes contegit.

§. 532. Omnes colores inferiores nulli homines ita convertere possunt in album, tam nigrum, quam rubrum & flavum.

§. 533. Et hic unico intuitu omnes uniuntur & colorantur in albedinem.

§. 534. Palpebræ ejus non inveniuntur, cum colores cupiunt videre: quoniam palpebræ locum aperiunt ad videndum omnibus coloribus.

§. 535. Et si isti locum non præbent, (hi) non possunt videre nec considerare.

§. 536. Palpebræ (*autem*) non stant, nec quiescunt, vel unica hora perfecta: sed aperiuntur & clauduntur; iterumque clauduntur & aperiuntur, propter oculum apertum, qui stat super ipsis.

לגלאה עובדין בין טב ובין ביש.

527. דכתיב כי עיניו על דרכי איש ואלין אקרון עיני יי משוטטים משוטטים ולא משוטטות בגין דאינון לתרין סטרין לטב לביש

528. מחוורא נפקין כל אינון רחמי כל אינון טבאן דמשתכחי בעלמא לאוטבא להו לישראל.

529. וכדין אסתחיין כל אינון תלת גווני לרחמא עלייהו.

530. ואלין גוונין מתערבין דא בדא ואתדבקן דא בדא כל חד אוקיף לחבריה מגווני דיליה.

531. בר מחוורא דכלהו כלילן ביה כד אצטריך והוא חפי על כלהו.

532. כל גוונין דלתתא לא יכלין כל בני עלמין לאסחרא לון חוורא לאוכמא לסומקא ולירוקא.

533. והכא באשגחותא חד כלהו אתאחדן ואסתחיין בחוורא.

534. גביני לא משתכחין כד בעיין גוונין לאשגחא בגין דגביני יהבין אתר לאשגחא לכלהו גווני.

535. ואי אינון לא יהבין אתר לא יכלין לאשגחא ולאסתכלא.

536. גבינין לא קיימין ולא משתככין שעתא חדא שלימתא אלא פקחין וסתימין סתמין ופתחין משום עינא פקיחא דקאי עלייהו.

§. 537. Et

§. 537. Et propterea scriptum est: [*Ezech.* 1. v. 14.] Et animalia currunt & revertuntur.

537. ועד כתיב והחיות רצוא ושוב.

§. 538. Jam autem diximus de loco [*Jes.* 33. v. 20.] *Oculi tui videbunt Hierosolymam, habitationem quietam.*

538. הא אוקימנא עיניך תראנה ירושלים נוה שאנן.

§. 539. Et scriptum est: [*Deut.* 11. v. 12.] *Semper oculi Domini Dei tui in illa, à principio anni,* &c.

539. וכתיב תמיד עיני יי אלהיך בה מראשית השנה וגו׳.

§. 540. Nam Jerusalem id ita requirit: quoniam scriptum est [*Jes.* 1. v. 21.] *Justitia pernoctat in ea.*

540. דהא ירושלים בעיא כן דכתיב צדק ילין בה.

§. 541. Et propterea Jerusalem, & non Zijon. Quia scriptum est: [*Ies.* 1. v. 27.] *Zijon in judicio redimetur*, &c. quæ meræ sunt miserationes.

541. ובגב ירושלים ולא ציון דכתיב ציון במשפט תפדה וגו׳ דכלא רחמי.

§. 542. *Oculi tui.* (*Ibi*) עינך scriptum est (*in singulari,*) *Oculus* nimirum Senioris Sanctissimi occultissimi omnium.

542. עיניך עינך כתיב עינא דעתיקא קדישא סתימא דכלא.

§. 543. Nunc (*dicitur:*) *Oculi Domini Dei tui in ea:* in bonum scilicet, & in malum: prout requiritur vel color ruber, vel flavus.

543. השתא עיני יי אלהיך בה לטב ולביש במה דאתחזי לסומקא ולירוקא.

§. 544. Sed hîc unico intuitu omnia convertuntur & abluuntur in albedinem.

544. והכא באשגחותא חדא כלהו אסתחרן ואסתחיין בחוורא.

§. 545. (*Ibi*) Palpebræ ejus non inveniuntur, cum colores videre cupiunt. Sed hîc (*dicitur:*) *Oculi tui videbunt Ierusalem.* Omnia in bonum; omnia in misericordiam.

545. גבינוי לא משתכחי כד בעיין גוונין לאשגחא והתם עיניך תראנה ירושלים כלא לטב כלא לרחמי.

§. 546. Sicut scriptum est: [*Ies.* 54. v. 7.] *Et miserationibus magnis congregabo te.*

546. דכתיב וברחמים גדולים אקבצך.

§. 547. *Semper oculi Domini Dei tui in ea, à principio anni.* Hic vocula מרשית à principio defectivè scripta est sine א & non scriptum est ראשית cum א.

547. תמיד עיני יי אלהיך בה מרשית השנה מרשית חסר א כתיב ולא ראשית באלף.

§. 548. Hinc non semper consistit in eodem statu. Quænam est illa? He inferius.

548. בגכ לא אתקיימא בקיומא תדיר מאן היא הא דלתתא.

§. 549. Et de superno scriptum est: [*Thren.* 2. *v.* 1.] *projicere fecit de cœlis terram, pulchritudinem Israel.*

549. ולעילא כתיב השליך משמים ארץ תפארת ישראל.

§. 550. Quam ob causam projicere fecit de cœlis terram? Quia scriptum est: [*Ies.* 50. *v.* 3.] *Induam cœlos nigredine.* Et oculi atrore, colore nigro scilicet, conteguntur.

550. מט השליך משמים ארץ משום דכתיב אלביש שמים קדרות. ועיינין בקדרותא בגווני אוכמא אתחפו. Mantuan. fol 294.

§. 551. *A principio anni.* Quinam est locus ille, unde aspiciunt Jerusalem Isti oculi Domini!

551. מרשית השנה מאן אתר מסתכלין: בירושלים אלין עיני יי.

§. 552. Pergit ergo & hoc exponit, (*dicendo:*) *à Principio anni:* quod est Judicium sine Aleph: judicium enim applicitum est ad latus illius, quamvis ipsa non planè sit judicium.

552. חזר ופירוש מרשית השנה ההוא: דינא בלא אלף ודינא אתאחד בסטרהא, אעג דלאו הוא דינא ממש.

§. 553. *Et usque ad extremum anni.* Ibi proprie reperitur judicium. Quoniam scriptum est: [*Ies.* 1. *v.* 21.] *Iustitia habitat in ea.* Illa enim est extremum anni.

353. ועד אחרית שנה ודאי דינא אשתכח דהא כתיב צדק ילין בה דהיא: אחרית השנה.

§. 554. Veni observa! Aleph solum vocatur primus. Masculus in Aleph occultatur & reconditur; res scilicet, quæ non cognoscitur.

554. תח א בלחודוי אקרי ראשון, דכר באלף סתים וגניז מלה דלא אתידע.

§. 555. Cum hoc Aleph conjungitur cum loco alio, tunc vocatur ראשית principium.

555. כד אתחבר האי אלף באתר אחרא אקרי ראשית.

§. 556. Quod autem dicis, illud conjungi: non sanè: sed in eo saltem manifestatur, illumque illuminat: & tunc vocatur ראשית principium.

556. ואי תימא דאתחברא לא אלא אתגלייא בידה ונהיר לידה וכדין אקרי ראשית.

§. 557. Jam igitur in hoc ראשית principio non invenitur in Jerusalem; si enim esset in hoc, semper persisteret.

557. ואפילו בהאי ראשית לא אשתכח בירושלים דאלמלא הוו בהאי אתקיימת תדירא.

§. 558. Hinc scriptum est מרשית defectivè. Et de mundo venturo scriptum est: [*Ies.* 41. *v.* 27.] *primus ad Zijon: ecce, ecce ipsi,* &c.

558. אבל מרשית כתיב ולעלמא דאתי כתיב ראשון לציון הנה הנם וגו׳.

SECTIO XV.

De Naſo Microproſopi.

§. 559. Naſus Microproſopi eſt forma faciei: tota facies per illum cognoſcitur.

559. חוטמא דזעיר אנפין תקונא דפרצופא כל פרצופא ביה אשתמודע.

§. 560. Naſus iſte non eſt ut Naſus Senioris Sanctiſſimi occultati omnibus occultationibus.

560. חוטמא דא לא כחוטמא דעתיקא קדישא סתימא דכל סתימין.

§. 561. Nam Naſus Senioris eſt vita vitarum pro omnibus: à duabus naribus (*ejus*) procedunt ſpiritus vitarum pro omnibus.

561. דחוטמא דעתיקא חיים דחיים לכלא מתרין ניקבין נפקין רוחין דחיין לכלא.

§. 562. De hoc Microproſopo autem ſcriptum eſt: [*Pſalm.* 18. *v.* 9.] *Aſcendit fumus in naſo ejus*, &c.

562. בהאי זעיר אנפין כתיב עלה עשן באפו וגו׳.

§. 563. In hoc fumo omnes colores continentur. (Et) in quolibet colore continentur quam plurimi Domini judicii rigoroſi, qui continentur in illo fumo.

563. בהאי תננא כל גווני אחידן ביה בכל גוונא וגוונא אחידן כמה מארי דדינא קשיא דאחידן בההוא תננא.

§. 564. Unde illi omnes non mitigantur niſi per fumum altaris inferioris.

564. ובגנ״כ לא מתבסמין כלהו אלא בתננא דמדבחא דלתתא.

§. 565. Hinc ſcriptum eſt: [*Gen.* 8. *v.* 21.] *Et olfecit Dominus odorem ſuavitatis.* Non ſcriptum eſt, odorem ſacrificii; quid eſt *ſuavitatis, ſive quietis?* nimirum mitigatio Dominorum judicii; quies ſpiritus.

565. ועד כתיב וירח יי את ריח הניחח את ריח הקרבן לא כתיב מהו הניחח אתבסמותא דמארי דינא נחת רוח. Cremonenſ. col. 570.

§. 566. (*Cum ergo dicitur:*) & olfecit Dominus odorem quietis: non intelligitur odor victimæ, ſed odor mitigationis omnium ſeveritatum, quæ applicantur Naſo.

566. וירח יי את ריח הניחח את ריח הקרבן לא כתיב אלא את ריח הניחח דכלהו גבוראן דאחידן בחוטמא.

§. 567. Et omnia, quæ illis adhærent, omnia inquam, mitigantur. Quam plurimæ autem ſeveritates invicem cohærent.

567. וכל דאתאחדן בהו כלהו מתבסמן וכמה גבוראן מתאחדן כחדא.

§. 568. Sicut ſcriptum eſt: [*Pſ.* 106. *v.* 2.] *Quis eloquetur ſeveritates Domini?*

568. דכתיב מי ימלל גבורות יי.

§. 569. Et hic Nasus è duabus naribus suis emittit ignem, qui absumit omnes ignes reliquos.

§. 570. Ex uno foramine (*prodit*) fumus; & ex altero ignis: & ambo inveniebantur in altari; tam ignis, quam fumus.

§. 571. Sed cum detegitur hic Senex sanctissimus, omnia quiescunt. Hoc ipsum est, quod dicitur: [*Jes.* 48. *v.* 9.] *Et laude mea obstruam nares tibi.*

§. 572. Nasus Senis Sanctissimi longus est, & extenditur: & dicitur: *Longus naso.*

573. Sed hic Nasus brevis est: & cum fumus incipit, hic celeriter prodit, & consummatur judicium.

§. 574. Quis autem impedit nasum hunc Senioris illius? omnia se habent, prout diximus in Synodo Areæ; & prout de his excitati fuerunt Socii.

§. 575. In Libro Dissertationis Raf Hammenuna Senis, hic ita describit duas has nares: quod ex una prodeat fumus & ignis: & ex altera quies & spiritus beneficus.

§. 576. Cum in eo sit dextrum & sinistrum. Sicut scriptum est: [*Hos.* 14. *vers.* 7.] *Et odor ipsi sicut Libani.*

§. 577. Et de uxore ejus scriptum est: [*Cant.* 7. *v.* 9.] *Et odor naris tuæ sicut malorum.* Quod si igitur de uxore id verum est; quanto magis de eô. Et egregiè dixit.

§. 578. Cùm ergo dictum est: *Et olfecit Dominus odorem quietis.* Vox הניחח quietis duplici respectu intelligi potest.

569. והאי חוטמא מתרין נוקבין נפק אשא דאכלא כל שאר אשין.

570. מחד נוקבא תננא ומחד נוקבא אשא והאי והאי אשתכח במדבחא · ואשא ותננא.

571. ואתגלייא האי עתיקא קדישא ואשתכך כלא · היינו דאתמר ותהלתי אחטם לך.

572. חוטמא דעתיקא קדישא אריך ומתפשט ואקרי ארך אפים.

573. והאי חוטמא זעיר וכד תננא שרי נפיק בבהילו ואתעביד דינא.

574. ומאן מעכב להאי חוטמא דעתיקא וכלא כמה דאמינא באדרא ואתערו חברייא.

575. בספרא דאגדתא דרב המנונא סבא אוקים הני תרי נוקבא מחד תננא ואשא ומחד נייחא ורוחא טבא.

576. דאית ביה ימינא ושמאלא דכתיב וריח לו כלבנון.

577. ובנוקבתא כתיב וריח אפך כתפוחים · ומה בנוקבא הכי כל שכן ביה ושפיר קאמר.

578. ומה דאמרן וירח יי את ריח הניחח הניחח בתרי סטרא.

§. 579. Unus eſt primarius, [Al. quies u-a] cum manifeſtatur Senior Sanctiſſimus ccultatus omnibus occultationibus: hæc nim eſt quies & mitigatio omnium.

579. חד גופא (סא נייחא) דאתגלייא עתיקא קדישא כתימא דכל סתימין דהאי הוא נייחא ואתבסמותא לכלא.

§. 580. Et unus reſpicit mitigationem ferioꝛem, quæ fit per illum fumum & gnem altaris.

580. וחד אתבסמותא דלתתא בההוא תננא ואשא דמדבחא.

§. 581. Et ob duplicem hunc ſenſum riptum eſt ניחח (per duplex ח.) Et o-nnia de Microproſopo dicuntur,

581. ובגין דאיהו מתרין סטרין כתיב ניחח וכלא בזעיר אנפין אתמר.

SECTIO XVI.
De Auribus Microproſopi.

§. 582. Duæ aures (*ſunt ipſi*) ad audien-um bonum & malum: & ambæ reducun-ur ad unam.

582. תרי אודנין למשמע טב וביש ותרווייהו סלקין לחד.

§. 583. Sicut ſcriptum eſt. [2. *Reg.* 19. *v.* 6.] *Inclina, ô Deus, aurem tuam; & audi.*

583. דכתיב הטה יי׳ אזנך ושמע.

§. 584. Auris ab intra dependet à ducti-us curvis, ut craſſior fiat vox [al. ut dul-ior fiat] pro ingreſſu in cerebrum.

584. אודנא לגו תלייא ברשימין עק מין בגין דאתעבא (סא דאתערב) קלא לעאלא במוחא.

§. 585 Et cerebrum eam examinat, ſed on cum feſtinatione. Nam omnis res, quæ t cum feſtinatione non provenit è Sapien-ia perfecta.

585. ויבחין ביה מוחא ולא בבהילו דכל מלה דהוי בבהילו לא הוה בחכמתא שלימתא.

§. 586. Ab auribus iſtis dependent o-nnes Domini alarum, qui vocem aſſu-nunt è mundo. Omneſque ſic vocantur Aures Domini.

586. מאודנין אלין תליין כל מאריהון דגדפין דנטלין קלא מעלמא וכלהו הכי אקרון אזני יי׳.

§. 587. De quibus ſcriptum eſt: [*Eccl.* 10. v. 20.] *Quia avis cœli adducit vocem, &c.*

587. דכתיב בהו כי עוף השמים יוליך את הקול וגו׳.

§. 588. *Quia avis cœli adducit vocem.* Hic textus difficultatem habet. Et nunc (tantum exprimit) unde vox.

588. כי עוף השמים יוליך את הקול האי קרא קשיא השתא מאן קול.

§. 589. Nam in initio verſiculi ſcri-ptum eſt: *Etiam in cogitatione tua*

589. דהא רישא דקרא כתיב גם

Regem ne vilipendas. Ubi de cogitatione scribitur; & de penetralibus cubilis tui &c.

§. 590. Quare? *Quia avis cœlorum adducit vocem.* Quæ tamen non extat.

§. 591. Nimirum revera sic est: quicquid homo cogitat, & quicquid perpendit in Corde suo, non efficit verbum, donec illud producat labiis suis. *(hoc vult textus;)* si quis ad id non attendat.

§. 592. Nam illa vox (*vel à cogitabundo inconsideratè*) prolata, diffindit aërem; vaditque & ascendit, & circumfertur in mundo; & ex illa fit vox.

§. 593. Et istam vocem accipiunt Domini alarum, eamque adducunt ad Regem, ut intret in aures ejus.

§. 594. Hoc ipsum est quod scriptum extat [*Deut.* 5. *v.*28.] *Et audivit Dominus vocem verborum vestrorum.* [*Item: Num.*11. *v.*1.] *Et audivit Dominus, & iratus est furor ejus.*

§. 595. Hinc omnis oratio & petitio, quam homo fundit ante Deum Sanctissimum, qui benedictus sit! id requirit, ut ipse producat verba labiis suis.

§. 596. Nam si ea non producit, oratio ejus non est oratio; & petitio ejus non est petitio.

§. 597. Sed quatenus verba prodeunt, hæc aërem diffindunt, ascenduntque & obvolitant, & ex illis fit vox: istamque suscipit, qui eam suscipit; eandemque defert in locum sanctum (al. sub coronam) in caput Regis.

§. 598. E tribus cavitatibus destillat destillatio in aures: & illa vocatur rivus. Sicut scriptum est [1. *Reg.*17. *v.*] rivus כרית, quasi diceretur excavatio seu perfossio aurium.

מרעך מלך אל תקלל במרעך כתיב
חדרי משכבך וגו׳.

590. מט כי עוף השמים יוליך את
קול והא ליכא.

591. אלא ודאי כל מה דחשיב בר נש
כל מה דיסתכל בלבוי לא עביד מלה
עד דאפיק ליה בשפוותיה והוא לא
אתכוין ביה.

592. דההיא מלה דאפיק מתבקע
אוירא ואזלא וסלקא וטסא בעלמא
ואתעביד מניה קלא.

593. וההוא קלא נטלין ליה מארי
גדפין וסלקין ליה למלכא ועייל באודנוי.

594. הה״ד וישמע יי׳ את קול דבריכם
וישמע יי׳ ויחר אפו.

595. ובגנ כל צלותא ובעותא דבעי
בר נש מקמי קב״ה בעי לאפקא מלין
בשפוותיה.

596. דאי לא אפיק לון לאו צלותיה
צלותא ולאו בעותיה בעותא.

597. וכיון דמלין נפקין מתבקעין
באוירא וסלקין וטסין ואתעבידו ביה קלא
דנטיל לון מאן דנטיל ואחיד לון לאתרא
קדישא (סא לתתא בכתרי) ברישא
דמלכא.

598. מתלת חללי נטיף נטיפא לאודנין
וההוא אקרי נחל כדא נחל כרית
לומר כרותא דאודנין.

§. 599.

§. 599. Et vox ingreditur in illam curva-
ram, & hauritur illo flumine hujus de-
illationis.

599. וקלא עייל בההוא עקימא
ואשתאבת בההוא נהרא דההוא נטיפא.

§. 600. Atque tunc ibidem detinetur, &
xaminatur utrum bona an mala sit. Hoc
sum est quod dicitur: [*Job.34.v.3.*] *Quia*
ris verba examinat. –

600. וכדין אתעכבת תמן ואתבחין
בין טב לביש הה״ד כי אזן מלין תבחן וגו׳.

§. 601. Quam ob causam auris verba
xaminat? quia vox detinetur in illo flu-
ine destillato in curvaturam aurium; &
on celeriter in corpus intrat: adeoque
xamen instituit inter bonum & malum.

601. ומט אזן מלין תבחן משום
דאתעכב קלא בההוא נהרא דנטיפא
בעקימותא דאודנין ולא עייל בבהילו
בגופא ובגין כך אתבחין בין טב לביש.

§. 602. *Et palatum cibum gustat.* Quare
cibum gustare potest? quia ibidem moram
trahit; & non celeriter ingreditur in cor-
pus. Et hinc gustat, & probat, an dulcis sit
n amarus.

602. וחיך יטעם לאכול מט יטעום
לאכול בגין דיתעכב תמן ולא יעייל
בבהילו בגופא ועד יטעום ויתבחן בין
מתיקו למרירו.

§. 603. Ab hoc foramine aurium depen-
dent foramina alia: (*nimirum*) foramen
oculi: foramen oris; foramen nasi.

603. בהאי נוקבא דאודנין תליין נוקבין
אוחרנין נוקבא דעיינין · נוקבא דפומא·
נוקבא דחוטמא.

§. 604. Ex illa voce, quæ ingreditur in
foramen aurium, si necesse est, (*aliquid*) in-
greditur in foramina oculorum, & hi sca-
turiunt lachrymas. [*vid. Comment.* §. 81.]

604. מההוא קלא דעייל בנוקבא
דאודנין אי אצטריך עייל לנוקבי דעיינין
ונבעין דמעין.

§. 605. Ex illa voce, si opus est, (*aliquid*)
ingreditur in foramen Nasi, & producit fu-
mum & ignem, ex illa voce.

605. מההוא קלא אי איצטריך עייל
לנוקבא דפרדשקא ומפקי תננא ואשא
מההוא קלא הה״ד.

§. 606. Hoc ipsum est, quod dicitur
[*Num.11.1.*] *Et audivit Dominus & exar-*
sit ira ejus, & accendit se in eis ignis Domini.

606. וישמע יי׳ ויחר אפו ותבער בם
אש יי׳.

§. 607. Et si opus est, vox illa ingreditur
in foramen oris, & loquitur; & quædam
decernit.

607. ואי אצטריך עייל ההוא
קלא לנוקבא דפומא ומליל
וגזיר מלין. Cremonens. col. 571.

§. 608. Ex illa voce (*eveniunt*) omnia:
ex illa voce (*aliquid*) intrat in totum cor-
pus, & ab eo commoventur omnia. Unde
hoc dependet? Ab illa aure.

608. מההוא קלא כלא מההוא קלא
עייל בכל גופא ואתרגיש מניה כולה
במה תליא בהאי אודנא.

§. 609. Beatus est ille, qui observat verba sua. Propterea scriptum est [*Psal.34. v. 14.*] *Custodi linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.*

609. זכאה מאן דנטיר מלוי על דא כתיב נצור לשונך מרע ושפתיך מדבר מרמה·

§. 610. Huic auri tribuitur Auditio: & sub auditione continentur illa cerebra.

610. האי אודנא קרי ביה שמיעה ובשמיעה אתכלילן אינון מוחי·

§. 611. Sapientia continetur in ea, sicut scriptum est: [*1. Reg. 3. v. 9.*] *Dabisq; servo tuo cor audiens.*

611. חכמה אתכליל ביה דכתיב ונתת לעבדך לב שומע·

§. 612. Intelligentia; sicut dicitur: [*1. Sam. 3. v. 9.*] *Loquere, quia audit servus tuus.* [*Item 2. Reg. 18. v. 26.*] *Quia audimus nos.* Et abhinc dependent omnia.

612. בינה כמה דאת אמר דבר כי שומע עבדך כי שומעים אנחנו ובהני תליין כלא·

§. 613. Cognitio: sicut dictum est: [*Prov. 4. v. 10.*] *Audi, fili mi, & suscipe dicta mea:* [*& c. 2. v. 1.*] *mandata mea abscondes tecum.* Adeoque omnia dependent ab auribus.

613. דעת כדא שמע בני וקח אמרי ומצותי תצפון אתך הא כלא תליא באודנין·

§. 614. Ab his auribus dependent preces & petitiones, & apertio oculorum.

614. בהאי אודנין תליין צלותין ובעותין ופקיחא דעיינין ההוד·

§. 615. Hoc ipsum est, quod scriptum extat [*2. Reg. 19. v. 16.*] Inclina Domine, aurem tuam & audi: aperi oculos tuos, & vide. Sic omnia abhinc dependent.

615. הטה יי אזנך ושמע פקח עיניך וראה הא כלא ביה תליא·

§. 616. Ab hac aure dependent arcana summa, quæ foràs non prodeunt: & propterea illa est curva in interioribus; & arcana arcanorum in ea occultantur. Væ illi qui revelat arcana!

616. בהאי אודנא תליין רזין עלאין דלא נפקין לבר בגין כד היא עקימא לגו והא דרזין סתימין ביה ווי להוא מגלה רזין·

§. 617. Et quia ad hanc aurem allidunt arcana, & curvatura in terra eadem suscipit: hinc non revelat arcana illis, qui in curvis incedunt viis, sed illis, qui curvi non sunt.

617. ובגין דהאי אודנא בטש רזין ועקימותא דלגו נטיל לון לא גלי רזין לאינון עקימין בארחייהו אלא לאינון דלא עקימין·

§. 618 Hinc scriptum est: [*Ps. 25. v. 14.*] *Secretum Domini timentibus eum, & fœdus ejus ad notificandum ea*, tali, qui custodit semitam suam, & sic suscipit verba.

618. ההוד סוד יי ליראיו ובריתו להודיעם דנטיר ארחוי ונטיל מלין·

§. 619

§. 619. Sed illi qui perversi sunt in viis suis, verba quidem suscipiunt, eademque festinanter in se introducunt: at in illis nullus est locus ubi detineantur.

619. ואינון דעקימון בארחייהו נטיל מלין ועיילון לון בבהילו ולית בהו אתר לאתעכבא.

§. 620. Cunctaque foramina alia aperiuntur in eo, donec verba illa prodeant è foramine Oris.

620. וכל נוקבין אחרנין מתפתחין ביה עד דנפקין מלין בנוקבא דפומא.

§. 621. Et isti vocantur Peccatores generationis, exosi Deo Sanctissimo, qui benedictus sit!

621. ואלין אקרי חייביא דרא שנואי דקב״ה.

§. 622. In Mischnâ seu Traditione nostra docuimus, talem similem esse homicidæ; & idololatræ.

622. במתניתא דילן תנן כאלו קטיל גוברין וכאלו פלח לע״ז.

§. 623. Et hæc omnia continentur in dicto unico, cum scriptum est [*Lev.* 19, 16.] *Non ibis detractor in populo tuo; & non stabis super sanguine socii tui: Ego Dominus.*

623. וכלא בחד קרא דכתיב לא תלך רכיל בעמך ולא תעמוד על דם רעך אני יי׳.

§. 624. Qui ergò transgreditur primam partem istius versiculi, idem facit ac si transgrederetur totum.

624. מאן דעבר על האי רישא דקרא כאילו עבר על כלא.

§. 625. Beatam portionem justorum; de quibus scriptum est: [*Prov.* 11. *v.* 13.] *Et stabilis spiritu contegit verbum.*

625. זכאה חולקיהון דצדיקייא דעלייהו כתיב ונאמן רוח מכסה דבר.

§. 626. Spiritus (*hic*) propriè (*sumatur:*) nam Spiritus illorum è loco superno sancto extractus est. Et propterea vocantur stabiles spiritu.

626. רוח ודאי דהא רוחא דילהון מאתר עלאה קדישא אשתליף ובגין כך נאמן רוח אקרון.

§. 627. Hoc autem (*certum*) diximus esse signum. Quicunque revelat arcana destinato animi proposito, ille non est de corpore Regis sanctissimi:

627. וסימן דא אוקימנא כל ההוא דמגלה רזין בידוע דנשמתיה לאו איהו מגופא דמלכא קדישא.

§. 628. Et propterea nihil ipsi est arcanum: nec est de loco Arcani.

628. ובגין כך לית ליה רזא ולא מאתר דרזא הוא.

§. 629. Et quando egredietur anima ejus, eadem non adhærebit corpori Regis: quia non est locus ejus. Væ homini illi! væ ipsi! væ animæ ejus!

629. וכד יפוק נשמתיה לא אתדבקא בגופא דמלכא דהא לא אתריה הוא ווי להההוא בר נש ווי ליה ווי לנשמתיה.

§. 630. Sed beata est portio justorum, qui secreta contegunt: & multò magis ar-

630. זכאה חולקהון דצדיקייא מכסין רזין

cana ſuperna Dei ſanctiſſimi, qui benedictus ſit! arcana ſumma Regis ſanctiſſimi.

כָל שְׁכֵן רָזִין עִלָּאִין דְקוּדְשָׁא בְּרִיךְ הוּא רָזִין עִלָּאִין דְמַלְכָּא קַדִּישָׁא׃

§. 631. De illis ſcriptum eſt: [*Iеſ.60. v.21.*] *Et populus tuus omnes juſti: in ſeculum hæreditate accipient terram.*

631. עֲלַיְיהוּ כְּתִיב וְעַמֵּךְ כֻּלָּם צַדִּיקִים לְעוֹלָם יִירְשׁוּ אָרֶץ׃ Mantuan, fol 295.

SECTIO XVII.
De facie Microproſopi.

§. 632. Facies ejus eſt quaſi duo pulvini aromatis: & tota eſt teſtimonium illius, quod dixi.

632. אַנְפּוֹי כִּתְרֵין תַּקְרוּבִין דְבוּסְמָא כֻּלְהוּ סַהֲדוּתָא עַל מַה דַּאֲמִינָא׃

§. 633. Nam teſtimonium ab illo dependet; & in omnibus (*ejus partibus*) pendet teſtimonium.

633. דְהָא סַהֲדוּתָא בְּהוּא תַּלְיָיא וּבְכֹלָּא תַלְיָיא סַהֲדוּתָא׃

§. 634. Sed hi agelli aromatis albi ſunt & rubri; teſtimonium de Patre & Matre: teſtimonium de hæreditate, quam ſortitus eſt & obtinuit.

634. אֲבָל הַנֵי תַקְרוּבָא דְבוּסְמָא חִוְּורָא וְסוּמְקָא סַהֲדוּתָא לְאַבָּא וְאִימָּא סַהֲדוּתָא לְאַחְסַנָא דְיָרִית וְאָחִיד לוֹן׃

§. 635. Et in Traditione noſtra quidem conſtituimus, quot milliaribus albedo diſtet à rubedine.

635. וְהָא בְּמַתְנִיתָא דִילַן אוּקִימְנָא כַּמָּה פַּרְסֵה בֵּין חִוְּורָא לְסוּמְקָא׃

§. 636. Sed tamen ſimul in ipſo coeunt in unum, ſub genere albedinis; quando enim illuminatur à lumine albedinis Senioris, tunc albedo illa contegit rubedinem: & omnia in luce reperiuntur.

636. וְאִתְכְּלִיל בֵּיהּ כַּחֲדָא בְּסִטְרָא דְחִוְּורָא כַּד אִתְנְהִיר מִן נְהִירוּ דְחִוְּורָא דְעַתִּיקָא חַפְיָיה הַהוּא חִוְּורָא עַל סוּמְקָא׃ וְכֹלָּא בִנְהִירוּ אִשְׁתְּכַח׃

§. 637 Sed quando judicia aſcendunt [al. imminent] in mundo, & peccatores multi ſunt, lepra invenitur in omnibus [al. in mundo.] & rubedo extenditur per faciem, & ſuperintegit totam albedinem.

637. וְכַד סַלְקִין (סָא תַלְיִין) דִינִין בְּעָלְמָא וְחַיָּיבִין סַגִּיאִין אִשְׁתְּכַחַת סְגִירוּתָא בְּכֹלָּא (סָא בְּעָלְמָא) וְסוּמְקָא אִתְפְּשַׁט בְּאַנְפִּין וְחַפְיָיא כָּל חִוְּורָא׃

§. 638. Et tunc omnia inveniuntur in judicio. Et tunc veſtes zeli (*induit*) quæ vocantur *veſtes ultionis* [*Ieſ.59.v.17.*] Et omnia ab hoc dependent.

638. וּכְדֵין כֹּלָּא אִשְׁתְּכַח בְּדִינָא׃ וּכְדֵין בִּגְדֵי קִנְאָה כְּתִיב בִּגְדֵי נָקָם וְכֹלָּא בְּהַאי תַלְיָיא׃

§. 639. Et quia teſtimonium eſt in omnibus, hinc quàm plurimi Domini

639. וּבְגִין דְסַהֲדוּתָא הוּא בְכֹלָּא

ſcuto-

scutorum integuntur istis coloribus, & attendunt hos colores.

כַּמָה וְכַמָּה מָארֵי תְּרֵיסִין מִתְחַפְּאָן לְהָנֵי גְּוָונֵי מְצַפְּאָן לְהָנֵי גְוָונֵי׃

§. 640. Cum colores splendidi sunt, omnes & singuli mundi in gaudio sunt.

640. כַּד נְהִירִין גְּוָונֵי כָּל עָלְמִין כֻּלְּהוּ בְּחֶדְוָה׃

§. 641. Illo tempore cum fulget albedo, omnia in hoc colore apparent. Et cum apparet in rubedine; omnia similiter apparent in isto colore.

641. בְּזִמְנָא דְנָהִיר חִוָּורָא כֹּלָּא אִתְחֲזוּ בְּהַהוּא גְוָונָא וְכַד אִתְחֲזוּ בְּסוּמְקָא כֹּלָּא הָכִי אִתְחֲזוּ בְּהַהוּא גְוָונָא׃

SECTIO XVIII.
De Barba Microprosopi.

§. 642. In illis agellis [Al. formis] aromatis incipit apparere barba: à summitate aurium: & descendit & ascendit in agro aromatis.

642. בְּאִלֵּין תַּקְרוּבִין (סָא תִּקוּנִין) דְבוּסְמָא שָׁארֵי דִיקְנָא לְאִתְחֲזָאָה מֵרֵישָׁא דְאוּדְנִין וְנָחִית וְסָלִיק בְּתַקְרוּבָא דְבוּסְמָא׃

§. 643. Pili nigri barbæ in forma pulchra (*sunt*) quales in juvene robusto.

643. שַׂעֲרִין אוּכְמִין דְדִיקְנָא בְּתִקּוּנָא שַׁפִּיר כְּגִיבּוֹר תַּקִּיף׃

§. 644. Oleum dignitatis Barbæ supernæ Senioris in hanc barbam Microprosopi (*defluit.*)

644. מִשְׁחָא דִרְבוּתָא דְדִיקְנָא עִלָּאָה דְעַתִּיקָא בְּהַאי דִיקְנָא דִזְעֵיר אַנְפִּין׃

§. 645. Pulchritudo hujus barbæ in novem partibus consistit. Sed quando oleum dignitatis sanctissimum Senioris sanctissimi in hanc barbam radios demittit, partes ejus inveniuntur viginti duæ.

645. שַׁפִּירוּ דְהַאי דִיקְנָא בְּט׳ תִּקּוּנִין אִשְׁתְּכַח · וְכַד מִשְׁחָא דִרְבוּתָא קוּדְשָׁא דְעַתִּיקָא קַדִּישָׁא נָהִיר בְּהַאי דִיקְנָא אִשְׁתַּכְחוּ כ״ב תִּקּוּנִין׃

§. 646. Et tunc in benedictione sunt omnia: & Jisraël senex benedictionem accipit abinde. Et symbolum hujus extat in verbis illis [*Gen.* 48. *v.* 20.] בך *viginti duabus* (*partibus*) *benedicet Jisraël.*

646. וּכְדֵין מִתְבָּרְכִין כֻּלְּהוּ וְיִשְׂרָאֵל סָבָא מִתְבָּרְכָא בְּהַאי וְסִימָן בְּךָ יְבָרֵךְ יִשְׂרָאֵל׃

§. 647. Formas barbæ constituimus in Synodo Areæ. (*Et tamen*) etiam hic intrare cupio citra pudefactionem.

647. תִּקּוּנִין דְדִיקְנָא אוֹקִימְנָא בְּאִדְרָא וְהָכָא בְּעֵינָא לְמֵיעַל בְּלָא כִסּוּפָא׃

§. 648. Omnes autem partes barbæ (*ita*) disposuimus, ut omnes è partibus

648. הָא כָּל תִּקּוּנִין דְדִיקְנָא אוֹקִימְנָא דְכֻלְּהוּ מִתִּקּוּנִין Cremonens. col. 572.

barbæ

barbæ Senioris Sanctissimi dispositæ sint in Synodo Sancta.

דדיקנא עתיקא קדישא אוקימנא באדרא קדישא.

§. 649. *(Aliter;)* Sex sunt; novem vocantur. Nam forma prima prodit per illam scintillam lucernæ fulgidissimæ, & allidit sub pilis capitis, *(nimirum)* sub illis cincinnis qui auribus insternuntur;

649. שתא אינון ט׳ אקרון דתקונא קדמאה נפק בהוא ניצוצא בוצינא דקרדינותא ובטש בתחות שערא דרישא מתחות קוצין דעל אידנין.

§. 650. Et descendit ante aperturam aurium usque ad principium oris.

650. ונחית מקמיה פתחא דאודנין עד רישא דפומא.

§. 651. Hæc autem forma in Seniore Sanctissimo non invenitur. Sed cum ab influentia Senioris Sanctissimi promanat, & ab eo dependet illa scaturigo Sapientiæ; cumque Mater sese exserit & includitur in aëre subtili; illam albedinem assumit Mater,

651. הא תקונא דא בעתיקא קדישא לא אשתכח אלא כד נגיד ממזלא דעתיקא קדישא ותלייא מניה ההוא מבועא דחכמתא כד אימא אתמשכא ואתכלילת באוירא דכיא ההוא חוורא נקיט אימא.

§. 652. Et scintilla intrat & exit, & sibi invicem innectuntur, & inde fit forma una.

652. וניצוצית עאלת ונפקת ואתאחד דא בדא ואתעבידת חד תקונא.

§. 653. Et cum opus est, una eminet super alteram, & altera contegitur coram socia.

653. וכד אצטריך סלקא דא על דא ואתכסי׳ חד מקמי חברא.

§. 654. Et propterea omnibus opus est; unâ ad faciendam ultionem, & alterâ ad miserendum.

654. ובגנ כלא אצטריך חד למעביד ניקמין וחד לרחמא.

§. 655. Et propterea hanc Barbam expetiit David Rex, sicut posuimus,

655. ועל האי תאיב להאי דיקנא דוד מלכא כמה דאוקימנא.

§. 656. In hac barba novem formæ inveniuntur: *(inter quas sunt)* sex myriades, quæ inter illas dependent, & extenduntur in totum corpus.

656. בהאי דיקנא ט׳ תקונין אשתכחו שתא רבון דתליין בהו ומתפשטין בכל גופא.

§. 657. Et illæ sex quæ dependent, pendent in pilis qui sub agro aromatum, tres in hoc latere, & tres in illo.

657. ואלין שתא דתליין תליין בשערי דתחות תקרובא דבוסמין ג׳ מהאי סטרא ותלת מהאי סטרא.

§. 658. Et in eruptione [al. in ornatu]

658. ובקיעותא (ס״א ובקירותא)

barbæ

arbæ pendent tres reliquæ: una supra la-
ia; & duæ in illis pilis, qui dependent us-
que ad præcordia.

§. 659. Et omnes illæ sex, tres hinc & tres inde, prodeunt & omnes dependent b illis pilis, qui deorsum pendent; & ex-enduntur in totum corpus.

§. 660. Sed propter istas tres, quæ nagis sunt de ornatu barbæ, quam omnes, criptum est Nomen sanctum;

§. 661. Quando scriptum est [*Psal.* 118. *v.* 5.] *De angustia invocavi Iah: exaudivit me in latitudine Iah: Dominus mihi non timebo.*

§. 662. Quod autem posuimus in Synodo Areæ: verba illa; de angustia invocavi Jah, (referenda esse) ad locum illum ubi barba incipit extendi, qui locus est remotior, & ante aures: etiam recte habet.

§. 663. Et in Libro Dissertationis Scholæ Raf. Jebha senis, sic dicit & constituit; quod initium barbæ sit à Benignitate superna.

§. 664. De qua scribitur: [1. *Par.* 29. *v.* 11.] *Tibi, Domine, Majestas, & severitas, & pulchritudo &c.* Et omnia (*ita*) sunt, & ta incipit.

§. 665. Novem ergò sese exserunt, & dependent à Barba: & ante aures ita incipit. Sed in statu non persistunt nisi per locum alium, prout constituimus.

§. 666. Nam quando mundus opus habet misericordia, influentia Senioris detegitur; & omnes illæ formæ, quæ in barba ornatissima Microprosopi omnes reperiuntur esse miserationes; quatenus vindictam exercent contra osores Jisraëlitarum, & contra illos, qui istos affligunt.

דדיקנא תליין תלת אחרנין חד לעילא בשפוון ותרין באינון שערין דתליין עד טבורא׃

659. וכל הני שתא ג׳ מכאן וג׳ מכאן אתמשכן ותליין כלהון באינון שערי דתליין ומתפשטן בכל גופא׃

660. ובגין דהני תלתא דאינון ביקירו דדיקנא יתיר מכלהו כתיב בהו שמא קדישא׃

661. דכתיב מן המצר קראתי יה יי׳ לי לא אירא׃

662. והא דאוקימנא באדרא מן המצר קראתי יה מאתר דשרי דיקנא לאתפשטא דהוא אתר רחיק מקמי אודנין שפיר הוא׃

663. ובספרא דאגדתא דבי רב ייבא סבא הכי אמר ואוקים דשירותא דדיקנא מחסד עלאה׃

664. דכתיב לך יי׳ הגדולה והגבורה והתפארת וגו׳ וכלא הוו והכי שארי׃

665. ותשעה אתמשכן ותליין בדיקנא ומקמי אודנין הכי שארי · וקיומא לא מתקיימין אלא באתר אחרא כמה דאוקימנא׃

666. וכד אצטריך עלמא לרחמי אתגלייא מזלא עתיקא וכל הני תקונין דבדיקנא יקירא דזעיר אנפין כלהו רחמי אשתכחו בגין דעבדין נוקמין לשנאיהון דישראל לאינון דעקין להו׃

§. 667. Omnis autem ornatus barbæ consistit in illis pilis, qui dependent, quia omnia abhinc dependent.

667. כל יקירו דדיקנא באינון שערי
תליין אינהו משום דכלא בהאי תליין.

§. 668. Omnes isti pili, qui in barba Microprosopi, duri sunt & rigidi, quia omnes subigunt judicia; cum Influentia sanctissima manifestatur.

668. כל הני שערי דדיקנא דזעיר
אנפין כלהו קשישן תקיפין משום
דכלהו אתכפיין לדינין בשעתא דמזלא
קדישא אתגלי.

§. 669. Et cum pugnandum est in pugna, tunc apparet tanquam heros fortis, victoriosus in bello. Atque tunc depilatur qui depilatur; & calvescit, qui calvescit.

669. וכד בעי לאגחא קרבא אתחזי
כגבר תקיף מארי נצחן קרביא וכדין
מריט מאן דמריט ואגליש מאן דאגליש.

§. 670. Istas novem formas commemorabat Moses secunda vice [*Num.* 14 *v.* 17.] cum opus esset eas omnes convertere in misericordiam.

670. הני תשעה תקונין אמרן משה
זמנא תניינא בשעתא דאצטריך לאהדרו
לון כלהו רחמי.

§. 671. Quamvis enim tredecim formas nunc non recitaret; tamen à meditatione dependebat negotium. Non enim intromittebat se in illas formas ut eas commemoraret.

671. ראע"ג דתליסר תקונין לא אמר
השתא בכוונא תלייא מלתא דהא לא
יעיל בהני תקונין לאדכרא.

§. 672. Sed in Influentiam meditationem dirigebat, & istius faciebat mentionem. Sicut scriptum est [*Num.* 14. *v.* 17.] *Et nunc magnificetur obsecro Potentia Tetragrammati!*

672. אלא במזלא אתכוון ואדכר ליה
דהוי ועתה יגדל נא כח יי.

§. 673. Quid intelligitur per potentiam Domini? Sic vocatur Influentia Sancta, occultata omnibus occultationibus. Et vis ista, & lumen istud ab Influentia dependet.

673. מאן כח יי דההוא אקרי מזלא
קדישא סתימא דכל סתימין דחילא דא
ונהורו דא ממזלא תליא.

§. 674. Et quia Moses hoc dicebat, & hoc commemorabat, & de eâ meditabatur, tunc simul recitabat novem istas formas, quæ pertinent ad Microprosopum.

674. וכיון דאמר משה דא ואדכר דא
ואתכוון בה אמר הני תשעה תקונין
דתליין בזעיר אנפין.

§. 675. Ut in luce essent omnia, & non reperiretur judicium. Et propterea totum ab Influentia dependet, hoc judicium [Al. tota hæc barba.]

675. בגין דנהירו כלהו ולא ישתכח
דינא ועד כלא במזלא תלי האי דינא
(כא דיקנא)

§. 676

§. 676. Cum pili incipiunt impediri, ipse est,) tanquam heros fortis; tanquam heros exercitatus victoriosus in bello.

676. כַּד שַׂרְיָין שַׂעְרֵי לְאִתְעַכְּבָא כְּגִיבּוֹר תַּקִּיף כְּגִיבּוֹר רָגִיל מָארֵי נָצַח קְרָבִין׃

§. 677. In hanc barbam promanat Oleum dignitatis à Seniore occultato: sicut dicitur: [*Psal*. 133. *v*. 2.] *Sicut oleum bonum super caput, descendens super barbam, barbam Aharon.*

677. בְּהַאי דִיקְנָא נָגִיד מְשַׁח דִרְבוּת מֵעַתִּיקָא סְתִימָאָה כְּדָא כַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב עַל הָרֹאשׁ יוֹרֵד עַל הַזָּקָן זְקַן אַהֲרֹן׃

SECTIO XIX.

De Labiis Microprosopi & ore ejus.

§. 678. Pili isti non contegunt labia: & labia tota rubicunda sunt ut rosa. Sicut scriptum est: [*Cant*. 5. *v*. 13.] *Labia ejus rosa.*

678. אִלֵּין שַׂעְרֵי לָא חַפְיָין עַל שִׂפְוָון וְשִׂפְוָון כֻּלְּהוּ סוּמְקִין כְּוַורְדָּא דִכְתִיב שִׂפְתוֹתָיו שׁוֹשַׁנִּים׃

§. 679. Labia mussitant severitatem, (&) mussitant Sapientiam.

679. שִׂפְוָון מְרַחְשָׁן גְּבוּרְתָּא מְרַחְשָׁן חָכְמְתָא׃

§. 680. Ab illis labiis dependent bonum & malum; Vita & mors.

680. בְּאִינוּן שִׂפְוָון תַּלְיָין טַב וּבִישׁ חַיֵּי וּמוֹתָא׃

§. 681. Ab illis Labiis dependent Domini exsuscitationis, s. vigiliæ. Nam cum ista labia mussitant, omnes excitantur ad proferendum Secreta; nec non Domini judicii in omnibus tribunalibus, in quibus mansiones habent.

681. מֵאִלֵּין שִׂפְוָון תַּלְיָין מָארֵיהוֹן דְאִתְעֲרוּתָא דְכַד מְרַחְשִׁין אִלֵּין שִׂפְוָון מִתְעָרִין כֻּלָּא לְמִגְזַר וּמָארֵי דִינָא בְּכָל בָּתֵּי דִינִין דִמְדוֹרֵיהוֹן בְּהוֹן׃

§. 682. Et propterea vocantur vigiles: sicut scriptum est: [*Dan*. 4. *v*. 14.] *In decreto vigilum verbum; & in sermone sanctorum petitio.*

682. וּבְגִּנַּב אִקְרוֹן עִירִין דִכְתִיב בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָּמָא וּבְמֵימַר וְגוֹ׳.

§. 683. Quid est Vigil? In Libro Dissertationis id explicatur è loco illo [1. *Sam*. 28. *v*. 16.] *& factus inimicus tuus.*

683. מַאי עִיר בְּסִפְרָא דְאַגַּדְתָּא כְּדָא וַיְהִי עָרֶיךָ׃

§. 684. Quia judicia excitantur contra illos, qui misericordiam non assequuntur è supernis.

684. דְמִתְעָרִין דִינִין לְאִינוּן דְלָא אִתְרְחִימוּ לְעֵילָּא.

§. 685. Hinc excitantur illi, qui sunt Domini inimicitiæ omnium.

685. בְּגִּנַּב מִתְעָרִין אִלֵּין דְאִינוּן מָארֵי דְדָבוּ דְכֻלְּהוּ׃ Cremonens. col. 573.

§. 686. Et nihilominus in utrumque modum (*feruntur*) misericordiæ & judicii. Et propterea vocantur, *Vigil & sanctus:* Judicium & misericordia.

686. ועכד בתרי גווני דרחמי ודינא עד אקרון עיר וקדיש דינא ורחמי.

§. 687. Et in illis labiis apparet os, quando aperitur.

687. ובאלין שפוון אתחזי פומא כד אתפתח.

§. 688. A spiritu illo, qui prodit ab ore ejus, induuntur multa millia & myriades: & cum extenditur, eodem induuntur Prophetæ veri, & omnes Os Domini vocantur.

688. רוחא דנפיק מן פומיה ביה מתלבשין כמה אלף ורבבן וכד אתפשט מתלבשין ביה נביאן מהימניה וכלהו פה יי אקרון.

§. 689. Cum verba prodeunt ab ore eadem in labiis mussitantur in omnes octodecim mille mundos: donec connectantur omnes simul in duodecim semitis & tramitibus notis. Et unum semper expectat alterum.

689. כד מלין נפקין מן פומא מתרחשין בשפוון לכלהו תמני סרי אלפין עלמין עד דמתקטרין כלהו כחדא בתריסר אורחין ושבילן דאשתמודען וכלא מחכאן דא בדא.

§. 690. Linguâ loquitur magnalia in nexu medii ad ambitum.

690. בלישן ממלל רברבן בקטיר דשידרא בעטורא.

§. 691. Et propterea scriptum est: [*Cant. 5. v. 16.*] *Palatum ejus dulcedines.* Dulcedines propriè loquendo.

691. ועל כך חכו ממתקים ממתקים ודאי מאי חכו כדא וחיך יטעום לאכול.

§. 692. *Et totus ipse desideria.* [Ubi in voce מחמדים involvuntur] Ignis & aqua: quia Ignis & aqua transferuntur, [al. conformantur, vel mitigantur] & pulchra sunt in latere ejus.

692. וכלו מחמדים אש ומים אשא ומיא מעתיקין (סא מתתקנין) ויאן בסטרוי.

§. 693. Nam colores invicem consociantur.

693. דהא גווני מתחברן כחדא.

§. 694. In Palato ejus literæ figuratæ & exsculptæ (*i. e. Gutturales*) in circuitu ejus condensantur [*in Palatinas.*)

694. חכו באתוון רשימין דמתגלפין בעטרוי גלידין.

§. 695. Litera א, quæ ejicit Reges & constituit Reges. [*i. e. quæ ad Coronam refertur, fit* י.]

695. א דטריד מלכין ומקים מלכין.

§. 696. Litera ח, quæ expellit, & descendit & ascendit, & coronatur in caput; [*hac est descriptio Sapientiæ*] & Ignis condensatur in aërem. [*i. e. incrassescit in Iod.*]

696. ח דטריד ונחית וסליק ועטיר ברישא ואשא גליד ברוחא.

§. 697.

§. 697. Litera He flavedo [al. assuctio] Matris, allisa in fœminã, extensa est in fœminam majorem per desiderium Civitatis Sanctæ, quæ semper [Al. hæc enim loca] sibi invicem annectuntur [*sit Caph, quod refertur ad Basilian.*] sicut dicitur [*Cant. 4. v. 6.*] *ad montem myrrhæ, collem thuris.*

§. 698. Litera Ajin (*quæ denotat septem destructas inferiores*) medium sive splendor moduli (*id est, lux interna Vasorum confractorum*) exsculpta est in labia ejus excurrendo [*condensata est in* ק, *quod è medio palati excurrit usque in labia.*] Rami enim connectuntur in latus ejus; [*septem inferiores referuntur ad Microprosopum*] in spiritus [*tales erant in mundo primo*] exsculptos. [*tales facta sunt in mundo restituto.*]

§. 699. Nam in Mysteriis literarum Salomonis Regis circundantur istæ literæ quatuor, per quatuor literas גיכק.

§. 700. [*Scriptum autem est Job. 6. v. 6.*] *Nunquid comedetur insipidum absque sale? an est sapor &c.*

§ 701. Et scriptum est: [*Jesch. 32. v. 17.*] *Et erit opus justitiæ pax.* [*Et Psal. 19. v. 11.*] *Desiderabilia præ auro, præ obryzo multo, & dulcia &c.*

§. 702. Dulcia profectò. Sed David Rex (*ibid. v. 12.*) inquit: *Etiam servus tuus monetur in eis.*

§. 703. Contestor de me, quod omnibus diebus cautus fuerim circa illas, ne circa illas errarem.

§. 704. Excepta die quadam cùm necterem coronas Regis in spelunca Maranæa, vidi splendorem Ignis, flammantis facie violenta: ut contremiscerem.

§. 705. Ex illa die cautè egi in cogitatione mea circa illas, nec omisi eas, omnibus diebus meis.

697. הֵ ירוקא (סא ינִיקא) דאימא סטיר לְניקבא אתפשט לְנוקבא רבא בתיאובתא דקרתא קדישא דמתקטרי תדירא (סא אתרין) דא ברא כדא הר המור גבעת הלבונה.

698. עַ טיהרא דטופסא גליפא בשפוותיה דהיטין · דענפין מתאחדין לסטרוי לרוחין גליפין.

699. והא ברזי דאתוון דשלמה מלכא אתעטרו אלין אתוון ד׳ בד׳ · גיכק.

700. היאכל תפל מבלי מלח וגו׳.

701. וכתיב והיה מעשה הצדקה שלום הנחמדים מזהב ומפז רב ומתוקים וגו׳.

702. מתוקם ודאי דוד מלכא אמר גם עבדך נזהר בהם וגו׳.

703. אסהדנא עלי דכל יומא אזדהרנא בהו דלא לאטעאה בהו.

704. בר יומא חד דעטירנא עטרי מלכא במערתא דמארנא וחמינא בוצינא דאשא מתלהטא אפיתיא דטרונא ואזדעזענא.

705. מההוא יומא אזדהרנא ברעתאי

בהו ולא שביקנא לון כל יומאי.

§. 706. Beatam portionem ejus, qui cautus est in Seniore (al. circa dulcedinem) Regis, ut illas degustet prout decet.

706. זכאה חולקיה מאן דאזהר בעתיקא (ס"א במתוקא) דמלכא דטעים בהו כדחזי.

§. 707. Propterea scriptum est: [*Psal.* 34. *v.* 9.] *Gustate & videte, quoniam bonus Dominus &c.*

707. על דא כתיב טעמו וראו כי טוב יי וגו'.

§. 708. Et scriptum est: [*Prov.* 9. *v.* 5.] *Ite comedite de pane meo &c.*

708. וכתיב לכו לחמו בלחמי וגו'.

SECTIO XX.

De Corpore Microprosopi.

§. 709. Extenditur Masculus per Cognitionem. Et implentur exedræ & conclavia.

709. אתפשט דכורא בדעת ואתמליין אכסדרון ואדרין.

§. 710. A principio cranii incipit, & extenditur per totum corpus, quoad pectus & brachia & in omnia.

710. מרישא דגלגלתא שרי ואתפשט בכל גופא מחדוי ומדרועוי ובכלא.

SECTIO XXI.

De Uxore Microprosopi.

§. 711. A tergo ejus adhæret radius splendoris vehementissimi, & flammat, & producit cranium quoddam, occultatum ab omni latere suo.

711. מאחורוי אתדבק ניצוצא בוצינא דקרדינותא ולהטא ואפיק גולגלתא חדא סתימא מכל סטרוי.

§. 712. Et lumen [al. & descendit] duorum cerebrorum, in eo sic effiguratur.

712. ונהירו (ס"א ונחית) דתרי מוחי גליפן בה הכי. Mantu. n. fol 296.

§. 713. Et ipsa adhæret lateri masculi; quapropter etiam vocatur [*Cant.* 5. *v.* 2.] Columba mea, perfecta mea. Ne legas תמתי perfecta mea: sed תאומתי gemella mea propriè loquendo.

713. ואתדבקת בסטרוי דדכורא בגין כך אתקרי יונתי תמתי אל תקרי תמתי אלה תאומתי ודאי.

§. 714. Crines fœminæ continent colores versicolores; sicut scriptum est [*Cant.* 7. *v.* 5.] *Coma capitis tui sicut purpura.*

714. שערוי דנוקבא כלילן בגוני גוונא (ס"א גווני גווני) כדכתיב ודלת ראשך כארגמן.

§. 715. Connectitur autem Rigor (*hic*) è quinque rigoribus; & fœmina extenditur

715. אתקטר גבורא בחמש גבוראן

in latere suo; & applicatur ad latus masculi.

§. 716. Donec separetur à latere ejus, & accedat ut copuletur cum eo de facie ad faciem.

§. 717. Et cùm copulantur, apparent unum omninò esse corpus.

§. 718. Hinc discimus: Masculum solum videri corpus tantummodo dimidium: ita ut omnes miserationes dimidiæ sint. Et sic etiam fœmina.

§. 719. Cum autem copulantur insimul, illud totum apparet esse unum revera corpus. Et ita est.

§. 720. Sic etiam hîc: cum masculus copulatur cum fœmina, ambo costituunt unũ corpus; & mundi omnes in gaudio sunt: quoniam omnes à corpore perfecto benedictionem accipiunt. Et hoc arcanum est.

§. 721. Et propterea [*dicitur Gen. 2. v. 3.*] *benedixit Dominus diei septimo & sanctificavit eum:* Quia tunc omnia inveniuntur in uno corpore perfecto: quoniam Matrona applicatur Regi, & reperitur (*cum eo*) corpus unum.

§. 722. Et propterea benedictiones inveniuntur in die hac.

§. 723. Atque hinc is, qui non est mas & fœmina, vocatur Corpus dimidium; nulla autem bendictio quiescit in re mutila & defectiva; sed in loco perfecto & in re perfecta; & non in medietate rei.

§. 724. Et res dimidia non subsistit in æternum, nec benedictionem accipit in æternum.

§. 725. Pulchritudo fœminæ tota est à pulchritudine masculi. Jamque constituimus ista, & nota sunt inter socios.

§. 726. Cum hac fœmina connectuntur

ואתפשטת נוקבא בסטרהא ואתדבקת בסטרוי דדכורא·

716. עד דאתפרשא מסטרוי ואתיאת לאתחברא עמה אפין באפין·

717. וכד מתחברין מתחזיין חד גופא ממש·

718. מהכא אוליפנא דכר בלחודוי אתחזי פלג גופא וכלהו רחמי נ סא דאמוי דאתפליג וכן נוקבא·

719. וכד מתחברן כחדא אתחזי דא כלא בחד גופא ממש· והכי הוא·

720. אוף הכא כד דכר אתחבר בנוקבא כלא הוא חד גופא ועלמין כלהו בחידו דהא כלהו מגופא שלים מתברכן והיינו רזא·

721. על כן ברך יי׳ את יום השבת ויקדשהו דהא אשתכח כלא בחד גופא שלים דהא מטרוניתא אתדבקת במלכא ואשתכח גופא חד·

722. ועל כן ברכאן משתכחין בהאי יומא·

723. ומהכא מאן דלא אשתכח דכר ונוקבא אקרי פלג גופא ולית ברכתא שריא במלה פגימה וחסירה אלה באתר שלים במלה שלים ולא בפלגות מלה·

724. ופלגות מלה לא אתקיים לעלמין ולא אתברכן לעלמין·

725. שפיו דנוקבא כלא מנוי דדכורא הוא והא אוקימנא מלי ואשתמודען בינו חברייא·

726. מהאי נוקבא מתאחדן כל אינון

omnes

omnes illæ, quæ infra sunt: ab illa suctionem habent, & ab illa benedictionem accipiunt. Et ipsa vocatur Mater omnium.

דלתתא · מנה ינקין ובה מתברכין והיא אתקרי אם לכלהו ·

§. 727. Sicut Mater continet corpus, & totum corpus ab illa sugit. [al. continet hortum, & totus hortus ab illa] Ita hæc se habet ad omnes alias inferiores.

727. כמה דאחרא אם לגופא וכל גופא מנה (סא לגנתא דכל גנתא מנה) ינקא כך האי לכלהו אחרנין דלתתא ·

§. 728. Scriptum est: [*Prov. 7. v. 4.*] *Dic Sapientiæ Soror mea tu.* Datur enim Sapientia, & iterum datur Sapientia alia.

728. כתיב אמור לחכמה אחותי את · אית חכמה ואית חכמה ·

§. 729. Et hæc fœmina vocatur Sapientia minor, respectu alterius.

729. והאי נוקבא אתקרי חכמה זעירא לגבי אחרא · Cremonens. col. 574.

§. 730. Et propterea scriptum est [*Cant. 8. v. 8.*] *Soror nobis parvula, & ubera nulla habet. &c.*

730. ועד אתקרי אחות לנו קטנה ושדים אין לה וגו׳ ·

§. 731. Nam in exilio hoc ad nos sese exporrigit Soror nostra parvula. Profectò parvula videtur; sed magna est, & grandis est, dum scilicet ipsa complementum est, quod Rex sibi assumit.

731. דהא דא בגלותא אתמשיך אחות לנו קטנה ודאי קטנה אתחזי דרברבא היא וסגיאה היא דהא היא שלימו דנטיל מלכא ·

§. 732. Sicut scriptum est: [*Cant. 8. v. 10.*] *Ego murus, & ubera mea sicut turres.*

732. כמה דכתיב אני חומה ושדי כמגדלות ·

§. 733. *Et ubera mea &c.* quoniam plena sunt pro suctione omnium. *Sicut turres*; quæ sunt flumina magna, quæ prodeunt à Matre superna.

733. ושדי דהא מליין אינון לינקא לכלא כמגדלות דאינון נהרין רברבין דנפקי מאימא עלאה ·

SECTIO XXII.

De reliquis membris Microprosopi.

§. 734. Masculus extenditur in dextram & sinistram, per hæreditatem quam consequitur.

734. אתפשט דכורא בימינא ובשמאלא בירותא דאחסנא ·

§. 735. Sed quando colores commiscentur, tunc vocatur Pulchritudo: & efformatur totum corpus *in arborem magnam & validam, pulchramq; & decoram*; [*Dan. 4. v. 8.*]

735. וכד גווני אתחברו אקרי תפארת ואתתקן כל גופא אילנא רברבא ותקיף שפיר ויאה ·

§. 736.

§. 736. *Sub illa umbram quærunt bestiæ agri; & sub ramis ejus habitant volucres cœli, & alimentum pro omnibus in illa est.*

§. 737. Brachia ejus sunt dextrum & sinistrum. In dextro est vita & Benignitas: in sinistro mors & Rigor.

§. 738. Viscera ejus efformantur per Cognitionem, & replent omnes exedras & conclavia: sicut diximus,

§. 739. Sic enim scriptum est: [*Et per cognitionem conclavia replebuntur.*]

§. 740. Porro corpus ejus extenditur in duo femora; & intra hæc continentur duo renes, duo testiculi masculini.

§. 741. Omne enim oleum, & dignitas, & vis masculi è toto corpore in istis congregatur: nam omnes exercitus, qui prodeunt ab iis, omnes prodeunt & morantur in orificio membri genitalis.

§. 742. Et propterea vocantur Exercitus: & sunt Superatio & Gloria. Nam pulchritudo est Tetragrammaton: Superatio autem & Gloria sunt exercitus: hinc venit Nomen illud, *Dominus exercituum.*

§. 743. Membrum masculi est extremitas totius corporis, & vocatur fundamentum: & hic est gradus ille qui mitigat fœminam. Omne enim desiderium masculi est versus fœminam.

§. 744. Per hoc fundamentum ille ingreditur in fœminam: in locum qui vocatur Zijon, & Jerusalem. Nam hic est locus tegendus fœminæ: & in uxore vocatur uterus.

§. 745. Et hinc Dominus exercitum vocatur fundamentum. Et scriptum est: [*Ps. 132. v. 13.*] *quoniam Dominus elegit Zijon, desideravit in habitaculum sibi.*

736. תְּחוֹתֵיהּ תַּטְלִיל חֵיוַת בָּרָא וּבְעַנְפוֹהִי יְדוּרוּן עוֹפֵי שְׁמַיָּא וּמָזוֹן לְכֹלָּא בֵּיהּ׃

737. דְּרוֹעוֹי יְמִינָא וּשְׂמָאלָא בִּימִינָא חַיִּים וְחֶסֶד בִּשְׂמָאלָא מִיתָה וּגְבוּרָה.

738. מֵעוֹי אִתְתַּקְּנָן בְּדַעַת וְאִתְמַלְיָין כָּל אַכְסַדְרִין וְאִדְרִין כְּמָה דַּאֲמִינָא.

739. דִּכְתִיב וּבְדַעַת חֲדָרִים יִמָּלְאוּ.

740. תּוּ אִתְפַּשַּׁט גּוּפָא בִּתְרֵין שׁוֹקִין וּמִתְאַחֲדִין בֵּינַיְיהוּ תְּרֵין כּוֹלְיָין תְּרֵין בֵּיעֵי דִּדְכוּרָא.

741. דְּכָל מִשְׁחָא וּרְבוּת וְחֵילָא דִּדְכוּרָא דְּכָל גּוּפָא בְּהוּ אִתְכְּנִישׁ דְּכָל חֵילִין דְּנָפִיק מִנַּיְיהוּ נָפְקִין וְשַׁרְיָין כֹּלָּא בְּפוּם אַמָּה.

742. וּבְגִין כָּךְ אִקְרוּן צְבָאוֹת וְאִינוּן נֵצַח וְהוֹד · וְתִפְאֶרֶת יְדֹוָד · נֵצַח וְהוֹד צְבָאוֹת. וּבְגִין כָּךְ יְדֹוָד צְבָאוֹת.

743. אַמָּה דִּדְכוּרָא סִיּוּמָא דְּכָל גּוּפָא וְאִקְרֵי יְסוֹד וְדָא הוּא דַּרְגָּא דִּמְבַסֵּם לְנוּקְבָא וְכָל תֵּאוּבְתָּא דִּדְכוּרָא לְגַבֵּי נוּקְבָא.

744. בְּהַאי יְסוֹד עָיֵיל לְנוּקְבָא לַאֲתַר דְּאִקְרֵי צִיּוֹן וִירוּשָׁלַיִם דְּהָתָם הוּא אֲתַר כְּסוּתָא דְּנוּקְבָא כְּבֵית רֶחֶם לְאִתְּתָא.

745. וּבְגִין כָּךְ יְיָ צְבָאוֹת אִקְרֵי יְסוֹד כְּתִיב כִּי בָחַר יְיָ בְּצִיּוֹן אִוָּהּ לְמוֹשָׁב לוֹ.

§. 746. Cum separatur Matrona & cum Rege copulatur de facie ad faciem in excellentia Sabbathi: omnia fiunt unum corpus.

746. כד אתפרשת מטרוניתא אתחברת במלכא אנפין באנפין במעלי שבתא אתעביד כלא חד גופא.

§. 747. Atque tunc Deus ille Sanctissimus, qui benedictus sit! sedet in throno suo, & omnia vocantur Nomen integrum; nomen Sanctum. Benedictum sit nomen ejus in seculum, & in seculorum secula.

747. וכדין יתיב קודשא בריך הוא בכורסייה ואקרי כלא שמא שלים שמא קדישא בריך שמיה לעלם ולעלמי עלמין.

§. 748. Omnia hæc verba distuli usque in diem hunc, qui per illa coronatur pro mundo venturo. Jamque hic manifestantur: ô beatam portionem meam!

748. כל אלין מלין סליקנא עד יומא דא דאתעטרא בהו לעלמא דאתי והשתא אתגליין הכא זכאה חולקי.

§. 749. Cum hæc matrona copulatur cum Rege, omnes mundi benedictionem accipiunt, & reperiuntur in gaudio Universi.

749. האי מטרוניתא כד אתחברת עם מלכא כל עלמין מתברכין ואשתכחו בחדותא דכלא.

§. 750. Sicut masculus constat è triade, & initium est cum triade: eodem modo omnia sic se habent: & finis totius corporis ita est: & Matrona non accipit benedictionem nisi in syntagmate triadis; & isti gradus sunt Superatio, gloria, & fundamentum.

750. כמה דדכורא כליל בתלתא ושירותא בתלתא כך כלא הכי וסיומא דכל גופא הכי ומטרוניתא לא מתברכא אלא בכללא דתלתא אלין דאינון נצח הוד יסוד.

§. 751. Et mitigatur & benedictionem accipit in loco qui vocatur Sanctum Sanctorum inferius.

751. ומתבסמא ומתברכא באתר דאקרי קדש הקדשים דלתתא.

§. 752. Sicut scriptum est:] *Psal.* 133. v. 3.] quoniam ibi præcepit Dominus benedictionem. Duo enim gradus sunt, supra & infra.

752. דכתיב כי שם צוה יי את הברכה דהא תרין דרגין אינון לעילא ותתא.

§. 753. Hinc non est licentia illuc introeundi, nisi Sacerdoti magno, qui provenit de latere Benignitatis: ne in illum locum supernum ingrediatur alius, quàm iste, qui vocatur Benignitas.

753. ובגין כך לית רשותא למיעל תמן בר כהנא רבא דאתי מן סטרא דחסד בגין דלא עייל להוא אתר דלעילא אלא ההוא דאקרי חסד.

§. 754. Et ingrediatur in Sanctum Sanctorum; & mitigetur uxor; & benedictionem accipiat istud Sanctum Sanctorum; in loco qui vocatur Zion.

754. ועייל בקדש הקדשים ומתבסמת נוקבא ומתברכא האי קדש הקדשים בגו אתר דאתקרי ציון.

§. 755

§. 755. Zion autem & Jerusalem duo sunt gradus, unus misericordiam, & alter judicium denotans.

§. 756. De Zion enim scriptum est: [*Jes. 1. v. 27.*] *per Judicium redimetur*. Et de Jerusalem [*ibidem v. 21.*] scriptum est: justitia pernoctat in ea: sicut posuimus.

§. 757. Et omne desiderium masculi fertur erga fœminam. Sic autem vocantur hæc, quia exhinc proveniunt benedictiones pro omnibus mundis; & omnia benedictionem accipiunt.

§. 758. Hic locus vocatur Sanctum; & omnes sanctitates masculi illuc ingrediuntur, per illum gradum, de quo diximus.

§. 759. Omnes autem veniunt à Capite superno cranii masculi, è latete cerebri superni, ubi resident.

§. 760. Et hæc benedictio promanat per omnia membra corporis, usque ad illa, quæ vocantur Exercitus.

§. 761. Et omnis ille defluxus qui profluit è toto corpore ibidem congregatur, & propterea vocantur Exercitus; quia omnes Exercitus superiorum & inferiorum ibidem egrediuntur.

§. 762. Et ille defluxus in loco ubi congregatur & qui emittitur per illud fundamentum Sanctissimum, totus est albus: & propterea vocatur Benignitas.

§. 763. Ex illo Benignitas ingreditur in Sanctum Sanctorum: sicut scriptum est [*Psalm. 133. v. 3.*] *quia ibidem præcipit Dominus benedictionem* (&) *vitam usque in seculum.*

§. 764. Dicit R. Abba: vix finiit Lucerna sancta vocem *vitam*; & cessarunt verba ejus. Ego autem scribebam; & putabam me plura scripturum; sed nihil audiebam.

755. ציון וירושלים תרין דרגין אינון חד רחמי וחד דינא.

756. ציון דכתיב במשפט תפדה· ירושלים דכתיב צדק ילין בה כמה דאוקימנא·

757. וכל תיאובתא דדכורא לגבי נוקבא הכי קרינן להו דמתמן נפקא ברכן לכלהו עלמין וכלהו מתברכין·

758. האי אתר אקרי קדש וכל קדשים דדכורא עיילין תמן בההוא דרגא דאמינא·

759. וכלהו אתיין מריש עלאה דגולגלתא דדכורא מסטרי דמוחי עלאי דשריין ביה·

760. ונגיד ההיא ברכא בכל שייפי גופא עד אינון דאקרון צבאות.

761. וכל ההוא נגידו דאתנגיד מכל גופא מתכנשי תמן ועד אקרון צבאות דכל צבאות דעלאין ותתאין תמן נפקין·

762. וההוא נגידו באתר דאתכניש תמן שריין ליה בההוא יסוד קדישא כלא חוורא בגין כך אקרי חסד·

763. מההוא חסד עייל לקדש הקדשים דכתיב כי שם צוה יי את הברכה חיים עד העולם.

764. אמר ר׳ אבא לא סיים בוצינא קדישא למימר חיים עד דאשתככו מלוי ואנא כתבנא סברנא למכתב טפי ולא שמענא,

§. 765. Non autem elevabam caput meum, quia lumen erat nimium: & hactenus non potueram illuc respicere.

765. לא וקיפנא רישאי דנהורא הוה סגי ולא הוד יכילנא לאסתכלא ארהכי.

§. 766. Contremui igitur, & audiebam vocem, quæ exclamabat & dicebat: [*Prov.3. v.2.*] *Longitudinem dierum & annos vitæ*, &c.

766. אזדעזענא שמענא קלא דאקרי ואמר ארך ימים ושנות חיים וגו׳.

§. 767. Audiebam vocem aliam: [*Psal.21.v.5.*] *vitam petit à te*, &c.

767. שמענא קלא אחרא חיים שאל ממך וגו׳.

§. 768. Per totum illum diem ignis non recessit à domo, & nemo erat, qui appropinquaret ad eum: quia non poterant; lumen enim & ignis erant circa illum per totum illum diem.

768. כל ההוא יומא לא אפסיק אשא מן ביתא ולא הוה מאן דמטיה לגביה דלא יכילו דנהורא ואשא הוה בסוחרניה כל ההוא יומא.

Cremonens. col. 599.

§. 769. Procidebam autem in terram, & vociferabar.

769. נפילנא על ארעא וגעינא.

§. 770. Cum igitur recessisset ignis, videbam lucernam sanctam, sanctum sanctorum, quod ablatus esset è mundo.

770. בתר דאזיל אשא חמינא לבוצינא קדישא קדש הקדשים דאסתלק מן עלמא.

§. 771. Obvolutus autem jacebat in dextro suo latere, & facies ejus risum præ se ferebat.

771. אתעטף שכיב על ימיניה ואנפוי חייכין.

§. 772. Surgebat autem R. Eleasar filius ejus, & acceptas manus ejus exosculabatur: Ego autem lingebam pulverem, qui sub pedibus ejus erat.

772. קם ר׳ אלעזר בריה ונטיל ידוי ונשיק לון ואנא לחיכנא עפרא דתחות רגלוי.

§. 773. Socii volebant plorare, sed non poterant loqui. Incipiebant tamen & flebant Socii, & R. Eleasar filius ejus procidebat ter, & non poterat aperire os suum:

773. בעו חברייא למבכי ולא יכילו למללא שארו בכייה חברייא ור׳ אלעזר בריה נפל תלת זמנין ולא יכיל למפתח פומיה.

§. 774. Postmodum exorsus dicebat: O Pater, O Pater, tres fuerunt, in unum redacti sunt.

774. לבתר פתח ואמר אבא אבא תלת הוו חד אתחזרו.

§. 775. Nunc divagabuntur animalia: aves avolabunt & occultabunt se in foramina Maris magni: & socii omnes bibent sanguinem.

775. השתא תנוד חיוותא צפראן טאסין משתקעין בנוקבאן דימא רבא וחברייא כלהו שתיין דמא.

§. 776. Surgebat autem R. Chija in pedes suos & dicebat: Hactenus lucerna sancta curam nostri habuit [al. occupatus

776. קם ר׳ חייא על רגלוי ואמר עד השתא בוצינא קדישא מסתכל

fuit

fuit circa nos.] Jam tempus non ſupereſt aliud, niſi ut occupemur circa honorem ejus.

(סא משתדל) על ן השתא לאו הוא ערן אלא לאשתדלא ביקריה.

§. 777. Surgebant ergo R. Eleaſar & R. Abba, & imponebant ei veſtem ſepulchralem: (*&*) quis (*unquam*) vidit (*talem*) commotionem & mixtum affluxum Eruditorum? per totam autem domum aſcendebant odores (*fragrantes.*)

777. קם ר׳ אלעזר ור׳ אבא · נטלו ביה בטירקא דסילקא · מאן חמא ערעורא וערבוביא דחברייא וכל ביתא הוה סליק ריחין.

§. 778. (*Tunc*) elevabant eum in feretrum; & nemo hæc ſervitia ei exhibebat, quam R. Eleaſar, & R. Abba.

778. סליקו ביה בפוריא ולא אשתמש ביה אלא ר׳ אלעזר ור׳ אבא.

§. 779. Veniebant (*autem*) Lictores & milites de Caphar [Al. de Zippore & Taradæa: vel, Doctores & ſtudioſi è pago,] & repellebant eos [*ſive contumelia, juxta priorem ſenſum, ſive majoris honoris cauſa, ſenſu poſteriore.*]

779. אתו טריקין ומארי תריסין דכפר וטרדא בהו (סא דצפרי וטרדיא והוו.)

§. 780. Sed incolæ Maronææ iis reclamabant cum tumultu, quod putarent, eum ibidem non ſepultum iri.

780. בני מרוניא צווחין בקטירין דחשיבו דלא יתקבר תמן:

§. 781. Cum igitur efferretur lectulus ſepulchralis; Ipſe elevabatur in aërem, & Ignis flammabat ante eum.

781. בתר דנפיק פורייא הוה סליק באוירא ואשא הוה להיט קמיה.

§. 782. (*Et*) Vox audiebatur (*dicens:*) Ingredimini & venite & congregamini ad gaudia nuptialia R. Schimeonis. [*Jeſch.* 57. v. 2.] *Ingredietur* (*cum*) *pace*, (&) *requieſcent in cubiculis ſuis.*

782. שמעו קלא עולו ואתו ואתכנשו להילולא דרבי שמעון יבא שלום ינוחו על משכבותם.

§. 783. Cum inferretur in antrum (*ſepulchrale*) audiebatur vox in antro: *Hic eſt ille Vir qui commovit terram, & tremere fecit regna.*

783. כד עאל למערתא שמעו קלא במערתא זה האיש מרעיש הארץ מרגיז ממלכות.

§. 784. Quot libertates in cœlo reperiuntur hodie, propter te!

784. כמה בטרין ברקיע משתכבין (סא משתכחין) ביומא דין בגינך דנא.

§. 785. Hic eſt ille R. Schimeon filius

785. ר׳ שמעון בן יוחאי דמאריה

Jochai, de quo Dominus ejus gloriatur quotidie. Beata est portio ejus supra & infra.

משתבח ביה בכל יומא · זכאה חולקיה לעילא ותתא.

§. 786. Quot thesauri summi reservati sunt ipsi!

786. כמה גניזין עלאין מסתמרין ליה.

§. 787. De ipso dictum est [*Dan.* 12. v. 13.] *Et tu vade ad finem, & requiesces, & stabis in sorte tua in fine dierum.*

787. עליה אתמר ועתה לך לקץ ותנוח ותעמוד לגורלך לקץ הימין:

Huc usque

Synodus Sancta minor.

עד כאן האדרא קדישא זוטא:



PARTIS SECUNDÆ TRACTATUS QUARTUS

Qui est

IN SIPHRA DE ZENIUTHA

Seu

LIBRUM MYSTERII

COMMENTARIUS

è Manuſcripto à R. Chajim Vital, juxta tradita R. Jizchak Lorja Germani edito latinitate donatus:

In quo

Magna ex parte etiam illuſtrantur ambo Tractatus, qui vocantur Idra, tam rabba ſive major, quam ſuta ſive minor.

Nec non

COMMENTARIUS ALIUS

generalior in omnes hos tres Tractatus methodicus, è ſcriptis R. Naphthali Hirtz F. Jacob Elchanan collectus & translatus.

IN SIPHRA DE ZENIUTHA,

Seu

LIBRUM OCCULTATIONIS

Commentarius R. Jizchak Lorjensis Germani; è Manuscripto, translatus.

§. 1. ספרא דצניעותא; *Liber Zeniutha, seu occultationis.* Hoc nomen explicandum est juxta sensum dicti illius Prov. 25. v. 2. כבוד אלהים הסתר דבר; *Gloria Dei est, celare verbum.* Item juxta illud Prov. 11, 2. ואת צנועים חכמה; *& cum latentibus est Sapientia.* [Sensus est, De occultis & occultandis, occulto quoquoque loquendi genere hic agi. Forte quoque Autor hujus Libri, nempe R. Schimeon Ben Jochai, hoc nomine alludit ad tempus, quo Librum hunc composuit, cùm scilicet per annos duodecim occultaretur in spelunca quadam præ metu Romanorum.]

§. 2. ספרא דתקיל במתקלא *Liber qui describit Librationem Bilancis,* &c. Bilanx vocantur Mas & Fœmina: sicut scriptum extat in Sohar sectione Pekude: *Qui matrimonium contrahunt, dicuntur constitui per modum Bilancis, cum scilicet mares & fœminæ invicem coalescunt, &c.* Et sic quoque reperimus in Idra minore in Deuter. col. 562. *Cum Senex Sanctissimus occultissimus omnium occultorum, restaurationem instituere vellet, omnia conformabat per modum maris & fœminæ: tali nempe loco, (& modo) ut continerent marem & fœminam: (Priora enim) non subsistebant,* (in naturis suis solitariis;) *sed statu alio* (dandi & accipiendi subsistebant) *ceu mas & fœmina. Hæc sapientia, continens omnia cum prodiret & elucesceret è Sene sanctissimo; non eradiabat nisi ceu mas & fœmina; Hæc Sapientia extendebatur & inveniri poterat, qua mas & fœmina erat. Sapientia* (enim dicitur) *Pater; Intellectûs informatio,* (*dicitur*) *Mater.* (Ita tamen ut) *Sapientia & Mater intelligendi in unam conformarentur Bilancem maris & fœminæ: & per illos omnia subsistunt sub androgyneitate* (simili:) *quod nisi fieret, non permanerent &c.* Hæc ibi.

§. 3. Sensus est hic. Senex sanctissimus tria habet capita: Unum est Sapientia occulta, quæ non manifestatur, quia idem est ac si non esset; cum (Sapientia) alia manifestetur per triginta duas semitas; hæc autem (de qua hic agimus) dicitur occulta. Caput secundum, hoc sublimius, est senex Sanctissimus, corona summa. Nomen tertii est: Caput quod nec cognoscit nec cognoscitur; (quia nec ipsum novit, nec inferiora norunt, quid in hoc capite sit; quia non cohæret nec cum Sapientia, nec cum Matre intelligendi. Et hoc vocatur. אין סוף Infinitum.

§. 4. Sed Corona summa, qui est Senex sanctissimus, occultissimus omnium occultorum conformatur in sapientia occulta ad instar maris & fœminæ.

§. 5. Ista enim Sapientia occulta exponitur per tria Tetragrammata (quæ continentur in tribus dictis (1.) Psal.97.v.1.& Psal.99.v.1. (2.)Ps.10. v.16.& (3.)Ps.146.9.) quæ sunt duodecim literæ, nempe 'יהוה' יהוה' יהוה : & ipse Senex continet ea, unde tredecim; Metra (scilicet) Miserationum. Et hæc se habent ad instar Maris & fœminæ; ut septem fiat masculina; & sex fœminina: sicut dicitur in Libro Bahir : eademque sunt radix Pulchritudinis & Regni. Et huc pertinet dictum illud R. Nechonjah Filii Kanah, quando inquit : & convertuntur in Pulchritudinem & Regnum; ibidem enim radicantur sex partes Masculi, & sex partes Fœminæ.

§. 6. Et hic est sensus verborum illorum supra ex Idra allegatorum: אתקין כולא כעין דכר ונוקבא omnia conformabat per modum maris & fœminæ. Ubi intelligitur Benignitas superna, quæ designatur in Fronte, & deorsum extenditur in Barbam; quæ sub se continet Patrem & Matrem. *Non igitur subsistere poterant in alio statu*, cum ab illo exirent & eradiarent, *nisi ut mas & fœmina*; qui sunt, Pater, Sapientia; & Mater, Intellectus largitio; sicut postea subjungit : *Hæc sapientia*, nimirum antequam extenderetur in triginta duas semitas; *cum prodiret & eradiaret è sene Sanctissimo, non effulgebat, nisi ut Maris & fœminæ* naturam habens: quia Intelligefactio (sit venia Verbo;) in ipsa latebat. Et cùm *extenderetur, inveniri poterant* & manifestabantur, quæ occulta fuerant: & existebant *sub statu Androgyneitatis*. Et hæc est litera יוד Jod; quæ extensa antrorsum & deorsum fit ד Daleth.

§. 7. *Hæc Sapientia & Mater intelligendi una libra ponderati sunt in marem & fœminam*: quia ambo æqualis sunt quantitatis; nec ita sicut se habet uxor Microprosopi, quæ marito non est sociata, nec tam magna ut ipse; quia à tergo Microprosopi incipit. Et hoc ipsum est, quod paulò infra subjungitur in Idra hac : *Sapientia & Mater intelligendi simul exeunt & simul habitant.* Nam quando Sapientia prodit, Mater intelligendi in ipsa includitur; & hoc est illud; *Simul exeunt.* Et paulò post : *Ambo æquales sunt*; id ipsum est, quod dixerat: *simul commorantur.*

§. 8. *Et in illis omnia subsistunt :* Ubi intelligitur Pulchritudo & Regnum. *Ceu mas & fœmina. Quod nisi foret*, ut in supernis esset initio & receptio : *non subsisterent.* Hoc igitur est, quod Textus dicit : סברא דתקיל במתקלא *Liber qui enarrat constitutionem Bilancis.* Id est : Marem & fœminam, prout explicuimus : Quod nempe Autorem Emanationis supremum oportuerit introducere statum Maris & fæminæ, ut tota Emanatio hoc modo concatenaretur : & Judicia mitigarentur (& mutarentur) in miserationes : quia Mas denotat miserationes & amores ; fæmina autem judicia & rigores; sicut notum est.

§. 9. Hinc omnes Reges, qui regnarant in Edom; qui est locus in quo omnia judicia consistunt; extirpati sunt: donec veniret Rex ultimus, cum uxore sua; adeoque Mas & fœmina; amor & rigor, & simul mitigarentur, prout in sequentibus Liber occultationis porrò declarabit. Pergit enim:

§. 10. &c. דעד לא הוה מתקלא *Antequam enim esset bilanx* &c. Scito, quod in

in Pari summo, id est in Patre & Matre; antequam conformaretur Senex sanctissimus, Pater faciem suam averteret à Matre; sicut aversa est facies Microprosopi ab uxore sua. Et hoc ipsum est illud, quod dicitur sectione Breschith: col. 20. *Respondebat illi: ô litera Zade; tu quidem vocaris Zade, vel etiam Zadik, i. e. Justus: sed debebas esse occulta; nec decebat, ut tam manifesta esses: ne occasio calumniandi daretur mundo. Quare hoc?* נ *Nun erat; & veniebat* י *Jod, litera Nominis Sancti, eidemq; insidebat; & cum ipso uniebatur. Et hoc mysticè continetur in eo, quod Deus cùm conderet Adamum Protoplasten, androgynon ipsum crearet. Hinc litera Jod faciem suam retrò convertebat hoc modo* 'נ *; nec facies erga se invicem convertebant; hoc modo* נ֗ &c. Hinc apparet, quod צ litera Zade sit נ Nun; cui insidet litera י Jod: unde exurgit figura צ : Jod autem faciem suam avertit à Nun.

§. 11. Unde Liber occultationis dicit: לא הוו משגיחין אנפין באנפין *facies ad faciem non convertebatur.* Id est: Per Jod intelligitur Pater; Per Nun autem Mater, cui tribuuntur quinquaginta Portæ Intelligentiæ. Unde textu allegato dicitur: *Debebas esse occulta, non decebat tam manifestam esse.* Mater enim non est de mundo manifesto, sed est de mundo occulto, qui dicitur עלמא דאתכסיא Mundus absconditus.

§. 12. Per Adamum Protoplasten autem intelligitur Adam Kadmon, anterior ille; Sapientia, & quidem prima omnium. Hinc textus inquit: *Antequam esset libra facies faciem non respiciebat.* Sicut enim Microprosopus & uxor ejus junctis tergis prodierunt, facie ad faciem non conversâ; (quamvis enim prodirent; tamen ibidem cohærebant.) Sic etiam in supernis; antequam Adam anterior conformaretur in marem & fœminam, & introduceretur status bilancis, Pater & Mater de facie ad faciem sese non contuebantur. Pater enim denotat Amorem perfectissimum; & Mater rigorem perfectissimum; & hæc faciem aliorsum convertit.

§. 13. Et omnes septem filii superni, qui ab illa prodierant, per quos intellige מלכין קדמאין *Reges* illos *priores*, qui regnarunt in Edom; quæ est Binah, Mater filiorum, quæ genuerat septem, Jer. 15. v. 9. qui omnes erant rigores perfectissimi, neque nexum vel radicem habebant in Sene sanctissimo; מתו i. e. *mortui sunt.*

§. 14. Et hæ quoque sunt illæ scintillæ, in quibus nihil inest. Et scintillæ istæ dispersæ sunt per Lumen illud intensissimum, quod erat Radix Judiciorum; quodque reconditum fuerat in visceribus Matris; quæ est Mater intelligendi, à qua Judicia exsuscitantur: sicut dicitur in Idra minore. De his etiam dictum in Sohar sectione Pekude, quod vibrante בוצינא דקרדינותא i. e. *Lumine intensissimo, Idea emiserit scintillas; quarum summa ascenderit ad trecentas & viginti; quæ prosilierint quaquaversum. Et sic scorias separatas fuisse* מגו מחשבה *ex Idea, ut purior maneret. Et hæ scoriæ fuisse dicuntur Mundi priores; qui illico mortui sint.* Quorum verborum hic est sensus: Quod Senex Sanctissimus differre coactus fuerit conformationem suam, donec prodiissent istæ scintillæ; quippe quæ essent judicia rigorosissima, & quibus immixti essent cortices. Ubi deinde scoriæ ab illis separatæ sunt, & emundatum fuit, quod emundari potuit, cortice infrà subsidente; ut sic distinctio fieret inter sanctum & inter prophanum.

§. 15. Et sic quoque deinceps, cùm senex iste scire vellet, utrum mitigata essent judicia, prodierunt Kain & Hebel: (sicut infrà dicemus:) & sic scoriis ab Idea separatis, hæc purificata est.

§. 16. Ratio autem, quare numerus istarum scintillarum dicatur esse trecentarum & viginti, sic indagari potest: si eas dicamus correspondere cum trecentis & decem mundis prodeuntibus à Sapientia; additis decem, quæ à Matre intelligendi veniunt: sic erunt trecenti & viginti. Ex adverso igitur horum prodierunt judicia. Quia & hoc in casu unum alteri opposuit Deus.

§. 17. Porrò etiam sectione Tasria dicitur: *E lumine intensissimo prodeunt trecentæ viginti quinq; scintillæ, quæ simul uniuntur in latere severitatis, & vocantur Severitates. Hæ sociatæ impregnant spiritum quendam; & cùm eadem in corpus ingrediuntur, vocantur nomine* איש *viri &c.* Et istæ scintillæ sunt primæ illæ, quæ destructæ sunt, iterumque stabilitæ, cùm conformaretur Senex sanctissimus & Microprosopus: & unitæ sunt in Microprosopo, qui propterea vocatur Vir belli, de quo hic sermo est.

§. 18. Scintillæ autem residuæ sunt qninque Severitates, quæ illarum sunt radix, è quibus illæ prodierunt. Suntque mysterium literarum duplicium מנצפך, quæ cum quinque hisce severitatibus correspondent. Scito autem, quod nomen דין i.e. Judicium, cujus numerus est 64, quinquies sumtum, efficit trecenta & viginti. Et nomen אדני, quod denotat judicium remissum, cujus numerus est 65, quinquies sumtum efficit trecenta & viginti quinque. Quod notes.

§. 19. Et isti Reges, quia nondum erat status bilancis; neque Senex Sanctissimus conformatus erat in statum maris & fœminæ; nullum habebant attactum in supernis: unde mortui sunt.

§. 20. Ratio autem mortis ipsorum hæc erat, quia nullam habebant radicem in Sene Sanctissimo; nec etiam Sapientia, quæ ab hoc Sene prodibat, ipsorum erat radix, & hi illam nullatenus contingebant; Omnia enim hæc meræ erant Miserationes, & Amor simplicissimus; illi autem judicia erant rigorosa. Unde facies se invicem non respiciebant: nec enim Pater respiciebat Matrem, quia ab hac prodibant judicia. Nec Macroprosopus respiciebat Microprosopum: Et licet Microprosopus faciem suam converteret ad illos, ut eos illuminaret, & influxu satiaret; quia tamen nullam in eo habebant radicem, hinc patet, quod nulla facies ad ipsos conversa fuerit.

§. 21. Hinc porrò dicitur: &c. ומזוניהון לא אשתכחו *Et alimenta eorùm non inventa sunt.* Nutrimentum autem & robur illorum consistere debebat in radicibus, & in stirpibus ipsorum supernis; quæ nondum inveniebantur in Sene Sanctissimo. Vel etiam dici potest, nomine Regum intelligi septem illos Reges Edomiticos: & per alimenta illorum intelligi scintillas supradictas. Vel etiam intelligi possunt coronæ illorum, & urbes, quæ singulis tribuuntur è septem illis Numerationibus: v.g. cùm Nomen עַב, seu quod valorem habet 72, tribuitur Benignitati: & nomen מַב sive quòd valet 42; Severitati: & nomen נַב sive valoris 52, (vel כַּב sive 22,) pulchritudini: & similia plura: Hæc autem tunc non reperiebantur ob nimiam judiciorum copiam, quæ tunc prævalebat, ut dictum suprà.

§. 22.

§. 22. Porrò ſequitur: &c. ואַרעא אתבטלרת *Et terra deſolata erat.* Ubi intelligitur Regnum ſeu numeratio ultima, quæ erat vacua & inanis. Quia nullis exiſtentibus fluminibus nullum datur mare. Illa enim ex ſeipſa nihil habet: hinc dicit אתבטלרת i. e. *quaſi nihil erat*: quia ab illis nihil penitùs accipiebat: Sed opus illius in hoc ſaltem conſiſtit, ut à maſculo accipiat amores; cùm ipſa merus ſit rigor & judicium; quæ invicem ſunt temperanda, ad producendam creationem, & catervas ejus ſuperas & inferas. Ad habitandum enim creata eſt; & cùm in illa prævalent judicia rigoroſa, ipſa inanis eſt, quia non poteſt exercere actus ſuos operativos.

§. 23. Sequitur in textu עד רישא דכל כסופין *donec caput omnium maximè deſideratum*, &c. Hoc eſt caput, quod non cognoſcitur, & non annectitur. Et hoc vocatur אין סוף ut ſupra ſcripſimus. Et hoc eſt deſiderium, quo omnia abripiuntur, & ad quod omnia appropinquare deſiderant; imò ipſe quoque Senex, quem tamen omnia contingere nituntur, ipſe etiam appetit atque deſiderat unionem cum iſto capite, quod quaſi caput non eſt.

§. 24. לבושין דיקו אתקין ואחסין *Veſtimenta honoris paravit & communicavit.* Hæc veſtimenta comparata ſunt, ut (nimium) illud lumen iisdem indueretur atque abſconderetur. Hæc autem occultatio fuit cauſa manifeſtationis: quia nemo ſuſtinere potuiſſet tantam lucis vim, multo minus eâdem frui, niſi mediantibus his veſtimentis. Similis locô, conſideretur ſol, quem homo oculis contueri non poteſt ob nimiam ſplendoris ejus vehementiam; niſi hanc cohibeat interpoſitô velô quôdam vel mediô aliô: tunc enim frui poteſt luce ejus. Quod ſi igitur lumen aliquod multò ſit intenſius, ibi ſanè longè pluribus opus eſt velamentis, ut quis luce illâ frui queat. Et hæc eſt mens, quare veſtimenta hæc honorificentiſſima præparata ſint: prout & in Sohar multis in locis dicitur: *Hoc veſtitum ſive indutum atque contectum eſt illo.*

§. 25. Veſtimenta autem iſta ſunt: Cranium; ros cryſtallinus intra cranium; membrana aëris puriſſima & clauſa; capilli ad inſtar lanæ mundæ, æqualiter dependentes; beneplacitum beneplacitorum, quod eſt frons; viſio aperta, id eſt, oculus; & duo foramina naſi cum ipſo naſo: quæ ſunt partes ſeptem cranii; correſpondentes ſeptem vocibus initialibus hiſtoriæ Creationis. Quomodo autem paratæ ſint, paulò infra declarabitur. Septem autem iſta ſunt inferiùs, & reperiuntur in ſeptem partibus Macroproſopi. Atque hinc dicit ואחסין Et communicavit: quia ab illis dependent ſeptem etiam partes Microproſopi & Uxoris ejus, quibus communicatæ ſunt ſeptem iſtæ conformationes, ut paulò infra latiùs diducetur.

§. 26. האי מתקלא תלי באתר דלאהוה *Hæc libra pendet in loco, qui non eſt*: i. e. Sapientia occulta, quæ eſt in Sene Sanctiſſimo, quæq; conſtituta eſt in ſtatum maris & fœminæ, ut ſcripſimus ſupra: hæc, inquam, dependet à Sene, qui eſt אין quaſi nonens, idemque eſt, ac ſi non eſſet. Senex enim iſte comprehendit eos, & ab eo dependent. Sicut dicit R. Schimeon Ben Jochai ſuper quo pax, in Idra minore: quòd in Microproſopo ſint; & à Sene dependeant: Ubi ſenſus eſt, quod ibi ſint modò quôdam valdè occultô,

§. 27.

§. 27. אתקלו בידה אינון דלא אשתכחו׳ i. e. *Eâdem ponderati sunt illi, qui non reperiebantur:* Nimirum Reges primi, de quibus suprà diximus, quod non ampliùs reperti fuerint, (quia destructi, confracti, & mortui erant;) librati sunt hâc librâ Sapientiæ occultæ, cùm conformaretur in statum maris & fœminæ, rigoris & amoris: iidemque restituti sunt, & ipsis parata est radix in supernis, unde Idra minor de his ita loquitur: *Deinde prodiit, quidam opifex ad opificium suum; & conformatus est in statum maris & fœminæ. Nempe scintillæ illæ statim extinctæ sunt atque mortuæ: jam verò subsistunt Omnes. Provenit è lumine intensissimo radius vibrantissimus; & extinguebantur in aëre subtili: tunc autem inter se temperabantur, cùm Pater & Mater copularentur. Et hic Pater est Spiritus, qui occultatur in Sene multorum dierum: & in hoc abscondebatur aër iste, & in se colligebat scintillas Lucis intensissimæ, occultatæ in visceribus Matris. Cumque ambo jungerentur, & sibi invicem innecterentur, prodebat cranium aliquod durum, & extendebatur tàm in hoc latus, quàm in alterum, sicut in Sene Sanctissimo, tria simul inveniuntur capita: Sic omnia conformata sunt in tria capita, sicut diximus.* Hæc ibi.

§. 28. Hæc sic exponi possunt. Postquam mortui & destructi sunt mundi priores, eò quòd parati essent sine conformatione, de qua nunc sermo est; *prodiit opifex quidam*, i. e. Corona, Senex Sanctissimus, Architectus admirandus; *ad opificium suum*, i. e. ad cerebrum occultum, de quo dicitur: quòd fuerit apud ipsum Architectus. *Et conformati sunt in statum maris & fœminæ.* Et jam restitutæ sunt omnes illæ scintillæ, quæ mortuæ fuerant: quia radicem acceperunt in supernis. Hinc dicit *deinde* i. e. postquam conformatus esset Senex Sanctissimus in statum maris & fœminæ, prout expositum est: *prodiit Opifex quidam ad opificium suum*, i. e. Lucem intensissimam, ut educeret judicia ejus, sicut dictum est. *Et conformatus est in statum maris & fœminæ:* i. e. in Patrem & Matrem. *Istæ sunt scintillæ, quæ extinctæ fuerant atque mortuæ,* quæ prodierant è Lumine intensissimo ante conformationem. Ecce autem jam restitutæ sunt, quia hæc conformatio facta est. Atque sic textus ille congruè instructus est pro explicatione sua. Nimirum quomodo paratum fuerit cranium alterum Microprosopi. Dicit enim: *Prodiit è Lumine intensissimo*; quod est Radix Vasorum, prout diximus: *Radius vibrantissimus, quasi sub malleo validè percutiente, qui produxit scintillas in mundos priores: & permixti sunt in aëre subtili, & scintillæ temperatæ sunt invicem.* Et hæc temperatura facta est eum *copularentur Pater & Mater* ad producendum Microprosopum. Et *Pater ille est Spiritus, qui absconditus est in Sene* (multorum) *dierum: Et in eo*, id est in hoc Patre, *absconditus erat aër subtilis, qui in se recipiebat illum radium, prodeuntem è lumine intensissimo, latente in visceribus matris*; qui includebatur aëri huic puro. *Cumque copularentur* Pater & Mater, *& unirentur* radius ille & aër subtilis; *prodibat cranium durum* Microprosopi. Quod autem dicit de Spiritu qui fuerat absconditus; & de aëre subtili, & radio; intelligendum est de sapientia quæ in Corona, abscondita ab oculis omnium viventium, nec ullibi revelata, nisi per allegoriam menyngis aëreæ, quæ subtilissima fuit, & cum effulgeret, ut ab illa lux prodiret, ab eâdem emanavit Sapientia

hæc

hæc. Et ibidem inter Cranium & menyngem latet iste spiritus; & in illo spiritu Aër subtilis: quare menynx etiam vocatur קרומא דאוירא Membrana aëris.

§. 29. Sed emanatio Sapientiæ hujus, è radice sua occultata in Sene (multorum) dierum, facta est per influentiam, quæ vocatur Benignitas superna: prout ibidem dicitur: Col. 561. *Cum illuminatur, effulget ab Influentia honoratissima*; atque hinc effulget forâs: quia per menyngem hanc subtilissimam Lux prodit per Influentiam (sive barbam): sicut porrò dicit Idra eadem; Col. 561. *Cum conformatur Radius (sive albedo,) iste, per Lumen illud; allidit aliquis, quicunque ille fuerit, ad hoc cerebrum, quod illuminatur, & dependet ab Influentia honoratissima cerebri alterius, quod extenditur in triginta duas semitas.* Sensus hic est: *Cum Conformatur Albedo hac* Senis, *per Lumen illud* Benignitatis supernæ; *allidit quicunque allidit ad cerebrum*, quod nihil novit; *& illuminatur*, à luce hac. *Et dependet ab influentia sancta.* Sed de his latiùs infra.

§. 30. Et ibidem porro dicitur: *Et prodeunt ex illo cerebro occulto*; *è lumine scilicet illius*, Unde patet, quod è Luce ibidem contentâ prodeat Cerebrum hoc secundum, quod vocatur Pater. Et hæc est Membrana superna subtilissima & clausa; de qua Textus Libri De Zeniutha loquitur capite 2. his verbis: *Jod supernum, quod circumdatur fumo* (s. effluvio) *senis, est menynx superna, quæ subtilis est & clausa.* Ubi per Jod supernum intelligitur Pater cum Matre; Jod inferum autem in Microprosopo est; ut in Idra minore dicitur. Dicitur autem Jod supernum, *quod circumdatur*, i. e. influxu donatur: *per aporrhœam Senis*; id est, per effluxum illum, qui prodit à Sene per membranam hanc subtilissimam, ita ut ob summam ejus subtilitatem fumus sive effluvium ibidem transire queat, ut ambiat Jod supernum: & istud abinde dependet.

§. 31. Unde & in Idra Minore dicitur: *Quod hæc influentia extendat extensionem aporrhœa superna, illius Capitis omnium Capitum, quod ignoratur, nec cognoscitur; & à quo non dependent cætera.* Et Jod supernum dependet ab Influentia Sancta, sicut ibidem dicitur: *Initium hoc, quod vocatur Pater, continetur in Jod*, quod *dependet ab Influentia Sancta.* Hæc ibi.

§. 32. Pater igitur est Amor & misericordia, & sementat Albedinem quam in se habet. Et hæc vocatur *Aër* purus & *subtilis.* Atque sic in Idra majore vocatur Elementum Aëris subtilis: quia gutta Benignitatis supernæ ibidem transit. Benignitas autem superna prodit per semitam, quam non cognovit Avis; & quæ vocatur Aër subtilis. Et forte etiam propterea Menynx illa appellatur Membrana aëris; quia per Benignitatem supernam, quæ vocatur Aër, Membrana ista tam subitilis evadit, & splendens, ut affulgeat illi cerebro alteri, de quo supra dictum est: allidit quicunq; allidit ad cerebrum occultum, quod illuminatur ut supra.

§. 33. Mater autem est rigor & severitas judiciorum; hinc in illa latet Lumen illud intensissimum, quod est Radix Judiciorum. Atque tunc ambo simul copulantur, & prodit Cranium Microprosopi.

§. 34. Ratio autem, quare gutta seminis Paterni vocetur אויר aër & non אור Lux, ut notum est; hæc videtur, quia in fundamento Microprosopi Jod jam excessit, ita ut

b saltem

saltem relinquatur אור Lux: hîc verò Jod adhuc remanet; & hinc vocatur אויר.

§. 35. Lumen ergò intensissimum produxit radium, & allidendo evibravit scintillas in mundos priores, ut illi mitigarentur, & corroborarentur, ipsisque daretur vita è radice superna; postquam jam conformati essent, Senex Sanctissimus & Pater cum Matre; nam Judicia in his radicanda erant. Conformationes ergò hæ supradictæ causa erant, ut Senex ad judicia applicaretur: Quia Senex ille à Judiciis omnium maximè remotus est. Postquam autem omnes conformationes jam institutæ essent, hinc de facie ejus Lumen de gradu in gradum prodibat, donec appropinquaret ad judicia, adeoque fieri posset, ut mitigarentur.

§. 36. Et propterea necesse erat, ut Bilanx institueretur; quo scilicet radix aliqua in supernis existeret, ut judicia possent restaurari atque temperari: & vestimentis honoratissimis opus erat, ut eadem judicia possent applicari cum illo Sene, & viverent, nec iterum morerentur. Juxta proportionem igitur illorum graduum, conformationes descendebant à facie ejus, qui sunt septem; antehac enim mortui fuerant septem Reges, antequam fieret conformatio: unde intelligi poterit, quod supra de his scripsimus.

§. 37. מתקלא קאים בגופיה לא אתאחד ולא אתחזי *Libra consistit in corpore illius, non adhæret & non videtur.* Id est cerebrum occultum, quod libratum est bilance maris & fœminæ, consistit in corpore Senis intra cranium. *Non adhærescit*; quia nihil habet, ubi applicetur. Et quamvis in Idra minore huic cerebro tribuatur adhæsio, & admissio adhærentium: hoc tamen intelligendum est de Sene (multorum) dierum, & conformationibus influentiæ, à qua fit illuminatio, ut dictum est supra. *Et non videtur*: quia menynx dura superintegit cerebrum, quæ nullibi aperta est.

§. 38. ביה סליקו וביה סליקין דלא הוו והוו ויהויין *In illa ascenderunt, & in illa ascendunt, quæ non sunt, & sunt & erunt.* Nam omnes res ascenderunt in hanc Bilancem; ipsisque ibidem facta est radix. Imò in illa ascendunt omni tempore, ut influxum & vitam accipiant à scaturigine sua: sicut scriptum est: *Et tu vivificas omnia.*

§. 39. *Quæ non sunt*; tamen quasi essentiam habent, (quamvis existentiâ careant,) quia jam ponitur radix eorum, ut tempore aliquô fieri queant. Item illa, *quæ erunt*. Nam quæ erunt, radicem suam ibi habent, tam ratione præteriti, quàm ratione futuri; quia ibidem est radix omnium creatorum.

§. 40. Vel etiam dici potest, verba illa, *quæ non sunt*; sic intelligenda esse, ut ne dicamus, illos mundos, qui annihilati sunt, (ut nihil essent,) unquam vel unicâ hora fuisse, sine ipso, & quasi ab illo nullam haberent dependentiam: quia ne unicô quidem momentô existentiam habent extra ipsum. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Sohar sect. Pekude: *Allisit Lumen intensissimum, & ascendit in Ideam per modum scintillarum, &c.* Unde patet, quod illæ scintillæ, ne unicâ quidem horâ dici queant prodiisse; nisi propterea, quod ascenderint in ideam: quamvis illa dependentia non sufficeret, ut subsistere possent, nisi in horulam.

§. 41. *Et*

§. 41. *Et quæ sunt*, sive erant: Per hos intelligenda sunt illa, quæ quoad radicem suam jam erant ante Bilancem: i. e. Pater & Mater; illorum radix tamen in hoc jam constituenda erat: ita ut omnia prodirent in statu Bilancis, ut mas & fœmina.

§. 42. Scito autem, quod radix judiciorum quidem etiam sit in Sene Sanctissimo: sed hæc ibidem tenuissima sunt & vehementer occultata. Hinc dicitur, ipsum sedisse in throno, unde scintillæ ignis prodirent; nimirum ut istas subigeret. Quod infra adhuc latiùs diducitur.

§. 43. Ne existimes autem in corde tuo, quod postquam cerebrum occultum conformatum est ad instar maris & fœminæ, ita res quoque se habeat cum Sene ipso. Nam cerebrum occultum explicatur per tria Tetragrammata, quæ sunt יהוד יהוד יהוד quæ adhibentur in precatione R. Nechonjah Ben Hakana, quæ se habent ad instar maris & fœminæ: & hoc est album illud, quod radiat in tredecim latera: sicut dicitur in Idra majore, quod Senex iste illa contineat: ipse verò aliquid est supra cranium existens, unde vocatur Ensoph; seu infinitus ratione illius capitis, quod ignoratur. Quapropter eidem nullatenus tribui potest conceptus nec maris nec fœminæ, nec ullum nomen, nec litera ulla, nedum cognomen. Et quamvis Senex iste analogiam habeat maris & fœminæ, eique etiam literæ יה tribuantur: hæ tamen ibidem nonnisi mera Lux sunt, & ad Microprosopum pertinent, sicut dicitur in Idra minore. Et fortè hoc est, quod textus inquit: *Libra consistit in corpore*, quia iste (Microprosopus, qui vocatur corpus) per se subsistit, & non adhæret summitati; quia ibi nulla est libra. Sed de his satis.

§. 44. סתרא גניסתרא אתתקן ואזדמן בחד גלגלתא· מליא טליא
דבדולח· קרומ׳ דאוירא דאזדכך וסתים· אינון עמר נקי תליין בשיקולא·
רעוא דרעוי אתגליא בצלותא תתאה· אשגחא פקיחא דלא נאים
ונטיר תדירא אשגחותא דתתא באשגחותא דנהורו דלעילא· ביה
תרין נוקבין דפרדשקא ואתער רוחא לכלא:
id est *occultum in occulto. Conformatus autem & præparatus est ad instar cujusdam cranii, quod plenum est rore crystallinô: ibidem membrana aëris diaphana & clausa. Sunt & (capilli ut) lana munda, pendentes in æquilibrio: benevolentia benevolentiarum detegitur per preces inferiorum: Visio aperta, quæ non dormit, & continuò observat: aspectus inferior (dependet) ab aspectu Lucis superioris. In eo (etiam sunt) duo foramina nasi; unde efflatur Spiritus pro omnibus.*

§. 45. Per occultum in occulto intelligitur caput, quod non cognoscitur; quod est occultum in Sene Sanctissimo occulto pariter. Vel etiam per occultum intelligi potest cerebrum occultum, quod est in cranio etiam occulto. Vel etiam sic: Occultatio intra occultationem; quod scilicet Senex Sanctissimus pluribus velis & vestibus occultatus sit; quia hôc modô conformatus & præparatus est in gratiam Microprosopi, ut ille vitam accipere posset. Non enim fuisset possibile, ut ulla inter ipsum & inferiora intercederet cognatio, nedum illorum adhæsio, nisi mediante hâc occultatione. Nam occultatio hôc locô idem valet, quod manifestatio; ut diximus suprà.

§. 46. Additur autem, quod præparatus sit, nimirum pro formando Micropro-

ſopo. Quia ex formationibus Senis factæ ſunt formationes inferiorum. Et de his ſic ſcribitur in Idra magna: *In occultatione libri ſcripſimus, quod Senex Sanctiſſimus, occultus occultorum, conformatus & præparatus ſit. Quod hic ita exponimus: Illum extitiſſe quidem, ſed quaſi non exiſteret; nullòmodò enim reperiri poterat: ſed conformatus eſt; nec tamen adhuc cognoſci poterat, quia eſt Senex ſenum. Per conformationes ejus cognoſcebatur, quod percipi non poſſit ob nimiam obſcuritatem ſuam. Sed per conformationem ſuam præparatus eſt, ut influeret in inferiora.*

§. 47. *Cum Cranio quodam pleno rore cryſtallinô.* Hæc eſt forma prima & forma ſecunda: cranium nempe & ros cryſtallinus. De rore cryſtallino autem ſic dicitur in Idra magna: *Aſpectus autem roris iſtius, albus eſt, ad inſtar Lapidis cryſtalli, in quo* (per refractionem radiorum Solarium) *apparent omnes colores.* &c. Ubi ſenſus eſt, quod omnes colores radicem ſuam habeant ſupra in maxima ſubtilitate, cum tamen omnia ſint alba, quia Amores & miſerationes terminis includunt, & contegunt judicia rigoroſa, ut non cognoſcantur. Unde de Sene hoc dicitur, quod *ſedeat ſuper throno ſcintillarum ignearum*, Dan. 7, 9. ut illas ſubigat. Cum autem abhinc (ros iſte) deſcendit in Microproſopum, ſuper hoc apparet rubedo ejus; ſicut ibidem dicitur: *Hic ros manifeſtatur duobus coloribus: ex parte Capitis albi, albus eſt, quaſi omnem albedinis ſpeciem in ſe includens; ſed cum reſidet in Capite Microproſopi, in eo apparet rubedo: Sicut in cryſtalli Lapide, qui candidus quidem eſt, ita tamen ut intra albedinem ejus appareat color rubeus: Et omnia continentur in rore iſto. Sicut ſcriptum eſt: Quoniam Ros luminum eſt ros tuus: ubi dicitur* אורות *plurali numero; ut duo* (ad minimum) *denotentur lumina.* Hæc ibi. Unde apparet, quod è latere Albo, tantus ſit Candoris nitor, in quo comprehendatur omnis albedinis ſpecies: de quo mox iterum dicit eadem Idra: *Et omnia ſunt alba.* Sed cum Ros iſte à facie Senis deſcendit in Microproſopum, per viam Patris & Matris, & roris ſpecie reſidet ſuper iſtius capite, in eo apparet rubedo. Sicut enim in cryſtallo in ſe albedo eſt, ſed tamen cum colore apparente rubeo; ita Ros iſte in loco proprio eſt albus; ſed quando pertingit ad locum demonſtrationis, qui eſt Microproſopus, ubi manifeſtatio eſt, ibidem in ſe oſtendit colorem rubrum. Omnia autem continentur hoc Rore, nec manifeſtatur rubedo ejus donec reſideat in Microproſopo.

§. 48. *Membrana Aeris* (inſtar diaphanæ,) *quæ* (præ claritate) *nitet, & clauſa eſt,* (ſine exitu, vel foramine.) Hæc eſt forma tertia, quam ſupra jam declaravimus. De hac autem in Idra magna hæc extant: *In concavo cranii meninx eſt aeris* (inſtar pellucida) *Sapientia* (ſcilicet) *ſuperna; quæ nullibi deficit; Et hæc non patet, nec aperitur. Et hæc membranula ſuperintegitur cerebro; quod eſt Sapientia occulta, quæ propterea contegitur. Hæc Sapientia occulta quieſcit & tranquilla reſidet, ſicut vinum generoſum ſuper fæcibus ſuis. Unde dictum illud: Scientia Senis occulta eſt, & cerebrum ejus incluſum eſt & quieſcit. Iſta membrana autem deficit in Microproſopo; Hinc cerebrum ejus aperitur & prodit in triginta duas ſemitas. Quo pertinet illud quod ſcriptum eſt: Et fluvius exit ex Eden. Quam ob cauſam? Quia membrana deficit, ut non contegat cerebrum? Hinc infra aperitur. Et huc pertinet quod traditur de figuris literarum:* תיו *Tav, denotat ſignum;*

quaſi

quasi dicatur: impressit signum in Senem (multorum) *dierum; cui tribuitur quod sit perfectus cognitione, & completus ex omni parte, & reclusus, ita ut tranquillus sit sicut vinum bonum super fœcibus suis.* Hæc ibi. Sensus est hic: Quod (Cerebrum) Microprosopi dividatur in tres partes, quæ sunt, Sapientia, Informatio, & Cognitio. Sapientia autem extenditur in triginta duas semitas; Informatio in quinquaginta Portas; & è Cognitione prodeunt millies mille exedræ & conclavia, in quibus habitat atque commoratur Scientia. Hæc tria deinde extenduntur in corpus, prout dicitur in Idra magna. De qua hac cognitione adhuc & nobis sermo erit infra. Sed in cerebro Macroprosopi omnia sunt unum. Dicuntur autem cerebra, respectu trium illorum Tetragrammatorum, quæ correspondent tribus istis (Microprosopicis) & in eo continentur omnia. Et tria illa imminent Benignitati Coronæ, quæ vocatur Benignitas suprema; & membrana hæc interposita est inter tria illa & inter Benignitatem Coronæ, quæ vocatur Aër; sicut scripsimus. Quia inferiora nihil possunt accipere à tribus his superioribus. Sed lux enitescit ut splendeat per (Cuticulam) illam in Benignitatem supernam: Et è Benignitate superna in Patrem & Matrem. Et in hoc consistit natura hujus conformationis, qua conformatus est Senex Sanctissimus, ut includerentur tres istæ supernæ (& secernerentur) per menyngem hanc splendidam & clausam; & ut influxus demitteretur per Benignitatem supernam; quæ Benignitas manifestatur in Fronte; & extenditur in Formam (Barbæ) octavam & decimam tertiam; ut infra dicetur; & in Idra minore traditum, quin & à nobis jam supra aliqua parte expositum est.

§. 49. Verba autem Idræ colum. 560. in fin. sunt hæc: *Hujus senis sanctissimi, occultissimi omnium occultorum non fit mentio, nec invenitur. Et quia ipse est Caput summum inter omnia superna, hinc non describitur, nisi ceu unicum saltem & solum Caput sine corpore, ut subsisterent omnia. Ipse autem occultatus & reclusus & absconditus est ab omnibus. Conformationes autem quæ in illo conformantur sunt Cerebrum occultissimum omnium, quod extenditur &* (sic) *formatur. Et prodit Benignitas superna: Hæc, inquam Benignitas suma extenditur & formatur; sed omnia continentur in Cerebro occulto. Nam cum conformatur hoc Album isto Lumine; tunc allidit quicunque allidit ad hoc cerebrum, & hoc illuminatur. Et ab influentia honoratissima dependet Cerebrum aliud, quod extenditur in triginta duas semitas. Quod cum illuminatur fulgorem accipit ab Influentia honoratissima. Tunc Fulgorum accipiunt tria Capita superna; duo nimirum Capita, & unum quod ista continet: & ab Influentià dependent & cum illa nexum habent. Hinc incipit manifestari Honor Barbæ, quæ est Influentia occulta. Et ista (capita inferiora) conformantur sicut Senex Sanctissimus tribus Capitibus circumdatur: sic omnia apparent sub tribus capitibus. Et cum illuminantur, omnia sibi invicem innectuntur per modum trium Capitum, quorum duo sunt ab utroque latere, & unum quod illa in se continet. Et si quæris, quis sit Senex iste Sanctissimus. Veni, vide! Summus est, qui non cognoscitur nec percipitur, nec designatur; & ipse continet omnia: & duo capita in illo continentur. Atque tunc & reliqua omnia sic conformantur; ipse autem non est de* (horum) *numero, vel genere, vel*

computo; sed in cogitationibus cordis: hinc dicitur Psal. 39. v. 2. Dixi, custodiam vias meas, ne peccem lingua mea. Hæc ibi.

§. 50. Sensus istorum hic est. Per *Senem Sanctissimum occultissimum omnium occultorum*, intelligitur Corona summa, ut antea jam dictum. Hujus *non fit mentio in* Lege ullo loco: sicut dicitur in Idra magna: Iste non describitur in lege, nisi unicô quôdam locô &c. *nec invenitur:* Quia nec Pater & Mater ab eo illuminantur; nisi per cerebrum & influentiam, ut dictum supra. *Et quia hoc est caput omnibus reliquis capitibus supernis superius:* i. e. Corona summa in supernis: *hinc nulla fit mentio nisi unius tantùm capitis, sine corpore ad stabiliendum omnia:* quia impossibile est, ut per illum mundus iste regatur: quoniam ab illo quàm maximè remotus est; ita ut nec emanantia nec creata ullam cum ipso habeant cognationem vel nexum, ut per illum possent produci: quoniam ipse est caput omnibus summis sublimius. Et propterea solius capitis ejus fit mentio, quibus illa vivificentur: quoniam citra ipsum nullam habent vitam: ipsumque conformatur, ut stabiliantur omnia; non autem ut hæc in illo radicentur. Sed gubernatio mundi ejusdemque creatio fit per Patrem & Matrem atque Microprosopum, quæ summa illa superinvestiunt. Nam dum gradus hi articulatim concatenantur, iidem magis magisque incrassescunt, & Lux summa longiùs amovetur; ita ut creari & formari & fabricari potuerit mundus; quod ita fieri non potuisset per Senem hunc.

§. 51. Scito autem, quod corpus Senis hujus fiat anima pro Patre & Matre atque Microprosopo. Hinc saltem dicit, quod non fiat mentio corporis; non vero dicit, quod corpus non habeat.

§. 52. Caput autem hoc summum ab illis investiri non potuit, quia multum sublimius est ipsis. Atque hinc dicitur: *Et iste occultatus est & reclusus & absconditus ab omnibus.*

§. 53. Jam autem observetur quæso, quod in Idra magna dicitur his verbis: *Hæc influentia* (i. e. barba) *in æquilibrio dependet usque ad foveam pectoris.* Ubi objici posset, quomodo id fieri queat, cùm nullum habeat corpus? Verum enim vero res ita se habet, prout diximus.

§. 54. Et fortè huc pertinet, quod suprà dictum est hôc librô: *Bilanx consistit in corpore*; quoniam bilanx, i. e. mas & fœmina in æquilibrio constituta consistunt in corpore istius Senis: quoniam Pater & Mater, qui sunt mas & fœmina illa, consistunt in corpore Senis, & ipse illorum est anima. *Et non unitur nec videtur*, quoniam hâc librâ superinvestitur.

§. 55. Pergit igitur Idra: *Conformationes* Senis, *quibus conformatur* sunt *in illo cerebrô occultissimo* omnium. *Extenditur* enim per illud cerebrum; nimirum in Sapientiam & Informationem, & Cognitionem, in qua omnia continentur. Adeoque formationes instituit per cerebrum hoc, vel per menyngem aëris instar diaphanam, prout dictum est.

§. 56. *Et prodit Benignitas summa* post illa tria. De illo autem dicit, quod *extendatur:* quamvis alias quiescat & reclusum sit, quia nimirum exponitur per tria Tetragram-

grammata, ut supradictum est. Vel etiam, quod *extendatur* per barbam; quoniam in Idra dicitur, per illam barbam tria capita supradicta extendi; quodq; additur, *& formationes instituit*, etiam intelligi potest, quod fiat per formationes barbæ.

§.57. Et prodit Benignitas summa: i. e. influentia, in qua omnia capita uniuntur: & in hac influentia initium est radicum. *Et Benignitas summa extenditur* in frontem, & in influentiam, & in Patrem & Matrem. *Et formatur: & continentur omnia in cerebro occulto.* Nam etiam Pater & Mater continentur in fronte, ita ut hæc videantur esse unum: quia cerebrum occultum tranquillum est desuper & clausum.

§.58. Jam verò rationem dat his verbis: *Nam cum conformatur album hoc*, cerebri scilicet, *in Lumine hoc*, nempe benignitatis supernæ: *irradiat, quicunque irradiat in hoc cerebrum: & illuminatur* cerebrum aliud: & hoc solum *dependet ab influentia honorata*; dicitur autem honorata, quia ab hac illuminatur cerebrum alterum. Nam cerebrum alterum extenditur in triginta duas semitas, cùm illuminatur ab influentia. Atque hinc patet, quomodo cerebra connectantur.

§.59. Nam dum conformatur cerebrum (summum) in cranio & menynge pellucida, prodit Benignitas superna, sicut diximus: Et cùm prodit Benignitas superna, irradiat quicunque irradiat in cerebrum; & illuminatur cerebrum aliud per Benignitatem supernam, i. e. per influentiam: unde omnia sunt unum. Conformatur enim cerebrum, ut prodeat Benignitas superna: & è benignitate superna effulget cerebrum alterum, cùm irradiat, quicunque irradiat cerebrum. Adeoque videtur, sensum hîc produci, ad imum usque: ut nempe ostendatur, quomodo omnia comprehendantur in cerebro illo. Nam cum conformatur albedo hæc Senis Lumine hôc Benignitatis supernæ, irradiatio quædam fit in illud cerebrum: & illuminatur ista Benignitas superna, quæ in cerebro est, & lumen hoc dependens ab influentia honorata, procedit ab illo lumine, unde ipsa oritur, quodque in ipsam descendit è cerebro occulto per Benignitatem supernam. Unde patet, quod omnia sita sint in cerebro occulto, quatenus ab illo prodit lumen: modò quod hoc derivetur in Benignitatem supernam: & è Benignitate superna in influentiam: & ex influentia in cerebrum alterum: ubi origo tamen est cerebrum occultum. Sed priora melius quadrant.

§.60. *Illuminantur tria capita sublimia, duo capita, scilicet, quæ sunt Pater & Mater: & unum, quod illa continet*: hoc est cognitio, vel meliùs, influentia, quod innuere videntur & sequentia, cùm dicit: *Et ab influentia dependent*, quoniam ab illa illuminantur: *& in illa continentur*.

§.61. Atque hinc procedit initium manifestationis barbæ honoratissimæ: quæ est influentia occulta, procedens à Sene mediantibus pilis ejus, qui dependent usque ad foveam pectoris. Et manifestatur in Patre & Matre. *Et isti*, Pater nempe & Mater; *conformantur* eôdem mdô, quô Senex Sanctissimus; qui consistit in tribus capitibus. Ita omnia evadunt tria capita. Et cùm illuminantur, omnia sibi innectuntur. Pater nempe Coronæ summæ; Mater cerebro; influentia capiti, quod ignoratur. Et hoc ipsum est, quod dicitur *in tribus capitibus, quorum duo sunt ab utroque latere*, i. e. duo, quæ denotant

notant Patrem & Matrem, *& unum, quod illa comprehendit*, quô denotatur influentia. Quia illud, quod ambo continet omni locô, etiam infra illa est: & constat ex ambobus, ita ut accipiat ab iis, & illa influant in hoc. Unde porrò dicit: Quis est Senex ille Sanctus? quia potuissent intelligere, quod influentia vocetur Senex: quodque illa tria capita essent Corona summa; & Cerebrum; & influentia; quæ ab illis accipit, & illa in se recipit, prout apparet in reliquis medianis. Jam verò influentiam quidem numerat inter tria illa capita: sed quis & Senex ille Sanctissimus? de quo dictum est, quod in se habeat tria capita. Hinc inter duo superna est illud, quod ignoratur: *& hoc continet omnia; & duo capita in ipso comprehenduntur, & tunc omnia reliqua ita conformantur*, ut nempe, quod duo altera continet, iisdem sit sublimius, & illa ab ipso accipiant influxum; & non ipsum à duobus illis, sicut mediana cætera.

§. 62. *Et illud* i.e. caput quod ignoratur; non est in numero: ut scilicet numeretur tanquam numeratio per se: nec de generalitate, i.e. quamvis fortè non numeretur singulariter, ut fortè tamen numerari queat intra complexum cujusdam, & ingrediatur in generalitatem Coronæ summæ, adeoque recenseatur sub genere emanantium. Hinc dicit: Et non in generalitate. *Nec in computo sive æstimatione* i.e. במחשבה in cogitatione vel Idea. *Sed in beneplacito cordis*: ubi intelligitur רצון sive arbitrium quod adhuc subtilius est cogitatione.

§. 63. Et scito, quod in ista Corona nullæ sint conformationes; quia hæ omnes sunt in cerebro occulto: & hoc est fundamentum explicationis hujus: sicut & suprà dictum est: Ipse occultatus & inclusus & absconditus est ab omnibus; quia in illo nulla conformatio, sed omnes conformationes, quibus ipse conformatur, sunt in illo cerebro occulto; quod est extensio illius Coronæ summæ. Et cerebrum illud occultum cùm formatur, prodit Benignitas superna, quæ est extensio illius capitis; ut supra scripsimus: & Benignitas superna extenditur in frontem & in barbam, & conformat Patrem & Matrem. Et omnia continentur in cerebro hoc occulto. Quomodo autem omnia comprehenduntur in cerebro hoc? quia scilicet cùm formatur, albedo hæc in lumine hoc &c. Nimirum scito, quòd cerebrum istud consistat è judicio & miseratione amorosa: unde nulla ipsi tribui deberet albedo, nisi per Benignitatem supernam. Et hoc ipsum est: quod dicitur: Cùm conformatur albedo hæc per lumen istud. Et paulò superiùs dictum est, quod extensum sit & conformatum & prodierit benignitas superna. Hæc enim benignitas foràs prodit è cerebro per viam effluvii menyngis pellucidæ tenuissimæ & clausæ: & abhinc accedit ad frontem & in barbam, sicut scripsimus supra.

§. 64. Cùm ergò conformatum est cerebrum, & albedinem suscepit per Benignitatem supernam, allidit sive irradiat, quicunque allidit in illud cerebrum. Quid autem allisio hæc sit, intelligi poterit è textu quodam supra adducto ex Idra magna: ubi dicitur: Et hoc cerebrum, quod est hæc Sapientia occulta, quiescit, & residet in loco suo, sicut vinum generosum super fæcibus suis. Ubi sensus est: in Sapientia quidem fæces esse & judicia: sed illa esse tranquilla, & suppressa locô debitô. Si autem moveatur vinum, tunc fæces ascendunt supra vinum, ut judicia appareant. Si autem dolium requiescat

quieſcat ſuper fæcibus; tunc vinô ex orificio eductô, fæces omnes manent infrà. Ex adverſo autem ſi dolium aperiatur circa fundum, fæces tantùm effluunt Unde movendum eſt dolium hoc, ut ambo ſimul prodeant, vinumque & fæces permiſceantur: & ambo in Lucem veniant, judicium nempe & miſeratio. Et hic eſt ſenſus alliſionis hujus, ut nimirum producantur judicia & miſerationes ſimul. Et ſicut ſe habet ſimile hoc de vino, ſic etiam aliud ſimile datur de Sene, qui non facile iraſcitur, niſi ad iram commoveatur: unde irâ quidem non caret, ſed tamen ut ipſi non prævaleat eadem. Porrò & aliud hîc datur ſimile de vino: ſicut enim vinum aliquam utilitatem habet à fæcibus, quippe quæ ſunt cauſa durationis ejus; cùm ſine illis ſtatim diſpereat. Sic etiam emolumentum habet Sapientia à ſtultitia, ſicut dicitur in Sohar ſectione Tasria.

§. 65. Ratio autem, quare hæc menynx undiquaque ſit clauſa, eſt duplex. Non enim in hunc finem ſolum, ut cerebrum occultetur; quia jam occultatum eſt ab oculis omnis viventis. Neque tantum propter fæces; quia ſufficeret, ſi infra clauderetur: jam verò & ſupra contectum eſt circa calvariam. Hinc incipit exponere indeficientiam ejus, ex parte inferiore; dicitque; *& non deficit.* Deinde etiam oſtendere vult; quod etiam circa latera non dehiſcat; dicitque: *& non patet, nec aperitur.* Porrò autem rationem quaſi ſubjungit, ut credatur illam ad latus non dehiſcere; nimirum quod & deſuper ipſa ſuperinducta ſit Cerebro, ut denotetur quanta cura hoc ſit occultatum. Deinde etiam rationem ſubjungere vult, quare non aperta ſit infra; cùm tamen ab ipſa emanarint Pater & Mater: nimirum quod hoc factum ſit propter fæces; prout verba ſonant.

§. 66. Propter duas has cauſas adducit dictum illud de Sene: dicitque quod *ſcientia ejus occulta ſit*; ut denotet naturam cerebri hujus abſtruſiſſimam: & quod *cerebrum ejus recluſum ſit*; ad ſubindicandum fæces.

§. 67. *Et hæc membrana deficit in Microproſopo*, & planè abeſt: & hinc cerebrum ejus extenditur in triginta duas ſemitas, quæ deorſum protenduntur: unde ſcriptum eſt: *Et fluvius egreditur ex Eden*; ubi intelligitur Binah, ſeu Informatio: *Ad irrigandum hortum.* Unde patet, quod etiam verſus inferiora deſcendat, ut riget, Qvam ob cauſam? Quia menynx deeſt parti ſupernæ, ut non integatur Cerebro. Et quia non contegitur; hinc extenditur, & Sapientia prorogatur in Informationem: quod denotant verba: *exit ex Eden*, nempe ex Eden inferiore. Et ab hinc; *ad irrigandum hortum*; Infra. Et quamvis fortè quis non concedat, menyngem deficere deſuper, nec contegere cerebrum: ita ut verba illa, *ex Eden*; idem ſonent, ac diceretur: è lumine illius: Nihilominus ex parte inferiore deeſt membrana hæc: quia dicitur: *ad irrigandum hortum*; quibus oſtenditur cerebrum, deſcendere ad irrigandum.

§. 68. Vel etiam dici poteſt, quod tacitæ objectioni occurratur; quæ talis eſſet: Quare in verbis illis: *Et fluvius egreditur ex Eden* &c. dicitur: *egreditur*; & non; *egreſſus eſt?* Et reſponſio eſt: quia ſemper exit; nec unquam ceſſat. Quare autem ſemper exit? quia plane nulla membrana eundem impedit, ita ut ſemper egredi poſſit. Et quamvis negare quis velit, quod exeat; non quidem aſſerendo quod nullatenus exeat,

 ſed

sed tantùm quod semper egrediatur, è lumine ejus: nihilominus negari non potest, quod ab inferna parte menynx desit; quia scriptum est, ad rigandum hortum.

§. 69. Quod autem porrò addit: *Huc pertinet quod dictum est de signaturis literarum: Tav* &c. Quasi inter figuras literarum prima esset Tav: sic intelligendum; quod Tav quidem sit literarum ultima, quia tempore futuro literæ erunt in suo ordine. Cùm autem inciperent descendere, primo loco prodibat Tav, ordine retrogrado; & faciebat transitus notam in membrana; quæ ibi dehiscebat. Et hinc litera hæc vocatur Tav, à signando, quia fecit notam in membrana transitu suo.

§. 70. Unde porrò dicit: *Literam hanc fecisse signaturam in Sene dierum.* Ubi quidem objici posset, quod de Sene dierum jam non sit sermo; sed de Microprosopo. Idem tamen videtur dicere velle: Signum quod fecit Tav in fine Macroprosopi non est sicut illud, quod est in fine Microprosopi: Non enim patet membrana, sed clausa est: quod ita non est, in Tav, quod in fine Microprosopi extat; ubi membrana deest.

§. 71. Hunc autem vocat; *perfectum Cognitione*: quia à Cerebro Patris prodit Cerebrum Microprosopi; Microprosopus autem vocatur אל רעות Deus cognitionum; sicut dicitur in Idra minore ; Hoc cerebrum autem est perfectum cognitione; quia nulla cognitio ab ipso extenditur; sed ipsum occlusum est, & cognitio intra ipsum est integra ex omni parte; ita ut nullibi dehiscat Membrana illa, nec supra nec infra, sicut dictum est.

§. 72. Postquam hæc jam scripseram, Deus oculos meos clarius illuminavit, super textu illo, quem supra adduxi ex Idra minore §. 49. Ubi verba sunt: *Conformationes autem, quæ in illo conformantur sunt Cerebrum occultissimum omnium.* Ubi vidi, quod primò nominet *Cerebrum occultissimum.* Deinde autem dicit: *Album hoc.* Iterum nominat *Cerebrum* absolutè; & tandem loquitur de *Cerebro alio, quod extenditur* &c. Verus ergo sensus verborum istorum de tribus Cerebris est hic. Pater Cerebrum Senis, verè vocatur Cerebrum occultum. Cerebrum Secundum est cerebrum Patris & Matris; & hoc vocatur Cerebrum absolutè; & manifestatur; & continetur in Influentia, & ab illa dependet; & non extenditur in triginta duas semitas. Et hinc, in Idra magna triginta duarum semitarum non fit mentio nisi in descriptione Microprosopi; nullatenus autem in descriptione Patris & Matris: quia sub generalitate Senis consistunt, & comprehenduntur in Influentia, ubi nulla omninò extensio est.

§. 73. Jam igitur hæc est verborum illorum explicatio. *Conformationes quibus conformatur* Corona illa summa, non factæ sunt nisi *in cerebro occulto*; sicut supra scripsimus: *quod extenditur* in Cerebrum (absolutè dictum) & in Barbam. *Et prodit Benignitas summa. Et Benignitas summa extenditur* in Cerebrum Patris & Matris: *& continentur omnia,* id est; Pater & Mater: *in cerebro occulto. Nam cùm conformatur hoc Album* Patris & Matris: *isto Lumine*, Benignitatis supernæ, quæ manifestatur in Influentia, *aliquis allidit & concutit cerebrum illud* Patris & Matris. Postquam enim conformatum est Album hoc per lumen istud, factum est cerebrum, quod appellat Cerebrum (simpliciter ita dictum.) Et cum in isto fit allisio, *illuminatur.* Et ab Influentia honorata depen-

dependet allidens non allidens; hoc est cerebrum alterum Microprosopi, quod extenditur in triginta duas semitas, cùm illuminatur. Illuminatur autem ab influentia honorata, sed in illud non allidit allidens ad cerebrum Patris & Matris, verum effulget tantùm ab influentia sola. Sed Cerebrum Patris & Matris non effulget nisi per illum allidentem occultatum ab omnibus. Et nihilominus dependet ab eo, qui radicaliter allidit, qui etiam vocari potest allidens non allidens, donec conformaretur per lumen istud Benignitatis supernæ; postea autem allidebat. Unde patet, quod dependeat ab influentia. Nisi enim conformatum esset per lumen istius, non allisisset in ipso non allidens. Jam igitur in Cerebro Patris & Matris duo sunt Lumina influentiæ : inque ipso allisit non allidens. Hoc autem cerebrum alterum, quod extensum est in triginta duas semitas, tantùm accepit illuminationem ab influentia. In cerebris enim Microprosopi res ita se habet. Cùm conformaretur per influentiam, descendebat ipsa Entitas, quæ vitam dat Numerationibus, in Cerebrum hoc sine veste : & hoc est allidens non allidens. Sed in cerebrum Patris & Matris descendebat Entitas summa vestita per influentiam, & lucebat ab influentia tantùm. Et quia per influentiam in cerebrum Patris & Matris descendebat Entitas summa, ibique fortiter allidebat; hinc omnia continentur in cerebro occulto per Entitatem supernam, quæ eadem unit. Et hoc jam clarum est.

§. 74. Porrò scias quod Benignitas summa, i. e. influentia sit corpus capitis illius, quod ignoratur. Quia quod Benignitas in corpore, est Corona in capite : & illa fit caput Patris & Matris. Et hoc est illud, quod dicitur : *Cùm conformatur hoc album lumine istô:* Et evadit in animam Microprosopi. Hinc dicitur: Quod cum illuminatur, fulgorem accipit ab influentia honoratissima. Sed de his satis.

§. 75. *Sunt &* (capilli ut) *lana munda, pendentes in æquilibrio :* Sic pergit liber Occultationis. Et hæc est forma quarta: nimirum pili capitis, qui sunt ceu lana munda; ita ut sibi invicem non implicentur, sed dependeant æqualiter, ut ne unicus quidem pilus emineat præ pilo, vel crinis præ crine. Et coma hæc defluit ad cerebrum Microprosopi, cùm ipsa originem suam habeat è cerebro occulto. Nam quilibet crinis propriam habet scaturiginem, prodeuntem è cerebro per cranium. Et ex eo quod crines isti defluant in Microprosopum, istius cerebrum extenditur in triginta duas semitas. Et propterea pili isti longi sunt & molles, ut defluere possint possint in cerebrum Microprosopi : ita ut de cerebro illo in cerebrum hujus defluant. Quia cerebrum inferius nullam habet permanentiam, nisi per perennitatem cerebri summi.

§. 76. De his docemur in Idra magna his verbis col. 244 : *Cincinni capillorum dependent ordinatissimè albidi ad instar lanæ puræ: usque ad humeros. Itáne usque ad humeros? Nimirum usque ad humerorum initia; ne videatur cervix. Unde scriptum est* (Jer. 2. v. 27): *Quia denudârunt mihi cervicem, & non faciem. Et capillus elevatur post aures, ne istæ contegantur, Unde scriptum est:* (Psalm. 130. v. 2.) *Sint aures tuæ apertæ.* Ut *scilicet capilli post aures reclinentur. Omnes sunt æquales, nec ullus præeminet alteri formâ perfectâ; formâ elegante, formâ pulcherrimâ. Justi qui in Microprosopo*

magna cum voluptate & gaudio videre desiderant & accedere ad formas istas Senis occultissimi. Tredecim digestiones pilorum capillitii consistunt ex utraque parte cranii è regione faciei ejus: & penes illos incipit capillorum divisio. Non est sinistrum in hoc Sene occultissimo; sed omnia dextra. Videtur & non videtur; Occultus est & non occultus; & id in conformatione ejus; & multò magis in ipso. Et propterea Israëlitæ voluerunt in corde suo argutè distinguere, sicut scriptum est: (Ex. 17. v. 7.) *Estné Dominus in medio nostri; annon?* (Distinguentes) *inter Microprosopum, qui vocatur Tetragrammaton: & inter Macroprosopum, qui vocatur* אין. *Quare autem puniti sunt? quia hoc non fecerunt ex amore; sed tentando: sicut scriptum est; quia tentârunt Dominum.* Hæc ibi.

§. 77. Sensus verborum istorum hic est, *quòd in capillitio crines dependeant à conformatione ejus*; i. e. è cranio & cerebro. Et dependeant usque ad humeros. Ubi quæritur, quomodo hoc intelligendum, an scilicet per totam crassitiem humerorum? vel an per totam longitudinem humerorum à collo per totam longitudinem brachii? sicut alibi scribitur: *Capilli à cervice elevantur & foràs prodeunt, ad tegendam totam longitudinem humerorum.* Ubi locus cervicis esset detectus. Hoc autem fieri nequit; sed descendunt usque ad initia humerorum; id est usque ad summitates humerales ex utroque latere colli, collo proximas: ita ut non appareat cervix: quia capilli cervici impendent, & pertingunt usque ad summos humeros utriusque lateris tàm dextri quàm sinistri; ita ut nullatenus videatur cervix. Hoc enim istô locô fieri nequit, quia aliàs auris superna esset contecta, quod hîc locum non habet, ut antea dictum est. Quare tantùm dependent usque ad summitates humerorum, ut cervix occultetur. Quia non est intentio obvelare humeros, sed obvelare cervicem: quoniam scriptum est: Jerem. 2, 27. *Quia denudant* (communiter obvertunt) *mihi cervicem, & non faciem.* Cervix enim scaturigo est judiciorum rigorosorum & corticum: Iisraëlitæ autem peccatis suis detorquentur post cervicem. Locus autem cervicis in supernis contectus est capillitio, ut judicia subigantur & mitigentur per derivatas huc scaturigines è cerebro prodeuntes. Et crines elevantur post aures, ut aures sint apertæ; sicut scriptum est; *ut aures tuæ patulæ sint.*

§. 78. Scito autem, quod crines capitis scaturigines sint judiciorum inferiorum, quæ ab istis dependent. Et quamvis locus illorum nonnisi meri sint amores; nihilominus infra ab illis dependent judicia & rigores. Quod & nomen illorum arguit. Nam שער pilus, capillus derivatur à radice שער, quæ sensum habet horrescendi. In loco illorum autem summo subiguntur judicia & cortices, qui infra ab ipsis prodeunt. Hinc reperies, quod eôdem locô, ubi in Macroprosopo judicia supprimuntur, in Microprosopo eadem magnâ vehementiâ dominentur: ut in fronte & in naso. Sic etiam se habent pili barbæà, quibus etiam dependent judicia inferiora; cùm illi in loco proprio meri sint amores, & miserationes, quibus subiguntur judicia, quemadmodum cùm vinum requiescit super fæcibus suis, fæces ibidem non exsuscitantur, quamvis ibidem sit ipsarum locus & radix. Et quia judicia magis insunt pilis barbæ, quàm pilis capitis: hinc illi sunt duri, & non molles ad supprimenda judicia, quæ suam ibi habent scaturiginem: quod ita se non habet in pilis capitis, qui sunt molliores & lenes. Et nihilominus etiam in his

locus est, unde dependent judicia: præsertim, quia influentiam suam sibi attrahunt è cerebro, quod est è loco inferiore in supernum: quæ est nota judicii sub mysterio lucis reflexæ graduum victoriæ, gloriæ & fundamenti, quæ est nota judici rigorosi. Et hôc respectu pili barbæ prærogativam habent præ pilis capitis, quia illi influentiam suam ordine debito sibi attrahunt, nimirum è supernis deorsum. Et propterea isti pili capitis elevantur post aures, qui est locus, è quo judicia dependent; quia non convenit, ut superinteganturauribus, & impediant preces illuc usque ascendentes.

§. 79. Scito autem, quod de aure Microprosopi nulla omninò fiat mentio, nec in Idra magna nec in parva; nec declaretur modus, quomodo formetur: quia enim visum est autori, quod auris superna admodum sit occulta, manum ad illam applicare noluit. Et hæc est ratio, quare pili capitis non describantur auribus superimpendentes. In Idra minore autem hæc invenimus col. 570. *Ab isto foramine aurium alia dependent foramina: foramen oculorum; foramen oris; foramen nasi &c. Item multa dependent ab hac aure. Beatus ille, qui observat verba sua. Hinc scriptum est: Custodi linguam tuam à malo. De hac aure dicitur, quod audiat: auditus autem dependet ab illo cerebro, Sapientia scilicet* &c. *Et hinc dependet omnis cognitio. Sicut dicitur: Audi fili mi, & percipe dicta mea. Ergo omnia ab auribus dependent. Ab hac aure etiam dependent preces & supplicationes, & apertio oculorum. Sicut dictum est: Inclina aures tuas & audi; aperi oculos tuos, & vide. Ecce omnia abhinc dependent.* &c.

§. 80. Ex istis satis apparet, quàm magna & excelsa, quamque occulta sit auris inferior; quodque omnia ab illa dependeant. Ubi sensus est, quòd omnia dependeant ab exsuscitatione inferiorum, & quomodo vox ascendat ab inferioribus in angustia constituis, cùm ipsis imminent cortices & judicia: quodque à voce ipsorum, cùm ex toto corde suo clamant ad Dominum, clamor ille veniat ad aures ejus, & vox eorum ascendat, si bona sit, ad foramen oculorum: unde descendant duæ lachrymæ è duobus oculi coloribus, rubeo scilicet & nigro, unde derivantur judicia, & cortices: quæ submerguntur in mari Sapientiæ supernæ, quæ misereatur Jisraelitarum. Si autem opus sit, vindictam sumere ab hostibus, quod tunc descendat fumus & ignis per foramina nasi. Et sic etiam casu contrario.

§. 81. De duabus autem lachrymis illis res ita se habet: quòd judicia dividantur in duas species: si enim ex parte sanctitatis veniunt, colore rubro designantur: si verò de parte corticum veniant, nigra dicuntur. Unde etiam dicitur: Nigrum est rubrum, modò quòd obscurius sit. Sectione Trumah autem de coloribus his reperimus sequentia: *Hyacinthinum ortum habuit die secunda; & coloratur duobus coloribus aliis, rubeô & nigrô. Hyacinthinum ergò rubrum suum colorem reverà habet à die secunda, colorem scilicet ignis, qui est* אלהים: *& accipit colorem aureum, & omnia fiunt color unus. Hyacinthinum ergo oritur ab illo colore rubro. Et cum descendit deorsum, color ille ruber amovetur in locum quendam, qui vocatur mare, & tingitur color hyacinthinus: nam illud rubrum ingreditur in mare, & color ejus debilitatur, reditque color hyacinthinus: & hoc est nomen* אלהים: *sed iste prior valde durus est, nempe niger. Color hic provenit* è de-

è diminutione rubedinis, cùm ista diminuitur & debilitatur infrà diminutione inquinamenti: & descendit deorsum, proditque ex immunditie illa color ruber ex inquinamento valido. Et ex illo inquinamento valido iterum fit rubeum ex illa rubedine prima. Et hæc omnia creata sunt die secundâ: dicunturque Dii alieni: Istud nigrum est caligo perfecta, cujus color non videtur præ tenebris. Lumen sanctum sic inquit: quod color niger caligo fiat, quando tingitur: sed quando ruber est, convertatur in hyacinthinum, &c. (Quorum explicatio cùm prolixior sit, hôc locô à nobis omittitur.) Hinc autem discimus, quod rubrum & nigrum denotent rigores, illud nempe judiciorum, & hoc corticum: quodque hæc etiam sint duæ illæ lachrymæ è duobus oculorum coloribus descendentes: item fumus & ignis, qui è duabus naribus erumpunt; ubi fumus ad cortices, ignis ad judicia pertinet. Et hinc etiam duæ species pilorum, capitis scilicet & barbæ ad contegenda duo ista genera: quare quilibet pilus per se extat, ita ut non intricentur invicem. Capilli autem capitis inserviunt ad contegendos cortices; veniuntque è cerebro, quod fixum est & residet, sicut vinum generosum super fæcibus suis: & derivant sapientiam in Microprosopum ad disperdendos cortices. Pili autem barbæ inserviunt ad subigendũ judicia: hinc duriores sunt & non molles, sicut dicitur in Idra magna. Hinc in capite Microprosopi datur mundum & immundum, Lumen & tenebræ: quia ibidem est istorum dependentia. In Macroprosopo autem res aliter se habet, ut suprà scripsimus. Et propterea pili barbæ continentur in influentia, quæ est Benignitas superna ad subigendum judicia.

§. 82. Jamque apparet, quare in Microprosopo duæ sint pilorum species, capitis nempe & barbæ: in fœmina autem tantùm capilli capitis: quia scilicet Microprosopus utrâque specie opus habet; pilis nempe capitis, ut locum præbeat adhæsioni corticum in inferioribus: & pilis barbæ, ut locum præbeat adhæsioni judiciorum in inferioribus; quia ipse consistit ex amoribus & miserationibus. Sed gradus fœminini tantùm opus habent pilis capitis, ut locum præbeant applicationi corticum in inferioribus consistentium: judiciis autem hîc nihil tribuitur, unde nec fœminæ barba est; quia ipsa est judicium, & corpus ejus est radix eorum, nec non eorundem adhæsio; non verò pili ejus.

§. 83. Atque hinc optimè elucescit, quare crines capitis impendeant cervici, & parti posteriori ad contegendos & subigendos cortices, qui in cervice, adeoque in posterioribus Macroprosopi: cujus contrarium est in Microprosopo.

§. 84. Ratio autem, quare nullæ voces & preces ad aurem supernam pertingant, & ibi aliquid operentur; hæc est: quia illa denotat meras miserationes, & amores, & non mutatur. Sed per aurem Microprosopi aperiuntur oculi ejus; cum Macroprosopus oculum habeat semper apertum. Per aurem Microprosopi etiam moventur oculi, ut emittant illas lachrymas; in Macroprosopo autem nullæ sunt lachrymæ. Porrò per aurem Microprosopi è naribus ejus prodeunt fumus & ignis; in Macroprosopo autem nec fumus nec ignis locum habent, sed unicus spiritus vivificans Microprosopum; & unus pro Rege Messia. Tandem etiam per aurem Microprosopi os ejus quædam decernit

cernit, & eloquitur; ſed os ſupernum nihil eloquitur, nec locum ibi habent verba; nec ullus Prophetarum dignus eſt, ex hinc aliquid percipere; & nemo ſcire poteſt ſpiritum ejus, quando eſt; ſicut in Idra magna dicitur. Unde patet, quod auris ſuprema nullam habeat operationum iſtarum.

§. 85. Res autem ita ſe habet; quod in Microproſopo ſit judicium & miſericordia. Et quando homines in mundo inferiore peccant, vox illorum aſcendit ad aurem ejus; & tunc repletur judiciis, & avertit faciem ſuam à Sene Sanctiſſimo. Cùm autem ad ipſum auremque ejus pertingit vox pœnitentium; Microproſopus ſeipſum rurſus præparat ad accipiendum influxum à Macroproſopo, & miſericordiâ prævalet. Unde patet, quod immutatio & reſtitutio dependeant à Microproſopo, quem Macroproſopus converſionis tempore oculô benignô aſpicit, ut declinentur judicia; cùm peccatorum tempore contrarium accidat. Macroproſopus autem nec mutat, nec mutatur unquam. Unde patet, quod auris Macroproſopi tantùm inſerviat Microproſopo, ut nempe audiat vocem hujus, eumque illuminet. Et huc pertinet illud, quod dicitur; Deum Sanctiſſimum atque benedictum preces fundere: quod magnum eſt myſterium, & profundum admodum. Et hæc ratio eſt, quare in Idra de aure hac nulla planè fiat mentio.

§. 86. Pergit autem Idra magna in ſuprà allegato textu de capillis: *Et capilli reclinantur poſt aures, omnesq; ſunt in æquilibrio, ut nullus præmineat alteri.* In Microproſopo enim tria ſunt Cerebra, è quibus unumquodque ſuos producit crines juxta naturam ſuam: ita ut ab uno proveniant longi; ab altero breves; à tertio medii: qui ſeſe invicem ſuperintegunt, prout tria illa cerebra variè extenduntur: unum in triginta duas ſemitas, alterum in quinquaginta portas informationis, & tertium in millies mille conclavia. In Sene Sanctiſſimo autem nonniſi unum eſt Cerebrum, quod nullatenus extenditur: unde capilli ejus ſicut lana pura, ut ſibi invicem non implicentur, ſed dependeant æqualiter nullâ præeminente.

§. 87. *Forma illorum perfecta eſt atque pulchra, ut juſti etiam, qui in Microproſopo cum gaudio eandem videre, eidemque applicari deſiderent.* Senſus horum hic eſt: quòd juſti non pertingant niſi usque ad Microproſopum, nec furſum ulterius venire queant; quoniam eousque pertingit fructus operum eorum. Nam in diſcriminatione capillorum ejus duæ ſeparantur ſemitę reſpectu ſexcentorum & tredecim præceptorum. Et quia capilli iſti derivant influentiam à cerebro occulto in Cerebrum Microproſopi: hinc juſti videre deſiderant radicem & fundamentum naturæ iſtius, à qua influentia ad ipſos deſcendit: ita ut radici ſuæ adhærere deſiderent. Atque hoc eſt quod dicitur: illos deſiderare, ut videant & adhæreant formæ ejus. Jam enim ſupra declaravi, quod preces inferiorum tantùm pertingant usque ad Microproſopum.

§. 88. Cùm autem porro dicit, formam capillorum eſſe perfectam, elegantem atque pulchram, hoc ipſo reſpicit ad conformationem barbæ, quæ non tam perfecta eſt. Quia in illa dantur pili breviores & longiores: ſed capilli iſti omnes æquales ſunt, ut nullus præemineat alteri. Deinde pili quoque barbæ duri ſunt & non lenes: quo reſpicit epitheton elegantium. Deinde capilli etiam ſunt longi, unde dicuntur pulchri

quod

quod ita non est in pilis barbæ. Et hæc est ratio, quare numerô plurali loquatur de conformationibus.

§. 89. *Tredecim digestiones pilorum capillitii dependent ab hoc & ab illo latere cranii &c.* Supra jam scripsimus, quòd cerebrum occultum dividatur in tria Tetragrammata, quibus si addatur Senex ipse eadem comprehendens, hinc exurgunt tredecim. Sic etiam cranium ipsius album radiare dicitur in tredecim latera, prout habetur in Idra majore & minore. Ubi dicitur, quòd in cranio resideant tredecim mille myriades mundorum &c. à quibus derivantur tredecim istæ digestiones capillorum. Et abhinc protenduntur in tredecim conformationes barbæ. Fortè autem à tredecim illis, quæ in fine cranii, protenduntur tredecim istæ digestiones pilorum, & à tredecim, quæ in cerebro, protenduntur formationes barbæ. Et in his crines incipiunt dividi: Quia in capillitio crines omnes vadunt ad locum unum: hic autem pars quædam in latus unum, & pars altera in latus alterum dispescitur.

§. 90. Fortè etiam, quia sunt tredecim attributa summa, quæ describit Micha; & tredecim attributa alia, quæ eloquitur Moscheh, quæque infra sunt, illô locô *ubi judicium est*, sicut in Idra magna dicitur. Hinc respectu binorum istorum attributorũ tredenariorũ, describuntur tredecim digestiones pilorum capitis, & tredecim conformationes barbæ; ut illis tribuatur radix in supernis: hinc ibi pili incipiunt dividi in barba, ut locũ dent tredecim attributis inferioribus inferioribus: in quibus est dextrum & sinistrum.

§. 91. Scito autem, quod præter tredecim istas pilorum digestiones in Idra magna in his capillis numeri adhuc alii inveniantur: ubi dicitur, *quod è cranio capitis dependeant millena millia myriadum, & septem millia & quingenti cincinni: ubi in quolibet cincinno sint quadringenta & decem digestiones pilorum, juxta numerum vocis* קדוש: *quodque omnes & singulæ digestiones pilorum radient in qradringentos & decem mundos; quilibet autem mundus radiet in quadringenta & viginti latera.* Explicatio autem horum numerorum, quamvis profundissima sit, tamen hæc esse potest. Cerebrum hoc occultum, quamvis in se sit unum, potentiâ tamen in se habet tria cerebra inferiora, ut suprà diximus; quippe quæ etiam ab hoc extenduntur. Respectu igitur Sapientiæ, quam in se habet, prodire dicuntur *millena millia myriadum:* qui est numerus generalissimus & perfectus. Respectu Informationis autem, exeunt septem millia: quia ipsa est Mater Liberorum, septem annorum, (seu Numerationum inferiorum.) Respectu Cognitionis a prodeunt quingenti Cincinni: qui est numerus Arboris Vitæ itineris nempe quingentorum annorum. Et respectu trium istorum Conceptuum, videtur etiam supra descripsisse tres formas crinium; perfectam respectu Sapientiæ; elegantem respectu Informationis, quia mulieris est elegantiæ studere: & ornatam sive gloriosam respectu Cognitionis; quo pertinet locus ille: *Israël in quo gloriosus & ornatus ero.*

§. 92. Tres autem isti Numeri, cum descendunt in Microprosopum, diminuuntur; ut alibi dicitur: *& mille & septingenta, & septuaginta quinq;.* Ubi mille dicuntur respectu sapientiæ Microprosopi: Et septingenta, respectu Informationis, quo referuntur septem anni: & quinque respectu Cognitionis, quæ est anima quinque Numerationum

Pul-

Pulchritudinis; quæ sunt Benignitas, Severitas, Pulchritudo, Victoria & Gloria: fœdus enim & corpus habentur pro uno. Septuaginta autem numerantur respectu septem Numerationum structuræ reliquarum, quarum in Macroprosopo non fit mentio, quia ibidem non nisi Caput manifestum est; ut jam expositum est supra. Ex Numeris istis inferioribus (Microprosopicis) facta sunt ווין uncini columnarum; qui pertinent ad mundum Masculinum: unde de his dicitur in Sohar Sectione Pekude: Et hoc est mysterium Masculi, qui constitutus est, ut alimenta præbeat uxori. Atque hinc omnes illi uncini: quos faciebat Bezaleel erant mille & septingenti & septuaginta quinque Exod. 38. v. 28. idem nempe numerus, & mysterium idem.

§. 93. Quod autem porrò dicit Idra, *in singulis cincinnis esse quadringentos & decem pilos: & singulos pilos radiare in quadringentos & decem mundos; singulos autem mundos radios emittere in quadringenta & viginti latera.* Hos numeros meritò dividimus in duas species; quarum una continet quadringenta & viginti; & altera quadringenta & decem. Et quia numerus Cincinnorum æqualis est numero vocis קדוש Sanctus: de Nasiræo verò etiam dicitur; Num. 6. v. 8. *Sanctus erit:* hinc satis clarum est, quod Nasiræus ad locum sanè sublimem admodum ascendat, & similis sit altissimo. Et de Nasiræo bis reperimus, quòd sanctus dicatur, (eodem capite:) respectu quoque ad mundos illos habito, qui prodire dicuntur è cincinnis. Ratio autem numeri hujus hæc est. Sicut tria cerebra inferiora contenta sunt in cerebro isto: ita etiam triginta duæ semitæ, quæ in cerebro inferiore, in eodem continentur (potentialiter:) & abhinc derivantur per cincinnos illos. Ergò singuli isti cincinni constabunt è triginta duabus semitis; quælibet autem semita constat è decem Numerationibus; quæ sunt trecenta & viginti. Et istæ sunt trecentæ illæ & viginti scintillæ, quas evibravit Lumen intensissimum; prout supra declaravimus. Et hi quoque sunt trecenti illi & decem mundi, quos Deus sanctissimus atque benedictus in hæreditatem concedet singulis Justis, quarum semitarum ne unam quidem novit Avis. (Jam numera 310. & unam; & עי״ט, i. e. 89: unde prodeunt 400.) Hinc etiam dicitur in Idra magna & parva; *De albedine Cranii Justi hæreditabunt in mundo venturo quadringentos mundos desideratissimos: quia scriptum est: quadringentos siclos argenti* (desiderati) &c. ubi intelligitur mundus resurrectionis. Et paulò post additur: *quod è rore qui ex hinc destillat, mortui resurrecturi sint in mundum venturum.* Adde quod & textus allegatus Scripturæ huc alludat; cùm dicit: & Abraham ponderabat לעפרן Ephroni; ubi intelliguntur illi, שוכני עפר *qui dormiunt in pulvere*, prout exponitur in Midrasch hanneclam. De his mundis ducenti tribuuntur illis, qui præmium studii Legis accipiunt: & ducenti illis, qui se ipsos quotidie tradunt propter sanctificationem nominis. Quod autem ob Legem tribuantur ducenti; nota quod hìc intelligantur Sapientia & Informatio, duæ Numerationes, quæ singulæ constant è decade, & decem istæ iterum suam habent decadem, unde ducentæ. Et hæ sunt duæ literæ Tetragrammati Jod & He: quoniam tales exercuerunt studium Arboris Vitæ, quæ est Sapientia; & Binah, seu Informatio est בן יה, intelligens Sapientiam. Cùm autem se ipsos tradunt propter sanctificationem per Lectionem Audi Israël; ibi

copulant ſponſum cum ſponſa. Quoniam per קדוש ſanctificationem Nominis ſponſus קדש ſibi deſponſat ſponſam. Et cùm quis ita ſeipſum tradit, jam reputatur pro mortuo: & cum anima ejus procurat copulam per aquas fœmininas, debilitatur latus adverſum, nec intercedére poteſt ut ſponſum in ſponſa ſeparet. Et huc pertinet unio duarum literarum poſteriorum Tetragrammati; & talis etiam meretur accipere ducentos mundos. Et ducenti pro Lege; ſunt quadringenti. Quibus addantur decem literæ Tetragrammati plenè ſcripti per Jodin, hoc modo: יוד· הי· ויו· הי· Hinc exurgunt quadringenti & decem; & hinc digeſtiones hæ pilorum minores dicuntur eſſe quadringentæ & decem. Et hinc nos ter dicimus Sanctus, Sanctus, Sanctus, Tetragrammatos: quia in Sene Sanctiſſimo Tetragrammaton ter continetur; ubi ſi ſingula computentur per decadem; orietur numerus dicti illius: & erunt dies ejus centum & viginti anni. Et ſi numeres literas trium horum Tetragrammatorum in plenitudine ſupradictâ: exurgent triginta: ſic etiam dies Naſiræatus ſimpliciſſimè ſumti, ſunt triginta: quem numerum etiam refert Tetragrammaton, continens viginti ſex & cum quatuor literis ſuis triginta; Unde de Naſiræo dicitur: Omnibus diebus voti ſui Sanctus eſt Domino; ליהוה. Porrò ſcias, quod triginta duæ ſemitæ illæ ſingulæ quoque contineant duodecim literas; *id eſt*, tria illa Tetragrammata: unde numerus trecentorum & octoginta quatuor: *quibus* ſi addas viginti ſex, numerum ſcilicet Tetragrammati; exurgent quadraginta & decem. Et ſi triginta duas ſemitas illas ſingulas comprehendere dicas tredecim illas formationes; exorientur quadringenta & ſedecim, & cum quatuor literis Tetragrammati, habebis quadringenta & viginti.

Porro etiam Nomen שדי אלהים habet numerum quadringentorum.

Et Nomen אל שדי אדני efficit quadringenta & decem.

Et Nomen שדי אלהים אהיה; efficit quadringenta & viginti.

Item Jod ſupernum dependet ab iſto Sene Sanctiſſimo, ſicut dicitur in Idra minore: Jod autem plenè ſcriptum hoc modo יוד, efficit viginti; & vicies viginti (ſi nempe ſingulæ hæ partes iterum habeant viginti:) ſunt quadringenta. Si autem ipſum Jod addas, quod eſt radix horum & efficit decem, habebis quadringenta & decem. Si verò numeres plenitudinem ejus, habebis quadringenta & viginti.

Porro ſcias, quod in Jod contineantur tria Jodin; apex ſcilicet ſummus; apex imus, & Vav in medio: ubi apice ſummo denotatur Corona ſumma; per Vav medianum, Sapientia, & per apicem imum Informatio: ſicut dicitur in Sohar ſectione Vajikra.

Iterum notes, quod totum Tetragrammaton ſeptuagintabinarium dependeat à Sene ſanctiſſimo, ſicut dicitur in Tikkurim. Et in eo ſunt in literis יוד· הי· ויו· tria Jodin, quæ efficiunt triginta: unde naſireatus abſolutè pronunciatus eſt triginta dierum. Si igitur Jod primum computes ut ſupra, ut efficiat quadringenta & decem; habebis quadringentos & decem cincinnos. Et Jod ſecundum eôdem modô ſupputatum tibi præbebit quadringentos & decem mundos: quoniam Jod ſecundum refertur ad Binah, quæ vocatur mundus; & propterea ſunt quadringenti & decem mundi. Jod tertium autem tibi præbebit numerum quadringentorum & viginti: quoniam Jod hoc refertur ad cognitio-

gnitionem, quæ influxum accipit à literis הי יוד: illa verò efficit quadringenta, & cum duobus Jodin influxum præbentibus, quadringenta & viginti. Sed litera quarta iſtius nominis ſeptuaginta binarii, quæ eſt fæmina, nondum hîc manifeſtatur, quamvis abinde etiam dependeat.

§. 94. Porrò mihi etiam videtur, quod inter quatuor Jodin iſtius nominis Jod primum modô ſupradictô ſupputatum, ut quadringenta referat, repræſentet quatuor mille mundos occultos cranii, è cujus albedine & lumine juſti in mundo venturo hæreditabunt quadringentos mundos: ut dictum ſuprà. Quodque Jod ſecundum in הי iſtius nominis referat quadringentos cincinnos & decem cum radice, i. e. numero proprio, unde quadringenti & decem mundi: nam à Binah & porrò deorſum incipit ſtructura mundi. Sic etiam trecenti & decem mundi ſunt ſub mundo venturo, & non in mundo venturo, *ſicut* dicitur in Sohar ſectione Trumah. Et Jod quartum iſtius nominis etiam *efficit* quadringenta, quibus ſi addas ipſum Jod, quod eſt in ה ultimo; unà cum illo quod eſt in ו, quia hic eſt ſponſus eidem influxum præbens, cum ipſa per ſe nihil habeat: *Ecce* hinc exurgunt quadringenta & viginti.

Sic etiam, ſi Jod numeres ter decies, tibi exurgent trecenta; & cum ipſo Jod efficientur trecenta & decem. Et hi ſunt illi trecenti & decem mundi, qui ſunt ſub mundo venturo.

Si autem computes additamentum hoc literæ Jod per plenitudinem ſuam, tibi exurgent trecenta & viginti: quæ ſunt trecentæ & viginti ſcintillæ, quas evibravit lumen intenſiſſimum. Et ſi ה per ſe ſumtum addideris, exorientur trecenta viginti quinque. Et hæ ſunt trecentæ viginti quinque illæ ſcintillæ, quæ ſubſtiterunt, ut dictum ſupra. Et ſi multiplices Jod primum per Jod ſecundum, quod eſt in He (in plenitudine ſua, id eſt vicies viginti;) evenient quadringentæ & cum ipſo Jod quadringenta & decem. Et ſi multiplices Jod primũ cum Jod He ultimi, ſuperadditô Jod in plenitudine ſua, habebis quadringenta & viginti. Et ſi viginti multiplices per viginti & unum, habebis quadringenta & viginti.

Item ſi Tetragrammaton in plenitudine multiplices per quatuor ejus literas, habebis quadraginta; & additis duobus nominibus, erunt quadraginta duo. Jam ſi quadraginta duo multiplices per decem, tibi orientur quadringenta & viginti. Sed de his ſatis.

§. 95. Porrò etiam dicitur in Idra magna hôc locô de capillis, quod in discriminatione capillorum procedat ſemita quædam, quæ luceat in ducentos ſeptuaginta mundos: quodque ex illa eradietur ſemita alia, in qua illuminentur juſti mundi venturi. Quia ſcriptum eſt Prov. 4. v. 18. *Et ſemita juſtorum ſicut lux fulget.* Idem quod exhinc fiat diviſio in ſexcentas & tredecim ſemitas alias, quæ dividantur in Microproſopum, de quibus ſcriptum eſt: Pſal. 25. v. 6. *Omnes ſemitæ Domini miſericordia & veritas* &c. Et in Idra minore ſcribitur, quod de hac ſemita intelligendum ſit dictum illud: Jeſ. 58. v. 14. *Tunc oblectaberis ſuper Domino:* quodque ab hac ſemita multi calles alii diſtribuantur in Microproſopum. Hæc ibi. Et quamvis ſuprà dixerimus, quod tredecim ſaltem ſint pilorum digeſtiones, ubi crines incipiant dividi: dicendum tamen eſt, quod reliqui crines non habeant locum ſingularem, ut partim huc partim illuc propendeant; quia omnes

sunt æquales. Istæ digestiones autem habent locum peculiarem, ubi nulli sunt crines alii, nempe in discriminatione capillorum. Unde dicitur: hanc esse semitam, in qua fulgent justi pro mundo venturo.

§. 96. Nervus autem horum omnium est, quod capilli inserviant ad occultandam lucem supernam, ut illa vestiatur & superintegatur capillis, atque sic deorsum radiet. Quia non esset possibile, ut acciperetur lux tanta, nisi mediantibus capillis istis. Justi autem sunt in Microprosopo, & digni evadunt, hanc assequi semitam immediatè. Unde patet, quod gradu quodam supereemineant Microprosopo; qui influxum suum non accipit, nisi per capillos istos: cùm illi immediatè fruantur luce hâc supremâ. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Idra minore: Huc pertinere dictum illud Jes. 58. v. 14. *Tunc oblectabis te super Domino:* quasi diceretur in loco, qui superior est & altior ipsô. Ratio autem, quare hæc semita sit in discriminatione capillorum media, hęc est; quod justi huc accedere mereantur mediāte Lege scriptâ, quæ est columna media & Cognitio. Supra enim jam scripsimus, quod in capillis illis tria cerebra contineantur nempe Sapientia, Informatio, & Cognitio: ubi Cognitio est in capillorum medio, & in illa lucet semita justorum.

§. 97. Et per hanc præfationem, quod capilli sint pro occultanda Luce, melius etiam intelligi potest, quod supra diximus: Capillos istos superintegere cervicem, ut hæc non videatur. In inferioribus enim circa postica è regione cervicis supernæ, locum habent cortices & judicia: Unde non convenit, ut cortices contueantur locum hunc sanctum, & ad illum sese applicent: quem in finem etiam contectus est capillis. Quod ita non est è regione faciei, ubi nulli sunt cortices. Adde quod facies conformetur ore, nasô, &c. imo ipsa facies sit vestis quædam cervice multo extantior: cùm è contrario in cervice nulla sit conformatio nisi per capillos istos, qui eandem contegunt. Et hanc ob causam aures supernæ non conteguntur crine ullô.

§. 98. De fronte hæc extant in Idra magna: *Cum ascendunt preces Israelitarum ante Senem dierum, iidemque misericordiam implorant &c. frons detegit beneplacitum beneplacitorum* &c. Ubi sensus est, quod per Microprosopum preces illuc eleventur. Unde non dicitur: quòd Senex dierum audiat preces Jisraelitarum, vel quod eas accipiat. Et ab hac semita porrigitur semita alia, quæ extenditur in sexcentos & tredecim tramites, qui distribuuntur in Microprosopum: sensus est, in ista semita hæc quàm obscurissimè contineri. Quoniam è cognitione hac, quæ est discriminatio capillorum, descensus est in Microprosopum, ubi locum habet cognitio ordinaria, Lex nimirum scripta; constans è ducentis & quadraginta octo præceptis affirmativis, & trecentis sexaginta quinque præceptis negativis; quæ sunt sexcentæ & tredecim istæ semitæ: quia cognitio inferior è potentia cognitionis superioris contentæ in cerebro occulto prodit. Et sexcentæ tredecim istæ semitæ sunt bona illa reservata iis, qui custodiunt fœdus & testimonia ejus, & ipsis detur merces omni præceptô superior, immediatè ex hac semita: & sunt benignitas & veritas, quæ in trutinando inclinant ad clementiam, ut merces illa optima fiat integra; sicut dicitur in Idra parva.

§. 99. Numerus autem ducentorum & septuaginta mundorum descendere potest

est è viginti septem literis, assumtis finalibus; si singulis integra decas tribuatur. Et propterea exhinc illustratur semita pro justis in mundo venturo. Quicunque enim studium Divinæ Legis exercet, ille à Lumine Legis vivificatur. Et fortè digitum hîc intendit, in quadringentos illos mundos, quos justi hæreditabunt in mundo venturo, de lumine albedinis cranii; ita ut dici queat, ducentos & septuaginta lucere in semitam hanc; & centum & triginta lucere versus albedinem capitis, quæ inter singulos pilos interjacet. Dici enim potest, quòd quadringenta illa dividantur in tres portiones, respectu trium cerebrorum, Sapientiæ, Informationis & Cognitionis; quarum singulæ continent centum & triginta tria cum una tertia : cumque eum Sapientia unitur Cognitio, tunc prævalere facit latus Sapientiæ versus Benignitatem, & in se suscipit tria residua, quæ in Binah sunt respectu trium radicalium : Unde oriuntur ducenti & septuaginta. Eodemque sensu dicitur in Sohar sectione Trumah de trecentis & decem mundis, quod Tiphereth accipiat ducentos & septem, juxta numerum vocis אור versus latus benignitatis: ita ut severitati tantum remaneant centum & tres. Sed hic cognitio, quæ est discriminatio capillorum, accipit ducentos & septuaginta; ita ut Informationi remaneant centum & triginta. Et isti non usque adeò lucent, sicuti benignitates, quæ plus continent miserationis quàm illæ: & lucent per semitam istam. Sed centum illi & triginta lucent per album inter capillos emicans. Ne mireris autem, quòd hîc dicantur esse miserationes & judicia: cùm dictum sit: In hoc Sene occultissimo omnium nihil dari sinistri. Quamvis enim dicatur, capillos hîc incipere distingui: hoc tamen intelligendum saltem est, quatenus deorsum descendunt in Microprosopum; in supernis autem nihil tale cognoscitur : & quamvis in potentia ibidem sit; id tamen quàm occultissimè concipiendum est. Et propterea dicitur: in Sene hoc occultissimo omnium, nil dari sinistri: & dextrum tamen ita saltem videri, ut quasi non videatur. Quamvis enim miserationes hîc sint; nullatenus tamen cognoscuntur. Quoniam Lux non cognoscitur, nisi ex opposito tenebrarum: hîc autem nulla est caligo, & nullum judicium.

§. 100. Quod autem dicit *Videtur*; intelligendum est, quòd per Microprosopum cognoscatur, in quo dextrum est; quando scilicet hunc intuetur oculô apertô, benevolentiâ benevolentiarum. Extra hunc casum enim nihil dextri ibidem ullatenus deprehenditur: adeoque nihil tale videtur in ipso. Sed sinistrum in ipso nullô modô est, quia malum non descendit è supernis.

§. 101. Israëlitæ igitur scire desiderabant, quænam esset differentia inter Microprosopum; cùm ille dominatur per meram misericordiam; & inter Macroprosopum: idque volebant explorare corde & intellectu suô, quænam esset differentia inter Microprosopum & Macroprosopum. Hinc textus dicit: Quod exploraverint corde suô. Simile quid etiam dicitur in Sohar sectione Schelach lecha: Quod nimirum scire voluerint illud, quod scriptum est: *Estne Tetragrammatos inter nos? Nota benè, an verò Non?* &c.

§. 102. Porrò scito, quod cranium hoc superintegat cerebrum illud, quod dicitur Informatio; hæc autem est palatium Sapientiæ, in quo hæc reconditur. Unde patet, quod omne præmium justorum derivetur à cranio hoc. Quia quadringenti mundi ef-

fulgent ab albedine cranii: ficut fcriptum eft: De quadringentis Siclis argenti transeuntis per circumeuntem: i. e. per calvariam, quæ circumdat & ambit cerebrum.

§. 103. Jufti autem ifta hæreditabunt in mundo venturo pro vivificatione mortuorum. Et fic etiam dicitur, quod femita quædam fit in difcriminatione capillorum, in quo luceant jufti mundi venturi. Item quod exhinc fulgeat femita extenfa in fexcentas & tredecim femitas Microprofopi ad diftribuendum præmium præceptorum. Unde patet, quod omnia requifita mundi venturi abhinc deriventur. Quoniam mundus venturus, qui eft in Microprofopo influxum accipit à mundo venturo fuperno, ut detur præmium juftis inibi exiftentibus. Atque hinc cincinnorum numerus dicitur millena millia myriadum, feptem millia & quingenta. Nam Millenarius pertinet ad Informationem; ficut dicitur in Sohar, fectione Balak. Et feptenarius, denotat feptem annos, qui in illâ: & quingenta funt fub myfterio quinquaginta portarum Matris intelligendi.

§. 104. Porrò etiam dicitur in Idra magna: *De hoc cranio albo radii effulgent in tredecim latera effigurata; in quatuor latera ex parte unâ; & in quatuor, ex parte altera; & in quatuor, ex parte faciei; & unum in parte fuprema cranii. Id eft, ex parte fuprema: & ibi incipit longitudo faciei ejus extenfa in trecentas & feptuagita myriades mundorum: unde etiam vocatur Macroprofopus, i. e. longâ facie præditus. Et hic Senex omnium fenum vocatur longam faciem habens: alter autem vocatur Microprofopus, i. e. brevem faciem habens in oppofitione Senis decrepiti Sancti fanctorum fanctiffimi. Et cùm Microprofopus iftum contuetur, omnia probè ordinantur; & facies ejus pariter extenditur, & longa fit pro ifto tempore: non verò pro omni, prout Senex femper talis manet. Et ex hoc cranio prodit tractus quidam albus in cranium Microprofopi ad conformandum caput ejus: & ex hoc capite in crania inferiora, quorum non eft numerus, &c.* Senfus eft hic, quod hoc album, quod eradiat in tredecim tractus, veniat à cerebro occulto, quod dividitur in tria Tetragrammata. Unde in Idra parva de his ita traditur: *Et propterea Senex Sanctiffimus vocatur* אין *Non exiftens; quia ab illo dependet, qui Non dicitur. Quia omnes illi capilli & omnes ifti cincinni proveniunt à cerebro occulto: omnesque refident æqualiter: & non apparet cervix, ac fi non effet, quoniam Senex hic Sanctiffimus quafi uniformis eft. Omnia hic in gaudio, & non mutatur è ftatu amoris in æternum. In tredecim attributis miferationum reperitur, quia in cerebro occulto difponuntur tria Tetragrammata: & ifte Senex eadem continet, & iisdem dominium exercet fuper omnia.* Ubi fenfus eft, quod fupra Senem hunc fanctiffimum, qui in hoc capite fuperno, nullum caput ulteriùs aliquid fciat vel cognofcatur, quid in illo capite fit: eò quod Senex ifte Sanctiffimus fit corona fumma, & caput fupremum: prout ibidem paulo infra dicitur: *Senex hic Sanctiffimus decrepitus & annofiffimus eft. Corona fumma, quâ coronantur omnes coronæ & diademata, & ab eo effulgent & eradiant, & effluunt lumina, &c. Ipfe autem eft Lux fumma & occulta, quæ non cognofcitur; & omnia reliqua lumina ab ipfo effulgent & eradiantur.* Hæc ibi.

§. 105. Hic per Senes intelliguntur Sapientia & Informatio: Senex autem fenum eft Corona fumma in fupernis. Per Coronas autem & diademata & lumina intelligun-

tur septem conformationes capitis, & tredecim conformationes barbæ, quæ influentiam demittunt in inferiora emanata. In specie autem per Coronas intelliguntur Pater & Mater; & Sapientia, Informatio & Cognitio: & per lumina septem lucernæ subsequentes. Diademata autem dicuntur, quod ambiant eum; quia ipsi propinqua sunt, & ex ipso fiunt. Coronæ autem dicuntur, quod eradient; quoniam lux, quæ ab illis prodit, ab eo derivatur per conformationes ejus. De luminibus autem dicit, quòd flammas emittant & luceant: quia in illis est judicium & miseratio; quorum illud exprimitur flammarum emissione; hæc verò lucis emissione. Et quia hoc mirum videri posset: quomodo enim judicia ab eo flammas emittunt, qui merus amor est? Hinc pergendo dicit, quod ipse sit Lux summa, occulta, quæ non cognoscitur. Ubi innuit, quod in ipsa quoq; lucerna hac sancta in potentia quidem sint judicia, sed non cognoscantur; unde eandem dicit occultam, quæ non cognoscatur. Cùm autem Lux hæc ad inferiora pertingit in lucernas; eædem manifestantur. Hinc dicit: & omnes lucernæ reliquæ ab hac flammas emittunt & lucent. Et quia omnes conformationes sunt in capite tertio, quod est cerebrum occultum: & derivantur à capite secundo, quod est senex annosissimus inter senes: hinc innuit, quod illum cingant omnia diademata.

§. 106. De his capitibus autem dicitur in Idra minore: col. 558. *Senex Sanctissimus occultus est & abstrusus; & Sapientia superna occultata est intra hoc cranium; invenitur, & revera non invenitur: in hoc Sene non manifestatur nisi caput solum; quia ipse est caput omnium capitum. Extensio illius Sapientiæ occultæ supernæ in ipso occultatur: & vocatur cerebrum supremum occultatum; cerebrum, quod tranquillum est; & quiescit, ita ut nemo cognoscat, quomodo se habeat. Tria capita effigurantur, unum intra alterum; & unum supra alterum. Caput unum est Sapientia occulta, quæ occultatur, & non aperitur, & supra Sapientiam hanc occultam est caput omnium capitum, caput quod non est caput; quod nihil novit, nec etiam cognoscitur ab aliis, quid in illo capite sit: quia non adhæret, nec sapientia, nec intelligentia: & propterea dicitur: Fuge in locum tuum. Item: Animalia currebant & redibant.* Hæc ibi. Ubi sciendum, quod Senex Sanctissimus in se contineat omnia tria Capita: sicut dicitur in Idra parva, & supra jam expositum est. Et verba Idræ sunt: *Hic Senex Sanctissimus invenitur cum tribus capitibus, quæ continentur capite uno, quod est summo omnium loco. Et quia Senex Sanctissimus designatur per tria; hinc & reliqua Lumina lucentia ab eo, triadem continent. Item Senex Sanctissimus designatur per duo; quæ sunt Corona summa inter omnia superna: quæ est caput omnium; & deinde quod supra istud est, nempe quod non cognoscitur: sic omnia quoque cætera Lumina occulta Dyades continere dicuntur. Tandem etiam Senex Sanctissimus designatur & occultatur per Monadem; ut omnia sint una; & ipse tantum sit unus, & omnia Lumina reliqua sanctificantur, & uniuntur & applicantur in uno, & sunt unum, & omnia Ipse. Hæc ibi.* Hinc patet, quod Senex sanctissimus, sit nomen generale, omnium trium Capitum supernorum. Et deinde in specie Sapientia summa vocatur Senex occultus, secundum nomen suum alterum, quo dicitur Cerebrum occultum. Corona summa autem vocatur Occultissimus omnium occultorum; vel etiam; Senex Sanctissimus, Senex senum. Et

Caput

Caput summum dicitur Caput quod non cognoscitur. Deinde sequitur Corona summa, & cerebrum occultum. Sic omnia quoque lumina dispescuntur in Triades, חכ״ב Sapientia, Intellectus informans, & cognitio; חג״ת, Benignitas, Severitas & Pulchritudo: נה״י Victoria, Gloria & fundamentum. Et quatenus Cognitio continetur in Sapientia & Intellectu informante; & Pulchritudo continetur in Benignitate & Severitate. & Fundamentum in omnibus; hinc Dyades saltem reperiuntur. Hinc dicit, quod & Senex interdum designetur per Dyades. Quamvis enim repræsentetur per Triadem, aliquando tamen duo tantum in ipso designantur; nempe Caput quod ignoratur, & Corona, quæ in se includit cerebrum occultum; quia caput tertium, i. e. cerebrum hoc occultum tantum est conformatio Senis: ita ut ipse Senex in Dyade tantum appareat. Atque sic in Idra minore traditur. col. 559. *Conformatio Senis Sanctissimi fit formâ unica, quæ est forma generalis omnium reliquarum formarum, & hac est Sapientia summa occulta: Generalitas cæterarum omnium. Et hac vocatur Eden sive Paradisus supernus occultissimus omnium occultorum; estque cerebrum Senis Sanctissimi. Et hoc cerebrum extenditur quaquaversum: & ab eo extensio quoque fit in Eden sive Paradisum alterum; qui ab hoc Paradiso effiguratur. Et hoc caput occultum, quod in capite Senis omnium est, quando extendit frontale quoddam ad illuminandum; allidit ad hoc cerebrum, & hoc effiguratur & illuminatur multis luminibus: & producit & designat* (בכורסייא sic habet Manuscriptum:) *in throno quodam, nimirum in fronte illa jam producta, Lumen aliquod, quod vocatur* רצון *Benevolentia: & hac Benevolentia deorsum extenditur in Barbam, usque ad locum illum, ubi residet in Barba, qui vocatur Benignitas summa: & hanc benevolentiam, cum manifestatur, intuentur Domini Judiciarii, & supprimuntur.* Hæc ibi.

§. 107. Sensus horum est: quod in duobus Capitibus supernis nulla planè sit conformatio: Sed in capite tertio sint Conformationes: quodque hoc sit forma generalis omnium formarum, tam Barbæ, quàm Cranii. Et hoc est exemplar generalissimum omnium quæ Emanant tam ab ipso, quàm infra Ipsum. Et hoc vocatur Eden supernus occultissimus omnium occultorum, quia adhuc duo alii Paradisi sunt, Pater sc. & Mater, quibus etiam tribuitur nomen Eden, ut infra apparebit: qui Eden derivatus ab Eden superno demittitur in Eden Microprosopi, nempe Sapientiam & Intelligentiam ejus informantem. Ille verò est occultissimus præ duobus cæteris: Hinc vocatur occultissimus omnium occultorum. Et hoc est cerebrum occultum Senis Sanctissimi, & ejus conformatio per hoc Cerebrum instituitur; & in hoc initium est conformationis, quia in illo non locum habet Nomen Cerebri, nec cranii. Et cerebrum hoc extenditur quaquaversum per capillos suos: quia Capilli Capitis ab eo proveniunt, per quos Sapientia immittitur Cerebris Microprosopi: Pili autem Barbæ in Patrem & Matrem derivantur per Influentiam. Unde patet quod ab omni latere extensionem habeat, antrorsum, & retrorsum; Et ab eo fit extensio per Influentiam in Eden sive Paradisum alterum, i. e. in Patrem & Matrem ut supra dictum est. Et ab hoc Paradiso effiguratur iste Paradisus alter, id est Sapientia, quæ vocatur Principium, unde producuntur lumina in Ca-

put Microprosopi. De hoc ita dicitur in Idra Minore: *Locus principium reperitur in Sene, quod effulget ab Influentia. Hoc est lumen Sapientiæ, quæ extenditur in triginta duas semitas; & prodit à cerebro occulto, nempe è lumine quod in illô est: Et per quod Senex Sanctissimus in principio effulget; hoc ipsum est hæc: principium scilicet unde fit manifestatio. Et conformatur in tria Capita: & caput unum eadem comprehendit. Et ista tria extenduntur in Microprosopum, & ab illis fulgent lumina omnia. Hæc Sapientia sculpturam instituit & producit fluvium quendam, qui fluit & prodit ad rigandum hortum; intratq; in Caput Microprosopi, & efficit Cerebrum aliud. Et abhinc porro defluit & derivatur per totum corpus, potatque omnes illas plantas. Hinc scriptum est: & fluvius egreditur ex Eden, &c. Hæc sapientia effiguratur, & promanat, & ingreditur in Caput Microprosopi, & ibi constituitur Cerebrum aliud. Hoc alterum est istud flumen, à quo emanant illi duo rivi: qui etiam conformantur & uniuntur in profundum aliquem puteum. Sicut scriptum est: Proverb. 3. v. 20: In cognitione abyssi ruptæ sunt. Et ingreditur in Caput Microprosopi & conficit cerebrum aliud: & abhinc pergit, & intrat in corpus, & adimplet omnes ejus exedras & conclavia: sicut scriptum est: Prov. 24. v. 4. In Cognitione penetralia replebuntur. Et lumina hæc omnia descendunt è lumine illius Cerebri summi occulti, quod lucet ab Influentia Senis Sanctissimi, Omnia sibi invicem innectuntur & à se invicem dependent; donec cognoscatur, quod omnia sint Unum; & omnia hæc est Senex ille; & ab eo nihil separatur. Illa tria Lumina, radiant in tria alia, quæ vocantur Patres: & isti Patres lucent in Liberos: & omnia effulgent è loco uno.* Hæc ibi.

§. 108. Sensus hic est: quod Cerebrum occultum vocetur Principium in Sene, unde est initium manifestationis & conformationis ejus; sicut dictum est. Sed non vocatur Finis, quia hic ibidem non invenitur: nec dici potest, quod ibi sit principium & finis; quia hoc loco non simul incipiunt manifestari Emanantia, & simul etiam finiunt manifestationem suam; quod aliàs dicitur in Sapientia fieri & in regno. Quoniam hæc sapientia occultata est ab oculis omnium viventium. Imò ne mater quidem, quæ est intelligentiæ largitio, hoc loco adhuc ullatenus manifestatur; nedum Regnum, Mater secunda. Hinc locus iste nondum vocatur Eden, quia adhuc occultus est, nec manifestatur: Membrana enim diaphana eundem claudit, & vocatur הוא, Ille. Sed in Eden hoc secundo aliqua est manifestatio, & hic incipit manifestari Emanantibus; vocaturque Tu: & hic est Pater; sicut dicitur: *quia Tu es Pater noster* &c. Principium & finis, quod denotatur per mysterium literæ Jod יוד plenius scriptæ hoc modo: יוד. ויו. דלת. Nam Daleth est Regnum, sicut notum est. Hinc ibidem dicitur: *Eden vocatur Principium Senis; & non vocatur, & non est principium. Et quia in eo non est principium & finis; etiam non vocatur* אתה*: Tu: quia occultus est, & non manifestus; & vocatur* הוא *Ille. Illo loco autem ubi principium extat, locum habet nomen* אתה*, Tu: & vocatur Pater; juxta illud. : Quia Tu Pater noster*, &c. Hæc ibi. Hoc ipsum etiam jam suprà expressum est his verbis: *In Cranio, albo* scilicet capitis *non est principium & finis.* Quin imò in Cranio albo, quod est Mater intelligendi quæ in Corona; quæque ambit Sapientiam cerebrum illud occultum, nondum manifestantur princi-

pium & finis: donec venit Benignitas superna in Barba, & abinde manifestantur Pater & Mater per Influentiam; ut notum est.

§. 109. Pergit autem Idra: *In Commentario R. Jesa Senis, hæc regula generalis traditur: Microprosopus vocatur* אתה *Tu: Senex Sanctissimus, qui occultatur, vocatur,* הוא *Ille. Et rectè. Jam verò illi loco ubi principium invenitur, quamvis occultetur quia tamen ab eo principium fit, tribuimus nomen* אתה *Tu: & hic est Pater Patrum. Et hic Pater prodit à Sene Sanctissimo: sicut dicitur Job. 28. vers. 12. Et Sapientia* מאין *ex Non ente invenitur. Et propterea non cognoscitur. Veni vide! Scriptum est:* אלהים *Deus novit viam ejus. Id est viam ejus saltem. Iste verò novit locum ejus ipsum; & multo magis viam ejus. Et multò magis Sapientiam illam occultatam in Sene Sanctissimo. Hæc Sapientia est principium omnium; & ab ea extensio fit in trigintaduas semitas. Semitas, inquam, non verò tramites Et Lex in illis comprehensa est in viginti duabus litteris & decem dictis. Hæc Sapientia est Pater Patrum; & in ista Sapientia principium & finis invenitur. Hinc est sapientia superior, & inferior. Cum extenditur Sapientia, vocatur Pater Patrum. Omnia nullibi comprehenduntur nisi in illa: sicut scriptum est Psalm. 104. v. 25. Omnia in sapientia fecisti.* Hæc ibi.

§. 110. His verbis explicatur R. Jesa Senex; qui dixerat: Nomen Tu non tribui nisi Microprosopo, quia hic sit manifestus; Senem autem Sanctissimum, qui occultetur, non vocari nisi nomine הוא, id est Ille. Quæ rectè se habere dicuntur: ita tamen ut non præcisè intelligatur Microprosopus, qui manifestus plane est; sed etiam Pater; quamvis occultus sit: quia nimirum in eo invenitur principium, vocetur nomine Tu: eo scilicet respectu, quod non tam occultatus sit, quam Senex, & è generali conceptu Senis jam exiverit. Et hic dicitur Pater Patrum, quia ab illo prodeunt tria Lumina, Sapientia, Intelligentia & Cognitio, & radiant in tres Patres, sicut explicuimus. Et Pater hic prodit è Sene Sanctissimo per Influentiam; & propterea non cognoscitur: quoniam continetur in Influentia, & reputatur ad Senem pertinere: sicut supra dictum est; & omnia sunt Senex. Patet igitur, quod vocetur Principium; quatenus egreditur è generali conceptu Cerebri occulti, & in ipso aliqualis manifestatio est. Sed quatenus in influentia ista continetur Senex dierum, ipsa nempe Essentia superna, quæ descendit eamque pervadit; & ipse est spiritus qui occultatur in Sene dierum, ut supra scriptum est: hinc dicitur ignorari, & esse Senex. Scito autem, quamvis nomen Senis Sanctissimi comprehendat tria Capita; id tamen sic intelligendum; ut quoad ipsam Essentiam etiam sit in tribus illis. Unde supra dictum fuit: Iste Senex reperitur in tribus; item; designatur in tribus. Quoad existentiam illorum autem Caput primum vocatur, Caput circa quod ignoratur quid sit in illo Capite; quare etiam sic in textu dicitur: *quid sit in isto Capite.* Suo nomine autem hoc vocatur Senex Sanctissimus occultissimus inter omnes occultos, &c. Essentia superna ergò pervadit & descendit usque ad Patrem, qui prodit è Sene Sanctissimo; quæ est illa potentia quæ occultatur in Sene dierum. Et hoc est illud, quod dicitur Job. 28, 12. *Et sapientia è Non ente invenitur.* Quia per Non existentem intelligitur Senex. Et quamvis אין Non existens sit Corona summa in supernis

pernis: nihilominus tamen & Senex Sanctiſſimus vocatur אין Non exiſtens, quia ab iſto dependet ille Non exiſtens. Et hoc ipſum eſt quod traditur in Idra minore, in textu illo ſupra à nobis jam adducto : Et propterea Senex Sanctiſſimus vocatur אין non exiſtens; quia ab eo dependet hic non exiſtens. Supra autem dicitur: *Tria capita excavantur; unum intra alterum; & unum ſupra alterum.* Caput autem ſecundum, quod vocatur אין *Non exiſtens*, non dependet à capite tertio, quod ſupra ipſum eſt: quia ibidem ſunt adyta ipſius Eſſentiæ. Hinc ille vocatur Non exiſtens; quia ab eo dependet hic, Non exiſtens. Senſus autem iſtius excavationis eſt hic ; quod ita præparata ſint, ut inferius ſit receptaculum ſuperioris; ad inſtar maris & fœminæ; ut unum influentiam accipere poſſit ab altero. Adeoque illud quod eſt intra alterum eodem eſt ſuperius. Quaſi nimirum unum eſſet Palatium alterius, ut hoc in illo occultari queat; ſicut exempli gratia, Sapientia occultatur intra Intelligentiam; & hæc ſeſe invicem cognoſcunt: & unum eſt ſublimius altero. Unum, inquam, eſt intra alterum, id eſt multò intimius proximo ſuo: Nam primũ planè non cognoſcitur: & alterum long excelſius eſt tertio, quod dicitur Cerebrum occultum ; & nihil aliud eſt, quam conformatio Senis; illo ſenſu, quo in Sene tantum ſtatuitur Dyas; ut dictum ſupra. Sed redeamus ad textum noſtrum. Ibi rationem adducit, quod Sapientia hæc egrediatur è Sene Sanctiſſimo, è ſcriptura, quæ inquit: *Deus novit viam ejus.* id eſt viam ejus propriè loquendo. Ubi ſenſus eſt, quod Microproſopus intelligat viam Sapientiæ iſtius; id eſt, extenſionem ejuſdem, quâ in ipſum extenditur in triginta duas ſemitas tantùm. *Sed Ille*, id eſt, Senex; novit verum ipſius locum, id eſt Ipſum Patrem & Matrem; quia ibi eſt locus ejus & initium manifeſtationis ejus. Et multò magis viam ejus. Id eſt, influentiam, quæ deſcendit hâc viâ. Et multò magis illam ſapientiam occultatam in Sene : id eſt: Cerebrum illud occultum, quod ipſi proximum eſt. Forte autem & ſic exponi poſſet: ut via ejus ſit extenſio illa, qua ingreditur in Caput Microproſopi; Locus ejus, Pater & Mater, &c. adeoque & ſic viam ejus novit Microproſopus. Vel etiam Locus ejus dici poteſt Cerebrum occultiſſimum : & via ejus, Caput illud, unde hæc omnia prodeunt in Locum ſive Cerebrum occultiſſimum: & multò magis illam ſapientiam occultam in ſene ſanctiſſimo, id eſt, in Capite primo: quoniam potentia ejus ibidem reperitur in ſubtilitate & myſterio maximo. Et fortè huc pertinet, quod ſupra dictum eſt: quod principium hujus Sapientiæ ſummæ in illo occultatum ſit: id eſt, quod fundamentum & radix ejus occultiſſimè lateat, in illo capite, ubi locum habet ipſa Eſſentia ſumma. Illa igitur ibidem exiſtit, modo quodam valdè abſtruſo. Et huc etiam pertinet, quod jam ab initio dictum fuit : Senex iſte occultus eſt & abſconditus. Id eſt: Caput illud quod ignoratur; & ſapientia ſumma occultata in illo cranio; id eſt, in capite primo, reperitur, & non reperitur; quia ſapientia ibidem reperitur modo quodam ſubtiliſſimo reperitur; quaſi plane non reperiretur. Porrò dicit, quod in Sene iſto nullum ſit Nomen, ſed ſolum caput; ſine capillis & barba: quia hoc eſt caput omnium capitum: & ab illo pervenitur ad caput ſecundum, quod eſt Corona ſumma, etiam capillis carens. Et hoc eſt, quod ſupra dictum fuit: quod ab hoc dependeat τὸ Nihil. Nam omnes iſti capilli, & omnes iſti cincinni à cerebro occulto dependent: id eſt, ab hoc dependet ali-

quid, & ab illo dependet nihil; ne pilus quidem; quin omnes pili & cincinni non prodeunt nisi à cerebro occulto tantùm; non verò è loco quodam superiore.

§. 111. Et omnes isti pili & crines æqualiter dependent; ut unus non sit longior altero; nec etiam cervix superna appareat nuda; ne locus sit corticibus ubi applicentur: quia ibi merus amor, & unitas perfecta; nec ulla ibidem existit alteritas, quod absit! quoniam omnes alteritates in Microprosopo sunt, sicut diximus, Senex autem à benevolo suo Amore non mutatur in æternum. Ex his patet, quod principium Cerebri occulti, delitescat in Sene, quia radix ejus ibidem est. Et hoc est, quod dicitur: Et vocatur Cerebrum supernum, &c. quia radix ejus in loco summo est. Et hæc quoque ratio est, quare vocetur Sapientia summa occulta; & non Sapientia occulta simpliciter, ut aliàs dici hîc solet.

§. 112. Et scito, quod hoc caput, quod quasi caput non est, ubi sunt adyta intensissimæ Essentiæ, ipsummet non comprehendat quid inibi in ipso sit: & hinc dicitur, *quod nescit; & nescitur, quid in hoc capite sit*: ut sensus sit, ipsummet se se ignorare, sicut homo non comprehendit essentiam Animæ suæ. Si autem dicas; quare ergò additur; & nascitur; cùm per se clarum sit, quod si ipsum sese non novit, multò minus ab aliis cognoscatur? Sensus autem hic est, quod etiam infra, ubi diminuitur Lumen, & descendit quasi per foramen acus & in tenuitate pilorum, non comprehendatur: & hoc est, quod dicitur: quod non applicetur sive sapientiæ, sive intelligentiæ; id est, gradibus istis ad quos Lux illa accedit per pilos capitis & barbæ ut supra dictum est: multò minùs in supernis, ubi Lux tam copiosa est. Fundamentum autem istius explicationis, quod non adhæreat, sive applicetur, hoc est: quod Lux illa & Essentia descendens à tribus capitibus istis gradibus applicari nequeat citra vestimentum; sed primò vestiatur Capitibus istis & illis affulgeat per capillos; quod ita non fit in ipsis tribus Capitibus in quibus invenitur Senex. Et hæc est mens verborum istorum, quod senex inveniatur in tribus Capitibus. Quam ob causam autem hoc ita fit? Quia scilicet nihilominus non omnia hæc capita æqualia sunt. Nam in Capite primo est locus ipsius Essentiæ, & radix ejus. Et caput secundum descendit à facie illius, & non directè consistit ante Lucem ipsam: hic enim res se habet sicut in luce Solis, quæ, si quis directò eam contuetur, ob nimium fulgorem suum non potest tolerari; si autem quis longius ab ea abscedat, ut lumen ejus diminuatur, tunc eâdem frui potest. Ita & hîc: quia distantia diminuit Lucem, quamvis nullum intercedat velum: Caput autem tertium est conformatio Senis, & quasi velum interpositum: & hinc vocatur Sapientia occultata, quæ non apertè prodit: & in illa est Membrana pellucida, quæ fulgorem emittit & eam claudit: & lux per istam ulterius diminuitur, præter illam distantiam & amotionem quæ in capite secundo contigerat. Et hoc vocatur Velum & Aulæum. Et quia Lux superna sic cohibetur, hinc isto loco allidit, & dissipatur in duodecim radios. Sicut enim Sol cùm splendet in speculum politum, quia transire non potest, de isto radios emittit in omnem partem, quamvis lux sit unica. Duodecim ergo radii illi & lux unica, quæ illos continet, efficiunt tredecim. Et hoc ipsum est, quod Idra dicit: quod hæc sapientia occultata in eo dividatur in ter quaterna; quibus annumeratur ipse senex, qui illa continet. Et ab his derivantur tredecim

decim conformationes barbæ, & deorsum extenduntur in Patrem & Matrem. Ipse autem est Essentia ipsa, quæ descendit per influentiam, à capillis ejus. Et hoc est, quod dicitur: Et dominatur iis, super omnibus. Et quia radii isti inferunt conceptum Lucis reflexæ, quæ est judicium: Lux autem ipsa est Amor merus; hinc sese habent ad instar maris & fœminæ; ad instar justitiæ & misericordiæ; ut supra scripsimus.

§. 113. Quod autem dicitur dispesci inter quaterna, id sic intelligendum; quia sunt tres species Lucis. Primò enim extenditur Lux in caput primum, quæ intensissima est & clarissima. Deinde extenditur in Caput secundum, ubi non ita vibrans est sicut prima. Et postmodum extenditur in caput tertium; ubi lux adhuc fit diminutior, nec ita fulget ut secunda. Et tres istæ luminis species continentur in eo, una cum radice, quæ illas continet. Quod autem in qualibet specie contineantur quatuor, respectu quatuor literarum Tetragrammati, id ita se habet. Lux prima est radix Essentiæ; & Lux secunda est radix Vasorum: Nam in omni emanatione datur Essentia & Vasa; sive corpus & anima. In tertia autem tam Essentia quam vasa continentur; atque hinc conformatio senis in Capite hoc tertio locum habet. Et hanc ob causam etiam tribus extensionibus opus fuit. (hinc igitur exurgunt quatuor: respectus Lucis essentialis nudæ; respectus vasorum solorum; respectus Lucis in vasis; & respectus vasorum circa Lucem.) Istæ quatuor autem conformationes non inveniuntur in Microprosopo; quia superna illa, quæ respectum habent ad caput primum ab ipso occultantur; hinc etiam non nisi novem conformationes Barbæ habet. Inter duo autem capita summa primum est Causa omnibus causis superior; & alterum dicitur Causa causarum, sicut dicitur in Sohar, sectione Breschith. Et tria illa habent analogiam psyches, spiritus & mentis; respectu Numerationum. Mens enim involvitur spiritui; & spiritus Psychæ; & per vestes istas affulget lux illa Numerationibus. Porro notes, quod & in primo capite jam sit radix Vasorum: Nam id quod in hoc capite est, est Essentia & Divinitas, extensa ad vivificanda inferiora: ipsum autem Caput est ad instar corporis, quo vestitur Divinitas illa: & hæc est radix Vasorum; quamvis ibi Autori Emanationis quam perfectissimè adhæret. In capite secundo autem mysterium radicis vasorum magis manifestatur, cum ibi non tantùm radix occurrat, sed & radicis radix. Et hinc etiam Capiti secundo competit Nomen Causæ Causarum: & primo, nomen Causæ omnibus Causis superioris. Si igitur accuratè rem examines, in quolibet Capite inveniuntur quaterna: Ipsa scilicet Essentia, deinde Vasa; tertiò Essentia vasis comprehensa; & quartò Vasa cum Essentia conjuncta: quæ sunt duo, unde fiunt quatuor, quia unum est in altero. Atque hæc est causa, quare Senex iste dividatur in ter quaterna. Cui simile quid occurrit in Sohar sectione Trumah, ubi agitur de Osculis Amoris. Et hoc est Nomen Tetragrammaton יהוה. Item si accuratè res inspiciatur, alia quoque datur ratio istorum quaternionum; quia scilicet necessariò in quolibet capite sunt quatuor Elementa superna, quippe quæ necessariò radicari oportet in supernis, quamvis conceptu omnium quantum fieri potest subtilissimo: Ignis nempe, Aer, Aqua & Terra: quoniam & in gubernatione quatuor hæc occurrunt, sive ex benignitate agat, sive è judicio; sive è mixtura quadam ex his facta; quæ etiam sunt quatuor illa Elementa, & quatuor literæ Tetragrammati יהוה =

quarum radix necessariò in supernis esse debet. Atque hinc dicitur, quod dividatur inter quaterna.

§. 114. Postmodum autem Caput tertium naturam suam supernam occultat per Mebranam pellucidam, & lux descendit per capillos: sicut lux solaris, cum per foramina minuta transit in domum quandam. Et hæc domus est Pater. Quia in Patrem solum extenditur Essentia superna sine vestimento; quia continetur in Influentia & habetur pro ipso Sene: ut dictum supra. Sed Microprosopus per Patrem fit; quia in hunc ipsa essentia extenditur, atque involvitur: & per hunc fiunt tria illius cerebra, sicut dicemus. Hinc dicit textus Idræ: Hæc sapientia est principium omnium, quia per illam constituitur & emanat, quicquid infra ipsam est; quatenus nimirum ipsa Essentia in eum involvitur. Et hinc intelligitur, quid sit Principium hoc. *Et ab illa extenditur Cerebrum Microprosopi in triginta duas semitas.* Quia in ipsa per se nulla est extensio, donec descendat in Microprosopum, ut supra dictum est. Deinde etiam Microprosopo competunt semitæ angustæ, & non viæ latæ; quippe quæ adhuc obscuræ sunt, eò quod vicinæ sint Patri, qui prodit è Sene Sanctissimo. Et Lex in Sapientia hac comprehenditur sub conceptu viginti duarum literarum & decem dictorum: quæ deinde inferiùs in Microprosopo magis manifestantur: hîc autem continentur modo quodam magis occulto. Res a. ita se habet; quod in generali conceptu istius Sapientiæ cõtineatur & Binah seu informatio, & mater intelligendi: Literæ autem ab Informatione ortum habent. Sunt igitur viginti duæ literæ in Informatione, quæ in Sapientia ista latet. Et decem dicta sive effata, quibus eadem prægnans est ceu Mater; & quæ deinde generat, per mysticum illud; & dixit Deus, ubi per אלהים intelligitur Informatio hæc. Et hæc sunt decem; novem Microprosopi & Regnum, quæ efficiunt decem: quoniam & Regnum, quod finis est, comprehenditur in hac Sapientia. Et hoc est, quod dicitur: In hac Sapientia Principium & finis reperiuntur: unde etiam dicitur, Sapientia superior; sapientia inferior; id est, Sapientia integra & perfecta. Cum Sapientia ista extenditur, manifestatur Informatio; quæ est Mater illa intelligendi, quæ in illâ fuerat comprehensa. Et ista tunc generat Sapientiam, Informationem & Cognitionem; qui sunt Patres in Microprosopo. Tunc Sapientia dicitur Pater Patrum. Scito enim, quamvis hi gradus sint cerebrum Microprosopi, & dicantur Sapientia, Informatio, & Cognitio istius; quod tamen respectu Patris & Matris sint חגת Benignitas, Severitas & Pulchritudo; (qui dicuntur Patres) ita ut illa revera sit Pater Patrum: ut pluribus infra dicemus. Et hoc ipsum est quod in Sohar alibi dicitur, sectione Mischpatim: Caput Regis conformatur per Benignitatem & Severitatem. Sed de his satis.

§. 115. *Hac sapientia omnia comprehenduntur.* Sic sequitur in textu Idræ proposito. Jam etenim dictum est, quod Essentia summa in illa amiciatur, descendatque usque ad finem graduum. Hinc etiam dicitur: *Omnia in sapientia fecisti.* Patet igitur, quod sicut Sapientia superna, cerebrum nimirum occultatum, Lucem & Essentiam divinam includit, ne descendat, nisi per capillos; quod est initium conformandi senem, ut nempe occultetur, quo manifestari queat, quoniam occultatio ejus est ipsius manifestatio: ita & hæc Sapientia includat Lucem ne manifestetur nisi per ipsam vestita; atque ita ipsa

est

est Causa manifestationis ejusque principium: & hanc ob causam etiam nomen Principii ipsi tribuitur. Unde quoque dicitur: Locus principii, qui reperitur à Sene; i. e. Locus ubi manifestatio incipit; qui invenitur & descendit à Sene, in quem ipsa Essentia extenditur. Et hoc fit per pilos Barbæ, quæ vocatur Influentia: nam per Influentiam descendit Essentia superna & istum irradiat: & hoc est, quod dicitur: illum illuminari ab Influentia; hoc est lumen Sapientiæ quod deinde extenditur in Microprosopo in triginta duos tractus. Vel etiam dici potest, hoc in ipso corpore Patris extendi in triginta duos tractus; nam & Albedo cranii extenditur in tredecim tractus, ut supra dictum est. Ex hinc autem in Microprosopo fiunt semitæ; & egrediuntur è cerebro occulto *è lumine, quod in ipso est*, i. e. è Luce & Essentia ipsa inibi existente. Et hæc est Benignitas superna: nam hæc Lux & Essentia quæ in Sapientia & Informatione est, extenditur (è summitate) in tria capita summa; & in fronte & barba prodit lux hæc & Essentia, ceu Benignitas: & hæc est Benignitas superna. Et hæc dum abinde prodit vocatur Aër tenuis, & absconditur in spiritum qui occultatur in Sene dierum; quippe qui veluti corpus & vasculum est illius Aëris tenuis. Et hoc est illud, quod dicitur in Idra minore: *Et ille Pater est spiritus, qui occultatur in Sene dierum, & in illo absconditur hic aër tenuis.* Hæc ibi. Quod autem dicitur: Senem hac Luce primum lucere; id ita se habet: quod eadem in tribus capitibus reperiatur; eo quod in istis ipsa divina Essentia appareat sine ullo medio interposito. Sed in hoc tantummodò lucet per viam capillorum: illud autem ante lucem istam fit.

Et est principium unde fit manifestatio. Quamvis enim ipsa sit occulta; attamen, quia ipsa est initium illorum quæ infra manifestantur; quoniam in Microprosopo manifestatur sapientia, & ipsa extenditur in triginta duas semitas; hinc eidem tribuitur Nomen Principii, quia est Initium Sapientiæ, quæ in Microprosopo manifestatur. Hinc dicitur: est principium istius quod manifestatur vel tunc quando manifestatur: & non dicitur: principium quod manifestatur. Quod ita se non habet in Sapientia occultata; quæ nullo modo manifestatur, ut supra diximus: *Et conformatur in tria capita; & caput unum eadem comprehendit.* Illa capita sunt Sapientia, Informatio, Cognitio: & Influentia illa sub se comprehendit. Scito enim, quod ex hac Influentia fiat Caput quoddam, quod sub se continet Sapientiam & Informationem. Et hoc est illud, quod alibi dicitur: *Veni vide! Principium, quod vocatur Pater, comprehenditur in* יוד *Jod, quod pendet in Influentia sancta.* Hæc ibi. Ergò Jod pendet in Influentia, & in illa comprehenditur Pater, & hoc Jod, quod est Caput, illa comprehendit. Hinc patet, quod hoc caput fiat è Luce illa, quæ prodit è Membrana diaphana, quæ clara fit, & clausa est. Et hoc est, quod dicitur Capite secundo Libri occultationis; *Jod supernum, quod circundatur effluvio Senis, & Membrana pellucida, quæ inclarescit & clausa est.* Hæc ibi. Fortè autem dici potest, quod Membrana hæc aërea seu pellucida tantummodo sit ad circũdandum Jod, ut isti communicet magnam copiam influxus, postquam illa jam emanarunt, ut augeatur influxus pro arbitrio Influentis. Alias autem certum est, quod fundamentum emanationis istius Capitis sit è pilis Influentiæ, quâ descendit ipsa Essentia. Et hæc fit in tria Capita, eodem modo ut Senex.

Et

Et illa tria extenduntur in Microprosopum, prout supra jam exposuimus.

§. 116. Pergit autem. *Hæc Sapientia exsculpitur*, vel effiguratur; *& producit* &c. Supra autem jam diximus, quod phrasis גליף sculpendi, denotet, quod ipsi paretur receptaculum, per modum maris & fœminæ; *& producit* Informationem, quæ est Mater. Hæc enim est fluvius, qui egreditur ex Eden ad irrigandum hortum. Scito enim, quod Microprosopus qui est Pulchritudo Jisraëlis sit בן יה Filius Jah; emanetque è copula Sapientiæ & Informationis. Et post emanationem ejus faciunt ipsi cerebra illa, de quibus postea. Informatio autem duos habet conceptus; unum rotundum ad instar ס; quem habet, dum adhuc supra occultatur cum sapientia: & alterum sub forma quadrata ם Mem clausi, cùm infra residet super liberis, ut illos lactet; sicut dicitur sectione Trumah. Sic igitur exsculpitur Sapientia hæc, id est, Pater, producitque foras Matrem intelligendi, ut non sit ס ut Samech, sed ut ם finale, & liberos lactet. Et hanc vim hoc loco habet vocula producendi: & juxta hanc notionem de Informatione dicitur: quod egrediatur ex Eden. Et propterea hoc cerebrum prius est reliquis; quia impossibile est, ut ullum Cerebrum fieri queat, antequam Informatio foras egressa sit sub mystico sensu ם Mem finalis, ad lactandum filium; ut crescat cerebrum ejusdem. Cùm igitur hoc modo prodiit, ipsa *intrat in caput Microprosopi*: hic enim est filius ille, qui pulcher fit per suctionem lactis materni. Et sic fit cerebrum ejus. Et sicut à lacte quod sugit infans, totum istius corpus crescit: ita & hoc *dimanat per totum corpus ejus*, potatque omnes sex partes corporis. Scito enim cum Microprosopus hic adhuc est in utero Matris supernæ, quod tunc non nisi sex dies ipsi tribuantur, quæ sunt Benignitas, Severitas, Pulchritudo, Victoria, Gloria & Fundamentum: quæ denotantur per ו illud minutum quod latet in litera ה. Cùm autem foras prodit; eumque lactat mater ista, major fit. Et hoc ipsum est, quod alibi dicitur: Plantæ, quæ tenues fuerant ut cornua locustarum, & evulsæ & transplantatæ, deinde creverunt; ut habetur in sectione Breschith. חג״ת igitur; id est, Benignitas, Severitas & Pulchritudo, factæ sunt ipsi in חב״ד i.e. in Sapientiam, Informationem & Cognitionem; quæ sunt tria ipsius cerebra. Et נה״י ipsius, i.e. victoria ejus, Gloriaque & Fundamentum factæ sunt חג״ת Benignitas, Severitas & Pulchritudo. Atque sic fœmina prodibat à tergo ejus è regione Pulchritudinis, quia ibi est domus ejus. Ipse autem ulterius extendebatur in Victoriam, Gloriam, & Fundamentum, ex his gradibus ipsis: quia membra ejus cum ex solo constarent corpore nullum habebant fulcrum, in quo insistere possent: hinc illo loco ipsum attigit Samaël Princeps Esavi, cùm luctaretur cum Jacobo. Hinc igitur patet, quod Sapientia, Informatio & Cognitio, quæ in Microprosopo, respectu Patris & Matris sint Benignitas, Severitas & Pulchritudo, duo nempe brachia & corpus. Et Benignitas, Severitas & Pulchritudo Microprosopi sint Victoria, Gloria & Fundamentum in Patre & Matre; duo nempe crura & fœdus: & hæc sunt Sapientia, Informatio & Cognitio Fœminæ; quia isto loco hæc accepit Caput suum, sicut dicitur in Idra. Et Victoria, Gloria & Fundamentum Microprosopi sunt Benignitas, Severitas & Pulchritudo Fœminæ; suntque mysterium Prophetarum & Hagiographorum: quia ex parte Microprosopi sunt Prophetæ, qui

sunt

ſunt victoria & gloria: & ex parte Fœminæ ſunt Hagiographa, Benignitas & Severitas: & ex utraque parte nullum habent nexum cum Lege ſuperna (i. e. Pulchritudine Patris & Matris) & nihil habent cui innitantur.

Extenſio ergò Victoriæ & Gloriæ Microproſopi facta eſt per Informationem, quæ extendebatur usque ad Gloriam, ſicut dicitur in Tikkunim ſeu ſupplementis Sohariſticis: Ab Informatione Prophetæ, Victoria & Gloria provenerunt, & à Regno Benignitas & Severitas, nempe Hagiographa. Nam ab Informatione crura facta ſunt Microproſopo: & hinc è literis initialibus horum graduum בינה· נצח· הוד· יסוד, conſtituitur nomen בנהי. Et è regno à parte poſtica Microproſopi provenerunt Hagiographa; ut Benignitas & Severitas. Quod autem Informatio extenſa ſit usque ad Gloriam ſic intelligi poteſt: quoniam cum illa deſcendit à facie Sapientiæ & reſidet incubando ſuper *liberis* ſub myſterio ם quadrati, clauſi, crura ejus pertingunt usque ad crura *Microproſopi*, & hæc influxum ab illis aſſugunt: atque tunc dicitur תבונה, quaſi בן ובת, filius & filia: יה Tetragrammati; prout id traditur in Idra minore.

Quare autem his dat plantarum nomen, dicitque, quod potet omnes has plantas, cùm tamen nullum ipſe det influxum, quia ab ipſa matre totum cerebrum primum formatur. Nam cerebrum ſecundum derivatur à Sapientia in Informationem, & ab hinc in Microproſopum? Nimirum propterea dicit illum porrò defluere. Quod etiam factum eſt per ſculpturam, ut ſapientia ſculptionem inſtitueret ad inſtar Maris & fœminæ; ubi Informatio hoc cerebrum alterum accipiebat, & transferebat in Microproſopum. Hinc iterum incipit & dicit: *quod Cerebrum alterum ſit illud lumen à quo demanant* &c. Quamvis enim duo illa cerebra in ipſum veniant ab Informatione; tamen inter ſe non ſunt æqualia: nam primum eſt ab Informatione ipſa, ſub myſterio lactis ejus enatum: alterum autem ab ipſa ſapientia venit, à qua emanarat in Informationem, & ab hac in Ipſum. Et cùm duo illa Cerebra derivarentur ut intrarent in caput Microproſopi, illa etiam ſculpturam inſtituebant ad inſtar Maris & fœminæ, & copulabantur per Cognitionem ſupernam; quæ erat loco membri ſancti inferioris, quod eſt fundamentum; & intrabat in profundum putei; quod infra dicitur Punctum Zijon in matrice fœminæ; cujus reſpectu in ſupernis hoc dicitur Caput Profunditatis putei; quia hic ingreſſus eſt in profunda putei ſuperni. Et hæc eſt apertio omnis matricis; ſicut dicitur in Sectione Breſchith. Et hic eſt ſenſus, phraſeos findendi; quod Cognitio perfiderit, ut finderet matricem: ſicut ſcriptura dicit: per Cognitionem ejus abyſſi perfiſſæ ſunt. Cùm igitur copularentur & jungerentur invicē, fiebat cerebrum tertium, quod ambo priora includit; quod eſt Cognitio. Et hoc cerebrum tertium factum eſt per myſterium copulæ, ut produceretur Anima pro ſex partibus corporis, ad modum copulæ ſupernæ, quæ inſtituitur ad producendum animas. Et hinc dicit: *Intro abit intra corpus & implet conclavia & exedras*; ſicut anima adimplet totum corpus, & ineſt in conclavibus conclavium.

§. 117. Et ſi accuratè perpendantur iſta, reperimus, quod Cognitio, ſit Pulchritudo; & Pulchritudo ſit fundamentum. Item quod Sapientia ſit Benignitas; & Benignitas ſit victoria. Item quod Informatio ſit Severitas, & Severitas ſit Gloria. Imò ſi

 ad-

adhuc altius ascendatur, deprehenditur: quod tria capita sint Corona, Sapientia & Informatio; & Pater, Mater & Influentia, sint Benignitas, Severitas & Pulchritudo: & tria Cerebra quæ in Microprosopo sint Victoria, Gloria & Fundamentum; ubi porro sequitur Regnum; sub mysterio nodi phylacteriorum sub forma ד Daleth. Quin imò si adhuc altius emergat intellectus noster, inveniemus, quod in Capite primo occultò delitescant Corona, Sapientia & Informatio: & in capite secundo; Benignitas, Severitas & Pulchritudo; & in capite tertio, Victoria, Gloria & Fundamentum: item Regnum. Et ulterius assurgendo inveniemus, quod in capite primo delitescat tota Emanatio, usque ad Fundamentum. Et in capite secundo, Regnum sub mysterio Coronæ regni: & in capite tertio, ejus conformationes ad manifestatior ē per occultationem emanationis. Alius etiam modus superest per figuram Circumdantium. Ut caput summum circundetur per Coronam; & Corona per Sapientiam; & Sapientia per Informationem: eodemque modo Pater & mater circundabuntur à Microprosopo & Microprosopus ab uxore sua; quæ est theca ejus. Quamvis alii adhuc modi sint quam plurimi, quos omnes enarrare supersedebimus.

§. 118. Summa horum omnium huc redit: Quod sub initium emanationis Microprosopus à Patre prodierit, & immixtus fuerit Matri sub mysterio literæ ה, resolutæ in דו, id est, Daleth & Vav; per quod Vav denotatur Microprosopus; quia tantum valet sex partes, quæ sequuntur Sapientiam & Informationem in ordine Numerationum. Et juxta hunc conceptum Pater vocatur Pater, Patrum; quia ab illo prodeunt Patres; id est, Benignitas, Severitas & Pulchritudo. Atque tunc similis erat Microprosopus literæ Vav, quæ inest literæ He; quia illa nullum habet caput. Cùm autem natus esset filius iste pulcher, constituta ipsi sunt tria Cerebra per fluvium supernum; sicut scriptum est Psal. 110.v.7. *De flumine in via bibet, propterea exaltabit caput.* Hinc eidem tribuitur litera Vav è Nomine Tetragrammato, quæ habet Caput. Fæmina autem superna accepit filium hunc eumque lactavit, juxta illud: כונן שמים בתבונה Parat cœlum per intelligentiam. Quoniam Ipsa eidem format omnia tria cerebra, & per eam hæc in ipsum veniunt. Sed Cerebrum illud, quo extenditur in quinquaginta portas, per illam, & ab illa ipsa intrat in Caput Microprosopi, sub mysterio lactis materni; & hoc quidem per Patrem; qui Informationem foràs producit sub mysterium ם clausi, ut lactare queat filium suũ: ubi plantæ, quæ tenues erant ut cornua locustarum incrementum accipiunt. Atque hinc dicitur; quod Ipsa egrediatur ex Eden: quia illa adhæret sapientiæ, & egreditur ad lactandum filium. Quoniam primitus usque ad tempus partus hujus, sibi invicem adhærebant de facie ad faciem: sicut dicitur 1. Reg. 7. v. 36. *secundùm nuditatem viri & junctura ejus non separabitur.* Eodem nempe modo ut prodibat Adam protoplastes; modo quod hi ut gemelli faciem faciei jungant. Postquam autem conformatus esset Senex, ut illa lactare posset filium suum, necesse erat, ut conformarentur in figuram maris & fœminæ, ita ut in uno esset extantia, & in altero profunditas: tunc ipsa exibat propter filium suum. Atque hinc intelligi poterunt, verba illa; *Sapientia hac exsculpebatur.* Scito autem, quod Conformationes Informationis, Matris nempe supernæ

omnes

omnes ingressæ sint in corpus Microprosopi, ut essent loco Animæ ejus. Et hic est sensus verborum illorum: *Et hinc pergit & promanat per totum corpus.* Atque hæc est ratio, quare illæ tam occultæ sint: & huc pertinet dictum illud, *Parat cœlum per intelligentiam.* Et hinc בינה Informatio etiam vocatur per metathesin בן יה filius Jah; ut nomen ipsius sit sicut nomen filii ejus; quia sex partes corporis illius, sunt anima sex partium corporis filii. Unde Jacob thronus & vehiculum est sex partium externarum; Moses autem internarum; ita ut hic ab intra, & ille ab extra consistant: sicut dicitur in Sohar sectione Balak; & in Tikkunim. Atque hinc intelligi potest, quare dicatur, quod Moses dignus fuerit accipere Informationem: sicut dicitur in Raia mehimna; quia applicitus fuit ad sex partes internas, quæ ab Informatione sunt; ut modò diximus. Extensa autem est usque ad Gloriam, quod denotatur per mysterium de quinquaginta Portis Informationis. Atque hinc etiam dictum est, Arborem vitæ requirere iter quingentorum annorum. Fundamentum enim pars masculina est, quale in Informatione non datur, quippe quæ est fœmina; quapropter etiam illuc usque non est extensa; sed tantum usque ad Gloriam. Gloria autem tribuitur Mosi sicut traditur in Tikkunim, & in Raia mehimna. Nihilominus tamen punctum Zijon supernum, quod in Informatione est, in ipso quoque existit; quamvis non cognoscatur. Unde patet quod in Ipso sit potentia Fœmininitatis occulta, & potentia masculinitatis manifesta. Et ob hunc concipiendi modum Fundamentum multis in locis vocatur Zijon. Et duo conceptus isti sunt Joseph & Benjamin: hic tanquam Aquæ fœmininæ; & ipse est scaturigo putei perennis: & ille tanquam Aquæ masculinæ, sub mystico sensu Josephi justi. Hic Josephus est supra; & ille infra: intrat; & exit: intrat ad inferendum aquas masculinas; & exit ad educendas aquas fœmininas erga masculinas: & hoc semper fit, quandocunque est copula. Et hoc ipsum est, quod dicitur sectione Vajeze: Omni tempore Justus mundi inferioris exit & intrat, &c. Scito enim, quod impossibile sit aquas fœmininas educi nisi per Animas Justorum; istæ autem veniunt ab Illa, ab Informatione. Et hæc omnia probè notanda sunt.

§. 119. Patet igitur, quod exitus Informationis, dum foràs prodit, fiat per conformationes ejus; de quib. dicitur in Cantico canticorum. Et illæ intrant in Microprosopū, & faciunt in eo Cerebrum: & exinde extenduntur per totum corpus ejus. Sapientia autem ipsa per se conformatur & producit pro eo cerebrum secundum; per Informationem. Et cerebrum hoc non extenditur per totum Corpus ob nimiam suam apocrypsin: & propterea vocatur filius Ribkæ, & non filius Jizchak; sicut dicitur in Idra minore; quia fundamentum ejus est ab Informatione; & hæc est Vita Regis. Hinc Cerebrum ejus antecedebat cerebrum alterum, à sapientia suppeditatum.

§. 120. Et scito: quoniam Microprosopus jam habebat Benignitatem, Severitatem & Pulchritudinem, è quibus fiebant Sapientia, Informatio & Cognitio: Hinc etiam in Cerebro primo sicut Idra tradit; fiebat cerebrum aliud; nimirum hoc erat Severitas, & inde fiebat Informatio; hinc cerebrum fiebat aliter, quam erat.

§. 121. Et cerebrum secundum à Sapientia proveniens, non amicitur in Informatione

matione; sed derivatur è Sapientia, & per Informationem saltem transit & intrat in caput Microprosopi. Et hoc est, quod dicit: *Illud alterum est lumen illud, quod ab ipso tantùm derivatur:* sicut diximus. Et à cerebro hoc derivantur triginta duæ semitæ, per lumen quod accedit per viam pilorum Capitis superni in hoc cerebrum, ut supra dictum est.

§. 122. Patet ergò quòd extensio Cerebri Informationis fit ab Ipsâ: Cerebrum autem quod à Sapientia est, non extenditur in triginta duas semitas, nisi per capillos supernos.

§. 123. Et hæc duo Cerebra dum prodeunt ut intrent in Microprosopum, antequam illuc ingrediantur, uniuntur per mysterium copulæ. Quoniam productio duorum istorum cerebrorum est conformatio secunda; quæ in eo consistit, quod habeant formam hominis, & constent capite & corpore, brachiis, cruribus, & fœdere sancto. Et hoc intelligitur per vocem, exsculpendi: qua denotatur fabricatio receptaculi; ut subinnuatur corpus & anima, ubi corpus est receptaculum animæ. Et unumquodque efformabatur secundum naturam suam. Et Informatio quidem totam conformationem suam introducebat in Microprosopum; sed non pariter etiam sapientia; quippe cujus lumen tantùm veniebat usque ad cerebrum, quia occultius est, quàm comprehendi queat.

§. 124. Et scito, quod cerebrum in Microprosopum proveniens ab Informatione, etiam distribuebatur in fœmininitatem; & hinc vocatur תבונה Intelligentia, juxta illud, quod sit בן ובת filius & filia, וה, Vav & He Tetragrammati; sicut dicitur in Idra minore. Atq; hinc textus Idræ dicit, lumen aliquod promanasse ad rigandum גנתא hortum, id est, fœminina Microprosopi: & hic est hortus ille, de quo supra dictum est; quod è parte Matris prodeat filia. Et quia genere fœminino dicitur גנתא, hinc non videtur subintelligi posse Vav: Unde & in Idra dicitur ad irrigandum גן hortum, & hic est Vav.

§. 125. Cerebrum autem, quod à Sapientia prodit non aliam habet extensionem, quam usque ad Cerebrum; & extensio ejus fit per crines capitis superni, quia per illos extenditur in triginta duas semitas. Et hoc est quod dicitur: lumen transire à capillis supernis per capillos inferiores in Cerebrum Microprosopi; vel ut verba Idræ magnæ sonant: *& lucet & manat in illo crine in crines Microprosopi: & ex hinc conformatur Cerebrum; & deinde cerebrum hoc promanat in triginta duas semitas.* Hæc ibi. Et hæc indicant magnam luminis diminutionem ob nimiam occultationem.

§. 126. Et duæ promanationes istæ sunt conformatio Sapientiæ & Informationis, ut quælibet acciperet formam hominis sicut dictum est. Atque tunc copulabantur per mysterium Cognitionis supernæ, quæ vocatur Caput profunditatis putei. Quia profunditas putei est Informatio.

§. 126. De his ita legimus in Sohar, Sectione Vajeleh: *Hinc homo tenetur instruere laudem Domini hoc modo ab imo ascendendo sursum: ut elevetur honor Domini sui in locum æquationis profunditatis putei, quæ emanando prodit. Deindè manat ut derivetur deorsum*

ſum ab illa aquatione rivi per omnes gradus, usque ad infimum. &c. Hæc ibi. Ubi ſenſus eſt: Quod neceſſarium ſit ut homo in precibus ſuis elevet laudem Domini usque ad locum ubi effluit profundus puteus, qui emanat & prodit in Microproſopum: & hoc per intellectum ſupernum, qui intrat in profundum Informationis; & hoc eſt punctum Zijon ſupernum, quod in Informatione eſt: & hæc ſemita eſt apex infimus literæ Jod. Jod enim habet tres apices: primus vocatur Caput; alter vocatur Corpus; & tertius tenuiſſimus & infimus vocatur ſemita; de qua dicitur in Sohar Sectione Balak: & ſemita hæc intelligitur in dicto illo myſtico *& ſemita tua in aquis multis.* Hæc eſt copula Sapientiæ & Informationis, de qua dicitur in Sectione Breſchith. Eſtque cognitio ſuperna, quæ intrat in punctum Zijon. Et punctum Zijon quod in ipſa, vocatur ſemita, quam non novit Avis. Et hæc ſemita vel callis, qui illuc ingreditur, vocatur Cognitio: & hæc eſt apertio omnis matricis. Et hoc eſt quod dicitur in Sectione Breſchith in *Præfatione; Apertio omnis matricis eſt in illa ſemita tenui, quæ deſcendit è litera* י *Jod: quæ aperit matricem ut fiat fructificatio debita: & eſt* קודש *Sanctitas ſuperna. &c.* Hæc ibi. Vocatur autem Sanctitas ſuperna, quia infra eidem opponitur Fundamentum quod vocatur קדש, Sanctitas; cum dicitur Sabbathum Sanctitatis: modò quod hæc ſit Sanctitas ſuperna.

§. 127. Porrò ſcias, quod ſicut in fœdere Sanctitatis inferioris ſunt duo conceptus, maſculinus & fœmininus, ſub myſterio Joſephi & Benjamin: ſic etiam in ſemita ſuperna eſt conceptus ſuperus, & vocatur callis vel ſemita aquarum maſculinarum: & conceptus inferus: ſub myſterio aquarum fœmininarum: & vocatur Semita, quam non vidit Avis; & vocatur profunditas putei; & hæc non ſeparatur à puteo in æternum; ſicut ſcaturigo fontis ab eo non ſeparatur in æternum: Sicut dicitur in Sectione Toledoth Jizchak. Et de hac etiam ſermo eſt in Sectione Achare moth, & in Sectione Breſchith: Semita illa nec cognoſcitur Supra, nec infra: ſicut dicitur: Semitam non cognovit Avis. Id eſt non cognoſcitur ſupra, ſub notione Aquarum maſculinarum; nec infra ſub notione ſecunda, quam habet ab Informatione ſub myſterio Aquarum fœmininarum: quia occulta eſt & profunda, ut inveniri nequeat. Et hinc vocatur profunditas putei; de qua ſcriptum eſt: *& ſemita tua Aquæ multæ; & veſtigia tua non cognoſcebantur.* Quoniam ambo conceptus nec ſupra cognoſcuntur nec infra.

§. 128. Porro etiam Aquæ fœmininæ, notionis hujus inferioris, ubi hæc ſemita eſt, quæ in Informatione extat, veniunt per ſcaturiginem fontis: Et ſicut Regno tribuitur nomen Benedicti, ſub myſterio fluentorum fontis; ita Informationi ſub myſterio ſemitæ hujus in ipſa exiſtentis: & hæc eſt differentia, inter ברוך ſeu benedictus precum; & cæterarum benedictionum: quia hoc pertinet ad Informationem & conceptum Semitæ iſtius: illud autem ad Regnum & myſterium fundamenti ejus: Sicut dicitur in Raia mehimna. Sed ratione ipſius mundi venturi tantum non dicitur ברוך benedictus; ſed ברכה benedictio. Sicut dicitur in Sectione Trumah; & in Sectione Veæthchannan: & ſcito quoque, quod Informatio vocetur *Profunditas fluvii* in fine Sectionis Vajikra: & *Profunditas ſuperna:* Sectione Vajechi, & Sectione Beſchallach.

Item *Profunditas omnium.* Sectione Vajechi; & Sectione Æmor; & Sectione Veæthchannan, & *Profundissimus omnium* Sectione Vajechi; & Sectione Beschallach; & Sectione Zav; & Sectione Æmor: & Sectione Behaalothecha: & Sectione Chukkoth; & Sectione Veæthchannan. Et hæc omnia sub mysterio semitæ quam in se habet, cum potentia masculinitatis & cum potentia fœmininitatis. Nam potentia Masculinitatis quam in se habet vocatur *Profundus supernus:* Sicut dicitur Sectione Beschallach. R. Chiskijahu inquit: *Cum Senex occultissimus omnium occultorum benedictiones supernas præparat, omnia effundit & omnia comprehendit in hoc Profundo superno; & ab hoc haurit & in se easdem trahit Fons ille, è quo rivi & fluenta effluunt, & rigationes fiunt.* Hæc ibi. Ecce Fons ille unde rivi & fluenta effluunt, est Informatio, quæ haurit & attrahit è *profundo superno*, i. e. ab illa semita tenui, quæ in eam descendit. Et in Sectione Vajechi: *In precatione sua homo attentionem suam applicare debet in supernis ad profundum supernum è quo emanant omnes benedictiones & omnis vita abinde provenit, ut sustententur omnia,* &c. Ubi sensus est; meditationem debitè sub precibus instituendam super profundo hoc superno, quod est punctum Zijon; ubi occultatur fœdus *Sanctum* rupernum. Et ab hinc derivari duas influentiæ species, per copulam supernam; nimirum influxum benedictionum & influxum sustentationis. De illo dicitur, quod hinc descendant omnes benedictiones & influxus & vita; unde subsistant omnia entia; juxta illud: *& Tu vivificas omnia:* quoniam & Angeli si ab illis cessaret influxus supernus, ne unico quidem momento subsistere possent: sicut dicitur Sectione Vajikra. Et de altera influxus specie dicitur: quod hinc prodeat vis unde sustentantur omnia. Et ambo hi influxus fiunt per copulam supernam; ita ut si unus ex ipsis deficiat, veluti Influxus benedictionum, copula non vocetur perfecta. Atque hinc dicitur Sectione Acharemoth: *Hoc lumen eradiat de latere suo, illa hora cum sese copulat cum ipsa Copula perfecta. Hoc tempus copula fit in illa semita quæ non cognoscitur nec supra nec infra,* &c. (Prolixam digressionem ulteriorem hic omitto.)

§. 129. Summa omnium huc redit: quod homo in precibus suis mentem suam applicare debeat, ad Radicem radicum, ut in sese derivet influxum & Benedictionem è profundo fontis. Et hæc est semita illa, quæ in puncto Informationis invenitur: Ut hac ratione derivet benedictiones è scaturigine omnium, quæ est Cognitio superna, semita masculina. Quoniam dum excitatur semita, quæ in Informatione, per precationem Justi, sub mysterio aquarum fœmininarum, etiam exsuscitatur semita superna, quæ est scaturigo omnium, ad profundendas aquas masculinas, & emittendas benedictiones erga aquas fœmininas, quæ elevatæ sunt è semita inferiore, quæ in Binah seu Matre Intelligendi. Et hoc fit per viam fundamenti cum regno, ut notum est. Et hic locus est Sapientia, quæ vocatur Eden; interdum autem vocatur, Profunditas putei: interdum etiam scaturigo omnium. Estque locus è quo exit ille fluvius, qui est Binah seu mater. Ipse autem locus, nempe Sapientia, vocatur Eden. Et hic Eden duos habet concipiendi modos; unum masculinum; quatenus ab ipso egreditur ille fluvius; quia Eden est masculini generis: & Binah seu intelligentiæ largitio est, Aqua ab ipso emanans,

nans, quæ ſeſe habent ut cauſa & cauſatum, ut influens & influxum accipiens. Et deinde quoque fœmininum, qui in Informatione hac invenitur, ab ipſo deſcendens, & ſemper penes ipſam exiſtit, nec ullibi extra eam exiſtere poteſt: & eſt Anima Matris, adeoque unum ſunt. Sic autem ab illo advenit; ſicut fundamentum eſt in fundamento Regni; cum dicitur quod Juſtus ſit Pſyche Regni. Et reſpectu duorum iſtorum conceptuum, tria allegantur in Idra, loca ſcripturæ: Nam intuitu conceptus maſculini dictum eſt: *Et fluvius egreditur ex Eden.* Intuitu conceptus fœminini autem ſcriptum eſt: Iſ. 46. v. 5. *Fluminis rivi ejus lætificabunt civitatem Dei:* quæ ſunt aquæ fœmininæ, quas appellat rivos, quia dividuntur ab aquis ſupernis; ſicut ſcriptum eſt: *& ſit diſtinguens inter aquas & aquas.* Ab his autem Aquis fœmininis derivantur Aquæ fœmininæ in Regnum, quæ eſt *urbs Dei.* Et hinc etiam vocatur profunditas putei, quia ab illa Aquæ fœmininæ promanant in fontem inferiorem. Et locus hic vocatur *Profunda*; Pſal. 130. v. 1. Id eſt, duo profunda; profunditas fontis, & profunditas omnium: ita ut profunditas fontis ſit conceptus fœmininus; & profunditas omnium, maſculinus.

Et ſcito quod Cognitio ſuperna, quæ correſpondet fundamento inferiori ſit finis extremus in ſupernis, ſive terminus corporis ſuperni, & ab ea emanat Binah ſ. informatio.

F I N I S

Commentarii Lorjenſis in Librum Occultationis.

Commentarius generalis methodicus in tres iſtos Libros:

Librum Occultationis; & Synodos tam majorem, quam minorem.

è Libro Emek Hammelech.

§. 130.

MUndus prior dici poteſt Mundus Pſyches; qui deſtructus fuit cum animabus quæ in eo fuerant, quia in illis prævaluerat malum. Mundus alter dici poteſt mundus ſpiritus: in quo dimidia pars boni & dimidia mali eſt: qui tunc reſtituitur, cum è malo ſit bonum, donec omnia ſint bona. Atque tunc ſequetur mundus novus, Mundus mentis, in quo bona omnia, & Sabbathum atque quies.

§. 131. Idem hic mundus alter dicitur mundus Bilancis; eſtque mundus reſtitutionis &

nis & conformationis. Quia ſicut in Bilance duæ ſunt Lances ex utraque parte, & in medio lingula examinis; ſic etiam Numerationes in hoc mundo reſtitutionis in ſingulis Perſonis conformantur: Nam Sapientia eſt à dextris, in latere Benignitatis: Informatio eſt à ſiniſtris in latere Severitatis; & Corona eſt Lingula in medio ſupra illas conſiſtens. Sic etiam Benignitas eſt ex una & Severitas ex altera parte, & Pulchritudo ſub iſtis. Porrò quoque victoria ab una, & Gloria ab altera parte, & fundamentum ſub ipſis. Et iſta bilanx invenitur in omnibus Perſonis.

§. 132. Et ſicut mundus iſte reſtitutionis inſtitutus eſt per modum bilancis; ita etiam conformatus eſt per modum formæ humanæ, integræ. Nam Corona eſt Caput: Sapientia & Mater intelligendi ſunt duo humeri: Benignitas & Severitas ſunt duo brachia. Pulchritudo eſt corpus una cum corde & inteſtinis usque ad locum femorum. Victoria & Gloria ſunt crura, extra corpus protenſa; & Fundamentum eſt membrum fœderis Sancti. Baſilia autem & ipſa eſt perſona integra, ſed à tergo conſtituta, cum qua deinde inſtituitur copula: modò quod membra ejus ſint minora, quam maſculi, & ambo ſimul vocantur Homo: Gen. 5. v. 2. Et hoc eſt myſterium Bilancis, de quo in Libro occultationis.

§. 133. Et hoc eſt myſterium illud, de quo dicitur in Idra magna Col. 256. כיון דסליק לאת ישבא ביה: *Cum aſcendit* (in animum Emanatoris) *ordinatè diſponi* (& repræſentari) *in eo*, id eſt, in Mundo Inanitatis: לא קאים ולא הוה יכיל למיקם· מאי טעמא משום דאדם לא אתתקן: *Non ſubſtitit; & non potuit conſiſtere; quam ob cauſam! quia Homo non conformatus erat*; unde omnia in vacuum & inane reducere neceſſe erat מאי טעמא דתקונה דאדם בדיוקניה כליל כלא ויכיל כלא לאתישבא ביה: *Quæ ratio? Quia conformatio Hominis omnia in ſe continet: & in ea omnia diſponi poſſunt.* ובגין דתקונא דא דאדם לא *Et quia forma hac Hominis* אשת כח לא יכילו למיקם· ולאת ישבא ואתבטלו *non inveniebatur; non poterant* (repræſentationes illæ) *ſubſiſtere, nec componi, ſed abolitæ ſunt.* Bilanx igitur eſt forma maris & fœminæ. Id autem non erat in mundo priore: ſed Numerationes infra ſe invicem conſiſtebant, & fœmina ſub illis ad inſtar puncti, ſua ſorte contenti; & cum ſocio non uniti: quod propterea etiam dividi nequit in partes vel lineas: ſicut Mathematici dicunt: quamvis omnia puncta, quæ in mundo ſunt, ſimul congregentur, hinc tamen nullam conſtitutum iri lineam. Fundamentum autem in hoc conſiſtit, quod in mundo priore omnes Numerationes ad inſtar punctorum eſſent rotundæ & Sphæricæ & literæ earum conſiſterent in circulo, & non ſecundùm longitudinem, ad inſtar formæ & ſtaturæ humanæ: unde nullus inter ipſas erat amor & fraternitas, unde oriri potuiſſet deſiderium ſubſiſtendi. Sed in mundo Reſtitutionis literæ è forma rotunda reductæ ſunt in formam perſonæ: & hæc eſt bilanx, i. e, mas & fœmina.

§. 134. Sic-

§. 134. Sicut triticum ſeminatur nudum & reſurgit multis cum veſtibus & involucris: ita & Numerationes mundi prioris moriebantur & ſepeliebantur nudæ, i. e. emovebantur ab oculis: ſed deinde redibant multis cum veſtimentis ſibi invicem ſubordinatis: ut Lux transgrederetur per varias cutes perſonarum & indumenta, & mitigatior eſſet, ut mundus eandem ſufferre poſſet. Atque ſic Deus ipſe Infinitus quaſi poſt parietem adſtat: quæ ſunt veſtimenta iſta, tanquam parietes, vela & aulæa, ne influxus nimio impetu allabatur.

§. 135. Sapientes noſtri dixerunt: Deus ſanctiſſimus, & benedictus conſtruxit mundos, eoſque iterum deſtruxit. Hæ ſunt ſex illæ Numerationes, ſex mundi: & Regnum ſeu numeratio infima, quæ annihilata eſt. Unde etiam dixerunt Sapientes noſtri: Sex mille annis eſt mundus. Quaſi cuilibet ex illis ſex Numerationibus partium corporis ad reſtitutionem ſuam neceſſarii eſſent mille anni: qui alias ſaltem dicuntur eſſe dies; quia Dies Dei ſanctiſſimi & benedicti ſunt mille anni. Uno millennio autem erit devaſtatus; quo innuitur Baſilia (ſive regnum,) quæ eſt mundus ſeptimus, qui devaſtatus & annihilatus, ut nihil penitus regnaret. Et hinc millennio ſeptimo mundus erit devaſtatus; nec ullatenus habitatus. Sed millennio octavo Deus renovabit mundum.

§. 136. Quia ſummus ille Emanationis autor videbat Vaſa illa propterea confracta eſſe, quod Lucem illam nimiam ſufferre non potuerint, ob nimiam illius propinquitatem: adorſus eſt intenſam illam lucem mitigare, mundoſque modo quodam alio inſtituere, ut facultas ipſis eſſet magnam illam Lucem ſupportandi, eâque fruendi: adeoque lucem iſtam ulteriùs extendere, eademque magis à ſeſe amovere incepit, mediantibus velis & veſtibus quàm plurimis perſonarum, ita ut Lux Infiniti tantùm adinſtar fili influeret & perſonas illas vivificaret, & porrò deſcenderet per cranium & menyngem & cerebrum & oculos atque os Capitis Senis dierum: ubi ſubtilia ubique tantùm eſſent foramina, & lumen non tanto cum robore eradiaret, ut damnum exinde mundis emergeret. Jam igitur eandem diſtribuit per quinque Perſonas: ratione quarum Moſes Legem diſtribuit in quinque libros; & R. Schimeon Jochaides Librum Occultationis in quinque capitula. Et illæ ſunt Macroproſopus; Pater; Mater; Microproſopus & Uxor ejus.

§. 137. Lux interna ſeptem vaſorum confractorum ſurſum aſcendebat intra Matrem: hæc autem eandem remittebat ad ſapientiam: atque hinc ipſa ulteriùs annitebatur ad Coronam. Hæc autem occultabatur & eam non ſuſcipiebat. Hinc retrogreſſa in ſapientiam redibat, quæ cùm eandem ſuſtinere nequiret, aliquantulum diffindebatur: & ex hac fiſſura non tantum egrediebantur omnia illa Lumina ſupradicta, ſed & aliquid à Luce ipſius interna, quæ dicuntur נובלות חכמה Decidua Sapientia, è quibus deinde fiebat Perſona Microproſopi. Deinde ſeptem illa Lumina vaſorum fractorum intrabant in Matrem intelligendi; & cùm nec ipſa eadem ſuſtinere poſſet, hinc & ipſa findebatur, & quidem fiſſura aliquantum longiore: atque hoc modo præter lumina illa ſeptem & ex ipſa aliquid Lucis ſuæ internæ prodibat, quod dicitur: נובלות בינה Decidua Informationis; è quibus formabatur uxor Microproſopica. E luminibus autem

supradictis septem vasorum Deus Infinitus septem Coronas tollebat easque immi-
bat Coronæ, quæ est in Corona, ut exinde fieret persona integra Coronæ: & pers
hæc dicitur: רישא דלא אתידע caput, quod non cognoscitur.

§. 138. Eôdemque modô septem Sapientias illorum immittebat in Sapien
fissam, & inde fiebat persona integra, quæ vocatur: רישא דאין Caput nonentis.

§. 139. Septem autem Informationes ipsa retinebat Informatio: & inde f
persona integra decem Numerationum, quæ vocatur רישא דאריך אנפין Caput
croprosopi.

§. 140. Quamvis Corona Sapientia, & Intellectus informans Coronæ voca
tur Corona una, quia Macroprosopus illas continebat: de quo dicitur: Ante u
ante Macroprosopum, quid numerabis: quia supra illum mundi vocantur
אין סוף mundi infiniti; quia literæ illorum replentur & augentur in infinitum, ob
gnam vicinitatem suam, quam cum autore emanationis habent: unde etiam Deus in
tus aulæum atque velum expandebat inter Adamum primum occultum, & inter A
mum primum simpliciter ita dictum. Attamen Lux adhuc erat nimia; hinc Coro
Sapientiam & Informationem, quæ in Corona; è potentia educebat in actum, id
forma puncti in decadem Numerationum sub figura Personæ: ut inde fierent
capita, quæ vocantur עתיקא קדישא Senex Sanctus.

§. 141. Et quia septem illæ Coronæ singulæ constabant è decade; hinc
illi gradus in Capite, quod ignoratur in Libro Sohar vocantur רהיטי מוחא
septuaginta canales cerebri. Septem autem ista Lumina interna Vasorum con
rum propterea sursum ascendebant, ut omnia in supernis suam haberent radic
hinc est quod dicitur: Cerebra quotidie descendere per meditationem in pre
ctam, & reliqua opera bona; & hinc existere radicem omnium animarum. Qu
nihil posset moveri, nisi haberet radicem & nexum in supernis.

§. 142. E septenario illo Luminum ortum habent omnes Heptades c
sunt: Septem Palatia Mundi Creativi, Formativi, & Factivi; item in Microp
porrò infrà, septem Numerationes inferiores, quæ in his Personis semper mane
tres superiores ipsis non semper manent. Sic etiam in mundo Factivo septem
menta; septem Planetæ; septem dies septimanæ; septem anni heptaëteridis; sep
ptaëterides Jubilæi; septem terræ; septem climata. Et septem illæ Coronæ in
genarium ascendentes in Coronam veniebant virtute Tetragrammati, sep
binarii.

Et sic septem Sapientiæ in Sapientiam veniebant, virtute Tetragrammati
ginta quinarii.

Et septem Intelligentiæ in Matrem intelligendi virtute Tetragrammati q
ginta binarii.

§. 143. In Personam igitur Coronæ ita distribuebatur Tetragrammaton
ginta binarium, ut ipsi daret formam Personæ & Bilancis;



§. 144. Lux autem interna hæc omnium ſeptem Numerationum ſupradictarum, quæ confractæ fuerant, conſtabat è ſeptuaginta myriadibus literarum. Cumque alterâ vice factâ ſcilicet fiſſurâ è Matre deſcenderent, quadraginta novem myriades literarum ex illa exibant: & una & viginti myriades Divinô nutu in Coronam aſcendebant, ut inde fierent tres Perſonæ trium Capitum, id eſt, Corona Coronæ, Sapientia Coronæ, & Intelligentia informans Coronæ. Et illæ literæ in Coronam aſcendebant per Sapientiam. Unde patet, quod tres Perſonæ, quæ in Corona, factæ ſint ex illis unâ & viginti myriadibus ſupradictis. In Corona autem jam antea ratione Lucis ejus internæ erant octodecim millia myriadum. Et cùm tria illa capita fierent, una & viginti myriades illæ uniebantur cum octodecim mille myriadibus, ut corona è figura ſua ſphærica in figuram Perſonæ & Bilancis, id eſt, maris & fœminæ converti poſſet.

Cùm ergo una & viginti myriades unirentur cum octodecim mille myriadibus, exinde fiebant triginta novē juxta nomen טל ros. In Corona a. continentur Alephin ſeu millia, quia & in Microproſopo eſt Trigrammaton Alephatum יוד׳ הא׳ ואו׳ quod efficit triginta novem. Iſta Corona autem conceptum habet Microproſopi, ſi aër primus vocetur Corona; Adam primus, Sapientia; & Splendor ſupernus, Informatio: tunc enim ſequitur Corona ceu Microproſopus. Hinc & in Corona Microproſopi exſculptum eſt nomen כוזו cujus numerus 39. Item mundus iſte reſtitutus formatus quidem eſt *in* tria

capita; Fundamentum tamen ejus consistit in Pulchritudine Capitis, quod non co[g]scitur. Et de rore illo infra dicenda sunt plura. Duo autem sunt Rores; ros Macro[pro]sopi, & ros Microprosopi. Et exhinc fiunt tres guttæ, quæ sunt mysterium trium Te[tra]grammatorum, quæ in illis verbis continentur: Tetragrammatos regnavit; Te[tra]grammatos regnat; & Tetragrammatos regnabit. Per quæ nomina Deus aliquand[o] suscitabit mortuos. Et numerus trium horum Tetragrammatorum exurgit in bi[s]ginta novem.

§. 145. Septem autem illæ Coronæ sunt septem nomina, nimirum duo Te[tra]grammata; & אלהים; & אל; & duo מצפץ; & nomen יהארני; quæ una cum g[emina]tate assurgunt ad numerum תכלת i. e. 850.

§. 146. Deinde notandum, quòd septem illæ coronæ in Coronam trans[...] ter etiam dividantur in septuaginta myriades literarum: literæ autem, quas ipsa Co[rona] jam ante habebat, sunt duodecim millia myriadum locô lucis internæ, juxta duode[cim] metatheses Tetragrammati: & ex illis duodecim mille myriadibus quælibet Numer[atio] Coronæ accipiebat duodecim centurias myriadum. Nempe millenarium habebant [sin]gulæ pro Luce sua interna, & ad sustentandum vas suum: duas centurias autem, u[t ea]rum beneficio lucerent per vas Basiliæ Coronæ, quarum beneficiô illa radiare po[sset in] mundum Emanativum. Et huc refertur dictum Cant. 8. v. 12. Hinc patet, quò[d sin]gulæ Numerationes Coronæ in se habeant numerum vocis ארז, id est, cedrus, si [...] א computetur pro millenario, ut sint mille ducenta & septem. Et isti sunt Cedri Li[bani] qui transplantati dicuntur à Deo; in Sohar sectione Breschith: ubi dicitur: Ist[æ] plantæ, quas evulsas transplantavit Deus Sanctissimus & Benedictus, in locum a[...] in terram sanctam, id est, in Regnum.

§. 147. Eôdem modô Sapientia è septem Sapientiis facta locô vasorum hab[ebat] septuaginta myriades, ita ut quælibet Numeratio contineret septem myriades. [...] autem jam habebat quater mille myriades locô Lucis internæ, ita ut cuilibet Seph[iræ es]sent quadringentæ myriades: quæ quadringentæ myriades lucerent per vas Macr[opro]sopi, ubi potissimum lucent in capite ejus. Et istæ quadringentæ myriades lite[rarum] sunt quadringenti illi mundi desiderabiles, de quibus dicit R. Schimeon Jochaidé[s ...] luceant in discriminatione capillorum Microprosopi.

§. 148. Quia autem Lux illa unius & viginti mille myriadum literarum, [...] fiebant tria Capita, nimia adhuc erat; præsertim Capitis, quod non cognoscitur: [...] Lux illa sursum extollebatur versus Adamum primum occultum: & filum infini[ti de]scendens à fine vestimenti, quod est fundamentum vestimenti; faciebat velum & c[...] sum inter hæc, ita ut ibidem fieret Adam primus, non quidem occultus, sed qui [...] citer ita dicitur. Et istius Adami primi Regnum demittebat septem suas inferiores [...] de fiebant septem Conformationes Senis.

§. 149. Ratio autem, quare Caput hoc vocetur Caput, quod non cogno[scitur,] & in Sohar Caput, quod non cognoscit, & non cognoscitur; hæc est, quòd ipsum caput non comprehendat essentiam & naturam Infiniti, quam in se recipit. Quod

tem non cognoſci dicatur, ratio hæc eſt, quia ob nimiam ſubtilitatem ſuam ne quidem à capite Non-entis cognoſcitur, nec ab aliis inferioribus.

§. 150. Infinitus nondum eſt ipſe autor Emanationis: quia huic nec litera ulla, nec ſimilitudo illa tribui poteſt. Infinito autem adhuc tribuuntur mundi: ut ſunt veſtimentum; aër primus; Adam primus occultus; Adam primus ſimpliciter dictus; & expanſum quod inter illos: quæ ſunt literæ ſub forma Perſonarum modò quod literas radicis tot plenitudinibus impleant, ut nullis terminis reſtringantur: cùm è contrario in mundo Emanationis Lux interna certis terminis includatur, ne nimium excreſcere queat. Et inter hos mundos Infiniti etiam extollebatur caput, quod ignoratur ob nimiam Lucem ſuam. Dicitur enim caput, quia nullum habet tegumentum: ſicut caput hominis veſte non induitur.

§. 151. Hinc etiam extollebatur Adam primus ſimpliciter ita dictus inter pedes Adami primi occulti, ita ut una tertia Corona Coronæ ejus intraret intra Regnum Adami primi occulti. Hic Adam primus autem illud fuit initium, in quo decem Numerationes è potentia exirent in actum: ita ut filum infiniti, quod prodibat è fundamento dimidiæ veſtis, in ipſo formaret figuram Bilancis ſive Perſonæ humanæ, caput habentis & humeros. Quamvis hæc omnia adhuc eſſent tenuiſſima.

§. 152. Elevatâ autem ſic Coronâ, in ejus locum ſuccedebant Sapientia & Intelligentia, ita tamen, ut pedes Coronæ, i. e. victoria, gloria, & fundamentum ejus ibidem adhuc remanerent, una cum Regno ejus, quod decem Numerationibus ſuis extenditur usq; ad finem omnium mundorum. Sapientia igitur & Intelligentia occupabant duas tertias loci illius, ubi fuerat Corona; Et duo hæc Capita Sapientiæ & Intelligentiæ pertingebant usque ad finem Sphæræ Coronæ.

§. 153. Quia autem ut omnia lumina, ita & Corona in loco illo, ubi fuerat, reliquit veſtigium, intra quod Sapientia & intelligentia intraverant, hinc duo illa capita dicuntur Sapientia & Intelligentia Coronæ.

§. 154. Filum ergò Infiniti, egrediens è fundamendo dimidiæ veſtis ſummæ Adamo primo dabat formam, & faciebat expanſum inter duos iſtos Adamos, ut lumen inferiori debilius affulgeret: de quo in Idra dicitur: שירותא וסיומא לא הוה *Initium & finis non erat:* &c. ולבתר זמנא הוא אסתלי' בההוא פרסא ואתתקן poſtmodum autem ipſe elevabatur ſupra illud expanſum, & conformabatur, &c. i. e. filum hoc deinde faciebat velum & aulæum, quô diſtinguerentur mundi infiniti, & mundus Emanationis. Antequam enim fieret hoc medium diſtinguens, mundus Emanativus nullum habebat initium, & mundi infiniti nullum habebant finem.

§. 155. Hoc velum autem vocatur פרסה, cujus numerus eſt 345. juxta numerum מנצפן ארני, quæ ſunt judicia. Eôdem enim modô & Judicia diſtinctionem faciunt, & lucem influentem impediunt. Eidem quoque æquipollet vox משה, qui & ipſe utebatur tegumento.

§. 156. Filum autem hoc Infiniti dicitur רישא דכסופא דכל כסופין Caput

put omnibus deſideriis deſiderabile, quoniam eſt initium influendi, quod omnia appetunt ceu ſuam originem.

§. 157. Deinde & Sapientia Coronæ extendebatur in decadem ſub myſterio Bilancis, & fiebat velamentum, i. e. veſtis ſeptem inferiorum Baſiliæ Adami primi. Unde patet, quod ſum̃itas Emanativa initium habeat à ſeptem Conformationibus Baſiliæ Adami primi: Et abhinc, & porrò deorſum mundus dicatur Infiniti. Illud ergò Caput, quod dicitur אין ſive Non-entis, eſt velum & aulæum ſeptem conformationum, quæ penetrant per cranium ejus, & ibidem formant caput Macroproſopi, quod eſt initium mundi Emanativi.

§. 158. Quamdiu igitur caput, quod ignoratur, eſſet in mundo Emanativo, mundus tantô lumine frui non poterat: hinc illud in ſuperna elevandum erat. Hôc autem nomine vocantur Corona, Sapientia, & Intelligentia Baſiliæ Adami primi. Et quia ſunt tres gradus, hinc Caput iſtud in Sohar tribus vocatur nominibus: רישא דלאו רישא Caput non Caput: רישא דלא ידע: Caput, quod non cognoſcit: & רישא דלא אתידע Caput quod non cognoſcitur.

§. 159. Cùm Infinitus reſtituere vellet Mundos per ſtatum Bilancis, ſingulæ de facultatibus ſupernis de Luce ſua aliquid contribuebant, in adjutorium iſtius Bilancis. Adam primus occultus Adamo primo ſimpliciter ita dicto, qui eſt Corona Coronæ, dabat formam Perſonæ ſuæ, quæ ſunt quatuor Plenitudines Tetragrammati עֹב, ita ut ſeptuaginta binarium ineſſet cranio Adami primi: ſexaginta ternarium, auribus; quadraginta quinarium, naſo; & quinquaginta binarium, ori ejusdem. Aura tenuis, quæ exiſtit intra Adamum primum deſcendens in naſum ejus contribuebat ſeptem halitus, de quibus loquitur Eccleſiaſtes. Et iſte eſt halitus egrediens è Capite, ſub forma capillorum, de quibus infra. Et halitus iſte egrediens per capillos tribuitur nomini ſeptuaginta binario. Halitus autem ex auribus prodiens continet myſterium nominis ſexaginta ternarii, ſicut & aures ipſæ fiunt ex hoc nomine. Halitus porrò progrediens è Luce oculorum & è naſo Adami primi, eſt myſterium nominis quadraginta qvinarii. Et halitus, qui prodit ex ore ejus, eſt nomen quinquaginta binarium: qui ſunt ſeptem halitus Capitis, duarum aurium, duorum oculorum, naſi & oris. Ulterius de Adamo primo dicere non licet, ſed tantum de Sene ſancto, qui eſt Regnum Adami primi, cujus tres ſuperiores dicuntur Caput, quod ignoratur.

§. 160. Ex illis auribus Adami primi prodeunt decem formationes barbæ in potentia, donec figantur inferiùs in Capite Senis; quæ ſunt ſeptem formationes Baſiliæ ejus. De iſtis autem Conformationibus regni Adami primi nulla fit mentio, ſive in Lege ſive in Prophetis, ob nimiam illorum ſubtilitatem. Tantum Salomo ſtaturæ iſtius meminit, barbâ tamen exceptâ, quia tantum de genis loquitur, quæ barbam continent. Hinc in libro Occultationis dicitur, cap. 2. דיקנא דמהימנותא לא אדכר: Barbæ veritatis nulla fit mentio: quaſi dicat: Nec in Lege nec in Prophetis, nec in Hagiographis illius fieri commemorationem, niſi ſub ænigmate genarum.

§. 161. Su-

§. 161. Supra autem diximus, quod aliquid de aëre tenui isto, qui in aëre primo est, descendat in mundum Emanativum. Hoc autem fit per Adamum primum, qui aërem hunc suum tenuem è foraminibus suis prodeuntem immittit pulchritudini suæ: unde deinde porrò per fundamentum prodit in Regnum ejus, quod est Caput quod ignoratur: intratque in menyngem aëris, quæ est forma tertia, è septem formis. Atque hinc prodit Spiritus sanctus per nasum in eum, qui ipsum meretur accipere. Et hoc ipsum est, quod in libro Zeniutha dicitur: רביה תרין נוקבין דפרדשקא ואתער רוחא לכלא In illo sunt duo foramina nasi, unde exsuscitatur spiritus pro omnibus. Et hoc est mysterium Spiritus sancti pro hoc, qui eò dignus est. Et duæ nares sunt, humilitas & timor; Leah & Rachel, quæ latent in Capite Senis.

§. 162. Adam primus est Corona Coronæ post restitutionem factam cum Macroprosopus formatus est tribus capitibus, & Regnum ejus extensum est per decem Numerationes suas usque ad finem omnium mundorum. Nam Macroprosopus à principio suo usque ad finem constat è Regno Adami primi. Et tres primæ illius Regni sunt mysterium Capitis, quod ignoratur. Mundi enim ipsa Luce hujus frui non poterant, hinc sursum attollebatur in mysterium Adami primi: & lux ejus diminuebatur, & ipsi dabatur Nomen Adami primi, & Regnum ejus vocabatur Caput quod ignoratur. Nam septem inferiores ejus deorsum extensæ conteguntur ab אין seu Non ente, & אריך seu Macroprosopo, usque ad mundorum finem. Tres autem primæ, istius regni, quia non conteguntur sed nudæ extant, vocantur Caput. Idem quoque notandum de Non ente & Macroprosopo; & de omnibus Capitibus quarumcunque personarum in omnibus mundis.

§. 163. Superiores autem novem Numerationes Adami primi omnes sunt sphæricæ, modo quod filum Infiniti per illas transeat, ceu anima ipsius. Victoria igitur, Gloria & fundamentum Adami primi, initiò erant rotundæ. Deinde autem cum Regnum Adami primi formaretur in Caput quod ignoratur, in cujus summitate apparebant tres numerationes; etiam Victoria, Gloria & Fundamentum ejus fiebant primò linea una; deinde mediante filo Infiniti diffindebantur in tria Vavim; quæ subinnuuntur in tribus illis versiculis ויסע ויבא ויט Exod. 14. v. 19. 20. 21. Et cum Sanctuarium adhuc staret, per tria hæc Vavin Microprosopus cum uxore sua copulatus erat de facie ad faciem. Destructo autem templo, duo Vavin tollebantur in sublimia, luce eorum retracta: & nihil remanebat nisi aliquid de Vav Tetragrammati, quod lucem præbebat Vav tertio. Et quia illa tria Vavin prius fuerant tres sphæræ, quæ subinnuuntur per tria Jodin supra dictarum vocum; quæque intra Vavin remanebant ad instar animæ: hinc ista Jodin destructo sanctuario etiam secedebant in Gloriam fundamenti; non autem planè elevabantur, quia alias mundus devastatus fuisset. Unde post destructum templum nulla planè copula amplius est anterior; sed ex parte tergorum tantum, imò ne sic quidem plenè nisi ex parte Gloriæ tantùm fundamenti: fundamentum enim vocatur fædus stabilitatis. Hinc usque ad illud tempus, quo R. Schimeon manifestabat Arcana Synodi suæ; mundus superni nullam habebat subsistentiam nisi per Fundamentum & unam ejus columnam,

quæ

quæ est in Gloria (ceu crure sinistro:) Et fundamentum quidem alibi vocatur clavus; sed in Adamo primo dicitur Columna. Et quia R. Schimeon Ben Jochai videbat, quod mundus nutaret; quia ne à parte postica quidem habebat firmitatem, nisi per sustentationem unius columnæ, cujus mentionem facit R. Schimeon Ben Jochai in Synodo magna: hinc restitutionem Regni tentabat, ut copula fieri posset ab omnibus tribus partibus; sub mysterio Vavin. Et quia nomen septuaginta binarium jam totum est sub notione circulorum, hinc & Synodus illa habebatur in אידרא seu Area trituratoria, quæ rotunda est: sicut dicitur: Locum ubi considebant Synedriales fuisse hemicyclicum ad instar Areæ trituratoriæ.

§. 164. Cùm Adam primus altiùs ascendisset, Regnum ejus extendebatur in decem numerationes; & vocabatur Caput quod non cognoscitur. Et hoc influxum suum accipiebat à filo Infiniti, quod in Sohar vocatur סתרא גו סתרא occultum in occulto: quia filum hoc occultatum est in fundamento vestimenti superni, & in Adamo primo occulto, qui vitam largitur Adamo primo simpliciter ita dicto, qui est Corona: sicut anima vivificat corpus.

§. 165. Cùm ergo filum hoc intraret in Adamum primum; & victoria, gloria & fundamentum istius tantùm esset adinstar unius lineæ vel Vav, ab ista luce fili, tria illa dividebantur ut fierent tria Vavin. Et ex uno Vav medio prodibat punctum quoddam, quod radiabat in Regnum & conformabat Numerationes regni: ob hanc rationem tres primæ regni hujus ob nimium lumen suum occultabantur, omnesque fiebant Caput unum manifestum: quod tamen habebat tres distinctos conceptus, & sic radiabat in mundum Emanativum. Tres autem ejus conceptus hi sunt; Corona ejus vocatur Caput non-Caput, ob nimiam apocrypsin suam : Sapientia ejus vocatur Caput ignorans ; eò quod ipsum nesciat naturam suam , sicut homo non cognoscit animam suam: Intelligentia ejus autem vocatur Caput ignoratum, quia nempe essentiam suam non manifestat septem inferioribus suis. Hoc Caput per filum illud infiniti præparabatur ut luceret in septem Numerationes ejusdem Regni Adami primi inferiores, quæ vocantur עתיק יומין Senex dierum: ut illas introduceret intra Caput non-entis, ibique faceret septem conformationes.

§. 166. Certum quidem est, quod Macroprosopus, Pater & Mater, sint Corona, Sapientia & Intelligentia mundi Emanativi post restitutionem : sed Macroprosopus est persona constituta è punctis Intelligentiæ fissæ: & supra illum est caput Non entis factum è punctis Sapientiæ fissæ: & supra istud est Caput ignoratum, constitutum è punctis Coronæ Regni Adami primi. Unde constat, quòd è tribus punctis primis mundi inanitionis constituta sint tria capita superna, quæ continentur in Sene Sanctissimo. Omnia autem tria numerantur pro uno in mundo Emanativo, qui est Macroprosopus. Cùm igitur Regnum Adami primi extensum esset in decem Numerationes, nutu Dei Sanctissimi etiam prodibant Sapientia & intelligentia illa fissæ è potentia in actum, id est, è puncto in decem Numerationes: & illa vocabatur Non-ens; hæc autem Macroprosopus. Et harum Numerationes recipiebantur intra Numerationes Regni Adami primi, ita ut tres

primæ

primæ fissarum venirent in medias regni, & mediæ fissarum in ultimas Regni, ultimis fissarum manentibus in vestigio. Sapientia autem consistebat in latere Victoriæ Regni, & Intelligentia in latere Gloriæ Regni stabat.

§. 167. Et filum Infiniti Non enti sive Sapientiæ communicabat nomen quadragint quinarium, quod in illa distribuebatur hôc modo.



Et nomen hoc vim ipsi tribuebat, ut è sphæra fieret persona. Eodemque modô Intelligentia à filo Infiniti accipiebat nomen quinquaginta binarium, ut conformaretur in Personam hoc modo. Jod in Corona: Vav Plenitudinis Jod in Pulchritudine: Daleth in Regno: He primum radicale in Matre: He plenitudinis He in Gloriam: Vav radicale in Benignitatem: Vav plenitudinis Vav in Fundamentum: He ultimum radicale in Severitatem, & He plenitudinis ultimæ in Victoriam,

§. 168. Ratio autem, quare caput secundum vocetur אין; hæc est; quia Sapientia illa conformabatur ex literis nominis quadraginta quinarii, cujus plenitudo fit per Alephin: & hoc indigitat Aleph vocis אין. Jod autem istius vocis subinnuit Caput, quod ignoratur, quod construitur per nomen plenè scriptum per Jodin. Nun autem istius vocis indigitat Macroprosopum. Et quia in Capite Non entis nihil videtur, nisi cranium dimidium, hinc vocatur Caput.

§. 169. Et Ratio quare Caput tertium vocetur רישא דאריך אנפין Caput Macroprosopi, hæc est, quia & de hoc nihil videtur nisi Caput: quia omne corpus reliquum contectum est à Patre & matre, & Microprosopo atque Uxore ejus: Et hanc ob causam vocatur Caput. Longi autem nomen ipsi tribuitur, quia pedes ejus pertingunt

h usque

usque ad fundum splendoris. Faciei nomen autem superadditur, quia nonnisi facies est, & nihil de tergo in eo invenitur, qui mera hic misericordia, & nullum omninò apparet Judicium.

§. 170. Quia autem mundus luminibus tàm magnis, tàm Coronæ ceu Capitis ignorati, quàm Sapientiæ, uti non poterat, sed hæc mundum Emanativum tantùm illuminare debebat per Macroprosopum, ceu tegumentum suum; hinc Divino nutu Intelligentia, id est, Macroprosopus applicari jussa est Non enti: ita ut decem Numerationes Macroprosopi in se includerent decem Numerationes Sapientiæ, easque contegerent, singulæ singulas: ita ut decas Sapientiæ non appareret, nisi per decadem Macroprosopi, & longus iste fieret vas Sapientiam in sese includens, tanquam animam suam. Et Caput ignoratum, i.e. septem ejus inferiores, quasi Lux ambiens ejusdem fiebant. Nihilominus decas Intelligentiæ non totam decadem Sapientiæ exæquabat, sed tantùm pertingebat usque ad duas tertias Coronæ Sapientiæ. Ratio est, quia *Intelligentia* quasi fœmina est illô respectû, cujus membra minora sunt membris masculinis. Una ergò tertia superna Coronæ nuda restabat, i. e. cranium, sive Sapientia, Informatio, & Cognitio ejus. Est istæ duæ simul junctæ contegebant Caput ignoratum, ut non videretur, id est, septem ejus inferiores, quæ vocantur Senex dierum.

§ 171. Et hæc sunt vestimenta illa honoris, de quibus loquitur liber Zeniutha cap. 1. אתקין ואחסין id est, conformavit ea sub figura Personæ, & communicavit ea inferioribus; ut illâ luce eorum frui possent.

§. 172. Notandum autem, quòd R. Schimeon ben Jochai omnia hæc tria Capita simul interdum vocet רישא דאריך Caput longi. Et de his tribus Capitibus in Sohar dicitur: אלין תלת רישין דא לעילא מן דא ודא לגו מן דא Illorum trium Capitum unum est superius alterô & unum est intra alterum. Ubi per illud, quod superius dicitur, intelligi potest Caput, quod ignoratur: & per illud, quod intra alterum, caput nonentis, quod contegitur à longo. Et pergit Idra minor: *Caput unum est Sapientia abscondita*, quæ ingreditur intra illud Caput eidem superinductum, quod vocatur Senex Sanctissimus occultissimus omnium Occultorum, id est, Macroprosopus. Et hoc est illud, quod est intra alterum, quia decem Numerationes unius sunt intra decadem alterius, nempe Sapientia, quæ quasi non esse dicitur, est in Corona Emanativa, quæ est Macroprosopus. De tertiò autem Capite dicitur, quòd sit alterô superius. Quia non in se includit alterum, nec includitur, sicut Sapientia ita comprehenditur à Capite socio, ut parum absit, quin duo illa habeantur pro uno: sed Caput hoc tertium multò sublimius est, estque Caput omnium Capitum, quia omnia sunt infra illud, ejusque aquas bibunt. Hoc etiam vocatur Caput non Caput, quia mirum in modum occultatum est. Hoc antea vocabatur Caput ignoratum; sed occultatum est, in Adamo primo & regno ejusdem hoc nomen reliquit: unde ille vocatur Caput respectu Regni sui. Ratio autem, quare dicatur Caput non Caput, hæc est; quia non est Caput Emanationis: item quia occultatur, ut pars ejus Caput sit, & pars ejus Caput non sit. Idem etiam vocatur Caput ignorans, quia Regnum Adami primi, quod est caput hoc non

non assequitur lucem Adami primi se superiorem, quamvis in ipsa luceat. Hinc dicitur: Fuge in locum tuum, & contemplare, quod potes assequi in loco tuo; nec ascendas sursum, ut comprehendas Adamum primum te superiorem: adeoque in loco tuo maneas. Patet igitur, quòd in genere tria hæc Capita vocentur Senex Sanctissimus; quia omnia tria simul sumta sunt, quasi caput unum; & vocantur Senex Sanctissimus. Et aliquando vocantur duo, quando Macroprosopus cum Sapientia in ipso occultatâ combinatur, ubi Caput ignoratum est secundum.

§. 173. Interdum vocantur capita tria, cùm singula concipiuntur seorsim: quando scilicet non est tempus beneplaciti. Et hoc est, quod dicitur in Idra minore: Senex Sanctissimus, cùm reperitur tria habens Capita, omnia quoque reliqua lumina reperiuntur terna, id est, ut Sapientia, Informatio, Cognitio: item Benignitas, Severitas, Pulchritudo: item Victoria, Gloria & Fundamentum. Aliquando Senex Sanctissimus repræsentatur duobus, i.e. tanquã Corona sum̃a, & hoc quod istâ superius est. Sic & reliqua *Lumina in* dyade sunt, &c. Quandoque Senex Sanctissimus designatur & absconditur *in uno*; sicut denotat vocula אין, in qua Aleph designat Caput non caput: Jod Coro*nam sive* Macroprosopum: & Nun, Sapientiam. Caput ergò summum sublime est admodum, & tres ejus primæ nullô modô extenduntur, sed suprà manent, sicut umbra super Caput Coronæ seu Macroprosopi, & Sapientiæ sive Non entis. Septem inferiores autem Regni Adami primi extenduntur intra caput Coronæ, seu Macroprosopi & Sapientiæ, eô ordine, quô describuntur in libro Zeniutha. Et istæ interdum vocantur Senex dierum: & sunt septem dies Geneseos.

§. 174. Vestimenta superna autem à filo Infiniti parata etiam sunt, partim è Luce ambiente: partim è Luce interna. Et hæc in libro Zeniutha vocantur vestimenta ornatûs. Sicut enim vestes pulchræ hominem exornant & condecorant; sic illæ vestes exornant & honorem conciliant vasis, ut quod inferius est, luce supernâ frui queat. Hæc autem vestimenta se non habent, ut vestimenta corporea, quæ accidentia sunt hominis: sed ipsum Fundamentum & vita Adami superni in istis vestibus consistit. Nam Lux interna vasi largitur vires, ut ne frangatur ob nimiam illuminationem suam. Lux autem ambiens multò est major interna, & hæc ab extra affluit homini superno, ejusque vasa diaphana reddit, ut Lucem internam sustinere queant. Lux autem interna habet naturam Vav: id est, Vavin, quæ in Tetragrammatis עַֽב & מַה sunt mysterium Lucis internæ. Et Jodin istorum Tetragrammatorum, sunt Lux ambiens. Hehin autem sunt Vasa ipsa. Alephin sunt super capita Vasorum, & nomine suô vocantur Lux externa: & ista Alephin consistunt inter Lucem ambientem & ipsum Vas. Adeoque vestimenta partim sunt externa, ut cùm Sapientia extrinsecùs ambit Basiliam Adami primi: eademque Sapientia contegitur ab Intelligentia: vel interna, ut cùm eadem Sapientia ab intra vestit Intelligentiam, quod intelligitur in libro Zeniutha, cùm dicitur de vestimentis ornatûs præparatis & communicatis: quæ verba etiam exponi possunt de vestibus honorificis, & venerandis, quoniam Lumina etiam propterea occultata sunt, ut cum reverentia à Creaturis suscipiantur. Quasi diceretur: Hæc vestimenta honoris causâ facta esse, cùm extenderentur tres isti gradus, nimirum Corona, Sapientia & Intelligentia

Macroprosopi, per quam simul fiebat legitima conformatio : quâ institutâ filum Infiniti deinde intra Numerationes eorum intrabat & investituram hanc conferebat Patri & Matri, & Microprosopo atque Uxori ejus. Sicut enim Sapientia investiebat Basilias, ab initio humerorum : ita Pater vestiebat Benignitatem Macroprosopi, & Mater Severitatem ejusdem Sapientiæ semper adhærens : unde etiam R. Schimeon ben Jochai de duobus his in Idra dicit : Quod simul exeant, & simul incipiant, & in æternum non separentur. Deinde autem Microprosopus & Uxor ejus investiunt Macroprosopum à fovea pectoris, & porrò deorsum : Mater autem ab intra vestit Microprosopum, à capite ejus ad pedes usque; sicut sapientia Macroprosopi vestit Intelligentiam ab intra. Et hoc est, quod in libro Zeniutha dicitur : Vestimenta honoris communicata esse; nimirum inferioribus.

§. 175. Jam septem inferiores Basiliæ Adami primi sese extenderunt à parte posteriore Capitis non entis, ab initio ejus usque ad finem : quia autem tres illarum supernæ istius Basiliæ ipsis affulgebant : hinc desiderabant sursum ascendere, ut tribus suis superioribus adhærerent : jubente autem Infinitô intrabant & perfindebant Caput non ens, & intra Sapientiam hanc descendebant usque ad Victoriam & Gloriam istius *Sapientiæ*; atque hinc iterum ascendebant, ut Caput Senis conformarent à tribus *supernis* singulatim evocatæ.

§. 176. Summa omnium huc redit : quod intentio Dei Benedicti fuerit Personas formare, pro minuendo Lumine. Adeoque creabat in Macroprosopo tria Capita. Primum vocatur Caput quod ignoratur : secundum, caput, quod non est : & tertium est ipsum Caput Macroprosopi. Et hæc tria sunt Corona, Sapientia & Informatio, quæ in Corona mundi Emanativi seu Macroprosopo existunt. Et tria hæc Capita in Sohar vocantur Senex Sanctissimus. Septem autem inferiores Basiliæ Adami primi vocantur Senex dierum : & Senex iste dierum est pars interna & anima Macroprosopi. Quia igitur Caput Non ens seu Sapientia pertingebat usque ad Benignitatem istius Basiliæ Adami primi sive Coronæ, quæ in Corona Emanativa, quæ in summis dicitur, * Caput ignoratum : hinc septem inferiores istius Basiliæ perfindebant Cranium istius Sapientiæ sive Non entis cum longo coadunitæ, ibique intrabat ad instar animæ : atque in Cranio hoc conformabat septem illas partes & formas, de quibus Liber Zeniutha loquitur. Ratio autem septem istarum formarum hæc fuit, ut Lumen magis magisque ab inferioribus amoveretur, & quasi per canales contectos, non verò in aprico afflueret : adeoque influentia procederet per menyngem cerebri, & per poros cranii cohibitum, ne nimietate suâ noceret. Nam sic etiam aulæis distinguebatur Sanctum Sanctorum à Sancto, ut parvi tantùm quasi radii emanarent. Deinde oculis his auribusq; sua tribuuntur officia, prout de his loquitur Scriptura.

§. 177. Cranium igitur sive pars prima istarum Conformationum, quæ factæ sunt à septem inferioribus Basiliæ Adami primi, instituta est ab illius benignitate, quæ ingrediebatur in Coronam Longi unitam cum Corona Non entis. Jam Corona Macroprosopi

proſopi eſt aër ille incomprehenſibilis intra cranium comprehenſus, & cerebro superimminens: Cranium autem eſt Intelligentia Coronæ Macroproſopi, quæ locum Coronæ illius incomprehenſibilis Coronæ hujus ſupplet. Hæc autem forma vocatur Cranium album, qui omnia ſunt Benignitas, quæ quaſi inſtrumentum eſt ad mitigandam Severitatem infra hanc conſiſtentem. Quæri autem poteſt, quis Benignitati huic regni Adami primi facultatem hanc dederit, ut faceret iſtam Cranii formam, & in illam colligeret Coronam Longi & Non entis? Nempe tres primæ Baſiliæ hujus Adami primi inſtituebant ſingulas iſtas Conformationes ſuis quamque locis: ita ut Corona trium illarum ſupernarum lucem immitteret Benignitati ſeptem inferiorum, eamque dealbaret, ut candidiſſima fieret, quamvis aliàs quadantenus eſſet rubea propter duplicem illum reditum ſive reflexionem Lucis, de qua ſuprà; per quam denotantur Judicia: ſicut etiam ob violentiam perſindendi per Caput Non entis, propter quam cranium hoc durum eſt.

§. 178. Forma ſecunda vocatur Ros cryſtallinus: & hæc formatur à Severitate Baſiliæ Adami primi, quæ intrabat intra Sapientiam Macroproſopi: hinc in cryſtallo color quidam emphaticus rubor apparet. Et hæc eſt Sapientia illa, de qua dixerunt, quod in illa radicentur Judicia, quia provenit è poteſtate Severitatis. Sed Sapientia abſolutè ſumta tota Benignitatis naturam habet, & nihil judicii continet: quia judicia ſtatim in ea mitigantur. Et de virtute hujus ſeveritatis in hac Sapientia exiſtentis, in Sapientia inferiore, quæ vocatur Pater, inveniuntur triginta nomina אלהים, quorum mentio fit in hiſtoria Creationis. Sapientia igitur Non entis & Macroproſopi ſimul junctorum ſunt ros cranii: & hoc infrà eſt judicium: id eſt, in illa eſt radix judiciorum; quæ cum extenduntur in Microproſopum & Uxorem ejus ſub myſterio trecentarum & viginti, & trecentarum viginti quinque ſcintillarum; tunc confirmata ſunt: & tunc temperamentum à Macroproſopo deſcendit, & illa judicia mitigat. Hæc autem Severitas nonniſi amor eſt, quia ſicut cryſtallus in ſe nonniſi albedinem habet, ſed inſpicienti tantùm rubedo quædam inibi apparet, quæ revera ei non ineſt: ita ſeveritas iſtius loci nulla in ſe habet judicia. Sicut autem in capite hominis humiditas quædam apparet intra cranium; ita Lux quædam à Severitate hac Baſiliæ prodit intratque in auram illam, ibique humorem iſtum exuſcitat, & internum hunc locum cranii implet. Nomen autem טל cujus numerus eſt 39. denotat Tetragrammaton כוזו cujus numerus etiam eſt 39: quæ ſunt literæ literis Tetragrammati anteriores. Deinde etiam huc pertinet nomen יהו Alephatum hôc modô: יוד· הא· ואו· cujus numerus eſt טל 39. Item in nominibus עב סג מה בן ſunt triginta novem literæ exſculptæ in Capite albo Macroproſopi. Et ros iſte deſcendit in capillos Patris, & in Caput Microproſopi, juxta Cant. 5. v. 2. Et iſte ros eſt ille, qui tempore promulgatæ Legis, cùm Iſraëlitæ auditâ voce Dei viventis, mortui eſſent, eosdem revivificavit. Et hic ros etiam futurô tempore vivificabit mortuos; ſicut ſcriptum eſt: Ros Luminum, ros tuus Jeſ. 26. v. 19. ubi duo rores, nempe ros Microproſopi, & ros Senis; unde fiunt tres guttæ, quæ deſignant tria Tetragrammata illius dicti: Tetragrammatos regnat; Tetragrammatos regnavit;

& Tetragrammatos regnabit in seculum & sempiternum. Unde etiam in pedes erigi tenemur, cùm dicimus hæc in signum, quod Deus vivificaturus sit mortuos per tria hæc Tetragrammata, quæ efficiunt binos hos Rores, id est, bis 39.

§. 179. Forma tertia vocatur membrana aëris: & ista fit à pulchritudine Basiliæ Adami primi, quæ ingreditur intra Intelligentiam Non entis & Macroprosopi. Et hæc est menynx intra quam reconditur cerebrum, & quiescit. Menynx autem vocatur firmamentum; & firmamentum vocatur Vav, & hoc est Vav illud medianum in figura literæ Aleph inter duo Jod interpositum. Et quia inter Cranium & inter Cerebrum est aër: hinc pellicula hæc vocatur aërea. Aer autem semper refertur ad pulchritudinem. Et hæc membrana in Libro Zeniutha dicitur אודכן וסתים diaphana & clausa. Pellucida enim fit ab aëre superno: clausa autem est, ne nimium Lumen prodeat, & ne ros descendat, & attributum misericordiæ convertat in rigorem. Dicitur autem קרומא quasi incrustatio; quia rigoris vim habet. Hæc incrustatio autem est quadratura Tetragrammati. Si enim duæ priores literæ Tetragrammati, quæ efficiunt 15, in se ducantur, exinde oriuntur 225; & si duæ posteriores Tetragrammati literæ pariter in se ducantur, hinc exurgunt 121: quorum summa est 346, juxta vocem שמך nomen ejus. Et hunc etiam numerum habet vox קרום: & hinc vocatur קרומא. Et hinc fit מן Manna, quod molitur pro justis. Quæ sunt duæ literæ primæ quinque finalium מנצפך in palatio amoris, ubi sunt dilecti illi, qui tradiderunt animam suam pro sanctificatione nominis Divini, & impleverunt dictum illud: Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, etiamsi à te auferat animam tuam. Quinque autem illæ literæ finales sunt quinque illæ Severitates, quarum toties passim fit mentio. Istæ autem duæ literæ durissimæ sunt inter illas, quia Mem desumta est ex voce מות i.e. mors, & Nun desumta est è voce נחש id est, serpens. Cùm igitur occiditur justus quidam, præ nimio amore Domini Dei sui: tunc ille ibidem comminuit mitrum rigoris purpurâ suâ, quod est mysterium bis מנצפך id est, 560. juxta nomen פרפר.

§. 180. Sicut autem Benignitas, Severitas & Pulchritudo Basiliæ Adami primi constituebant tres supernas Macroprosopi: ita Victoria illius informabat latus dextrum ejusdem, id est, Benignitatem & Victoriam. Et sic Gloria Basiliæ supradictæ informabat latus ejusdem sinistrum, id est, severitatem & gloriam. Et fundamentum ejusdem Basiliæ informabat lineam Macroprosopi mediam, id est, Cognitionem, Pulchritudinem & Fundamentum. Fundamentum ergò Basiliæ Adami primi constituebat in Macroprosopo frontem, id est, Cognitionem, Pulchritudinem & Fundamentum: Lana autem munda & oculus apertus fiebant à Victoria & Gloria ejusdem, ita ut à medietate superna utriusque hujus gradus fieret capillus; & à medietate inferna utriusque fieret oculus. Omnes tamen tres illi gradus simul, Victoria nempe, Gloria, & Fundamentum, tres has formas constituebant: unde & in Libro Zeniutha dicitur אמר עמר נקי. Isti lana munda &c. Quasi innueretur tres illas Numerationes, Victoriam, Gloriam & Fundamentum simul efformâsse istas tres formas: ita ut in qualibet istarum formarum pars quædam sit ex omnibus tribus illis Basilicis.

§. 181.

§. 181. Victoria ergò & Gloria Basilicæ constituebant capillos. Et quia capilli aliàs denotant rigorem; hôc locô autem nulla sunt judicia, sed ita tantùm apparent: hinc capilli isti vocantur lana munda. Non autem vocantur lana alba, quia lana nunquam tàm alba est, sicut gypsatura: sed dicitur munda, quasi innueretur, illam quidem in se puram esse à judiciis; & tamen videri, quasi essent judicia. Et de istis capillis in libro Zeniutha dicitur: quòd pendeant in æquilibrio; ut sensus sit: quamvis forma hæc constituatur à Victoria Basilica, tamen & Gloriam æqualiter suas contribuisse portiones, ita ut Gloria hac in parte sit in æquilibrio cum Victoria.

Vox igitur עמר lana, numerô suo exprimit 310. Et vox נקי, id est, munda efficit 160, quem numerum habet additâ totâ voce plenitudo nominis אהיה Joddati, ut sint 161.

310. autem est nomen אל 31. ductum in decadem, unde fiunt 310. Nomen autem אל refertur ad Benignitatem: & color Benignitatis est albus & mundus. Est ergò in hac forma nomen Benignitatis אל, quia capilli hi in se sunt Benignitates: sed tamen in ea quoque est nomen אהיה, unde judicia excitantur; quia in illis videntur esse judicia.

Isti autem capilli sunt halitus Capitis sursum ascendentis sub mysterio Lucis reflexæ: unde in ipsis est nomen אל, quod illam mitigat.

Nomen autem hoc locum habet in duobus timporibus, & in summitate frontis, sive linea utrinque à timporibus ducta. Et exhinc extenditur radix pro tribus mundis: quæ sunt nomina, 1. אל שדי : 2. אל יהוה : 3. אל אדני. Et hoc nomen tertium pertinet ad partem anteriorem.

Nomen אל autem plenè scriptum hoc modô אלף למד numero suô exprimit 185, qui numerus bis sumtus est 370, quæ sunt Lumina illa toties occurrentia in libro Sohar passim. Et pertinent ad partem posteriorem. Et sic etiam in parte anteriore datur dextrum & sinistrum, quò pertinet hoc nomen אל bis sumtum: unde fit שעשע 740. Quò pertinet locus ille: שעשע Oblectabitur puer ad foramen viperæ.

Tria ergò hæc nomina אל duo in timporibus, & unum in summitate frontis per numerum suum שע, id est, 370. Luminum Macroprosopi ubique effulgent: & quia in illis est dextrum & sinistrum, hinc oritur illud שעשע sub numero 740, de quo toties fit mentio. Et de temporibus Lumina illa deinde etiam extenduntur in barbam, quia pars prima barbæ etiam est אל.

Hinc in Idra magna reperimus, quòd tribus istis nominibus אל formentur tres Mundi: ita ut unumquodque nomen אל unum formet Mundum, qui sunt Creativus, Formativus & Factivus, ubi sunt ministri judiciorum centum & viginti decreta durissima: & sub iis cortices istorum Mundorum ab extra annexi: præter illos, qui in Mundo Factivo permixti sunt. Atque ita per nomen אל restituuntur tres Mundi judiciis pleni, & mitigantur per illud.

Mundus primus in se habet millies mille scutatos. Et mundus secundus quinquaginta & septem millia horrisonos. Et Mundus tertius nonaginta & sex millia ejulantes.

Sensus

Sensus hic est, quòd sint tria nomina אלהים inter attributa; unum in Matre; alterum in Severitate; & tertium in Basilia. אלהים in plenitudine sua & quadratura efficit mille, hôc modô אלף : אלף למד : אלף למד הה : אלף למד הה יוד : אלף למד הה יוד מם : Et propterea in singulis illorum mundorum millena sunt.

Deinde nomen פאה, quô denotantur tempora capitis, è quibus nomen אל huc fulget, æquipollet nomini אלהים numero 86. אל igitur gradus Benignitatis mitigat אל nominis אלהים, qui est אל indignans quotidie Psal. 7. v. 13.

Et illa judicia prodeunt ab Intelligentia Mundi inanitatis: & primum nomen, quod in Intelligentia est in se continet duo cætera. Hinc Rex primus illorum, qui regnârunt in terra Edom, vocatur Bela, alter Jobab, & tertius Chuscham, qui duo ultimi correspondent duobus mundis illis ex Idra allegatis, qui cognominantur à יבבא & אללה id est, à vociferatione & ejulatione. Illi autem Reges fundamentaliter pertinent ad Intelligentiam, quæ intelligitur per nomen Edom; & ex qua in mundo restitutionis factus est Macroprosopus. Ab Intelligentia igitur prodeunt illa judicia, id est, à Basilia Intelligentiæ, quia ipsa est sicut vinum bonum quiescens super fæcibus suis, *quæ* sunt judicia. Suprà enim nil nisi misericordia, quia judicia ibidem supprimuntur.

In singulos igitur mundos hos nomen istud אל ingreditur, ut judicia hæc in ordinem redigat, mitiget, & supprimat. Et quia in mundo Creativo continentur tria hæc Nomina אל: hinc judicia ejus vocantur מארי תריסין id est, Domini scutorum sive scuta gerentes. Nomen autem אל ter sumtum efficit 93, quem numerum etiam continet vox מגן id est, scutum, clypeus.

Quare autem dicantur millena millia, ratio hæc est; quia mundus hic primus pertinet ad Intelligentiam, sicut dicitur: Mater moratur in Throno, id est, in Mundo Creationis. Ad Intelligentiam autem refertur nomen שדי, quia Deus distinctionem facturus, inter tres primas & septem ultimas, dixisse censetur: די sufficit. Si igitur nomen hoc plenè scriptum quadretur hôc modo: שין · שין דלת · שין דלת יוד efficit 1968 & additô numerô integri 1969; quibus si adjungas nomen אל, id est, 31: hinc exurgunt duo millia. Hinc in Idra dicitur: אלף אלפין id est, mille & duo millia. Et hæc in mundo primo, ita ut millenarius primus tribuatur mundo supremo, nempe Intelligentiæ ipsi, qui est Mundus Creativus: & duo millenarii reliqui pro Formativo & Factivo Genericè in isto contentis.

Mundus secundus habet quinquaginta septem millia דרגא ריבבא id est, gradus vociferationis, qui referuntur ad Mundum Formativum pertinentem ad Pulchritudinem, quoniam Microprosopus in illo residere dicitur. Numerus autem 57. componitur è numero Tetragrammati 26, quod ubivis est in Pulchritudine, & ex nomine אל 31. quod in singulis his mundis est, ad supprimenda judicia, sicut in Idra dicitur. Et duo ista Nomina efficiunt 57.

Mundus tertius continet 96 millia מארי תיללה id est Dominus ejulationis. Per Mundum hunc autem intelligitur Mundus Factivus, in quo residet Basilia, ad quam per-

pertinet nomen אדני, quod numero suo continet 65; cui si addatur nomen אל, à quo fit gubernatio singulorum horum judiciorum: exinde fiunt 96.

Et hinc quoque intelligi potest mysterium comestionis, cùm scilicet comedens intentione suâ atque meditatione elevare debet scintillas puras, ut adhærescant animæ suæ, quo extollantur in mysterium cœli illius, quod dicitur שחקים uti sunt molæ illæ, in quibus commolitur Manna pro justis: & si sunt triginta duo dentes, qui subindicantur per literam Aleph vocis אוכל quæ si in medio diffindatur utrinque constituit duas has literas יי quæ efficiunt 16, & in summa 32; quæ sunt triginta duo nomina אלהים. Ipsa autem vox אוכל comedens refert numerum אל & Tetragrammati. i. e. 57: sicut etiam in se habet literas אל & כו i. e. 26, qui est numerus Tetragrammati.

Porrò etiam sciendum est, quod 370. illa lumina dividantur in 150. & 221. quando descendunt à Macroprosopo in Microprosopum; quoniam ille Microprosopo tribuit 221. Lumina; Basiliæ autem 150. similia, quæ efficiunt 370. unà cum integro. Nam quia Microprosopus pertingit usque ad barbam Macroprosopi : hinc ipsi tribuuntur 221. Lumina à Macroprosopo. Unde in Sohar dicitur in Idra magna : Quando facies Macroprosopi respicit faciem Microprosopi, tunc longior & luminosior fit facies Microprosopi, ita ut etiam dicatur Macroprosopus. Ubi mysterium in hoc latet, quòd Microprosopus dicatur ארך Longus, quæ vox continet numerum 221. istorum Luminum, quæ accipit à Macroprosopo ex illis 370. Quamvis etiam nomen ארך אפים i. e. nomen Longanimi computum habeat sat congruum, dum numerô suô refert 352. Et si duæ hæ voces plenè scribantur hôc modô אלף ריש כף· אלף פא יוד מם efficiuntur octodecim literæ, unde tota summa fit 370. Unde patet, quod in Microprosopo 370. illa Lumina sint in potentia. Huc etiam alludit dictum illud Psalm. 84. v. 4. Etiam צִפֹּר passer invenit domum, & hirundo קֵן nidum sibi: Ubi Microprosopus dicitur צִפֹּר i. e. habens 370. Lumina, juxta numerum dictæ vocis. Uxori ejus autem tantùm dantur קן 150 Lumina; quæ si subtrahantur à 370. restant 221. pro Microprosopo.

§. 182. Jam porrò sciendum, quod Macroprosopo tribuantur שערות sive crines & נימין sive pili, & קוצין sive cincinni vel coma. Nam in parte anteriore in capillo verticis tredecim sunt נמין pili, è quibus extenduntur tredecim conformationis barbæ: & isti pili partis anterioris vocantur crines simpliciter. Sed ab extantiis cranii circa partem posticam numerus magnus est cincinnorum sive comæ capillitii, qui pertingunt usque ad initia humerorum ad contegendam cervicem. Et in quolibet cincinno sunt 410. pili, juxta numerum vocis קדוש Sanctus. Et isti pili protrahuntur usque ad locum capitis Microprosopi ad instar filorum longorum. Et cum Lux hæc magna descendit; tunc à parte posteriore Microprosopi allidit ad caput ejus, quia ipse superinvestit Macroprosopum à fovea pectoris & porrò deorsum: & foras producit quatuor thecas phylacterii, faciem versus ex illuminatione Cerebrorum: quæ omnia fiunt vi allisionis capillorum, qua allidunt retrò in cerebra; unde illuminatio illa producit thecas

istas. Et hi sunt cincinni sive coma Macroprosopi de quibus diximus, quod descendant usque ad caput Microprosopi.

Cincinni autem Microprosopi descendunt usque ad caput uxoris ejus, ut eam illuminent.

Capilli autem cognationem habent cum cerebro & abinde prodeunt: & sunt scaturigines lucis, quæ magno cum fulgore exinde eradiatur. Et hæc est intentio R. Schimeonis Ben Jochai, quando dicit: ציץ דכורא ציצית נוקבא Nomen ציץ quasi dicatur capillus masculinus, competit viro. ציצית sive coma mulieris tribuitur fœminæ. Quibus subinnuit hoc ipsum quod diximus: Quod nimirum capillus Macroprosopi descendat in Microprosopum. Nam vox ציצית habet significationem capillorum, sicut dicitur Ezech. VIII. 3: *Et tulit me in cincinno capitis mei.* Adeoque his vocibus indigitatur capillus virilis & muliebris. Capillus ergò virilis est, qui venit ab imagine Sapientiæ: & coma muliebris, quæ venit ab imagine intelligentiæ. Fundamenta autem sapientiæ & intelligentiæ (unde lumina hæc erumpunt) ambo sunt intra Microprosopum. Quicquid ergò Microprosopus accipit pro se, id vocatur Ziz: Et exhinc fiunt crines capitis ejus. Quicquid autem accipit pro uxore sua, vocatur Zizith. Hinc pallium illud, quo nos amicimur est typus Microprosopi, id est: Lucis ejus ambientis, quæ continet mysterium pallii: Venitque è tribus ambientibus: i. e. à Macroprosopo prodiens per capillos & ambiens istum, & ab imagine sapientiæ & ab imagine intelligentiæ, & propterea nos operimur pallio hoc, omnes Zizith sive fimbrias ejus reponentes in latus sinistrum, ubi est locus uxoris; & Zizith sunt lux capillorum & oculorum ejus.

Porro notum est, quod capilli Macroprosopi albi sint ut lana munda: multo magis autem tredecim partes barbæ. Et hoc est illud quod dicit Scriptura Dan. VII. 9: *Et senex dierum sedebat, vestimentum ejus sicut nix candidum & pilus capitis ejus sicut lana pura.* Et in Idra magna dicitur: Omnes pili tam capitis quam barbæ albi sunt ut nix. In Microprosopo autem capilli sunt nigri: & cum capilli Macroprosopi descendunt & implicantur capillis Microprosopi, ut inde fiat quasi textura vestis atque pallii, isti etiam dealbantur. Uxor autem Microprosopi capillos habet rubros adinstar purpuræ: quo pertinet mysterium de vacca rubra.

Capilli autem Microprosopi tres habent partes similes, nempe: Cincinni proveniunt à cerebro cognitionis & crines è cerebro sapientiæ & pili è cerebro intelligentiæ.

§. 183. Cum igitur capilli Macroprosopi perveniunt usque ad caput Microprosopi, quatuor ibi producunt effectus. Primus est discriminatio capillorum: ut nimirum pars quædam capillorum Microprosopi in medio capite existentium reclinetur in latus dextrum; & pars altera in latus sinistrum. Ipsa autem discriminatio quasi semitam quandam constituit inter capillos istos, quæ vocatur semita justorum, de qua scriptum est Proverb. VII, 18. *Et semita justorum sicut lux splendoris.* In libro Sohar autem dicitur: Hac in semita dicuntur esse quadringenti mundi desiderabiles. Nam vox כסופין

sensum

sensum habet quem refert dictum illud Psalm. LXXXIV, 3: *Concupivit & desideravit anima mea.* Conferatur Genes. XXXI, 30.

Sensus autem quadringentorum istorum mundorum hic est: Quoniam in Macroprosopo extat Tetragrammaton plenum Joddatum: ubi si quatuor illius Jodin ducantur in decem efficiuntur 400; & isti sunt quadringenti illi sicli כסף argenti transeuntis ad mercatorem; qui est justus qui mercatoris instar de gradu in gradum ascendit & obambulat cum mercibus suis i. e. cum operibus suis bonis. Nomen ergo Tetragrammaton Joddatum disposuit quater mille myriades literarum illarum quæ ingressæ sunt in vasa singula, ex quibus deinde factus est Macroprosopus. Notum enim, quod ex intelligentia fissa factus sit Macroprosopus, & quod illa singulis Numerationibus ejus tribuerit quadringentas myriades: Et illæ quadringentæ myriades lucent intra vasa Macroprosopi. Et deinde lux ista, è Macroprosopo prodit circa diaphragma & fulget in discriminatione capillorum Microprosopi: i. e. à fronte usque ad verticem sive per medium caput; ubi capilli in duas partes dividuntur: quoniam capilli sint judicia, quæ per hanc illuminationem mitigantur: & propterea in duas partes dividuntur, ne judicia in uno loco cumulentur. Et illæ quadringentæ myriades literarum sunt quadringenti isti mundi desiderabiles lucentes in discriminatione capillorum Microprosopi.

Et capilli isti sunt quinque Tetragrammata benignitatum, & quinque severitatum, nimirum punctata punctis Nominis Elohim.

Porrò etiam dicitur in Idra Magna quod in discriminatione capillorum procedat semita quædam, quæ fulgeat in ducentos & septuaginta mundos, quæ sunt quinque Tetragrammata ad dextram, quorum numerus est 130. & addito quinario suo 135: totidemque etiam ad sinistram, unde oriuntur 270 mundi. Nam quilibet שער i. e. pilus in mundo Creativo constituit mundum proprium pro illis animabus quæ dependebant è capillis Adami Protoplastæ. שער enim per methatesin est עשר i. e. decas. Omnis autem decas mundus est per se.

Et de semita hac justorum dicitur in Idra: Et ex illa splendet semita, qua illuminantur justi pro mundo venturo. Et hoc est mysterium viæ vitæ in illos mundos. Nam cum justus ex hoc mundo exit in mundum venturum, lucet ipsi lux ista, ut viam hanc inveniat. Unde dicitur Prov. IV, 18. *Et semita justorum sicut lux fulget, procedens & lucens usque ad paratum diem.* Ubi sensus est, quod lux ista à Microprosopo luceat duabus viis. Via una procedit & lucet i. e. semper lucet & nunquam deficit usque ad stationem diei. Quia Microprosopus vocatur dies, & in medio frontis ejus dicitur statio diei, ita ut hic innuatur medium illius. Via autem secunda lucet justo cum ex hoc mundo exit.

Et ab illa semita dividitur in sexcentos & tredecim tramites, qui distribuuntur in Microprosopum: de quibus dicitur: *Tramites DOMINI sunt benignitas & veritas.* Ubi intelligitur tota Lex continens 248. præcepta affirmativa, & 365. præcepta negativa. Si enim voci שמי i. e. 350 addas medietatem primam Tetragrammati יה i. e. 15

oriuntur 365. & si ad vocem זכרי i.e. memoria mea, quæ continet 237: addatur altera pars Tetragrammati וה i.e. 11. exurgunt 248.

Effectus secundus capillorum Microprosopi est, quod iidem implicentur & immisceantur capillis Microprosopi: ut ex contextura istorum capillorum quasi oriatur species quædam vestis in capite Microprosopi: quod est mysterium pallii nostri.

Effectus tertius est, quod die Sabbathi circa nonam pomeridianam, quæ est tempus sacrificii pomeridiani, Lux quædam prodeat de fronte Macroprosopi è lumine capillorum ejus, qui quasi scaturigines sunt & fontes scaturientes in frontem, quæ dicitur Benevolentia benevolentiarum: quæ est Lux quædam nova & præstantissima derivata in Caput Microprosopi. Unde tempus illud dicitur tempus beneplaciti עת רצון Vox autem רצון per metathesin est נצר, quæ est pars barbæ, & dicitur influentia superior incumbens influentiæ inferiori, quæ vocatur ונקה ut sint instar maris & fœminæ in duobus apicibus barbæ descendentibus neque ad diaphragma Macroprosopi super Caput Microprosopi. Et illô tempore cùm Sanctuarium adhuc staret, Microprosopus & Uxor ejus ascendebant usque ad partem barbæ octavam per locum *Patris* & Matris: ita ut revera essent in loco istorum, & vocarentur קודש juxta mysticum illud, quod dicitur Sabbathum Sanctitatis: Et occupabant locum Sanctitatis: & parentes ad se accipiebant liberos, & cum illis manducabant in loco suo. Et illo tempore scaturiebant scaturigines cincinnorum capillitii, quorum numerus est juxta vocem קודש, qui sunt quadringenti & decem illorum pili.

Ratio autem istarum Conformationum erat, quia vasa priora erant fracta. Nam arbor Cognitionis boni & mali est Basilia, sicut R. Schimeon ben Jochai multis in locis dicit. Nam cùm frangerentur vasa, & regnum primum destrueretur, hoc ipsum erat tempus mali, id est, judicia prævalebant, è quibus deinde facti sunt cortices: & circundabant regnum illud ex omni latere ad instar Oceani, quô terra circundatur. Et hic est Oceanus iste, qui subindigitatur in Sohar in libro Zeniutha, cum dicitur קולטרא בקטרוי סנפירא בערבוי i.e. Gibbus nodi ejus &c. Nam קולטרא idem est quod הטוטרות i.e. gibbositas; quasi diceret: judicia tunc omnia congregata esse ad instar fasciculi cujusdam duri פקוטרא i.e. in nodo quodam (quasi recenseret partes serpentis istius, ubi post caput sequantur squamæ duriores gibbosæ, sibi invicem innodatæ; deinde autem) pinna in loco suo: quasi diceret: è duris illis ligaminibus extensionem fieri ad instar pinnæ piscis (quam in summitate tergi habet, quæ extensior est, & non usque adeò dura: ut sensus sit: judicia circundedisse Basiliam illam, & undiquaque inclusisse; nec tamen eandem potuisse penetrare, quia non erat fracta: unde eandem saltem cinxerint ab extra. Postquam autem extensus fuit Macroprosopus à capite suo cum cæteris staturæ suæ membris usq; ad pedes suos, & pedes ejus pertingerent usq; ad vasa confracta, DEUS infinitus ipsi præcipiebat, ut conduplicaretur. Tunc Basilia adhærebat Gloriæ Macroprosopi; & aquas istas salsas deglutire volebat, ut dulcescerent, quod tamen non profuit. Nihilominus vis illarum quadantenus fracta fuit. Et hoc est quod dicit Scriptura: Fregisti capita draconum in aquis Ps. 74. v. 13. ubi nomen תנינם defectivè scriptum est,

est, quasi diceretur: Confregisti capita illorum judiciorum, quæ se habent ut dracones super aquis, id est, antequam prævaluerunt, & cùm nondum facta sunt corporea, sed dum adhuc fuerunt aquæ, & cùm ambirent Basiliam, confregisti vim illorum & amarorem fellerum & absinthinum. Quod si enim nacta essent structuram & corpus, conturbâssent totum mundum. Nihilominus cùm sic frangerentur vires eorum, aliquantum mitigata sunt, præsertim quod ad fœminam attinet, quæ opposita est Basiliæ, sive punctis regni Microprosopici: illa enim penitus mitigata est: sed nihilominus radix ejus mansit ex aquis salsis. Et hæc est fœmina illa, de qua dixerunt Sapientes nostri; quod sale condita sit pro justis in seculum venturum; quia cùm justus ex hoc mundo discedit, istis luminibus frui potest: in Paradiso: cùm non usque adeò sint subtilia, ut justus illis commodè uti queat. Sed masculus durior erat, nec mitigari poterat: nihilominus tamen castratus fuit, id est, cùm pisces magnam habeant ovorum quantitatem & seminis, unde multa piscium millia prodeunt: hinc iste castratus fuit, ne ova serpentina in mundum emergerent: cumque masculus iste castraretur, squamæ ejus aliquatenus mollescebant, ut fierent ad instar pinnarum. Et hoc est quod dicit R. Schimeon ben Jochai סנפירא id est, pinna illius locô erat. Vox autem סנפיר numerô suô refert 400. & exhinc facti sunt quadringenti illi mundi desiderabiles, cum quibus correspondent quadringenti illi sicli argentei Abrahami, qui inserviebant ad mitigandam hanc pinnam masculi supradicti: quoniam illis speluncam emebat ab Ephrone, qui est serpens עפר terram comedens. Et עפרן numerô suô etiam refert 400, ut innuatur idem mysterium, quod ipsi sublatæ sint vires, & mitigatus sit per speluncam duplicem punctorum Leæ & Rachelis, quæ in septem Luminibus internis vasorum confractorum, & hinc omnis spelunca justorum habet figuram serpentis caudam ore tenentis, sicut ibidem traditur in libro Zeniutha, ad mitigandum venenum serpentis.

Ut autem redeamus ad propositum, ratione istius סנפיר de quo diximus, quod mitigatus sit tunc, cùm ascenderet cum Basilia intra gloriam Macroprosopi, prodierint illi quadringenti mundi desiderii præparati justis: sensus est, quod Basilia extensa sit intra Gloriam Macroprosopi in decem Numerationes; & quia ibidem etiam locum habet Sapientia cum Macroprosopo intimè unita, cui tribuitur nomen עב in quo sunt quatuor Jodin, quorum decades in decades ductæ efficiunt numerum quadringentorum istorum mundorum desiderii. Illa autem dicuntur mundi desiderii, quia hôc locô exorta est controversia illa, quòd Basilia desideraret Coronam propriam, quam ob causam etiam diminuta fuit: hinc isti mundi dicuntur mundi desiderii: ita ut hâc ratione dupliciter explicatum sit mysterium quadringentorum horum mundorum.

§. 184. Pater autem & Mater nullos planè habent capillos, quia iisdem non opus habent, sed latent sub influentia Macroprosopi, & ab ipso lumen accipiunt. Patri tamen barba tribuitur, octo habens partes; & huc pertinet dictum illud de barba Aaronis: ubi literæ initiales horum verborum: זקן אהרן efficiunt octo; prout etiam octo fuerunt vestes sacerdotis magni.

§. 185 Quamvis supra dixerimus, quòd tres Numerationes Basilicæ simul confos-

formaverint tres formas capillorum, frontis & oculi: nihilominus tamen à potiori fit denominatio, & capilli maximâ ex parte facti sunt è lumine Gloriæ; & frons è maximâ parte luminis Victoriæ: oculi autem facti sunt in maxima parte fundamenti. Facies tamen habetur pro re una & indivisa: & quamvis quædam ibidem sint partes, nihilominus tamen non sunt separatæ, & quarundam illarum planè non fit mentio, ut oris & aurium. Frons autem vocatur Voluntas voluntatum, quia plures numerationes Basilicæ ad illius conformationem concurrerunt, nempe præter gloriam etiam Fundamentum, quod vocatur רצון Benevolentia, & Victoria, quæ eodem nomine vocari solet: unde etiam in Libro Zeniutha dicitur de fronte: אתגליין Manifestatur, & non manifestatur per preces inferiorum: quia nempe plures Numerationes hîc concurrunt. In fronte Microprosopi autem fulgent quadringenta tribunalia; sub mysterio quatuor Jodin Nominis עִּב, quæ in decades ducta efficiunt 400. siclos argenti. Per preces inferiorum autem intelligitur precatio pomeridiana Sabbathina: quia tunc manifestatur oculus apertus: & Gloria, quæ est oculus sinister, convertitur in Victoriam, quæ est oculus dexter: ibi enim tantùm unius oculi fit mentio; quia Amor in amore abundat. Et quia oculi isti sunt in Fundamento: hinc in Idra parva de oculo hoc aperto non dormiente simile affertur de piscibus maris; pisces autem referuntur ad Fundamentum. Cùm ergò dicitur in Libro Zeniutha: Visio aperta, quæ non dormit; intelligitur Fundamentum cum Victoria & Gloria, ut (vasis genitalibus) perpetuò conjunctum.

Dicitur autem non dormitare, ad oppositionem Microprosopi, qui à Festo Novi anni usque ad diem octavum Scenopejiæ dormitare dicitur: quasi dicatur: Matrem illô tempore ab ipso tollere Victoriam suam cum Gloria & Fundamento, quæ sunt Cerebra Microprosopi: ita ut ipse maneat sine influxu.

Porrò additur: Visio inferior dependet à visione Luminis superni. Ubi per visionem inferiorem intelliguntur oculi Microprosopi, qui semper observant aspectum à Luce egrediente ex oculo non dormitante, ut subigere possit judicia & cortices.

§. 186. Conformatio septima est Nasus Senis cum duabus naribus, quam instituit regnum Basiliæ Adami primi, applicitum Basiliæ Macroprosopi. Duæ autem nares sunt Leah, dextera, & Rachel, sinistra. Regnum autem vocatur תהלה Laus; quò pertinet locus Jes. 48. v. 9. quasi dicatur: Laude mea formabo nasum: ubi de naso Senis dicitur. In Sohar autem vocatur פרדשקא, id est, menianum (pars domus forinsecus adjecta). Sicut enim Corona adhæret membro genitali in homine, ita Basilia hæc regni Adami primi, quæ conformabat nasum istum, applicatur fundamento, nec habet personam per se: quia mundus Emanativus iste à Microprosopo sursum vocatur mundus Masculinus: quia nulla ibidem apparet fœmina. Notum autem est, quòd nasus sit tractus literæ Vav, quæ est Fundamentum. Duo autem foramina istius meniani sunt Leah & Rachel, quæ constituunt Basilian: quoniam à radice נקב id est, foraminis denominatur נקיבה id est, fœmina. Et quia Leah à Matre mutuò accipit nomen Tetragrammaton סג: hinc forma hæc vocatur חוטם nasus, in qua etiam extat numerus 63.

Vocatur פרדשקא, quasi adjectio benignitatum ad Severitates. Benignitates enim

enim ſunt, quatuor Tetragrammata עב״ סג״ מה״ בן, quæ ſunt in Maſculo, עב in mundo Emanativo, סג in Creativo, מה in Formativo; & בן in Factivo: & ſunt in Capite Macroproſopi, ejusque auribus, naſo & ore: & ſumma eorum eſt 232. Severitates autem ſunt plenitudines אהיה, quod eſt nomen Matris; & Joddatum exhibet 161. Alephatum 143. Hehatum 153. & in ſumma 455. Qui duo numeri ſimul additi efficiunt 687. פרדשקא autem efficit 685; & cum generalitate literarum & voce, 687.

Additur autem, quod *hinc ſpiritus excitetur pro omnibus*: id eſt pro omnibus mundis hinc oritur vita & anima.

§. 187. Septem autem iſtæ inferiores Baſiliæ Adami primi, ſunt Lux interna Non entis & Macroproſopi, quæ influxum in hos immittit ſibi invicem junctos.

§. 188. Barba eſt Gloria & decus corporis ſuperni. Ejus autem pili in Idra dicuntur duri, (ſicut capillitium molle dicitur;) propter magnum diffluxum Luminis in Microproſopum, & ſicut ex parte Cervicis Patrem & Matrem contegunt tredecim cincinni capillorum alborum, qui dependent à Capite Macroproſopi usque ad diaphragma, ut inde fiant capilli Microproſopi ex alliſione Luminis: ita per myſterium iſtius barbæ demittentis radios ſuos, omnes copulæ fiunt, per duas influentias ejus ſuperiorem & inferiorem, quæ ſibi invicem ſuperincumbunt ceu duo barbæ apices, ad foveam pectoris usque, ad inſtar maris & fœminæ: quæ copulæ inferiores nunc fiunt virtute Luminum & cerebrorum, quæ ipſis tribuuntur per hanc barbam. Cùm autem in Idra magna dicitur: Væ illi, qui extendit manum ſuam ad Barbam ſanctam; partim illi intelliguntur, qui aliquid manifeſtant, quod non audiverunt à Magiſtro: partim qui perdunt ſemen Jiſraëliticum, quia omne ſemen provenit à Cerebro, & Lux ejus manifeſtatur per barbam hanc: partim qui Lumen barbæ hujus à quatuor Perſonis ſanctis avertit, per irriſionem & deſpectum: item ſi cor ſuum ad res inanes convertat, & in conventibus ſuis non agunt de rebus Divinis. Futurô autem tempore manifeſtabitur barba hæc, ut ſubigat cortices, eosque projiciat in foramen abyſſi magnæ: quoniam omnes redemtiones ab illa dependent; ſicut dicit R. Schimeon ben Jochai ſect. Beſchallach: Quod fiſſio maris rubri à Sene Sanctiſſimo dependeat, id eſt, Baſiliæ ſeu Gloriæ cohabitantis, quæ vocatur mare, & à Matre ſuperna accipit quinquaginta portas: dicitur autem mare inferum, & ימסוף quaſi mare finale, quia eſt finis omnium graduum. Et ipſa eſt virgo uteri anguſtiſſimi, & virginitas ejus ſemper redit poſt ſingulas copulas: non autem ſe habet, ut Mater ſuperna, quæ in perpetua copula eſt. Unde diſſindendus eſt locus iſte, juxta myſterium maris fiſſi, ut pariat Meſſiam: & hoc dependet à Sene Sanctiſſimo. Illô autem tempore Meſſianô Lux magna excitabitur à barba iſta; & hinc in Idra hæc barba vocatur: דיקנא דההיא תושבחתא Barba illius laudis, quod eſt myſterium Cantici novi temporis futuri: & hæc eſt laus totius mundi Emanationis, quia ipſa eſt caput illuminans totam illam Emanationem. Vox autem שבח Laus eſt 310: & hi ſunt trecenti illi & decem Mundi, de quibus paſſim.

Porrò etiam dicitur Barba מהימנותא שלימא Fides perfecta. Nam attributum Pulchritudinis dicitur Veritas, & Regnum vocatur Fides, & ipſa in veritate præſtare po-

potest, quod cum fiducia ab illa expectatur, quia in manu ejus est remittere peccata: & hinc vocatur Barba fidei.

Ibidem etiam dicitur: quod in ea scaturiant tredecim scaturigines unguenti pretiosi &c. Ubi intelliguntur tredecim ejus formæ. Et hæ dicuntur scaturigines respectu barbæ Capitis ignorati, à qua scaturit omnis influentia. In Capite autem Non entis scaturigines istæ paulò sunt crassiores: in Capite Macroprosopi autem, in inferiora descendunt, juxta gradus suos. Sed in Microprosopo novem tantùm sunt; & quatuor reliquæ non semper in ipso sunt, sed certis tantùm temporibus pro necessitate inferiorũ.

§. 189. Tales tredecim Conformationes autem in omnibus tribus capitibus sunt, quæ simul sumtæ efficiunt טל 39.

§. 190. Barbæ autem Capitis primi nulla fit mentio, nisi cum Salomo de genis loquitur. Et de hac dicitur in Idra magna cum descendit de barba venerabili, summa, sancta, abscondita, & occultissima omnium, id est, cæterorum duorum capitum illud ipsum superinvestientium oleo pretioso sanctissimo in Barbam Microprosopi.

De Microprosopo autem in Sohar dicitur: quod cùm Barba hæc *sanctissima* in ipsum radiet, in Barbam ejus descendant tredecim scaturigines olei superni, ita ut in ipsa inveniantur viginti duæ formæ, quæ sunt tredecim formæ, quas accipit è supernis cum novem formis suis propriis. Et huc pertinent dicta illa mystica, in quibus occurrit particula בך In te, quæ exhibet 22.

Tredecim autem partes barbæ capitis secundi sive Non entis, traduntur in Prophetia Michæ cap. 7. v. 18. 19. 20. Ubi

Prima est: Quis Deus sicut tu? מי אל כמוך

Secunda: Tollens iniquitatem. נשא עון

Tertia: Et transiens super prævaricationem. ועובר על פשע

Quarta: Residui hæreditatis suæ? לשארית נחלתו

Quinta: Non tenuit in perpetuum iram suam. לא החזיק לעד אפו

Sexta: Quoniam vult misericordiam ipse. כי חפץ חסד הוא

Septima: Revertetur, miserebitur nostri. ישוב ירחמנו

Octava: Subjiciet iniquitates nostras. יכבוש עונותינו

Nona: Et projicies in profunda maris omnia peccata eorum. ותשליך במצולות ים כל חטאתם

Decima: Dabis veritatem Jacobo. תתן אמת ליעקב

Undecima: Misericordiam Abrahamo. חסד לאברהם

Duodecima: Quam jurasti Patribus nostris אשר נשבעת לאבותינו

Decima tertia: A diebus antiquis. מימי קדם

Tredecim autem formationes sive partes Barbæ Macroprosopi sive capitis tertii traduntur à Mose Exod. 34. v. 6. 7. hoc ordine:

Prima: Deus. אל

Secunda: misericors. רחום

Tertia: & gratiosus. וחנון

Quarta: Longus. ארך
Quinta: ad iram. אפים
Sexta: & multus miſericordia. ורב חסד
Septima: & veritate. ואמת
Octava: ſervans miſericordiam. נוצר חסד
Nona: millibus. לאלפים
Decima: ferens iniquitatem. נושא עון
Undecima: & prævaricationem. ופשע
Duodecima: & peccatum. וחטאה
Decima tertia: & purificando. ונקה

Sed tredecim formæ Barbæ Microproſopi quæ denotat Judicium; deſcribuntur per revolutionem Alphabeticam אתבש ſive Alphabethi inverſi ex iisdem his literis dicti Moſaici, hoc modô:

Prima. ת״ך·
Secunda. צס״פי·
Tertia. פסט״פטי·
Quarta. תג״ל
Quinta. תומ״י·
Sexta. פ״גש כח״ק·
Septima. פתי״א
Octava. טר״ג סח״ק
Nona. כתבו״מי·
Decima. טב״ת זפ״ט·
Undecima. פוכ״זי·
Duodecima. פסנ״תץ·
Decima tertia. פטר״ץ·

Si quis igitur ſolus eſt, attributa hæc recitare non debet, niſi ordine hoc inverſo: quia tota Lex non eſt ſcripta ordine ſuo; exceptis tredecim his attributis.

Alii autem ארך אפים in unam formam combinant; & deinde נוצר חסד id eſt, octavam rurſus in duas dividunt.

David autem Pſal. LXXVIII, 38. de illis ita dicit
Primò: Et ipſe והו״א
Secundò: Miſericors. רחום
Tertiò: Propitiabitur iniquitati. יכפר עון·
Quartò: Et non diſperdet ולא ישחית
Quintò: Et multiplicabit, ut avertat iram ſuam והרבה להשיב אפו
Sextò: Et non ſuſcitabit omnem iram ſuam ולא יעיר כל חמתו

Quæ ſunt tredecim dictiones reſpectu tredecim luminum barbæ ſanctæ: & dividuntur in ſex gradus regni domus David.

Microproſopus igitur tantum habet novem formas, & Macroproſopus tempore benevolentiæ ipſi adhuc quatuor ſuperaddit. Et huc pertinet myſterium benedictionis ſacerdotalis, quare Sacerdos meditari tenetur, ut influxum derivet è capite albo Macroproſopi in Microproſopum; utque è novem faciat tredecim: & ex hoc in uxorem ejus, & ſex illius gradus, ut ex iſtis fiant novem. Atque hinc in benedictione ſacerdotali Num. VI. 24, 25, 26: inveniuntur tredecim Jodin; novem Vavin; & ſex Hehin.

§. 191. De barba autem capitis ignorati & primi sic loquitur liber Zeniutha: דיקנא דמהימנותא לא אדכר *Barba veritatis nulla fit mentio*, i. e. tredecim conformationum barbæ capitis primi, quod non cognoscitur nulla fit mentio in lege, sicut mentio fit tredecim formarum capitis non entis in prophetia Michæ, & tredecim partium barbæ Macroprosopi in textu supra allegati Exodi. Et quia tredecim istæ formæ fundamentum suum habent in barba; hinc simpliciter dicit: Barbæ nulla fit mentio. Hanc autem appellat Barbam veritatis, quia oritur à pulchritudine, quæ in cognitione capitis ignorati: & ista pulchritudo ubique vocatur אמת Veritas, sicut scriptum est Michæ VII, 20: *Dabis veritatem Jacobo.* Pergit autem textus:

בגין דהיא יקירותא דכלא *quia illa est dignitas omnium.* Sensus est, quod illa quasi sit anima, cæterarum tredecim formationum omnium, quæ in duobus illis capitibus inveniuntur. Et hinc etiam capite primo istius libri, Barba hæc vocatur Dignitas dignitatis, quia omnia radicantur in barba istius dignitatis sive capitis ignorati. Et quia caput hoc ignoratum est Basilia Adami primi; hinc liber iste de barba hac loquitur in genere fœminino. Et quia est omni modo occultata prout anima intra corpus. Hinc nulla ejus fit mentio. Verba sequentia ita habent:

מאודנין נפקת בסחרנא דבוסיטא *De auribus procedit penes ambitum aperturæ.* Supra jam diximus, quod è nomine Tetragrammato סג factæ sint aures Adami primi: Et ab illis auribus procedunt tredecim conformationes sive partes Barbæ veritatis. Sed & porro ipse locus aurium describitur, nempe ambitus ille aperturæ auris סליק ונחית חד חוטא חיורא Ascendit & descendit filum quoddam album i. e. ubi ambitus auris finitur, quasi filum aliquod album primo ascendere incipit paululum à loco auris versus tempora: deinde hoc filum album iterum descendit penes aurem. Vox autem בוסיטא est nomen mensuræ quasi à סוט quæ est apertura distantiæ inter digitum medium & indicem. Et pergit:

בתליסר מתפרש ביקירא *In tredecim distribuitur in dignitatem*, i. e. Ab hoc filo albo Barbæ capitis ignorati in quo in potentia latent tredecim formæ inferiores, istæ deinde descendunt, & actu distribuuntur in dignitatem, i. e. in caput ignoratum, & abhinc in caput non ens; & abinde porrò in caput Macroprosopi. Unde tandem ulterior distributio fit in singula pro gradu cujuslibet. Alia quoque verborum horum expositio potest esse talis: quod nempe cum primò capilli Adami primi contegerent totam faciem ejus, & deinde tollerentur & reclinarentur post aures; hæc apertura faciei à capillo vocetur בוסיטא ita ut ab auribus & sursum versus frontem in duobus temporibus procedat quasi filum album ambiens & ascendens à duobus temporibus sub initio crinium capitis, iterumque descendat suo ambitu usque ad partem inferiorem genarum.

Pergit autem: *De dignitate illa scriptum est* Jerem. II, 6: *Non transiit in ea mas nec habitavit homo ibi*, i. e. in barba hac veritatis non continentur tredecim conformationes Microprosopi: sicut ibidem continentur tredecim conformationes duorum capitum. Ratio hæc est, quia tredecim formæ Microprosopi ordine retrogrado concipiendæ sunt sub mysterio nominis מצפצ quod est Tetragrammaton Athbaschatum, quo

quo denotantur judicia: In hoc autem capite ignorato nulla est retrogradatio, vel posterioritas; sed omnia sunt anteriora. Si autem quæratur, quomodo hoc in capite ignorato locum habere queat dictum istud: Notandum est, quod ibi sermo sit de terra, adeoque intelligi possit de regno Adami primi, quod est hoc caput ignoratum. Quia autem objici ipsi posset, quare scriptura Microprosopum, semel vocet marem, & semel hominem: hinc respondet dicendo: Homo extrinsecus, i.e. cum Microprosopus hic dicitur Adam sive homo, illud intelligendum est de illo ejus statu, quo jam exiit ex utero matris, ut copuletur cum uxore, juxta illud Genes. V,2: Nam juxta dictum sapientum nostrorum, ille, qui cælebs est, non vocatur Adam sive homo, cùm autem mas dicitur, intelligendum de eo statu, quo Microprosopus nondum exiit de utero Matris suæ. Et quia aliam sibi format objectionem, quare scilicet Propheta de mare adhibeat verbum transeundi, & de homine verbum habitandi: hinc respondet: Homo non continetur ibi; multo minus mas. Deinde etiam supra jam diximus, quod Microprosopus tredecim has conformationes accipiat à Macroprosopo per Patrem & Matrem: hinc dicit: Non transiit in illa mas, id est, Sicut mas ille, sive tredecim hæ formæ Microprosopo debitæ per Matrem transit. Porro sequitur:

בתליסר נביען מבועין מתפרשין *Per tredecim scaturigines fontes distribuuntur*, id est, In tredecim his conformationibus omnia tria capita superna sibi æqualia sunt, ita ut unicuique horum capitum numerus iste competat semper, ita ut inibi sint tredecim pro necessitate corporis: Modo quod in capite ignorato dicantur scaturigines, quia scilicet scaturiendo abinde prodit omnis influxus. In capite non ente verò jam dicuntur fontes, quæ est natura paulo notior, ut aliquatenus appareant. Sed in capite Macroprosopi jam distribuuntur, id est, communicantur inferioribus secundum gradus suos; sed in Microprosopo ארבע בלחודוי אכתמכו quatuor saltem adjunguntur, id est, corpus non habet opus, nisi novem tantùm formis: quatuor autem non sunt perpetuæ in ipso, sed tantùm adjunguntur, id est, interdum accedunt pro necessitate inferiorum. Hinc porrò addit: Novem rigant corpus, id est, novem illæ formæ semper sunt in ipso, per quas influxus, vita & facultas atque vires dantur corpori.

§. 192. מקמי פתחא ראודנין Ante portam aurium שרי יקירו לאתתקן incipit dignitas formari. Jam incipit explicare omnes tredecim partes barbæ Senis Sanctissimi, & dicit, quod ante aperturam portæ aurium, id est, sub temporibus barba incipiat conformari. Ubi deinde pili barbæ pulchrè descendant in parte dextra & sinistra, usque ad initium labiorum. Et hæc est forma prima, quæ dicitur: מי אל כמוך Quis Deus sicut tu? Atque sic etiam prima pars barbæ Macroprosopi vocatur אל Deus. Hîc sciendum est, quòd aures Adami primi factæ sint è nomine סג, quatenus est pars nominis עב. Aures autem Senis istius fiunt ab impressione, quam ibidem facit Adamus primus: id est, à duobus Hehin plenitudinis nominis סג. Hæc forma autem, quæ est אל, prodit è duobus Jodin plenitudinis duorum Hehin hoc modo: הי. הי. Quod ergo dicit textus: Ante portam aurium dignitas incipit formari. idem est, quasi diceret: & forma prima, quæ est אל factæ sunt aures Senis.

In Idra autem magna de hac forma sic dicitur: *Initium Conformationis primæ est, quòd unus & triginta cincinni æqualiter tendant usq; ad initium oris.* Nimirum, quia à nomine כב, quod est in Intelligentia, excitantur judicia: hinc forma hæc, quæ est nomen אל prodiens è nomine כב evadit in judicium rigorosum. Et hinc cincinni pilorum ejus sunt unus & triginta, qui est numerus nominis אל, ut appareat, ibi esse judicium perfectum. Nihilominus tamen ipse locus, è quo procedunt unus & triginta illi cincinni, eadem mitigat: & tamen infra dicitur in eadem Idra magna: האי אל אתכפיא Istud nomen אל inflectitur. Unde cognosci potest, quare hæc pars dicatur restitutio תיקון quia non est restitutio, nisi præcedat deterioratio: nimirum hôc ipsô intenditur mitigatio istius אל. Quin etiam confractio Regni, quod in Sene hoc restituitur per hoc nomen אל.

Porro in Idra magna dicitur: quod in quolibet cincinno inveniantur trecenti & nonaginta pili. Ubi sciendum, quod Microprosopus vocetur שמים id est, cœlum: quæ vox habet in se numerum 390: Illi autem cincinni lucem suam demittunt in Microprosopum ad dealbandos capillos ejus.

Porro scias quando eundem illuminant septem partes capitis supra dictæ, quæ sunt cranium, ros, menynx, frons, capillus, oculus & nasus, quod ibidem omnes coëant adinstar annuli, in quo est sigillum Regis: Et hoc est Jod illud, quod est in fundamento capitis ignorati. Et quia Jod illud, quod est sigillum hoc, habet figuram א; hinc in eo etiam sunt mille mundi juxta numerum vocis: אלף. Et hoc est illud quod dicitur ibidem: Et ex hac barba cognoscitur quicquid est de capite: id est, de capite quod ignoratur in mille mundis signatis sigillo purissimo. Et quia datur sigillum aliud, de quo suo loco dicetur; hinc porro dicit textus Idræ: *Sigillo, quod includit omnia sigilla.* Quasi diceret; hoc sigillum, de quo dicimus, in se continere omnes illas septem formas, quarum quælibet est sigillum per se. Hinc dicit: quod includit omnia sigilla. Alia quoque datur ratio mille horum mundorum. Quilibet enim cincinnus ex his 31. in se continet cæteros: hinc 31. ductum in 31. efficiunt 961; cui si addas nomen אל 31, efficiuntur 992; & cum tota compagine sigilli; item cum septem sigillis specialibus, omnia efficiuntur mille.

Porro ibidem dicitur: *Et per singulos cincinnos distribuuntur unus & triginta mundi*; per quos intelliguntur Numerationes, quæ in Basilia Senis: quoniam Basilia Senis applicatur ad tres Personas potentiales, id est, ad Fundamentum, Gloriam & Victoriam; quæ omnes unitæ sunt invicem. Singulæ autem includunt decadem; quoniam quælibet extensio in decadem vocatur Persona: hinc exurgunt triginta: & ipsâ Basiliâ simul additâ, sunt 31. Quælibet autem Numeratio istarum Personarum vocatur Mundus: quia ibidem radicantur sexaginta myriades animarum, quibus descendendum erat in mundum Creationis, ubi est locus animarum; postquam peccavit Adam Protoplastes.

Et pergit Idra: *Fortes dominantes, ut extendantur* (recta) *non in hoc nec in illud latus*, id est, Mundi illi, qui distribuuntur è potentia unius & triginta cincinnorum, qui in nomine אל, quô denotatur judicium rigorosum, sunt Mundi fortes, impetuosi cum vio-

violentia annitentes, & huc illuc commoti, donec extendantur per lineam mediam, quæ temperat & mitigat judicia cum Benignitatibus. Non igitur extenduntur in latera ſive in dextrum, ſive in ſiniſtrum. Quinam autem ſunt potentes illi, qui dominium habent ſuper mundos iſtos? nimirum Jod in plenitudinis literarum He in nomine Tetragrammato גס.

Addit autem & porrò textus: *Et quilibet horum mundorum dividitur in mille mundos deſideriorum magnaque voluptatis.* Senſus eſt hic: ex uno & triginta illis Mundis conceptus nominis גס, quod eſt in ſingulis litera Aleph portionem quandam contribuit pro mille mundis deſiderabilibus in voluptatem magnam: quaſi diceret, hos eſſe mundos retributionis, ubi voluptate fruantur juſti in mundo venturo, qui refertur ad Intelligentiam, ſicut notum eſt. Nomen autem גס ad Intelligentiam pertinet. Et quia omnia deſiderant, & appetunt mille hos mundos, in quibus eſt voluptas magna: hinc dicit: quemlibet illorum mundorum dividi in mille mundos deſiderabiles magnæque voluptatis. Quòd autem dicit: ex quolibet mundo diviſio fit &c. hunc habet ſenſum, quòd ex una quadam parte ſingulorum illorum mundorum diviſio fiat in mille mundos: nempe ex intelligentia, quæ eſt mundus venturus.

Porrò autem additur: Et omnes occulti ſunt in initio barbæ, &c. Senſus eſt, omnes illos mundos occultatos deliteſcere in potentia principii hujus barbæ: i.e. in forma hac אל, quæ illorum radix eſt. Et hoc eſt illud, quod porrò additur: quod includit robur. Ubi ſenſus eſt; hoc nomen אל, quod eſt robur includere omnes.

Jam ſequitur: *Nihilominus hoc nomen* אל *inflectitur in miſerationes Senis dierum.* Quæ ſunt ſeptem partes Capitis ſupradictæ, contentæ in Sigillo puriſſimo: & omnes in uno cumulo fulgent ante portam aurium, illô locô ubi incipit hæc barba.

Porrò ſequitur: *Sedit in loco ſuo, ut non dominetur.* Id eſt: quamvis libri judiciarii aperti ſint: nihilominus judicium reſidet in loco ſuo: nec prodit è potentia in actum; quia judicia hoc in loco nullam habent vim dominandi ob rationem, quam textus mox addit: Quia nempe nomen hoc אל mitigatur & dulceſcit per barbam ſanctam Senis dierum: quia locus, cui adhærent cincinni illi, eoſdem temperat, ob ſeptem partes capitis lumen huc emittentes. Et quia ſeptem illæ partes capitis incipiunt ab attributo benignitatis, & porrò deorſum; qui ſunt ſeptem dies Creationis: hinc ſeptem illæ formæ Capitis vocantur Senex dierum.

Sequitur in textu: *Hoc ipſum eſt, quod ſcribitur Jeſ. 9. v. 15. Mirabilis, conſiliarius,* אל *fortis.* אל *qui eſt fortis mitigatur.* Senſus eſt: Vox פלא mirabilis per metatheſin eſt אלף i. e. Senex iſte dierum, à quo procedunt decem illi mundi deſiderabiles ſupra deſcripti, conſulit nomini אל forti: i. e. dulcificat & temperat illud.

Mundus primus, qui prodit è conformatione prima. Id eſt, è Jod fundamentali nominis גס ipſo. Dicit autem, quod exeat: quia initio deliteſcebat in potentia principii barbæ: jam verò prodit de potentia in actum, & deorſum deſcendit. Porro dicit: *Dominatur.* Quia in quolibet mundo eſt dominium peculiare, quod in altero mundo non eſt.

Et pergit: *Ascendit in millies mille myriades myriadum scutatorum.* Ubi per scutatos intelliguntur potestates illæ procedentes ex his cincinnis in nomine hoc אל existentibus. Quod est mysterium trium nominum אל: quia tantùm tres sunt. Eò quod radix eorum proveniat è tribus Jodin. In quolibet autem Jod plenè scripto hoc modo יוד est figura Aleph: ita ut Jod sit supra lineam mediam obliquam, ipsa hæc linea sit Vav; & infra hanc lineam sit Daleth. Nomen אל autem ter sumtum efficit 93, qui est numerus vocis מגן i. e. scutum, quod in Targum dicitur תריס. Unde patet, quod in qualibet harum potestatum procedentium ex illis sunt tria nomina אל. Et illa mitigantur, quia continentur in Sigillo magno, in quo est influentia, quâ frui, & quâ temperari possunt Judicia. Dicit autem textus: מתאחדין בקסטא בעזקא Continentur in alimentatione sub sigillo. Nam cum Genes. 42. v. 27. in Hebraico dicitur לתת מספוא ad dandum pabulum: Targum habet: למיהב קוסטא eodem significatu. Sensus igitur est hic, quod isti ceu ministri ejus armigeri applicentur ad penuarium illius, ubi est pabulum, id est influxus: hoc autem est in sigillo magno; quod est sigillum illud purissimum, de qua supra; & quia continet totum sigillum supra dictum, hinc vocatur sigillum magnum.

Mundus secundus qui prodit ab illa conformatione, id est, à יוד plenitudinis הי primi plenitudinis סג: *ascendit in summam quinquaginta septem millium graduum, qui sunt Domini vociferationis.* Jam notum est, quod forma hæc prima fiat ex attributo Basiliæ: in qua est Tetragrammaton בן nominis סג. In regno autem sunt gradus, i. e. sex gradus throni. Hinc quicquid ab illo descendit, vocatur nomine graduum. Et quia numerus Nominis בן est 52. hinc si 4. ejus literas addas cum conceptu totius, exurgunt 57. unde 57000. illi gradus. Vel alia quoque hujus numeri est ratio: quia gradus isti fiunt à duobus nominibus אל יהוה, quorum summa est 57. quia scilicet Nomen hoc אל mitigatur. Dicuntur autem *autores vociferationis:* quia judicia intelliguntur per vociferationem: & vociferatio pertinet ad Uxorem; sicut scriptum est: Jud. 5. v. 28. Et vociferata fuit mater Sisera: &c. hinc etiam dicitur יבבה fœminino genere. Et dicuntur Domini vociferationis; quasi dicantur dominium habere super illa judicia, quæ vocantur vociferatio, ne habeant vim operandi nisi supra modum præscriptum. Porrò autem dicitur, *quod ab eo contineantur:* id est: quod hæc judicia vociferationis, postquam mitigata sunt, adhæreant & applicentur Nomini אל יהוה. Pergit autem textus & exponit in quem usum illa inserviant: & dicit לאכפייא בקורלא נחורא *ad supprimendum cervicem cardui:* id est, ad ferienda judicia quæ sunt in cervice corticis: quoniam locus ubi rigorosissima sunt judicia est cervix. Corticem autem vocat carduum: quia sicut carduus est rotundus; ita & cortex omnia in sese colligere & in sese volvere vult.

Mundus tertius, qui prodit ab illa Conformatione, i. e. à Jod plenitudinis He ultimi Tetragrammati סג: & quia hoc He ultimum est conceptus Basiliæ, id est, Nominis אדני; hinc in mundum hunc Factivum dominium habet Nomen אל אדני, cujus numerus est 96. Et hinc sub dominio ejus sunt nonaginta & sex millia ejulatores. Si

autem

autem quæras, quare ſint 96000, cum tantum eſſe debeant 96? reſpondetur: quod א״ plenitudinis ואו״ Tetragrammati סג״ ſemper comitetur omnia illa Jodin;& propterea ſunt millia. Et ſi porrò quæratur, quare in mundo primo ſint tam multa millia? & non totidem etiam in cęteris mundis? reſpondetur: quod Aleph literę ואו״ cum conjungitur cum Jod radicali Tetragrammati סג״ duos habeat gradus: nempe unum, ratione ſui ipſius, quatenus nempe in ſe habet הי״ & alterum quod in ſe habeat יוד״ radicale: hinc multiplicantur Alephin, ſive millia. In cęteris autē duobus mundis in unum tantū conſcendit gradum, quod nempe ſit medium inter duo Hehin, hoc modo: יוד״ · הי״ · ואו״ · הי״ Utitur autem nomine מארי דיללת i. e. domini ejulationis, ut intelligantur judicia rigoroſiſſima. Applicantur autem & adhærent nomini אל״ אדני״ quia notum eſt, quòd pedes Baſiliæ deſcendant in mortem usque; & cortices circumcirca ipſi adhæreant, & ab ea influxum accipiant. Porrò autem dicit textus: Comprehenduntur ab eo, ut forcipe ſtannum. Id eſt, illi ejulatores ſic applicantur nomini אל אדני, & tàm fortiter, ſicut & forceps aperturâ dentium ſuorum ferreorum apprehendit ſtannum, ut in ipſo relinquat ſignum; quia ſtannum mollius eſt ferrô: ita ejulatores iſti adhærent dicto nomini, ut ipſi imprimant veſtigium: i. e. ut ab ipſo ſuum uſum habeant. Vox autem נסיטא denotat aperturam tantæ amplitudinis, quæ intercedit inter indicem & digitum medium. Vox autem קוסטירא denotat ſtannum: ſic enim Targum Hieroſolymitanum Sectione Matthoth ad Num. 31. v. 22. exponit nomen בדיל. Pergit autem textus: *Et ab hac Conformatione ſubiguntur omnes, & mitigantur in amarore lachrymarum*, quæ mitigantur in mari magno i. e. in Regno Senis. Senſus eſt hic, quod à Benignitatibus, quæ in hac forma exiſtunt, omnes illi ejulatores ſupprimantur. Meminit autem lachrymarum; quia Baſilia magnô dolore afficitur, quod cortices ipsâ fruantur: & DEUS Sanctiſſimus & benedictus i. e. Microproſopus (ſit fas ita dicere) plorat, ſicut ſcriptum eſt Jerem. 13. v. 17. In occultis plorabit anima mea. Et demittit duas lachrymas, quæ proveniunt ex literis ſuccedaneis nominis אהיה; quæ ſunt duo nomina, כו״ בו״ quod eſt nomen magnum, in quo continetur myſterium duarum lachrymarum deſcendentium à Microproſopo per illius Victoriam & Gloriam, in mare magnum i. e. in Baſiliam. Et in illa amaritudine lachrymarum; i. e. in illo judicio, quod occultatur intra nomen בוכי״ i. e. in Victoria & Gloria Fundamenti Materni, ſubiguntur judicia & cortices, qui circumcirca adhærent Baſiliæ, ne damnum inferre queant huic Baſiliæ. Et fletus iſte contingit nocte mediâ, cùm rigoroſiſſima ſunt judicia. Dicit autem; quod mitigentur in mari magno: quaſi diceret: illam amaritudinem lachrymarum temperari per Victoriam & Gloriam in mari magno.

Porrò dicit textus: *Quis eſt, qui videat Conformationes Barbæ Sanctiſſimæ excelſæ, venerabilis, qui non pudore ſuffundatur ab illa?* i. e. Quis eſt ille ex omnibus miniſtris judicii, & ex omnibus corticibus, ſi videat ſplendorem provenientem à vehementi Lumine Barbæ iſtius ſanctæ; qui non pudefiat coram illa. Barba autem hîc vocatur excelſa in antitheſin barbæ Microproſopi, quæ non vocatur excelſa. Et hîc intelligitur

tur Sapientia Coronæ. i.e. Caput non ens. Dicitur quoque יקירא honorata & venerabilis, quia quasi vestis est honorata & magnifica, de quo suprà jam dictum.

Porrò sequitur in textu; *Quis videt apocrypsin cincinnorum capilli dependentis ab hoc Sene:* i.e. quis est, qui videat mysterium, quod occultatum est intra cincinnos capilli, qui sunt נימין pili longi, item mundos illos, qui ab illis prodeunt virtute Tetragrammati סג in ipsis occultati. Quoniam omnes isti cincinni ab illo prodeunt & pendent à Barba Senis istius, qui vocatur סבא decrepitus.

Sequitur in textu: *Qui sedet in Corona Coronarum, in Corona omnium Coronarum* &c. Ubi notetur differentiam esse inter Coronam Coronarum, & Coronam omnium Coronarum; per duas enim Coronas illas, quæ ubivis occurrunt, intelliguntur quinque Benignitates & quinque Severitates, quæ vocantur Coronæ sive Diademata vel Cincturæ juxta sensum dicti illius 1. Sam. 23. v. 26; Saul & viri ejus עטרים Circumdabant Davidem: ut sensus sit: illas circumdare Personam. Nam quando descendunt in Microprosopum, ipsæ cingunt caput ejus ad instar diadematis: & ambiunt cum mysterio Lucis ambientis: nimirum Benignitates à dextra; & Severitates à sinistra. Radix autem duarum harum Coronarum provenit à Sene isto. Cùm igitur dicitur sedet in Corona Coronarum; tunc intelligitur residere in medio radicis Severitatum: quia Benignitates magis unitæ sunt invicem: hinc eædem vocantur Corona in singulari: sed Severitates, quia non unitæ sunt invicem, vocantur Coronæ in Plurali: hinc non dicitur: Corona Coronæ; sed Corona Coronarum. Hæ autem severitates in Sene ista omnes sunt Benignitates; modò quod sint pars sinistra Benignitatum.

Porrò dicitur de Coronis istis: quòd non comprehendantur in Coronis: i.e. quòd illæ Coronæ supradictæ i.e. Benignitates ac Severitates Senioris hujus per se non contineantur in Coronis descendentibus in Microprosopum & Uxorem ejus: quia Pater & Mater accipiunt Coronas à Macroprosopo, & easdem deinde communicant Microprosopo & Uxori ejus: quia istæ severitates in Seniore hoc omnes sunt Benignitates, & descendunt de gradu in gradum, ita ut Microprosopus eas non immediate accipiat à Seniore ipso.

Deinde pergit dicendô: *Quod sint Coronæ aliis Coronis non similes: quia inferiores continentur ab istis.* Sensus est: istas Coronas Senioris hujus non dependere à Coronis aliis se superioribus; ut faciunt Coronæ inferiores; nimirum in Capite Macroprosopi, & Microprosopi & uxoris ejus, quæ dependent ab illis Coronis Senioris hujus se superioribus.

Ulteriùs pergit textus: *Et propterea istæ Conformationes sunt tales, in quibus inferiores comprehenduntur:* i.e. quia Coronæ inferiores comprehenduntur ab illis; hinc Conformationes inferiores ab illis comprehenduntur.

Postea dicit: *Hæc conformatio talis est, ut eadem conformetur ille, qui Benedictione opus habet, quique cupit benedictionem:* i.e. istæ Conformationes Senioris hujus eædem Conformationes, quæ in Microprosopo sunt, cùm iste Benedictionem desiderat ab hoc Sene Sanctissimo, à quo omnes Benedictiones procedunt, sicut dicitur

rius in hac Idra magna. Et quare Microprosopus opus habet, ut ipsi benedicatur? Ut benedictionem accipiat, qui benedictionem desiderat: i. e. Basilia, quæ nihil habet a seipso. Tunc enim Microprosopus accipit quatuor Conformationes à Macroprosopo, quæ dependent ab istis dispositionibus hujus Senioris; quæ superadduntur novem illis formis ipsi propriis; ita ut accipiat tredecim formas, sicut Senex ipse. Et hinc dicitur: *Hæ sunt dispositiones, quibus conformatur*, scil. Microprosopus, cum desiderat Benedictionem à Seniore hoc: Tunc enim ipse opus habet, ut conformetur ipse quatuor istis formis: & deinde petitionem Ecclesiæ Iisraeliticæ adimplet, eidemque benedicit.

Et postea dicit: *Quandocunque enim Conformationes fiunt ad instar harum, Benedictiones inveniuntur ad instar harum: & fit quicquid fit. Omnia comprehenduntur istis dispositionibus*, &c. Jam rationem dare conatur, quomodo benedictio dependeat à Conformationibus: dicitque: Quandocunque conformatur Microprosopus eodem modô, prout conformatus est Senex iste, & ad similitudinem ejus, quoad ejus fieri potest: tunc Benedictio descendens à Sene hoc in Conformationes istas Microprosopicas demittitur, pro ratione dispositionis & exsuscitationis inferiorum. Quod autem superaddit: Et fit illud, quod fit: hunc habet sensum: quòd à descendente hac Benedictione id præbeatur inferioribus, quo isti digni sunt: secundum opera sua.

Porrò additur: Omnia eriguntur ut accipiant dispositionem hanc Regis fortis à Sene occultissimo omnium. Sensus est: quod omnes mundi egentes Benedictione stent & erigant capita sua cum attentione & devotione cordis, ut accipiant Benedictionem similem Conformationibus Microprosopi: qui est Rex fortis cum conceptu uxoris suæ: hi enim intenti sunt, & desiderant tredecim Conformationes Occultissimi omnium: i. e. Senis hujus, qui est Caput Non entis. Et hoc est, quod dicitur: Ut accipiant Conformationes Regis fortis à Sene Occultissimo omnium. Sensus est: quod robur istorum judiciorum hujus Senis certis temporibus exuscitetur, & Microprosopus atque Uxor ejus per illud disponatur juxta Conformationes Occultissimi omnium: tunc omnes incurvati sub corticibus capita sua erigunt, juxta illud Psal. 145. v. 14: Dominus erigit omnes incurvatos. Nota autem, quòd ubicunque occurrit mentio Regis, nemo intelligatur quam Microprosopus. Et Fortitudo sive robur & vehementia eidem tribuitur ratione uxoris suæ in ipso comprehensæ. Nam omnis vehementia est judicium; & hoc est uxor ejus.

Et omnia mitigantur à conformationibus istis Regis Senis Occultissimi omnium. Hîc per Regem intelligitur Microprosopus: & per Senem Caput Non ens.

Porro subjungitur: *Si Senex senum, Sanctus Sanctorum non disponitur*, &c. Hîc intelligitur Adam primus, qui hôc nomine vocatur. Quamvis enim & Caput non ens vocetur Senior seniorum: nihilominus Sanctus Sanctorum nonnisi Adam primus vocatur ob eminentissimam ejus Sanctitatem atque excellentiam: quoniam omnis vita trium horum Capitum ab ipso est? Et quia hactenus nulla alia facta est mentio, nisi tredecim saltem Conformationum trium saltem Capitum & Microprosopi atque Uxoris

l ejus;

ejus; unde videri posset, Adamum primum nihil habere commercii cum mundo Emanativo: hinc subjungit, rem ita se non habere, dicitque: *Nisi conformaretur istis formis, nec supera invenirentur nec infera*; quasi diceret: Nec formas trium Capitum supernorum, nec formas Microprosopi & Uxoris ejus ceu inferiorum, repertum iri.

§. 193. [Per tredecim has formas barbæ etiam explicatur id, quod dici solet de tredecim fluminibus Balsami purissimi Sanctorum, quæ pertinent ad Seniorem mundi Creationis, & quorum sæpius fit mentio. Nam septem gradus inferiores Basiliæ Emanativæ, sunt Senex dierum mundi Creativi, & septem inferiores Basiliæ Creativæ sunt Senex dierum mundi Formativi.]

§. 194. Et pergit textus Idræ: *Omnia essent quasi non essent*, i. e. non tantùm formæ istæ deficerent, sed tota quoque essentia, & vasa mundi Emanativi non extarent, nisi Adam primus conformaretur istis formis: quia Adam primus post fracta puncta priora redintegratus est è Corona Coronæ per extensionem Infiniti. Unde patet, quod radii Lucis ipsius Coronæ fulgeant in Adamo primo, & virtute ejus conformata sint tria Capita, & omnia reliqua inferiora.

Et pergit textus Idræ: *Quousque splendent ista Conformationes Barba*, scil. Adami primi? Et respondet: *usque ad tredecim inferiores*, i. e. usque ad Microprosopum & Uxorem ejus. Ratio autem, quam adducit è traditione extraordinaria, eadem est, quam nos adduximus: quod nempe omnis vita & vigor formarum superarum & inferarum, ab hoc proveniat.

Et sequitur in textu: *omni tempore, cum tredecim conformationes reperiuntur; ista splendent*. Id est: quandocunque tredecim formæ trium capitum & Microprosopi atque uxoris ejus reperiuntur in perfectione suâ, cum scilicet inferiores bonis operibus student, & formationes supernas magna vi in se eliciunt: tunc splendent istæ, quæ in Regno Adami primi: quia inferiores quasi aquæ fœmininæ (sine illecebræ) sunt respectu Adami primi. Pergit Idra: *Omnia sunt in numero illarum tredecim*. Sensus est hic: Ne existimes, in Adamo primo non esse tredecim formas, ut in aliis; eo quod omnia in eo sint forma una ob eminentissimam illius unitatem, & quod filum Infiniti in ipso locum habeat; unde etiam de formis ejusdem nullibi in Lege facta sit mentio: non, inquam, ita se res habet: sed numerus illarum tredecim formarum etiam in Adamo primo est.

Et sequitur: *Reperitur, quod Barba Regis*, &c. Id est: Ex hinc discimus & colligimus, quod Barba Adami primi, qui vocatur Rex, quia de Regno ejus & Senex vocatur Rex, tota simul sit occulta.

Mox autem subjungit: *Quanam barba autem manifestatur? Barba Sacerdotis magni summi*. Hic intelliguntur duæ formæ Barbæ Macroprosopi, id est, duo capita superna, quæ in Ipso sunt: Nam barba Capitis quod ignoratur, non manifestatur, ut dictum est, quia illud pertinet ad ipsum Adamum primum; & est regnum illius; ut jam expositum est.

Pergit Idra: *Et de hac barba descendit in Sacerdotem magnum inferiorem*. Hic intelligitur Microprosopus. Durius enim ipsi videtur quod Senex ille vocari debeat Sacer-

dos

dos magnus, unde ſubinnuit non ipſam barbam tredecim formarum intelligi per barbam Sacerdotis magni, ſed quatenus influit in barbam aliam, quæ octo formas habet, præter tredecim illas ſupradictas. Et illarum reſpectu Sacerdoti magno inferiori octo tribuuntur veſtes. Et hoc eſt illud, quod ſubnectit: octo formas habet Sacerdos magnus, id eſt, terrenus ille octo habet ſpecies veſtium Sacerdotalium, quarum quilibet eſt typus quidam Microproſopi, qui eſt Sacerdos magnus inferior; & ſimiliter habet octo additamenta ſupra tredecim conformationes, quibus ſeni ſimilis eſt, quamvis non perpetuò in illo ſint, ut in Seniore; ſed tantum illo tempore, cum Senex iſte easdem in illum demittit: quod tunc accidit, cum Sacerdos magnus terrenus officio ſuo Sacerdotali fungitur exactiſſimè, & Jiſraelitæ bonis operibus abundant; quæ ſunt aquæ fœmininæ (ſive illecebræ) ſtimulantes gradus ſublimes, ut à Seniore illo Influxus deſcendat in Microproſopum; & à Microproſopo influentia deveniat in Sacerdotem magnum terrenum.

Et porrò inquit: *Hoc ipſum eſt illud quod ſcribitur: Pſalm.* 133. *v.* 2. *Sicut oleum optimum ſuper caput, deſcendens ſuper barbam, barbam Aharon, quod deſcendit ſecundum naturam attributorum ejus*, &c. Senſus eſt hic: *Sicut oleum optimum ſuper caput*, id eſt: ſicut influentia optima quæ eſt in Seniore; quoniam ad hunc pertinet nomen Olei: oleum enim eſt Sapientia, quæ eſt Senior hic: *deſcendens ſuper barbam* Microproſopi; & à Microproſopo deſcendit ſuper *barbam Aharonis* terreni, *Secundùm proportionem attributorum* Microproſopi: quaſi dicat: qui formatus & ornatus eſt octo conformationibus ut Aharon, Sacerdos magnus. Atque hinc apparet, quare vox barbæ bis repetatur.

Mox autem pergit: *Unde nobis hoc?* quod barba primo loco poſita in dicto Pſalmi, intelligenda ſit de Sacerdote magno ſupero; & barba Aharonis intelligenda ſit de Sacerdote magno terreno: quodque cum Sacerdos magnus inferior in perfectione eſt, etiam Sacerdos magnus ſuperior in perfectione ſit? Rationem igitur adducit è dicto illo: Habitare fratres etiam pariter. Ubi vox גם etiam ſignificationem auget; ut ſicut Sacerdos magnus inferior fungitur officio ſuo Sacerdotali; ita etiam, ſi ita dicere fas eſt, ſit Sacerdos magnus in ſupernis, qui ſuo fungitur Sacerdotio magno. *Hæc eſt conformatio prima Barbæ Senis occultiſſimi omnium*, quæ venit à Capite quod non eſt: & conſiſtit in verbis illis ſupra adductis: מי אל כמוך: quis eſt, ô Deus, ſicut Tu? Et hæc forma deſcripta eſt à R. Jizchak diſcipulo R. Schimeonis F. Jochai.

§. 195. Hæc eſt forma אֵל quæ eſt in regno Non entis; derivata à regno Capitis ignorati, & circumdata à regno Macroproſopi & ab illo extrinſecus veſtita. Et quia forma hæc eſt in Regno, & Regnum vocatur אֵל, hinc magna pars Angelorum, & præſertim illi qui ad Regnum pertinent & ab eo influxum accipiunt ut ſunt Arelim, nomina habent in אל finientia: & hæc eſt pars אלין, è nomine אלהים, quia Regnum etiam vocatur אלהי.

§. 196. Jam explicanda eſt Conformatio ſecunda, quæ dicitur נושא עון Tollens iniquitatem. Et eſt forma altera Capitis Non entis; fitque è fundamento Senioris. De hac forma in Libro Zeniutha ita dicitur: מהאי רישא להאי רישא *Ab hoc principio in illud principium.* His verbis indigitatur pars barbæ ſecunda; quæ procedit

cedit ab uno principio oris usque ad principium oris alterum: & hi sunt pili isti, qui mystax dici solent. Et quia de forma hac pluribus agitur in Idra magna ad illam iterum convertemur.

Dixit igitur R. Schimeon ad R. Chiskijah: *Surge R. Chiskijah, & siste te in statum tuum* i. e. ne obliviscaris præceptorum illorum singularium, nominumque quæ tibi tradidi: nec timeas, nec terrearis, sed accinge te ad formam hanc, & deprædica dignitatem partis cujusdam Barbæ sanctæ. Surrexit R. Chiskia, incepitque & dixit (Cant. 7. v. 11.) *Ego dilecti mei, & super me desiderium ejus: Quis in causa est, quod ego sim dilecti mei, quia super me est desiderium ejus?* Quasi diceret: Quis est causa, quod ego, i.e. Ecclesia Israelis, cui tribuitur nomen אני Ego, sim dilecti mei: i. e. quod Senior ille mecum agat secundum amorem dilecti, tollatq; iniquitatem meam, & demittat in me Benedictionem? Quia super me est desiderium ejus, i. e. quia fundamentum Senioris hujus influxum in me demittit. Quoniam fundamentum ubique vocatur תשוקה desiderium; quia desiderat influxum demittere in Regnum; item, quia vox תשוקה habet summam 811. & cum literis suis quinque 816. Et sic etiam fundamentum dicitur צדיק justus, & compositum est è quatuor ventis: nomen autem צדיק quater sumtum, etiam habet numerum 816.

Sequitur in textu: *Intuitus sum*: quasi diceret, se contemplatum esse totam compagem staturæ, (personæ illius, de qua sermo erat) & vidisse formam hanc secundam. Hinc pergit: *Et ecce vidi lumen dignitatis*, i. e. vidi formam barbæ, quæ vocatur dignitas: quod erat contectum *lucernis supernis*, quæ sunt pili, qui splendent ad instar lucernarum. Et hæc forma splendebat & ascendebat in trecenta viginti quinque latera, i.e. Forma hæc, quæ est Fundamentum, immittebat guttam Benignitatum intra Basiliam, in qua sunt trecenta & viginti quinque judicia rigorosa: i. e. conceptus quinque Severitatum: quia nomen אדני quinquies sumtum efficit 325. judicia rigorosa; quæ ibidem sunt in ordinem redigenda: & hinc vocatur תיקון i. e. restitutio, ordinatio. *Et caligo quædam lavabatur illo Lumine*, i. e. illa potestas judicii rigorosi, quæ vocatur חשוך i. e. obscura quædam spurcities, & fit ex illis 325 judiciis, *lavabatur*, i. e. temperabatur & mitigabatur istâ Conformatione, quæ vocatur lumen dignitatis. Numerus autem iste hinc oritur: quia in Microprosopo sunt 320 judicia, i. e. triginta duo nomina אלהים, quæ pertinent ad Sapientiam, quæ est Jod radicale nominis Tetragrammati: unde triginta duæ hæ semitæ Sapientiæ descendunt in Microprosopum: unde si triginta duo multiplicentur per decem, oriuntur 320 judicia, è triginta duobus nominibus אלהים operis creationis. Et descendunt in Fundamentum Microprosopi; Fundamentum autem eadem immittit Basiliæ, ubi si radix Severitatum i. e. literæ מנצפך quæ sunt quinque Severitates, priori numero addantur, liquet, quod in Basilia sint 325. Et si Microprosopus & Uxor ejus simul copulentur per Fundamentum Microprosopi, jam in ipso inveniuntur 320, & 320 in Uxore, quæ efficiunt 640, juxta vocem תמר i. e. palma, quæ est mas & fœmina; item juxta nomen שמש, quod habet significatum Solis, & connotationem copulæ maritalis.

Pergit

Pergit autem textus: *Sicut ille qui lavatur in illo fluvio profundo, cujus aqua dividuntur & lucent atque dimanant quaquaversum*; id est, sicut Microprosopus, cujus judicia mitigantur ab aquis in eum effusis è fundamento Matris, quæ vocatur fluvius profundus: & aquæ ejus, id est, benignitates variè distribuuntur & splendent atque dimanant in omnes partes intra corpus Microprosopi, id est, in 248. membra, & 365. venas ejus. Ita lavatur ista potestas judicii rigorosi Basiliæ à Fundamento, quod in Microprosopo est, id est, à sex partibus corporis, quæ in Seniore.

Et pergit: *Ex eo, quod supra eum est.* Hoc ipso exponit, quô ex locô fluvius iste profundus descendat: nimirum è Matre, quæ supra ipsum est. Et quia Microprosopus incipit à septem inferioribus, nimirum à benignitate & porrò deorsum; hinc intelligentia denotatur, quæ Benignitate proximè superior est.

Porrò sequitur: *Et Lumen illud ascendit ad littus maris superi profundi.* Id est, postquam obscuritas hæc mitigata est per istam conformationem: tunc per modum Lucis reflexæ rursus ascendit, & circundat pilis labium oris superius, quod est conceptus Basiliæ Senioris istius: sicut notum est, quod os Regnum denotet. Basilia autem hæc vocatur mare superum profundum. Quare autem ambit labium? Ne pili, qui denotant judicia colligantur in locum unum.

Et pergit: *Omnes enim portæ bonæ & dignitates in illam portam aperiuntur.* Id est, omnes pili, qui sunt portæ Intelligentiæ, quæ in Seniore hoc bonæ sunt, & dignitates illæ, id est, conformationes Senis influentiam à pilis & formis his in inferiora demittentes, per portam hanc Basiliæ sese evacuant.

Mox sequitur: *Dicebat autem R. Schimeon* האידנא אתבסים עלמא *jam mitigatus est mundus*: id est; nunc cum R. Chiskijah hanc formam explicuit, atque dixit, quod caliginosum illud temperatum sit, hoc ipso obscuro antea lumine mundus in mitiorem statum redactus est. Et quia per illum dulcis & blanda hæc natura à Basilia Adami primi deducta erat, & hic vocatur Senior Seniorum; hinc ipsi benedicebat R. Schimeon, inquiens; *Benedictus sis tu R. Chiskijah à Sene Senum*: ubi intelliguntur septem illi dies, qui vocantur Senex dierum, per quem benedictio in mundum hunc emanat.

Et porro dixit *R. Schimeon: Omnes radii coadunantur, quicunq; veniunt in sigillum hoc sanctum.* Hic Senex dierum vocatur Sigillum sanctum, quia in illo fulgent septem illæ formæ, quæ sunt, cranium, ros; menynx, frons, capillus, oculus & nasus; quas Adam primus efformavit in Sene isto; quæ omnes congregantur in loco isto sub forma annuli, in quo est sigillum Regis, id est, יְיָ, quod in fundamento Capitis ignorati, de quo supra. *Testes super me invoco cœlum è summis summum*, id est, Microprosopum, qui vocatur cœlum: *& terram sanctam, summam è summis*, quæ est Basilia sanctissima, uxor Microprosopi, quæ vocatur Terræ nomine.

Quod nunc videam de facie ad faciem Caput Senis dierum cum Barba luminum ejus & literas illius, in visione & non in ænigmatibus; quasi corpus cum anima absque ulla extensione materiali, & imperterritus: *quod nemo hominum vidit ex illo tempore, quo Moses altera vice ascendit in montem Sinai.* Nam à lumine hoc anima ejus elevata

fuit in illum lucis gradum quem acceperat Moses, cùm ascenderet ut acciperet tabulas secundas: Raf Hamminenuna Senex autem fuerat de natura illius lucis, Mosis, cùm acciperet tabulas primas: & ambo erant radii de Moyse Magistro nostro super quo pax. Unde quoque Discipuli ejus ipsum vocabant בוצינא קדישא radium sanctum, quasi è Sole, id est, Moscheh fulgentem.

Et pergit: *Nam video faciem meam splendere ad instar lucis solaris*, sic & facies Moysis dicitur ut facies Solis splenduisse, *quæ egressura est in medelam mundi.* Hoc est mysterium Lucis vestimenti, quam futuro tempore producet Deus Sanctissimus atque benedictus per filum Infiniti, quo mitigabuntur omnia judicia, ut aboleantur & cessent omnes cortices atque malum in æternum; *Sicut scriptum est: Malach. 4. v. 2. & orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ, & sanitas in alis ejus. Imò quod magis, ego scio, quod facies mea splendeat; Moscheh autem nescivit nec animadvertit: sicut scriptum est:* Exod. 34. v. 29. *Imò porrò, Ego video tredecim illas sculpturas ante me, quæ lucent ut lucerna,* &c. *& sedet ut Rex in medio exercitûs sui:* multas enim habet sub se copias, quæ adhærent pilis Regis superni: tam animæ quam Angeli. Deinde ipsos ad strenuitatem adhortatur, & discipulos suos vocat socios suos ob insignem suam humilitatem, quæ etiam in Mose laudatur, cùm dicitur: Et Moses erat humillimus omnium in terra viventium. Deinde hoc etiam faciebat propter amorem illum & fraternitatem, quem inter se colebant: quæ multum in modum confert ad mitiganda Lumina judicii: cùm nullæ inter ipsos essent lites, vel æmulatio atque odium, prout accidebat discipulis R. Akibha. Quem amorem R. Schimeon etiam in suis prædicat in Sohar sectione Truma.

Pergit autem dicendô: *In statu hoc*, id est, ut formæ istæ tàm manifestò appareant, atque sic permaneant, *nemo erit, donec veniat Rex Messias.* Quamvis & alii Sapientes Israëlitarum clariores & Doctores Mischnici viderint Thronum Dei; item R. Nechonja filius Hakkana; item R. Akibha, & R. Eliesar magnus: à quibus id quoque traditum est cæteris Sapientibus, quomodo fieri queat, ut quis spectare possit Thronum Divinæ Gloriæ per Ecstasin.

§. 197. Forma tertia Barbæ Capitis Non entis vocatur עובר על פשע transiens super prævaricationem. Et Conformatio hæc fit per gloriam Regni Adami primi, assumtis sibi Victoriâ & Fundamentô, quæ tres ad partes Capitis & Barbæ constituendas simul concurrunt. Hinc etiam in Idra magna de hac forma R. Chija dicit: Quod primæ duæ Conformationes propterea sint, ut veniatur ad tertiam. Quasi diceret: Finem primarum formarum, quarum prior à Basilia; altera à Fundamento descenderat, non esse alium, quàm ut per eas deveniatur ad formam tertiam, quæ est Transiens super prævaricationem: ad quam Victoria & Gloria cum Fundamento simul uniuntur. Unde tres illæ Numerationes quasi pro una habentur,

De hac forma autem sic loquitur Liber Zeniutha קאים אורחא דנפיק תחות תרין נוקבין דפרדשקא *Existit semita, quæ exit sub duobus foraminibus meniani sive nasi.* Et ad hanc formam Victoria & Gloria simul concurrunt, pròut per naturam suam uniri solent. Natura autem Fundamenti, quæ vocatur semita, hæc est, ut distinctionem

nem instituat, inter Victoriam & Gloriam. Nimirum pili labii superni non uniti sunt invicem, sed diviti sunt in duas partes, ne judicia simul omnia concurrant sine distinctione. Sed Victoria est à dextris: qui sunt pili ad dextram oris in mystace siti. Gloria autem à sinistris est; & hi sunt pili in sinistra mystacis parte. Semita autem intermedia, id est, radix Fundamenti consistit medio in loco. Quare autem semita hæc distinctionem facit inter utrumque pilorum genus? Ne scilicet pili impediant, quò minus condonatio & influentia descendat in os; quippe quæ descendit à Naso, id est, à Pulchritudine. Pars enim Nasi superior denotat à dextris Jisraëlem, cui adjacet Uxor ejus Lea, & Jacobum à sinistris cum uxore sua Rachele, quæ sunt duo foramina.

In Idra magna autem de Forma hac tertia hæc occurrunt verba: *Conformatio tertia est in medio sub naso suo duabus naribus, ibi prodit semita quædam*; sicut jam explicui. *Et illa semita facta est, ut transitus fieri queat per illam:* quasi diceret: ut influentia per illam transire queat, eamque non impediant judicia, ut os dicere queat: Condonavi. Et hæc semita est radix Fundamenti: quamvis enim jam dixerimus, quòd forma secunda sit in Fundamento: nihilominus tamen etiam hæc semita ad Fundamentum pertinet, quia tres illæ Numerationes, quæ conformant tres istas formas habentur pro una. Et si quæratur, quare fundamentum vocetur semita? Dicendum est, quia omnis influentia, quæ in Basilian venit, per viam fundamenti in illam ingreditur.

Et pergit: *& pili non crescunt in illa semita, quia subigit iniquitates*, id est, Judicia quæ præfigurantur per pilos. Quia igitur influentia radicis fundamenti descendit sub duabus naribus, hinc judicia iniquitates & pili ibi non habent locum.

Porrò subjungitur: *Multi appendices expectant hoc os; & non manifestatur vel uni ex illis.* Vox ערקיסאות sensum habet corrigii calceamenti: idemque est ac si diceret: Multa lora sive multæ radices animarum, dependentes ut lora à personis v. g. Patre & Matre, Microprosopo & uxore ejus, & omnibus reliquis mundis inferioribus exexpectant ut os hoc dicat: *Peperci:* & demittat benedictionem. Sed ad hunc gradum ne unus quidem ex illis attigit, ut os hoc eidem manifestaretur dicendo: *Peperci.* Excepto Mose, cùm intercederet pro peccato exploratorum: sicut dicitur Num. XIV, 20. *Et dixit DOMINUS: Peperci secundùm verbum tuum.*

Porrò subnectitur: *Quoniam attollitur*: id est; propterea non manifestatur, quia halitus egrediens ex ore statim attollitur: id est, redit & absconditur intra formas & partes os istud coronæ instar ambientes: id est, supra & infra & ab omni latere. Unde porrò dicit: *Et coronatur:* id est, halitus iste egressus ab ore hoc redit in receptaculum suum, id est, in formas illas & partes circumjacentes, & ibidem halitus iste coronatur; quia omnes in circulo adjacentes formas subintrat: & à formis illis deinde influentia & benedictio descendit in inferiora. Sed os ipsum nō manifestatur. Hinc porro subjungit: *Scitur & non scitur.* Sic alio loco scribitur in Idra hac de ipsa Essentia Senioris hujus: *Non scitur; quia non invenitur.* Sed respectu conformationis suæ scitur; Quoniam influentia, quæ ad nos descendit, non manifestatur, nisi à formis ejus. Non scitur ergo respectu ipsius oris, sicut scriptum est Exodi XXXII, 14: *Et pœnituit DOMINUM super malum, quod locutus est, ut faceret populo suo.* Undе patet, quod pœnitentiam

cor-

corde quidem abſconderit; ſed remiſſionem ore ipſo non elocutus ſit, prout in caſu exploratorum: ſed ſtatim cùm exiret halitus, ex ore elevatus rediit in receptaculum ſuum, id eſt, in partes circumjacentes: & exinde veniebat condonatio.

Mox addit: *Didicimus in occultatione libri: quid hoc eſt, quod ſcriptum eſt,* פשע Prævaricatio? Quaſi diceret: Quænam eſt natura iſtius formæ, quod dicatur transiens ſuper prævaricationem? & reſpondet: Si probi ſunt, transit: ſin minus, prævaricatio ſuo in loco manet. Deinde objectionem movet, dicendo: Quid ſibi vult hæc phraſis: *Transiens ſuper prævaricationem?* quod nimirum vox פשע dupliciter poſſit exponi, ut per metatheſin ſit שפע. Si verò probi non ſunt, influentia hæc ſiſtitur, & non transit in Microproſopum; nam quando influentia transit in inferiora, tunc transit in Microproſopum.

Et ſequitur: *Quænam eſt differentia inter hunc & illum?* Quia forma hæc etiam reperitur in Microproſopo? Nimirum de Microproſopo reſpectu ſemitæ hujus ſcriptum eſt Num. XII, 9. *Et exarſit ira DOMINI & abiit. Quid eſt & abiit? quia nempe exiit ſpiritus iræ de illis foraminibus.* De hoc autem ſpiritu iræ infra quædam traduntur cum inquit: *Quinque ſeveritates ſunt in hoc Microproſopo, quæ extenduntur in mille & quadringentas ſeveritates.* Ubi ſenſus eſt, quod in naſo Microproſopi contineantur quinque ſeveritates, quæ ſunt quinque literæ finales מנצפך quarum numerus eſt 280: Si igitur hic numerus ſumatur quinquies hinc exurgunt mille & quadringentæ ſeveritates. Et ex illis prodeunt ira & furor; qui eſt ſpiritus iracundiæ.

Et tandem addit: *Hinc qui hanc ſemitam tangit, monetque alium, tacendum eſſe, hujus ſemitæ analogiam præ ſe fert.* Quaſi diceret: Quosdam digitum ſemitæ huic imponere cum alios monent, ut taceant.

Cùm autem dicitur in Libro Zeniutha: *Ad tollendum peccatum:* ſenſum habet, ut ſcilicet os poſſit dicere: Peperci. Nam ſcriptum eſt Proverb. 19. v. 11. Et decus ejus præterire iniquitatem per viam hanc: nam hæc eſt radix Fundamenti, quod eſt ramus pulchritudinis Senis hujus, & vocatur transiens ſuper prævaricationem. Et Fundamentum quidem hujus formæ eſt Gloria Senioris; ſed quia hæc eſt judicium, non permittitur ipſi, ut ſola operetur; ſed Victoria, Gloria & Fundamentum ſimul operantur ad abolenda judicia.

§. 198. Forma quarta Barbæ Capitis Non entis vocatur לשארית נחלתו reſidui hæreditatis ſuæ. Et hæc procedit à Victoria Senioris, quæ eſt alba: & pili ſub labio inferiore lineâ tenui ambitum formantes huc pertinent. Hinc in Libro Zeniutha dicitur: Sub labiis ambit pilus in principium alterum. In Idra magna hæc de illa extant: *Formâ quartâ disponitur pilus, & deſcendit ſub ore ab uno principio ad principium alterum.* Ubi indigitatur, hanc formationem eſſe Victoriam Senioris. Poſtquam enim formata fuit ſemita ſupradicta, ad diſtinguendam Victoriam à Gloria, quæ antea coaluerant: jam Victoria hæc circundat os à parte inferiore, id eſt, ſub labio inferiore, ab uno principio oris usque ad principium alterum. Et hinc verba Michæ ſic cohærent: Transiens ſuper prævaricationem pro reſiduo hæreditatis ſuæ: quaſi dicatur: Formam ter-

tertiam propterea formari, & gloriam ibidem à Victoria distingui, ut disponi queat forma hæc quarta.

Subjungit autem Idra: *Sicut scriptum est 2. Reg. 19. v. 4. Et elevabis orationem pro residuo invento sive extante. Ubi revera intelligitur id quod extat.* Nam quia videri posset, si dicatur Residuum hæreditatis suæ, tantùm quosdam Jisraëlitarum intelligi, & non omnes: quod si foret, forma hæc his verbis exprimi non posset. Quia forma hæc omnes Jisraëlitas concernit, & non quosdam saltem. Hinc dicit: Sensum hujus nominis non esse particularem, sed ita intelligendum, sicut intelligitur textus citatus: Et elevabis orationem pro residuo extante, id est, pro toto populo. Nam quamvis & dictum hoc citatum videatur loqui de quibusdam, & non de omnibus; revera tamen ita non est, sed totus populus tunc exstans ibidem intelligitur: nam totus populus vocatur שארית, quod probatur per dictum Zephan. 3. v. 13. Residuum Jisraël non faciet iniquitatem. Atque sic etiam verba hæc Michæ intelliguntur de toto populo, qui vocatur Reliquus (populus inter gentes non comprehensus,) qui est hæreditas ejus.

§. 199. Forma quinta Capitis Non entis dicitur לא החזיק לעד אפו Non tenuit in perpetuum iram suam: Et hæc est in Pulchritudine ejus. De hac in Idra magna sic dicitur: *Per formam quintam procedit semita sub ore: & hæc est, quod scribitur: Non tenuit in perpetuum iram suam.* Et isti sunt pili sub labio inferiore omninò in medio constituti, quibus ab utroque latere alii pili non adjacent: estque cumulus quidam parvus pilorum in longum protensorum, qui ab utraque parte glabritiem habet pilis carentem: & continetur sub Forma quarta in latitudinem labii inferioris extensam. In Libro Zeniutha autem de hac ita scribitur: *Semita alia procedit sub illo.* Et hæc forma est in pulchritudine: & quia pulchritudo Senioris istius influxum habet à Cognitione hujus Senis, id est, à Fundamento Capitis ignorati, qui totus nonnisi mera miseratio est; hinc forma hæc vocatur: Non tenuit in perpetuum iram suam: vel potius Non permisit transire iram suam, id est, judicia, quæ in ipso sunt, in gradum illum, qui vocatur עד, seu perpetuitas, id est, in Basiliam, quæ est finis omnium Numerationum, in qua continetur series omnium temporum usque in æternum.

Porrò ibidem sequitur: *Surrexit R. Jose, exorsusq; dixit è Psalm. 143. v. 15. Beatus populus* שככה לו *cui sic* &c. Quem locum R. Jose dupliciter explicare conatur, nempe juxta dictum Esth. 7. v. 10. Et ira Regis שככה quievit, id est, quievit ab iracundia sua; quasi diceretur: A judiciis, quæ ab ipso oriuntur: quoniam Forma hæc eadem sedat, ne foràs prodeant in actum. Vel etiam aliter sedavit per iram suam, scilicet alios, id est, cortices, quasi sensus esset, quòd confringat capita draconum. Nam ira in Seniore hoc respectu judiciorum infra se constitutorum merus amor est, & cortices ab illa sese avertunt ob eminentem excellentiam ejus. Pergit autem: Quod innuitur Num. 11. v. 15. ואם ככה Et si ita tu facias mihi &c. Ubi demonstrare vult, quare adhibeatur vocula ככה, nimirum sicut diximus; ut sensus sit: Si tu ita mecum agere vis, prout procedis cum corticibus, quos sedas unicô momentô; bene est: sin minus; occide me quæso occidendô. Et hoc dicit esse judicium judiciorum, &

m veram

veram antithesin sensûs illius contenti in dicto Psal. 143. Sensum ergo vocis שככה à sedandis judiciis desumit, sive sint judicia ipsius Pulchritudinis, id est, Microprosopi, quæ sunt 320, sive Uxoris ejus, quæ sunt 325. Dicit autem in verbis ultimis dicti allegati: Beatus populus, cujus Dominus est Deus; contineri miserationes miserationum. Quasi diceret: Sicut est judicium judiciorum, ita est miseratio miserationum, ubi scil. Tetragrammaton est DEUS, sive ubi nomen אלהים, quod denotat judicium, convertitur in Tetragrammaton, quod est misericordia, duplici modo: primò in nomine מצפץ quod generatur è nomine Tetragrammato per Alphabetum inversum, & indigitatur per literam Schin in voce שירוה quia numerus nominis מצפץ est 300, juxta numerum literæ ש. Nomen hoc autem denotat misericordiam; quia est è tredecim formis Microprosopi, nec non è septem Formis Macroprosopi. Item nomen מצפץ & vox ברחמים æquipollent. Secundò, ut Tetragrammaton ipsum: unde patet, quod hoc nomine indicetur misericordia.

Deinde porro dicit: Vocem שככה esse nomen, quod contineat omnia nomina. Quasi diceret: per hanc vocem indigitari Tetragrammaton, quod continet omnia nomina: inter quæ unum est אל שדי, quod eôdem numerô gaudet, quem habet vox שככה. Ut autem innotescat, quomodo idem numerus 345 sit in Tetragrammato: sciendum est, hanc Formam esse in Tiphereth seu Pulchritudine, quò pertinet Moscheh. Nomen autem משה continetur in voce שככה, cujus numerus est 345. Item Tetragrammaton Jodatum retrogradandô scriptum, cujus numerus 184: & nomen אהיה in plenitudine sua Jodata conficiunt numerum 345. Item Tetragrammaton Alephatum, & אלהים Joddatum eundem numerum efficiunt.

Et deinde sic inquit: *Et Sanctus ille, qui benedictus sit, transire facit iram suam:* id est, Pulchritudo, quæ in Seniore, quæ est Forma hæc quinta, & semper vocatur Sanctus ille, qui benedictus sit; non retinet iram suam, sed eandem in sese mitigat. *Et remittit Microprosopo:* id est, condonat, parcit, placatur Microprosopo, qui est Rex Israëlis, propter peccata, quæ Israëlitæ infra committunt, & in supernis corruptelam causantur: eique dat influentiam & benedictionem. Et pergit: *Et transmittit ad omnia illa extranea*, id est, Microprosopus transmittit influentiam, quam ipse accipit super adversarios illos, qui accusant Jisraëlitas, & foras consistunt: ne Jisraëlitis adversentur.

Porrò sequitur: *Didicimus in traditione extraordinaria, semitam illam formæ sanctæ & excelsæ Senioris Seniorum, quæ descendit in Barba ejus sub naribus; & hanc semitam inferiorem sibi correspondere in omnibus; cùm altera sit superior, & altera inferior. Et superior vocatur Transiens super prævaricationem: inferior autem; Non tenuit in perpetuum iram suam.* His verbis rationem profert, quòd forma hæc remittat peccata, & locum præbeat ad transmittendam influentiam; nè quod semita inferior plane similis sit superiori.

Iterum subjungit: *quod non tenuit*; idem sit ac non esse locum residendi pro judiciis: quoniam semita hæc ab omni latere suo glabra est & pilis carens, ut transitus sit influentiæ.

Iteru[m]

Iterum ſequitur: *Omni loco, id eſt, ubicunque Jisraëlitam cauſa ſunt, ſive in terra Jisraëlitica, ſive extra eandem, ut ſemita detegatur, bonum id eſt omnibus inferioribus: quoniam apparet conſilium ad benefaciendum omnibus.* Hîc per conſilium intelligitur Cognitio, quæ in Pulchritudine hac. Quia conſilium venit à Cognitione; Cognitio autem eſt benovelentia: & quando benevolentia detegitur, iſtud omnibus prodeſt: id eſt, tam malis, quàm bonis.

Porrò ſubjungit: *Ille qui occultatus eſt, & non manifeſtatur*, id eſt, Caput, quod ignoratur, ſicut mox inquit: *Et nemo eſt, qui illum cognoſcat, niſi ipſe ſolus*, id eſt, Adam primus ratione regni ſui, quod eſt Caput ignoratum. Sicuti de Edene ſummo. Ubi intelligitur gradus iſte, qui in Macroproſopo, & eſt mundus venturus: à nemine cognoſcitur; id eſt, nec à Patre & Matre, nec à Microproſopo & Uxore ejus: niſi à Seniore Seniorum, quod eſt Caput Non ens.

Et tandem ſuperaddit: *Idipſum eſt, quod dicitur Pſal.92.v.6. Quàm magnificata ſunt opera tua, Domine; valdè profundæ ſunt cogitationes tuæ.* Id eſt: quamvis magna admodum ſint Opera Tetragrammati, quæ ſunt, Pater, quem denotat Jod Tetragrammati; & Mater denotata per He primum iſtius nominis; & Microproſopus, qui eſt Vav Tetragrammati; & Uxor ejus, quæ denotatur per He ultimum: nihilominùs tamen hæc omnia Opera nihil ſciunt de Edene ſeu Paradiſo illo, qui eſt in profundo cogitationis capitis ſuperni. Id eſt, Sapientia Coronæ, quæ eſt Caput Non ens: hæc enim vocatur Cogitatio profunda: non verò Pater, qui etiam quidem Sapientia eſt, ſed vocatur Cogitatio ſimpliciter.

§. 199. Forma ſexta Barbæ Capitis Non entis vocatur כי חפץ חסד הוא Quia Benignitatem vult ipſe. Et fit à ſeveritate hujus Senioris. Et quia hæc nonniſi mera benignitas eſt reſpectu ejus, quæ infra ipſam locatur: hinc vocatur Benignitas in dicto illo Michæ. Et de hac Idra magna ſic loquitur: *Ratione formæ ſextæ formatur pilus hoc modo, ut ab imo ſurſum aſcendat, & contegit areolas aromatis optimi usque ad initium oris, ejusque locum ſupernum. Et pili deſcendunt ab initio ad initium aperturæ ſemitæ inferioris oris.* Senſus hic eſt quod pili ſurſum aſcendant & ſuperintegant genas, quæ vocantur areolæ aromatum optimorum, ſicut ſcribitur Cant. 5. v. 13. Axillæ ejus ſicut ſulci aromatis. Et ſic hoc etiam exponitur in hac ipſa Idra. Et hi pili, qui contegunt genas, contegunt totam latitudinem malarum, & pertingunt usque ad initium oris ſuperum, id eſt, usque ad pilos myſtacis. Et ſicut pili aſcendunt ſurſum: ſic pili etiam deſcendunt à principio labii ſuperni, ad principium aperturæ ſemitæ inferioris. Hîc quæritur, annon pili iſti qui contegunt genas pertineant ad formam primam, de qua dicitur: Deſcendit in Pulchritudine ad initium labiorum. Quod ſi ita eſt; quomodo iidem referri poſſunt ad formam ſextam? Dicendum igitur: id quod de forma prima ſcribitur, non intelligendum eſſe de pilis omnibus; ſed de filo unico tantùm. Atque hoc ipſum ſic etiam explicatur in Idra; cùm dicitur: forma prima ſic formatur, quod pilus incipiat à Capillo capitis &c. deſcendens ante portam aurium in filo quodam maximè æquali usque ad principium oris. De forma ſexta autem dicitur porrò: *Surrexit R. Jeſa, exorſusque dixit: è Jeſa.54.v.10. Et miſericordia mea à te non recedet. Et ſcriptum eſt, ibid*

 v.8

v. 8. & in misericordia seculi misertus sum tui. Hæc dicta sibi videntur esse contraria. Eadem autem explicat R. Jose, dicitque: quod dictum illud: Benignitas mea à te non tolletur; loquatur de Seniore hoc. Ex quo appareat, quod Benignitas in ipso perpetuo stabilis sit & fixa: unde miratur, quare deinde fiduciam hanc in se minuat, dicendo: Et in benignitate seculi misertus sum tui. Unde colligi posset, Benignitatem hanc non perpetuò fixam & stabilem esse. Nam quod incipit à misericordia, non est fixum. Respondet autem; duplicem dari misericordiam sive benignitatem, internam nempe & externam. Et internam quidem dicit hanc esse formam, quæ vocatur: Et benignitatem vult ipse. Hanc autem vocat benignitatem internam: quia est quasi anima in Seniore hoc. Jam supra enim expositum est, quòd anima septem partium Capitis, quæ sunt cranium, ros, menynx, frons, capillus, oculus, nasus, & Seniori huic tribuuntur; proveniat à septem Numerationibus, id est, incipiendo à Benignitate & porrò deorsum Capitis ignorati: quæ vocantur uno nomine Senex dierum. Et hinc istô locô Seniorem hunc vocat Senem dierum; respectu illarum Numerationum Capitis ignorati, quæ continentur intra Seniorem hunc, ipsius vitam largiuntur. Et quia Benignitas *istius* Formæ influxum habet à Benignitate Capitis ignorati, quæ quasi anima est intra corpus aliquod existens: hinc ipsam vocat Benignitatem internam. Et de hac Senex iste promittit, quod ab ipso recedere non debeat in æternum. Quoniam hæc attributa in se non dependent ab operibus inferiorum: hinc semper splendent, & in æternum suis in locis: modò quod non radient deorsum ad mitiganda judicia Microprosopi, & ad complendas tredecim suas, & novem Uxoris ejus formas, nisi propter opera inferiorum. Quod autem dicitur; In Benignitate seculi misertus sum tui; ibi intelligitur Benignitas alia, è qua fit ipsum cranium. Et hæc vocatur Benignitas externa: quia omnes septem partes Capitis, cranium, ros, menynx, frons, crinis, visio, nasus, sunt vasa, pro septem Numerationibus Capitis ignorati, quæ vitam & vires largiuntur septem illis partibus Senioris hujus. Et quia vasa sunt externum quid: hinc ista Benignitas externa dicitur respectu Benignitatis Capitis ignorati. Deinde alia quoque ratio datur, quare Benignitas hæc vocetur externa; nimirum jam notum est, quod à Corona & Sapientia Senis fiat cranium: quodque illæ ingrediantur & extendantur per corpus Macroprosopi, & sint quasi anima ejus. Et ab Intelligentia Senioris fit cranium Patris & Matris. Et à Benignitate Senioris fit persona Patris; & à Severitate illius fit persona Matris. Et à Pulchritudine provenit copula Patris & Matris. Et à Victoria, fit Microprosopus; Et à gloria, uxor ejus. Et Fundamentum Senioris eosdem copulat. Jam verò notum quoque est, quod Victoria, Gloria & Fundamentum semper vocentur extra corpus: unde & Microprosopus & uxor ejus, qui fiunt è Victoria, Gloria & Fundamento, semper dicuntur esse extra ejus corpus. Et quia in Victoria, Gloria & Fundamento Senioris, unde fiunt Microprosopus & Uxor ejus in se etiam continent Benignitatem Senioris; quoniam quælibet Numeratio constat è Decade: hinc vocantur Benignitas externa. Et illi gradus vocantur עולם seculum; & in se continent Benignitatem Senioris, & fruuntur usu Severitatis hujus, quæ in Seniore: nam à Severitate Senis fit Persona Ma-

Matris; & Mater progenerat Microprosopum & Uxorem ejus. Et hoc ipsum est quod scribitur Psal. 89. v.3. Dixi, seculum benignitate ædificabitur. Quoniam Severitas, quæ in Seniore hoc, est Benignitas respectu eorum, quæ infra se habet. Et quando Jisraëlitæ virtuti non operam dant, tunc hæc Severitas non splendet in Microprosopum & Uxorem ejus: Unde Senex iste non asseverat, eandem non sublatum iri.

Porrò subjungitur, *eandem vocari Angulum Barbæ:* quod intelligendum de eo, quod supra diximus: & descendit pilus à principio labii superni ad principium aperturæ semitæ inferioris. Nam pili qui contegunt genas, non vocantur Angulus barbæ.

Iterum addit: *quod & Sacerdos ab hac parte proveniat.* Ubi sciendum, quod Moses veniat à Victoria Patris & Aharon à Gloria matris. Et cum Victoria, Gloria & Fundamentum Patris inseruntur in Victoriam, Gloriam & fundamentum Matris de facie ad faciem; tunc Gloria Patris intrat in Victoriam Matris: & Victoria Patris intra Gloriam Matris. Unde patet, quod Aharon proveniat à Victoria Matris, & Moscheh è Gloria Matris. Hinc Kabbalistæ Mosen referunt ad Gloriam, & Aharonem ad Benignitatem, quæ est Victoria Matris. Nihilominus tamen Moses radicaliter descendit à Patre & Aharon à Matre: ista autem construitur ab ista Severitate Senioris, à qua fit ista conformatio. Unde sequitur, quod Aharon descendat ab isto latere. In quo quidam Autores errant. Tandem autem subnectit: *Et hac Benignitas Senioris Seniorum est Benignitas Veritatis:* quia radix ejus venit per Pulchritudinem Capitis ignorati: sicut exponitur in Idra minore: Pulchritudo est veritas. Et pergit: Hinc scriptum est: quoniam Benignitatem vult הוא ipse. Quasi diceret: voculam הוא ubique indigitare rem occultam: id est, Vitam animæ Senioris hujus. Et in Libro Zeniutha de hac forma dicitur: *Superintegit Areolas aromatis usque ad initium* (oris) *superum.*

§. 200. Forma septima Capitis Non entis in Barba ejus vocatur ישוב ירחמנו *Iterum miserebitur nostri.* Et hæc est in Benignitate Senioris hujus: consistitque in loco faciei propriè dictæ, nimirum in duobus pomis faciei, in quibus nulli sunt pili. De hac forma sic loquitur Idra magna. *In forma septima deficit pilus, & apparent duo poma in areolis aromatum pulcherrima & jucunda aspectu. Incepit R. Schimeon & dixit: è Cant. 2. v.3. Sicut malum inter arbores sylvæ,* &c. Quasi diceret: Sylva est symbolum pilorum barbæ. *Quam naturam habet hoc pomum? continet in sese tres colores:* id est, rubrum, album & flavum: *ita duo mala Dei sanctissimi & benedicti in se continent sex colores.* Sensus est hic, quod in Numeratione Benignitatis istius, quæ est cranium, contineantur sex formæ reliquæ, quæ sunt Ros, menynx, frons, capillus, oculus, nasus. Sicut in Sohar dicitur in Libro Zeniutha & in Tikkunim, de voce בראשית, quasi diceretur: ברא שית creavit sex. Ipsa verò est septima super reliquas, & ab illa provenit conformatio hæc; id est, duo hæc poma, quæ in se continent omnes reliquas sex partes barbæ, in quibus sunt sex colores. Quod ita se habet: Forma prima quæ vocatur: Quis sicut tu, ô DEUS; & pertinet ad Regnum Basiliæ: è coloribus habet albedinem, juxta mysticum illud: Benignitas אל omni die. Forma secunda, qua dicitur, Tollens iniquitatem, pertinet ad Fundamentum, quod est flavum: sicut enim flavum ex albo & rubro mixtum est:

ita Fundamentum inter duo latera medium est. Forma tertia, quæ vocatur; Transiens super prævaricationem, pertinet ad Gloriam, & habet colorem rubrum. Forma quarta, quæ vocatur; Residuum quod hæreditas ejus est; pertinet ad Victoriam, cui tribuitur color albus. Forma quinta, quæ vocatur; Non tenuit in perpetuum iram suam: & pertinet ad Pulchritudinem, flavum habet colorem. Forma sexta, quæ vocatur; Quoniam benignitatem vult ipse, & ad severitatem pertinet, est rubra.

Et quia tota Barba influxum accipit à Pulchritudine Capitis ignorati, quæ est mysterium pilorum, utpote qui figuram habent plurium literarum Vav, sicut traditur in Idra parva: Hinc Senex iste hôc locô vocatur Sanctus ille, qui benedictus sit! Quoniam notum est, quod Pulchritudo vocetur Sanctus ille, qui benedictus est, ubicunque hæc phrasis invenitur.

Porrò allegat locum Prov. 16. v. 15: *In luce faciei Regis vita*; quasi diceret: In luce faciei duorum horum pomorum Microprosopi, qui vocatur Rex, qui vitam largitur omnibus infra se constitutis.

Porrò allegat locum Num. 6. v. 24. *Lucere faciat Dominus vultum super te*: ubi vultum intelligi dicit exteriorem, ut sermo sit de Microprosopo, qui opus habet lucem accipere à duobus istis pomis: quoniam Microprosopus & uxor ejus interdum obtenebrascunt, nec semper illuminationem habent: vocanturque facies exteriores.

Deinde subjungit, *ista poma radios emittere in trecenta & septuaginta latera.* Ubi sensus est, duo hæc poma esse duo nomina יהוה צבאות. Nam nomen תפוח pomum cum quatuor literis suis & numero integri efficit summam 499. sicut Nomen צבאות. Jam autem notum est, quod Nomen Zebaoth pertineat ad Fundamentum Intelligentiæ Senioris hujus. Ad Intelligentiam autem pertinet nomen סג. Numerus autem plenitudinis hujus, (demtis radicalibus;) est 37: quam plenitudinem in se habent duo hæc poma. Radix autem formæ hujus est litera Jod Tetragrammati, quia Caput Non ens est Sapientia, quæ continetur sub symbolo literæ Jod. Jam si numerus 37. multiplicetur per Jod i. e. denarium, hinc oriuntur 370 illa latera: quæ sunt שע 370. illa lumina, quorum toties mentio fit in Idra. Ut sensus tandem sit, à duobus illis pomis prodire 370 lumina.

Et tandem subjungit: In illo inferiore hic locum habet nomen אמת i. e. Veritas: i. e. In Microprosopo Forma septima est vox Veritas è tredecim illis partibus dicti Mosaici, de quibus supra. Si nimirum ordo Alphabeti inversus intelligatur.

§. 201. Conformatio octava Capitis Non entis vocatur יכבוש עונתינו Subjiciet iniquitates nostras. Et hæc est in Intelligentia Senioris. De hac dicitur in Libro Zenitha: *Influentia omnium dependet usque ad cor; ab illa dependent supera & infera.* In Idra magna autem de ea traduntur sequentia. *Formâ octavâ prodit filum quoddam pilorum circa barbam, & dependent æqualiter usque ad scrobiculum pectoris.* Ubi intelliguntur pili Barbæ longiores supra se invicem demissi: vel potius extremitates istorum pilorum sibi invicem impendentium per totum circuitum, usque ad præcordia. Et hæc conformatio est in Intelligentia Senioris: & intra Intelligentiam hanc Senioris est fundamentũ Capitis ignorati, quod eidem inhæret ut anima corpori. Quin & Basilia Capitis ignorati occultata est

eſt intra fundamentum iſtud: Ita ut hac ratione hic coaleſcant tres conceptus, qui omnes habentur pro una Numeratione; quæ eſt forma hæc octava quæ agit de ſubjiciendis iniquitatibus. Et forma hæc vocatur Influentia; quo pertinet dictum illud Sapientum noſtrorum: Liberi, vita, & alimenta non à meritis ſed ab Influentia dependent. Ubi per liberos intenditur fundamentum Capitis ignorati, à quo proveniunt generationes: per vitam verò denotatur Intelligentia, à qua deſcendit vita in Microproſopum & in omnes mundos; Ipſa enim eſt Mater liberorum. Per alimenta autem Baſilia intelligitur; de qua ſcriptum eſt: Prov. 31, 15. *deditque prædam Domui ſuæ & ſtatutum puellis ſuis.* Et ea non dicuntur dependere à palatio Meriti, quod eſt in mundo Creativo, ſed ab hac forma.

Deinde ſequitur: *Surrexit R. Eliaſar filius ejus, exorſusque dixit: Omnia dependent ab Influentia, etiam Liber Legis, qui in templo. Hoc ſtatuimus in Libro Zeniutha.* Hic declarat verba Libri Zeniutha, ubi ſaltem dicitur: *quod ſupera & infera dependeant ab Influentia.* Jam objectionem format ſuper verba illa dicens: Itane omnia dependent ab Influentia? an non dici ſolet: ſingula quidem inferiora opus habere eo quod ipſis ſuperius eſt, usque ad Microproſopum? quomodo ergo hic dicitur, ipſum Microproſopum, qui eſt Liber Legis, opus habere hâc Influentia? Unde dicit: *Atqui didicimus: quod Liber Legis ſit Sanctus.* Id eſt: Microproſopus Ipſe vocatur Sanctus, quia Cerebra habet in Patre, id eſt Sapientia, cui tribuitur Nomen Sancti. *Et Theca ejus Sancta:* ubi intelligitur fundamentum Matris, dum ſcilicet Microproſopus latet in utero ejus. *Et Templum Sanctum.* Id eſt, Leah, quæ eſt Baſilia Intelligentiæ: qui gradus vocantur Sancti, quia in illis eſt fundamentum Patris, id eſt Sapientiæ, quæ vocatur Sancta. *Et ſcriptum eſt Jeſ. 6. v. 4: & clamabant alter ad alterum dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Id eſt: Etiam in mundo Creativo Sanctitatem accipiunt à Microproſopo, & Sanctitatem iſtam tradunt Mundo formativo, ubi commoratur Microproſopus. Et hoc eſt, quod dicitur: clamabant alter ad alterum. Quaſi diceretur: Duodecim metatheſes Tetragrammaticæ, quæ in Microproſopo exiſtentes in mundo emanativo, deſcendunt in duodecim terminos Zodiaci, qui ſunt in mundo creativo; & dum illi his Sanctitatem communicant, excitantur Angeli inferiùs in mundo formativo conſtituti, qui ibidem etiam vocantur duodecim termini; ſicut in mundo factivo ſunt duodecim limites. Adeoque & iſta dependent à Microproſopo, & non ab Influentia.

Et pergit: *en tria ſunt.* Id eſt: tribus illis ſanctitatibus, quas prædicant Angeli, correſpondent tres Sanctitates Libri Legis, de quibus ſupra. Jam enarrat eas; dicendo: *Theca ejus Sancta,* &c. Et porrò dicit: *Lex conſtructa eſt è triplici Sanctitate.* Quaſi diceret; Lex quæ eſt quaſi medulla intra membra Microproſopi, ſicut medulla in oſſibus humanis, habet novem metra ſua. Id eſt: Myſterium Sanctitatis extat in tribus ejus primis, quæ ſunt Sapientia, Informatio & Cognitio; quæ vocantur ſanctæ, quia referuntur ad numerationem unam. Hinc dicit *in tribus gradibus*, (ſummis) quæ ſunt, Sapientia, Intelligentia, & Cognitio. Mox addit: *in tribus diebus:* qui ſunt, Benignitas, Severitas & Pulchritudo; qui vocantur dies. Porro ſequitur: *Gloria cohabitans cum tribus.* quaſi diceret: cum tribus diebus reliquis, qui ſunt: Victoria & gloria, quæ vocantur *Tabula.* & funda-

fundamentum Microprosopi, quod vocatur *Arca*, sicut dicitur: Arca fœderis Sancti: *&* *Templum* id est Basilia ipsa.

Et scriptum est: Jer. 10. v. 2. A signis cœli ne consternemini. Id est: Scriptura hoc dicto excellentiam Microprosopi deprædicat: dantur enim cœli inferioribus istis sublimiores; nempe ipse Microprosopus Rex est illorum: unde ab inferioribus istis & materialibus ne consternemini, prout gentes faciunt. Nam Jisraelitæ dependent à cœlis superioribus. Si igitur nos dependemus à Microprosopo; quomodo omnia dependent ab Influentia?

Respondet igitur, rationem suggerendo quare omnia ab Influentia dependeant; dicendo: *quare? quia omnes Sanctitates Sanctitatum omnium ab hac Influentia dependent.* Id est, omnes Sanctitates, tam Sanctitas Macroprosopi; quam Patris & Matris: & Microprosopi atque Uxoris ejus; omnes hæ, inquam, dependent & proveniunt à fi o hoc.

Et in Librum Legis non cadunt decem Sanctitates, donec afferatur in templum. Id est, donec Microprosopus ingrediatur in Matrem, quæ vocatur Templum הֵיכָל. Nam illa accipit decem Sanctitates in Patre contentas, id est literam יּ: & cum Pater decem has Sanctitates suas, id est literam יּ præbet Matri, hinc copulatur יּ cum הּ Matris, & inde fit syllaba הֵי vocis הֵיכָל. Deinde cum istæ הֵי intrarunt in fundamentum matris, tunc fit reiteratio per ictus, quibus fundamentum Patris allidit ad fundamentum Matris; ut dicatur: הּ sumtum יּ vicibus, efficit 50. id est כָּל: nam notum est quod fundamentum vocatur כָּל: hinc exurgit vox היכל id est, templum.

Porrò inquit: *quia ab ea dependent Influentia, & Influentia influentiarum.* Id est נוצר Influentia octava è dicto Mosaico: & ונקה quæ est decima tertia ejusdem. Cum scilicet Mater has immittit in Microprosopum. Et cum ingrediuntur & perfindunt Microprosopum, tunc duæ hæ influentiæ invertuntur per Alphabethum inversum את בש & loco נוצר fit טפרג & loco ונקה fit פבשרץ.

Pergit autem: *Et propterea illa pendet:* id est Influentia hæc, quæ sub hac forma describitur continet pilos dependentes. Sicut supra dicitur: *& pendent æqualiter.* Id est, pili Barbæ tam æquales sunt, ne vel unicus quidem pilus longior sit altero. Adeoque forma quidem hæc describitur ut filum quoddam, sicut dixi de forma prima: Sed fundamentum pilorum istius formæ in hoc consistit, quod illæ duæ influentiæ contineantur in spica Barbæ à mento & porrò deorsum, quæ sibi invicem incumbunt ut mas & fœmina. Id est, tota illa portio Barbæ extra faciem demissa extrorsum vocatur Influentia & forma hæc octava. Et sic in tredecim formis Macroprosopi hæc influentia octava vocatur נוצר: & dicitur influentia superior: cui opponitur pars altera istius barbæ promissæ, non extraversa, sed gutturi vicina & infera, quæ vocatur ונקה & est forma decima tertia, & influentia inferior; intra quam delitescit influentia inferior sive forma decima tertia Capitis Non entis, quæ vocatur יְמֵי קֶדֶם. Et quia tredecim Formæ Regni Adami primi occultantur, & primò manifestantur tredecim Formæ Macroprosopi, quæ quasi vestis illarum sunt exterior: & in singulis hâc ratione est influentia supera & influentia infera; hinc R. Eliaser mentionem facit influentiæ, & influentiæ influentiarum.

Statura

Statura autem Patris & Matris incipit à gutture Macroproſopi, & pedes eorum finiuntur in pectore Macroproſopi : ita ut Pater contegat totum humerum dexterum Macroproſopi antè & retrò ; & Mater contegat totum humerum ſiniſtrum Macroproſopi antè & retrò. Super Patrem & Matrem autem impendent, eosque contegunt duæ iſtæ influentiæ: quia barba Macroproſopi pertingit usque ad foveam pectoris ejus: & hucusq; ſuperinveſtiuntur Pater & Mater, nimirum usque ad præcordia Macroproſopi. A tergo Macroproſopi autem Patrem & Matrem ſuperintegunt tredecim cincinni capilli albi dependentes à capite ejus, & finientes in tergo è regione pectoris. Et ab additione luminis, quæ fit à junctura palati & gutturis, & protuberat, & perfindit per viam gutturis lux intrat intra Caput Patris & Matris. Eodemque modo ex additione & incremento, quæ fit à junctura duarum harum influentiarum, lux pertranſit intra Caput Patris & Matris, ipſisque facit cerebra nova, tam quoad lucem ambientem, quàm quoad lucem internam. Quod probe notandum eſt, ut melius intelligantur duo illa cerebra & duæ Coronæ venientes à duobus his influentiis, ſuperâ ſcilicet & inferâ, in Microproſopum per Patrem & Matrem, ut accipiat præter novem formas proprias adhuc quatuor, quæ fiunt tredecim per Cerebra.

Et hinc porrò dicitur in Idra: *Et ab illa dependent ſupera & infera*, etiam liber Legis, qui in templo. Id eſt, Microproſopus, qui vocatur Liber Legis, & contegitur à Matre ſuperna, quæ vocatur Templum, ut dictum ſupra.

Et coronatur decem Sanctitatibus. Quia Microproſopus accipit decem Sanctitates, è Fundamento Patris ſive Sapientiæ, quæ ubique vocatur Sanctitas & ad quam pertinet litera Jod Tetragrammati. Et hæc influentia vocatur decem Sanctitates.

Quod autem dixit: *Et didicimus. Omnia pendent ab influentia hac, quæ eſt filum, unde omnes pili dependent.* Hîc intelligitur filum illud, quod ſupra deſcripſimus. Et ſubjungit: *Quare vocatur influentia? Quia ab ea dependent &c. ſupera & infera.* Ubi in plurali dicit ſupra, & intelliguntur pili barbæ Non entis & Macroproſopi, & barba Adami primi, quæ occulta eſt. Per inferiora autem intelliguntur barba Patris & barba Microproſopi. Et Uxor quidem ejus imberbis eſt ceu fœmina: nihilominùs tamen eidem tribuuntur ſex gradus, ultrà quos ulteriùs acquirit tres alios, ut inde fiant novem gradus atq; formæ: quæ omnia veniunt à Macroproſopo. Iterum ſubjungit: *Et proterea ipſa dependet.* Id eſt; Forma hæc deorſum pendet, & contegit Patrem & Matrem, qui ab ea copulantur per juncturam ſuam cum Uxore ſua, i. e. Forma decima tertia.

Et ab ea dependent res mundi ſuperiores & inferiores: i. e. cùm copulantur Pater & Mater, per illos renovantur Angeli & animæ, & influentiam accipiunt tàm ſuperiores, quàm inferiores. Ubi per inferiores etiam ſubindicantur tres illæ influentiæ ſpecies, de quibus ſuprà: Liberi ſcilicet, Vita & alimenta. Vocatur autem מזל juxta ſenſum dicti illius Num. 24. v. 7: Fluet aqua è ſitulis ejus. Nam ab magna illa quantitate aquarum influentiæ deorſum fluentium, quas ob nimiam illarum copiam nemo impedire poteſt, מזל ſeu influentia vocatur: quoniam tàm copioſus eſt in illa influxus, ut ſufficiat tàm ſuperioribus, quàm inferioribus. Omnia enim hanc influentiam expectant, unde auxi-

lium sperant & salutem, quo defendantur à corticibus. Et quia Microprosopus etiam decem suas Sanctitates, quas accipit à Fundamento Patris, & omnem influentiam è supernis affluentem ex hoc loco accipit: hinc porro dicit textus: quod etiam Liber Legis, qui in templo, circumdatus decem Sanctitatibus, hîc non sit exceptus, unà cum cæteris Sanctis, & omnia abinde dependeant: i. e. ab influentia & Formâ hâc octavâ. Et tandem concludit: *Et quicunque aspicit istam formam, coram illo subiguntur & vincuntur peccata ejus.* Quod intelligi potest, vel de eo, qui Sapientiæ hujus studiosus est, qualis fuit R. Schimeon ben Jochai, & similes, qui has formas viderunt de facie ad faciem; vel de aliis justis post mortem suam, qui Formam hanc octavam aspicere merentur, vel de iis, qui eandem vident in somnio; de his dicitur: quod peccata illorum aboleantur, & judicia & cortices coram ipsis subjiciantur, & DEUS Sanctissimus, qui benedictus sit! vel minima ipsis peccata remittat.

§. 202. Forma nona barbæ Capitis Nonentis vocatur; Profunda maris, oriturque à Sapientia, quæ in Sene hoc: mare enim vocatur Sapientia: & notum est, quod Fundamentum Patris, in quo sunt triginta duæ semitæ, uniatur cum fundamento Matris, quod vocatur חי vivens: Unde si numeri 32 & 18 addantur, exoritur 50, quæ sunt quinquaginta portæ Intelligentiæ, unde ipsa vocatur ים mare, cujus numerus est 50. In specie autem in mari hoc inveniuntur aquæ profundæ, quæ sunt 32 semitæ Sapientiæ; & fundus maris, prout vocatur Intelligentia. Hôc locô autem per fundum maris intelliguntur profunda ejus, quæ proveniunt à Sapientia Senioris hujus. Et omne mysterium cerebri ad Sapientiam pertinet, quæ est cogitatio, ut nempe sciatur proportio influentiæ, ne major sit, quàm mundi sustinere queant: quin etiam ut modô & ordine debitô descendat; quippe quæ omnia à Sapientia ejus disponuntur, quæ est in cerebro occulto Nonentis. Hæc ergò conformat Formam hanc nonam, quæ vocatur Profunda maris. De hac in Libro Zeniutha dicitur: *Inter Illos qui pendent alius præ alio non præeminet.* Quod intelligendum de pilis illis, qui in areolis aromatum cum vicinis, qui sub labio inferiore, qui commiscentur cum pilis dependentibus ex utraque parte menti, è quibus omnibus fiat unum compositum, in quo nullus ullibi præemineat pilus. Per mare etiam intelligi potest Regnum Adami primi, quæ est profunditas maris, quod prius est diebus antiquis: nam regnum hoc Adami primi omnes has formas disponit & in se continet omnes tredecim formas istas, Et vocatur profunditas maris, quia est profunditas istius Nonentis, quæ est Sapientia occulta. De hac in Idra magna habentur sequentia.

Forma nona miscentur pili, cum illis, qui dependent, nec ullus præeminet alteri. Id est: Omnes pili simul uniuntur, ita tamen, ut singuli suam habeant originem per se, & nullus procedat è loco alterius: unde exurgit magnus pilorum cumulus è pilis subtilissimis constitutus, ita ut omnes Formæ hîc uniantur. Ibidem porrò dicitur: *Surrexit R. Abba & dixit: Hi pili qui immiscentur cum dependentibus, vocantur Profunditas maris: quia prodeunt de superfluitatibus Cerebri:* nimirum R. Abba respondet: Quare Conformatio ista vocetur profunditas maris: quia scilicet pili & lumina ista oriantur à superfluitatibus cerebri, i. e. à luminibus superfluis, quæ necessaria non sunt ad vitam cerebri occul-

occulti, quod vocatur Occultum in occulto. Et hæc eſt Profunditas maris antiqui. Id eſt: Forma hæc in ſe recipit omnia merita Iſraëlitarum, & influxu ſuô in illos demittit liberos, vitam & alimenta, mediantibus influentiis, ſuperâ & inferâ, cum omnibus reliquis neceſſitatibus eorum: illô nimirum tempore, cum perfectè convertuntur, & ſpeciatim in die expiationis: tunc facultas datur duabus his barbæ apicibus, in quibus conſiſtit myſterium particulæ coccyni in forma linguæ templo affixi, quæ dealbabatur per Seniorem hunc, & omnia vitiata reſtituebantur, omnesq; accuſatores conjiciebantur in ima profunda foraminis abyſſi magnæ. Hinc R. Abba porrò dicit: *Et ex illo loco ejiciuntur omnes exactores debitorum humanorum, & ſubiguntur.* Id eſt: Conjiciuntur cum Chirographis & peccatis in foramen abyſſi magnæ, & ſubjugantur, ut Caput non amplius erigere, vel è foramine abyſſi magnæ exire queant.

§. 203. Conformatio decima vocatur: Dabis veritatem Jacobo, quæ in Macroproſopo ſive in veſte iſtius formæ externa vocatur; Tollens iniquitatem. De hac in libro Zeniutha ſic dicitur: Minores ſuperintegunt guttur dignitatis maximæ. Iſti ſunt pili minores in gutture Macroproſopo: qui verò ad Non ens pertinent, in partibus interioribus iſtorum deliteſcunt, eosque illuminant. Et iſtę duæ formę ſimul junctæ proveniunt à duabus triadibus inferioribus Coronæ Non entis, quæ occultatæ ſunt: quæ ſunt lumina interna pro gutture hoc exteriore, & creſcere faciunt pilos iſtam colli partem contegentes. In Idra magna autem de hac forma ſic habetur: *Deſcendunt pili ſub barba, & contegunt guttur ſub barba. Surge R. Jehuda. Surrexit R. Jehuda, exorſusque dixit: è Jeſ. 2. v. 19: Et introibunt in ſpeluncas petrarum & in cavitates terræ, à facie formidinis Domini exercituum, & à gloria altitudinis ejus, cùm ille ſurget ad violenter excutiendam terram, à facie formidinis Domini. Hic notum eſt, quod ille, qui eſt exterior, formido Domini vocetur.* Hic intelligitur Microproſopus, qui eſt extra tegumentum barbæ ſanctæ. Vocatur autem formido Domini, quia eſt judicium, & judicium exercebit in gentes illô tempore, cùm manifeſtabitur Meſſias. Nomen igitur Tetragrammaton pertinet ad Microproſopum ipſum: ſed quia fit à Victoria, Gloria & Fundamento Senioris, quæ vocantur Tetragrammaton Zebaoth; quia etiam à Victoria, Gloria & Fundamento Patris & Matris, hinc iſtô locô vocatur Dominus exercitium. In ſupernis autem nonniſi miſericordia eſt in Non ente & in Macroproſopo, ubi non habet locum nomen Formidinis Domini. *Et à gloria altitudinis ejus. Iſti ſunt pili ſub barba, qui vocantur gloria altitudinis ejus, quæ ſunt duo.* Nimirum iſti pili ſunt quaſi mas & fœmina, quæ contegunt imum mentum & jugulum, hinc dicitur, duo eſſe hôc locô genera pilorum, nimirum menti imi, & juguli ſive gutturis. Per guttur autem intelligitur Informatio, quæ in ſe recipit illos pilos imi menti, tanquam fœmina. Et iſti pili cauſantur copulam duarum Coronarum, quæ deſcendunt, in Microproſopum: hinc vocantur Gloria ſive decus altitudinis ejus: quia omne dominium ejus & copula ejus cum uxore provenit à pilis iſtius formæ. Nam qui barbam habet, decoram habet faciem; & per illos copulatur Microproſopus cum uxore ſua.

Cum ſurget ad excutiendam terram. Hîc intelligitur Baſilia, cum nempe ex illa extirpabit

n 2 tyran-

tyrannos, ut quasi arreptus oris terræ ab ea excutiantur impii: quæ sunt judicia & cortices adhærentes ei. Hæc autem forma dicitur: *Dabis veritatem Jacobo*. Id est, dabis semen & influxum veritatis Microprosopo, qui vocatur Jacobus: nam per illud hic evadit Vir & accipit facultatem sese copulandi.

§. 204. Forma undecima Barbæ Non entis, vocatur חסד לאברהם *Benignitatem Abrahamo*; & ab extra in vestimento ejus, sive in Macroprosopo nomen ejus dicitur ופשע *& pravaricationem*. Et de hac dicitur in Libro Zeniutha: מתשרין בשיעורא שלים *rediguntur in proportionem perfectissimam*: quæ in hoc consistit, ne unus pilus longior sit altero descendens infra foveam præcordiorum. Et hic est nexus & unio perfectissima: de qua dicitur in Idra magna: *Et undecima est: quod ne unus quidem pilus excedat alterum*: & quod nullus pilorum è scaturigine alterius propullulet, sed singuli propriam habeant vegetationem è locis suis propriis. Estque benignitas magna, quæ excrescit pro Abrahamo, qui est Pater involutus intra Microprosopum. In Macroprosopo autem hæc forma vocatur *auferens pravaricationem*: quæ facilè intelligi potest ex illis quæ supra dicta sunt ad formam tertiam.

§. 205. Forma duodecima Barbæ non Entis, vocatur: אשר נשבעת לאבותינו *Quam jurasti Patribus nostris*. Et quæ ab extra eandem ambit in Barba Macroprosopi vocatur וחטאה *& peccatum*. Et de hac dicitur in Libro Zeniutha: *Labia vacua sunt ex omni parte, Beatus ille, qui particeps fit illorum osculorum*. Sensus est hic: quod pili labii superioris & pili labii inferioris non adeo longi sint atque magni ut labium vel superius vel inferius contegant; sed quod Spiritus vitalis ex ore prodire queat in Microprosopum. Si enim labia pilis tegerentur, nulla influentia deflueret. Et ille qui moritur per osculum, sicut Moses Magister noster super quo pax! particeps fit osculi oris hujus, & luminis abhinc egressi; & in specie si id contingat tempore Sacrificii vespertini Sabbathici. Et Microprosopus accipit septem halitus ab ore hoc, qui in se continent omnes septem Conformationes Senis dierum.

In Idra igitur magna de hac forma sic disseritur: *Forma duodecima est, quod pili non pendeant supra os, sed os vacuum fit ex omni parte; & pulchro ordine pili os circumdent*. Necessariò autem sic constitutum est, ne pili os contegant; *ne scilicet creetur molestia ob casum Necessitatis*. Id est: ne molestia oriatur in amovendis ab ore judiciis pilorum. Et id omnino nobis necessarium est ut remittat, & condonet atque dicat: *Peperci*.

Deinde R. Jehuda, quæstionem sibi format, dicendo: *In quo molestia?* Et respondet: *Si pili os tegerent, judicium esset post judicium*. Non omnes pili sunt judicium: & quia judicium extat super labio superno, tunc sanè contecto etiam ore, judicium sequeretur post judicium: *& ibi molestia crearetur* in amovendis impedimentis condonationis nostræ.

Porrò sic objicit: *An igitur* in Sene Sanctissimo *pili Barbæ molestia sunt vel judicium? Atqui omnia ibidem apparent ut misericordia. Nimirum ne molesti sint efflatus spiritus ad Microprosopum. Nam didicimus: ex hoc ore sancto supero*, cui opponitur os Microprosopi, quod vocatur inferum; quod vocatur *Sanctum Sanctorum*: ubi Sanctum unum

est

est Caput quod ignoratur: sancta duo, sunt Non Ens & Macroprosopus, intra sese invicem: *efflatur spiritus: quis spiritus?* in quem usum efflatur spiritus iste? & halitus iste? Nimirum hic est *spiritus qui effunditur in Microprosopum, ut eodem vestiatur. Et hoc spiritu vestiuntur omnes illi inferiores. Et quando hic procedit, tunc distribuitur in triginta septem millia tractuum, qui singuli soli extenduntur in loca sua.* Id est. Hoc spiritu vestitur Spiritus Sanctus, spiritus vitalis pro Microprosopo, & pro Prophetis Domini: sicut dicitur 1. Par. 12. v. 18. *Et Spiritus induit Amasai* &c. ab ore hoc. Et quia in illo est nomen Tetragrammaton יֹּ cujus plenitudo eundem habet numerum, quem vox הבל sive halitus oris hujus, nempe 37. Et quia in Tetragrammato יב est unicum Aleph: hinc numerus iste dicitur esse triginta septem millium ab omni parte Personæ, tam intra quàm extra. *Et propterea pili non inveniuntur supra os sanctum, quia spiritus ejus procedit, nec convenit, ut res alia*, id est pilus, *cum eo misceatur, vel eidem appropinquet. Et hoc est mysterium omnium maximum, quod non adhæreat ei quicquam vel suprà vel infrà*, id est, quòd nemo hominum assequi valeat voluntatem, & cogitationem, & mysteria atque abscondita ejus: nec ulla Persona ipsi adeò adhærere queat, ut comprehendat mysteria ejus. *Et ipse est absconditus in occulto occultorum, ut sciri nequeat. Istud est quod non est formatum, & in quo nulla est dispositio. Et propterea Spiritus ille, qui procedit extrorsum*, id est, ad Victoriam & Gloriam Microprosopi, qui sunt gradus extra corpus constituti, & sunt duo Prophetæ Veritatis: *& quo induuntur Prophetæ veri, vocatur Os Domini.* Et hoc manifestatur omnibus, quia est extra Microprosopum. Sed os hoc *in Seniore Seniorũ non exponit aliquid*, nisi mediantibus Patre & Matre Microprosopo: *nec est, qui sciat spiritum ejus*, id est, mysteria & apocrypha ejus, *præter ipsum solum.* Sed mediante Patre & Matre Spiritus ejus descendit in Microprosopum, sicut diximus. *Et propterea pili ejus æquales sunt per circuitum oris, ita ut hoc vacuum sit ex omni parte. Et in hoc fiduciam suam collocàrunt Patres nostri, ut vestirentur illô spiritu, qui extenditur in multa latera in loco, ubi omnes pili ejus circumcirca æqualiter cessant.* Desiderium autem Patrum Sanctorum, qui sunt illi, qui Thronum Dei constituunt, nempe Abraham, Jizchak, Jaacob & David; hoc fuit, ut morerentur morte osculi, cum adhæsione Spiritûs in Spiritu: nam talis spiritus halitus istius oris fuit ille, quô mortuus fuit Moses. Et DEUS Sanctissimus, qui benedictus sit! ipsis spem fecit de ore hoc, quòd nempe efflaturus sit ab eo Spiritum Vitæ vitarum per Microprosopum. *Sicut scriptum est: Quam jurasti Patribus nostris.* Et hoc est mysterium expirandi & colligendi, quod de Patribus dicitur, ipsisque juramento promissum fuit.

Et hæc est Forma sancta superna dodecadum, è qua catenatim dependent duodecim termini suprà, & duodecim termini infrà, in omnibus mundis; & duodecim metatheses Tetragrammati phylacteriorum Microprosopi descendentium à Capite Senis singulis diebus. Quò pertinet illud, quod Sapientes nostri dixerunt: DEUM Sanctissimum benedictum applicare sibi phylacteria. In Mundo Creationis autem sunt duodecim portæ Hierosolymæ superioris, & duodecim palatia, (quæ sunt antitypus duodecim taurorum, supra quibus collocatum erat mare, mare nempe antiquum & ultimum;) singula signata nomine tribûs cujusdam. Et sic sunt duodecim ritus precandi juxta duodecim

cim tribus: & duodecim species suffimenti. Et hûc respicitur, cũ dicitur de duodecim te-
minis supernis in Barba Senioris: & de duodecim terminis inferioribus in Parad
Throni Gloriæ. Forma autem decima tertia comprehendit omnes: hinc non nisi p
duodecim habentur, juxta duodecim metatheses Tetragrammati, ubi scaturigo etiam
mnnes comprehendit. Et istarum respectu porrò dicit, quod sint duodecim termini
limites pro duodecim tribubus Patrum: qui omnes sunt in membris Gloriæ cohabi
tis; præter Josephum qui est de fundamento Microprosopi, & pertinet ad mundum
sculinum. Et horum respectu duodecim limites & termini fuerunt in terra Jisra
trans Jordanem. Et hoc est illud quod scriptum est? *quam jurasti Patribus nostr*
dem nempe traditum iri illos duodecim limites.

§. 206. Forma ultima & decima tertia Barbæ Capitis non Entis nomina
קדם *Dies pristini*. Et ab extra hanc ipsam superinvestit forma ultima Barbæ Micro
sopi, quæ vocatur ונקה *& purificando*. De hac sic differitur in Idra magna. Forma
cima tertia est pilorum sub barba descendentium ex utraque parte in dignitate ele
& in dignitate pulchra: & tegunt pectus usque ad præcordia; &c. Hæc supra jam
sita sunt cum actum est de forma octava: nimirum tota spica Barbæ quæ interiora
ctat jugulum versus & collum vocatur Influentia decima tertia. Et hæc forma ulti
mnes accipit influxus & omnia lumina, eademque deorsum deducit, quia est infim
duæ istæ influentiæ contegunt Patrem & Matrem, & hi per illas copulantur. Porr
tem dicit: *& nihil videtur de facie areolarum aromaticarum, præter illa poma pulc*
ba. Quasi diceret: omnes pilos areolarum sive genarum, pertinere ad conteg
faciem: modo quod emineant duæ genæ, dextra & sinistra, hinc istas appellat duo
ma pulchra, id est, alba & rubra, sive utriusque coloris; nam qui tantum albus est,
vocatur pulcher. Ne autem quis nimiam sibi imaginetur rubedinem, hinc eadem
alba, quia ibi non nisi benignitas est: Porrò dicitur: *Didicimus: ista forma voca*
pristini, dies primi primorum: illi verò qui in Microprosopo vocantur dies seculi. I
Macroprosopo dies vocantur priores, & superni: qui autem in Microprosopo, in
res sunt & ab Intelligentia, quæ vocatur עולם seculum, sicut dicitur 1. Par. 16, 36.
i.e. à Regno, *usq; in seculum*, i.e. usq; ad Matrem, quoniam unum est seculum sup
& alterum est seculum inferum: & huc pertinet locus Mal. 3. v. 4. & dulcescet D
munus Jehudah & Jeruschalaim secundum dies seculi, & secundum annos anti
quorum illi ab his dulcescunt.

Et subjungit: *Et forma decima tertia*, id est, Influentia inferior, *compr*
illas: i.e. continet formas omnes, & ipsius nomine vocantur dies una. Nam hæc
se suscipit, & in ipsam omnes fiunt unum. Et hæc est dies illa cujus lumen effulgebit
pore futuro, juxta illud Zach. 14. v. 6. *Dies una, quæ nota Domino, nec erit dies, nec no*
est, non erit usus Microprosopi qui est metrum diei; multò minus mundus forma
qui est mysterium sex dierum, & mundus factivus, qui est mysterium sex noctiu
dies istos pertinentium.

Ibidem quoque dicitur: *Et didicimus: Illi dies priores omnes formantur in c*
m

matione barbæ, ut Senior Seniorum, occultus occultorum comprehendatur eis. Hoc eſt myſterium Capitis ignorati, quod comprehendit Caput non ens, & Macroproſopum ſub myſterio occulto, & abſcondit myſteria & conformationes eorum & omnia occulta ſupera & infera in eo occultantur. Sed in Influentia hac omnia continentur. Hinc ſubjungit: Et in hac comprehenduntur, in hac nimirum influentia à quâ promanant omnia. *Et illo tempore:* id eſt: tempore Meſſiæ. *Illa vocatur nomine noto*, per illas tredecim formas Michæ & Moſis. *Ubi dies eſt, ibi & nox. Non enim eſt Dies*, id eſt, Microproſopus, *ſine nocte*, id eſt, ſine Uxore ſua, ſed quia illi tempori Senior præerit; hic ſolus invenietur. Et quamvis hæc forma contineat omnia, in illa tamẽ nihil innoteſcit niſi ipſe.

De ea manat oleum in oleum in tredecim partes, &c. verſus omnia inferiora, ut luceant. Quæ ſunt Pater & Mater, & Microproſopus & Uxor ejus: quia hi non lucent niſi per illuminationem Macroproſopi & tredecim formarum ejus. Quod fit per bona opera inferiorum, quæ conſtituunt aquas fœmininas, ut formæ iſtæ deorſum ſplendeant. Per hunc influxum qui deorſum promanat è cerebro ordinantur tredecim formæ ſupernæ Barbæ &c.

De hac ſcriptum eſt: Ego *Dominus* &c. Quia ſcilicet facta eſt è Regno Adami primi, quod vocatur אֲנִי Ego: Et habet literas אַיִן, ſub myſterio Capitis Non entis.

Et ſcriptum eſt: *Ipſe fecit nos* &c. Nam ſemen deſcendit à Cerebro ſub myſterio duodecim limitum in duodecim tribus: & abhinc deſcendunt omnes animæ à duodecim metatheſibus Tetragrammati.

Et ſcriptum eſt Pſ. 139. v. 14. Confitebor tibi, quod נפלאתי *mirè factus ſum.* Sub myſterio ſcaturiginis aquæ viventis è פֶּלֶא ſeu miſerabili ſuperno: quæ ſunt literæ אָלֶף Capitis אַיִן non entis; unde deſcendunt triginta duæ ſemitæ ſapientiæ.

§. 207. Quia autem Caput non ens & Macroproſopus ita ſunt unita, ut decem gradus illius lateant intra decem gradus iſtius; & intra utramque deliteſcat Baſilia quæ ignoratur: adeoque etiam tredecim formæ Macroproſopi plane concurrunt cum tredecim formis Non entis: unde non opus eſt eas ſeorſim deſcribere.

§. 208. His ita expoſitis de Macroproſopo, R. Schimeon porrò dixit ad ſocios ſuos: *Nunc diſponite vos, & applicate ſcientiam* veſtram ad tradita & nomina, & meditationes, quas à me audiviſtis, *ad deſcribendum formas Microproſopi; quomodo conformetur, & quomodo veſtiatur Conformationibus ſuis à formis Senis dierum, Sancti Sanctorum, abſconditi abſconditorum, occultati ab omnibus.* Hic vocat eum Sanctum Sanctorum reſpectu Sapientiæ Adami primi, occultatæ in Regno ejus. Sicut enim cùm homo vocem aliquam ſcribere vult, ſcripturam primò concipere tenetur mente ſua & cerebro: ita hæc Sapientia in actum deducit Regnum hoc Adami primi, ut operari queat. Sed abſconditum abſconditorum eum vocat, reſpectu Adami primi occulti, cujus fundamentum abſconditum eſt in Sapientia Adami primi ſimpliciter ita dicti. Cùm autem nominat occultatũ ab omnib. mentem applicat ad filũ Infiniti deſcendens è fundamento veſtimenti.

Jam enim obligati eſtis judicare judicium verum, pulchrum & decorum, & diſponere omnes Conformationes quàm accuratiſſimè. Senſus eſt hic: quòd Caput Microproſopi con-

constitutum sit è judiciis אמת veritatis: quoniam nomen אהיה est in Matre; quod nomen, cujus numerus est 21, in se ductum efficit numerum vocis אמת id est, 441: in antithesin judiciorum partis adversæ, quæ vocatur perversio judicii. Judicium autem hoc vocat pulchrum & decorum, quia in eo est misericordia & judicium, id est, album & rubrum, in quibus consistit pulchritudo hominis: quod ita non est in Macroprosopo, in quo prævalet albedo.

Conformationes autem Microprosopi formantur à formis Macroprosopi. & membra ejus huc illuc extenduntur. Id est: in omnes partes ejus, sic alibi dicitur in hac Idra: *Cum constituisset ornatum inducere ornatui suo:* Ubi per ornatum intelligitur vestis, qua contegitur id quod occultandum est. Nam Microprosopus est vestimentum secundum: Quo etiam tendit, cum inquit: *donec Caput album Senior Seniorum indueretur veste suâ;* id est, Microprosopo. Sic alibi dicit idem textus: וייצר יי׳ אלהים את האדם & formavit Dominus Deus hominem; duobus Jodin, perfecit formam in forma: quod denotatur phrasi: & formavit. Nam Microprosopus est vestis Senioris, qui eidem immittit lumina sua ut operetur operationes suas. Respectu Senioris Sanctissimi igitur, qui est Nomen Tetragrammaton, Microprosopus vocatur אלהים: quia ille est misericordia absoluta; in Microprosopo autem lumina ejus habent naturam severitatum respectu Senioris. Quamvis in Microprosopo eadem lumina sint misericordia, respectu luminum Regni & trium mundorum inferiorum.

Mox paulò infra pergit Idra: *Cùm in mentem veniret Capiti albo ornatum inducere ornatui suo:* id est vestem vesti: quia manifestatio parit contemtum. *Formavit & paravit & produxit è Lumine intensissimo radiante è nigredine, scintillam quandam: in quam sufflavit, & constituta est. Iterumq; in mentem ipsi venit, & hæc extendebatur in trecenta & septuaginta latera; & scintilla substitit, & expectavit, donec procederet aër subtilissimus, qui circumvolutus est, & extensus; unde prodiit cranium quoddam durum in quatuor latera. Et in illum aërem subtilissimum hausta est scintilla illa, inq; eo comprehensa & inclusa fuit. Itane? occultata est, inquam. Et propterea cranium hoc extensum fuit in latera sua. Et aër iste est occultum occultorum Senis dierum, in spiritu qui absconditus est* &c. Sensus est hic: quod omnes Conformationes Microprosopi factæ sint à Capite hoc albo; i.e. à Macroprosopo. Hic igitur cùm vellet disponere formas capitis ejus, ut faceret tegumentum & vestem supra vestem suam priorem; constituebat & producebat scintillam unicam è sphæra severitatum, quæ vocatur בוצינא דקרדינותא Lux intensissima è nigredine eradians. Hæc est scintilla Ignis, è qua deinde generata est nigredo in fundo aheni. Id est descendebant מנצפך seu literæ duplices; quæ est scintilla severitatum, è cujus quinque literis generatum est nomen אלהים. Et hæc est scintilla illa è qua generata fuit nigredo capillorum Cranii Microprosopici: & triginta duo nomina אלהים, quæ in Cranio: & trecenta & viginti judicia; & omnia reliqua nomina Elohim abinde prodierunt. Et hæc est illa, quæ literam א Capitis אין discidit in duas partes, ut exinde resultarent bina יי, ad constituendum numerum Nominum Elohim: quæ in Seniore quidem mitigata sunt, sed cū descendunt, in Microprosopo operationes suas operantur. Sed cum illis descendebat nomen אל ad dextram & ad sinistram fronti Macroprosopi, cujus ple-

plenitudines efficiunt 370. lumina; cujus numeri mentio fit in textu proposito. Sic quoque cum illis descendit plenitudo Tetragrammati סג ex Intelligentia, quæ Ipsa est Macroprosopus. Quicquid autem è summis descendit, in se habuit mysterium decadis 3 sive literæ Jod. Numerus igitur 37. (i. e. plenitudo Tetragrammati סג) decies sumtus efficit 370 Lumina, ad supprimenda judicia cum Jisraelitæ faciunt voluntatem Domini. Et à nomine סג, id est, Intelligentiâ judicia exsuscitantur. Singula igitur Nomina hæc sua producebant judicia, & extendebant Cranium in quatuor latera. Et hoc ipsum est quod textus dicit: Scintilla illa, quæ descenderat sub mysterio infantiæ extendebatur in 370. latera. Et scintilla stabat & expectabat donec cum ipsa exiret aër subtilissimus, qui descendit ex aëre illo intra cerebrum contento, unde fit ros & cerebrum Microprosopi; ut scilicet ille intra cranium includi posset. Verùm enimverò illa in eo non est comprehensa: Nam aër ille subtilis substitit ad latus dextrum; & *ignis* iste constitit ad latus sinistrum: plenitudo enim Nominis אלהים Jodata, cum numero integri efficit numerum אש id est Ignis. Et sic etiam Nomen מצפץ id est Tetragrammaton Alphabethi inversi, cum numero integri habet numerum אש, id est 301. Non miscebantur ergo album & rubrum, quæ sunt misericordia & judicium, quæ vocantur Aër subtilis, qui ad dextram; & ignis subtilis, qui ad sinistram. Unde in textu dicitur: Itane putas inclusam? Non enim hîc, ut in Macroprosopo se res habet, ubi sinistri nihil: sed hîc revera separantur in dextrum & sinistrum, tam capilli quam ros. Unde textus: *In hoc cranio ignis extenditur in latus unum; & aër subtilis consistit super eo, in latere altero; ita ut ignis ille subtilis in alio latere sit. Quid Ignis hoc loco sibi vult? Nimirum non est Ignis: sed splendor ille luminosus comprehensus in aëre subtili fulget in ducentos & septuaginta mundos: & judicium ab illo derivatur. Et propterea cranium hoc vocatur durum.* Per ducentos hos & septuaginta mundos intelligitur mysterium literarum duplicium מנצפך, quarum numerus est 280. A quo si subtrahas dextrum & sinistrum, id est literas istas bis sumtas qui efficiunt decem; resultat numerus 270. juxta vocem רע malum. Cujus radix relinquitur supra, nempe bonum, quod sunt benignitates ejus: quod est mysterium Microprosopi, qui vocatur arbor Cognitionis boni & mali, quod malũ sunt severitates ejus: & quia ab eo suctionem habent cortices externi, nimirum à nominibus infantiæ ejus. Hinc מנצפך seu literas finales appellat lumen hoc intensum, quod comprehenditur in aëre subtili descendente à membrana aëris: quam lucere dicit in ducentos & septuaginta mundos prodeuntes è cranio Microprosopi, & extensos in mundum Creationis, ubi magis prodeunt isti 270 mundi: qui mitigantur à decem Tetragrammatis, quæ efficiunt 260, & cum decade omnium 270. Et hic est sensus verborum propositorum; sed Lux intensa, quæ comprehendebatur in aëre subtili, hoc est mysterium decem horum Tetragrammatorum, quæ descendebant comprehensa in scintilla prodeunte è Lumine illo intenso literarum מנצפך, quæ descendebant cum discrimine dextri & sinistri: fulgebat in ducentos & septuaginta mundos. (Quamvis hîc etiam intelligi queant viginti septem literæ unà cum finalibus, scilicet per decadem multiplicatæ.)

Et pergit textus: *Et judicium ex parte ejus invenitur*, sicut notum est, quod hæc sit scintilla illa, è qua oritur nigredo omnium turmarum filiorum Dei.

Et propterea hoc cranium vocatur durum, & ex hoc cranio influxum accipiunt multa millia millium & myriades myriadum. Et ex ista vi judiciorum deinde procedunt Lumina superflua, & penetrant cranium, & supra illud consistunt. Et hoc cranium rotundum est: sed quando illuminatio accedit è formis Macroprosopi, hoc ipsum statim fit Macroprosopicum, ita ut longam faciem accipiat, quò splendere queat deorsum ad dealbanda judicia sua & Uxoris suæ, quorum numerus est תמר 640 id est, 320 ipsius propria, & 320 Uxoris ejus. Quem numerũ etiam habet vox שמש Sol, cum scilicet dulcescunt per fundamentum, quod vocatur שמש. Non habet autem longam faciem Microprosopus, nisi cum Cranium Senis radios demittit in cranium ejus, quod est mysterium prolongatæ faciei Senioris, quæ extenditur in trecentas & septuaginta myriades mundorum: nam ista extensio vocatur longitudo faciei, & fit è nomine אר ad dextram & sinistram frontis constituto, quorum numerus assurgit in 370 Lumina, quæ extenduntur in Microprosopum, & prolongant faciem ejus: Quamvis ipse nonnisi 220 Lumina retineat ex illis 370, juxta numerum vocis ארך: & Regno transmittat 150 lumina ad instruendam faciem illius. Et hoc est, quod in Idra dicitur: Cùm facies Macroprosopi respicit faciem Microprosopi, prolongatur facies istius, & vocatur ארך אפים longam faciem habens, sive longanimus.

§. 209. Pars secunda Capitis Microprosopi est Ros candidus & rubicundus, reconditus intra Cranium ipsius, & hic non similis est rori Senis Sanctissimi, qui vocatur Ros crystallinus, quoniam consit è benignitatibus & severitatibus quotidiè destillantibus, unde ex natura benignitatis candidus est & ex natura severitatis rubicundus. Singulis igitur diebus de cranio Capitis albi Senioris ros destillat intra Cranium Microprosopi, ut istud rore impleat, omnesque mundos vivificet: hinc in Idra magna dicitur: In Cranio Macroprosopi quotidiè resident tredecies mille myriades mundorum, &c. Id est: tredecim flumina Balsami purissimi, qui in mundo Creationis emanant è tribus illis Tetragrammatis, quæ in Capite albo, quæ cum originali efficiunt tredecim literas: & ex illis extenduntur tredecim formæ barbæ ejus. Et hæc Lumina sunt superflua, quæ in Cerebro subsistere non possunt, sed extenduntur in pilos barbæ ejus.

Et sic de Cranio Microprosopi dicitur in Idra magna: *In Cranio hoc resident novem mille myriades mundorum, qui accipiunt ab eo, & fulciuntur super eo*: Id est: influxum accipiunt, & sustentationem habent ab influentia ejus, quò vivere possint. Et quia in ipso novem tantum sunt formæ: hinc dicitur, quòd è Cranio ejus prodeant novies mille myriades mundorum, id est, lumina superflua, quibus ipse non opus habet ad vitam propriam. Hoc omne autem fit in Systemate Creativo, quod dilatentur in mysterium mundorum. Et quia in Microprosopo dividuntur in dextrum & sinistrum, hinc duplex quoque ipsorum erit operatio futuro tempore Messiano, ubi in Resurrectione mortuorum quidam resurgent ad vitam æternam, & quidam ad opprobrium æternum.

Et pergit textus de Macroprosopo: *Et ex illo cranio Capitis albi destillat ros in hunc,*

quì

qui extra est, id est in Microprosopum, qui extra formas barbæ consistit. *Et ex illo rore, qui splendet è capite istius qui extra est, exsuscitabuntur mortui in mundo venturo: sicut scriptum est* Cant. 5. v. 5. *Caput meum repletur rore. Non scriptum est* מלאתי *plenum est*, quasi à se ipso repleretur, & non à luminibus supernis, id est, à Rore Senioris. *Sed* נמלא *repletur* ab illo capite albo. *Et alibi scriptum est Jesch.* 26. *v.*19. *Quoniam Ros luminum ros tuus.* Ubi sensus est, quod ros Microprosopi compositus sit è duobus luminibus, nimirum è rore Senioris, & Microprosopi. Et in eo sunt 613. lumina, juxta numerum vocis אורות lumina. Hinc etiam dicitur: Qui studium Legis tractat, hunc Ros Legis vivificat: &c. Hinc textus dicit: *per Lumina intelligitur* (simul) *lumen albedinis senioris. Et ab illo rore conservantur sancti superni. Et hoc est Manna quod molunt pro justis in mundo venturo. Et ros ille destillat in agrum pomorum sanctorum*: quæ est Rachel mundi creativi. *Hoc ipsum est, quod scribitur Exod.*16. *v.*14. *Et ascendit cubatio roris: & ecce super facie deserti tenue rotundum, sicut pruina super terram.* Ubi intelligitur Basilia, quæ vocatur Terra: & est Regnum mundi creativi. Et influentia hæc purificabat immunditiem deserti magni & terribilis. Et ex hinc intelligebant & comprehendere poterant mysteria & arcana Legis &c. *Et color hujus roris erat albus, ad instar lapidis crystalli, cujus aspectus omnes colores in se habet: & hoc est quod scribitur Num.* 11. *v.*7. *& species ejus, sicut species crystalli.*

Eodem modo de hoc dicitur in Idra parva fol. 142. col. 3. *In hoc cranium destillat ros de capite albo: & iste ros duos in se habet colores: Et ab illo cibatur ager pomorum sanctorum. Et ex isto rore cranii hujus molitur Manna pro Justis in mundo venturo. Et per illum mortui vivificabuntur. Nec amplius decidet Manna ab isto rore, præter illud tempus quo Jisraëlitæ peregrinabantur in deserto, eosq́ue cibabat Senex omnium, ex illo loco, qui deinde non amplius inveniebatur. Hinc scriptum est: Exod.* 16. *v.*4. *Ecce pluam vobis panem de cœlo.* id est, à Microprosopo qui vocatur cœlum: quamvis etiam respectus sit ad Pulchritudinem Capitis ignorati, quæ etiam vocatur שמים cœlum. *Et scriptum est: Gen.*27. *v.*27. *& dabit tibi Deus de rore cœli.* Triginta duo enim Nomina Elohim, quæ occurrunt in historia Creationis: (& repræsentantur per bina illa ל״ב literæ א in medio fissæ, Capitis אין) cum septem formis ejus efficiunt 39. lumina, quæ sunt טל ros ille, qui descendit, & de quo Idra loquitur, quòd ros descendat in Microprosopum, dicentem ad uxorem suam: Cant. 5. v.2. Aperi mihi soror mea, &c. quia caput meum repletum est rore, & cincinni mei guttis noctis. Id est, pro te statutis: quia Basilia vocatur Nox. Nam & hæc cibatur rore hoc, donec ex illo fiant pro ipsa quatuor Tetragrammata עב· סג· מה· בן, quæ habent 39. literas; & hic est ros Basiliæ. De rore autem priore descendat Manna è cœlo pro Jisraëlitis, & quidem illo saltem tempore, nec postea amplius. Sed tempore resurrectionis mortuorum manifestabitur ros ille ut priùs. Et pergit eadem Idra parva ibidem:

De alio tempore traditum est: quod alimenta hominis difficultatem pariant coram Deo sanctissimo qui benedictus sit. Id est, Microprosopo. Vel potius, quia non dicit, difficultatem pariunt DEO; sed potius, coram DEO sanctissimo; id est illi, qui coram DEO

 san-

ſanctiſſimo adſtat & miniſtrat, qui eſt Metatron Princeps mundi, qui diſtribuit alim-
ta ad mandatum Dei ſanctiſſimi benedicti, omnibus qui in mundum veniunt. Et ipſe
Caput & Pater conſiſtorii inter Synedriales illos 71. qui conſident in palatio Meriti. H
dicit: *Et propterea liberi, vita & alimenta non a merito dependent, ſed ab Influentia. O-
nia dependent ab hac influentia, ſicut poſuimus.* Et huc pertinet dictum illud; Qui da
nem omni carni; quoniam in ſeculum benignitas ejus: Ubi vox חסדו i. e. benign
jus eundem numerũ habet, qui eſt in voce מזלא Influentia; i. e. 78. qui numerus
extat in voce לחם panis. Eſtque benignitas magna roris ſuperni, qui deſcendit
fluentias imminentes capiti Microproſopi; unde Manna deſcendebat pro J
Quale adhuc quotidie deſcendit pro Juſtis; quod eſt מן illud, id eſt duæ literæ
quinque duplicibus מנצפך, ut ſupra dictum eſt. Molæ autem iſtæ ſunt in Palatio
ris, ubi molitur manna pro Juſtis per Benignitatem & Severitatem proximè ſuper
Nam Palatium Amoris eſt in Pulchritudine, quæ eſt pars molæ interna, quæ temp
dicium cum benignitate, ut convertatur in miſericordiam, quo exerceatur vindi
gentes & exhibeatur gratia Jiſraëlitis. Quinam autem ſunt illi, qui manna molun
mirũ illi, qui dolores ſuſtinẽt pro Deo & gloria ejus, quod hęc expulſa ſit de loco

§. 210. Ex hoc rore, qui in Microproſopo, cui competit nomen Capitis Al
per aliquid deſtillat in Cranium Microproſopi, quod habet tres cavitates, quæ ab
plentur. Unde de hoc Cranio Microproſopi in Idra magna porro habentur ſeque
*hoc cranium deſtillat ros è capite albo, quod eo ſemper plenum eſt: & ab illo rore vivi-
tur mortui. Et iſte ros in ſe habet duos Colores: ex parte capitis albi, Albedo in eo eſt,
ne album in ſe continet: Sed quando reſidet in iſto capite Microproſopi, apparet in eo
Sicut ſe habet cryſtallus, quæ alba quidem eſt, ſed ita tamen, ut color ruber eodem mo
appareat, ut color albus.* Sed in Microproſopo color ruber realis eſt: unde dici
ruber in ipſo videtur ut color albus, & operabitur operationẽ ſuam in revivificatio
tuorum. Unde ibidem textus pergit: *Et propterea ſcriptum eſt Dan. 12 v. 2. M
dormiunt in terra pulveris, expergiſcentur; hi ad vitam ſeculi, & illi ad opprobriu
temtum ſeculi. Nimirum* juſti *ad vitam æternam, quia digni ſunt illa albedine, qu
nit à parte Senis dierum Macroproſopi: &* impii *ad opprobrium æternum, quia
illô rubore Microproſopi, & omnia includuntur in hoc rore. Et hoc ipſum eſt, quod
Jeſ. 26. v. 19. Quia ros luminum ros tuus. Ubi duo ſunt,* ros nimirum albus & cand
que fulgens præ nimio candore: & ros rubeus. Vel etiam duo ſunt, unus ex pa
croproſopi; & alter ex parte Microproſopi.

Et ros ille, qui deſtillat, deſtillat quotidie in agrum pomorum; id eſt, in regnu
albô & rubrô. Hoc Cranium fulget duobus coloribus verſus hoc latus & verſus ill
prout etiam dicetur de capillis. Et ſic benignitates & ſeveritates deſcendunt è
albo in Microproſopum per Victoriam, Gloriam & Fundamentum Patris &
Quæ ſunt duæ Coronæ, quas Microproſopus adipiſcitur à Patre & Matre.

Hîc repetendum eſt, quod Intelligentia fiſſa è ſeptuaginta illis myriadib
rarum acceperit unam & viginti myriades, juxta numerum vocis אהיה Macro

pi, qui est Intelligentia, in quo sunt ter septem, quę per decem multiplicata efficiunt ter septuaginta pro tribus Capitibus. Hinc ex illis septuaginta myriadibus adhuc restabant 49. myriades literarum, ex quibus construenda erat Persona Microprosopi, qui constat è septenario Numerationum: septies autem septem sunt 49. Et hæ sunt 49. portæ Intelligentiæ; quarum quinquagesima est ipsa Intelligentia. Et sunt de Luminibus Tebunæ, quæ vestiunt Microprosopum usque ad umbilicum ejus, ita ut post finem personæ Matris Binah, quæ est supra Microprosopum, sequantur portæ Tebunæ, quæ sunt quinque Numerationes fundamentales constantes è decade: unde 50: & vocantur Portæ Intelligentiæ, quia sunt finis ipsius Intelligentiæ, & sunt in cavitate secunda Cerebri Microprosopi, ut infrà dicetur. Et hæ sunt 49. portæ Intelligentiæ, quæ manifestatæ fuerunt Moysi; quoniam Microprosopus prodit ab Intelligentia. Et sic in Persona Tebunæ seu Intelligentiæ specialis sunt tria nomina אהיה; nimirum Jodatum & Alephatum, & Heatum, in quibus sunt quinque Jodin, unde prodit numerus 50. Jam verò sicut in Microprosopo bina sunt, judicia nempe & miserationes, prout & in Idra magna dicitur; quod à capillis, qui dividuntur in partem dexteram & sinistram communicationem habeant puri & impuri, ita 49 bis sumta efficiunt 98 juta vocem צח candidus & rubeus. Et ita se habet ros iste, qui candidus & rubeus est in Microprosopo. Cùm autem ex 21 myriadibus fierent tria Capita, cum istis jungebantur 18 mille myriades, unde fiunt 39 myriades, juxta vocem טל. Sic in Corona Microprosopi insculptum est nomen כוזו, cujus numerus est 39. Et sicut ros ille dicitur ros luminum, i. e. partim Microprosopi, partim Senioris: ita dividitur in tres guttas. Nam ros Senioris provenit à tribus Capitibus, quę singula portionem suam contribuunt ad rorem istum. Et sic etiam in Microprosopo sunt tres cavitates Cerebri & Cranii, nempe Sapientia, Intelligentia, & Cognitio. Nam tres illæ partes, quæ prodeunt è Victoria, Gloria & Fundamento Matris, intra Cranium Microprosopi in illo efficiunt tria hæc cava Cranii. In quorum uno, quod est Sapientia sunt triginta duæ semitæ Sapientiæ, quæ sunt triginta duo Nomina אלהים historiæ Creationis: & exhinc prodeunt 320 judicia. Et in cavitate secunda sunt quinquaginta portę Intelligentiæ; quinquaginta dies Legis; quinquaginta millia generationum, &c. Quæ pertinent ad Intelligentiam. Et cavitas tertia est mysterium Cognitionis, quæ distribuitur in totum corpus Microprosopi, ut benignitates & severitates, cui tribuuntur conclavia & exedræ luminis. Ubi notetur, quod literæ vocis חדר conclave, denotent tria hæc חסד דין רחמים i. e. Benignitatem, Severitatem, & Misericordiam. Et tres illæ guttæ sunt in tribus his cavitatibus cranii, & continentur in tribus illis Tetragrammatis: Dominus regnavit; Dominus regnat; Dominus regnabit in seculum & sempiternum. Quæ tria Tetragrammata efficiunt bis 39 juxta vocem טל i. e. ros. Nomen igitur כוזו, cujus numerus est טל sive ros, quod semper pertinet ad Cognitionem, semper destillat in Cognitionem hanc rorem crystallinum è capite albo.

§. 211. Ratio autem, quare in Microprosopo sint tres cavitates; hinc petitur: quod in Sohar Microprosopus habere dicatur duo Cerebra, & duas Coronas acceptas à Patre & Matre. Cerebra ergò sunt duo, nempe gutta Cerebri Patris est benignitas, & gutta Cerebri Matris est Severitas, quæ cum duabus Coronis efficiunt quatuor. Cum autem conti-

nentur in Victoria Gloria & Fundamento Matris, i. e. in Persona Tebunæ, quæ ista introducit in Microprosopum, fiunt tria, Sapientia, Intelligentia, & Cognitio.

Nam Cognitio continet duas Coronas, quæ sunt decem Tetragrammata: quinque Tetragrammata Benignitatum: & quinque Tetragrammata severitatum: præter quæ adhuc continet duo Cerebra, Sapientiam scilicet & Intelligentiam. Et de his in Idra parva fol. 142. col. 3. hæc traduntur: *In cavitate Cranii fulgent tria Lumina: & quamvis dicat tria, quatuor tamen sunt: i.e. duo Cerebra, & duæ Coronæ, sicut diximus, quod iste accipiat hæreditatem Patris sui & Matris suæ.* Nam Pater & Mater continent illa lumina; & deinde è Victoria, Gloria & Fundamento eorum intrant in Caput Microprosopi; & dividuntur in tres partes, quæ sunt Sapientia; Intelligentia & Cognitio. Hinc porrò sequitur. *Triaque sunt, & duo, quæ in illis occultantur: quæ omnia vinciuntur circa Caput ejus.* Nam Cerebra dividuntur in tres partes; quæ sunt Sapientia, Intelligentia & Cognitio. Et deinde in capite primogeniti hujus discernitur portio duplex: id est, in cognitione ejus benignitates statuuntur separatim, & separatim quoque severitates. Nam cùm descendunt in corpus Microprosopi, nonnisi bipartiuntur, in benignitates nempe & severitates.

Et sunt phylacteria capitis, quatenus scilicet ascendendo quasi per lucem reflexam caput ambiunt.

Tandem autem uniuntur in diademate ejus, & splendent, & intrant in tres cavitates Cranii: Ubi sunt Sapientia, Intelligentia, Cognitio: *& singula procedunt in latus suum:* unum in latus dexterum; alterum in latus sinistrum; & tertium in locum medium, sicut locantur Victoria, Gloria & Fundamentum eorum. *Et extenduntur per totum corpus, adeoque uniuntur in duo Cerebra, & Cerebrum tertium eadem comprehendit.* Ubi intelligitur Cognitio, quæ in se comprehendit illa lumina, non tantùm Sapientiæ & Intelligentiæ, sed & in specie lumina è fundamento Matris.

Et sic partem habet in hoc latere, nempe benignitatum; *& in illo latere* sinistro nempe, & severitatum. *Et extenditur* per totum corpus: *& ex eo fiunt duo colores simul juncti: & lucet facies ejus* in albo & rubro: *& testatur de Patre & Matre,* quod sit filius illorum, postquam nempe accepit hæreditatem ab illis duplicem. Sicut enim de Josepho & Isaaco dicitur, quòd è facie illorum cognosci potuerit, illum fuisse Jacobi, & hunc Abrahami filium: ita Cognitio hæc testimonia habet duorum istorum colorum, albi nimirum & rubri, quę sunt benignitates, & severitates: ita ut è דעת Cognitio fiat עדות testimonium: sicut dicitur אל דעות יי DEUS Cognitionum est Tetragrammaton. Ubi in voce דעת vera est metathesis vocis עדות. Unde textus ait; *Et testantur de Patre & Matre colores faciei ejus: & hæc vocatur* דעת בעדות *Cognitio è testimonio,* quod est fundamentum. *Et huc pertinet locus 1. Sam. 2. v. 3: Quia Deus cognitionum est Tetragrammaton.* Ubi Microprosopo tribuuntur Cognitiones in plurali: quia in eo est fundamentum Patris & Matris; & in eo sunt benignitates & severitates. Itemq; in Patre duæ sunt species cognitionis; una nempe in Patre ipso; & altera in Jisraële sene: & sic alia in Matre, alia in Intelligentia speciali; item alia in puero Jisraele: & alia in Jacobo, quæ sunt cognitiones multæ.

Et quia in Cognitione Microprosopi *sunt duo colores,* benignitas & judicium; *hinc ipsi tribuuntur operationes,* ut locare queat vel ad sinistram vel ad dextram, adeoq; exercere

vel benignitatem, vel justitiam. *Sed Seni Sanctissimo non tribuuntur* actiones plures: quia in Sene nonnisi benignitas est & misericordia, nec ullum judicium. *Quam ob causam ista tribuuntur huic? quia hæres fit duarum portionum. Et scriptum est Ps.18.v.26. Cum benigno benignus eris, cum viro perfecto perfectus eris: cum mundo eris mundus; & cum perverso perversus videberis. Adeoque rectè huc applicuerunt socii id quod scriptum est Gen.29.v.12. Et nunciavit Jacob Racheli, quod frater Patris ejus esset, & quod filius Ribcah esset: ubi non scribitur, quod filius Jizchak esset. Et cuncta hæc indicium sunt Sapientiæ. Et propterea vocatur perfectus & omnibus*, sicut sciptum est Gen. 33,18. Et Jacob veniebat incolumis: quia in ipso duæ sunt portiones, judicium & misericordia, quæ non sunt in Seniore illo, quippe cui sola benignitas competit.

Et hinc apparet veritas. Si enim in homine est bonum & malum: id est, si habet intellectum & scientiam, ut discernere queat bonum à malo, & ille bonum eligit, necesse est, quod veram fidem custodiat in corde suo, sicut scriptum est Eccl.8,5. Custodiens præceptum non cognoscit rem malam; quia nihil mali ascendit in cogitationem ejus. Quod ita se non habet in Seniore illo, qui totus bonus, & cujus natura est bonitas: unde tantummodo benefacere potest, adeoq; non exercet actus amoris & fidei. Hinc Microprosopus vocatur Deus fidelis. *Et propterea scriptum est:* ויגד *Et indicabat Jacob: quæ est phrasis occulti quippiam subinnuendi; & non scriptum est* ויאמר *Et dixit. Hi colores extenduntur per totum corpus* Microprosopi, ut in ipso sit dextrum & sinistrum, juxta formam literæ ש, in qua est dexterum & sinistrum unà cum linea media. *Et corpus compositum est ex illis*, i.e: benignitates & severitates sunt ipsa essentia corporis Microprosopi: & hæc est vita, & natura, & unio ejus; quoniam membra ejus revera fiunt è benignitatibus & severitatibus.

Sed Seniori Sanctissimo absconditò præ omnibus occultis, non tribuuntur nec conveniunt, scilicet isti colores, quia ipse tantùm benignitas est: nam ille totus univocus reperitur, & vita pro omnibus, & ab eo nullatenus dependet judicium. Sed huic, i.e. Microprosopo, *meritò ista tribuuntur*, nimirum actiones diversæ, sicut dicitur Jer.32.v.19: Magnus consiliô & multus actione: quia oculi tui aperti sunt super omnes vias filiorum hominum, &c. Nimirùm ad affligendum illos, vel ad benefaciendum illis secundum viam suam.

§. 212. In Idra magna autem fol. 59. col. 4. de his ita differitur: *In cavitatibus cranii tria inveniuntur cava, in quibus locatur cerebrum; & membrana tenuis insternitur illi*, quæ à rore hoc ita disponitur, ut non possit esse clausa, sicut membrana aëris in Sene dierum, quæ tenax admodum est, & cerebrum includit, ut non possit deorsum eniti nisi guttis parvulis. Membrana ergò hæc dura est, prout in Sene annoso, ita ut rorem hunc, quam optimè queat cohibere. Sed ros Microprosopi residet in membrana tenui, qualis est in puero parvo, & facilè destillare & influxum præbere potest inferioribus: unde nec clausa est, nec dura ut in Macroprosopo. Hinc in Idra dicitur: *Membrana tenuis eidem insternitur, & non membrana dura undiq; clausa, qualis est Senis dierum, Et propterea hoc Cerebrum extenditur, & lucet in triginta duas semitas.* Id est: quia menynx hæc non est clausa in Microprosopo: hinc abinde prodeunt triginta duo nomina אלהים quæ sunt judicia, & extenduntur in 320 judicia ejus, & 325 judicia Uxoris ejus, sicut alibi dicitur in hac Idra: Judicia masculi sunt 320, & Uxoris ejus 325. Unde patet, quod quinque judiciis

diciis fœmina masculum superet. Et hæc proveniunt è radice quinque severitatum quibus illa construitur; quæ sunt quinque literæ duplices מנצפך. Adde quòd i quoque sit He ultimum Tetragrammati, quæ est nota quinarii. Dicuntur autem se tæ: quia à Patre veniunt triginta duæ hæ semitæ Sapientiæ: nam fundamentum Pa vocatur semita.

Hoc ipsum innuitur dictô illô Gen. 2. v. 7. Et fluvius exiit ex Eden, i. e. è Patre: & flu ille est semita fundamenti Patris. Per fluvium autem intelligitur fundamentum M quod exit à Sapientia, i. e. Patre per fundamentum ejus: quoniam isti sunt duo soc in æternum non separantur, sed in perpetua sunt copula. Idem ergo est, acsi dic fluvius egreditur, qui unitus est cum Eden, quia masculus fœminam complectitu ne fortissima. Cùm autem dicitur: ad rigandum hortum, intelligitur Micropro Adeoque hîc intelligitur immanatio triginta duorum nominum אלהים per flu qui est Intelligentia.

Et didicimus. In tribus cavitatibus Cranii cerebrum continetur. Ex unoca rebri prorumpit scaturigo quadam in quatuor latera: & ex illo cerebro, quod in isto ca tinetur, egrediuntur triginta dua semita pro Spiritibus Sapientia. Et hoc est Cere Sapientiæ Microprosopi, quod in dextro Cranii ejus latere continetur.

E Cavitate secunda prorumpit & diffunditur scaturigo quadam alia, & aper quinquaginta porta, &c. Hæc omnia proveniunt ab Intelligentia Microprosop nio hoc contenta. Et istæ sunt animæ novæ, quæ producendæ sunt tempore liber mundus animarum, quæ venient ab Intelligentia. Et quas pro beneplacito suo p stituet quàm animas veteres. De ipso autem numero suprà plurima jam dicta

E cavitate tertia exeunt millies mille conclavia & exedra, in quibus continetur C tio vel scientia, inque iis habitat. Hîc intelligitur cognitio Microprosopi, quæ a distribuit per totam terram ad instar Josephi, quoniam fundamentum Matris c pertingit, & ex eo construitur cognitio; hinc ista influentiam distribuit per omn bra, nimirum benignitates & severitates. Hinc de conclavibus dicit juxta literas vocis חדר, de quibus supra. Dicit autem: Conclavia esse millia millium, quæ millia: & respiciuntur tria nomina אלהים, quod nomen in plenitudine sua re endo scriptum efficit mille, hoc modo: אלף למד הה יוד מם· אלף למד הה יוד מם· הה יוד מם. אלף למד הה יוד מם suntque tria nomina אלהים respectu t duum Sapientiæ, Intelligentiæ & Cognitionis Microprosopi, qui omnes contin Cognitione unde exurgunt mille & millia.

Et hoc cavum mediô situ interjacet inter duas cavitates reliquas. Id est: C tio inter Sapientiam & Intelligentiam sita est mediô locô, adeoque tàm à dextris, à sinistris repletur influxu pro conclavibus illis, juxta illud Proverb. 24. v. 4. & membra Microprosopi extenduntur ab illis Benignitatibus & Severitatibus, quæ nis descendunt, ut suprà jam dictum est.

§. 213. De Membrana autem Microprosopi Idra magna sic loquitur f. 61. c. 4. *In C cranii est membrana aëris (instar pellucida) Sapientia superna occulta, qua non de*

non invenitur nec aperitur. Et hac membrana insternitur cerebro sapientia hujus occultata : Et propterea contegitur Sapientia hac occultata, quia non aperitur illa membrana. Et illud cerebrum, quod est Sapientia hac occulta, quiescit & tranquilla residet in loco suo a judiciis sicut vinum bonum super facibus suis. Ubi per fæces, ut jam dictum alibi, intelliguntur judicia, quæ hîc tranquilla sunt & quieta. Et hoc est, quod dicunt: *Senis scientia clausa est, & cerebrum ejus clausum & tranquillum*, ne scilicet prodeant judicia, & multiplicentur per decades : prout egrediuntur & extenduntur, si inclusa non sint. Id est: literæ eorum impediuntur, ne multiplicentur in plenitudinibus suis : quia tunc robur acquirunt, ut influxum ab illis habeant Dii alieni.

Et illa membrana aperturam habet in Microprosopo : & propterea cerebrum ejus extenditur, & exit in triginta duas semitas. Quod innuitur his verbis Gen. 2. v. 5. Et fluvius egreditur ex Eden, Quam ob causam, quia membrana aperta est, & non toti cerebro insternitur : nihilominus membrana aperta est infrà in Microprosopo, ut produci queat plenitudo judiciorum eorumque multiplicatio per decades : sicut è triginta duabus semitis Sapientiæ, quæ sunt in Patre decem dicta, i. e. decem ejus numerationes, & viginti duæ literæ Legis, in Microprosopo revera fiunt triginta duo nomina אלהים, & è his 32. Elohim fiunt 320. judicia ipsius, & 325. judicia uxoris ejus. Sicut de illa scribit R. Schimeon ben Jochai, quod ante susceptum masculum vocetur נער puella, cujus numerus 320. quæ sunt judicia perfectissima ; posthac autem vocetur נערה i. e. 325. ut pateat, judicia illius jam esse mitigata per quinque Alephin nominis אדני, quoniam hoc nomen quinquies sumtum efficit 325, sicut vox דין judicium è literis אדני quinquies sumta efficit 320.

Hîc obiter notandum, in Microprosopo numerationes ejus septem quidem constare è decade, unde 70, sed in Macroprosopo unus dies est mille anni, nam vox שנה i. e. annus, eundem habet numerum, quem vox ספירה i. e. Numeratio. Hinc infra omnia lumina descendentia à Macroprosopo in Microprosopum & Uxorem ejus describuntur per millena millia : quoniam omne lumen & omnis Numeratio ejus constat è mille annis sive Numerationibus, qui habentur pro monade : ascenditur enim à monadibus per decades & hecatontades usque ad chiliades.

§. 214. Capilli Microprosopi proveniunt è cerebris infantiæ ejus. In fundamento Patris enim sunt duo nomina Elohim, quæ sunt quatuor : & sic in fundamento Matris duo sunt nomina Elohim, quæ sunt quatuor : & horum respectu prodeunt octo ea peniculamenti, & sunt quatuor cerebra respectu Patris à Victoria, Gloria, Fundamento & Regno ejus, & totidem à Matre. Et singuli pili in mundo Creativo mundus per se fiunt, quia habet personam decadis ; hinc si vocem שער pilus invertis, efficitur עשר decem.

In capillis Microprosopi autem tres reperiuntur species. Nempe dantur קוצים cincinni, qui procedunt è cerebro Cognitionis in cranio latentis. Et huc pertinet mysticum illud Cant. 5. v. 11. Cincinni ejus crispaturæ. Hi enim cincinni consistunt è quinque nominibus Elohim de genere Benignitatum, & è quinque Nominibus Elohim, de

genere ſeveritatum infantiæ, quorum numerus eſt 860, juxta vocem תלתל crispatura: quibus ſi addantur 50. literæ eorum, ex omnibus fiunt תלתלים criſpaturæ. Et decem hæc nomina ſunt in Cognitione Microproſopi, & vocantur cincinni ejus.

Deinde dantur נימין ſeu pili longi, qui pertinent ad cerebrum Intelligentiæ, & שערות ſeu crines pertinent ad cerebrum Sapientiæ. Hæc omnia autem lumina ſunt superflua, quibus ipſe opus non habet pro vita vaſorum ſuorum, unde foràs prodeunt sub myſterio Lucis reflexæ, unde fiunt capilli: qui omnes ſunt literæ & nomina Elohim, quæ ibi conſiſtunt ad inſtar capillorum. Microproſopus igitur in infantia accipit tria nomina Elohim à Patre, & tria à Matre, quæ ſunt tria Cerebra à ſingulis. Quibus accedunt quatuor in adoleſcentia ejus, unde fiunt decem, juxta numerum תלתל.

Eôdem modô dicitur: quòd Microproſopus habeat 248. membra: quod hoc habet ſenſum, quod nempe in nomine Elohim, ſi gradatim ſcribatur hoc modo א׳ אל׳ אלה׳ אלהי׳ אלהים efficit 200; & ſi quindecim iſtius formæ literas addis, fiunt 215; & additô nomine integrô אלהים 216; & additis 32 Elohim Patris, ſumma omnium eſt 248 membra ejus. Ubi ſenſus eſt, quod Microproſopus in utero Matris ſuæ influxum habeat à nomine Elohim, ſub hâc forma, unde fiunt membra ejus. Deinde autem pro infantia ſua alia accipit 248 membra, quæ ſunt tria ſeptuaginta binaria è Tetragrammato hôc modô computata, ut primo ponatur Tetragrammaton סג 63 cum decem literis ſuis; unde fiunt 72 cum uno reſiduo. Deinde Tetragrammaton מה 45 cum numero Tetragrammato ſimplici 26, ex quibus cum dicto reſiduo iterum reſultant 72, & tandem Tetragrammaton quartatum hôc modô י׳ יה׳ יהו׳ יהוה cujus numerus etiam 72: unde ſumma 216; quibus adde triginta duas ſemitas Sapientiæ, seu triginta ejus nomina Elohim: & efficientur 248 membra infantiæ ejus. Ubi ſenſus eſt, illum hoc tempore influxum habere à tribus his nominibus, & 32 Elohim. Tandem quoque 248 membra tertii generis habet, nempe Adoleſcentiæ ſuæ, quæ ſunt quatuor Tetragrammata עב׳ סג׳ מה׳ בן quæ efficiunt numerum 232. quibus ſi addantur ſedecim radicales, quatuor horum Nominum reſultat ſumma 248.

In Capite ſuo autem Microproſopus multa habet judicia, è quibus per Sapientiam, Intelligentiam & cognitionem trans cranium emergunt Cincinni, Coma & pili ejus. Ubi pili ſunt ſcaturigines lucis pro ipſo: Coma ſunt pili longi, qui pertingunt uſque ad caput uxoris ejus. Nam ſuper caput iſtius radii prodeunt è cerebro mariti; & quia caput uxoris ejus inclinat ad latus ejus ſiniſtrum, hinc coma prodiens ab Intelligentia ejus eò pertingit. Quæ omnia ſpectant ad tempus infantiæ ejus, quatenus ſcilicet à Patre & Matre accipit Nomina אלהים.

De his ita loquitur R. Schimeon Ben Jochai in Idra parva: *In cranio Capitis pendent omnes illi ſatrapæ*, principesque magni & fideles, qui teſtantur de radice ſuâ ſuperna quam in ſupernis habent; quoniam tam puri quam impuri ab illis participant, (vel potiùs; omnes illæ myriades:) *& chiliades* i. e. per chiliades & myriades diſtributi *cincinnis capillorum, qui ſunt nigri*, præ nimiâ potentia miniſtrorum judiciariorum, qui vocantur בני אלהים filii Dei, quo pertinet illud Job. 1. v. 6. Et venerunt filii Dei

ad sistendum se contra Dominum; id est, quasi pugnaturi contra Advocatos metri misericordiæ; venitque etiam Satan inter eos. Ubi intelliguntur externi illi, qui communicationem habent à capillis capitis ejus, tempore infantiæ. Et pili illi nigri ad instar Corvi *intexuntur sibi invicem, & uniuntur invicem: quia uniti sunt cum lumine superno quæ circumdat caput ejus à Patre, & à cerebro quod resplendet à Patre*: ita ut inde fiat quasi textura quædam, cùm ad illos accedit illuminatio Macroprosopi, & quilibet pilus Macroprosopi illuminat pilos Microprosopi sibi subjectos: Quoniam in quolibet cincinno sunt 390. pili longiores, juxta numerum vocis שָׁמַיִם cœlum, eò quòd Microprosopus vocetur cœlum. Et pili illi expectant donec in ipsos influat scaturigo cerebri occultati ut & ipsi influere queant in istos pilos Microprosopi: nam abhinc nutritur cerebrum Microprosopi, & emanat & procedit in triginta duas semitas. *Deinde etiam prodeunt pili super pilos è lumine, quo circumdatur caput ejus à Matre, & à reliquis cerebris*: & omnes invicem uniuntur *& intexuntur illis crinibus qui hîc adhærescunt à Patre*: qui sunt mysterium Nominum אֱלֹהִים infantiæ. *Et quia illi miscentur invicem, & alii aliis implicantur, hinc omnia cerebra annectuntur cerebro superno*: quoniam nutriuntur è cerebro occulto Macroprosopi. *Et omnes sunt rivi qui emanant è tribus cavitatibus cerebri: & immiscentur sibi invicem tam puri quam impuri.* Nam 49. genera puritatis & 49. genera impuritatis hic occurrunt, quæ ejiciuntur à Microprosopo dum quod edule est à putaminibus separat: hinc ista ab eo participant, & eidem sese applicant. *In omnibus sunt accentus & mysteria occulta & manifesta.* Nam Benignitates, quæ ad latus dextrum, respectu severitatum, quæ ad latus sinistrum vocantur occultæ & magis abstrusæ quam severitates. Hinc in Idra magna dicitur: magis occulta est, quia est Benignitas: hæc enim subtilis est; severitates autem sunt crassiores; unde & magis manifestæ. Capilli igitur Macroprosopi albi sunt ut lana munda; quamvis ad albedinem ipsi lana accedere nequeat, quia & illi sunt judicia. Sed in Microprosopo nigri sunt ut corvus; id est, sicut cortex; ut tamen distinctio sit inter impurum & purum: quia nigri quidem sunt, sed non planè cortex. Unde etiam dicuntur nigri sicut corvus, qui est impurus & cortex; sed non planè corvus. Deinde autem temperantur aliquatenus & albescunt: quando scilicet in illos descendunt lumina capillorum Macroprosopi; ubi ex ambobus quasi vestis & textura quædam conficitur grisea: quod est mysterium Pallii nostri albicantis, quo ea intentione amicimur ut deducamus capillos Macroprosopi eosque permisceamus cum capillis Microprosopi, ut hi dealbentur similiter.

Et in textu illo שְׁחוֹרוֹת כָּעוֹרֵב Nigri ut corvus, Cant. 5. v. 11. literæ initiales referunt numerum שָׁךְ 320. judiciorum.

§. 215. Capilli Microprosopi tempore adolescentiæ cerebrorũ ejus fiunt è quinq; Tetragrammatis quinque severitatum, id est punctatis punctis Nominis אֱלֹהִים. Et quinque hæc Tetragrammata Mater præbet Microprosopo; eaque descendunt in ipso, usque ad fundamentum ejus, ubi quia locum non reperiunt egrediendi, iterum ascendunt, & capillos uxoris totamque staturam ejus efformant; regressaque in Microprosopum

pum phylacteria formant; ex illis autem quæ in Microprosopo remanent, fiunt pili isti Et quia sunt quinque Tetragrammata severitatum, in quibus est dextrum & sinistrum; hinc dividuntur, ne judicia cumulentur in locum unum. Hinc de his ita dicit R. Schimeon B. n Jochai in Idra magna. *In discriminatione capillorum procedit semita quædam, quæ fulget in ducentos & septuaginta mundos.* Hi sunt quinque illa Tetragrammata, ad dextram, quorum numerus est 130, & cum quinario omnium: 135. & totidem ad sinistram; unde exurgit numerus 270. mundorum. Hæc autem semita justorum per Nomina ista splendet in mundum creativum, ubi exinde fiunt mundi pro illis animabus, quæ dependebant è capillis Adami Protoplastæ.

§ 216 De Capillis his Microprosopi in Idra magna fol. 65. hæc reperiuntur. *E cranio capitis dependent millies mille myriades & myrias myriadum Cincinni capilli nigri: & implicantur sibi invicem, invicemque miscentur:* ut exinde quasi textura pallii fiat. *Et pilorum in singulis cincinnis non est numerus, quia eidem adhærent puri & impuri sub mysterio 49 generum puritatis & 49 generum impuritatis, quæ in ipso secernenda sunt: prout & in hodiernum usque diem impuri nexum ibi habent. Et hîc applicantur accentus Legis tàm in puro quàm in impuro. In omnibus illis lateribus quæ sunt pura, & in omnibus illis lateribus, quæ sunt impura, resident cincinni intricati & densi: quidam illorum molles sunt, quidam duri. Et in quolibet cincinno pili efficiunt cumulos super cumulis, qui flammas emittunt & pendent ut heros fortis, & ut victoriosi milites.* Nam severitates hîc sunt ad instar herois bellici; & non quiescunt atque sedatæ resident, sicut in Macroprosopo, sed in Microprosopo omnis ipsarum vigor excitatur.

Ipsæ autem proveniunt è mysterio septem cedrorum Libani, quia veniunt è numero ארז 1207, sive Cedri, & sunt literæ, quæ veniunt à Microprosopo mundi Inanitatis; & abierunt in caput Macroprosopi, & abhinc intra caput Microprosopi. Sunt autem Cedri Libani, id est albedo benignitatis Macroprosopi, quia easdem evulsit Deus Sanctissimus è mundo Inanitatis, easque transplantavit in locum alium, id est in mundum restitutum; in quo judicia plantata sunt in Microprosopum.

Cùm ergò dicitur: In singulis cincinnis pilos residere cumulatim, respicitur locus Cantici 5. v.11. Cincinni ejus cumuli sunt crispaturarum, quasi in singulis Cincinnis tot essent pili, quantus est numerus vocis תלתלים. *Hi flammas emittunt* propter naturam judicii, juxta illud Malach. 4. v. 1. Et inflammabit eos dies futurus.

Et pendent ut heros fortis, & milites victoriosi in ordine pulchro. Pulchri enim nomen non habet color albus, si solus sit in homine: sed si quis candidus sit & rubeus, juxta illud: Amicus meus candidus est & rubeus. Cant. 5. v.10. Cùm enim Microprosopus assecutus est temperaturam sub mysterio adolescentiæ ejus, tunc dicitur pulcher, i. e. albus & rubeus. *In ordine valido*, sicut dicitur Psalm. 147, 5. Magnus Dominus noster, & multus fortitudine. *Electi sicut cedri magnæ & validæ, id quod innuitur dicto Cant. 5. v.15. Electus ut Cedri*, ubi vox בחור electus, sive juvenis robustus eundem habet numerum, quem refert vox גבורה severitas sive robur; item

item vox יראה timor, quia metrum judicii vocatur timor; item vox רוגז ira. Quando autem temperatus eſt à Luce ארז cedri Macroproſopi, numerum habet vocis חסד ter ſumtæ, i. e. benignitatis in tria latera juvenis iſtius diviſæ.

Diſponuntur cincinni in cumulo ſuo ex hoc latere in illud latus ſuper cranio. Et didicimus: Reſident cumulatim, & ſunt crines quàm plurimi: *propterea quia prodeunt è ſcaturiginibus multis trium Canalium Cerebri*, qui ſunt Sapientia, Intelligentia, & Cognitio: unde prodeunt cincinni crines & pili, ut dictum eſt ſupra.

E ſcaturigine Cavitatis unius Cranii, i. e. è Sapientia Cerebri Microproſopi, unde proveniunt שערות Crines, *exporriguntur* שערי *crines tractu* longô deorſum protenſi & demiſſi, *& fiunt cumuli ex cumulis ſeu criſpatura è criſpaturis è multis fontibus promanantibus ex illa cavitate. E cavitate ſecunda*, quæ eſt Intelligentia Microproſopi, unde prodeunt נימין ſeu pili ſimpliciores, qui longiores ſunt, & ulteriùs demittuntur *prodeunt quinquaginta fontes* ſub myſterio quinquaginta portarum Intelligentiæ, quæ ſunt portæ libertatis, *& emanant pili ex illis fontibus prolixiores* deorſum, *& fiunt cumuli ſuper cumulis, & miſcentur cincinnis aliis*, ſcilicet Sapientiæ & Cognitionis. *E cavitate tertia*, i.e. è cerebro Cognitionis, quæ diſtribuit Influentiam Matris in omnia membra Microproſopi & Uxoris ejus, juxta tria ipſius latera, quæ denotantur literis vocis חדר conclave, ut ſupra dictum eſt. Inque ipſa conclavia ſunt magna & parva: magna enim dicuntur Exedræ, quæ ſunt porticus feneſtris pleni, per quas lux magna illabitur, & influentia quàm plurima, præter quas etiam conclavia dantur minora, tàm multas feneſtras non habentia: quæ omnia replentur à Cognitione, juxta illud Proverb. 24. v. 4. Et per ſcientiam ſive Cognitionem conclavia implentur. Quoniam hæc alimentum & influxum diſtribuit per omnes numerationes Microproſopi; hinc pergit Idra. *E cavitate tertia proveniunt millies mille conclavia & exedra, &* virtute tàm copioſi iſtius luminis *exporriguntur pili tractu ſuô ex omnibus illis, & fiunt aggeres ſuper aggeribus, immiſcenturque cincinnis aliis: & propterea cincinni illi dependent in criſpaturis plurimis, & omnes ſunt progenies prodeuntes è tribus cavitatibus cerebri & cranii.* In ſupernis autem in Macroproſopo tria hæc Cerebra unita ſunt quàm maximè, nec dividuntur in partes. Hîc verò in Microproſopo diviſio fit in tria cava: חלל autem i. e. cavum eundem numerum refert, quem חיים vita; item חכם Sapiens.

Et omnes illi Cincinni dependent & contegunt latus aureum: & propterea ſcriptum eſt Dan. 9, v. 18. Inclina Deus mi, ad me aurem tuam, & audi. Ubi ſenſus eſt: amovendos eſſe crines ab auribus, ut audiri queant preces: & tegendam eſſe cervicem, ne ab illa ſuctionem habeant cortices. *Et in illis criſpaturis locum habet dextrum & ſiniſtrum:* quoniam è decem illis nominibus Elohim infantiæ quinq; ſunt dextra, & quinq; ſiniſtra. *Lucidũ & tenebroſum:* ubi per lucidũ intelliguntur ſex dies profeſti mundi Formationis, ſupra quos eſt Sabbathũ & Sanctũ Mundi Creativi. Et per tenebroſum intelliguntur ſex noctes

noctes dierum horum profestorum, qui pertinent ad mundum Factivum, ad quem refertur nox & tenebræ. Quamvis tenebræ hæ etiam proveniant è rigore capillorum istorum. *Misericordia & judicium:* nam à dextra venit misericordia, & à sinistra venit judicium : quoniam tempore adolescentiæ etiam hi accipiunt temperaturam à Macroprosopo. *Et omne dextrum & sinistrum abhinc dependet*, & non à Seniore, *quia in hoc nulla est laterum divisio :* hic verò propterea divisio instituitur, ne judicia nimiùm cumulentur : quare Macroprosopus eadem separat in dextrum & sinistrum. In genere enim notandum est, quod judicia nunquam supprimantur, nisi ipsis affulgeat aliquid de radice eorum, easque illuminet. Et quia capilli Macroprosopi sunt radix capillorum Microprosopi, hinc dum illi istos irradiant & illuminant, judicia tolluntur. Et quia in Macroprosopo certa quædam semita est, in qua locum habent quadringenti mundi desiderabiles, in medio nempe capitis ejus, quæ cùm lucem suam deorsum vibrat, capillos Microprosopi dividit in latus dexterum & sinistrum : hinc etiam in hoc aperitur semita quædam in se continens sexcentos & tredecim calles alios. Hinc ita pergit Idra : *In discriminatione capillorum apparet semita quadam tenuis*, quæ non tàm magna est, ut illa Senioris : *& hac nexum quendam habet cum semita illa Senis dierum. Et ab ista semita procedunt sexcenta & tredecim semita alia, qua distribuuntur in semitas praeceptorum Legis: sicut scriptum est : Omnes semita Domini benignitas sunt & veritas custodientibus fœdus ejus & testimonium ejus.* Quodlibet enim præceptum palatium habet proprium & semitam singularem ad illud palatium. Cumque homo probus est, angulus ille palatio huic vel illi præfectus eundem expectat atq; salutat ex hoc mundo excedentem, eiq; viam monstrat, quâ pervenire queat ad vitam locumq; palatii hujus.

Didicimus : In singulis Cincinnis millies mille Domini vociferationis & ejulatûs hærent, qui dependent è singulis illis Cincinnis. Ex illis quidam duri, quidam lenes sunt in bilance constituti, & propterea dextrum hic datur & sinistrum. Hîc notandum, quòd in tribus mundis inferioribus, Creativo nempe, Formativo & Factivo sint executores judiciarii, qui provenerunt è mundo inanitatis, qui vocantur Domini ejulatûs & planctûs: quia judicium omne nonnisi mœror est & dolor. Hi autem temperantur per Microprosopum, mediante nomine Elohim in plenitudine sua scripto per retrogradationem, ut dictum est supra, unde prodit numerus millenarii; vel etiam respicitur ad nomen אל שדי quod descendit à temporibus Macroprosopi, & Microprosopum illuminat : quod nomen שדי plenè scriptum retrogradando efficit summam 1969 junctô integrô ; cui si addatur numerus nominis אל resultat numerus 2000, qui illa judicia temperat. Hinc numerus millenarius bis adhibetur : & isti Domini ejulatûs vocantur filii Elohim. Hic quoque dicitur, quod abinde dependeant Domini bilancis, quibus est dextrum & sinistrum & medium, prout in libra lanx est dextra, & lanx sinistra, & lingula examinis in medio. Et hæc sunt illa nomina, quæ mitigant omnia, & per quæ tempore adolescentiæ omnia temperantur.

§. 217. Frons Regis Microprosopi fit ex severitatibus Patris & Matris sub mysterio infantiæ, & vox מצח frons per metathesin est חמץ fermentatum, quod est

myste-

myſterium judiciorum & corticum, qui excitantur virtute judicii frontis, Et numerus ejus 138. exæquat numerum nominis Elohim 86. cum Tetragrammato בן 52, ſub myſterio בני אלהים quæ ſunt judicia. Nam & nomen Tetragrammaton בן 52. judicium eſt. Omnis enim exuſcitatio judiciorum ab iſta fronte procedit.

In Idra magna igitur de fronte hac traduntur ſequentia. *Frons Cranii eſt inſpectio inſpectionis*, i.e. DEUS Sanctiſſimus, qui benedictus ſit! inſpicit & quàm accuratiſſimè obſervat juſtos, ut ne vel pilum latum negligat: ipſe enim obſervator eſt acerrimus, & non miſeretur, cùm opera impiorum reſpicit, ſed in omnia vel minima inquirit. *Et non detegitur, niſi cùm opus eſt peccatores viſitare, ut inſpiciantur opera eorum. Et didicimus: cùm frons iſta detegitur, excitantur omnes miniſtri judiciarii, & totus mundus judicio traditur: exceptâ illâ horâ*, quâ Iſraëlitæ verâ pœnitentiâ convertuntur, vel ut textus dicit: *cùm preces Iſraëlitarum aſcendunt ante Senem dierum, & petunt miſericordiam pro filiis ejus.* Non enim mitigatur judicium, niſi per radicem ſuam, i.e. per frontem Senis dierum, quæ vocatur benevolentia benevolentiarum. Atque hinc textus inquit: *Detegitur beneplacitum beneplacitorum, & radios emittit in iſtam* frontem Microproſopi, *& ſedatur judicium*: & tunc totus mundus in tranquillitate eſt, prout fit tempore ſacrificii pomeridiani Sabbathici, ubi frons Senioris illuminat frontem Microproſopi lumine maximo: & tunc omnia judicia & cortices refrænantur & conjiciuntur in foramen abyſſi magnæ. Et præſertim cum prodit lux quinque ſeveritatum temperatarum per quinque benignitates è quinque numerationibus Tebhunæ ſeu intelligentiæ ſpecialis, quæ quatenus è decadibus conſtant, efficiunt quinquaginta portas Intelligentiæ: & continentur in fundamento Tebhunæ, & ſunt duæ coronæ quæ in illa ſunt. Et hoc eſt myſterium quinque Jodin nominis אֱהִיֶה plenè ſcripti per Jodin & per Alephin & per Hehin: unde reſultant 50. Jodin autem ſunt de natura benignitatum, quæ temperant ſeveritates. Et hæ portæ proveniunt à Jod ſeu decade, unde dicuntur portæ, quia עשר decem per metatheſin eſt שער porta. Et quando hæ portæ veniunt in frontem iſtam, judicia miteſcunt, & è ſervitute progreſſus eſt in libertatem; unde portæ illæ dicuntur Portæ Libertatis.

Hinc textus Idræ pergit: *In hanc frontem procedit crinis aliquantulus, qui in eam extenditur è cerebro.* Secundo, nimirum Intelligentiæ; *qui producit quinquaginta portas: & cum exporrigitur, reſtringitur frons, ne obſervet peccatores mundi, qui tales ſunt ut non erubeſcant ſuper operibus ſuis, juxta* locum Jer. 3. v. 3. *Et didicimus: crinis hic non manet in iſto frontis loco, ut detegatur contra obduratos illos in operibus ſuis. Cum autem Deus Sanctiſſimus, qui benedictus ſit, expergiſcitur ut oblectetur cum juſtis in Paradiſo, facies Senioris dierum affulget faciei Microproſopi, & frons illius detegitur & illuminat frontem iſtam: atq; tunc vocatur Tempus benevolentiæ. Quotieſcunq; autem judicium exercendum eſt, & frons iſta Microproſopi denudatur, & judicium inſtituitur, ſtatim excitatur & detegitur frons illius Macroproſopi Senioris Seniorum, & rigor ſedatur, & non exercetur. Didicimus: hæc frons extenditur in ducenta millia rubedinum.* Senſus eſt: frontem Microproſopi eſſe rubrum & latitudinem ejus extendi è retrogradatione nominis Elohim,

him, cujus numerus est 200, hòc modò א״ אל״ אלה״ אלהי״ אלהים : Unde autem prodeat millenarius, alibi jam dictum est. *Et adhærent ei & continentur in ea:* i.e. hæc forma istius nominis antanaclastica reperitur in mundo inferiore, & in specie in mundo Factivo: & judicia eidem adhærent: eademque influxum accipit à radice sua, nimirum à nomine hoc, quod est in fronte Microprosopi, quæ & ipsa rubea est. Et hæc erit purpura illa rubicunda, quam induet DEUS Sanctissimus, qui benedictus sit! cùm vindictam exercebit. Et multi sunt ministri judiciarii, qui expectant, donec frons ista rubicunda excitetur, quos Macroprosopus sedat lumine frontis suæ.

Et cùm detegitur frons Microprosopi, licentia datur omnibus ad vastandum, quia iidem per hanc frontem exuscitantur. *Sed cùm detegitur frons Benevolentiæ benevolentiarum, ut affulgeat huic fronti & omnibus illis; tunc sedantur:* quia non possunt intueri lumen hoc solare septidui illius, sicut homo contueri non potest lucem Solis, quin occæcentur oculi ejus, ut aliquantô temporis spatiô planè nihil videat. Hinc dicit: Ut affulgeat huic fronti, & omnibus illis ministris justitiæ. Omnis autem illuminatio, quæ fit à fronte Macroprosopi versus inferiora, instituitur per lucem duarum influentiarum, quæ pertingunt usq; ad Caput Microprosopi: nec non per Capillos Capitis albi, sive per tredecim ejus cincinnos, qui eousq; similiter pertingunt.

§. 218. Ad meliorem intellectum sequentium præmittendum est, quod pedes Matris constituant Microprosopum, & pedes longiores sunt fœdere, hinc vocantur נצחים Victoriæ seu potius superariones. Nam & Gloria pertinet ad genus Superationis, & sub nomine נצחים comprehenditur: Nec enim sinistra manus hominis aliquid operari potest nisi adjuvante dextrâ: & sic quoque pes sinister progredi nequit, nisi concurrente dextrô. Unde patet, quod sinistrum tantùm sit accessorium, dexterum autem fundamentale: hinc omnia vocantur nomine נצח i.e. superationis, qui est pes dexter. In hac ergò fronte est superatio bellica, quia Microprosopus superat inimicos Domini. Huc facit forma Alphabeti sequentis אד״ בג״ הת״ וש״ זר״ חק״ טצ״ יפ״ כע״ לס״. מן״. juxtaquod mutatio literæ Mem est in Nun, ita ut נצח fiat מצח, & vice versâ: & hinc dependet victoria contra impios. Et in hac superatione sic extensa est locus pœnitendi & rescindendi decreta: nam quando lux Senioris accedit & severitates ejus dealbat, statim pœnitet, sicut dicitur: Et pœnituit Dominum malum illud, quod se facturum dixerat populo suo. Et sic etiam vice versâ juxta illud: Et pœnituit Dominum, quod fecerat hominem &c. In Microprosopo igitur est pœnitendi locus, & non in Seniore, quippe qui tantùm occultat faciem suam. Si igitur frons Microprosopi sola manifestetur, statim exercetur judicium, nec expectat, ut locus sit pœnitentiæ, nimirum pronunciatô jam decretô; sed sententia executioni mandatur; Ista se res habet, si judicium in sola fronte manifestatur. Si verò in fronte non apparet, sed extenditur in corpus Microprosopi per articulos Suparationum, qui dicuntur נצחים circa hoc judicium spes est, ut per pœnitentiam rescindi queat, citra executionem: nimirum si decretum & sententia non apparet in fronte. Hinc in quolibet homine peccata ejus in fronte consignata sunt, & spiritibus noxiis potestas data est cùm hæc signa & peccata

cata in fronte hominis descripta vident, eidem nocendi. Hinc Angelus Loto & uxori ejus atq; filiabus præcipiebat, ne retrospicerent, quia tunc Spiritus maligni potestatem haberent iis nocendi, prout etiam uxori ejus accidebat. Sic etiam in Tribunali superno in fronte sententia publicatur. Ibidem autem in fronte hac viginti quatuor tribunalia sunt; decem nimirum Patris, & decem matris; & quatuor supplicia publica. Et ista sunt viginti quatuor variationes Nominis אד"ני, quod per metathesin est דינ"א judicium; quæ proveniunt à Matre superna, & quotidiè descendunt tempore sacrificii pomeridiani cum quinque finalibus מנצפ"ך: & forma illarum hæc est:

אדני· אדינ· אניד· אנדי· אינד· אידן·	Latus meridionale.
דאני· דאינ· דינא· דיאנ· דנאי· דניא·	Latus septentrionale.
נאדי· נאיד· ניאד· נידא· נדאי· נדיא·	Latus orientale.
יאדנ· יאנד· ינדא· ינאד· ידאנ· ידנא·	Latus occidentale.

Quælibet enim litera Nominis sex habet formas , quæ omnes idem habent ejusdem literæ initium. Et hoc est mysterium viginti quatuor ornamentorum sponsæ: & viginti quatuor librorum Sacræ Scripturæ: unde viginti quatuor alia exurgunt nomina sacra è literis initialibus & finalibus vocis penultimæ singulorum librorum; ut in Genesi vox penultima est בא"רו"ן, unde exurgit Nomen ב"ן. Et viginti quatuor illæ variationes à Microprosopo demittuntur in Basiliam, quippe per quam consummatur judicium. Et viginti quatuor hæ variationes sunt viginti quatuor horæ diei ac noctis. Et de his loquitur Idra magna, cùm porrò inquit.

Viginti quatuor judicia superiora inveniuntur, & omnia vocantur נצחים *sive superationes, & quodlibet vocatur* נצח *superatio, & literis permutatis fit* מצח *i. e. frons; & tamen est superatio ex illis superationibus. Et istud est, quod traditum est; superatio superationum sunt in tribus articulis , quæ extenduntur in corpus Microprosopi, & sunt in fronte; & quædam illarum extenduntur in corpus in loca nota. Didicimus. i. e. quod scriptum est, Sam. 15, 29. Etiam superatio Jisraëlis non mentitur.* Id est, Gradus iste Jisraëlis Senis in puero Jisraële in Capite ejus non mentitur: *nec pœnitet eum, quia non est homo, ut pœniteat. Et hoc arcanum statuimus : omnis illa superatio, quæ expanditur in corpus illô tempore, cùm mundus judicandus est, & convertitur; pœnitentiam admittit, & judicium non exercetur, si convertantur. Quam ob causam? quia res extat in loco, qui dicitur Homo, & pœnitere potest. Si autem illô in loco, qui vocatur Caput, in illa nempe fronte videtur & detegitur, illa Superatio, non est tempus nec locus pœnitendi. Quare? quia non est de loco, qui vocatur Adam; non enim detegitur facies & nasus; sed frons sola: ubi autem nulla invenitur facies, locum etiam non habet appellatio hominis. Et propterea dicitur: Non est homo, ut pœniteat, sicut Superatio. quæ in reliquis partibus corporis.* Si ergo judicium designatur & publicatur in fronte, non datur regressus, sed sequitur executio.

§. 219. Frons igitur Microprosopi rubra est ut rosa, ob multitudinem judiciorum rigorosissimorum: sed quando eandem illuminat Lux Senioris, statim mutatur in colorem album. Deque ea in Idra quoque parva agitur verbis sequentibus fol. 142. col. 4. *Frons cranii frons est ad visitandum peccatores: & quando hæc frons detegitur, excitantur ministri judiciarii contra illos, qui nullô pudore suffunduntur propter opera sua, & sunt perfrictæ frontis*, & obduratæ faciei, qui pœnitentiam non agunt super operibus suis.

Hæc frons rubra est ut rosa. Cùm autem detegitur frons Senioris Sanctissimi versus hanc frontem Microprosopi, hæc alba fit ut nix; & illâ horâ tempus benevolentiæ vocatur pro universis. In Commentario Scholæ R. Jebha Senis dicitur; מצח i. e. *frons* propriè dicitur *frons Senioris*: i. e. Illa propriè dicitur Frons, de qua nos preces fundimus, ut manifestetur, & tempus benevolentiæ exoriatur, & frons Microprosopi dealbetur. *Sin minus*; i. e. si ista frons non detegitur ad temperandam frontem Microprosopi; *interponitur Cheth inter duas literas cæteras*: i. e. tunc non est legendum מצח frons; sed מחץ fregit, *sicut dicitur Num. 24. v. 17. Et confringet terminos Moab*, i. e. exercet judicium, & confringit impios. *Et posuimus, quod vocetur* נצח *Superatio mutatione literarum cognatarum* i. e. in Alphabeto per dyades conjugatarum, ut suprà dictum est. *Et multa sunt Superationes*, i. e. omnes articuli vocantur נצח seu Superatio propter radicem suam. *Et quamvis Superatio alta in locum altum sustollatur*, i. e. in Superationem Macroprosopi, quæ est Benevolentia benevolentiarum in loco alio elevatiore consistens: *tamen aliæ dantur Superationes, quæ extenduntur per totum corpus*, i. e. tres articuli Superationis, qui dicuntur נצח נצחים i. e. Superatio & Superationes; item Gloria, quæ sub genere Superationum continetur. *Et propterea die Sabbathi tempore precum pomeridianarum ne excitentur judicia, in Sene Sanctissimo, manifestatur frons ejus, & omnia judicia supprimuntur, & quamvis extent, tamen non operantur. Ab ista fronte dependent viginti quatuor tribunalia*, quæ sunt viginti quatuor variationes nominis אדני: nam quælibet variatio vocatur בית domus, juxta phrasin libri Jezira, ubi dicitur: Duo lapides extruunt duas domus; & quatuor lapides extruunt viginti quatuor domus: unde dicuntur viginti quatuor domus judicii, quia nomen אדני per transpositionem est דינא judicium. *Pro omnibus illis ferocibus in operibus suis, de quibus dicitur Psal. 73. v. 11. Et dixerunt: Quomodo scivit DEUS? estne scientia in excelso?* Ubi intelliguntur athei. Nunc autem objectionem format dicendo: *Certum quidem est, quod viginti sint*, decem nempe Patris & decem Matris, quæ sunt nomina Elohim infantiæ, quæ in se comprehendunt frontem. *Quare autem adduntur quatuor? nimirum respectu quatuor suppliciorum è tribunali inferiore dictari solitorum.* Et hæ sunt quatuor literæ Tetragrammati, contra quas, si homo peccat, tali morte quoque reus fit, qualis est natura illius literæ, quam vitiavit. Et hoc nomen continet reliqua nomina, contra quæ homo etiam impingere potest. Hinc dicit: *quatuor supplicia Synedrii inferioris, quæ dependent è supernis. Remanent ergò viginti*, quæ sunt literæ Nominis אֹּרְנִי (retrogradando scripti, 10:) quæ sunt הֵיכָל per æquipollentiam numerorum, & palatium

latium seu vestis Tetragrammati, (eodem modo scripti decem literis, unde 20.) ita ut qui contra illud delinquit, etiam contra hoc delinquat. *Unde etiam neminem supplicio afficiunt, donec majorennis sit & natus viginti annos, respectu istorum viginti consistoriorum. In Traditionibus nostris occultis didicimus*, ista sic statui *respectu viginti quatuor librorum, qui continentur in Lege.*

§. 220. De fronte autem Macroprosopi in Idra parva fol. 140. col. 2. hæc habentur. *Frons, quæ revelatur in Sene Sanctissimo, Benevolentia vocatur. Nam Caput illud supernum occultum, in supernis, quod non cognoscitur extendit (diadema) quoddam frontale pulchrum, quod continetur in fronte.* Id est, Laminam lucis, unde facta est lamina frontis: quæ facta est in Macroprosopo ex unione Victoriæ gloriæ & fundamenti, quæ nunquam separantur. *Et quia ipse est benevolentia omnium benevolentiarum, hinc accepit conformationem frontis, quæ manifestatur cum lumine intensissimo. Et cum ista detegitur, beneplacitum beneplacitorum invenitur in omnibus mundis, & omnes preces inferiorum accipiuntur, & illuminatur facies Microprosopi, & omnia in dilectione consistunt. Et quia omnia judicia* (per hanc) *occultantur & supprimuntur, hinc in Sabbatho tempore precum pomeridianarum, quod alias tempus est, quo omnia judicia exsuscitantur; hæc frons detegitur, & omnia judicia subiguntur, & misericordia prævalet. Hinc Sabbathum absq; judicio reperitur, tam in superis, quàm in inferis: quin etiam ignis gehennæ occultatur suo in loco, & peccatores quietem habent. Et propterea superadditur* (nobis) *anima gaudii, die Sabbathi; & homo obligatus est hilaritati se dedere per tria epula Sabbathina: Nam omnis veritas, & tota universitas fidei in eo invenitur.* Id est, tria ista tunc sociantur; Macroprosopus; Pater & Mater; & Microprosopus atque Uxor ejus. *Et hominem oportet instruere mensam suam, ut comedat tribus illis epulis veræ fidei, & in eis lætetur. Dixit R. Schimeon: Contestor de me, coram omnibus illis qui hic sunt:* id est; coram animabus illis justorum, quæ accesserunt cum Deo Sanctissimo benedicto & Gloriosa ejus præsentia, de quibus antea dixerat: audiant mansueti & lætentur super his mysteriis, quæ manifestabo. *Quod per omnes dies meos non omisi illa tria epula: & propter illa nihil mihi accidit, cujus causa mihi fuisset jejunandum in Sabbatho: imò & diebus aliis nulla mihi fuit necessitas* (jejunandi;) *multò minùs in Sabbatho: qui enim rectè agit circa illa adeptus est veritatem perfectam. Unum epulum est Matronæ*; quæ est Sabbathum, Sponsa Regis. *Et unum est Regis: & unum est Senis Sanctissimi occultissimi omnium occultorum. Et in illo mundo per hæc quis assequi potest* gradus illos. *Hæc benevolentia cum revelatur, omnia judicia lucida sunt, & flectuntur à concatenato rigore suô.*

Conformatio autem Senis Sanctissimi fit per formam quandam, quæ compendium est omnium reliquarum formarum, & hæc est Sapientia Summa occulta, synoche cæterarum omnium. Et hæc vocatur Eden sive Paradisus supernus occultatus omni occcultatione: nam, ex una parte occultatur à Regno quod non cognoscitur; & à Macroprosopo occultatur ex altera parte; ideoque vocatur occultata omni occultatione. *Estque cerebrum Senis Sanctissimi; & hoc cerebrum extenditur in omne latus* in Macroprosopo, quia diffunditur per

per omnes Formas ejus, *& ab hinc extenditur in Paradiſum alium* qui eſt Pater; quem illa illuminat. *Et ab hoc Eden ſculpturas accipit.* Nam bina יי litera א quæ in אין ſeu Capite non Ente, quæ eſt ſapientia illa occultata, efficiunt 32. Ibi autem non alia fit diviſio niſi in binas has literas יי, quæ irradiant Patrem, ibique producunt triginta duas ſemitas ſapientiæ in partibus actualiter triginta duabus inter ſe diſtinctis, quæ ſunt decem dicta, & viginti duæ literæ: quæ deinde cum veniunt in Microproſopum ibidem dividuntur in 320. judicia; i. e. 32. per 10. multiplicata.

Sed caput illud occultatum, quod eſt in Capite Senis, quod non cognoſcitur, cum extendit Laminam illam (ſupra dictam) *per quam illuminationem inſtituere vult; tunc allidit ad hoc cerebrum* (radiis ſuis) *& hoc ſculpturas accipit* (& impreſſiones) *& fulget multis luminibus: & prodit & ſignaturas format per lumen hoc intenſiſſimum in illa fronte, in qua deſignatur lumen hoc quod vocatur* רצון *benevolentia. Et hæc benevolentia deorſum extenditur in barbam, uſque ad illum locum, ubi reſidet in barba; & vocatur Benignitas ſuperna.* Et hoc eſt in Influentia inferiore, quæ continet omnes influentias, & hæc lux ibidem pendet; & abhinc in caput & frontem Microproſopi deſcendit, qui ſub ipſa eſt; prout traditur Pſal. 133. v. 2. *Et hanc benevolentiam, cum detegitur, intuentur miniſtri judiciarii, & flectuntur.* Et hoc eſt myſterium Bracteæ Sacerdotalis Exod. 28, v. 36. quæ ſemper applicita erat fronti Aharonis ad excitandam benevolentiam divinam.

§. 221. Oculi Microproſopi duo ſunt, quorum alter vocatur dexter, i. e. miſericordia, & alter revera ſiniſter eſt: & non ſunt ſicut oculi Senis Sanctiſſimi, qui quamvis ſint duo, tamen pro uno ſaltem habentur; quia eidem nihil ſiniſtri tribui poteſt; ſed oculus ejus eſt miſericordia perfecta. Hinc in Sohar dicitur: Oculus dexter eſt miſericordia; ſed alter eſt miſericordia intra miſericordiam. Hinc non niſi ſub uno tantùm conſiderantur conceptu, de quo dicitur: Oculus bonus benedicit. Et Joſeph aſſequebatur inſpectionem oculi iſtius Senioris ſicut dicitur Geneſ. 49. v. 22.

Hinc de Macroproſopo in Idra magna allegatur dictum illud Pſal. 33. v. 18. Ecce oculus Domini ad timentes eum ſperantes in miſericordias ejus. Cui opponitur dictum Zach. 4. v. 10. Illi oculi Domini ſunt diſcurſantes in univerſam terram. Sed additur, quod nulla ſit contrarietas; quia dictum poſterius agat de Microproſopo, & prius de Macroproſopo, & nihilominus duo quidem ſunt oculi, qui tamen convertuntur in unum: i. e. in unam operationem, unus eſt albus in albo; & alter tàm albus, ut omne album in ſe includat. Deinde oculo Microproſopi etiam non tribuitur ſomnus, vel dormitatio; quia non habet palpebras, quæ ſomnum cauſantur: ſed eſt inſtar oculorum piſcium. Quô ipsô indigitatur, quod ab inſpectione ſua in æternum non ceſſet. Unde de eo dicitur Pſal. 121. v. 4. Ecce non dormitat nec dormit cuſtos Jiſraëlis. Id eſt, obſervator Jiſraëlis ſuperni, qui eſt Microproſopus; quia hunc ſemper obſervat, & inſpectionem ſuam ab illo nunquem tollit, juxta myſterium duarum ſpecierum influxûs & copularum, quæ in ſupernis ſunt: quarum una eſt pro conſervatione

tione mundorum; & altera in usum generationis animarum novarum. Sed de Microprosopo dicitur Psal. 44. v. 24. Evigila Domine, quare dormis &c. Quia hîc palpebras habet, quæ causantur somnum, quod est mysterium exilii. Et cùm in ipsum irradiat oculus Macroprosopi, de eo dici potest illud Esth. 6. v. 1. In nocte illa se elongaverat somnus Regis. Hinc in supernis omnia sunt dextra, & nihil est sinistri.

Non ergò dormitat (ut Idra pergit,) nec obdormiscit; nec requirit tegumentum, nihilque est, quod ipsum protegat, sed ipse protegit omnia, & ipse observat omnia; & ab inspectione istius oculi omnia nutriuntur. Traditum enim est, quod si oculus hic vel unicô momentô clauderetur, nihil omninò posset subsistere. Quare etiam vocatur Oculus apertus; Oculus supernus; Oculus sanctus, à quo nullam habent suctionem catervæ judiciorum, & immundorum: Oculus providentiæ; Oculus non obdormiscens, nec somnolentiâ captus; Oculus observator omnium; Oculus, qui omnium rerum est subsistentia. Unde etiam de illo dicitur Proverb. 22. v. 9. Oculus bonus יבורך ubi ne legas Benedicetur, sed sine Vav Benedicit. Hic enim vocatur bonitas oculi, qui benedicit omnibus. Traditum quoque est, quod oculus inferior Microprosopi nullô gaudeat lumine, quo lavari queat & superfundi rubedo & nigredo ejus, nisi cùm eundem contuetur lumen hoc album oculi superni, qui vocatur bonitas oculi. Et nemo novit, quando oculus ille supernus atque sanctus affulgeat, oculumque inferiorem Microprosopi lavet sive dealbet. Et justi summi aliquando contemplabuntur Sapientiam istam, sicut scriptum est Jes. 52. v. 8. Oculo ad oculum videbunt, cùm converterit Dominus Zion. Et scriptum est Num. 14. v. 14. Quod oculo ad oculum visus es, tu Domine. Et nisi oculus bonus supernus aspiceret & dealbaret, mundus non posset subsistere vel unicô momentô. Traditum est in occultatione Libri: Inspectio descendit ab oculo inferiore, quando lumen supernum eundem intuetur, & illuminationem illam supernam in inferiorem introducit, à qua omnia splendorem habent. Et huc pertinet dictum illud Num, 14. v. 14. Item Psal. 33. v, 18. Et tamen scriptum est: Oculos Domini discursare per omnem terram. Nimirum si probi sunt, locum habet illud Psal. 33. v. 18: Oculus Domini super timentes eum; i.e. oculus supernus; si probi non sunt, oculi Domini vagantur per omnem terram. Et hic est oculus inferior. Didicimus enim, quam ob causam Joseph eousque pervenit, ut in eum dominium nullum haberet oculus pravus? Quia dignus erat, quem aspiceret oculus bonus supernus. Hinc scriptum est; filius fructiferæ Joseph super oculum. Quare super oculum? nimirum propter oculum, qui ipsum respiciebat. Item scriptum est: Oculus bonus benedictus erit. Quam ob causam? quia de pane suo dedit pauperi. Id est: quia oculô hilari respexit pauperes, hinc meritus fuit, ut bonus ille Oculus eum aspiceret, in quo nonnisi benignitas & misericordia. Quare vocatur unus? Ubi quæstio movetur, quare non & ibi de pluribus sermo sit, cum duo sint Macroprosopo: Et respondetur. Veni, Vide! In oculis inferioribus alter dicitur dexter, & alter sinister; nimirum in Microprosopo duo sunt duorum colorum: sinister enim

merum eſt judicium, & in eo eſt nigrum & rubrum; ſed hic in oculo Macropro alter non eſt ſiniſter, ſed ambo ſunt albi, in benignitate & miſericordia; & amb unum aſcendunt gradum: quia ambo eandem operantur operationem, i. e. opera nem miſericordiæ. Et omnia ſunt dextra: atque hinc unus eſt oculus, & non Et didicimus: Oculus iſte Macroproſopi, qui eſt Oculus providentiæ, qui inſp nem habet in mundum, ſemper apertus eſt, nec unquam clauditur: quia nunqua mit, neque parum neque multum: hinc appellatur oculus apertus, qui non ob ſcit. Et ſemper rident & deorſum vident inſpectione admirabili: quia cùm J probi ſunt, providentia ejus magna eſt, ut quaſi lacte dealbet & lavet oculos Ma ſopi; donec hi, qui tres habent colores ſe invicem ambientes, rubrum, nigrum bum, modo quod ſiniſter nigrior ſit & rubicundior; dealbentur. Et oculi Ma ſopi ſemper hilares ſunt: quia benignitas cauſa eſt lætitiæ: & judicium mœror ſatur & gemitum. Scriptum eſt: Et Er primogenitus Jehuda malus erat in ocu mini. Item ſcriptum eſt: Et Salomo faciebat malum in oculis Domini. Qu ruptela eouſque pertingebat. Cùm autem oculi Microproſopi dicuntur rub & albi, adeoque trium colorum: color ruber primò nominatur, juxta illud lor niger eſt ruber, modò quod debilitatus ſit. Hi oculi etiam non ſemper ſunt quia tempore exilii dormire dicitur, atque tunc cerebra Microproſopo adimunt que cauſantur pili palpebrarum, qui ad ſomnum concurrunt. Et ſunt conſtructi que duplicibus מנצפך quæ ſunt ſeveritates deſcendentes à Matre ſuperna in ubi fiunt pili palpebrarum. Et hinc tempore ſomni oculi ejus claudi dicuntur, orſum reſpicere. Atque hinc dicitur: Expergiſcere Domine, quare dormis. E Aperi oculos tuos, & vide. Unde patet, quod tempora quædam dentur, qui aperiat oculos ſuos, ita ut orare oporteat pro apertione oculorum. Sed Oculu proſopi vocatur Oculus apertus. Cùm autem Microproſopus oculos aperit aperit in bonum; & cuidam in malum, ſive non in bonum; cui væ dicitur. E miſcetur rubedine, & rubedo videtur præ cæteris, & contegit oculum. Quaſi d lorem rubrum prævalere, & reliquis coloribus ſuperinduci. Quis eripietur a qui revera in metrum rigoris tunc dominium habet. Sed in Sene dierum op Oculi eſt album intra album, album quod continet omne album. Beatus ille, q tantùm albedine reſpicit: hinc verè dicitur: quod Oculus bonus benedicat. Et eſt Jeſ. 2. v. 5: Domus Jacob adeſte, & ambulemus in lumine Domini, ut nempe oculi Macroproſopi.

§. 222. Oculi Microproſopi radicem ſuam habent à decem Tetragra quorum numerus eſt 260. Et quinque ex illis ſunt benignitates, in oculo dextro autem ſeveritates cum punctis Elohim in ſiniſtro, qui efficiunt 130, juxta numer cis עין Oculus.

§. 223. De oculis Microproſopi porrò in Idra magna hæc traduntur. *capitis diverſi ſunt ab aliis oculis. Pili*, (qui fucari ſolent) *in ſuperciliis ſu lis*, (tanta) *nigredine infecti* (& quaſi fucati) *ſunt*, ut omnes oculi nigredine

fucentur (id est judiciis obruantur.) *Pendent enim aggeres* (crispi) *super aggeribus pilorum & sunt eadem forma, qua* (etiam in capite nigro apparent) *super oculis; in principio frontis.* Id est, à pilis superciliorum procedit color nigredinis, quæ generatur à capillis capitis. *Et ambobus adhærent*, i. e. amborum oculorum superciliis applicantur virtute pilorum istorum, *septingenta millia Domini Inspectionis, qui super cilsis oculorum* (resident) id est, super pilis superciliorum: & hi originem habent à septem numerationibus Microprosopi mundi Inanitionis, constantes è decadibus, & decadum decadibus, unde fiunt 200. & in supernis iterum è chiliadibus, unde septingenta millia, qui sunt ministri Inspectionis supernæ; nempe Angeli & præfecti, quibus demandata est Inspectio in opera hominum, quique describunt gressus viri, sive in malum tendant, sive in bonum; & cogitationes hominis & consilia ejus. *In tegumento oculorum,* qui sunt pili ipsum oculum contegentes, *flammant mille & quadringenta myriades, qui adhærent palpebris, & sunt tegumentum* (oculos claudens.) Numerus iste autem provenit è literis duplicibus מנצפך, quæ sunt quinque severitates, quarum numerus est 280. quæ multiplicatæ per quinque, quia singulæ in singulis continentur, efficiunt numerum 1400; quæ myriades dicuntur ob sublimitatem; & in palpebris resident, suntque justitiarii rigorosissimi. *Et inspectio oculi Senis dierum super ipsis est*, ut demulceantur dum ascendunt ut robur accipiant, prout accidit tempore sacrificii pomeridiani Sabbathici: (vel potius ut desistant ab ista oculorum contectione, & oculi aperiri queant.) Hinc pergit: *Illo tempore cum sese levant isti contectores, idem fit ac si quis expergisceretur è somno suo.* Id est: Microprosopus similis est homini qui expergefit. *Et oculi ejus aperiuntur, & respiciunt ad oculum apertum, & lavantur sive imbuuntur albedine quadam oculi boni. Quod innuitur per dictum illud* Cant. 5, v. 12. *Loti lacte. Quid hoc est, lacte? albedine* scilicet *excelsa primitiva. Et eadem hora reperitur inspectio misericordiæ: & propterea precatio Jisraëlitarum ascendit*; quia est tempus benevolentiæ: *quoniam aperti fuerunt oculi ejus & delibuti illa albedine. Quò pertinet illud* Psalm, 44. v. 24. *Evigila, quare dormis, Domine; expergiscere. Quotiescunque verò oculi ejus non aperti sunt, omnes ministri judiciarii Jisraëlitas supprimunt, & reliqui populi ipsis dominantur. Sed quando oculi ejus aperiuntur & perfunduntur* (lumine) *oculi boni, misericordia versatur super Jisraëlitis, & circumvertitur oculus & exercet vindictam in cæteros populos. Quod innuitur verbis illis* Psalm. 35, v. 23. *Evigila, & expergiscere.* Id est, *evigila, ut dealberis illo candore: & expergiscere, ut ultionem sumas de iis, qui supprimunt nos.*

Oculi ejus cum aperiuntur, apparent pulchri, sicut columbarum; colore albo, & nigro & rubro & flavo. Albedo autem oculi non manifestatur, nisi illo tempore cum respicit in oculum bonum, & omnes isti colores albescunt illa albedine. Excurrunt autem colores: quoniam deteguntur septem oculi inspectionis, qui prodeunt è nigredine oculorum ejus, sicut dicitur Zach. 3, v. 9. Super uno lapide, septem oculi. Quis est lapis iste unus? nigredo *oculi*, unde prodeunt inspectores illi. Deinde *è rubedine oculorum prodeunt septem cursores*; qui

qui celeres sunt in functione Inspectionis hujus supernæ: *& hi deflectunt in latus sinistrum, & emittunt flammas ignis lateris septentrionalis*, qui rutilat è Gloria Matris in latere sinistro & septentrionali Microprosopi; *ibique applicantur ut emittantur in mundum, ad detegendas vias impiorum*, qui opera sua in tenebris faciunt, istosque puniunt. *Quod innuitur dicto illo* Zach. 4. v. 9. *Septem illi oculi Domini peragrant universam terram. E colore flavo oculorum Microprosopi prodeunt septem lumina*, quæ illuminant mundum ceu colore quodam mixtô & temperatô, *quæ religata sunt ad latus meridionale, ibidemque applicantur, ut emittantur in mundum ad detegenda opera hominum*, & infra in palatiis ex istis prodeunt turmæ Angelicæ, & nomina, quæ operantur secundum naturam suam. *Sicut scriptum est: Quia oculi ejus super vias viri, ut sciant omnes homines opus ipsius. Job. 34. v. 21. & Job. 37. v. 6. Et cùm dealbantur albedine à Microprosopo, tunc id agunt, ut intueantur studiosos veritatis.* i. e. justos, *mundumque benefaciant propter istos: & omnis inspectio bona est* illô tempore pro Jisraëlitis: colore autem rubrô intuetur illos, qui hos coarctant, sicut dicitur Exod. 3. v. 7. Videndô vidi afflictionem populi mei, nimirum videndo, ut benefacerem illis, Vidi, ut ultionem sumerem ab afflictoribus eorum. Et huc pertinet Psal. 44. v. 24. ubi dicitur: Evigila, & expergiscere, quæ sunt duæ inspectiones: duo oculi Microprosopi aperti, duo bona, quæ hinc emergunt pro Jisraëlitis; nimirum Misericordia ex oculo uno; & ultio inimicorum ex parte oculi sinistri.

Quamvis autem dixerimus: In oculis Microprosopi dari colorem rubrum, nigrum, album & flavum: nihilominus tamen, cum influxum accipit ab oculo aperto Macroprosopi, omnia convertuntur in albedinem; prout Idra in sequentibus dicit: *Cùm albedo circumfulget, & Oculus albescit, omnes illi colores, sedantur & submerguntur in imum: ruber, flavus, niger non appparet, exceptô solô albô, qui fulget à Sene dierum; & ab illo splendorem accipiunt omnes inferiores, nec ullus color apparet, præter solum hunc album. Et propterea submoventur omnes Domini rubedinis & nigredinis*, qui *sunt gemelli*, & vicini & fratres, nec à se invicem separantur; & ambo sunt judicium, ideoque cum ambo apparet, Oculus Macroprosopi lucem albedinis suæ non demittit. Symbolum autem cognationis duorum istorum colorum latet in voce אש ignis, cujus literæ denotant voces ארום & שחור rubrum & nigrum. *Et huc pertinet illud Cantici quartô versu 2; Quæ ascendunt ex ablutione:* i. e. *ex illa dealbatione oculi boni sancti superni. Omnes enim gemella simul juncta. At verò textus loquitur de dentibus, qui similes sint gregi tonsarum:* quicquid autem tondetur, separatum assumitur à socio suo: tunc igittur dicis, quod omnes sint bini sive gemelli? Nimirum, quod de gemellis dicit textus, sensum tantùm habet, quod omnes assequantur perfectionem & bonitatem illam ad protegendos Jisraëlitas: quod dici potest de quolibet colore seorsim. Et hoc innuit Idra cum dicit: *Textus respicit albedinem eorum, quæ sit sicut albedo oculorum, cùm dealbantur albedine oculi superni. Et hoc scituri sunt justi, & visuri per Spiritum Sapientiæ*, quodnam lumen ex oculis Microprosopi occidat, & quodnam vivificet; & præditi erunt scientiâ, per quam admiranda operari queant, deducendo lucem

cem Senioris in ſeſe ad protegendos Jiſraëlitas, & ad puniendos hoſtes eorum. *Sicut ſcriptum eſt Jeſ. 52. v. 8. Quia oculo ad oculum videbunt. Quando? cùm reduxerit Dominus Zionem. Et ſcriptum eſt Num. 14. v. 14. Cui oculo ad oculum viſus es, tu Domine. Et tunc apertio oculorum in bonum eſt* pro Jiſraëlitis. *Alia enim apertio oculorum eſt in bonum, & alia in malum* pro hoſtibus illorum. *In bonum juxta Dan. 9. v. 18. & in malum juxta Jeſ. 33. v. 20. Qui locus tam in bonum quàm in malum intelligendus eſt, quia unum non fit ſine altero.* Oculi enim denotant miſericordiam & judicium. Oculus dexter eſt miſericordia; & oculus ſiniſter eſt judicium; & Hieroſolyma eſt uxor Microproſopi, è qua Dominus extirpabit omnem nexum corticum, & malos ex illa excutiet, atque tum oculus Senis reſpiciet in oculum Microproſopi, & ſpeciatim in oculum ſiniſtrum, ut eundem mitiget, juxta illud: Oculo ad oculum videris tu Domine i. e. Microproſope, qui per Tetragrammaton ſimpliciter poſitum ſemper intelligitur.

Et in libro Zeniutha dicitur: Quid hoc eſt, Oculi tui videbunt habitationem quietam: ergóne Hieruſalem eſt habitatio quieta; annon eadem eſt Uxor Microproſopi, & omnis exuſcitatio bellorum & judiciorum eſt in manu ejus; unde ſanè non tranquilla eſt & quieta, quia judicia nunquam quieta & tranquilla ſunt? Verum enim verô illô tempore cùm debilitantur & mitigantur à benignitatibus, quieſcere coguntur. Sed objicitur locus Jeſ. 1. v. 21. Juſtitia habitat in ea. Nam Uxor vocatur judicium juſtitiæ. Ubicunque igitur locum habet juſtitia, ibi nihil eſt tranquilli & quieti? Sed reſpondetur: locum illum intelligendum eſſe de Sene dierum, cum aſpiciet illos oculos. Quoniam ipſe eſt Oculus quietus & tranquillus, Oculus miſericordiæ; Oculus, qui non ſubſultat ab objecto hoc in objectum illud. Et propterea dicitur עינך defectivè & ſine Jod, ut indicetur oculus in ſingulari, nimirum Senioris. In Microproſopo enim duo ſunt oculi: Hîc autem ſermo eſt de aſpectu ſuperno, quo oculi ejus dealbandi ſunt à rubedine & nigredine. *Quare autem loquitur de Jeruſalem, & non de Zion.* Zion enim eſt fundamentum Matris, & ציון per æquipollentiam numerorum eſt יוסף juſtus, qui pertinet ad fundamentum Microproſopi. Nimirum ſic neceſſarium erat ad ſupprimendum judicium, quod in ea reperitur, & ad exhibendam ipſi miſericordiam. Alibi didicimus: Scriptum eſt Deut. 11. v. 12. Oculi Domini Dei tui in illa ab initio anni uſque ad finem anni. Hoc ipſum eſt, quod dicitur juſtitia pernoctat in ea. In ea enim judicia reperiuntur plura, quàm aliis in locis omnibus: Hinc dicitur Oculi, nimirum Microproſopi, qui ſunt judicium. Item Oculi Domini Dei tui: ubi expreſsè connotantur ambo Oculi. Futurô autem tempore locum habebit oculus unus miſericordiæ, Oculus Senis Senum. Unde ſcriptum eſt Jeſ. 54. v. 7. Miſerationibus magnis congregabo te. Ubi cùm dicat miſerationibus, quare ſuperaddit magnis? nimirum duæ ſunt miſerationum ſpecies, quarum alia minor, alia major eſt. Id eſt: Miſericordia Senioris Seniorum dicitur Miſericordia magna: &

Misericordia Microprosopi dicitur Misericordia simpliciter, quia in hoc est dextrum & sinistrum, judicium & commiseratio. Cum ergo dicitur miserationibus magnis congregabo te, intelligitur misericordia Senis dierum.

Didicimus. In istis oculis & duobus ipsorum Coloribus rubro & nigro duæ existunt lachrymæ : Lachrymæ autem sunt salsæ, & denotant judicium. Et cum DEUS Sanctissimus, qui benedictus sit! misericordiam exhibere vult populo Jisraëlitico, duas has demittit lachrymas, ut temperentur in mari magno. Quid est mare magnum? mare Sapientiæ supernæ. Sicut dicitur: Et plena est terra Cognitione Domini, sicut aquæ mare contegunt. Digitum ergo intendit ad mare Sapientiæ Capitis Nonentis, quod est in Seniore. Nimirum ut laventur in flumine fontis, quod effluit è Sapientia magna, & per illas miseretur populi Jisraëlitici.

In Idra parva autem de Oculis Microprosopi habentur sequentia. *Oculi Capitis sunt Oculi, à quibus non occultantur peccatores : Oculi qui dormiunt & non dormiunt.* Id est: Cùm Jisraëlitæ faciunt voluntatem Dei altissimi, oculus ille apertus despicit & dealbat oculos istos, eosque aperit, ut accipiant Lucem supernam. Sed cùm Jisraëlitæ non faciunt voluntatem Dei altissimi, somnum causantur in Microprosopo, & ab ipso tolluntur Cerebra. *Hinc oculi ejus vocantur sicut columbæ* Cant. 5. v. 12, ubi dicitur: Oculi ejus sicut columbæ juxta torrentes aquarum, lavantes se in lacte. Quid est יונים? (estne à יונה columba? Non ita: sed) *sicut scriptum est* Lev. 26, v. 17. לא תונו *Non decipietis unusquisque proximum suum.* Nam Dolosus cum defraudat socium suum oculos ipsi quasi obcæcat, ut fraudem non videat, nec sibi cavere possit ab illa deceptione: Si enim alter cavere posset, hic sane eum non deciperet. Et sic etiam hic est occæcatio & occlusio oculorum. *Et hinc scriptum est* Psalm. 94. v. 7. *Et dixerunt: non videbit Dominus; & non intelliget Deus Jaacobi.* Eadem igitur mensura judicantur impii, ut occæcentur. Væ illis! quia oculum supernum apertum tollunt ab inferioribus. *Et scriptum est:* Psalm. 94. v. 9. *An plantans aurem, non audiet? an formans oculum non aspiciet?* Summa omnium huc redit; dari tempora, quibus non videat Microprosopus; tempore nimirum somni, id est, exilii; donec eum illuminet oculus apertus, eumque excitet è somno suô.

§. 224. Nasus Microprosopi & decor totius faciei; & sunt judicia efflata è spiritu narium ejus: & huc pertinet locus Psalm. 18, v. 8. 9. & commota sunt, quia horror fuit ei; ascendit fumus in naso ejus, & ignis ex ore ejus consumsit, &c. quia totus est ira & æstus ignis. Nomen אלהים enim plenè scriptum per Jodin habet numerum vocis אש ignis, adjecto integro. Et dicitur Num. 12, v. 9. & iratus est nasus Domini in eos, & abiit. אף enim est nasus. Hinc de hoc naso dicitur in Idra magna; quod fumus hinc exeat: *& in hoc fumo continentur ignis & carbones ignis: quia non est fumus sine igne; nec est ignis sine fumo: omnia verò accenduntur & egrediuntur è naso ejus,* id est Microprosopi. *Et cum fumus sese associat igni & carbonibus*

bus

bus. In Severitate enim tres sunt Triades, sicut in omnibus personis, quo pertinent tria genera Ignis, quæ sunt tria nomina אלהים quæ descendunt in jugulum; quoniam nomen אלהים ter sumtum per æquipollentiam numerorum cum integro est גרון guttur, sive jugulum. Et hæ sunt tres illæ venæ quæ in collo; quæ denotant judicia, & tempus illud cum Microprosopus est in infantia, quia tunc mundum gubernat per judicia. Et cum hæc comprehenduntur in naso, tunc judicia prodeunt & vindictam exercent in illum, qui causa est, quod judicia dominentur. *Et tunc vocantur* אף *ira; &* חימה *furor; &* משחית *perditio.* Hinc *dicitur:* Deut, 9, v. 19. *Quia timui ab* אף *ira, &* חימה *furore*, quò efferbuit Dominus super vos, ad disperdendum vos. *Nomen* משחית *autem desumitur è* Gen, 13, v. 10. *antequam* שחת *perderet Dominus Sodomam & Gomorrham; igne scilicet ardente.* Et in gehenna tres isti gradus iræ, furoris & perditionis influxum accipiunt ab hoc judicio rigoroso.

Et didicimus: *Quinque Severitates sunt in hoc Microprosopo, & ascendunt in summam mille & quadringentarum severitatum, quæ extenduntur in nasum, & in os, & in brachia, & in manus, & in digitos.* Quod est mysterium quinque judiciorum, quinque literarum duplicium מנצפך, quæ vocantur בוצינא דקרדינותא lumen nigredinis seu fuliginosum. Hinc magis corroborantur in quinque locis istis: & è singulis prodeunt sub numero literarum מנצפך quinquies sumto, unde exurgit summa 1400. judiciorum: quæ sunt severitates. *Et propterea scriptum est:* Psalm. 106. v. 20. *Quis enarrabit Severitates Domini? Ubi de severitatibus dicitur, numero plurali. Sed* 1. Paral. 29, v. 11. *dicitur: Tibi magnificentia & severitas; ubi est numerus singularis: unde colligi queat, unam tantum esse severitatem. Verum sic didicimus: quod cum coadunantur omnes illi rigores, tum dicatur Severitas una in singulari. Omnes autem rigores incipiunt descendere à Naso ejus: & ab illo dependent millies mille, & quadringenta myriades; nimirum à singulis illorum. Et ab illo fumo, qui procedit de naso ejus dependent millies mille myriades, & quadringenti & quinque: qui ad istam Severitatem pertinent. Et omnes severitates dependent ab isto naso.* Unde scriptum est Psalm. 145, v. 4. *De generatione in generationem laudabunt opera tua, & severitates tuas annunciabunt. Et cum prodeunt severitates sive rigores è naso hoc, robur acquirunt omnia judicia, inferiora, & sunt sicut gladius acutus &* flammando *micans, donec descendant in* locum Metatronis & corticis, qui Nogah, sive splendor dicitur, qui vocantur *lamina micans gladii versatilis.* Nam Metatron est Sapientia mundi formativi, & in ea sunt triginta duo Nomina אלהים; nam 32. per 10. multiplicata efficiunt numerum vocis נער, puer; quod est cognomen Metatronis, qui mutatur è puero in Senem, luna deficiente; & è Sene in puerum, luna iterum innovata. Et quando justi in mundo sunt Negah illa convertitur è serpente in baculum; & cum nulli justi in mundo sunt, eadem è baculo convertitur in serpentem. Et sic Metatron baculo Dei, qui in manu ejus, serpentem percutit, qui sunt populi mundani. Item si quis indignus est, qui ingrediatur in Paradisum, idem pariter punitur per hæc judicia, &

inflammatur à gladio verſatili, quo cuſtoditur via arboris vitæ, ne illuc intret, qui aſcendere non meretur. Sed tempore beneplaciti, cum Jiſraëlitæ faciunt voluntatem Dei altiſſimi, afflatur Spiritus Naſi Macroproſopi è duabus naribus ejus: è nare una, vita; & è nare altera, Vita Vitarum: & naſus Microproſopi illum ſuſcipit, & omnia judicia iſtius naſi miteſcunt.

Scriptum eſt Gen. 19, 13. Quoniam nos perdemus locum hunc. Et ſcriptum eſt Gen. 19. v. 24. Et Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham. Et ſcriptum eſt Gen. 13. v. 10: antequam Dominus perderet Sodomam & Gomorrham. Quomodo igitur poſſibile eſt, quod perditio veniat à Nomine Tetragrammato, quod eſt metrum miſericordiæ? *Verùm ſic didicimus: Non eſt judex ſuper impios &c. ſed ipſi mutant metrum miſericordiæ in metrum judicii. Quomodo autem convertunt? atqui ſcriptum eſt, Ego Dominus, & non mutor.* Malach. 3. v. 6. Nec etiam poſſibile eſt, ut mutari queat operatio Nominis Tetragrammati. *Nimirum, quandocunque Senex Seniorum, Caput illud album, detegit benevolentiam benevolentiarum, miſericordia magna ubique locum habet.* Hoc eſt caput Macroproſopi, quod in ſe continet duo cognata; unde vocatur Senior Seniorum: cum hic revelat frontem ſuam, ut lumen demittat in naſum iſtum; miſericordia deſcendit ad naſum Microproſopi, & miteſcunt omnia judicia, per magnas illas miſerationes. Et Nomen אלהים plenè ſcriptum per Jodin, per æquipollentiam numerorum eſt מרחמים in miſerationibus. Sed quando Jiſraëlitæ non faciunt voluntatem Dei altiſſimi, lux Macroproſopi non manifeſtatur in Naſo Microproſopi, & omnia judicia Microproſopi parata adſunt: adeoque ut ita dicam, Miſericordia exercet illud judicium; nimirum quia Senex ille annoſiſſimus occultat lucem ſuam nec deorſum radiat, tunc judicia robur acquirunt, & judicium exſuſcitant. *Quis eſt cauſa iſtius judicii? Benevolentia benevolentiarum, quia non revelatur. Et propterea Impii miſericordiam convertunt in judicium.* Quod autem dicitur Geneſ. 19. v. 24. Tetragrammaton pluere fecit ignem &c. à Tetragrammato è cœlis; idem eſt ac ſi diceretur à Microproſopo. Unde colligitur hoc? quia ſcriptum eſt de cœlo, ut per vocem שמים denotetur אשומים ignis & aqua (in pluvia illa demiſſa) nam Microproſopus eſt miſericordia in judicio in antitheſin illius, in quo nullum planè eſt judicium, qui eſt Macroproſopus. Cùm iſte deorſum radiat in naſum Microproſopi, tunc vocatur longitudo naſorum, i. e duorum naſorum, quorum unus irradiat alterum. Vel etiam dicitur ארך אפים è ſignificatione ſanandi, Juxta illud Jerem. 33. v. 6. Ecce ego procuro ei ארכה ſanitatem: quia hic eſt ſanitas & curatio omnium facierum interiorum.

Et huc pertinet etiam traditio illa, quare inter duo Tetragrammata Exod. 34. v. 6. accentus intercedat: prout & inter acclamationes Abraham; Abraham: Jacob, Jacob: Schmuel Schmuel: ubi ſemper interpoſitus eſt accentus: exceptô caſu, ubi dicitur Moſcheh Moſcheh, ubi nullus intercedit accentus. Ratio autem hæc eſt, quod poſterius nomen majorem perfectionem denotet. Nam quoad primum nomen Abraham nondum erat perfectus, quia nondum perſtiterat in decem tentationibus; ſed ſecundum nomen

nomen posterius perfectus erat, quia easdem sustinuerat omnes. Sic & Jacob quoad nomen primum perfectus non erat: sed quoad posterius erat perfectus, quia post nuntium de vita Josephi in ipso iterum quiescebat præsentia Dei gloriosa, jamque genuerat duodecim tribus, quarum antitypus est in supernis ceu arbor sancta duodecim terminis inclusa, quæ sunt duodecim variationes Tetragrammati: & septuaginta ramos habens, quæ sunt septuaginta coronæ Capitis Macroprosopi, quæ radiant in Caput Microprosopi: unde in hoc exurgunt septuaginta formæ. Et sic Samuel quoad posterius nomen Propheta declaratur; qualis juxta prius nondum erat. Moses autem jam ab infantia sua perfectus erat, sicut scriptum est Exod. 2. v. 2. Et sic duo hæc Tetragrammata accentu distincta denotant, quod posterius sit perfectus, tredecim metris misericordiæ Macroprosopi, quas deduxerat Moses pro remissione peccati illius: cùm antea Microprosopus fuisset iratus in populum. Nam cum Senior ille detegitur erga Microprosopum, nasus istius sedatur, juxta Es. 48. v. 9. Futurô autem tempore Spiritus Sanctus descendet super unctum Domini à naso hoc per Seniorem Sanctissimum: sicut dicitur Jes. 11. v. 3. Et odorari faciet eum in timore Domini.

§. 225. Aures Microprosopi sunt duæ dextra & sinistra. Datur enim auditus bonus in aure dextra, sicut dicitur: Quoniam audit egenos Dominus. Et in aure sinistra malus: juxta illud: Et audivit Dominus, & exarsit ira ejus. Et aures Microprosopi curvaturas habent, ut audire queant bonum & malum. Et hæc auris forinsecus clausa est, & curvatura intrat intra foramen illud: unde destillationes fiunt à cerebro: ut introducat vocem introrsum, eademque servata sit & occultata ex omni parte: atque hinc dicitur mysterium, quæ intrare quidem debent sed egredi.

Ab illa curvatura, qua intra aures dependent omnes illi Domini alarum, de quibus scriptum est: Quia avis cœli adducit vocem &c. Et isti præconia & voces cœlitùs emissas in mundum deducunt, & Santalphon præfectus illorum est. Isti autem alati, qui circumvolitant per mundum, ut notificent decreta divina, dicuntur ascendere ad numerum sexcentorum millium myriadum: ob mysterium literæ Vav Tetragrammati מה Alephati. In Microprosopo autem foramen quoddam est in cervice, unde transmittitur influxus ad Uxorem ejus, quæ à tergo ipsius assistit. Unde necessum est, ut capilli ibidem dependeant ad contegendum foramen hoc cervicis, ne cortices aliquid exinde participent. Aures autem vacuæ esse debent à capillis, ne istæ impediantur ab exauditione precum nostrarum: unde de his dicitur: Inclina aurem tuam. Sed aures Senis Sanctissimi mera sunt misericordia: nec ibi sinistrum datur. Ubi autem occurrunt duo nomina Tetragrammaton & Elohim; Tetragrammaton denotat Senem Sanctissimum; & Elohim Microprosopum, qui respectu illius judicium est.

§. 226. Barba Microprosopi fit ex novem Numerationibus, Sapientia, Intelligentia, Cognitione, Benignitate, Severitate, Pulchritudine, Victoria, Gloria & Fundamento Fundamenti Macroprosopi, quæ ingrediuntur per novem triades Victoriæ, Gloriæ & Fundamenti Matris, in quibus semper existunt Victoria, Gloria & Fundamentum

Patris: & intrant in novem Numerationes ipsius Microprosopi: & ex illis quoque fiunt novem partes barbæ sanctæ Microprosopi. De hac Barba in Idra magna fol. 139. col. 1. sic dicitur. *Hæc Barba est perfectio faciei, & pulchritudo Microprosopi. Et conformatur novem partibus, & cùm irradiat Barba venerabilis Senioris Seniorum*, id est, Macroprosopi, qui cum dicitur Senior Seniorum, quasi à tribus Capitibus denominatur, ita ut Senior sit unum, & Seniores duo, quia numerus pluralis ad minimum duo denotat. Illius Barba dicitur perfectio omnium, quia ipse Microprosopo & omnibus personis inferioribus perfectionem membrorum largitur. Quoniam Microprosopus tantùm quasi puer parvulus est, antequam accipiat Cerebra: hic autem eundem magnum reddit, ut vocetur vir, utque accipiat Barbam & Caput magnum, & membra grandia, & convertatur in misericordiam.

Et cùm Macroprosopus lumen suum demittit in Microprosopum, tredecim scaturigines olei superni promanant in hanc Barbam; & in ea inveniuntur viginti duæ formæ, i.e. tredecim Macroprosopi, & novem Microprosopi: *& exinde emanant viginti duæ literæ Legis.* Et cum Microprosopus adhuc quatuor formas à Macroprosopo accipit, tunc & ipse tredecim partes habet, sicuti Macroprosopus: sed istæ eidem tribuuntur juxta Alphabetum inversum, ut supra dictum est.

Hæc Barba prodit ab auribus, & descendit & ascendit, & superintegit areolas aromaticas. Quid intelligitur per areolas aromaticas? Id quod dicit Canticum cap. 5. v. 13. Sicut pulvinus aromatis; & non pulvini. Sensus est: barbam ascendendo & descendendo ab auribus contegere genas, prout in homine, juxta illud Hiobi: In carne mea videbo DEUM. Sed omnia ibidem lumina sunt, & literæ lucidæ, & nomina, quæ in supernis configurantur in figura hominis.

§. 226. Conformationes Microprosopi sunt novem, easdemque recitat David Psalm. 118. v. 4. quippe à quibus dependebat fortitudo ejus, ita ut per illas vinceret hostes: quoniam post illas novem formas Microprosopi statim subjicit: Omnes gentes circundederunt me: sed in nomine Tetragrammati exscindam eos. Sunt autem sequentes: De angustiis inclamavi Jah; hæc est prima. Exaudivit me in latitudine Jah; secunda.

Tetragrammaton mihi non timebo; tertia.

Tetragrammaton mihi inter auxiliatores meos; quarta.

Melius sperare in Tetragrammato: quinta.

Melius confidere in Tetragrammato; sexta.

Et tres sequentes, in quibus occurrit mentio nominis אדם homo, nempe cùm dicitur: Dominus mihi, non timebo, quid faciat mihi homo. Prima. Melius confidere in Tetragrammato, quàm confidere in homine. Secunda. Melius confidere in Tetragrammato, quàm sperare in Principibus. Tertia. Ubicunque enim in istis versiculis occurrit mentio nominis אדם, ibi subinnuitur unio Tetragrammati; juxta illud: masculum & fœminam creavit eos, & vocavit nomen eorum אדם. Ubi intelligitur Micropro-

croproſopus, nempe nomen אדם æquipollet Tetragrammato מה, id eſt 45: cujus plenitudo refert numerum 19, qui eſt in voce חוה Eva: quibus junctis ut generare queant, homo eſt integer in membris ſuis.

De his in Idra magna ſequentia extant. *Dixit R. Schimeon ad R. Eleaſar filium ſuum: Surge mi fili ſancte, explica conformationem barbæ juxta iſtas partes ſuas.* Surgensque R. Eleaſar dixit Textum illum Pſal. 118. jamjam allegatum. Et porrò ſubinnuit, quod duæ ſint partes in Microproſopo, quæ vocentur מצרים anguſtiæ in angulis barbæ & capitis. Quoniam finis pilorum Capitis pone aures eſt initium duorum angulorum barbæ circa duo tempora faciei. Suntque duo nomina אל è nomine Elohim: quoniam פאה i. e. angulus per æquipollentiam numerorum eſt אלהים. Suntque judicia juxta illud Pſal. 7. v. 12. אל Deus indignans omni die. Accedit autem temperatura in forma prima, quæ vocatur אל: quæ irradiat partem hanc primam Barbæ Microproſopicæ, i. e. duos hos angulos. Et in ea ſunt cincinni pilorum, juxta nomen אל. Et quilibet cincinnus pilos habet 390, quibus temperantur judicia Microproſopi & capillorum ejus, qui vocantur שמים ſive cœlum juxta numerum 390 pilorum, quibus ſubiguntur omnia judicia inferiora. Hoc igitur nomen אל è nomine Elohim extat in duobus timporibus faciei, quæ ſunt duo nomina יה יה. Datur autem triplex nomen אל in dicta illa ſyllaba אל comprehenſa: quæ ſunt אל שדי & אל אדני & אל יהוה quæ continentur in duobus angulis faciei, qui vocantur anguſtia. De his enim loquitur R. Eleaſar, cum inquit: Ex anguſtia clamavi ad Jah; Exaudivit me in latitudine Jah. Unde patet, quod duo nomina יה ſint in duabus partibus angulorum, & quodlibet eorum in ſe habet tria illa nomina אל: unde conſiunt ſex nomina אל ad dextram & ſiniſtram. Et nomen יה plenè ſcriptum hôc modô: יוד הה junctô integrô per æquipollentiam numerorum eſt אל. Eôdemque modô duo nomina יה efficiunt אל cum numero totius. Unde patet, quod adſint ſex nomina Jah, à quibus prodeunt ſex nomina אל. Hinc R. Eleaſar numerat ſex nomina Divina, & tria nomina אדם, quod eſt Tetragrammaton מה. Nam nomen יה ter ſumtum efficit אדם. Et ſic etiam è tribus יה anguli ſiniſtri efficitur nomen alterum אדם, & unum eſt in medio. Et iſta nomina אל vocantur מצרים עליונים Ægyptus ſuperna. Sed & in guttur Microproſopi deſcendunt ſex iſta nomina אל ſupradicta; ubi nimirum eſt anguſtia gutturis; eaque fiunt è ſex Cerebris infantiæ, quorum tria ſunt à Patre & tria à Matre, & vocantur מצרים תחתונים Ægyptus inferior; illa autem quæ in Macroproſopo vocantur Ægyptus ſuperior. Judicia autem non abolentur niſi per radicem ſuam: i. e. ſi illa nomina Macroproſopi irradient iſta Microproſopica. Et huc pertinet illud Jeſ. 19. v. 2. Et cum miſcebo Ægyptum cum Ægypto, i. e. ſuperiorem cum inferiore, & tunc tollentur cortices, qui adhærent Ægypto inferiori, i. e. duobus angulis Microproſopi.

§. 227. Forma prima Barbæ Microproſopi prodit ante aperturam aurium ejus ſub cincinnis capillitii, qui pendent ſuper auribus: & deſcendunt pili ſibi invicem impoſiti,

politi, ita ut radix unius sit sub capite alterius usque ad locum ubi *initium habet os.* De his porrò ita dicit Idra magna. *Omnes illi pili Barbæ duriores & rigidiores sunt pilis & cincinnis Capitis.* Suprà enim diximus in Macroprosopo, quod pili Sapientum in Capite sint lenes sive flexiles & in barba rigidi. Sic etiam hôc locô: In Capite Microprosopi pili sunt molliores; sed in barba sunt rigidiores & duriores: juxta illud: Judicia Masculi rigida sunt sub initium & remissa sub finem. Quoniam fiunt à judiciis incipientibus à severitatibus Matris, quæ proveniunt è mysterio Cerebri Matris.

Porrò ibidem subjungitur: *Quandocunque pili albi Senis dierum, qui sunt tredecim cincinni Capitis albi, exporriguntur in Caput Microprosopi, tunc locum habet illud Proverb.* 1. *v.* 10. *Sapientiæ in platea* sive foris *prædicabunt.* Sensus est hic. Cum descendunt duo cerebra Patris & Matris; & duæ coronæ à Macroprosopo, omnia descendunt per Jisraëlem Senem & Intelligentiam specialem: & Sapientia Patris descendit in Sapientiam Jisraëlis Senis; unde patet, quod sint Sapientiæ duæ in Jisraële Sene; & duæ Intelligentiæ in Intelligentia speciali. Atque hinc dicit textus: Sapientiæ foris prædicabunt: id est, extra Macroprosopum, quia eas accipit Microprosopus, qui foris extat. Et sic etiam dicitur Jes. 27, v. 11. quia non est populus Intelligentiarum. Ubi etiam commemorantur Intelligentiæ duæ; una Matris, & altera Intelligentiæ specialis. Suntque tria cum pertingunt ad Victoriam Gloriam & fundamentum Jisraëlis Senis & Intelligentiæ specialis: antea autem erant quatuor; nimirum duo cerebra, & duæ coronæ, fiuntque tria, in Victoriâ, Gloriâ & fundamento eorum; Et quia Phylacteria sunt typus istorum, hinc ש in phylacteriis datur trium capitum & quatuor capitum. Unde dixerunt Sapientes nostri b. m. Deum Sanctissimum, qui benedictus sit; id est Microprosopum, applicare phylacteria. Ubi sensus est, illum in capite suô applicare illa lumina.

Pergit autem Idra: *Quid est foris? in hoc Microprosopo. Et inveniuntur in tribus cavitatibus cranii capitis.* Quæ sunt, Sapientia Intelligentia & Cognitio Microprosopi: quia descendunt duo cerebra & duæ coronæ & fiunt tria in Sapientia, Intelligentia & cognitione: quoniam in illa subintrant Victoria, Gloria & fundamentum Jisraëlis Senis & Intelligentiæ specialis. Et deinde descendunt in Cognitionem, quæ comprehendit cerebra & coronas, & fiunt unum. Quapropter theca est unica, quæ continet quatuor Textus Phylacteriorum. Hinc R. Schimeon Jochaides in Idra subjungit.

Et unum cerebrum quiescit in statu consummato, quod continet omnia tria cerebra: & ab eo producuntur productiones. Id est: Deinde descendunt Benignitates & Severitates in membra reliqua & faciunt novem Numerationes & novem formas barbæ Microprosopi. Et è Sapientia, Intelligentia & cognitione fiunt Cincinni, pili longi, & crines: quin etiam bili barbæ. Et hinc dicit: producuntur ab eo productiones.

Et pergit. *Implicita illa, quæ librantur* (i. e. formam bilancis generalioris accipiunt) *in capillis albis, in hoc Microprosopo continentur in tribus cerebris; in quibus extant*

extant quatuor cerebra istius Microprosopi. Hinc assurgit numerus perfectus quatuor textuum, in Phylacteriis scriptorum, in quibus continetur Nomen Sanctum Senis dierum, Senioris Seniorum; & Microprosopi. Nam hic est consummatio Nominis Sancti, de quo scriptum est. Deut. 28, v. 10. *Et videbunt omnes populi terræ, quod Nomen Tetragrammaton invocetur super te, & timebunt te. Ubi reverà intelligitur Tetragrammaton*; quæ sunt quatuor literæ, sub mysterio duorum cerebrorum & duarum Coronarum; *quæ sunt quatuor receptacula, thecæ* scilicet *phylacteriorum. Et propterea dicitur: Sapientiæ foris prædicabunt: quia scilicet hoc loco inveniuntur.* Id est per illas literas ingrediuntur in Microprosopum; & in illis eædem inveniuntur. Nam quia Sapientia Macroprosopi istius, in quo occultatur Caput Non ens, nempe in cerebro ejus occultato, abstrusior & occultior est; hinc illa non ingreditur in Microprosopum: unde necesse est ut Sapientia alia, quæ constat è duobus, intret in Microprosopum, loco Sapientiæ ejus. Quinimò ne quidem in loco Patris & Matris non ingrediuntur; sed in loco Jisraëlis Senis & Intelligentiæ specialis. Quare textus Idræ inquit: quod hîc inveniantur, id est, quod ab extra & infra fiat prædicatio; ut iste hæc possit sufferre. *Sanè enim Senior Seniorum occultus inter occultos*, ibidem *non invenitur*, in Microprosopo, ut ipse immittat cerebra in eum: *quia est absconditus ab omnibus, nec dividitur nec manifestatur. Et quia uniuntur quatuor cerebra in* cerebro *hoc Microprosopi*, id est, in Cognitione ejus; *hinc quatuor fontes ab illo effluunt in quatuor latera* sive tractus; *& dispergunt se ex una Scaturigine, quæ prodit ab omnibus* (scilicet supernis.) Id est, fundamentum Patris, quod vocatur Scaturigo Sapientiæ; & occultatur in fundamento Matris; veniuntque in Cognitionem Microprosopi, qui est primogenitus & accipit duas portiones à Patre suo, cerebra & coronas.

Ibidem porrò additur: *quod lux abinde prodeat, & producat capillos, cui aggeres super aggeribus, quorum non sit numerus & computus: sicut dicitur* Cant. 5, v. 12. *Cincinni ejus* תלתלים *crispaturæ.* Hæc sunt decem Nomina אלהים, quorum numerus æquipollet voci תל״תל crispatura; & quinquaginta eorum literæ, supplent syllabam י״ם. Quod autem in loco hoc citato additur שחרות כ״עורב nigri ut corvus: ibi per literas istarum vocum initiales indicatur numerus ש״ך id est 320 judiciorum, quæ sunt 32 Nomina אל״הים decies sumta; quæ proveniunt à Patre.

Et multa myriades exercituum influxum ab iis accipiunt, quæ sunt aggeres super aggeribus. Et omnes sunt duri & rigidi, ut perfringant, per illam rupem durissimam (*i. e.* cranium) *donec faciant foramina & fontes sub crinibus: & promanant fontes rapidissimi quaquaversum. Et quia capilli illi nigri sunt & obscuri, hinc scribitur Job.* 12, *v.* 22. *Revelat profunda de tenebris, & educit ad lucem umbram mortis.* Ubi intelliguntur judicia & cortices, qui è longinquo suctionem habent ab illis crinibus. Nam cortex vocatur צל מו״ת, umbra mortis. Et vox צ״ל repræsentat 120. אלהים, seu metathesis istius Nominis.

Deinde quæritur, quare pili Microprosopi sint tam rigidi & duri & quasi inflexibiles: & an hoc forte exhinc proveniat, quod omnes sint judicia? Quod negat: quia

ſub iſtis formis inveniuntur miſerationes & judicia. Nam etiam quinque Tetragrammata punctata punctis אלהים efficiunt numerum vocis תלמוד: in Talmude autem tàm conceſſa reperiuntur quàm prohibita; tàm recta quàm rejecta; tàm pura quàm impura. Capilli etiam Microproſopi dividuntur in partem dextram & ſiniſtram. Sed pilos Barbæ Microproſopi oportet eſſe duros ob duas cauſas: ſi enim mundus opus habet miſericordia, miſerationes has oportet eſſe validas, ut vincere queant judicium: & quando judicium requiritur, rigor judicii vincit miſericordiam: adeoque quicquid prævalet, validitatem requirit. Omnia autem dependent ab operibus inferiorum, quibus conceſſum eſt liberum arbitrium. Cùm autem hanc barbam irradiat Lux Barbæ Macroproſopi, quæ alba eſt, tunc idem fit, ac ſi lavaretur flumine profundô, & pili fiunt albi, & metrum miſericordiæ prævalet, & judicia temperantur, nec amplius apparent, quamdiu Jiſraëlitæ faciunt voluntatem Dei.

Et cùm Moſes precatur Num. 14. v. 18. In caſu exploratorum, novem tantum metra commemorat, quod nempe Tetragrammatos ſit longanimus, & multæ benignitatis &c. De Veritate autem nihil ſubjungit, quia iſtæ formæ non ſemper ſunt in Microproſopo, prout ſemper inveniuntur in Macroproſopo. Et novem iſtæ formæ veniunt è fundamento Senioris, & ſunt novem metra miſericordiæ à Seniore in Microproſopum defluentia. Tempore igitur vituli Moſes mentionem faciebat omnium tredecim partium Barbæ Macroproſopi, easque deducebat in Microproſopum: quia hoc erat peccatum primum, quod committebant, ubi adhuc digni manebant, ut in terram ingrederentur cum ipſo; & metrum judicii nondum uſque adeò prævaluerat. Sed in peccato exploratorum judicia prævalebant, & Moſes plures non deducere poterat formas quàm novem, quia ipſis peccatum hoc non remittebatur, ſed illis moriendum erat in deſerto: & decretum non penitus reſcindebatur, ſed eouſque tantum, quod ipſis moriendum non eſſet intra quadraginta dies, & dies prolongaretur in annum. Unde tum temporis novem tantum deſcendebant formæ, quæ ſunt iſtæ.

Tetragrammatos ידו״ד prima.
Longus ארך ſecunda.
Narium, אפים tertia.
Et multus ורב quarta.
Benignitate חסד quinta.
Portans נשא ſexta.
Iniquitatem עון ſeptima.
Et prævaricationem, ופשע octava.
Et mundando, ונקה nona.

Et propterea veritas dependet à Seniore ejusq; hôc locô non fit mentio.

Et quia Cerebrum Microprosopi habet tres Cavitates, quæ illuminantur à Cerebro occultato; hinc de eo dicitur, quod emanet & prodeat: & in eo sunt 320 judicia, de quibus dicitur Esth. 2. v. 1. כשך juxta quiescere furorem Regis; ubi numerus iste includitur in voce שׁך: adeoque judicia extenduntur. Sed in Macroprosopo judicia tranquilla sunt & quiescunt, sicut vinum bonum, quod residet super fæcibus suis. Sic enim habet Traditio: Nemo novit Cerebrum ejus præter ipsum; quoniam cognitio ejus & Cerebrum ejus occultata sunt. Sed de Cerebro Microprosopi dicitur Jobi 28. v. 23. Elohim novit viam ejus, i. e. Mater superna, quæ vocatur אלהים חיים Deus vivens. Idque totum propterea, quia Sapientia Microprosopi aperta est, & lumina deorsum transmittit; quod ita non facit Sapientia Macroprosopi; utpote quæ omni ex parte clausa est, nec ullibi aperitur, nisi violenter translucendo per membranam Cerebri.

§. 228. Formâ secundâ prodeunt pili è linea recta, quâ contegunt genas, perguntque secundum latitudinem ab illo loco, ubi incipit os Microprosopi usque ad latus sinistrum istius oris: descenduntque subter os, donec perveniant ad latus sinistrum. Sicut enim os circumdatur suprà; sic pili etiam os circumdant infrà: & pili supra os vocantur mystax, ita ut hac formâ os Microprosopi tam supra quàm infra circundetur, quasi pilus superimmissus sit pilo formâ elegante & pulchra. Hæc est mens verborum Idræ, in qua R. Abba jubetur perorare, qui exorsus inquit: *Cum hac forma Barba Regis formatur, tanquam herus robustus est, robustusque & spectabilis &c. Sicut scriptum est: Magnus Dominus noster, & multa potentia.* Id est: antequam illuminatio à Macroprosopo descendit, ipse magnus est virtute judiciorum: si enim nomen דין quinquies sumatur, hinc oriuntur 320 judicia nominis אדני: & quinque Alephin nominis אדוני eadem temperant. Nomen autem אדונינו Dominus noster plurale est, & denotat nomen hoc quinquies sumtum, quæ sunt judicia magna, quæ extenduntur & plena fiunt, & veniunt ab infantia. Deinde in ipso quoque sunt רב כח multa potentia, i. e. 32 Elohim decies sumta: ita ut se habeat ad instar Regis fortissimi, qui exercitus habet in gentes pugnacissimos. Sed quando mitescit per formam Barbæ venerabilis Macroprosopi, tunc dicitur: Deus misericors. Juxta hanc igitur secundam formam, vocatur רב חסד multæ benignitatis, quia judicia illa dicti prioris Psal. 147. v. 5. mitigata sunt, & miserationes prævalent. Et huc pertinet illud Jes. 42. v. 13. Tetragrammaton est Microprosopus, sicut heros egredietur. Id est: Non sub mero robore heroico, sed sicut vir bellicosus suscitabit zelum: vociferabitur etiam jubilabit, super inimicos suos prævalebit. Non tamen planè bellicosus est, quia judicia temperata sunt.

§. 229. Forma tertia Barbæ Microprosopi locum habet sub duabus naribus, ubi est semita paululum depressa ex utroque latere, quæ pertingit usque ad os, & in ea sunt pili parvi quidem sed rigidi, qui prævalent in semita ista: & pili isti sunt judicia rigorosissima, quæ impediunt, ne os dicat: Condonavi: adeoque influxum cohibent, ne procedat à naso ad os. Et propterea non dicitur: Ferens iniquitatem, & transiens

 super

ſuper prævaricationem ſive פשע ut inde fiat שפע i. e. influentia: quia pili ibidem nunquam amoventur. Unde ſi quis minari vult cuidam, ut cum reſpectu & veneratione ſe gerat, hanc ſemitam bis digitô percutit. In Seniore enim ſemita iſta de pilis eſt, ut influentia ad os uſque tranſire queat. Sed in Microproſopo ſemita hæc denotat judicia graviſſima, quæ uſque ad os ipſum deſcendunt: hinc dicitur Cant. 5. v. 13. Labia ejus roſæ, rubra ſcilicet ut Roſa. Hinc non dicitur; Ferens iniquitatem, & tranſiens ſuper prævaricationem, niſi influentiam accipiat à formis aliis, ut judicia ejus temperentur. Senſus ergò illorum, quæ in Idra dicuntur talis eſt; quod Forma ſecunda meritò vocari deberet Ferens iniquitatem; & Forma tertia tranſiens ſuper iniquitatem: ſed quia ſemita hæc judiciis duris repleta eſt: ipſum autem metrum, quod dicitur Tranſiens ſuper prævaricationem, valdè occultum eſt; hinc duæ illæ Formæ non deſcendunt, ut operentur in Microproſopo: adeoque Forma tertia iſtius dicitur: Et multus benignitate.

Pergit autem: *Trecenta & ſeptuaginta quinque benignitates continentur in Sene dierum.* Hæ autem fiunt è plenitudine nominis ס״ג, cujus numerus eſt ה״בל i. e. 37: quô denotatur halitus oris Microproſopi. Iſte numerus autem decies ſumtus efficit 370, & cum quinque benignitatibus deſcendentibus, hinc efficiuntur 375 benignitates, quæ deſcendunt à Forma ſexta Macroproſopi: unde hic locus vocatur multus benignitate. Et illæ 375 Benignitates Senis dierum vocantur benignitates primitivæ, ſed Benignitas Microproſopi vocatur benignitas ſeculi. Et in Libro Zeniutha Benignitas primitiva Senioris vocatur רב חסד multitudo benignitatis: ſed in Microproſopo tantùm benignitas ſimpliciter nominatur.

§. 230. Forma quarta Microproſopi ſunt duæ areolæ aromaticæ, quæ contegunt genas: ſuntque pili Barbæ, quæ deſcendunt ſecundum longitudinem ex utraque parte faciei. Et de hac Forma in Idra dicitur, quod ſit elegans & pulchra aſpectu, & nominetur הוד והדר decus & gloria; quia nimirum in eam extenduntur Gloria Patris & Gloria Matris. Nam Gloria Matris intelligitur per nomen הוד quæ in Targum dicitur שופרא: & eſt pulchritudo Barbæ, adeoque pulchritudo & decor faciei. Gloria Patris autem vocatur הדר, in qua plures adhuc ſpecies Pulchritudinis inſunt Idque totum exinde provenit, quod Pater & Mater contineantur in Victoria & Gloria Intelligentiæ ſpecialis. Et huc radiat pars quarta Capitis Macroproſopi, quæ vocatur membrana pellucida, quæ eſt Pulchritudo Regni, quod ignoratur: quæ conſiſtit in medio, & lumen ſuum diſpertitur in duo latera genarum, & in duas partes Barbæ, dextram & ſiniſtram: & cùm Pulchritudo hæc formam hanc quartam Microproſopi illuminat, judicia ejus, i. e. pili dividuntur, & temperantur: atque tunc in latere dextro dicitur Ferens iniquitatem; & in latere ſiniſtro; Tranſiens ſuper prævaricationem, ut פשע mutetur in שפע ſeu prævaricatio in influxum, & judicia in duas partes diſpeſcantur, nec nimium cumulentur unô in loco. De hac

Forma

Forma in Idra magna traduntur ſequentia. Gloria ſuperna prodit & circumit, & emanat, ut applicetur genis ejus, & vocatur decus Barbæ; & hinc dependent הוד והדר veſtes nimirum illæ quibus veſtitur: quæ ſunt purpura magnifica, de qua ſcriptum eſt Pſal. 104. v. 1: Gloriam & decorem induiſti. Et hic quoque radicem habent literæ מנצפך bis ſumtæ, quibus æquipollet vox פרפר, quâ denotatur purpura ſupradicta.

Et ad hanc Formam etiam pertinet Forma nona, quæ quaſi filum quoddam eſt, quod Barbam circumcirca ambit, & incipit pone aures, ut proportionem det omnibus, ne ulterius extendantur ad contegendam faciem ex utraque parte; & ſic quoque jugulum: idemque dicendum de duabus ſpicis Barbæ deorſum dependentibus, ne ulteriùs extendantur. Et quia Forma hæc genas veſtit: hinc vocatur veſtimentum.

Porrò ibidem allegatur dictum Proverb. 20. v. 29: Et decus juvenum robur eorum, quia juxta hanc Pulchritudinem aſcendit è ſtatu pueri in ſtatum juvenis & adoleſcentiæ, ubi in ipſo apparet Barba parva reſpectu Senioris, qui multò habet majorem, atque albam, quæ Dan. 7. vocatur veſtimentum ejus ad inſtar nivis candidum, quoniam contegit dimidium corpus ejus uſque ad ſcrobiculum pectoris, eàdemque veſtiuntur Pater & Mater. Barba autem Microproſopi multò brevior eſt, nimirum uſque ad initium viſcerum pertingens. Pilique Capitis & Barbæ nigri ſunt corvi inſtar, & dealbantur per pilos Barbæ & Capitis Senis dierum tempore beneplaciti. Vox autem בחור id eſt electus ſive juvenis Cant. 5. v. 15. per æquipollentiam numerorum eſt אריה Leo, i. e. 216, ſive nomen חסד i. e. benignitas, ter ſumtum. Tandem autem ſubjungit: *Et cum trutinantur ad inſtar bilancis, in idem redeunt.* Id eſt, forma quarta & nona unum & idem ſunt: quoniam filum illud, quod proportionem dat pilis, eoſque circundat, incipit in loco areolarum aromaticarum, pergitque uſque ad infimam partem circa Barbam.

§. 231. Forma quinta Barbæ Microproſopicæ ſunt duo poma faciei ejus, in gena dextra & ſiniſtra, ubi deficiunt pili, & genas non amplius tegunt: & hæc poma ſunt rubra & alba: ſicut dicitur Proverb. 25. v. 11. Poma aurea, quæ ſunt ſymbolum judicii in thecis argenti: quô denotatur Benignitas. Forma igitur iſta in hoc potiſſimum conſiſtit, quod pili ulterius non procedant in genis, nec contegant faciem: hinc ordinariò non ſunt alba ſed rubra, nec deorſum fulgent, niſi cum facies Macroproſopi illuminat Microproſopi faciem; & duo poma ſancta videntur. De his pomis ſic dicitur in Idra magna: quod rubra ſint ut roſa rubra, & flammas emittant in 270 mundos, qui expoſiti ſunt in formis Macroproſopi. Et cùm duo hæc poma illuminantur à pomis Macroproſopi, rubedo diluitur, & albedo immiſcetur, i. e. Benignitas admiſcetur. Et cùm facies illa Macroproſopi hæc poma irradiat per Sacerdotes, qui manus ſuas attollunt ſuper

populum, ut eidem benedicant; tunc locum habet illud: Illuminet Dominus vultum ſuum ſuper te, & miſereatur tui: nam cùm illa poma lucent, mundo benedicitur. Cùm autem tollitur rubor, i. e. cùm rubedo faciei ceſſat, & judicium atque ira ſedatur, quæ vocatur פני facies, juxta illud Ezechiel. 14. v. 8. Et dabo faciem meam, i. e. iram meam, in virum iſtum: quando nimirum tempore beneplaciti Caput hoc album lumen ſuum demittit: tunc ſcriptum eſt: Attollat Dominus faciem ſuam ſuper te: quaſi dicat: auferat iram, ut nulla reperiatur in mundo. Omnia ergò lumina Senioris Sanctiſſimi vocantur benignitates primitivæ, ſicut dicitur Pſalm. 89. v. 50. Ubi ſunt miſericordiæ tuæ primitivæ, Domine, Lumina autem Microproſopi vocantur benignitates ſeculi, quoniam iſte vocatur Benignitas æterna.

§. 232. Formâ ſextâ Barbæ Microproſopi prodeunt pili ad inſtar fili, ut fiat diſtinctio inter crines, qui genas contegunt, & non vocantur anguli Barbæ, & *illos*, qui extant in duabus anguſtiis, uſque ad pilos per latitudinem extenſos ſupra labium ſuperius & inferius; quibus locis anguli Barbæ denominantur, duo nimirum ſupra circa Barbæ initium, & duo circa os, quibus accedunt pili, qui contegunt guttur, & à mento dependent, qui eſt angulus quintus Barbæ: & ſunt quinque Benignitates, quæ demittuntur à Macroproſopo in quinque angulos Barbæ Microproſopi. Quare DEUS prohibuit, ne anguli Barbæ penitus abraderentur, ſive novaculâ ſive forfice? ne ſcilicet perdatur Barba Microproſopi, nec in eam influere poſſint quinque benignitates ſupernæ.

§. 233. Forma ſeptima barbæ Microproſopi in hoc conſiſtit, quod nulli pili dependeant ſuper os, & os vacuum eſt undiquaque: quoniam per pilos intelliguntur judicia. Sciendum enim, quod omnia creata ſint per elocutionem decem dictorum Geneſeos, juxta Pſalm. 33. v. 6. & ſic etiam ore hoc proferuntur verba Legis, & varia proclamari jubentur, & voces de cœlo emittuntur, & animæ novæ creantur tam hominum quam angelorum per hoc eloquium, cum ſcilicet copulantur vox & elocutio, id eſt Microproſopus & uxor ejus. Quod ſi igitur pili labii ſuperni longius dependerent, elocutio hæc impediretur. Quare licitum eſt pilos labii præcidere, in quantum comeſtionem impediunt. Et ſenſus eorum quæ de forma hac dicuntur in Idra magna, hic eſt: quod inter angelos alii conſiſtant ad dextram Dei Sanctiſſimi, qui benedictus ſit, qui vocantur קדישין Sancti: qui verò ad ſiniſtram conſiſtunt, vocantur עירין vigiles: ſicut dicitur: vidi Dominum ſedentem ſuper throno excelſo, & omnis exercitus cœlorum penes eum ſtabant à dextris & à ſiniſtris. Illi enim qui à dextris bene merita attendunt & vocantur ſancti: qui verò à ſiniſtris ad peccata hominum attendunt, & vocantur Gregori ſive vigiles. Unde etiam dicitur Dan. 4, v. 11. Et ecce vigil & ſanctus de cœlo deſcendens &c. quo indicatur, quod rigores temperati ſint per benignitates. Nam עיר vigil habet numerum מנצפך id eſt 280. quæ ſunt quinque

quinque ſeveritates cerebri Severitatis, è duobus cerebris Patris & matris. Sancti autem ſunt benignitates, nimirum quinque Tetragrammata benignitatum quarum numerus aſſurgit ad 130, quæ temperant 280. Severitates: uterque autem numerus aſcendit ad ſummam vocis קדוש id eſt 410. Unde patet, quod os factum ſit è benignitatibus & ſeveritatibus Patris & matris, quæ ſunt duo cerebra: & omnia dependent à duabus coronis quæ deſcendunt à Seniore.

Hæc igitur forma continet omnes ſex formas ſuperiores, quia in ſe habet Benignitates & ſeveritates.

§. 234. Forma octava in hoc conſiſtit, quod contegatur foramen cervicis in Microproſopo, quod extat in loco oſſiculi Lus, ne cortices participare queant à foramine illo cervicis. Hic enim applicitus erat פרעה Pharao Rex Ægypti, quod nomen per metatheſin eſt הערף cervix. Hâc igitur forma impeditur, ne hic applicari queant cortices, nec è cervice influentia emanet pro illis. Hinc neceſſe eſt, ut cervix neutiquam appareat. In Idra magna igitur de hac forma hæc traduntur: Formâ *octavâ* pili deſcendunt ſub Barba, qui contegunt cervicem, (quæ aliàs transpareret in ſpirituali hac diaphaneitate;) ne videatur. Sic enim habet Traditio: in ſupernis nec cervix eſt, nec laſſitudo, i. e. nec conatus, nec defatigatio, quia ſub onere flectenda eſt cervix, ne vacillet: ſed omnia fiunt per operationem literarum Divinorum nominum, quæ operationes iſtas edunt per influxum Macroproſopi. Et tempore belli, quando Microproſopo pugnandum eſt cum poteſtatibus immundis, ſicut exempli gratiâ cum Pharaone; ſi cervix apparet, hoc ſaltem fit, ut oſtendatur ſeveritas. Sic enim traditum eſt: Mille mundi applicantur illi, ſicut ſcriptum eſt Cant 4, v. 4. Mille clypei pendent ab ea, omnia ſcuta potentium &c. nimirum ſeveritates Microproſopi temperantur per deſcenſum benignitatum Macroproſopi. Et in collo hoc eſt dextrum & ſiniſtrum: & hinc prodit illuminatio humerorum dextri & ſiniſtri. In כתף ſeu humero autem ſunt 500. lumina: humerus enim dexter fit è quinque benignitatibus, quæ ſingulæ conſtant è decade, & è decadis decade, unde 500, juxta numerum כתף: & ſic humerus ſiniſter è totidem ſeveritatibus conſtat: unde fiunt mille, atque hinc prodeunt mille mundi deſiderabiles pro juſtis in mundo venturo. Suntque mille clypei, qui proveniunt è tribus nominibus אל״ deſcendentibus è temporibus Capitis, qui numero ſuô exhibent vocem מ״גן clypeus, inter quæ eſt אל שדי, quod in plenitudine ſua junctô numerô integri exhibet 1000, quod nomen Microproſopus accipit à Matre ſuperna, quæ vocatur אל שדי.

§. 235. Forma nona eſt, quod pili æqualiter dependeant, & ne unicus quidem longior ſit alterô; & pili ſimul ſint juncti inſeparabiliter, & dependeant uſque ad initium viſcerum, non verò uſque ad præcordia, ſicut Barba Macroproſopi. Et hæc forma fit à pulchritudine Senioris, quæ eſt circa præcordia ejus, & veſtitur per Pulchritudinem Patris & Matris, quoniam ibi incipit Microproſopus. Et in

Idra

Idra magna forma hæc ita describitur, quod pili dependeant æquilibriô plenô usque ad illos, qui omnes in æquilibrio pulchro dependent. Per quos intelliguntur illi, qui sub labio inferiore demittuntur usque ad eos, qui à mento dependent: qui simul juncti vocantur forma una: unde insignis oritur pulchritudo viri fortis & bellicosi. Quo pertinet dictum Proverb. 20. v. 29. Decus juvenum robur eorum. Quare etiam in mari rubro apparuit ut juvenis pulcher.

§. 236. Et hæc etiam de Microprosopo sufficiant: ex quibus reliqua faciliùs jam poterunt intelligi.

Soli Deo Gloria!

PAR-

PARTIS SECUNDÆ
TRACTATUS QUINTUS

Qui continet

TRES TRACTATUS INITIALES LIBRI SOHAR

qui in Editione Mantuana referuntur ad Præfationem; cum textu originalio, pro majori exercitio Tyronum, non punctato, sed cum versione tamen, & commentariis, partim è Libro Sohare Chammah; partim è Manuscriptis à R. Chajim Vital juxta tradita R. Jizchak Lorja Germani editjs.

DISCURSUS I.

§. 1.

רבי חזקיה פתח כתיב כשושנה בין החוחים. מאי שושנה דא כנסת ישראל בגין דאית שושנה ואית שושנה׃

R. Chiskijah exorsus est: scriptum est Cant. 2, 2. rosa inter spinas. Q שושנה sive rosa? E sia Jisraëlis, (*sive gradus infimus* quia duplex est rosa. (b)

ANNOTATIONES.

(a) *In Sohar Cantici Canticorum dicitur: Juxta os Eliæ decisum est. N Exorsus est Elias. Quia anima Eliæ naturâ suâ erat angelus, tantarum non era ut novas explicationes in Legem edere posset; quod nulli angelorum concessum est. Se jam decisum esset in Academia cœlesti, id per eundem saltem manifestabatur in R. Schimeon ben Jochai & Socii ejus, incipiebant, id est, ipsi primo rem sic expli detegebant arcana, quæ nondum fuerant manifestata, nec supra nec infra. Et h let: Hic vel ille exorsus est.*

(b) *Objectionem format: cùm dicendum fuisset: Sicut rosa; sic amica m addat, inter spinas? Et respondet; dari Rosam aliam, quæ est Mater intellige citur in Tikkun. fol. 69; cui non competant ea, quæ de hac Basilia dicuntur.*

מה שושנה דאיהי בין החוחים אית בה סומק וחיורי אוף כנסת ישראל אית בה דין ורחמי׃

§. 2. Quomodo se habet ros inter spinas? (d) in illa est rubrum (e) Sic etiam in congregatione J judicium & misericordia.

ANNOTATIONES.

(d) *Id est inter Cortices; præsertim tempore exilii, sicut dicitur in Tikkun.*

(e) *Id est, rubrum inclinans ad album: vel quod radices foliorum alba sint, rubra. Vel quod aqua ex illa destillata sit alba, & ipsa in sese rubra. Præmittit brum, quia in Basilia prævalet judicium, & in illa tantum occultatur misericor ita non est in gradu pulchro, qui misericordia est manifesta.*

מה שושנה אית בה תליסר עלין אוף כנסת ישראל אית בה תליסר מכילן דרחמי דסחרין לה מכל סטרהא׃

§. 3. Quid (porrò in) Rosa? tredecim folia: Etiam in con Jisraëlis sunt tredecim metra (f) diæ, quæ eam circundant, ex om

ANNOTATIO.

(f) *Sunt sex extremitates numeratæ ab imo sursum, & à summo deorsum,*
2. *& potentia media, quæ omnes sustinet; unde tredecim. Quæ addit, quod ea*

eundem ex omni latere. Has autem vocat metra miserationum, à potiori; quamvis inter ea quoque reperiatur judicium. [*Nisi fortè innuantur tredecim formæ Barbæ Macroprosopi, quæ per Microprosopum lumen demittunt in Uxorem.*)

אוף אלהים דהכא משעתא דארכר אפיק תליסר תיבין לסחרא לכנסת ישראל ולנטרא לה ולבתר ארכר זמנא אחרא׃

§. 4. Sic etiam Nomen אלהים istius loci se habet: (g) hoc enim postquàm primò illius facta est mentio (*Gen.1.v.1.*) producit tredecim voces, (h) quæ circundent Congregationem Israël, & custodiant illam, (i) & postea commemoratur vice alterâ.

ANNOTATIONES.

(g) *Id est Mater intelligendi: quoniam omnia triginta duo nomina* אלהים *quorum mentio fit in Opere Creationis, pertinent ad Intelligentiam. Hinc addit, hujus loci.*

(h) *quæ sunt &c.* את השמים *usque ad vocem* ורוח *quæ sunt 13. voces, quæ subindicant 13. metra supradicta. Sensus ergò est hic: Sicut in Basilia, quæ est mundus fœmininus, sunt tredecim metra, quæ eandem circundant ex omni parte: sic Mater intelligendi eadem producit pro mundo masculino.*

(i) *ab adhæsione Corticum: sic enim masculus custodit fœminam.*

אמאי ארכר זמנא אחרא בגין לאפקא חמש עלין תקיפין דסחרין לשושנה ואינון חמש אקרון ישועות ואקרון חמש תרעין׃ ועל רזא דא כתיב כוס ישועות אשא׃

§. 5. Quare nominatur vice alterâ? ut producat quinque folia crassiora (k) [viridia illa,] quæ circundant Rosam; & illa quinq; vocantur salutes: & appellantur quinque portæ, (l) & de hoc mysterio scriptum est Psal.116. Poculum salutum (m) sumam.

ANNOTATIONES.

(k) *Id est; ad productionem tredecim metrorum necessaria erat commemoratio una. Et ad productionem quinq; foliorum è dextra, quæ vocatur* ישועות *salutes, opus erat commemoratione secundâ. Quinq; autem folia sunt quinq; voces, &c.* מרחבת על *usq; ad* ויאמר *de quibus etiam dicitur Sectione Pinchas fol.233. Et sunt quinque numerationes; singulæ constantes è decade, quæ sunt 50. portæ: sicut dicitur in Tikkunim: Mater Superna usq; ad Gloriam extenditur. Sensus igitur est hic: quod præter conceptum de sex extremitatibus, (quæ sunt, duo brachia, duo crura, corpus & fœdus; sive Benignitas, Severitas, Pulchritudo, Victoria, Gloria & Fundamentum:) alius hic occurrat conceptus, de quinq; Numerationibus, qui rosam, id est, Basiliam circundent; eamq; salvent ab omnibus hostibus suis. Hinc dicit, quinq; illa vocantur salutes. Et hinc alterâ vice opus fuit quinq; hæc folia producere è parte dextra: quia omnis salvatio provenit à parte dextra, sicut dicitur Sectione Trumah fol.169. Vocantur ergò salutes; quia eripiunt & liberant eam.*

(l) *Portæ autem vocantur respectu 50 portarum Matris intelligendi.*

(m) *Poculum Salvationum dicitur, quia est salvata & liberata per illas salvationes.*

דא כוס של ברכה: כוס של ברכה אצטריך למהוי על חמש אצבען ולא יתיר כגוונא דשושנה דיתבא על חמש עלין תקיפין דוגמא דחמש אצבען

§. 6. Hoc est poculum benedictionis; poculum benedictionis necessariò tenendum est quinque digitis nec pluribus (n) ad instar Rosæ, quæ residet super quinque foliis crassis, quæ sunt typus quinque digitorum.

Annotatio.

(n) *Nimirum manus dextra: Sicut dicunt Sapientes nostri b.m. accipiunt illud ambabus manibus, & tradunt in dextram. Et hæ sunt quinque benignitates.*

ושושנה דא איהו כוס של ברכה: מאלהים תניינא עד אלהים תליתאה חמש תיבין

§. 7 Et Rosa hæc est poculum benedictionis. (o) Nam ab אלהים secundo (*Gen.* 1, 2.) usque ad אלהים tertium (*v.* 3.) sunt quinque voces. [מרחפת על פני המים ויאמר.]

Annotatio.

(o) *Id est, Basilia per se vocatur calix benedictionis: quod autem à Scriptura vocatur poculum Salvationum; id propterea fit, quia eandem salvant quinque illa saluta supradicta.*

מכאן ולהלאה אור דאתברי ואגניז וכליל בברית ההוא דעאל בשושנה ואפיקת זרעא ודא אקרי עץ עושה פרי אשר זרעו בו והוא זרע קיימא באות ברית ממש:

§. 8. Exinde & postmodum (describitur) lux, (p) quæ creata est, & occultata & comprehenditur in fœdere illo (q) [Circumcisionis, quod est quasi membrum virile, numeratio scil. nona] quod ingreditur in rosam (r) [Basiliam, quasi membrum femininum, dum conjunguntur gradus יסוד & מלכות] & producit in illa semen, & hoc vocatur lignum faciens fructus, cujus semen in eo, & hoc semen revera manet in signo fœderis. (s)

Annotationes.

(p) *Quia dicitur: fiat Lux. Ubi indigitatur semen, quod provenit per gradum Fundamenti. Et hic petiolus & fundamentum Rosæ, à quo omnia sustinentur folia. Vel etiam per lucem illam creatam intelligitur gradus benignitatis: quæ occultata dicitur pro justis. Et fortè huc pertinent ea, quæ dicuntur sectione Trumah fol. 127. Cum dicat: fiat Lux, quare iterum dicit, & facta est Lux? nimirum illa lux produxit lucem aliam &c.*

(q) *Id est, illa lux occultata, quæ est Benignitas, occultata est in membro fœderis.*

(r) *Sectione Pinchas; hæc dicuntur de vocula* אחד *lectionis Audi Jisraël: quæ fundamentum & radix rosæ, unde influxum accipit rosa. Et è petiolo hoc prodeunt & semina & grana rosæ.*

(s) *Id est: non est sicut semen humanum, quod non manet in membro, sed prodit: Nam lux ista, quæ influit in Basiliam, etiam in fundamento manet.*

§. 9.

וכמוה דדיוקנא דברית אודרע בארבעין ותרין זווגין ההוא זרעא כך אודרע שמה גליפא מפרש במ״ב אתוון כעובדא דבראשית·

§. 9. Et ſicut forma fœderis ſeminificat poſt quadraginta duas junctiones ſemen ſuum: ita ſeminatur nomen ſculptum, expoſitum XLII literis in opere Creationis. (t)

Annotatio.

(t) *Triginta duæ ſemitæ, ſive Nomina* אלהים, *quæ commemorantur in opere Creationis: & decem elocationes, quæ ad Sapientiam pertinent: quondam ubicunque dicitur* ויאמר *& dixit, ſenſus eſt, quaſi Pater ad Matrem* אלהים *dixerit, &c. efficiunt 42. [Alius etiam 42. literæ numerantur ab initio* בראשית *usque ad vocem* תהו: *unde per tranſpoſitionem literarum exurgit nomen 42 literarum.]*

Commentarius in Diſcurſum hunc è Manuſcripto R. Chajim Vital juxta tradita R. Jizchak Lorjenſis.

§. 1. Sicut Roſa inter ſpinas, &c. Quid intelligitur per hanc Roſam? Congregatio Jisraëlis. E ſectione, &c. ſectione Vajechi R. Schimeon ben Jochai inquit: Quando ipſa adhæret Regi per illa oſcula, tunc vocatur Roſa: quia ſcriptum eſt: Labia ejus roſæ Cant. 5. v. 13. Unde patet, hôc locô intelligi Tetragrammaton. Cùm vero ipſa adhæret marito ſuo, hôc ipſo lucratur ab eo, & ipſa hoc nomen. Hinc eandem vocat Congregationem Jisraëlis; quoniam à Rege, qui eſt Jisraël maritus ejus, hoc accipit ut ſit roſa.

§. 2. Ratio autem hujus appellationis in hoc conſiſtit, quia illa eſt judicium; & ille eſt miſericordia: Cum igitur adhæret ipſi per oſcula illa, ut ſpiritus jungatur ſpiritui; tunc hoc ab ipſo acquirit, ut fiat etiam ipſa miſericordiæ metrum: Rubra ſcilicet & alba ſicut roſa, & ille ſuſcipit judicium, ut etiam fiat ruber, adeoque ſimul ruber & candidus ſicut roſa. Duo autem labia ejus ſunt Victoria & Gloria. Ipſe igitur applicatur Gloriæ, & ipſa applicatur Victoriæ.

§. 3. Cum igitur dicitur Roſam ſimpliciter dictam eſſe Congregationem Jisraëlis; tunc intelligitur Baſilia, quatenus in ſupernis eſt in ſinu amici ſui Jisraëlis, qui venit usque ad cogitationem: & tunc vocatur hoc nomine. Et juxta hanc notionem Moſes cum illa unitus fuit: quare etiam dicitur Num. 12. v. 8. Ore ad os loquor cum eo. Et huc pertinet quod dicit R. Abba Sectione Vajikra: Moſcheh eſt Congregatio Jisraëlis: & hæc eſt Schechinah ſeu præſentia Divina ſuperior, de qua mentio fit in Tikkunim: & vocatur Binah ſeu informatrix, illô conceptu quo dicitur os. Hinc dicitur Binah ſeu Informatrix, quando gradus iſti ſunt in ſinu Matris. Hinc dicitur. Moſen unitum fuiſſe cum Bina ſeu informatrice; quia unitus fuit cum Baſilia, quatenus hæc ſurſum eſt in Bina ſeu Intelligentia, in quantum hæc vocatur os, & ſub myſterio oſculorum.

§. 4. Sed datur Rosa etiam alia, quatenus ipsa est inferius: & hæc dicitur existere inter spinas. Hæc autem est Schechinah sive præsentia inferior.

§. 5. Sensus ergo dicti hujus est talis: Sicut rosa inter spinas, i. e. sicut se habet præsentia inferior: sic amica mea, i. e. Schechinah sive præsentia superior, quæ vocatur amica, nimirum in Binah seu Informatrice: est inter filias.

§. 6. Hinc textus dicit: Quid intelligitur per hanc Rosam? Congregatio Jisraël is, quæ est præsentia superior. De præsentia inferiore autem dicitur, quod sit inter spinas, quia Schechinah inferior est inter cortices.

§. 7. In illa est rubrum & album. Id est, necessario in ipsa est judicium, quando est inferius apud cortices unà cùm misericordia; sic etiam Congregatio Jisraëlis, i. e. Præsentia superior in se habet judicium & misericordiam. Infra enim colores locum habent: hinc loquitur de rubro & albo: sed superius colores locum non habent; hinc loquitur de judicio & misericordia.

§. 8. Quomodo se habet rosa? In illa sunt tredecim folia. Sic in Congregatione Jisraëlis sunt tredecim metra miserationum, quæ eandem ambiunt ex omni latere. Sensus est hic: quod Schechinah inferior stet super duodecim tauris, quibus impositum est mare, unde fiunt tredecim: & hæc sunt tredecim illius folia. Sic etiam in Congregatione Jisraëlis, quæ est Schechinah sive Præsentia superior sub symbolo oris repræsentata in se habet tredecim metra miserationum: quæ sunt tredecim conformationes Barbæ, quæ circumdant os es omni latere: hinc textus dicit: quæ eamdem ambiunt ex omni latere.

§. 9. Sic etiam nomen Elohim hujus loci, i. e. Mater superna, producit tredecim voces, quæ ambiant Ecclesiam Jisraëlis, eamque custodiant. Sensus est hic, quod per rosam sive Congregationem Jisraelis intelligatur notio illa, quæ vocatur costa, & est punctum Jod: & dicitur sponsa Mosis. Sicut enim datur Daath sive Cognitio ab intra sub nomine Mosis; Jisraël autem & gradus pulchri ab extra sub nomine Jacobi: sic Sponsa Mosis datur ab intra, & hæc est Congregatio Jisraelis; & Basilia est ab extra sub nomine Rachelis, quæ est Uxor Jacobi.

§. 10. Hinc dicitur: per Rosam unam intelligi congregationem Jisraëlis: quod est punctum internum. Sed datur Rosa & alia ab extra, & hæc est inter spinas, quæ est Rosa inferior. Sic amica mea: i. e. Binah seu informatrix Rosa superior, quæ vocatur amica sive socia, juxta naturam supernorum: quoniam præsentia superior refertur ad Binah seu Informatricem, ut, sicut est Mater, ita quoque sit filia repræsentata sub puncto hoc interno. Et juxta conceptum istum dicitur, quod Moses unitus fuerit cum Binah seu Informatrice, quia merebatur copulari cum notione hac Interna, quæ dicitur sponsa Mosis.

§. 11. Quomodo se habet Rosa, quæ est inter spinas? &c. In Rosa externa videntur colores, ibidemque rubrum & album appellare convenit. Sed de notione hac interna prædicari non possunt colores; quoniam occultata est ab oculis omnis viventis: unde eidem saltem tribuitur judicium & miseriordia. Hinc textus dicit: Quomodo se habet

bet Rosa illa, quæ est inter spinas, & quæ est externa? In illa est rubrum & album: sic etiam in Congregatione Jisraëlis, quæ est punctum internum, datur judicium & misericordia.

§. 12. Quomodo se habet Rosa; In illa sunt tredecim folia. Id est, in Rosa inferiore, quæ consistit super duodecim tauros, quibus ipsa est superimposita, unde efficiuntur tredecim. Et hæc sunt tredecim ejus folia. Vocantur autem folia, quia similitudinem corticum habent ipsius respectu. Non enim sunt de mundo Emanationis, sed infra Emanationem. Sic etiam Congregatio Jisraëlis, i. e. rosa interior, habet tredecim metra miserationum, quæ sunt sex extremitates ipsius masculi, & sex extremitates ipsius fœminæ, quæ unà cum generalitate sua efficiunt tredecim metra: quorum ipsa est anima ab intra, illa autem eandem circumdant. Et hoc est mysterium tredecim attributorum, quorum mentionem faciebat Moses hic infra versus locum Sponsæ suæ: quoniam à Seniore Sanctissimo eandem deducebat usque ad locum Sponsæ suæ: quæ est punctum hoc internum.

§. 13. Et hoc punctum æquale penitus est gradui pulchro, ita ut nec iste major sit illâ, nec illa major istô: hinc eam vocat sororem suam, sociam suam, columbam suam, perfectam suam, gemellam suam. Verum secunda à tergo ejus prodit inter duo brachia ipsius: hæc interna autem ab ipso includitur, & ipse ab illa repletur: ita ut ipsa tredecim metra miserationum habeat in sex extremis ejus masculinis: Unde etiam dicitur, quod eam circumdent ex omni latere, i. e. in omnibus membris & extremitatibus ejus. Quare etiam ipsa vocatur collectio Jisraël, quia intra ipsum ingreditur, & in se colligit sive comprehendit, quicquid est mariti sui Jisraëlis.

§. 14. Nihilominus tamen, quamvis ipsa sit æqualis gradui pulchro, non tamen est æqualis gradui cognitionis, quippe qui eâdem multò est altior, imò quanta est distantia cœli à terra, quæ est Rosa inferior. Sed gradus pulcher, qui ab extra consistit, & rosa hæc interna, omninò æquales sunt. Et de istis dictum est: eam dixisse, fieri non posse, ut duo Reges, qui sunt gradus pulcher & punctum hoc internum, utantur coronâ unica: quoniam planè sunt æquales. Unde dictum sit ipsi: Abito, & diminuere, ut vestiri queas corpore: quæ est Basilia exterior, quæ prodit à tergo masculi inter duo ipsius brachia.

§. 15. Sic etiam nomen Elohim hujus loci, &c. Sensus est hic, quod innuere velit tredecim illa metra in ipsam derivari è sex extremitatibus supernis, quæ sunt in Sapientia, & singula continent suam sociam: unde fiunt tredecim.

§. 16. Vel etiam per nomen Elohim hujus loci denotatur Mater superna, quæ producere dicitur tredecim voces è sex extremitatibus de genere judicii, ad custodiendum punctum hoc internum, ne aliquid ab ipso hauriant Cortices. Hinc textus dicit: Ad circumdandum Congregationem Jisraëlis, & ad custodiendum illam.

§. 17. Huc pertinent, quæ circa hanc materiam dicuntur in libro Numerorum his verbis. Quodnam testimonium perhibet vox שושן sive Rosa? Rosa testatur de opere Creationis, & de Congregatione Jisraëlis; & de Jisraële, & de unione. Quia Rosa habet tredecim folia, quæ omnia consistunt in petiolo unico. Eadem quoque

que habet quinque folia extrinſecus craſſiora, quæ eandem circumdant, &c. Et omnia myſteria Sapientiæ deſignant. Tredecim folia ſunt tredecim metra miſerationum, quæ congregatio Jisraëlis adipiſcitur è ſupernis: & omnia continentur in fundamento unico, quod eſt fœdus: fœderis enim antitypus eſt fundamentum omnium. Quinque autem folia craſſa, quæ eandem circumdant ſunt quingenti anni arboris Vitæ, per quos hæc porrigitur. De opere Creationis autem ita teſtatur, nam totum opus Creationis, & omnes voces ejus requirunt contemplationem, & conſiſtunt in numero. Nomen Elohim in opere Creationis, quale eſt ſupra, tale eſt infra. Supra eſt in myſterio mundi venturi, & infra eſt ſub myſterio congregationis Jisraëlis, & Roſa: quæ de his teſtatur, omnia iſta ſymbola habet. Cùm enim dicitur: In principio creavit Elohim: hoc nomen eſt Roſa, tredecim ejus folia ſunt tredecim voces usque ad Elohim ſecundum, nimirum &c. את השמים cum ſequentibus, quæ ſunt duodecim folia Roſæ. Sed quinque folia craſſa, quæ eandem circumdant, ſunt voces iſtæ מרחפת על פני המים ויאמר hæc ſunt quinque folia alia. Deinde ſequuntur hæc: יהי אור ויהי אור hic eſt petiolus & radix arboris, quâ omnia ſuſtinentur. Teſtimonium de unione autem in hoc conſiſtit, quod quinque folia craſſa conſtituant radicem ad uniendum, in qua continentur tredecim folia reliqua. Folia autem craſſa ſunt hæc שמע ישראל יהוה אלהנו אחד hæc ſunt quinque folia Roſæ. Vox אחד eſt petiolus & radix, in qua omnia continentur. Myſterium autem numeri tredecim latet in numero ſigilli Regis. Veni, vide, in Roſa etiam ſunt Jisraëlitæ. Nam Roſa inter ſpinas eſt populus Jisraël inter populos mundanos, qui majores ſunt illô.

§. 18. Deinde nomen hoc commemoratur alterâ vice. Senſus eſt hic: quod Mater ſuperna producat adhuc quinq; ſeveritates, quæ ſunt myſterium literarum duplicium: מנצפך Ad cuſtodiendam Roſam inferiorem, quæ prodit à tergo ejus. Et hæc ſunt quinque folia craſſa, quæ proveniunt à 320 ſupernis, quæ ſingula reſolvuntur in decadem, juxta myſterium nominum Elohim. Et propterea vocantur Rigores & Judicia.

§. 19. Et ſunt quinque portæ ſingulæ conſtantes è decade, & vocantur Salvationes, quia ſalvant & eripiunt puellam, ne eidem prævaleat alienus, & ne ab alienigenis abripiatur.

§. 20. Omnes quinque hæ ſeveritates autem continentur in puncto medio Roſæ hujus externæ, quod vocatur punctum Zion, cujus mentio fit in Idra parva. Et quinque Severitates illæ ſunt myſterium Roſæ illius, quæ conſtituitur à tergo ejus inter duo brachia. Et hæ ſunt quinque numerationes iſtæ: Pulchritudo, Victoria, Gloria, Fundamentum & Regnum: quæ, quando ipſa easdem accipit à tergo ejus, vocantur Severitates, ob naturam tergi, ubi locum habet judicium, ut notum eſt. Et omnes continentur in puncto Zion, quod eſt Fundamentum. Hinc dicitur: Roſa hæc eſt calix benedictionis. Et quinque Severitates illæ ſunt literæ מנצפך: quæ propterea ſunt duplices, quia reperiuntur in mare & fœmina ſibi invicem oppoſitis.

§. 21. Et poculum benedictionis elevandum eſt quinque Severitatibus iſtis, ut ipſa

ipsa elevetur ad radicem suam, nempe ad locum vini lætificantis, ut ipsa mitescat. Et isti sunt quinque digiti manûs dextræ: quia mitiganda sunt judicia hæc per manum dexteram, ut vinum illud sit vinum lætificans, & non vinum inebrians, de genere rigoris valentissimi. Vox כּוֹס seu poculum autem per æquipollentiam numerorum refert nomen אֱלֹהִים, à quo severitates istæ derivantur. Et propterea ipsum vocatur poculum salvationum, & poculum benedictionis, quatenus tenetur in manu dextera, ut per illam mitescat.

§. 22. Deinde sequitur Lux &c. Nam postquam quinq; Severitates illæ demittuntur, omnes continentur in mysterio literæ ה, quod est punctum Zion, unde producitur in ea semen sanctũ, quod derivatur à cerebro, id est, Sapientia, ad producendum in mundum animas novas. Et Lux ista, cujus hîc fit mentio, analoga est quinq; benignitatibus. Hæc Lux autem dicitur occultari, quia benignitas superna proveniens à Seniore sanctissimo manifesta est citra omnem vestem, & per sex extremitates tantum transit tanquam per sex fenestras, ita ut diminuatur ratione distantiæ, & non quasi transiisset per sex vela. Unde etiam dicitur: quod Lux hæc radios emiserit, ab uno mundi extremo in alterum: quia per omnes sex partes corporis transit citra obvolutionem. Ne autem impii benignitate hâc apertâ, quâ ipsi indigni sunt, abutantur, & animam quandam sanctissimam immittant intra cortices; hinc eadem absconditur intra justum, qui est fundamentum Regni: & hi sunt justi.

§. 23. Hæc autem Benignitas superna in fœdere sancto adhuc est aperta, nec vestitur, donec egrediatur per orificium membri superni in orificium inferius non impurum. Quam primum autem egreditur, vestitur quinque Severitatibus, adeoque prodit judicium rigorosissimum.

§. 24. Et sicut forma fœderis seminificat &c. Per formam fœderis intelligitur punctum Zion, quod constat è quinque Severitatibus; sicut fœdus constat è quinque Benignitatibus. Hoc autem punctum Zion semen habet, id est, aquas fœmininas, quæ fiunt per quadraginta duas copulas. Et hoc est nomen quadraginta duarum literarum, quod provenit è genere Severitatum, & sunt aquæ fœmininæ, quia nulla gutta descendit, nisi abyssus abyssum vocet. Ratio autem nominis hujus peti potest à septem duplicibus vel septem infusoriis, Zach. 4. v. 2. vel septem supernis, vel septem puellis ejus, si scilicet singulis tribuantur sex extrema; hinc fiunt 42 juncturæ, nempe quadraginta duæ masculinæ, & quadraginta duæ fœmininæ. Et aquæ inferiores seminantur ab ipsa per quadraginta duas has juncturas.

§. 25. Nomen autem expositum duarum & quadraginta literarum in opere Creationis sumitur ab initio textûs Biblici, usque ad literam ב vocis בהו, quæ sunt 42 literæ. Cum quibus conveniunt 32 semitæ Sapientiæ, & decem effata. Triginta duæ autem semitæ promanant à Sapientia ceu cerebro, quod sese exerit per semitas has trans medullã spinalem, transitque in omnes decem Numerationes masculi, quarum vires deducit usque ad signum fœderis sancti, quod est extremum corporis: ubi semen hoc deinde intrat in punctum Zion, & in illo sementat per nomen quadraginta duarum literarum,

cujus mentio fit in opere Creationis: ibique format animam sanctam mediante hoc nomine quadraginta binario. Hinc etiam anima singulis noctibus ascensura, ascendere nequit, nisi per nomen hoc quadraginta binarium.

§. 26. Aliter hæc etiam exponi possunt de Chanoch. Nam in nomine חֲנוֹךְ latet numerus 84, juxta numerum 42 illorum parium, quæ efficiunt 84. Hinc ista mensura ultima etiam vocatur spelunca duplex, quia duplicatur in juncturis, ut supra sint 42 & infra 42, quæ sunt 84. Juxta hunc igitur sensum per formam fœderis intelligi posset Chanoch, qui refertur ad Fundamentum, & nomine suo repræsentat 42. illa paria. Si autem mulier non primò elevet aquas fœmininas, mas supernus non sementat. Et huc pertinet illud Psal. 55. v. 19. פדה בשלום נפשי Redimet in pace animam meam. Ubi notetur פּר ה quæ sunt 84. fœmininæ. Per vocem autem בּשלום in pace intelliguntur masculini.

Discursus II.

בראשית ר׳ שמעון פתח הנצנים נראו בארץ׳ הנצנים דא עיבדא דבר אשית נראו בארץ אימתי ביום השלישי דכתיב ותוצא הארץ כדין נראו בארץ׃

§. 1. בראשית R. Schimeon cœpit: Cant. 2. v. 12. *Flores visi sunt in terra.* *Flores*, hoc est opus creationis. *Visi sunt in terra.* Quando? die tertio; ubi scriptum est: *Et producat terra*; tunc in terra visi sunt.

עת הזמיר הגיע דא יום רביעי דהום ביה זמיר עריצים׃ מארת חסר

§. 2. *Tempus excisionis appropinquavit*, hic est dies quartus, in quo fit excisio tyrannorum (*Esa.* 25. *v.* 5.) Unde hoc scio? Vox מארות defectivè scribitur.

וקול התור דא ביום חמישי דכתיב ישרצו המים וגו׳ למעבד תולדות׃

§. 3. *Vox turturis*; hoc pertinet ad diem quintum, ubi scriptum: *Reptare faciant aqua*, &c. ad faciendas generationes.

נשמע דא יום ששי דכתיב נעשה אדם דהוה עתיד למקדם עשיה לשמיעה׃ כתיב הכא נעשה אדם׃ וכתיב התם נעשה ונשמע׃

§. 4. *Audita est*; hic est dies sextus, ubi scriptum est; *faciamus hominem*: quia factio aliquando præcedere debebat auditionem. Scriptum enim est hîc: *Faciamus hominem*; & scriptum est alibi (Exod. 24, 7.) *Quicquid Dominus jusserit, faciemus & audiemus.*

בארצנו דא יום שבת דאיהו דוגמת ארץ החיים שהוא עולם הבא׃ עולם הנשמות עולם הנחמות׃

§. 5. *In terra nostra.* Hic est dies Sabbathi. Ille enim est figura terræ viventium, quod est seculum futurum, mundus animarum, mundus consolationis.

הנצנים אלין אנון אבהן דעאלו במחשבה ועאלו בעלמא דאתי ואתגניזו תמן׳ ומתמן נפקו בגניזו

§. 6. *Flores.* Isti sunt Patriarchæ, qui ingressi sunt in cogitationem & ingressi sunt in mundum venturum, & occultati sunt in illo; &

ואטמירו גו נביאי קשוט׃

& inde egressi sunt in occultatione, & absconditi sunt in prophetis veritatis.

אתיליד יוסף ואטמירו ביה עאל יוסף בארעא קדישא ונציב לון תמן וכדין נראו בארץ ואתגלו תמן׃

§. 7. Natus est Joseph, & occultati sunt in eo. Ingressus est Joseph in terram sanctam, & collocavit eos ibi, & tum visi sunt in terra, & manifestantur ibi.

ואימתי ארת חזון בשעתא דאתגלי קשת בעלמא דהוא בשעתא דקשת אתחזי כדין אתגליין אינון ובההיא שעתא עת הזמיר הגיע ערן לקצץ חייבין מעלמא׃

§. 8. Et quando videntur? Cùm manifestatur arcus (iridis) in mundo. [Sicut enim in iride tres colores: albus, qui est Abraham חסד: Isaac ruber אבורה: Jacob, viridis תפארת] Certè enim illô tempore, cùm arcus apparet, tunc manifestantur illi, & illo tempore tempus excisionis propinquat, tempus excindendi peccatores è mundo.

אמאי אשתזיבו בגין דנצני נראו בארץ ואלמלא דנראו לא אשתארון בעלמא ועלמא לא אתקיים׃

§. 9. Quare autem eripiuntur (infertores)? quia flores visi sunt in terra, & nisi apparerent, non relinquerentur in mundo & mundus non subsisteret.

ומאן מקיי׳ עלמי׳ ונרים לאבהן דאתגליין קל ינוקי דלעאן באוריתא ובגין אינון רביין דעלמא עלמא אשת זיב: לקבליהון ההד תורי זהב נעשה לך אלין אינון ינוקי רביין עולמין דכתיב ועשית שנים כרובי׳ זהב׃

§. 10. Et quis sustentat mundum, & causa est ut patres manifestentur? Vox puerorum, qui student in Lege, & propter illos justos mundi, mundus eripitur; id est, quod scribitur: *Ordines aureos faciamus tibi.* Cant. 1, 11. Isti sunt pueri, adolescentuli mundi; sicut scriptum est: Et facies duos Cherubim (q. d. כרביון juvenes, adolescentulos) aureos.

Commentarius i · Discursum hunc è Manuscripto R. Chajim Vital juxta tradita R. Jizchak Lorjensis.

§. 1. Flores sunt opus Creationis. Hîc intelliguntur sex extrema sive membra superna, quæ proveniunt à Binah seu Informatrice, quæ vocatur בראשית.

§. 2. Visi sunt in terra. Quando? die tertio. Quia scriptum est: Producat terra ודין נראה בארץ Et judicium apparet in terra. Ubi sensus est, quòd non manifestatæ sint sex extremitates terræ supernæ, sive quod manifestata sit Uxor Microprosopi usque ad diem tertium, per quem intelligitur gradus pulchri.

§. 3. Tempus excisionis appropinquabit. Hic est dies quartus, in quo erant violenti, ut luminaria defectiva. Sensus est: quod excisi sint Cortices & judicia, quæ sunt violenta. Cùm enim Lux superna procul distaret à metro ultimo: judicia prævalebant; & ipsa valde minuebatur præ Miseratore. Et propterae vox מארת defectivè scripta est.

 Et

Et hoc fiebat die quarto; ad quem pertinet Domus Regni, quia poſt gradum pulchrum ſequitur Regnum. Et quia diminuebatur, & deorſum deſcendebat à fundamento, hinc Lux ſuperna ab illa procul amovebatur, & judicia prævalebant, quæ eandem circundant: & in ipſa naſcebantur cortices, ita ut illis veſtiretur, ne ab ipſa ſuctionem haberent judicia. Quare dicitur, creatos eſſe Cortices ſupra medullam.

§. 4. Sciendum autem, quod, ſicut ſponſa Moſis, quæ eſt punctum internum eſt nomen totius Pulchritudinis; ita Baſilia pertinet tantùm ad Pulchritudinem Pulchritudinis. De ambabus autem intelligendum eſt illud: Non poſſe duos Reges uti Coronâ unicâ. Cùm ergò diminueretur interna, deſcendebat in locum externæ: & externa deſcendebat infra fundamentum, ita ut tres menſuræ inter ipſam & ipſum intercederent.

* §. 5. Et vox turturis &c. Hic eſt dies quintus, de quo ſcriptum eſt: Reptare faciant aquæ &c. ad faciendum generationes. Hinc ipſa vocatur turtur ſive ordo. Et huc pertinet etiam locus Cant. 1. v. 11. de ordine auri. Dicitur autem vox turturis, & non turtures, quia aquæ ſupernæ, quamvis congregentur in Victoriam & Gloriam fundamentum ſuum tamen habent in Victoria, quæ eſt de genere Pulchritudinis: & ſpecies aquarum inferiorum pertinent ad gloriam, quæ in ſiniſtra eſt de genere Regni. Dies ergò quintus refertur ad Victoriam & Gloriam in Victoria contentam: quia duo hæc invicem unita ſunt, nec ſeparantur, quia ſunt duæ medietates corporis, ſicut notum eſt.

§. 6. Audita eſt: hic eſt dies ſextus, de quo ſcriptum eſt: Faciamus hominem: quia aliquando factio præceſſura erat auditionem. Ubi notandum, quòd Factio pertineat ad Binah ſeu Informationem, juxta illud: Factio ad Informatricem, & auditio ad Regnum pertinet. Et Angelorum radix eſt Binah ſive Informatrix, quoniam hinc vitam ſuam habent, & è copula Sapientiæ & Intelligentiæ facti ſunt: quare etiam, cùm ſanctificant Dominum, hoc tantùm dicunt: Benedictus Dominus, de loco ſuo. Ubi indigitatur copula Sapientiæ & Intelligentiæ. Hinc Factio præcedit auditionem, quoniam à Factione ſuperna prodierunt. Et cum Jiſraëlitæ exirent ex Ægypto, tempus ipſorum erant dies quinquaginta juxta myſterium Jubilæi: atque tunc adhærebant gradui Intelligentiæ Informatricis, ubi eſt locus vitæ ſupernæ: tunc etiam præcedebat factio auditionem. Hinc tunc exiiſſe dicitur vox de cœlo, quæ diceret: Quis manifeſtavit myſterium hoc hominibus. Id eſt, gradus ille qui vocatur מי ſive quis. Et tota generatio deſerti pertinebat ad latus Jubilæi. Dies ergo ſextus eſt fœdus ſanctum: nam poſtquam ſemen inſertum eſt duobus teſtibus, juxta illud: Et vox turturis: deinde prodit per fœdus ſanctum in punctum Zion. Et quamvis auditio, quæ aliàs ad Regnum pertinet, vocetur dies ſextus, juxta vocem נשמע audita eſt, tamen fundamentum continetur in Regno, & dies hic denominationem habet ab ipſa, quo denotetur, eam prædominari. Unde ſectione Chukkath dicitur, quòd ipſa aſcendat usque ad infinitum. Quare etiam in figura literæ ה forma ד altior eſt quàm litera י intra hanc latens, vel altior quàm litera ו interna. Quare cum fundamentum vocatur phraſi auditionis, innuitur,

tur, quod prędominetur Basilia, dum ascendit ad factionem in locum suum originarium, imò usque in infinitum: ita ut Angeli ignorent locum ejus, utpote qui multis modis ipsis est sublimior. Hinc tantum commemorant copulam Sapientiæ & Intelligentiæ, unde prodierunt: & factionem præmittunt auditioni, quia auditio occultata est ab ipsis: unde dicunt: Benedicta sit Gloria Domini, i. e. Præsentia superior, quæ est Binah seu Informatrix. Et superaddunt de loco suo, i. e. Præsentia inferior, sive Basilia.

§. 7. Terra nostra est dies Sabbathi. Die sexta enim ascendit Basilia in ulteriora sublimitatis, ut inde deducat lucem supernam è tota Emanatione, & à principio graduum, usque ad finem illorum. Hinc in descriptione diei sextæ, dicitur הששי superadditâ literâ ה, ut ostendatur, diem hunc converti versus omnes gradus per literam ה, quasi intelligendum sit de omnibus, cùm dicitur: Faciamus hominem.

§. 8. Flores sunt Patres, &c. Sciendum est, quod Microprosopus, dum lateret in sinu Matris suæ, haberet sex membra sua sub mysterio literæ ו inclusæ in litera ה: cùm autem prodiit ex illa, proprium ipsi formatum est Caput ad instar literæ ו, quæ caput habet supra se. Et hoc est mysticum illud, quod Patres, i. e. Benignitas, Severitas & Pulchritudo, ascenderint & ingressi sint in cogitationem, & in mundum venturum; i. e. in Sapientiam & Intelligentiam, ibique hæreditatem acceperint de loco suo, ipsique fecerint caput è tribus cerebris, quæ sunt tria Cerebra Microprosopica. Et hoc est mysticum illud, quod Textus dicit: Patres ascendisse in cogitationem & in mundum venturum, ibique occultatos esse. Quô indicatur, quod ibidem è tribus his gradibus, qui sunt Benignitas, Severitas & Pulchritudo, facti sint in eo tres gradus sublimiores, Sapientia, Intelligentia & Cognitio. Superatio autem & Gloria ejus conversæ sunt in Benignitatem & Severitatem. Unde in textu dicitur: Et inde prodierunt occultatæ, & reconditæ sunt in Prophetis veritatis, i. e. in Victoria & Gloria, quæ conversæ sunt in Benignitatem & Severitatem. Deinde enatum est in eo fœdus sanctum, sed supernum & occultum, nec manifestatum, quia tantùm sermo est de Daath seu Cognitione superna. De hoc etiam dicitur ad locum: Et lucem appellabat diem, his verbis: Intrat dextra in columnam perfectam mediam, & comprehenditur in mysterio sinistræ: ascenditque sursum usque ad punctum primum, ibique influxum accipit, & adhæret: & circumcisio est in tribus punctis Cholem, Schurek, Chirek, quæ sunt semen sanctum. Quoniam non est semen, quod seminetur nisi in mysterio hoc, ut uniantur omnia in columna media, in qua producitur fundamentum in mundum. Atque hinc istud vocatur omne, quia applicatur omnibus in lumine. Hæc ibi. Ibidem etiam habentur sequentia: Fundamentum applicatur ad columnam mediam ex illo lumine, quod in ipso fuerat. Quando autem columna illa media perfecta est, ut perfecta faciat omnia latera, tunc in eam infunditur lumen è supernis ex omni latere, quia species omnium in ea. Et ex illo additamento gaudii prodit fundamentum, fundamentum mundi. Et hinc prodeunt omnes exercitus inferiores sub mysterio, Tetragrammaton Zebaoth; i. e. Dominus exercituum. Hæc ibi. Quia igitur copula inferior, i. e. Microprosopi cum uxore sua dependet à benignitate, quam etiam Benignitatem vocat Sectione Achare mot: hinc istô in loco exponit, quomodo illa fiat per Be-

nignitatem. Dicitque: quod incipiat supra dextram, i. e. benignitatem in columna tertia media, quæ est pulchritudo per Severitatem: quæ omnes tres ascendant usque ad Sapientiam sub mysterio Cerebri. Quod autem dicit eas ascendere; sensum habet, quod uniantur & in Cerebro contineantur, hinc utitur voce Ascendit, numerô singulari. Nimirum cùm Benignitas ascendit, cæteræ continentur in ea. Ascendunt autem usque ad Cerebrum, ut inde educant guttam seminalem, i. e. fluxum guttæ, constantem è tribus guttis, sub mysterio Cholem, Schurek & Chirek; quæ sunt tres illæ guttæ, quæ effluunt è cerebro, & proveniunt à tribus Cerebris, Sapientiâ, Intelligentia, & Cognitione, sicut traditur in Idra magna. Eædemque etiam subindicantur in litera *Jod*, in qua datur apex superior, apex inferior, & pars intermedia. Et istæ vocantur radix, & stylus, & semita in Sectione Schlach lecha. Suntque Cholem punctum superum, Schurek punctum medium, & Chirek punctum infimum. Eædem quoque continentur in litera א in qua datur punctum superum & punctum inferum, & pars media. Et hoc est semen: quoniam guttæ istæ sunt extractum Cerebrorum supernorum, & finis ipsarum consistit in Basilia Cerebrorum, i. e. in Basilia Sapientiæ, in Basilia Intelligentiæ, & in Basilia Cognitionis: hinc dicit, quod circumcisio sit in tribus punctis: nam Basilia vocatur circumcisio. Et juxta tres has notiones ipsa interdum est Corona mariti sui sub mysterio Cholem; interdum unitur cum ipso sub mysterio Schurek; interdum est Thronus ejus locô inferiore sub mysterio Chirek; Sicut traditur in Tikkunim. Hinc hoc in textu dicitur: Circumcisio est *in* tribus punctis. Et Basilia infima accipit illa tria, & ab illis eadem acquirit tres istos conceptus modò dictos: quia tres isti spiritus omnes sunt in Sapientia, & puncta descendunt à Sapientia: quare etiam vocantur tria puncta. Et omne semen sanctum provenit à Sapientia, quæ sancta dici solet, ut notum est. Et à tribus istis punctis proveniunt à Sapientia Mens, Spiritus & Psyche, quæ sine illis descendere nequeunt: unde etiam dicitur, quod nullum semen sementetur præterquam ab hoc arcano. Et tria puncta hæc uniuntur in Pulchritudine sub mysterio medullæ spinalis, per quam gutta seminalis descendit è cerebro superno. Hoc autem non fit, nisi cùm gradus pulcher est penes consortem suam: tunc enim ascendit Benignitas in se continens Pulchritudinem & Severitatem, ut ista abinde deducat. Hinc primâ vice dicit de columna perfecta & media: i. e. non aliô tempore, quam cùm gradus hic est perfectus sociatus compari suæ. Cùm autem tria hæc puncta perveniunt in medullam spinalem, tunc excitatur fœdus sanctum, juxta mysticum illud: Et fœdus meum erigam. Et manifestatur membrum sanctum, & præparatur ad Cognitionem, quæ descendit per medullam spinalem. Et hinc dicitur: Et producit fundamentum in mundum. Et hinc etiam intelligi potest illud, quod alibi dicitur. Non factum esse membrum sanctum, donec generatus sit Abraham. Quoniam per Benignitatem manifestatur membrum sanctum, & hoc est mysterium syllabæ אבר quæ denotat membrum è voce אברהם. Et per membrum hoc manifestatur Benignitas superna, quæ deducitur per Benignitatem inferiorem, quatenus hæc sursum ascendit, ut illam deorsum deducat. Et quando tres illæ guttæ descendunt in Fundamentum, non diminuitur

nuitur Lux earum à fulgore suo, nec etiam involvitur ulli involucro; sed omnes prout sunt adveniunt sub mysterio perfectionis, Luce nimirum fulgentissima. Et propterea Fundamentum vocatur omne: quia omnia in illud veniunt in perfectione citra omnem defectum eorum quæ antea fuerant. Et propterea dicitur, quod applicetur ad omnia in lumine. Quia luci illi nihil deest, propter distantiam illius Lucis. Non enim manifestatur membrum sanctum, donec gradus pulcher sit perfectus cum consorte sua, & in eodem existant Benignitas & Severitas tàm suæ sive masculinæ, quàm etiam Benignitas & Severitas Uxoris. Quin etiam in ipso existere debent Superatio & Gloria ipsius propriæ & Victoria & Gloria Uxoris, ita ut ipse medium locum obtineat inter omnes. Hinc dicitur: quando columna media perfecta est, & perfecta facit omne latus, tunc elevatur, & vocatur Jisraël, & Jeschurun, quia participat ambas lineas, & accipit additamentum lucis ipsorum: atq; tunc idoneus est accipere lucem supernam ab excelsis à copula interna superiore, quæ vocatur gaudium omnium, & accipit duas Coronas è Thesauro Patris & Matris à Cerebro Senioris, in quo continentur: fiuntque in illo quatuor Cerebra sub mysterio phylacteriorum Capitis, & tunc vocatur Daath sive Cognitio. Et in hoc consistit illud augmentum luminis, quod superadditur Columnæ mediæ. Et ex additamento hoc, quod provenit à vita superna, membrum mortuum fit vivum juxta nomen mysticum, quô vocatur vivens in secula. Et hinc intelligi potest, quare dicatur fundamentum applicari ad columnam mediam ex illo augmento, quod acceperat.

§. 9. Et hinc intelligitur id, quod dicitur: Jisraelem ascendere in Cogitationem, & elevari ut sit in Patre suo & Matre sua: Ubi Sapientia, Intelligentia & Cognitio ejus æquales sunt Patri & Matri, & Influentiæ, quæ illos in se comprehendit: & Benignitas, Severitas & Pulchritudo ejus existunt in loco Sapientiæ, Intelligentiæ & Cognitionis ejus priorum: & Superatio atque Gloria ejus existunt in loco Benignitatis, Severitatis & Pulchritudinis. Unde patet, quod Fundamentum fiat gradus pulcher. Et hoc est additamentum Sabbathicum. Et tunc copula est perfectior, quàm Angelorum, ubi copulantur Sapientia & Intelligentia: item perfectior quàm Spirituum & animarum, quæ fiunt per mysterium copulæ Pulchritudinis & Regni ordinariè. Et vocatur Tetragrammaton Zebaoth, nomine scilicet, quô etiam appellatur gradus pulcher, quia fundamentum occupat locum istius. Hinc corpus & fœdus habentur pro uno. Et huc pertinet illud: Sanctus, Sanctus, Sanctus, quarum acclamationum prima pertinet ad elevationem Sapientiæ & Intelligentiæ in locum Patris & Matris: secunda ad elevationem Benignitatis, Severitatis & Pulchritudinis in locum Sapientiæ, Intelligentiæ & Cognitionis priorum: & tertia ad elevationem Superationis, Gloriæ & fundamenti in locum Benignitatis, Severitatis & Pulchritudinis. Et tunc vocatur Tetragrammaton Exercituum: sicut etiam dicitur in Textu sacro: Sanctus Dominus Exercituum. Quia hinc prodeunt copiæ variæ & Spiritus & animæ ad implendam terram hanc supernam & laudatissimam, Basiliam scilicet. In quâ etiam Sapientia & Intelligentia, quæ antea æquales erant Benignitati, Severitati & Pulchritudini masculi, jam existunt in loco Sapientiæ & Intelligentiæ priorum masculi: unde nos dicimus: Benedicta sit Gloria Domini. Et

ni. Et Benignitas, Severitas & Pulchritudo fœminæ,quæ antea erant in loco Benignitatis, Severitatis & Pulchritudinis masculi ascenderunt in locum Superationis, Gloriæ & Fundamenti masculi, unde nos dicimus: Regnabit Dominus in seculum. Quia nimirum quod antea fuerat Benignitas, Severitas & Pulchritudo, jam est Superatio, Gloria & Fundamentum: ita ut hoc in loco sint omnes sex extremitates, quæ ascenderunt. Quamvis enim superna ad superiora ascendant, natura tamen illorum ibidem relinquitur. Unde patet, quod Basilia adhæreat sex extremitatibus, quæ ascenderunt. Et hic est sensus verborum illorum; Regnabit Dominus in seculum.

§. 10. Hæc igitur sic erant in principio emanationis eorum: ita ut sicut Microprosopus tantum similis erat literæ ו quæ est intra literam ה; ita Uxor Microprosopi tantùm similis erat literæ ד quæ est nota quaternarii, quoniam gradum pulchrum & fundamentum non habebat, utpote quæ sunt arcana masculina. Cùm autem autor Emanationis altissimus secum statueret Microprosopum producere per tres gradus alios, quos faciebat è Benignitate, Severitate & Pulchritudine ejus, ut supra descripsi: tunc Fundamentum producebat in sex extremitates. Et hic est sensus verborum illorum: Nascebatur Joseph, & accipiebat sex simul. Nam superatio, Gloria & Fundamentum masculi naturam istam suam non amplius habebant, quia ascenderant in gradum Severitatis, Benignitatis & Pulchritudinis,ita ut masculus Superationem, Gloriam & Fundamentum planè non haberet, quoniam omnes sex extremitates ascenderant. Donec Emanationis autor celsissimus sibi proponeret fundamento superaddere potentiam trium metrorum aliorum:idq; quatenus delitesceret in utero Matris supernæ per mysterium imprægnationis: quoniam ipsa est Mater filiorum. Cùm ergò nasceretur Fundamentum, prodiretque ex utero Matris, quæ est Mater superna, hæc se demittebat usque ad Gloriam more solitô, ut influxum daret, quo fundamentum prolongaretur per tria metra. Unde etiam masculus accipiebat tria metra superna, & Benignitas, Severitas & Pulchritudo influxum accipiebant pro necessitate fœminæ, quo & ipsa acciperet caput: hoc enim loco erat receptaculum ejus, quoniam prodit à tergo ejus inter duo brachia, è regione gradus pulchri, qui erat fundamentum, Patres igitur influxum accipiebant, ut conficere possent cerebra uxoris. Et hic est sensus verborum illorum: Nascebatur Joseph, & occultabantur in eo. Et cum Joseph ingrederetur in terram sanctam, constituebat eos & faciebat benignitatem & Severitatem in Sapientiam & Intelligentiam: hæc enim Cerebra Uxoris ibidem fiebant per Patres, qui illuc plantabantur per statum adolescentiæ, & fiebant Sapientia & Intelligentia ejus. Et tunc manifestabantur in terra, quoniam erant Cerebra ejus.

§. 11. Sed adhuc alia datur istorum explicatio, quæ desumta est è deductione trium guttarum cerebri superni pro necessitate copulæ; juxta id quod supra jam explicuimus ad verba illa: Intrat dextra in columnam perfectam mediam, & comprehenditur in mysterio sinistræ. Isti sunt tres Patres, qui ascendunt in cogitationem, quæ est punctum primum, & in mundum venturum, i. e. in Intelligentiam: ibidemque reconduntur, ut obtineant guttas, easq; deorsum deducant in abdito medullæ spinalis. Ubi deinde reconduntur intra Pro-

Prophetas veritatis, quatenus isti denotant duos testiculos masculinos, qui suscipiunt semen, illudque excoquunt. Unde deinde indurescit fœtus, & manifestatur. Et hoc est ilud: Natus est Joseph. Et intrat in punctum Zion, quod est in Basilia, & introducit guttas illas, quæ sunt Patres superni, qui radix sunt inferiorum.

§. 12. Porrò etiam in usum Basiliæ Patres supernos ascendere oportet in locum Sapientiæ & Intelligentiæ, ut hæc abinde accipiat ad ditamentum luminis. Quoniam & in illa magna est à Luce superna distantia, si nimirum descendatur ad Basilian ipsam, ubi gradus fuerunt in statu suo primo. Pro imo enim illo loco commodius simile dari non potest quàm à luce valdè exigua, quæ illabitur per fenestram aliquam: ista enim cum ad ulteriora pergit, insigniter diminuitur à splendore suo radicali. Si autem Lux ab initio magna est, etiamsi deinde in magnam distantiam eradiet, satis tamen adhuc luminis retinet pro usu necessario. Basilia ergò prodiit à tergo Microprosopi circa locum Pulchritudinis ejus, & ibi facta sunt Cerebra ejus in loco Superationis & Gloriæ masculinæ. Benignitas igitur, Severitas & Pulchritudo Uxoris, qui sunt Patres ejus, nihil habebant, cui applicarentur, quia jam omnia sex membra masculi sublimiorem locum acceperant. Autor ergò Emanationis volebat elevare Patres hos in Sapientiam & Intelligentiam, ut majus incrementum caperent. Atque sic constituebantur sub notione Sapientiæ & Intelligentiæ è regione Superationis & Gloriæ masculi, ita ut Patres isti haberent lumen Cerebrorum. Sed Superatio & Victoria ejus primi statûs sui nullum omninò habebant lumen, sicut nec Patres in statu priore lumen habebant, quia nihil erat cui applicarentur: cùm nunc applicari possent ad Superationem & Gloriam masculi in statu novo constitutas. Imò deinde ulteriùs ascendebant hi gradus Sapientiæ & Intelligentiæ, qui fuerant Patres Uxoris, ut constituerentur è regione Patrum masculinorum. Hinc intelligi potest illud, quod dicitur in textu: Joseph intrabat in terram sanctam, illosque stabiliebat, ut plantarentur, & augerentur, quoniam Patres fiebant gradus illi, qui antea in ea fuerant, Superatio & Gloria. Atque tunc flores apparebant in terra. Et hæ sunt illæ animæ, quæ primò tàm tenues erant, ut cornua locustarum, deinde autem majus acceperunt incrementum. Statuit autem Sapientia Autoris Emanationum, ut Cerebra hæc in ea perficerentur successu temporis & non ab initio, quia quicquid factum est ab initio in Emanatione, nullum patitur defectum. Sed Cerebra ista, quæ aliquando manifesta fiunt & in quibus lumen accipiunt Patres ascensu suô, non semper persistunt in lumine suo, sed illud tantùm accipiunt per opera inferiorum & per Josephum: aliàs defectum patiuntur. Cùm autem lumen ipsorum deficit, judiciis replentur propter opera inferiorum. Cùm ergò sunt in loco judiciorum, in profundo Corticum, tunc Patres ascendunt in cogitationem, & in mundum venturum, ut augeatur lux ipsorum. Cumque perveniunt ad fundamentum, tunc Patres lumen copiosum immittunt in Basiliam, & eripiuntur inferiores.

§. 13. Et hinc intelligi potest allegoria de Iride, quæ est symbolum fundamenti, propter quam liberentur inferiores. Et hoc est illud, quod textus dicit: Quando liberantur, cum flores apparent in terra &c. Et quis conservat mundum &c. Hîc notan-

dum, quod conservatio mundi fiat per Legem. Quin etiam studium puerorum, in bus nondum locum habet peccatum, elevare potest Basilian in locum, ubi Co non dominantur, & ubi manifestantur Patres superni in Cerebris duobusque br & corpore Uxoris.

§. 14. Antitypus autem puerorum istorum in supernis sunt gradus Sup nis & Gloriæ, in quas extenditur Mater superna, ad Gloriam usque nimirum, notum est. Et isti sunt liberi mundi, id est, Informatricis sive Intelligentiæ, domus Sapientiæ. Illuc enim sicut in totam Emanationem non pertingit pecc corruptio. Et hi inferiores excitant superiores illos, ut attrahant Patres in C brachia Uxoris. Et hi gradus Superationis & Gloriæ sunt duo Cherubim resp tris supernæ, quæ dicitur aurum: & isti duo Cherubim sunt in visceribus ejus etiam Basilia duos habet Cherubim, qui excitare possunt Patres. Omnia enim dus fiunt, & primò excitantur Cherubini inferiores, & postea demum superior

Discursus III.

בראשית רבי אלעזר פתח שאו מרום עיניכם וראו מי ברא אלה׃

§. 1. בראשית. R. Elcasar (F. R meonis) incepit (Es. 40, 26.) Attol tum oculos vestros, & videte, ô istа.

שאו מרום עיניכם לאן אתר לאתר דכל עיינין תליאן ליה ומאן איהו פתח עיני ותמן תנדעון דהאי סתים עתיק דקיימא לשאלה׃

§. 2. Attollite in altum oculos v quem locum? (a) in locum; è quo sunt omnes oculi, (id est, quò con ctant): (b) Et quis iste est? Ot lorum (Genes. 38, 14.) Et inde cog quod iste sit occultus ille Senex, u habet interrogatio.

Annotationes è Splendore Solis.

(a) *Quærit in quem gradum dirigi debeat contemplatio, cùm attolluntur o id Scriptura non exprimat.*

(b) *Quasi diceret: Non opus fuisse, ut Scriptura id exprimeret; cùm notu quem locum respiciunt oculi contemplantium; nimirum in Regnum; quod vocat oculorum. Per visionem autem intelligitur speculatio Intellectus.*

ברא אלה ומאן איהו מ״י ההוא דאקרי מקצה השמים לעילא דכלא קיימא ברשותיה ועל דקיימא לשאלה ואיהו בארח סתים ולא אתגליא

§. 3. Creavit ista: & quis est ille מ״י vocatur Extremitas cœlorum Deut. 4 superior, à cujus permissione omnia & quia ibi locum habet interrogatio,

אקרי מי׃

est in semita occulta, & non manifestatur, hinc appellatur מִי: quis?

דהא לעילא לית תמן שאלה׃ והאי קצה השמים אקרי מי ואית אחרא לתתא ואקרי מה׃

§. 4. Certè enim superius non est interrogatio. Et ista extremitas cœlorum appellatur מי, & est alia (extremitas) inferiùs, & appellatur מה.

מה׃ בין האי להאי אלא קדמאה סתימאה דאקרי מי קיימא לשאלה כיון דשאיל בר נש ומפשפש לאסתכלא ולמנדע מדרגא לדרגא עד סוף כל דרגין׃

§. 5. Quid differentiæ est inter hanc & illam? Nimirum prior occulta, quæ vocatur מי, jubet interrogare: nam cùm interrogat filius hominis, sese extendit (alii legunt; & scrutatur) ad contemplandum, & ad cognoscendum de gradu in gradum, usque ad finem omnium graduum.

כיון דמטי תמן מה מה ורעת מה אסתכלתא מה פשפשתא הא כלא סתים כדקדמיתא׃

§. 6. Cùm pertingit (eò), ibi (invenit) τὸ מה. Quid cognovisti? Quid speculatus es? Quid considerasti? Certè omnia abscondita sunt sicut priora.

ועל רזא דנא כתיב מה אעידך ומה ארמה לך׃

§. 7. Et de mysterio hoc nostro (מה) scriptum est (Thren. 2, 13.) מָה Quid testificabor tibi, & מָה cui assimilabo te? (vel potius gradui, מה, seu Basiliæ assimilabo te.)

Commentarius è Manuscripto R. Chajim Vital juxta tradita R. Jizchak Lorjensis.

§. 1. Videte, quis creaverit ista. Hîc intelligitur Basilia sive Regnum, quæ est janua illa, in quam sperant omnia inferiora, ut ab illa accipiant influentiam. Et illa vocatur altum; quia oculi eandem respiciunt, ut ab ipsa influxum accipiant. Hinc porrò inquit: Hinc cognoscetis occultatum illum Senem, ubi nonnisi interrogare licet. Iste creavit illa, id est, sex membra, quæ emanâsse dicuntur in Sapientia; creata esse in intelligentia; formata esse in gradu pulchro, & facta esse in Regno. Quapropter hic dicit; gradus מי creavit illa, ut denotetur conceptus Creativus: nam in Basilia per factionem aucta sunt & creverunt: quoniam ibidem manifestata sunt sex membra manifestatione insigni, sub conceptu factionis. Sensus ergò est, quod de Binah seu Informatrice hic sermo sit, quæ vocatur מִי, id est, quis: quodque sex membra considerentur sub conceptu creandi.

§. 2. Jam verò omnes tres supernæ vocantur Senes: & Binah seu Informatrix vocatur Senex ille, penes quem saltem interrogare licet, ut cognoscatur nomen sex membrorum, quæ ab ipsa creata dicuntur: sed non ut cognoscatur ipsa eorum essentia, quoniam hæc occulta ibi admodum est. Et respectu sex istorum membrorum ipsa vocatur מִי seu quis.

§. 3. Et vocatur Extremitas cœlorum superior, in cujus potestate consistunt omnia. Nam initium Microprosopi, qui vocatur cœlum, ibidem incipit, & sex membra ipsius in Binah seu Informatione hac existunt: unde ipsa est superior cœli extremitas. Nam caput Microprosopi, id est, Sapientia, Intelligentia & Cognitio ejus sunt Benignitas, Severitas & Pulchritudo, quæ in Intelligentia: & duo brachia ejus, sunt Superatio & Gloria, quæ in Intelligentia: utpote quæ extenditur usque ad Gloriam, prout dictum est. Et huc pertinet illud: Coaptavit cœlos per Intelligentiam; quoniam per hanc constituitur Microprosopus. Et ista sex membra vocantur dies priores Deut. 4. v. 32. ubi dicitur: Nam interroga nunc dies priores: & appellantur מִי. quis? Et ille gradus, qui vocatur מִי, creavit illos. In ipso autem gradu pulchro, dantur sex membra sub alio conceptu: & sub conceptu adhuc alio sex ista dantur in Basilia; quæ sunt cerebra hujus & duo brachia, quæ à Microprosopo proveniunt. Sex autem membra quæ in Intelligentia, non sunt hæc membra ipsa, sed notiones tantùm ubi gradus pulcher vestitur, illam nempe Cerebra & brachia & corpus ejus. Hinc dicitur: *quod saltem* interrogare liceat; quodque hæc ibi sint viâ saltem occultâ & non manifestâ; cum tantum situs insertionis denotetur, quo loco à Gradu pulchro ea contegatur.

§. 4. Sed sex membra Gradus Pulchri, quæ vestiuntur à Basilia, nempe à Cerebris & brachiis & corpore hujus, vocantur מָה, quid? Et hæc etiam sunt occulta, & vestiuntur ab ea: & illa sunt hujus anima. Unde patet, quod omnia sint occultata, & unum amiciatur ab altero. Hinc etiam dicit textus: Omnia sunt occultata ut prius.

§. 5. De sex autem membris gradûs pulchri, qui vestiuntur à Basilia, intelligenda est vox speculandi: quia sex illa membra speculationi ibidem proxima sunt. Eidem loco etiam convenit vox considerandi, quia in Basilia res magis considerari & apprehendi possunt, quàm in supernis in mundo masculino.

§. 6. Et de hoc mysterio dicitur: gradui מָה similem te testabor &c. Nam cum Sanctuarium nostrum adhuc staret, & Jisraëlitæ intrarent in templum istud, tunc illud simile erat Regno in supernis, ejusdemque typus quoad sacrificia sua & cultum suum, & in eo influxum accipiebant sex membra cœtus Jisraëlitici, nimirum Capita eorum, judices eorum, seniores eorum, præfecti eorum, liberi eorum, & uxores eorum: quæ sunt sex. Sic etiam in supernis sex membra gradus pulchri ingrediuntur in Basiliam, quatenus vocatur מָה: inque ea vestiuntur, ut eandem illuminent in caligine sua.

Pergit Sohar.

כד אתחריב בי מקדשא נפק קלא ואמר ראמה אעידך בכל יומא ויומא הא אסהידת בך מיומין קדמאין דכתי׳ הערותי בכם היום את השמי׳ ואת הארץ׃

§. 8. Cùm desolata est domus Sanctuarii: egressa est vox, & dixit hoc: *Quid testificabor tibi?* certè singulis diebus testificatus sum erga te à diebus prioribus: alii legunt: (exivit vox & dixit: quid testificari faciam tibi; & quid similitudo tua erit. Quid testificari faciam tibi; quoad Illud, quod tibi testatus sum sin-

singulis diebus; & ita testatus sum ab olim, Sicut scriptum est:) scriptum enim est: (Deut. 30. v. 19.) *Testificor super vos hodie cœlos & terram.*

ומה ארמ' לך בההוא גונא ממש עטרית לך בעטרין קדישין עבדית לך שלטנו על עלמא דכתיב הזאת העיר שיאמרו כלילת וגומ' קרינא לך ירושלם הבנויה כעיר שחברה לה·

§. 9. *Et cui assimilabo te?* eodem revera modô coronavi te coronis sanctis; feci tibi dominationem super mundum; scriptum enim est (Thren. 2. v. 15.) Hæccine est civitas, quam dicebant perfectam, &c? Vocavimus te Jerusalem ædificatam in civitatem, in qua conventus fiunt (Psal. 122. v. 3.)

מה אשוה לך כגוונא דאנת יתבא הכי הוא כביכול לעילא כגוונא דלא עאלין השתא בך עמא קדישא בסדרין קדישין הכי אומינא לה דלא איעול אנא לעילא עד דיעלון בך אכלוסך·

§. 10. מָה אַשְׁוֶה assimilo te: (i. e. Gradui Regni, quod pariter ita devastatum est, uti tu hic;) eodem modo, quo tu sedes; sic est, si ita dicere fas est, & supra: sicuti non ingreditur nunc in te populus sanctus, in ordinibus sanctis, sic dico ei (מה אשוה) quod ego non ingredior superius, donec ingrediantur in te turbæ tuæ.

ודא איהו נחמה דילך הואיל דדרג' דא אשוה לך בכלא והשת דאנת הכא גדול כים שברך·

§. 11. Et hæc est consolatio tua; quoniam gradus iste similis est tibi in omnibus. Et nunc cum tu sic es, magna sicut mare (מלכות) est fractura tua (Thr. 2. v. 13.)

ואי תימא דלית לידה קיימא ואסוותא· מי ירפא לך

§. 12. Et si diceres, quod nulla tibi stabilitas & salus; gradus מִי sanabit te.

ודאי ההוא דרגא סתימאה עלאה דכלא קיימא ביה ירפא לך ויוקי' לך

§. 13. Certè hic est gradus occultus supremus, in quo omnia stabiliuntur, medebitur tibi, & eriget te.

מִי קצה השמי' לעילא ועד קצה השמים לתתא מָה קצה השמים לתתא ודא ירית יעקב דאיהו מבריח מן הקצה אל הקצה מן הקצה קדמאה דאיהו מִי אל הקצה בתראה דאיהו מָה בגין דקאים באמצעיתא· ועל דא מי ברא אלה·

§. 14. מִי est Extremitas cœlorum superior, & (deinde pergitur) ad extremitatem cœlorum inferiorem; מָה autem est extremitas cœlorum inferior. Et has attingit Jacob, ille enim medius est inter utramque extremitatem; inter extremitatem priorem, quæ est gradus מִי seu quis, & inter extremitatem posteriorem, quæ est מָה; quia consistit in medio: (nam Jacob est תפארת;) & propterea dicitur gradus מִי creavit ista.

Commentarius Lorjensis.

§. 7. Cùm autem destrueretur Sanctuarium inferius propter peccata, auferebantur sex membra masculi, quæ vestiebantur per Cerebrum & brachia atque corpus uxoris, ita ut utriusque numerus efficiat duodecim: quibus junguntur Superatio, Gloria & Fundamentum Uxoris, unde fiunt quindecim. Et quia ista sunt testimonium [præsentiæ & absentiæ Divinæ] hinc dicit: gradum מָה testificari faciam tibi, ne ulteriorem ablationem causeris, post ablata sex membra masculi superioris quæ vocantur testimonium. Et hoc est illud: Testari feci vobis hodie cœlum & terram. Quia per vos & per cultum vestrum amicta sunt sex membra gradûs pulchri in Basilia: quare etiam additur; & terram. Et per peccata vestra sublata sunt omnia, & passi estis duplicem jacturam, quare etiam additur Deut. 4. v. 26. Quia pereundo peribitis.

§. 8. Et gradui מָה similem te dicam. Quia demisi lucem sex membrorum deorsum in Sanctuarium inferius, eodem modô, prout fuit in Sanctuario superiore. Et hæ sunt Coronæ illæ sanctæ, quarum hoc locô fit mentio, per quas ipsa dominium habebat in omnia sex membra inferiora, quæ sunt mundus. Hinc dicitur: Fecit te regnare super mundum, juxta illud Psalm. 103. v. 19. Regnum ipsius in omnibus dominatur. Et hoc est mysterium illud, quod Basiliæ subjecti fuerint Cortices & naturæ externæ, ita ut similis fuerit Matri supernæ, ad quam non pertingunt Cortices, sicut notum est: ita ut sicut Mater, talis esset filia. Et hoc est quod dicitur Psalm. 122. v. 3. Jeruschalaim ædificata est, ut civitas, quæ juncta est in unam; quod nempe similis fuerit Matri supernæ. Eôdemque modô hinc infra in mundo hoc imo populus Jisraeliticus dominium habebat super populos, qui ipsi subjecti erant, eratque consummatio Pulchritudinis Thren. 2. v. 15. sub mysterio duarum Coronarum. Hoc etiam similis erat Hierosolymæ supernæ in his omnibus: quod intelligitur per verba illa; sicut civitas, in qua junctio fit in unum, quia à supernis provenit lux inferiorum similis, ut notum est. Sicut igitur Hierosolyma inferior propter peccatum illius generationis à gradu isto amota est: sic etiam Hierosolyma superior à Rege superno deserta est, ita ut ille non ingressurus sit in Hierosolymam supernam, donec reædificetur Hierosolyma inferior. Usq; adeò amota sunt sex membra à tentorio ejus, ut remanserit columba muta. Et hinc intelligitur illud: Sic dico, quod non ingressurus sim supra, donec ingrediantur in te, &c. Et hæc est consolatio Hierosolymæ inferioris, quod Hierosolyma superior eidem sit similis. Et hoc est illud: Gradui מָה similem faciam te in tui solatium.

§. 9. Nunc autem cùm tu hìc sis in imo profundo Corticum, quod est mysterium exilii Divinæ præsentiæ, magna ut mare est fractura tua; ubi subinnuitur allegoria fluctuum marinorum qui sunt Cortices, qui minantur inundationem, ut devastent mundum. Mare enim est mundus Formativus, qui est Caput Factivi, qui propterea dicitur יַם סוּף mare finale, i. e. finis omnium graduum.

§. 10. Quod

§. 10. Quod si autem dicas, te nullam habere salutem: gradus מי sanabit te. Nam quando gradus מי irradiat gradum pulchrum, cerebris, brachiis, & corpore suô; gradus pulcher irradiat cerebra, brachia & corpus uxoris. Hinc dicit: hunc esse gradum, in quo consistant omnia. Nam quando gradus מי vestiuntur à pulchritudine, gradus מה vestiuntur à Basilia. Hinc repetit allegoriam de extremo cœli. Et huc pertinet symbolum Jacobi, quatenus est vehiculum sex membrorum, à quibus vestiuntur gradus מי; & sex membrorum quæ vestiuntur â Basilia, quæ vocatur מה, ita ut quasi vectis extendatur ab uno extremo usque ad alterum: quoniam consistit in medio, inter Macroprosopum, & inter Uxorem Microprosopi; & fit vestis sex membrorum supernorum, & anima sex inferiorum, quæ in Regno. Sed & alium hic habet conceptum sub mysterio Daath sive Cognitionis, per quem ascendit in sex membra superna quæ in Intelligentia, præter sex membra gradûs pulchri inferiora; & ambo hi explicandi modi locum habere possunt. Nam sex membra quæ in Intelligentia, sub conceptu cognitionis, sunt anima gradûs pulchri ab intra in capite ejus, & in duobus brachiis & corpore ipsius: & cum istis unitus fuit Mosche. Sed sex membra, quæ in gradu pulchro ab extra sunt anima pro cerebris, duobus brachiis & corpore Uxoris. Et si accuratè res examminatur, patet, quod Superatio, Gloria & Fundamentum, quæ in Intelligentia, vestiantur à Benignitate, Severitate & Pulchritudine, quæ in Basilia. Sex ista membra autem utriusque generis unà cum Superatione, Gloria, & Fundamento, efficiunt יה 15. Et huc pertinet locus ille Psalm. 122. v. 4. Tribus יה testimonium Jisraëli. Nam dum Benignitas, Severitas, Pulchritudo, quæ in Intelligentia, vestiuntur intra Sapientiam, Intelligentiam & Cognitionem ipsius gradûs pulchri, jam prodit senarius unus: & dum Superatio, Gloria & Victoria, quæ in Intelligentia vestitur à Benignitate, Severitate & Pulchritudine ipsius gradûs pulchri: hinc prodit senarius secundus. Adeoque mysterium literæ ו latet in Matre superna, quod ipsius sit anima in sex membris ejus, prout dixi. Quapropter ipse est in medio, quatenus sex membra Intelligentiæ vestiuntur à gradu pulchro, & in eo occultantur & absconduntur, inque ipso faciunt apocrypsin illam, quæ vocatur congregatio Jisraëlis, & consistit in sex his occultatis gradibus Intelligentiæ intra sex membra gradûs pulchri. Et duodecim hæc membra sunt duodecim tribus in mundo superno Jubilæi: & duodecim inferiora sunt in mundo inferiore. Sed Superatio, Gloria, & Fundamentum gradûs pulchri, nihil habent, cui applicentur in mundo superno, adeoque manent solitaria: & abhinc ad istum locum applicari possunt Cortices externi. Quo pertinet mysticum illud Gen. 32. v. 25. Et tetigit curvaturam femoris ejus, & movit se curvatura femoris Jacob. Unde necesse est, ut Patres sursum ascendant in cogitationem mundi venturi, quo etiam gradus hi, Superationis, Gloriæ & Fundamenti, ascendant, locumque suum accipiant. Et hoc ipsum est, quod supra dictum: Et illi Patres ascendunt in cogitationem, & in mundum venturum, & ibidem occultantur. Et cùm Patres iterum redeunt in locum suum, influentiam secum deducunt, & vestiuntur intra Superationem, Gloriam & Fundamentum, et gradus hos irradient per lucem, quam in supernis acceperunt. Unde Basilia quoque lumen accipit

pit in gradibus Benignitatis, Severitatis & Pulchritudinis ejus, quatenus scilicet isti gra[...] fœminini vestiunt gradus Superationis, Gloriæ & Fundamenti, ut hac ratione fiant [...] chia & corpus Uxori è loco Patrum supernorum.

Pergit Sohar.

אמר ר״ש אלעזר בני פסוק מילך
ויתגלי סתימא דרזא עלאה דבני
עלמא לא ידעין·

שתיק רבי אלעזר· בכה רבי שמעון
וקאים דרגא (נ״א שעתא) חדא·

א״ר אלעזר מאי אלה אי תימא
ככבייא ומזלי הא אתחזאן תמן
תדיר ונמ״ה אתבריאו כד״א בדבר יי׳
שמים נעשו·

אי על מלין סתימי׳ לא לכתוב אלה
דהא אתגליא איהו אלא·

רזא דא לא אתגליא בר יומא חד
דהוינא על כיף ימא ואתא אליהו
ואמר לי ר׳ ידעת מה הוא ברא אלה·

אמינ׳ ליה אלין שמיא וחיליהון שברא
דקב״ה דאית ליה לבר נש לאסתכלא
בהו ולברכא ליה דכתיב כי אראה
שמיך מעשה אצבעותי׳ וגו׳ יי׳
אדנינו מה אדיר שמך בכל הארץ·

§. 15. Dixit R. Schimeon: Mi[...] à sermone tuo, nam revelas occultum [...] mysterio superno, quod filii mundi [...]gnoscunt.

§. 16. Tacuit R. Eleasar: flevit R. [...]meon, & stetit per momentum (alii [...] horam unam.

§. 17. Dixit R. Schimeon: Q[...] אֵלֶּה, id est, illa? Si dices: Stellæ & [...]netæ; certè istæ apparent ibi semper, [...] מ״ה creatæ sunt, sicut dictum est (Ps[...] v. 6.) *Verbô Domini cœli facti sunt.*

§. 18. Sin de rebus occultis (... intelligendum,) non scribenda era[...] illa; certè enim manifestata sunt, quæ [...]tur אֵלֶּה sive illa.

§. 19. Hoc autem mysterium non [...]latum est, exceptô die unô, cùm essem [...]tus maris, & venit Elias, & dixit mihi[...]bi, scisne quid sit ברא אלה crea[...]

§. 20. Dixi ipsi: Illi cœli & [...] eorum, opus Sancti illius, Benedictu[s...] quæ contemplanda sunt homini, ut b[...]cat ei; quia scriptum est (Psal. 8. v. 4.) *[...] videbo cœlos opus digitorum tuorum, [...]mine Dominus noster, quam magnific[um...]men tuum in universa terra!*

Commentarius Lorjensis.

§. 11. Si de illis occultis sermo est, non scribendum fuisset אֵלֶּה ista, quia h[...]cula denotat res manifestas. Particula אלה enim dupliciter exponitur: vel de a[...]bus & Angelis, quæ in fundamento sunt, & intrant in Basiliam, ut formentur: na[...]
de[...]

damentum dicitur firmamentum, in quo ſunt Stellæ & Planetæ, quorum radices ſunt animæ & Angeli, qui in Baſilia formantur, ut foràs egrediantur. Quoniam ab iſta evolant animæ ut notum eſt. Et iſtæ intelliguntur per ſtellas & planetas. Vel ſecundo de ſex membris in Intelligentia latentibus, quatenus amiciuntur à gradu pulchro: vel etiam de ſex membris gradus pulchri, quæ vocantur Congregatio Jiſraëlis. Ambos hos exponendi modos negat procedere. Quod enim de ſtellis fixis & errantibus dictum hoc Scripturæ non intelligendum ſit; quæ in firmamento cœli apparent, ita ut ſubintelligeretur fundamentum, quatenus habet cognomen firmamenti & cœli; duæ urgent rationes. Prima eſt, quod hæ ibidem ſemper appareant, nec abhinc amoveantur animæ & Spiritus, qui ſunt Angeli: quoniam hæ ſemper ſplendent & oriuntur, nec unquam ceſſant: cùm tamen è textu ipſo appareat, quod ſubjectum illud, de quo ibi ſermo eſt, jam nunc quaſi creari innuatur. Deinde ſtellæ etiam ſemper ſunt manifeſtæ & videntur, ita ut opus non ſit oculos attollere in altum, quò videri queant. Et hoc innuunt verba hæc: Apparent ibi. Ratio ſecunda eſt hæc: quod ſtellæ tàm fixæ quàm erraticæ creatæ ſint per gradum מָה & non per gradum מי: cùm tamen textus expreſſè dicat: Gradus מִי creavit iſta.

§. 12. Senſus autem hîc eſt, quod omnes exercitus tàm ſuperi quàm inferi creati ſint à ſex membris gradûs pulchri veſtitis in Regno, quod vocatur מָה: & progrediantur per Fundamentum, quod eſt ultimum ſex membrorum gradus pulchri: unde fundamentum etiam vocatur Tetragrammaton Exercituum; quia omnes exercitus tam ſuperiores quàm inferiores per illud manifeſtantur.

§. 13. Senſus ergò dicti illius: Verbo Domini cœli facti ſunt; hic eſt: Quod Regnum, cui tribuitur nomen verbi Domini, ſicut notum eſt, ſuperinveſtiat cœlum, quo nomine vocantur ſex membra gradûs pulchri, & iſta fiant & conſtituantur per iſtam ſuperinvectionem. Nam omnis Conformatio & conſtitutio fit per myſterium veſtiendi, quia occultatio hîc idem præſtat, quod manifeſtatio (eò quod occultetur luminum nimietas, ut eadem ab inferioribus capi queant in gradu ſuo diminuto.) Sex autem iſta membra, quatenus concipiuntur in Intelligentia, dicuntur eſſe in Creatione: & quatenus ſunt in gradu pulchro, dicuntur eſſe in formatione: & quatenus veſtiuntur à Baſilia, dicuntur eſſe in factione; quatenus manifeſtantur in ea. Hinc dicitur; *Cœli facti ſunt*; ut innuatur myſterium factionis. *Et per ſpiritum oris ejus*. Hîc intelliguntur ipſa ſex hæc membra, quatenus ſunt anima Baſiliæ. Facti ſunt *omnes exercitus* tam ſuperi quàm inferi; ut ſenſus ſit: ſex membra gradus pulchri veſtiri à Baſilia, & manifeſtari per eam, ita ut formatio tranſeat in factionem: quare de cœlis dicitur: quod facti ſint. Sed exercitus ſuperiores & inferiores, inter quos ſunt animæ hominum & angelorum, non facti ſunt per Baſiliam, & ipſius inveſtituram: ſed à ſex membris ipſis intra Baſilian latentibus, quæ ſunt anima & ſpiritus Baſiliæ, quæ vocatur מה, quia ſex illa membra vocantur מה, prout ſcriptum eſt ſupra. Unde patet, quod iſti exercitus creati ſint per מה, & non per מי. Cùm tamen textus propoſitus dicat: Gradus מי creavit illa.

§. 14. Porrò ſcias, quod dictum illud Pſal. 33. v. 6. etiam ſenſu literali poſſit expo-

y ni

ni de cœlis materialibus, quòd facti sint per Verbum Domini, id est, per concep
externum, & non per internum. Sed omnes exercitus eorum facti sunt ab interno,
est Spiritus oris ejus: quoniam isti sublimioris sunt naturæ. Unde patet, per partic
אלה intelligi non posse de stellis & planetis.

§. 15. Si igitur assumatur pars altera istius alternativæ, ita ut per particulam
intelligi dicantur sex membra, quatenus sunt in Intelligentia: ista sanè sunt oc
quomodo ergò vocari possunt אלה, id est, ista quæ videntur, & manifesta sun
quibus omnibus concluditur, quod per particulam hanc אלה nec intelligi poss
bra, brachia & corpus gradûs pulchri, quatenus amiciunt sex membra Intellige
quod ista occulta sint: nec stellæ & planetæ ob naturam nimis manifestam.

§. 16. Enarrat igitur, hoc mysterium sibi non revelatum esse, nisi die qu
quô ipsum interrogaverit Elias p. m. an verba hæc intelligat: Quis creavit ista?
responderit juxta sensum literalem: nimirũ intelligi cœlos materiales, qui cont
di sint, ut laudetur nomen Domini: prout inquit David: Quoniam videbo cœlo
os, &c. Ubi subjungit: Tetragrammaton Domine noster, quam magnificum
men tuum &c. Et hæc ita quidem enarrantur in discursu hoc, verum enim ver
vix videtur credibile, quod R. Schimeon, in quo fuit Spiritus Dei Sanctissimi,
sponderit ad propositam quæstionem tam simplicia, quæ quilibet etiam tyro re
potuisset. Hinc mihi videtur, ista non intelligenda esse sensu literali, sed per c
exercitus ejus intelligentur sex membra mundi Creativi, sex gradus Throni. E
mysterium ה ultimi, quod resolvitur in ד & in ו. Sicut enim ה primum resolv
& in ו, quibus indigitantur gradus pulcher & Basilia mundi Emanativi: ita ה
resolvitur in וד i. e. in gradum pulchrum & Basilian mundi Creativi. Et sicu
tre superna formatus est filius, i. e. ו, quod in illa existit: quem deinde etiam
tanquam opus suum: sic etiam mater inferior filium intra se formavit sub myst
ræ ו existentis in ה ultimo, quod est mysterium sex graduum throni, nempe g
cher, qui est in Creatione, quem ipsa produxit. Et hinc dicitur opus Dei Sa
qui Benedictus sit! id est, Matris inferioris, quæ vocatur Deus Sanctissimus b
absolutè loquendo. Verba igitur hæc: Cœli illi & exercitus eorum opus Dei
mi, qui benedictus sit; in hunc sensum explicari possunt. Nam sicut datur c
exercitus ejus, opus Matris supernæ, id est, gradus pulcher mundi Emanativi;
datur cœlum & exercitus ejus opus Dei sanctissimi benedicti, id est, Matris
ris Basiliæ. Per copias sive exercitus ejus autem intelligi possunt animæ, qu
dici solet, excinduntur è Throno. Sciendum autem, quod in cœlis istis la
sterium poculi Benedictionis; quoniam è quinque Severitatibus prodierunt
in Psalmo de iis dicitur, quod sint opus manuum ejus: sicut poculum bene
quiescit in quinque digitis, qui sunt quinque Severitates. Et sicut poculum Bene
nis aspiciendum est, prout de eo dici solet: Conjiciat oculos in illum: sic & hi c
ciendi sunt, ut in Textu dicitur. Et sicut necesse est, ut cum devota attentione

licatur in poculum Benedictionis, ut benedictio in illud descendat è scaturigine na: sic etiam benedicendus est Dominus propter cœlos istos. Et sic etiam in Ra- chimna dicitur sectione Bo: quod poculum benedictionis sit mysterium sex mem- m mundi Creationis.

§. 17. Et quia Mater superior quoque in mundo Creationis sedem figit, sicut no- t: hinc dici potest, quod gradus מי creaverit cœlos hos. Porrò quoq; notum est, quinque Severitates proveniunt ab Intelligentia. Et fortè huc pertinet dictum il- .45. v. 7. Et creans tenebras: quia mundus Creativus propter mysterium severi- consideratur ut caligo. Et hinc poculum benedictionum distantiâ palmi elevan- t à terra; terra enim est locus Severitatum rigorosarum, quæ non mitigantur; & cus corticum. Ut igitur separetur à severitatibus istis: hinc dicitur in Gemara, poculum hoc elevandum sit palmum. Et alibi dicitur spithamam. Duæ autem tion es istæ eodem recidunt. Quò respexisse videtur R. Schimeon ben Jochai in ponsione sua.

Sequitur in Sohar.

אל"ר ר' מלה סתימא ח
קב"ה וגלי במתיבת' ע
הוא.

§. 21. Dixit mihi: Rabbi, res occulta fuit; sed exurgens Deus sanctissimus, Benedictus sit ille! id manifestavit in schola superna, & hoc illud est: (Ex מי & אלה componitur אלהים: in hoc est arcanum.)

בשעת' דסתימא דכל
בעא לאתגליא עבד ב
נקודה חדא ודא סליק
מחשבה צייר בה כל
חקק בה כל גליפין וא
בוצינא קדישא סתימ
דחד ציורא סתימא
קדשין בניינא עמיקא ד
מחשבה ואקרי שירותא
ראשיתא) לבנינה:

§. 22. Illo tempore cùm occultissimus omnium occultorum voluit manifestari, in principio fecit punctum unum, (id est, Jod,) & hoc ascendit ut esset cogitatio: effiguravit in ea omnes (omnes decem numerationes) figuras, exsculpsit in ea omnes sculpturas, & effiguravit in lumine sancto occulto sculpturam alicujus figuræ occultæ, sanctum sanctorum, ædificium profundum, quod egressum est ex cogitatione; & vocatur principium ad ædificium.

קיים' ולא קיים' עמיק
בשמא לא אקרי אלא
לאתגליא ולא יתקרי ב
רא ואתלבש בלב
דנהיר וברא אלה וסליק
בשמא אתחברן את
באלין ואשתלי' בשמא

§. 23. Subsistit & non subsistit, profundum & occultum, nomine non appellatur nisi מי; desiderabat manifestari, & non appellabatur hôc nomine, & vestiebatur vestimentô magnifico, quod fulget: & creabat אלה ista: & elevatum est τὸ אלה in nomen (Dei): consociabantur enim literæ istæ cum illis, & integrum fiebat nomen אלהים.

ועד לא ברא אלה לא סליק בשמא אלהים׃

§. 24. Sed antequam creavit אלה, non el[eva]tum est in nomen אלהים.

ואינון דחבו בעגלא על רזא דנא אמרו אלה אלהיך ישראל.

§. 25. Et illi, qui peccarunt cum vitulo de [my]sterio nostro dixerunt: אלהיך ישראל [אל]ה Exod. 34, 4. Isti sunt Dii tui Israël.

וכמה דאשתתף מי באלה הכי הוא שמא דאשתתף תדיר וברזא דא אתקיים עלמא ופרח אליהו ולא חמינא ליה.

§. 26. Et sicut sociatur vox, מי cum אלה; ita ipsum nomen hoc sociatur semp[er] gradibus inferioribus;) & in mysterio hoc [stabili]tur mundus. Et avolavit Elias, nec vidi illu[m].

ומניה ידענא אלה דאוקימנא על רזא וסתרא דילה.

§. 27. Et ex ipso scimus rem, quam stat[uimus] mysterio & arcano ejus.

אתא רבי אלעזר וכלהו חברייא ואשתטחו קמיה בכו ואמרו אלמלא לא אתינא לעלמא אלא למשמע דא די.

§. 28. Venit R. Eleasar & omnes socii, & [pro]strati sunt coram eo, fleverunt & dixerunt: S[i non] venissemus in mundum nisi ut audiremus ho[c, suffi]ceret.

Sequitur Commentarius Lorjensis.

§. 18. Responsum Eliæ res profundissimas in se continet, quia loquitur de Emanationis ab initio ejus. Nam Sapientia primitiva, quæ in Macroprosopo occultissimus omnium occultorum, sive gradus occultatus omnibus occulta[tis] quoniam ipsa est Cerebrum illud undiquaque clausum, quod non apertum est [jux]ta duas semitas, sicut Sapientia Microprosopi. Cùm ergò vellet manifestari per [e]mationes, quæ sunt mysterium vestimentorum, ut capi posset lux ejus; faciebat pite punctum aliquod. Hoc punctum est mysterium, in quo Pater & Mater bantur. Et hoc ascendit ut esset cogitatio. Erat enim finis totius cogitationis semita nimirũ tenuis descendens è Jod superno: quæ cùm manifestaretur infra cipiebat, & partes sive formas ejus; evadebatq; cogitatio in cogitatione supe[r]enim finis erat respectu cogitationis, fiebat caput, & jam ascendebat, ut fieret co[gitatio].

§. 19. Deinde in illa formabat omnes formas sub mysterio Binah seu Inte[lligen]cis, à qua prodeunt omnes formæ, juxta mysticam illam vocem וייצר Genes. 2. [7] formavit.

§. 20. Porrò in illa exsculpebat omnes sculpturas, quæ sunt sex membra ipsa effigurata sunt. Et hæc omnia intelligenda sunt de Sapientia superna, quæ [my]sterium Patris, in quo existunt decem numerationes supernæ. Intelligentia eo existebat quàm subtilissimè. Cùm igitur autor Emanationis sibi proponere[t] hæc egredi deberet; ipsa prodibat sub mysterio benignitatis, quæ in Sapientia est lucerna sancta occulta: quoniam septem dies vocantur septem lucernæ. Et q[uia be]nignitas, quæ ex istarum numero est, derivatur à Sapientia, quæ sancta vocat[ur]

hinc benignitas hæc vocatur lucerna ſancta occultata ; eò quod benignitas ſuperna, quæ in Patre eſt, occultatur ſub conceptu omnium reliquarum Benignitatum inferiorum.

§. 21. Mater igitur prodibat veſtita per Benignitatem, quæ in Sapientia. Sicut enim Creatio inferior veſtitur per Benignitatem lucis primitivæ, ſicut dicitur ſectione Lech lecha: ita mater cùm prodiret veſtita erat benignitate ſuperna, quæ in Sapientia. Quare in Textu dicitur; in lucerna ſancta occultata. Patet igitur, quod Intelligentia primò comprehenſa fuerit intra Sapientiam, ita ut ipſa & Sapientia unum & idem eſſent: usque ad Benignitatem, quæ in Sapientia, quippe in qua prodibat Intelligentia per illam veſtita. Nam in capite Patris nulla inter eas erat diſtinctio, quia altera ab altera includebatur. Et hôc reſpectu ipſa in Idra parva vocatur Synoche omnium. Per brachium autem dextrum manifeſtabatur, prodibatq; Intelligentia veſtita per benignitatem. Et huc pertinet illud Jeſ. 53. v. 1. Et brachium Domini ſuper gradu מי manifeſtatur. Ubi notetur particula מי, quæ ſpecialiter juxta modò dicta interpretanda eſt.

§. 22. Intelligentia autem vocatur Sanctum Sanctorum, ut nótum eſt. Diciturque prodiiſſe à cogitatione ſub myſterio capitis ſeu Principii: quia Benignitas eſt caput judiciorum, & ipſa veſtita erat benignitate Sapientiæ, quæ vocatur profunditas: hinc dicitur ſtructura profunda: & quidem principium ſtructuræ.

§. 23. Exiſtebat & non exiſtebat ; quia etiam in Benignitate non poterat comprehendi lux eſſentiæ ejus: unde dicitur extitiſſe & non extitiſſe, quia ibidem valdè erat abſcondita, & ſtatus ejus ibidem nullatenus poterat cognoſci, nec ulla ſpeculatio eo usque applicari. Et vocabatur מי quis: quia ibidem interrogatio locum habet, & particula מי refertur ad Intelligentiam, quatenus veſtita eſt à Benignitate. Nam per מ denotatur Intelligentia; & per י denotatur benignitas, quatenus provenit à Sapientia, unde oritur nomen מי. Vocaturque profunditas, quia Benignitas ſuperna, quæ in Sapientia, valdè occultata eſt: quare eandem veſtiri oportuit luce primitivâ, quæ eſt veſtis magnifica, fulgidiſſima, quâ veſtitur benignitas, quæ in Sapientia.

§. 24. Patet igitur, quod Intelligentia veſtita fuerit per Benignitatem, quæ in Sapientia, & per Benignitatem, quæ in Microproſopo: & hâc ratione creabat אלה ſive iſta, i. e. ſex membra Benignitatis, ut notum eſt, quæ vocantur אלה iſta. Et tunc manifeſtabatur lux Intelligentiæ, ut vocaretur nomine Elohim.

§. 25. Meritò autem vocatur Elohim, nam מי אלה denotat ordinem deſcendentem è ſummis deorſum: ubi Intelligentia eſt intima, i. e. ם, & Benignitas, quæ in Sapientia, ab extra eandem veſtit, & eſt י, ſequunturque membra. Sed Elohim denotat ordinem aſcendentem ab imo ſurſum. Cùm enim intentio eſſet rei manifeſtandæ, quod manifeſtius eſt, præcedere debebat. Unde primò ponitur אלה i. e. ſex membra; deinde Benignitas, i. e. Jod; & tandem Intelligentia, i. e. Mem: ita ut quodlibet horum occultetur intra gradum vicinum: unde etiam Mem clauſum eſt ; quô denotatur,

tur, quod ipsa super forma hac quadrata incubet super liberis, prout traditur secti Truma.

§.26. Antequam ergò crearentur אלה ista, non eminebat per nomen Eloh quia nomen Elohim est nomen manifestationis, ita ut etiam gradus externi manif tur sub isto nomine, sicut notum est. Quamdiu igitur sex membra nondum exist in quibus ipsa posset occultari, nondum vocabatur nomine ullô: quia in possib ut reveletur nisi per occultationem intra sex hæc membra, quæ vocantur אלה ista: niam ex hac contectione oriebatur ipsius manifestatio.

§.27. Et Jisraelitæ cùm confecissent vitulum, sub hoc mysterio dicebant sunt Dii tui, Jisrael. Volebant enim separare sex membra ab Intelligentia, que deducere in Basilian, quæ vocatur ים mare sub mysterio corticum, qu mundo Factivo. Si enim conjunguntur literæ אלה, quibus denotantur sex m cum voce ים i. e. mare, inde etiam prodit nomen אלהים. Et hic est sensus rum illorum Exod. 32. v. 1. Surge fac nobis אלהים i. e. separa, אלה à מי, & c ne illa cum ים sive mari. Hoc autem est species truncationis plantarum, cùm rantur sex membra ab Intelligentia, & deducuntur in notionem ultimam, quæ in R cui est nomen ים i. e. mare. Hinc ista dicebant ad Aharonem, qui pertinet ad gnitatem: quoniam Binah non fecit gradus אלה nisi per benignitatem, quæ a intelligentiam, tanquam lux primitiva, & faciebat compositum hoc nomine Et sic illi quoque volebant gradus hos deducere per hoc idem principium, i. e. B tatem sub persona Aharonis.

§. 28. Porrò subjungitur: Mundus non perstat: ubi intelliguntur sex m Nisi per Combinationem gradûs מי, quæ est Mater, cum gradibus אלה, qui sunt ejus, unde exurgit nomen Elohim. Et sicut per combinationem particulæ מי c ticula אלה sub initium Emanationis manifestationis erat exordium: ita hoc sem manet, ut Mater incubet super liberis, ut illos conservet: qui est sensus verbo rum, & per mysterium hoc conservatur mundus.

Sequitur in Sohar.

אר׳ שמעון על דא שמיא וחילוהון במה אתבריאו דכתיב כי אראה שמיך מעשי׳ אצבעותיך וגו׳

וכתיב מה אדיר שמך בכל הארץ אשר תנה הודך על השמים בגין דברא נהורא לנהוריה ואתלבש דא בדא·

§.29. Dixit R. Schimeon: Pr cœli & exercitus eorum per מה cre quia scriptum est: *Quia videbo cœlos digitorum tuorum, &c.* (Ps.8,4)

§.30. Et scriptum est (ibid *nomen tuum, magnificum in univers ut edas laudem tuam, propter cœli* creavit lucem pro luce sua, & han illâ.

וסליק בשמא עלאה ועל דא בראשית ברא אלהים דא אלהים עלאה·

§.31. Et elevatum est in nomen sanctum supremum; & propterea dicitur בראשית, *creavit sex, creavit* אלהים, hoc est אלהים supremum (בינה).

דהא מ״ה לא הוי הכי ולא אתבני אלה בשעתא דאתמשכן אתוון אלין אלה מלעילא לתתא ואמא אחיפת לברתא מנאהא וקשיט לה בקישוטה׳·

§.32. Certè enim מה non est sic, & non ædificatur nisi eô tempore, quô ista אלה, è supremis deducuntur deorsum, & mater mutuò dat filiæ vestimenta sua, & ornat eam ornamentô suô.

ואימתי קשיט לה בקשוטהא כדקא חזי בשעתא דאתחזון קמיה כל דכור דכתיב את פני הארון יי׳ ודא איקרי ארון כ״דא הנה ארון הברית ארון כל הארץ·

§.33. Et quando ornat illam ornamentô suô prout decet? Eô tempore cùm apparent coram ea omnes masculi; scriptum est enim (Exod. 23, 17.) Ad faciem dominatoris Domini: nam vocatur ארון (i.e. מלכות. Filia enim ornata esse debet, quando comparent masculi: sicut dictum est (Jos. 3. v. 11.) *Ecce arca fœderis dominator totius terræ.*

כדין נפקת ה׳ ואעילת י׳ ואת קשטרת במאני דכורא·

§.34. Tunc egreditur ה, & ingreditur י (tunc fit ex מ״ה, מי) & ornatur instrumentis masculi.

Commentarius Lorjensis.

§.29. Dixit R. Schimeon: Propterea cœli & exercitus eorum per gradum מ״ה creati sunt. Jam R. Schimeon explicat, quod per particulam אלה etiam intelligantur cœli & exercitus eorum, quatenus per illos designantur sex gradus Throni, prout suprà exposuimus. Postquam enim Elias ipsi manifestaverat, quod verba illa מי ברא אלה Gradus quis creavit ista; referenda sint ad mundum Emanativum: jam ipse superaddit, quod sex gradus Throni creati sint per gradum מה, & non per mysterium מי. Quamvis enim mater superna nidificare dicatur in tribus summis Numerationibus Systematis Creativi: hoc tamen tunc saltem fit, cùm jam gradus istius creati sunt per מה. Quin etiam ibi hæc proprium locum non habet, sed tantùm nidificat: cùm scilicet incubat liberis inferioribus, quæ sunt animæ, sive Mentes ab ipsa productæ, & descendentes in mundum Creativum, per quem manifestantur, quemadmodum in nidis mundi inferioris pariuntur ova, & excluduntur pulli. Mater Igitur tantùm nidum struit in tribus Numerationibus superioribus, prout dicitur in Tikkunim, sive supplementis Soharisticis. Sed Creatio horum graduum non facta est nisi per gradum מ״ה.

§.30. Hoc autem probat per dictum Psalm. 8. v. 4. Quia videbo cœlos tuos opus digitorum tuorum. Hoc est poculum Benedictionis, quod residet super quinque digitis.

§.31. Et

§. 31. Et porrò scribitur ibidem מה est magnificum nomen tuum in universa terra. Ubi per מה intelligitur plenitudo Tetragrammati Alephata, hôc modò: יוד הא ואו הא cujus numerus est מה i. e. 45: Et decem istæ literæ inseruntur decem Numerationibus mundi Creativi.

§. 32. Mater autem superna, quæ vocatur אשר, extenditur usque ad gradum Gloriæ sive Laudis, dum eandem superinduunt sex membra gradûs pulchri, quæ vocantur cœli. Et hinc intelliguntur verba illa אשר תנה הודך על השמים quasi dicatur: Tu gradus אשר dabis metrum gloriæ tuæ propter cœlos. Et tunc vocatur Elohim per istam superinvestituram: Quare etiam in textu dicitur; propter cœlos, scilicet elevatur in nomen. Hinc etiam in textu dicitur: Quia creavit lucem pro luce sua, & hanc vestivit illâ, & elevatum est in nomen sanctum He supremum, i. e. Intelligentia. Quapropter etiam dicitur בראשית Creavit sex, & creavit אלהים; quia per sex membra, quæ intelliguntur per syllabam שית i. e. sex in voce בראשית Creavit אלהים i. e. nomen ejus vocatum est אלהים. Et hoc est nomen אלהים supremum sive mysterium Intelligentiæ, quæ superinvestitur sex membris gradûs pulchri. Nam Mater inferior, quæ vocatur מה, dum superinvestit sex membra ejusdem gradus, nō vocatur nomine אלהים. Et ratio hæc est, quia Intelligentia non vocatur אלהים, nisi dum sex membra sua vestiuntur sex membris gradûs pulchri. Sed Mater inferior non habet sex membra propria, quibus vestiat pulchritudinem: Hinc in textu dicitur: Gradus מה non est sic.

§. 33. Quia etiam sex membra ejus, quæ dicuntur structura, non sunt ipsius. Unde dicitur: Non extruitur nisi per Jisraëlitas, quando veniunt, ut appareant coram ea: tunc enim sex membra superna prolongantur & demittuntur per preces & lachrymas: quia portæ lachrymarum nunquam clauduntur: & descendunt, ut fiant sex membra, sicut sunt in Intelligentia, quæ deinde vestiuntur à Basilia. Sex isti gradus autem dicuntur ornamentum propter Benignitatem supernam: quæ matrem cum cæteris investit, ceu mysterium literæ Jod, quæ est in vocula מי. Per vestimenta autem masculi intelliguntur sex membra masculina, quæ investiunt Intelligentiam, prout supra dictum est.

Sequitur in Sohar.

לקבליהון דכר בישראל ואתוון אחרנין
משכן לון ישראל מעילא לגבי אתר
דא:
אלה אזכרה. אדכרנא בפומא ושפיכנא
דמעאי ברעו נפשי בגין לאמשכא
אתוון אלין וכדין אדדם מעילא עד
בית אלהים למהוי אלהים כגוונא
דיליה:

§. 35. Respectu omnium masculorum Jisraël, & aliarum literarum, attrahunt sibi Jisraëlem è supernis ad locum istum.

§. 36. אלה *Ista memorabo*, (Ps. 42, 5.) memorabo ore, *& effundam super me animam meam*; & effundam lachrymas lubenti animâ, propterea, ut attraham literas istas; & tunc *movebo eas*: de supernis usque *ad [illegible] mum* אלהים, ut sit אלהים ad instar illius.

§. 37.

ובמאי בקול רנה ותודה המון חוגג׃

§. 37. Et per quid (movebo)? *per vocem jubili & confessionis cœtus feriantis.*

Commentarius Lorjensis.

§. 34. Et quia in apparitione illâ festivâ requiritur כל sive omnis (quod est fundamentum masculinum;) & masculus & Jisraël, quæ omnia sunt masculina exuscitationem in Sanctuario inferiore, quod est typus Basiliæ, facientia, & ibidem apparentia: hinc & in supernis ipsa Basilia accipit istud omne, ita ut ipsa quasi revera fiat masculus, & exornetur instrumentis masculinis, ita ut in ipsa appareat fœdus sanctum, prout in Intelligentia: quæ quamvis sit fœmina, tamen cùm unita est cum masculo, i. e. cum sex membris masculinis, quorum ultimum est fundamentum; tunc ipsa vocatur non בינה; verùm בן יה filius Jah, ita ut ipse & ipsa penitus sint unum. Atque sic idem quoque accidit Basiliæ per exuscitationem inferiorum supradictam, ut ingrediatur Jod, & egrediatur He, & ipsa fiat בן יה filius Jah. Nam sicut Mater superna manifestatur & vestitur per mysterium benignitatis, quæ in Sapientia, quod est mysterium literæ Jod in particula מי, quod denotat misericordias: sic Mater inferior manifestatur, & vestitur per quinque severitates, quæ proveniunt à Severitate, quæ in gradu pulchro, & porrò deorsum, quæ sunt quinque, nempe litera ה; quia sunt judicium, unde provenit litera ה in particula מה, quâ vestitur מ inferius, tanquam per quinque severitates, quæ sunt quinque portę provenientes è quinque severitatibus latentibus intra quinquaginta portas Intelligentiæ: quo pertinet illud, quod dicitur de poculo Benedictionis, quod scilicet resideat in quinq; digitis. Jam igitur per adventum masculi exeunt quinque hæ severitates, & intrat mysterium benignitatis, quæ in Sapientia; eodemque vestitur Mem Matris inferioris, eodem modo ut mater superna. Quin etiam sex membra Intęlligentiæ mutuò ipsi conceduntur, ita ut vestiat sex membra masculi superni, fiatque masculus, & vocetur אדון Dominus, nimirum propter Dominum ipsum; ubi deinde fit אלהים, sicut mater ita & filia.

§. 35. Sciendum enim, quod ab initio ipsi desint quinque Benignitates è quinquaginta portis; quoniam ipsa est judicium. Quare etiam vocatur מה: sed quando est אלהים, י sive denarius in ipsam introit, propter accessum quinque benignitatum: & tunc est מי perfecta, juxta omnes quinquaginta portas, secundùm numerum particulæ, מי i. e. 50. Hinc Jod illud separabile est à litera Mem, actuque tollitur cum ipsa constat è quinque severitatibus; & accedit, cùm in ea comprehenduntur etiam quinque benignitates, provenientes scilicet à Sapientia, quæ est radix istarum benignitatum.

§. 36. Sensus ergò dicti allegati è Psal. 42 v. 5. est hic. Per אלה intelliguntur sex membra, quæ in Intelligentia, quatenus ista vestitur sex membris gradûs pulchri, qui est masculus. Et vox אזכרה recordabor, descendit à radice זכר, quæ etiam habet significationem masculinitatis. Et effundam super me, i. e. superinducam mihi: quasi nimirum loqueretur Mater superna. Vel etiam particula עלי super me idem est ac עַל י

i, e. super literam Jod, quæ est in vocula מִי, quæ nimirum deduci debet in Basilian. Et vox אשפכה idem videtur ac אשפוך ה׳ id est, effundam quinque, ut respiciatur illud quod dictum est in textu: Exit He & intrat Jod. *Animam*. Hæc est Psyche Davidis, i.e. gradus Basiliæ. Quando autem hoc fiet? *Quando transibo in numero*; i.e. quando apparebunt numerati sive masculi: quoniam fœminæ non numerantur. *Et tunc movebo eas*, & detraham illa deorsum usque ad domum אלהים, quæ est Basilia, quoniam hæc tunc vocatur Elohim.

§.37. Et huc pertinet illud Ps. 82. v. 6. Ego dixi Divos &c. verè sicut homo moriemini. Nam gradus אני Ego est Basiliæ, cui tribuitur facultas dicendi, cui similis dicitur populus Israëliticus, ut etiam obtineant nomen Elohim. Cùm autem committerent peccatum vituli, & separarent gradus אלה; tunc remanebat מה, cujus numerus 45, quem etiam conficit vox אדם homo: unde dicitur. Sicut homo moriemini. Quoniam descenderant è loco suo, in quo hactenus fuerant: nimirum è mysterio Intelligentiæ, & postmodum opus habebant precibus & lachrymis, ut restituerent nomen אלהים in tribus Festis, ubi ascendere & comparere coram Domino tenebantur omnes masculi. Hinc post historiam de vitulo statim sequuntur præcepta de Festis Exod. 34. v. 17, & 23.

§.38. Quod etiam hic dicit de effusione lachrymarum, paulò fusius exponendum est; ubi sciendum est, quòd homo inferior similitudo sit superni, ita ut os hujus analogiam habeat cum ore superno, & oculi ejus cum oculis supernis: unde cum excitatur inferior, excitantur etiam superiora. Os igitur repræsentat Intelligentiam, ita ut apertura oris sit Basilia Intelligentiæ: duo labia, Superatio & Gloria ejusdem: Lingua, Fundamentum & Pulchritudo: triginta duo dentes, triginta duæ semitæ Sapientiæ: palatum Sapientia ipsa: maxilla superior & inferior, Benignitas & Severitas; & guttur sit ipsa Intelligentia, quæ in Intelligentia. Unde patet, quâ ratione in ore repræsententur omnes decem Numerationes Matris. Quod autem supra os est, ad Sapientiam spectat. Nasus enim est Basilia Sapientiæ; oculi sunt Superatio & Gloria ejusdem: aures Benignitas & Severitas: frons Intelligentia ejusdem: interstitium quod inter oculos, Pulchritudo ejusdem: cerebrum Sapientia ipsa ejusdem; & cranium tandem Corona illius. E decem ergò Numerationibus Intelligentiæ prodeunt vox & verba s. locutio, i.e. gradus pulcher & Basilia; quoniam Intelligentia est Mater liberorum. Sed à decem Numerationibus Sapientiæ nihil manifestatur, quia ibi nil nisi cogitatio, & omnia sunt occulta.

§.39. Cùm igitur homo attentè movet labia sua in precibus, ut detegat lumen decem Numerationum Intelligentiæ, illudque deducat ab ore i.e. Basilia superna, quæ in Intelligentia; dubium nullum est, quin septem lucernæ accepturæ sint lucem maximam. Nam sicut ipse producit verbum & loquelam per decem partes oris; sic excitantur decem partes oris superni, ut edant vocem & loquelam supernam cum innovatione lucis admirandæ. Sed quando Mater superna claudit portas precum, quæ sunt labia, i.e. Superatio & Gloria Intelligentiæ: tunc è nomine אלהים literæ לה excluduntur, & remanet אלם muta, quasi columba muta.

§. 40. So

§. 40. Sed Superatio & Gloria, quæ in Sapientia, ſunt portæ lachrymarum, nun-
iam clauduntur; & cùm homo emittit lachrymas, & attentè meditatur, quomodo mi-
gare queat judicia; tunc Sapientia ſuperna, quæ eſt mare magnum, eadem temperat,
dulceſcant in mari magno, ſicut notum eſt. Duæ enim lachrymæ ſunt radix judicio-
m & corticum, locumque habent in Superatione & Gloria Sapientiæ, & deſcendunt
Sapientiam Intelligentiæ, quæ dicitur mare magnum, ibique miteſcunt.

§. 41. N:ceſſe igitur eſt, ut Baſilia vocetur אלהים ob duas cauſas: primò ob la-
rymas iſtas, ut ſedentur cortices & judicia per Sapientiam: adeoque tollatur ה, & in-
oducatur י Sapientiæ. Et ſecundò, ut in ipſam deriventur ſex membra Intelligentiæ
r commemorationem oris, quod analogum eſt Intelligentiæ, ſicut explicuimus.

Sequitur in Sohar.

אר̊ אלעזר שתיקה דיליה בנה מקדש
לעילא ובנה מקדשא לתתא·

§. 38. Dixit R. Eleaſar: Silentium de hoc ædificavit Sanctuarium ſuperius, & ædificavit Sanctuarium inferius. (a.)

Annot.

(a.) *Id eſt, Cogitatione meâ intentus fui & meditatus ſum myſterium particulæ* מ̊י, *un-*
conſtruitur nomen אלהים, *quod eſt Sanctuarium ſuperius: & ſimul meditatus ſum ſtru-*
uram Baſiliæ, quomodo & iſta facta ſit juxta nomen אלהים.

ובודאי משתוקא בשתים ומלר
בסלע·

§. 39. Et certè verum eſt (proverbium hoc:) Silentium duobus, vox autem ſiclo æſtimanda eſt. (b.)

Annot.

(b.) *Sic enim & in Gemara, Tract. Megillah, fol. 18. c. 1. ad dictum illud Pſal. 65. v. 2.*
bi ſilentium laus eſt; *dicunt. Selectiſſima herba eſt ſilentium. De Deo multa tacere,*
xima ejus laus eſt: id quod dixit David Rex his verbis: Silentium tibi laus eſt. Adve-
s R. Dime, dixitque: In occidente ſive in terra Iisraëlitica dicere ſolent: Verbum ſiclo;
ntium duobus.

מה דאמרנא ואתערנא ביה משתיק
בשתי׳ מה דשתיקנא ואברו תו
עלמין כחדא·

§. 40. Quod (intelligendum de eo) eſt, quod diximus, & de quo deſſeruimus: (c.) ſed ſilentium æſtimandum eſt duobus: nam dum tacuimus, creati ſunt duo mundi ſimul. (d.)

Annot.

(c.) *Id eſt. Verbum meum, ſive diſcurſus meus, quem ſupra habui, cùm dixi: Attollite in*
tum, &c. quem teſtari faciam de te, &c. fuit æquale ſiclo uni, id eſt, reſpexit gradum Regni.

(d.) *Id innuit: ſe locum dediſſe Patri ſuo, ut duos mundos ſimul conderet: ſive de utroque*
adu diſſereret. Aliter hæc etiam ſic exponi poſſunt. Silentem non eſſe ſimilem muto: quia hic
catur Lapis & quaſi inanimatus: Sed Silentium tunc locum habere, cum aliquis loquitur

de certa quadam materia; & videt quod alius novam desuper proponere queat expl-
nem: & ipse tacet, ut nova hæc audiat.

Commentarius Lorjensis.

§. 42. Dixit R. Eleasar, &c. Exstruxit Sanctuarium superius, quod est In-
tia, quatenus superinduitur per sex membra gradus pulchri. Et Sanctuarium in-
Basilia, quatenus ista similis est Intelligentiæ, ut vocetur אלהים sicut illa. Et h-
factum est per silentium R. Eliesers.

§. 43. Ista autem, quæ antea dixerat R. Eleasar, intellexerat de Sanctuario
quod vocari solet siclus.

§. 44. Sensus autem hic est: quod cùm exeunt verba talia ex ore cujusdam
tim si quis signaturam habeat, & si anima ejus originem habeat de mundo Em-
tunc verba ejus Sympathian excitant in supernis pro dignitate animæ ejus, ita ut
nem & proportionem redigat Emanationem supernam. Unde si sermo
Oeconomia superna Intelligentiæ, vel de Oeconomia infera Basiliæ; illi gr-
cundum verba ejus prolata constituantur, ita ut supra novi creentur cœli & nov-
prout alibi dicitur in Sohar. Unde intelligi potest, quomodo per verba R. Sch-
ben Jochai creati sint duo mundi, Intelligentia scilicet & Basilia; quia nimirum
locutus fuerat, ut fundamentaliter possit intelligi.

Pergit Sohar.

אר׳ שמען מכאן ולהלאה שלימו דקרא דכתיב המוציא במספר צבאם׃

§. 41. Dixit R. Schimeon: A-
porrò perfectè exponi potest v-
cum scilicet scriptum est (Esa. 40. v.
cens in numero exercitum eorum.

תרין דרגין אינון דאצטריך למהוי רשים כל חד מנייהו חד דא דאתמר מה וחד מי דא עלאה ודא תתע׃

§. 42. Duo gradus sunt, quor-
quemque oportet esse designatum
est ille, qui dicitur מה, & unus
Hic superior est, & ille inferior. (

Annotat.

(e.) *Objectionem tacitam diluit: quia videtur dicendum fuisse: Attoll-*
oculos vestros, & videte, nam gradus Quis creavit illa; & *producit, &c. cùm*
propositionis subjectum: unde quæritur: quare dicat המוציא *Ille qui producit, &*
videri posset hunc esse alium: Hinc dicit, duos esse gradus, &c. qui sunt Intellig-
gnum, qui ambo designari soleant per He emphaticum.

(f.) *Rationem dat, quare duo illi gradus magis opus habeant He emphatic-*
teri: quia unus est occultus, & unus est manifestus. Unde cùm dicitur המוציא *-*
ducit, argumentum est, unum è duobus istis gradibus intelligi, sive occultum sive m-
ubi deinde ipsa materia declaratura sit, uter intelligatur. Unde cùm dicitur: Ille q-
cit in numero exercituum eorum: ipse sensus te docebit, quod loquatur de Intellige-

colligitur è voce numeri, &c. Sic etiam cùm dicitur: Ille qui producit panem de terra; ipse sensus docet, quod sit gradus terræ.

דא עלא רשים ואמ׳ המוציא במספ׳ צבאם׳

§. 43. Hic superior designatur, cum dicitur: המוציא *educens in numero exercitum eorum.*

המוציא ההוא דאשתמודע ולית כוותיה כגונ׳ דא המוציא לחם מן הארץ המוציא ההוא דאשתמודעא דא דרגא תתאה וכלא חד׳

§. 44. *Educens* est aliquis, qui notus est (בינה) nec est ipsi simile. Eodem modô in alio loco: המוציא Qui educit panem de terra; ille, qui educit est notus, nempe gradus inferior (מלכות) omnia tamen sunt unum.

במספר שתין רבוא אינון דקיימין כחדא ואפיקו חילין לזינייהו דלית לון חשבנא׳

§. 45. *In numero.* Sexaginta myriades sunt, (g) quæ simul extant & producunt copias secundum speciem suam, quarum non est numerus.

ANNOTATIO.

(g) Sexaginta myriades conceptuum sunt, quos habet Arbor vitæ; gradus pulcher: respectu hujus enim sexaginta myriades fuerunt inter Jisraëlitas.

לכלם בין אינון שתין בין כל חילין דילהון בשם יקרא׳

§. 46. *Singula eorum*, id est, tàm illas sexaginta, quàm omnes virtutes illarum, *nomine vocat.*

מאי בשם יקרא אי תימא דקרא לון בשמהתון לאו הכי הוא׳

§. 47. Quid hoc est, *nomine vocat?* dicesne, quod illos vocet nominibus suis? Nequaquam sic res se habet.

אלא בזמנא דדרגא דא לא סליק לעילא ואקרי מ״י לא אוליד ולא אפיק טמירין לזיניה אע״ג דכלהו הוו טמירין ביה׳

§. 48. Verum (ut conserventur &) illo tempore, cum gradus iste non extollitur sursum, & appellatur מי, (&) nō generat nec producit occulta juxta speciem suam, quamvis omnia occulta sint in eo.

כיון דברא אלה ואסת״ק בשמיה ואקרי אלהים כדין בחילא דשמא דא אפיק לון בשלימו ודא הוא בשם יקרא׳

§. 49. Cùm autem creat אלה, & elevatur nomine suo, & vocatur אלהים: tunc in virtute nominis hujus deducit illa in perfectionem; & hoc est, *nomine vocat.*

בההוא שם דיליה קרא ואפיק כל זינא וזינא לאת קיימא בשלימותיה כגוונא דא ראה קראתי בשם אדכרנא שמי לאתקיימא בצלאל על קיום אשלמותיה׳

§. 50. Illo nomine suo vocat, & producit singulas species, ut illas stabiliat in perfectione sua, sicut illud (Exod. 31. v. 2.) *Ecce nomine vocavi;* memini nominis mei, ad stabiliendum *Bezaleelem* in statu perfectionis suæ.

Commentarius Lorjensis.

§. 45. Dixit R. Schimeon : Abhinc & porrò, &c. Duo gradus hic ulteriùs exponuntur, nimirum Caput structuræ supernæ & finis ejus: superior ut influat, & inferior ut recipiat: superior occultus, & alter manifestus: superior anima structuræ; & alter anima eorum, quæ infra ipsum sunt. Id quod innuunt verba illa: Hic superior, & ille inferior. Et ambo signantur per He emphaticum, quasi sint notoria & manifesta, unus inter superiora, & alter inter inferiora. Quoniam hic est mundus manifestatus, & alter est mundus occultatus. Ubicunque enim est He emphaticum, ibi denotatur vel He inferius, vel He superius.

§. 46. Cùm ergò dicitur המוציא ille qui producit in numero exercitum eorum, intelligitur He superius, cui nihil est simile; quoniam illud vivificat omnia.

§. 47. Et hic gradus illa producit in numero: nam in Intelligentia continentur sex membra sub amplitudine generalissima, ita ut è senario appareant sexaginta myriades. Et hoc innuitur, cùm Propheta inquit: Ille qui educit in numero sexaginta myriadum, illa quæ simul ibidem congregantur. Nam omnia consistunt in Intelligentia modô quodam abstrusissimo: & illa eadem producit, deorsumque dimittit juxta varias species in mundo Emanationis, Creationis, Formationis, & Factionis: quæ omnia è supernis derivantur, & vocantur exercitus eorum. Nam è potentia sua in actum descendunt. Et hoc innuitur verbis illis: Et producunt copias secundum speciem suam, quarum non est numerus.

§. 48. Singula autem nomine vocat &c. Ubi notandum, quod post Emanationem producta etiam opus habeant conservatione & sustentatione, quò semper permaneant in illo influxu atque lumine, istudque ab iis nunquam tollatur. Et hoc intelligitur, ubicunque dicitur, aliquid vocari nomine, sicut infra dicitur: Commemoravi nomen meum ad conservandum illum. Unde R. Schimeon expressè dicit: non hanc esse intentionem, quod singulis imponat nomina post egressum suum: sed ad conservandum illa, ut nimirum radicentur post exitum suum, etiam illo tempore, cùm gradus hic non sursum elevatur, ut vocetur מי; nec producit occulta in speciem suam, quamvis in illo abscondantur.

§. 49. Nam antequam creantur sex membra gradûs pulchri, in quibus occultari queat Intelligentia, etiam non prodeunt sex membra Intelligentiæ, nec possibile est eadem assequi ob naturam suam nimis abditam. Et hoc innuitur per verba illa: Non generat, nec producit occulta. Ubi duo notanda sunt. Nam cùm generat, intelliguntur duæ personæ, gradus pulcher & Basilia, nimirum hæc illum amplectens. Cùm verò dicitur

citur producere occulta in speciem suam, intelliguntur sex membra Intelligentiæ, quæ occultantur in sex membris gradûs pulchri. Nec mirum tibi hoc videatur, quia per אֵלֶּה ubique hîc intelliguntur sex membra gradus pulchri. Et sensus est hic quamvis valdè profundus; quod Mater superna emanando producat sex membra gradûs pulchri, ut in illis possit occultari. Et hoc innuitur per verba hæc; creavit אלה ista: nam ista in ipsa latebant occultata quam abditissimè sub symbolo literæ ו, quæ includitur in ה superno. Hoc autem Vau intra He delitescens nullum habet caput, quia tantum sex membra sunt. Tunc ergò Intelligentia ascendebat in Sapientiam, ut ab illa acciperet lucem. Et hæc dicitur imprægnatio, quod nimirum ceu mater imprægnata fuerit sex membris istis, ut incrementum acciperent à Sapientia, & ex benignitate severitate, pulchritudine, superatione, Gloria & fundamento, fierent Sapientia, Intelligentia, Cognitio, benignitas, severitas, pulchritudo. Sic litera ו accipiebat caput, & apta nata fiebat, ut esset litera Tetragrammati. Et intra sex hæc membra occultabantur sex membra Intelligentiæ. Hæc est mens verborum illorum, quod aliquando gradus iste non ascendat, id est, in Sapientiam, ut incrementum acquireret sex membris istis, & ex illis fierent Sapientia, Intelligentia, Cognitio, Benignitas, Severitas, Pulchritudo, quæ dicuntur Microprosopus.

§. 50. Et sex ista membra primò tantùm erant quasi effluxus seminis, denotatus per tractum literæ Vav. Nam Benignitas descendebat à Sapientia; Severitas ab Intelligentia; Pulchritudo à Cognitione: porrò Superatio à Benignitate; Gloria à Severitate, & Fundamentum à Pulchritudine. Et propterea dicuntur in utero substitisse per duodecim menses. Et huc pertinet illud Deut. 3. v. 26. ויתעבר יהוד בי quod vulgò vertitur: Et excanduit Dominus mihi: sed etiam verti potest: Et in imprægnatione fuit Tetragrammaton duodecim, id est, mensibus: nam vocula בִּי refert numerum 12. Et huc referuntur duodecim signa Zodiaci, quæ sunt duodecim variationes Tetragrammati. Prodierunt autem foras ceu litera Vav Tetragrammati: hinc non potest proferri hæc litera Vav, nisi aliud Vav cum ipso pronuncietur. Postquam autem prodierunt ab illa, ipsa Mater sex sua membra recondidit intra sex membra hæc. Et nisi creata fuissent sex ista membra, quæ sunt litera Vav, & sese habent ut effluxus seminis; nulla fieri potuisset generatio, nec mater in illis potuisset occultari. Postquam autem ipsa in his occultari potuit, & hæc אלה seu ista sex membra creata essent, ipsa vocata est אלהים, & illis imprægnata est, eadem progeneravit & produxit in majori perfectione, quam antea habuerant, quoniam incrementum acceperunt, prout diximus. Et hæ sunt plantæ illæ, quæ dicuntur fuisse ut cornua locustarum, & excrevisse duodecim mensibus. Et hoc innuitur per verba illa: Et produxit illa in perfectionem. Hinc nullum aliud nomen est, quô sustentari potuissent, vel sexaginta myriades illæ, vel omnes exercitus eorum, postquam prodierunt, nisi nomen hoc Elohim, per quod producta sunt omnia secundum speciem suam, tàm in Emanatione, quàm in Creatione,

&

& Formatione & Factione: quæ omnia stabilita sunt in perfectionem suam per nomen hoc, imò & conservantur post exitum suum per nomen hoc, ita ut non desinant esse sexaginta myriades, prout infra dicetur: quæ omnia fiunt per nomen hoc Elohim, quod est in Intelligentia.

§. 51. Ne autem explicatio hæc videretur coacta, allegat dictum illud Exod. 31. v. 2. Ecce vocavi nomine Bezalel &c. Ubi non sensus est, quod hic tùm demum acceperit nomen hoc: sed quod Deus benedictus meminerit nominis sui magni, ut Bezaleli tribueretur vis & stabilitas & perfectio admiranda, quò posset fabricare tabernaculum, & intelligere mysteria ejus: sicut de Bezalele dicitur, cum potuisse transmutare literas illas, per quas facta erat creatio cœli & terræ. Phrasis ergò hæc, vocare per nomen, hoc infert, quod demissum fuerit auxilium à decem literis Tetragrammati in animam Bezalelis, ita ut hæc exurgeret in decadem citra involucra, & acciperet firmitatem & potentiam, ut capere posset lucem illam copiosam: prout ibidem dicitur v. 3. Et replevi eum spiritu Elohim.

Sequitur in Sohar.

מרוב אונים· מאי מרוב אונים דא ריש דרגין דסליקו ביה כל רעותין ואסתלקו ביה בארח סתים·

§. 51. *Præ multitudine virium*: Quid est præ multitudine virium? hoc est principium graduum, in quem exaltantur omnes voluntates, & elevantur in eâ viâ occultâ.

ואמיץ כח דא רזא דעלמא עלאה דאסתלק בשם אלהים כדקאמרן·

§. 52. *Et fortis potentiâ.* Hoc est mysterium mundi superioris, qui exaltatur in nomine אלהים, sicut diximus.

איש לא נעדר מאינון שתי׳ רבוא דאפיק בחילא דשמ׳ ובגין דאיש לא נעדר בכל אתר דמיתו ישראל ואתענשו בחובייהו אתמנין ולא אעדר מאינון שתין רבוא אפילו חד בגין למהוי כלא דיוקנא חדא כמה דאיש לא נעדר לעילא אוף הכי לא נעדר לתתא:

§. 53. *Vir non deficiet*: id est, ex illis LX myriadibus, quas producit virtute nominis, & quia vir non defecit: hinc omni loco, ubi mortui sunt Jisraëlitæ, & puniti sunt in punctis suis, numerus tamen mansit, & non defecit ex illis LX myriadibus ne unus quidem, (h) ut ómnia essent similitudo una, & sicut vir non deficit superius, ita etiam non deficeret inferius.

ANNOTATIO.

(h) *Si dicas: Atqui scriptum est; 1. Reg. 19. v. 18. remanere feci in Israël septem millia, omnia genua, quæ non curvaverunt se &c. fortè respondendum: hunc locum intelligendum de Regno Israelitico, ubi omnes erant mali & peccatores ut Reges ipsorum. Sed in Regno Jehudah omnes erant justi, & non deficiebat numerus sexaginta myriadum.*

Com-

Commentarius Lorjensis.

§. 52. Principium graduum &c. Hinc intelligitur Sapientia, quæ omnium graduum caput est: quia Corona nimium occulta est. Quin etiam Sapientia primitiva occultata dicitur ab oculis omnis viventis: quoniam etiam fundamentum, quod dicitur omnis vivens, & est effluxus guttæ seminalis è cerebro, quod vocatur Sapientia, non derivatur à Sapientia hac primitiva, quæ occultata est ipsi: sed à Sapientia illa, quæ vocatur principium, & caput graduum; & nomen Patris habet.

§. 53. Et hæc Sapientia vocatur multitudo virium; quia omnes gradus, qui vocantur Voluntates, huc usque ascendunt, sive sint in Microprosopo, sive in Uxore ejus sive in Matre superna. Nam frons Microprosopi & frons Uxoris ejus & frons matris supernæ, quæ omnes originem habent à detectione frontis summæ, quæ vocatur רצון seu bona voluntas, ascendunt usque ad Sapientiam hanc, ut ab illa accipiant lucem supernam: Ascendunt autem cum ipsa viâ occultâ, donec plane occultentur in ea: quoniam ipsæ non possunt capere lucem Frontis Senioris illius, quæ vocatur Bona voluntas, sicut notum est. In benevolentia autem hac superna manifestatur Benignitas summa & extenditur in Barbam usque ad influentiam, & manifestatur in ore matris, sicut dicitur in Idra. Nam gutta seminalis est Benignitas, quæ manifestatur in ore matris & introducitur in fœminam. Et gutta hæc vocatur אוֹן vis, potentia, sicut dicitur Gen. 49. v. 3. Principium אוֹנִי potentiæ meæ: ubi intelligitur gutta seminalis prima, sicut notum est.

§. 54. Intelliguntur ergò effluxus guttarum seminalium, quæ originem habent à voluntatibus, & vocantur אונים vires: hæ omnes veniunt usque ad Sapientiam hanc, sicut diximus.

§. 55. Et fortis potentia. Hoc est mysterium mundi superni, qui elevatur in nomen אלהים. Hic intelligitur Intelligentia in sex membris suis, per quæ adipiscitur Nomen אלהים sicut explicuimus. Intelligentia enim est vocula כֹּחַ quæ latet in nomine חָכְמָה id est, Sapientia, quæ dicitur quasi כֹּחַ מָה potentia entis. Quamvis כח propriè sit Benignitas, sicut dicitur: Exod. 15. v. 6. *Dextera tua Domine magnificata est in* כֹּחַ *potentia.* Sed intelligentia vestitur à Benignitate quæ in Sapientia, quæ est litera י è vocula מִי sicut diximus: & per illam vestitur à sex membris & elevatur in nomen אלהים.

§. 56. Sensus igitur est hîc, quod ad generandum sexaginta myriades in mundo superno & ad producendum occulta in species suas necesse sit ut omnes voluntates seu proæreses generandi ascendant illuc usque, in sapientiam scilicet, quæ vocatur Pater; ubi deinde omnes guttas accipit Mater superna & ab iis imprægnatur, easque foràs educit

cit in perfectionem. Et hæc est explicatio verborum istorum: Præ multitudine virium & forti potentia. Nam per multum valentem viribus, qui est Pater; & fortem potentia, quæ est mater, ista educit in numerum exercitum eorum: ut ne unus quidem deficiat ab illis sexaginta myriadibus supernis. Quia illuc usque nulla pertingit corruptela nec peccatum, nec ulla ablatio luminis. Unde quamvis Jisraëlitæ peccarent in deserto, non tamen deficiebat numerus iste. Sicut in mundo superno idem non deficit, ubi nulla est ablatio luminis. Notum enim quod generatio deserti fuerit à gradu Jubilæi, & sexaginta myriades Jisraëlitarum analogæ fuerint sexaginta myriadibus ejus; hinc nullus ex illo numero deficiebat, sicut in mundo superno.

FINIS.

PARS

PARS TERTIA

Quæ est

PNEVMATICA CABBALISTICA.

Seu

Doctrina Hebræorum de Spiritibus, nempe Angelis Bonis & malis; itemque de Anima.

PARTIS TERTIÆ
TRACTATVS I.
PNEVMATICVS,

Cui nomen בית אלהים, seu Domus DEI, conscript
Lingua Lusitanicâ
Auctore
R. Abraham Cohen Irira Lusitano è dogmatibu
R. Jizchak Lorjensis.

DISSERTATIO I.
CAP. I.

E Discursu quodam Soharistico Libri Raja Mehimna seu Pastoris
lis; ostenditur sublimitas DEI infiniti, Boni summi & primi; &
modo ab illo dependeant quatuor mundi Emanationis, Crea
Formationis, & Factionis.

§. 1. Moses Pastor ille fidelis tradidit dogmata sua Senioribus ipsum sub
atque Prophetis; Hi autem viris Synagogæ magnæ; à quibus eadem accepit lum
R. Schimeon Jochaides, qui in Tractatu Raja Mehimna, ejusque loco in Exod
v.2. sic inquit: Edit. Cremonens. part. 2. col.73. Mant. f. 42.

אל מי תדמיוני ואשוה דהא
קודם דברא דיוקנא בעלמא
וצייר צורה הוה הוא יחידאי בלא
צורה ודמיון ומאן דאשתמודע ליה
קודם בריאה דאיהו לבר מדיוקנא
אסור למעבד ליה צורה ודיוקנא
בעלמא לא כאות ה׳ ולא כאות י׳
ואפילו בשמא קדישא ולא בשום
אות ונקודה בעלמ׳ והאי איהו
כי לא ראיתם כל תמונה מכל
דבר דאית ביה תמונה ודמיון
לא ראיתם׃

§. 2. *Cui assimilabitis me, ut illi evad*
lis? (Jeschaj. 40, 25.) Antequam enim
ideam in mundo, (id est, naturam quand
natam & intelligibilem;) & formare
ipse erat solus absque forma & similit
est, nec cognosci poterat, nec compreh
modô.) Quis enim cognosceret illum an
tionem, cùm sit absq; omni idea sive figu
hibitum enim est de illo facere figuram, v
quandam in mundo: nec per literam ה; n
literam י, quamvis contineantur in Nom
cto: nec per ullam literam aliam punctu
liud) in mundo. Et huc pertinet illud: De
v. 15. *Non enim vidistis ullam similitudin*
Nihil omninò eorum, quæ formam vel
habent, vidistis.)

אבל בתר דעביד הא דיוקנא
דמרכבה דאדם עלאה נחית תמן

§. 3. Sed postquam fecit hanc ideam
Naturam illam terminatam & intelligib

ואתקרי בההוא דיוקנא י׳ הוד בנין דאשתמודעון׃

ליה ברמות דיליה וקרא אל אלהים שדי צבאות אה״יה בגין דאשתמודעין לי בכל מדה ומדה איך יתנהג עלמא אחסד ובדינא כפום עובדיהון דבני נשא׃

דאי לא יתפשט נהוריה על כל ברייץ איך ישתמודעון לי׳ ואיך יתקיים מלא כל הארץ כבודו׃

ווי ליה מאן דישוה ליה בשום מדה ואפילו מאלין מדות דיליה כ״ש לבני האדם אשר בעפר יסודם דכלים ונפסדים׃

אלא דמיונא דיליה כפום שלטנותיה על ההוא מדה ואפילו על כל ברייץ ולית לעילא מההיא מדה כד אסתליק מינה לית ליה מדה ולא דמיון ולא צורה אלא כאתפשטותא דמיא דימא על מאנא דאיהו ארעא אתעביד דמיון ויכילנא למעבד חושבן תמן׃

כגון המקור דימא הא חד נפיק מיני מעין כפום אתפשטותא דיליה בההוא מאנא כעגולא דאיהי י׳ הא מקור חד ומעין דנפיק מניה הא תרין לבתר עבד מאנא רברבא כגון מאן דעבד חפירא רברבא אתקרי ים

quæ sunt decem Numerationes) vehiculi (Adami) hominis superni; descendit eô ipsô, ut appellari queat per hanc ideam nomine Tetragrammato; ut cognoscerent illum (creata) in similitudine sua propria.

§.4. Deinde quoque proposuit Nomina אל Deus gratiosus; אלהים. Deus rigorosus; שדי omnipotens, vel potiùs *αὐτάρκης*: צבאות Deus Exercituum; אהיה imminens: ut cognoscerent eum (creaturæ,) juxta omnẽ proprietatem, quomodo nempe moderetur mundum per Clementiam, & per Rigorem, prout nempe se habuerint opera hominum.

§.5. Nisi enim extenderet Lumen suum super omnia creata; quomodo cognoscerent ipsum? & quomodo verum esset, quod dicitur (Jes. 6, 3.) *Plena est omnis terra gloriâ ejus.*

§.6. Væ illi, qui ipsum adæquaverit ulli modo (vel attributo;) quantumvis etiam fuerit aliquod ex Attributis ejus propriis! Multò magis si adæquetur Filiis hominum, quorum elementa sunt terrestria, quæ absumuntur & pereunt.

§.7. Conceptus autem de eo fieri tantum potest eatenus, quatenus dominium exercet in aliquod attributum; [imò in omnes creaturas:] quo attributo nihil est superius: (intelligitur autem Corona.) Cum abstrahitur ab eo, attributum nullum habet, nec cõceptum, nec Ideam: sed tantùm est ad instar maris extensi per vas quoddam ingens; quale v. g. est terra; ubi mare sibi efficit concavam aliquam figuram, ùt ibidem possimus inire ejusdem quendam computum.

§.7. E.g. Scaturigo maris est unum quid. Si ex hac prodeat fons quidam secundum extensionem ejus in ilud vas prodeuntem circulariter; prout est litera י: ibi jam scaturigo est primum quid; & fons ex illa prodiens, secundum. Deinde faciat vas magnum, veluti si quis fodiat foveam ingentem, quæ vocetur

 mare:

והוא מאנא תליתאה׳ וההוא מאנא רברבא אתפליג לז׳ נחלין מאנין כפוס מאנין אריכין׃ הכי אתכשט מיא מן ימא לשבעה נחלין והא מקור ומעיין וימא וז׳ נחלין איתן י׳׃

ואי אתברו אלין מאנין דתקין יהדרון מיא למקור וישתארון מאנין תבירין יבשין בלא מיא׃

הכי עלת העלות עביד עשר ספירות וקרא לכת׳ר מקור וביה לית סוף לנביעו דנהורא׃ ובגין דא קרא לגרמיה אין סוף ולית ליה דמות וצורה׃ ותמן לית מאנא למתפס ליה למנדע ביה ידיעה כלל׃ ובגין דא כתיב במופלא ממך אל תחקור׃

לבתר עבד מאנה זעירא ודא י׳ ואתמליא מיניה וקרא ליה מעין נובע חכמה וקרא גרמיה ביה חכם ולההו׳ מנא קרא ליה חכמ׳ה׃

ולבתר עבד מאנא רברבא וקרא ליה ים וקרא ליה בינ׳ה והוא קרא לגרמיה מבין בה׃ חכם מעצמו ומבן מעצמו׃ כי החכמה איהי לא את קריאת חכמה מגרמיה׃ אלא בגין ההוא מבין דאמלי ליה מיניה׃ דאי הוא מסליק מיניה אשתארת יבשה׃ הה׳ד אזלו מים מני ים ונהר יחרב ויבש׃

לבתר והכהו לז׳ נחלי׳ לשבעה מאנין יקרין וקרא לון גדול׳ה גבור׳ה תפאר׳ת נצ׳ח הו׳ד יסו׳ד מלכו׳ת׳ וקרא גרמיה גדול בגדולה וחסיד׳ גבור בגבורה מפואר בת ת מארי נצחין קרבין

mare: Et hoc erit vas tertium. Hoc autem vas magnum dividatur in septem alveos fluminum; qualia sunt vasa oblonga: ita ut aquæ profluant è mari in septem flumina. Jam scaturigo & fons, & mare, & septem fluvii efficiunt decem.

§.8. Si autem frangantur illa vasa confecta; aquæ reverterentur ad scaturiginem; vasa autem remanerent confracta & sicca sine aquis.

§.9. Sic causa causarum fecit decem Numerationes, Coronamque vocavit scaturiginem: ibi enim nullus est finis scaturiendi lucem, & propterea vocavit hanc prout seipsum, infinitum: namq; & hæc nullam habet similitudinem vel figuram: & ibi nullum est vas, quô comprehendi queat, quoque sciri possit ulla cognitione. Et propterea scriptum est Eccles. III. v. 21. *Altiora te ne quærito.*

§.10. Deinde construxit vasculum aliquod parvum, quæ est litera י: & hoc implet, ex illa scaturigine, & vocatur fons scaturiens sapientiam: & in hoc se ipsum vocavit Sapientem: ipsum autem vas appellavit חכמה Sapientiam.

§ 11. Porrò fecit vas magnum, quod vocavit mare: illiq; indidit nomen בינה, quod est Intelligentia. Ipse autem in hac seipsum vocavit intelligentem vel informantem. Sapiens autem est à seipso, & intelligens à se ipso. Sapientia autem ista non vocatur Sapientia à seipsa, sed propter illum intelligentem, qui adimplet se ex illa. Nam si ille tolleretur ab eo, Intelligentia maneret sicca. Hoc ipsum est, quod scribitur Jobi XIV. v. 11: *Abierunt aquæ de mari; & fluvius exiccabitur & arescet.*

§.12. Deinde locū habet, quod dicitur Jes. XI. 15. *Et percutiet eum in septem flumina*; nimirum in septē vasa pretiosa, quibus nomina dantur sequentia. גדולה Magnificentia seu Benignitas: גבורה Rigorositas; תפארת Pulchritudo; נצח Victoria seu Superatio: הוד Gloria: יסוד Fundamentum: & מולכות Regnum: Et vocavit seipsum Magnum in magnificentia atque benignum; Robustum in Rigore; Pulchrum in Pulchritudine: Heroem vincen-

בנצח נצחים· זבהוד קרא
הוד יוצרנו וביסוד קרא
צדיק ויסוד כזלא סמיך נה
מאנין וכל עלמין· ובמלכות
שמיה מלך לו הגדולה וה
וחת תֿ כיכל בשמים דאיה
ולו הממלכה דאיהו מלכו
ברשותיה למחסר מאנין ו
בהון נביעו ולמחסר כפום
ביה לית עליה אלהא
דיוסיף ביה· וא יגרע ביה

vincentem in pugnis. In Victoria Victoriarum; & in Gloria se ipsum vocavit Gloriosum Conditorem nostrum in Fundamento autem assumsit sibi nomen Justi. Fundamentô autem nituntur omnia, omnia vasa, & omnes mundi. Et in Regno sibi indidit nomen Regis: Cui juxta illud 1. Paralipp. XXIX. v. 11. *sit Magnificentia, & Potentia, & Pulchritudo, &c. quia omnia quæ in cœlis*; Hîc intelligitur Justus: *& ipsi sit dominium:* ubi intelligitur Regnum. Omnia autem in arbitrio ejus sita sunt, sive velit destituere vasa, sive augere influxũ scaturiginis eorum, sive iterum destituere ea, prout voluerit. Nec enim supra se habet DEUM alium, qui quicquam ipsi addat, vel ab eo diminuat.

לבתר עבד משמש
מאנין· כרכיית בר כמב
דרגין לכרסיו הא עשו
איהו כרסייא כגון כוס
דתקינו ביה עשרה דב
תורה דאתיהיבת בעש
בנין עלמא דאיהו
בראשית דאתברי ב
מאמרות·

§. 13. Deinde fecit ministros pro illis vasis: Thronum nempe quatuor fulcris & sex gradibus constantem, quæ ibidem sunt decem: & omnia vocantur Thronus, prout & in calice Benedictionis instituerunt decem requisita; quia Lex data est decem verbis: Et quia mundus, qui est opus Creationis, creatus est decem elocutionibus.

ותקן לכרסיי׳ כבות
ליה· דאינון· מלאכי· א
חיות· אופנים· חשמלים
בני אלהים· אשים·

§. 14. Thronum autem instruxit certis turmis, quæ ministrarent ei, suntque Malachim sive Angeli; Arelim Jesa. XXXIII. v. 7: seu prævalidi, leonini; Chajoth sive Animalia; Ophannim sive Rotæ; Chasmalim sive fulgores: Elim sive Dii; Bne Elohim sive Filii DEI; Ischim sive Viri.

זלאלהעביד משמשין
כתיב דיליה· דאינון כעננ
בהון לנחתא לארע
כסוסין להון ומנלן דעננ
מרכב דכתיב הנה ה׳ ר
עב קל ובא מצרים· וה
דמצרים ומיד דחזו די
די הוא ממנא דלהון חו
תחות מרכבתיה דק
ונעו אלילי מצרים· בע

§. 15. Et istis iterum fecit ministros, Samaëlem & omnes turmas ejus: quæ sunt quasi Nubes, ut insideant eis; cum descensuri sunt in terram; suntq; quasi equi illorum. Unde autem hoc nobis, quod Nubes vocentur vehiculum tale? quia scriptum est, Jes. XIX. v. 1: *Ecce DOMINUS equitans super nubem levem, & ingredietur Ægyptum.* Ubi intelligitur Præfectus Ægyptiorum. Et statim cùm viderent, quod DEUS eorum, qui erat Præfectus ipsorum, quasi equus esset sub curru Sancti illius, qui benedictus sit! Mox sequitur: *Et movebunt se idola Ægypti*, i.e. nutabunt à fide sua: *Et cor Ægypti li-*

דלהון ולב דלהון כמס
כדונג מההיא אמונה
ואמרין וכי עד כען (ממנא)
דילן כסוסיא· הוה נע
לבהון מאמונה דלהון ונמס
כדונג ומנלן דימס לשון
נמס כדונג כד"א היה לבי
כדונג נמס בתוך מעי·

pus liquefiet ut cera, nempe deficiet à fide priore, dicentque: An ergò qui hactenus Præfectus noster fuit, ad instar equi est? Sic cor eorum dimotum est à fide sua pristina, liquefactumq; ut cera. Unde autem habemus, quod vox ימס idem sit ac liquescere ad instar ceræ? Quia dicitur Ps. XXII. v. 15: *Fuit cor meum sicut cera; liquefecit se in medio viscerum meorum.* Hactenus verba Lucernæ sanctæ luminis Legis. Adeoque cessavit gaudium inferiorum, & amotum est cor eorum à superstitione priore, cessavitque influxus eorum, qui erant super ipsos, Principesque & Capita & Ductores eorum: quia cessabat ab eis influxus continuatus, & flumina eorum, nempe flumina Ægypti superioris exiccabantur; unde peribat spes eorum, nec cor habebant amplius, quippe quod ad instar ceræ liquefactum erat in ipsis.

Cap. II.

IN quo dividuntur Spiritus impuri, qui apud nostrates vocantur Cortices, in decem genera. Porrò disseritur & de triplici genere in quod speciatim dividuntur: Et per discursum quendam Soharisticum explicatur, quod his correspondeant vacuum illud & inane atque tenebræ, quorum mentio fit in historia Creationis: Item ventus, nubes & Ignis, de quibus sermo est in historia Eliæ & Ezechielis.

§. 1. Ex eo, quod dictum est cap. præcedente, sequitur: quod præter decem Numerationes Sanctas, quæ emanant è causa prima; & præter Thronum Gloriæ, intra quem immediatè inseruntur decem istæ Numerationes, & ex illo in duobus mundis inferioribus apparent & dispertiuntur, (quanquam & ipse Gloriæ thronus dividatur in decem turmas:) porrò & præter decem turmas Angelorum, qui throno isti ministrant & inserviunt; tandem ex adverso horum & sub pedibus eorum quoque reperiantur decem genera Spirituum aliorum, qui inferiores sunt illis atque impuri: ita ut comparari queant illorum respectu cum equis, qui ab illis tanquam insessoribus suis diriguntur, moventur atque reguntur, ita ut procedant juxta arbitrium Spiritus, qui illis insidet. Suntque ad instar nubium, intra quas subintrat lumen solis è cœlo descendens per illas transiens ad terram usque, prout deducitur in Tikkunim sive Supplementis Soharisticis, suppl. 18. fol. 36. a. Ubi R. Schimeon Jochaides inquit: Gradus sive genera corticum esse decem ad instar Numerationum. Ubi porrò quoque disertè exponit nomina eorum his verbis.

כגוונ' דאיהי מלכות קדישא הכי
איהו מלכות חייבא· כגוונה דמילה
איהו ערלה דתמן סמאל ערל
ובת זוגיה ערלה נחש ואשת
זנונים· לקבל תרי ירכי קשוט

§. 2. Sicut datur Regnum sanctum: sic quoque datur Regnum iniquum. Sicut datur circumcisio: sic datur & præputium, ubi est Samael præputiatus & uxor ejus; nempe præputium, serpens, & mulier adultera. Respectu

מסטרא דמסאבו תאומיאל ו
ולקבליהו אתמר תהומות
ירדו במצולות כמו אבן (ש
לקבל עמוד דאמצעית אידה
דמתמן עוג מלך הבשן· מ
דתרין דרועין אינון אגניאל
מתמן אגג ובידה כי גאה
סוס ורכבו רמה ביה (שמות טו
מתמן עוזיאל· ומתמן עזא
ואידהו חזריאל יכרסמנה
מיער (תלים פ) ועליה אתמ
חרבך תחיה (ראשית ס
שעריאל דתמן שערא ביש
עשו איש שעיר ומתמן שער
ערוה ועליה אתקף ההוא
ביה עזי וזמרת יה ויהו לי
(שמו' טו) יי' איש מל חמה
וגו' (שם) לקבל בינה דאו
בינה אלין אלופי עשו·
חכמה ארם בליעל איש או
כתריאל לקבל כתר עלי
כרת לכל אלין דעברין על
ואינון כתרין תתאין אינון קלי
כפירן· ועשר ספירן מוחא
ואלין קליפין אינון מחיצה ב
לאביהם שבשמים· באלי
מתלבש קב"ה ושכינתיה
בשכינתיה ומלכותו בכל
(תלים קג) ולקיימא בידה
על כל הארץ אלקים· אב
באתריה אתמר לו יגורך רע (

Reſpectu duorum femorum Veritatis ex parte impura ſunt Theumiel & Thumiel: de quibus dicitur Exod. XV, 5. *Tehomoth abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profunda ſicut lapis.* Reſpectu columnæ mediæ eſt Ogiel, unde prodiit Og rex Baſan. Ex parte duorum brachiorum Aganiel & Uſiel: Exinde prodiit Agag; Et huc pertinet locus Ex. XV, 1: כי גאה גאה *Quia magnificando magnificatus eſt, equum & aſcenſorem ejus projecit in mare.* Ab Uſiel autem prodierunt Aſa & Aſael. Et iſte eſt Chaſariel ex loco Pſalm. LXXX, 14. *Conſumſit eam* חזיר מיער *aper de ſylva.* Et de eo dictum eſt Gen. XXVII, 40. *Et in gladio tuo vives.* Et iſte eſt Saariel, unde provenit procella peſſima: & iſte eſt Eſav vir piloſus; unde dictum eſt: Capillus in fœmina ignominioſus eſt: & iſti prævaluit ille, de quo dicitur Exod. XV, 2. *Fortitudo mea & laus DOMINUS, & fecit mihi ſalutem;* & v. 3. *DOMINUS vir belli, DOMINUS nomen ejus* &c. Reſpectu Intelligentiæ; quia dicitur: *Diſce intelligentiam*; ſunt illi Duces Eſav; Reſpectu Sapientiæ Adam Belial, vir perverſus. Deſuper autem Cathariel reſpectu Coronæ ſummæ; & exinde provenit כרת exciſio ſuper omnes illos, qui transgrediuntur Legem, & iſtæ ſunt Coronæ inferiores illorum Corticum juxta decem Numerationes: & intra decem Numerationes eſt medulla. Et iſti Cortices ſunt paries intermedius inter Iſraëlitas & Patrem eorum, qui in Cœlis eſt. Illis Corticibus involvitur Sanctus ille q. b. s! & Gloria ejus cohabitans: quô confirmatur id, quod de Schechina dicitur Pſal. CIII, 19: *Et regnum ejus omnibus dominatur:* nec non illud, quod dicitur Pſ. XLVII, 8. *Quoniam Rex ſuper omnem terram DEUS.* Sed ſupra de loco ejus dicitur Pſ. V, 5. *Non*

אלא קליפין דיליה לעילא אינון לבושין מכמה גוונין שפירין דנהורא מנהון אתפשט קבה̈ בגלותא ואתלבש באלין אחרנין בגין לנטרא לישראל דאינון מתלבשין באלין קליפין ודא איהו בכל צרתם לו צר כו׳ (ישעיה סג) ודא איהו רזא כי אם עונותיכם היו מבדילים ביניכם לבין אלקיכם (ישעיה נט) ועתיד קבה̈ לאעברא אלין קליפין מניה ולאתחזאה לישראל במוחא לגאו התר̈ ולא יכנף עוד מוריך והיו עיניך רואות את מוריך (ישעיה ל) ולא יהיה מחיצה בין קבה̈ ובין ישראל· ובזמנא דעשר ספירן מתלבשן באלין קליפין אלין דידעין בקליפין עבדין אומאה בשמהן ובהויות דקבה̈ לאלין קליפין ובטלין גזרה·

habitabit juxta te malus. Sed Cortices ejus superius ſunt veſtimenta multorum colorum pulcherrimorum & luminoſorum, quæ exuit Sanctus ille Benedictus in exilio, & veſtitur iſtis aliis, ut obſervet Iſraëlitas, qui veſti ſunt his Corticibus: unde dicitur Jeſa. 63, 9: *In omni anguſtia eorum ipſi anguſtia eſt.* Et huc pertinet myſticum illud Jeſ. 59, 2: *Quin imò iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos & inter DEUM veſtrum.* Futurum autem eſt, ut Sanctus ille Benedictus tollat à ſe iſtos Cortices, & intueatur ad Iſraëlem in medulla interna: ſicut dicitur Jeſa. 30, 20: *Et non elongabitur ultra Doctor tuus, & videbunt oculi tui Doctorem tuum*, nec amplius erit paries intergerinus inter Sanctum illum Benedictum, & inter Iſraëlem. Et quando decem Sephiræ veſtiuntur iſtis Corticibus, illi, qui notitiam habent Corticum, inſtituunt conjurationes per Nomina, & per Revolutiones Tetragrammaticas Sancti illius Benedicti contra illos Cortices, & annihilant decreta. Hactenus Tikkunim.

§. 3. Ex dictis ergò apparet, decem eſſe Diſpoſitiones & Gradus Corticum: quorum nomina ſunt: Cathariel, Adam Belial, ſeu Vir perverſus, Duces Edom, Agniel, Uliel, Ogiel, Thomiel, Theumiel, Samael & Lilith. Item quod Samaël idem ille, qui vocatur præputiatus; & Lilith vocetur præputium: & iſta eſt ſerpens antiquus & mulier fornicatrix, de quibus loquitur Salomo Rex.

§. 4. Porrò dicit, quod ſint decem Coronæ inferiores, nempe Cortices, e regione verſo decem Numerationum Sanctarum, quæ ſunt in interioribus Throni Gloriæ & Angelorum miniſtrantium, ſuntque quaſi medulla intima & fructus amabilis atque dulciſſimus omnium mundorum. Quicquid autem externum eſt, iſti ſunt cortices ambientes; qui ſunt intermedium diſtinguens inter Iſraëlitas & Patrem eorum cœleſtem.

§. 5. Et cùm Sanctus ille, qui benedictus ſit! qui eſt Seir Anpin, ſeu Microproſopus, qui combinat lapides ſtructuræ & ſex extremitates, nec non regnum, quod eſt Schechinah ſeu Gloria cohabitans, interdum veſtiuntur iſtis modò ſupradicto, mediantibus gradibus duorum mundorum Creationis & Formationis; id eo fine tantum fit, ut humilient, frangantque & ſubigant illos. Quamvis illis quoque utantur

ſeu exactoribus ſævis atque lictoribus, ut iisdem corripiant plectantque impios peccatores.

§. 6. Et in Tikkunim fol. 10. a. dicitur : שפחה בישא איהי חרבן עלמא ובגין דא אתמר בה והארץ היתה תהו ובהו׳ ואיהי רצועה בידא דקב״ה לאלקאה בה חייביא Ancilla prava eſt vaſtatio mundi &c. eſtque flagellum in manu Sancti illius Benedicti, ut eodem verberet peccatores.

§. 7. Et tandem ut manifeſtum fiat atque verificetur, quod Regnum & Gloria cohabitans inferior omnibus dominetur; quodque maritus ejus regnet ſuper omnem terram: ſicut dicitur Pſ. 47, 8. *Quoniam Rex ſuper omnem terram eſt Elohim.* Deſinit autem hôc dictô Pſ. 5, 5: *Non habitabit tecum malus*: De quo etiam ſermo eſt in Sohar ex loco alio Eſth. 4, 2: *Quia non fas eſt intrare in portam Regis in veſte ſacci.* Ubi poſtquam dictum erat etiam in ſummo concipi partem poſticam & externam, verba hæc ſequuntur: אלין קליפין דילידה לעילא אינון לבושין מכמה גוונין שפירין בנהורא מנהון אתפשט קב״ה בגלותא ואתלבש באנון אחרנין לנטרא לישראל דאינון מתלבשין באלין קליפין׳ ודא איהו בכל צרתם׳ לו צר Iſti Cortices ejus ſuperni ſunt veſtimenta multorum colorum pulcherrimorum & luminoſorum, quæ exuit Sanctus ille Benedictus in exilio, veſtiturque iſtis aliis, ut obſervet Iſraëlitas, qui involuti ſunt iſtis corticibus. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur Jeſ. 63, 9: In omni anguſtia eorum ipſi anguſtia eſt. Quibus oſtenditur, dari Cortices alios ſanctos, quibus mediantibus veſtiatur Schechinah iſtis inferioribus impuris nubiloſis atque nigris, qui ſunt quaſi paries diſtinguens inter Iſraëlitas atque DEUM, juxta Eſa. 59, 2.

§. 8. Tandem autem inquit futurum eſſe, ut Sanctus ille Benedictus abjiciat cortices illos à ſe, intueaturque Iſraëlitas medullâ internâ &c.

§. 9 His poſitis adduci poteſt locus quidam è Raja Mehimna, quô traditur: לעילא באילנא דחיי לית קליפין כי אין לבא אל שער המלך בלבוש שק לתתא אית קליפין במטטרון דאיהו בעמודא דאמצעיתא׳ דבזמנא דקב״ה לב דממלכותי׳ אתכסי בגדפין ואנפין דעבד דיליה׳ ההד וירכב על כרוב ויעף ואינון קליפין דסחרין לארבע חיון דמטטרון׳ אינון תהו והנה רוח חזק מפרק הרים ומשבר סלעים לא ברוחה׳ בהו ואחר הרוח רעש לא ברעש ה׳ הא תרין קליפין ירוק וחוור דקליפין דאגוזא וכו In ſupernis in arbore vitæ Cortices nulli ſunt, juxta Eſth. 4, 2. Infra autem Cortices ſunt in Metatrone, qui eſt in columna media. Quandoq; enim, quando Sanctus ille Benedictus eſt extra Regnum ſuum; contegitur alis atq; faciebus ſervi ſui, ſicut ſcribitur Pſ. 18, 12. *Et equitavit ſuper Cherub & volavit.* Et iſti ſunt Cortices, qui ambiunt quatuor animalia Metatronis, ſuntq; Tohu, inane illud Gen. 1, 2. Et hoc loco ventus validus. 1. Reg. 19, 11: *Diſſipans montes & confringens petras, & non in Spiritu DOMINUS.* Item Bohu illud Gen. 1, 2. & juxta 1. Reg. 19, 11. *Poſt Spiritum fragor terræ motus, non autem in terræ motu DOMINUS.*

Isti sunt duo Cortices, viridis & albus è Corticibus nucis &c. Unde patet locum
ticum esse inferiùs, nimirum in Metatrone, qui similis est gradui Thiphereth co
mediæ. Quoniam quando Sanctus ille Benedictus degit extra palatium regn
suum, i. e. quando non congreditur copulaturque cum Regno, influitque atq
ratur in eo: tunc contegitur atque occultatur sub alis servi sui Metatronis, sive
Formationis. Deinde enarrat Cortices, qui cingunt quatuor animalia sanct
Metatronis: suntque (1) Tohu Genes. I, 2. & ventus turbinis veniens ex a
juxta Jecheskiel. Et ventus magnus & validus in historia Eliæ. (2) Bohu G
Nubes Jecheskeelis; & terræ motus Eliæ. (3) Tenebræ Genes. & ignis
Prophetæ, in quo etiam non erat DOMINUS. (4) Et tandem Spiritu
Genes. & splendor in circuitu apud Busiadem; & vox silentii tenuis apud Elia
DOMINUS.

§. 10. Hæc ut explicemus, utemur manuductione R. Mosche Cordu
cemusque: quod Arbor Vitæ generatim loquendo sit Mundus Emanativus;
verò gradus Tiphereth, quatenus complectitur sex Sephiroth structuræ, ubi
structio atque mors; sed beatitudo atque vita æterna. Sed in Corticibus a
& circumdantibus Metatronem sive Mundum Formativum, & Spiritus hu
ipso unitos & applicitos; in illis atque ibi invenitur mors, luctus atque privati
istis accipiunt inferiores.

§. 11. Sciendum autem est, quod *arbor cognitionis boni & mali*, pr
in Tikkunim, referatur ad Regnum. Numerus enim vocabuli עץ i. e. 16
est numero nominis Tetragrammati, quod eidem appropriatur per lumen E
hôc modô: Denarius quinquies sumtus efficit 50; & sic ordine inversô, und
narius quinquies sumtus efficit 30; & sic ordine retrogradô, unde 60, juxt
vocis עץ. *Daath sive Cognitio* est Tiphereth sive sex Sephiroth structuræ:
& intra illas tres primæ, quæ sunt intelligibilia superna. *Bonum* est Metat
mundus Formativus. *Malum* autem est Samael, & totus exercitus societ
sub bono Angelico & Metatrone lapsi sunt in ipsum malum & defectum su

§. 12. Sed cùm Arbor ista dicta, quæ unitur cum objectis intellig
per radices suas, extenditur ramis suis ad Metatronem, qui dicitur Bonum, d
dus Formativus: & ad Samaëlem, qui dicitur malus; suntque decem Cortic
res; tunc non verè est Regnum Emanativum, sed Creativum sive Throni Gl
notum est, quod in quolibet mundo sint decem Sephiræ. Sed si arbor ista di
gnum Emanativum: tunc non immediatè unitur cum bono Metatronis, &
scendit ad malum Samaëlis; sed mediantibus decem Numerationibus Creat
Cortices, qui sunt Samaël & turma ejus, sint sub Angelis & Metatrone Duc
eorum: suntque illorum quasi servi, nubesque, & equi, & illi sunt insessore
rum mundi Factivi infimi & vilissimi. Si autem interdum appropinquent,
amœnitatem Sanctitatis, ut ibi quosdam accusent, accipiantque licentiam pu
catores in animabus suis inferioribus; hæc tantùm illa Sanctitas est, quæ ex

involvitur Formationi: ulterius autem non aſcendunt, quia non licet intrare in portam Regis veſtitum ſaccô.

§. 13. Notum autem eſt veris Philoſophis, quod iſtorum Corticum deſiderium unicum ſit, ut aſſimilentur Numerationibus ſuperioribus Emanativis, ſicut ſimia homini ſimilis eſt & operationes ejus imitatur: ita ut ſicut Divinitas iſta Emanativa diſpeſcitur in decem turmas atque gradus. Et ſicuti illa dividitur in tres lineas Clementiæ. Rigoris & Amoris: ſic & illi ſubſint tribus iſtis diſpoſitionibus, quæ ſunt Ventus, Nubes & Ignis, ut dictum ſuprà. Præter ſeptem habitacula impuritatis, quæ quaſi ſunt carceres, in quibus ligantur & puniuntur peccatores, quæ ſunt oppoſita ſeptem Palatiis Sanctitatis & thalamis Paradiſi, qui parati ſunt pro juſtis, prout infra dicetur.

§. 14. Allegabimus autem loca adhuc alia huc pertinentia. Sic enim in Tikkunim alibi invenimus: קליפה דערלה דכסי על י׳׳ איתלה תלת קליפי כגלדי בצלים דא עלרא· ואינון כקליפין דאגוזא דאתמר עליהו והארץ היתה תהו דא קו ירוק קליפא קדמאה דאגוזא· ובהו אבנים מפולמות· דא קליפה תנינא דאגוזא קשה כאבן· וחושך קליפה תליתאה יבהון אוקמוה רבנן אין דורשין בעריות בשלשה· שלש שנים יהיה לכם ערלים ולקבל מוחא ובשנה הרביעית יהיה כל פריו קדש הלולי׳ לה׳׳ ע׳׳כ· Cortex præputii, qui ſuperintegit literam י, habet tres cuticulas, quales ſunt membranæ ceparum, una ſupra alteram: ſuntq; tanquam cortices nucis, de quibus dicitur Gen. 1, 2: Et terra erat Tohu: hæc eſt linea viridis, Cortex primus nucis: Et Bohu, lapides humorem præbentes; hic eſt Cortex ſecundus nucis, durus ad inſtar lapidis. Et Tenebræ ſunt Cortex tertius, ad quem pertinet dictum illud Magiſtrorum: Non ſtudent de nuditatibus inter tres. Item Levitic. 19. v. 24. Tribus annis erunt vobis præputiatæ, ut accipiant medullam, & annô quartô omnis fructus ejus erit ſanctus in laudem DOMINO pro ſcopo noſtro. Intentio autem horum verborum hæc eſt, quod ſicut fructus nucis circundatus eſt tribus Corticibus, quorum primus eſt viridis; ſecundus albidior & durus; & tertius proximus nucleo, albus pariter & tenuis admodum. Sic Sanctitas, quæ eſt fructus dulciſſimus, circundatur tribus Corticibus Spirituum immundorum, quorum primus & extremus mundum ſupradictum totum ambit nominibus Geneſeos & duorum Prophetarum, jam ſuprà inſignitus, & unô verbô Gradus Spirituum immundorum, qui ambiunt Gradum Tiphereth, ut cortex nucleum. Cortex ſecundus correſpondet Clementiæ ad dextram ſitæ; gradus nempe Spirituum ſecundus intimiòr nec tàm malignus atque nocens, quàm primus. Sed Cortex tertius ultimus, & adhuc interior atque melior correſpondens rigori & conſiſtorio ſupremo.

§. 15. Et in mundo quidem Emanativo, nec non Creativo & Formativo Benignitas ad dextram, & Severitas ad ſiniſtram locata eſt, mediante tamen Amore, qui extrema hæc temperat & coadunat, omneſque Sephiræ unitæ ſunt atque connexæ nodô quôdam firmiſſimo atque ſanctiſſimo. Cortices autem non ſic agunt, ſed diviſi ſemper ſunt, ita ut duo illorum extrema ſemper ſint ſine mediatore, & immediatè ſibi invicem

adversentur. Cùm ergò temperamentô hôc careant, quô perfici queant, in extremis semper versantur ad instar nubis, quæ naturæ aqueæ est, & ignis, qui eidem contrariatur, non intercedente mediatore Spiritu. Unde ob nimiam vicinitatem contrariorum igne odii atque iracundiæ semper flagrant, & non tantum inter illos, sed & inter inferiores, lites semper sunt atque contentio, & inimicitia atque bellum.

§. 16. Propter affinitatem materiæ autem hûc apponere placuit sequentia, è Manuscripto latinitate donata.

De decem Numerationibus impuris.

E libro Maggid.

PRæfatur Autor, magno se detentum fuisse dubio, an etiam evulgare aliquid liceat de Sephiris impuritatis: quia in libro Maggid nihil quam mysteria sublimia, de Sanctitate mysteriisque Legis Divinæ, contineatur; mortui autem, & illius, qui vivit in secula, nullum esse comercium. Cùm autem vidisset, etiam os illud sanctum Angelumque Dei R. Schimeonem filium Jochai in libro Sohar sect. Pekude scripsisse de Palatiis tàm sanctis, quàm immundis: nec non in libro Maggid cortices plurimos impuros numerationibus sanctis opponi: tandem subjungit, se manifestaturum opera Domini, quamvis terribile sit, *quod hoc contra illud fecerit Deus*, Eccl. 7. v. 15. ita ut decem sint numerationes sinistræ, oppositæ decem numerationibus Sanctitatis. Et hanc esse causam vetiti & liciti; puri & impuri; profani & sancti. Seque hæc omnia reperisse in libro quodam antiquo, ex traditione Sapientum priorum.

Numeratio Prima.

1. Numeratio prima, quæ initium est istius Emanationis, juxta traditionem, quam accepit Doctor noster pius p. m. nomine suo vocatur תְּאוֹמִיאֵל, quasi geminus Dei: eò quod seipsum geminum statuat metro supremo: sicut scriptum est Proverb. 30. v. 22. *Sub tribus commovetur terra: & sub quarto non poterit sustinere, sub servo, cum regnaverit; & stulto cum saturatus fuerit pane; sub exosa, cum maritata fuerit; & sub ancilla, cum hæres fuerit Dominæ suæ.*

2. Nec mirum est, quod nomini huic annexum sit nomen sanctum אֵל. Sciendum enim, sicut datur אֵל sive Deus in genere Sanctitatis; sic etiam dari אֵל אחר Deum alienum in genere corticum. Cujus respectu dicebat Bileam impius Num. 24. v. 4. *Dixit audiens eloquia* אֵל *i. e. Dei* &c. Quæ verba R. Schimeon Jochaides super quo pax, explicat de Deo alieno.

3. Aliquibus traditum est, nomen istius corticis esse תּוֹמִיאֵל sine א primo, à consummando: eò quod intentio istius sit, consumere & consummare atque destruere Sanctitatem, quod absit, ne ullo modo attingi queat.

4. Cæte-

4. Cæterum radicem nominum istorum R. Schimeon Jochaides super quo pax, in libro Tikunim attribuit numerationibus Victoriæ & Gloriæ oppositis. Et corticem istum ipse vocat כתריאל quasi coronam Dei: interdum autem כרתיאל, quasi excisionem Dei, quia per istam instituitur excisio & extirpatio impiorum.

5. Quorundam traditione accipimus, corticis istius nomen esse קמטיאל quasi dicatur succisio Dei, ita ut eadem sit ejus explicatio, quæ est nominis כרתיאל cujus explicatio ulterior peti potest è Phrasi illius loci Job. 22. v. 16. *Qui succisi sunt, & non erat tempus*; Ubi in Hebræo est vox קמטו. Quibus intelliguntur 974 illæ generationes, quæ succisæ sunt & extirpatæ, ante tempus ipsarum, sicut alibi diximus.

6. David autem Psal. 91. v. 6. hunc corticem vocat קטב excidium (quale describitur Deut. 32, v. 24. ubi vocatur *excidium amarum*.)

7. Et huc digitum intendit Moyses Magister noster super quo pax, Genes. 36. v. 31. seqq. Ubi v. 32. inquit: *Et regnavit in Edom Bela filius Beor, & nomen civitatis ejus Dinhabah*. Quod urbis nomen respicit operationem ejus, executionem nempe judicii. Nomen autem בלא explicandum est ex loco illo Thren. 2. v. 2. בלע *absorbuit Dominus & non pepercit* &c. quia abhinc devastatio venit in mundum. Et huc pertinet etiam locus ille Num. 4. v. 20. *Et non ingredientur ad videndum, dum absorbetur Sanctitas, & morientur*. Iste enim Cortex absorbet omnia merita & omnem justitiam, ne videantur & appareant coram Deo Benedicto. Et iste se transmutat in velum distinctivum, ne conspiciantur Sacra. Hinc David inquit Psal. 119. v. 18. *Revela oculos meos, & aspiciam mirabilia de lege tua*. Et huc etiam pertinet somnium Pharaonis Genes. 41. *de septem vaccis, & de septem spicis absorbentibus septem vaccas & septem spicas plenas atq; bonas*. Hinc dicitur Gen. 41. v. 24. *Et deglutierunt spicæ tenues*, à radice בלע, unde nomen habet cortex iste.

8. Et sub isto cortice in inferioribus erat Bileam filius Beor, cujus nomen idem est atque Magistri, & nomen filii ad instar Patris, ita ut impius verè appareat impii filii influxum hauriens à gradu impio.

9. Aliô sensu tamen cortex iste vocatur filius בעור, quia in hoc nomine continetur radix עור. Cortices enim vocantur 2. Sam. 5. v. 6. *Claudi & cæci & surdi atq; muti*.

10. Alia significatione vocatur Beor à radice עור i. e. cutis, quia ipse erat cortex in supernis & scoria decem numerationum supernarum in Sanctitate atque puritate, quibus omnibus Unitas Dei denotatur.

11. Et nomen urbis ejus erat Dinhabah. Ubi per urbem intelligitur Sella curulis sive Thronus atque vehiculum ejus. Nomen autem דינהבה descendit à Judicio dando: quasi cortex iste diceret הב הב dato, dato impium in Gehennam. Et huc pertinet illud Proverb. 30. v. 15. *Fato duæ sunt filiæ*, quæ clamant הב הב *da, da*, quasi sensus esset, judicium exposcimus à te ô mundi Domine, tu judices impios, eosque ad me adducas.

12. Vel etiam דינהבה nomen habet à Chaldaico הבהוב i. e. assatio, quod nempe impii assandi sint [Confer Exod. 12. v. 9. in Targum Hierosolymitano:] in inferno.

Nume-

Numeratio Secunda.

1. Numeratio secunda vocatur עֹגְבִיאֵל à significatu placentæ, quia quis... centa est socii sui. Et hæc est explicatio R. Moscheh Bar Nachman.

2. Eadem tamen vox etiam derivari potest ab impediendo, à radice עַגַן: sensus sit, per illum detineri & impediri influxum cœlestem; cumque in pe... quis assequi possit sublimia: ipse enim est quasi aulæum discernens & separans J... à Patre suo cœlesti.

3. Quidam hoc nomen legunt גֹּעְיאֵל, quasi à clamando: quia vis... hujus in eo consistit, quod semper clamet erga Sanctitatem sibi oppositam, à qua... accipit, & à qua reædificandum est Sanctuarium. Adeoque nomen hoc desumtu... dicto illo Jobi 6. v. 5. *An mugiet bos juxta pabulum suum?* Semper enim clama... git, ut confundat Emanationem, & destructum maneat ædificium.

4. Posset etiam derivari à radice גָּוַע expiravit: quia desiderium illius p... tuum est, ut expirent & absumantur omnes res sanctæ. Aliis nominibus sive... bus hæc numeratio etiam vocatur עֹגְנָאֵל & גֹּעְנָאֵל. Illi autem Doctores & S... tes, qui de numerationibus scripserunt, non docuerunt sensum horum legendi... rum: quamvis rationes illis insint admirandæ.

5. In Tikkunim autem R. Schimeon Jochaides hoc metrum vocat Ada... Quia modus Sapientiæ in genere Sanctitatis vocatur Adam: sicut traditur in libr... locis pluribus: unde eidem opponitur Adam Belial. Nomina autem hæc s... ibidem referuntur ad gradum Pulchritudinis.

6. Quidam etiam hunc corticem vocant בְּלִיאֵל, quasi Atheum: quia... natnram & virtutem Dei, ut quasi sine Deo sit.

7. Hoc metrum David Rex Psalm. 91. v. 5. vocavit *sagittam vola... terdiu.*

8. Porrò eidem in Lege Gen. 36. v. 33. correspondet Jobab filius ... Bozra.

9. Alio sensu vocatur Chez i. e. extraneus à radice חוּץ: quia in S... superna ipse residet foras: & ab illo descendit Sapientia extranea, seu Phil... gentilis.

10. Jobab autem vocatur quasi אֵיבָה i. e. inimicitia י mutatô in א... magnam habet inimicitiam erga Jisraëlitas. Vel etiam sic dicitur quasi אִיּוֹב... nimirum: sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ eum, qui in somnio v... librum in angustias venturum propter pœnas quasdam: hic enim cortex præ... pœnis.

11. Dici etiam potest Jobab quasi ab אוֹב i. e. Pythone & ariolo, quia... provenit vis ista pythonizans, & idololatria.

12. Dicitur etiam filius Serach sive filius luminis solaris; item exitium...

Deut. 32. v. 24. Psal. 91. v. 6. quod obambulat in splendore Solis sub æstu meridiano ubi dies est ferventissimus: quare à Davide dicitur, *exitium vastans meridie,*

13. Dicitur etiam de Bozra, quod est nomen angustiarum, quia adversatur Jisraëlitis in angustiis suis, quasi à צָרָה vel à בָּצְרָה i. e. cohibitio pluviæ siccitas, quia pluvias cohibet, juxta illud Jerem. 14. v. 1. *Verbum Domini ad Jeremiam super negotio cohibitarum pluviarum.*

14. Vel etiam sic dicitur sensu indicandi defectum, & rem imperfectam quasi à בְּצִיר parum, minimum: quia non est perfectus sive fœcundus, sed potius Hermaphroditus: Idem etiam est caligo & umbra mortis semperque retrorsum vadit, nec unquam antrorsum.

Numeratio Tertia.

1. Tertia Numeratio vocatur סָתְרִיאֵל quasi occultatio Dei: Iste enim cortex occultat faciem misericordiæ, juxta illud Thren. 3. v. 44. *Operuisti te nube, ne transire posset oratio.* Oppositusque est gradui superno tertio, cui est natura contraria.

2. Doctor autem pius R. Jehudah Barjakar traditione accepit à Magistris suis sanctis, nomen corticis istius esse הָרְסִיאֵל à diruendo & destruendo: quia præsit omni demolitioni & devastationi: unde ab eo in mundum veniat omnis vastitas omnisque desolatio; Quod est oppositum gradus Binah seu matris intelligendi, quæ ab ædificando dicitur, & habitare nobiscum facit Divinam gloriam, & manifestat divinitatem; mundique structuram ædificat: cum iste cortex præcludat Divinitatem & destruat structuram. Unde juxta hunc sensum etiam dici potest סָתְרִיאֵל à radice Chaldaica סתר destruxit, demolitus est.

3. In libro Tikkunim autem R. Schimeon Ben Jochai eundem vocat שְׂעָרִיאֵל i. e. hirsutum: unde scilicet vis Esavi esset, qui hirsutus erat. Hinc etiam Magistri nostri dicunt, pilos seu capillitium ostendere, dedecus esse mulieri.

4. Alii dicunt nomen istius corticis esse עִיתִּיאֵל i. e. opportunus, forte è sensu Lev. 16. v. 21. *Et dabit eos super caput hirci, & mittet in manu viri opportuni ad desertum.* Sensus autem est, quod cortex hic opportunus adsit, ut seipsum faciat Deum: sicut accidebat in vitulo: qui etiam fiebat à seipso.

5. Quidam autem interpretes scribunt, tres istos cortices quasi in momento iterum periisse: quod convenit cum illo Rabbinorum: Construxit Deus mundos, iterumque destruxit eos. Et juxta mentem istorum tres isti cortices immundi non amplius existunt: nec supersunt, nisi cortices septem. Hoc tamen non convenit cum opinione R. Schimeon Ben Jochai; qui diserte in Sohar huic cortici tribuit nomen שְׂעָרִיאֵל: unde Esav hirsutus suam nactus sit potestatem: & unde nata sit illa consuetudo, quod capillus mulieri sit dedecorosus.

6. Et quidam dicunt, nomen istius corticis esse עַשְׂרִיאֵל quasi à decade, quia decem sint species corticum, qui vocentur decem coronæ inferiores, quorum respectu Jacob Esavo dono dederit decem asinos & decem asinas Gen. 32. v. 15.

7. Et hunc corticem David Pſal. 91. v. 3. appellat *peſtem corruptionum*. Et propter hanc radicem דִּבֵּר, ab iſto oriri dicitur omnis maledicentia, quæ in mundo eſt. [Confer Michæ 7. v. 3.] Quò pertinet etiam locus ille Pſal. 52. v. 4. *Corruptiones cogitavit lingua tua.*

8. Et cortex hic eſt pater impuritatis: & ſeptem turmæ impuritatis ab ipſo prodeunt. Et ab eo Igrath filia Machalath filiæ Jiſchmaëlis accepit poteſtatem ſuam, quod exeat nocte Sabbathina, & noctu diei quartæ cum ſeptem turmis impuritatis ad perdendum orbem: & niſi halitus puerorum in Schola diſcentium eam impediret; fieri poſſet, ut illa totum vaſtaret orbem.

9. Huic in Lege Gen. 36. v. 34. correſpondet *Chuſcham de terra Themanitica.* Nomen hoc autem denotat ſurdum: & huc refertur locus Gen. 46. v. 23. Et iſte cortex ſurditatem in mundum introducit, unde idola dicuntur ſurda & cœca.

10. Vel etiam vocatur hoc nomine à radice חוּשׁ i. e. feſtinavit: quia feſtinat ad accuſandum, ut pœnas in mundum introducat.

11. Et erat de terra Themanatica i. e. à numerando: quia numerat peccata Jiſraëlitarum: & coram Deo ſic loquitur: O Domine mundi, nonne ſic vel ſic egerunt Jiſraëlitæ hac vel illa die: & manifeſtum notumque eſt coram throno gloriæ tuæ, quod ſeptem terras puras creaveris in unitate tua in terra ſuperna, quæ eſt gradus Binah ſive informationis; qui etiam dicitur mundus venturus: ita ut, qui dignus eſt, delectari queat & voluptate frui in terra hac: & hoc Sabbathum mundanum eſt pars ſexageſima mundi venturi: & qui illud ipſum obſervat, & implet legem tuam, nutrimentum accipit à metro iſto. Eodemque modo creaſti quatuor gradus in decem turmis impuritatis, qui vocantur umbra mortis, ſicut dicit Hiob c. 10. v. 22. *Terram obſcuritatis ſicut caligo umbra mortis* &c. Mihi igitur ô Domine mundi tradas transgreſſores Jiſraëlitas in infernum. Et hoc ipſum eſt, quod dicit Salomo Proverb. 30. v. 15. *Tria ſunt, quæ non ſaturabuntur: & quatuor non dicunt, ſatis eſt.* Iſtæ ſunt decem turmæ impuritatis.

12. Et tres iſtæ Numerationes vocantur Caput eodem modo, ut tres Numerationes primæ atque ſublimes in Sanctitate. Et ſi cortices iſti manſiſſent in ſuo ſtatu, & in robore ſuo; totus mundus ne unica quidem hora ſubſiſtere potuiſſet. Sed ita placuit Deo altiſſimo, qui benedictus ſit, ut illis influentiam largiatur puram, eosque contegat, ut ne uſque adeo poſſint eſſe validi.

13. Reſtant igitur ſeptem cortices reſpectu ſeptem Numerationum ſtructuræ. Et è ſeptem illis emanarunt ſeptuaginta Duces atque præfecti ſuper ſeptuaginta populos: quia ſinguli horum corticum in ſe continent decadem, unde fluit ſeptuagenarius ille.

Numeratio Quarta.

1. Numeratio quarta vocatur גַּעְשְׁכְּלָה quaſi concutiens omnia. Scribitque R. Moſcheh Barnachmon, ſe nomen hoc traditione accepiſſe à doctore noſtro pio

p. m.

.m. & multa hoc nomine continentur atque indigitantur mala admiranda : juxta ſenentiam Cabbaliſtarum inter Jiſraëlitas : & ab iſta virtute revolvuntur multæ revolutiones & confuſiones, quæ renovantur, dum illa renovant fœdera ſua. Simile dari poteſt iligentibus terrenum, quia ſicut cùm mons quidam concutitur atque tremit, multæ ereunt animæ, donec finita ſit ira, per inſtrumentum iræ Divinæ. Ita hic plura contingunt, quàm ore quis effari queat. Atque tunc Angeli pacis amarô fletu plorant. Atue hoc ſecretum eſt ſummum : ſicut ſcribit Doctor ille excellens & Cabbaliſta inſignis . Jitzchak Halaban in Secretis ſuis intimioribus : quod cortex hic concutiat terram, elitque eandem diſperdere, ſponſamque detentam in horto Eden expellere, ubi quiem habet, ut habitaculum ſuum accipiat in monte Gaaſch i. e. commotionis, Joſ. 24. . 30 : quia deſiderium ejus ſit extirpare plantas horti, plantatas plantatione verâ; expelere patrem, dimittere matrem, & interficere liberos. Ad inſtar ſerpentis, qui venenum uum morſu oris ſui in hominem immittit.

2. Et intuitu iſtius corticis David Pſal. 91. v. 6. commemorat peſtem in caligine mbulantem, quæ vox etiam denotat immaturitatem Exod. 9. v. 32. quoniam cortex iſte mmaturum & ſterile reddit triticum, ſpicasque graciles, prout tales Pharao in ſomnio ſuo idebat : atque hinc peſtis venit in mundum.

3. Inter peſtem autem דֶּבֶר & inter plagam מַגֵּפָה differentia quædam eſt; & laga multò eſt peſte ferocior. Nam peſtis (juxta Gemaræ tradita) eſt, ſi in urbe uadam ducentorum vel trecentorum peditum pro exercitu, terni moriantur per tridua: laga autem; ſi hora unica moriantur viginti quatuor millia, ſicut ſcriptum eſt Num. 25. . 9. *Et mortui fuerunt in plaga quatuor & viginti millia.*

4. Iſtæ autem poteſtates, cum inceperunt graſſari, & poſtmodum Jiſraëlitæ ritè onvertuntur, jejuniisque & ſupplicationibus ſeſe humiliant, ſtatim revertuntur in loum ſuum, metuuntque clariorem & altiorem tubæ ſonum : prout feſto novi anni uba clangitur, ut confundatur Satanas. Unde cum peſtis malum graſſatur, auditô ubæ clangore mox ceſſat. Sed plaga quæ deſcendit à metro ſeveritatis ſupernæ, hoc edio non abit in locum ſuum, ſed mediante ſuffitu, ſicut ſcriptum eſt Num. 16. v. 47. *t Aaron dedit ſuffitum, & expiavit ſuper populum, & cohibita eſt plaga.*

5. Huic autem Numerationi inter Reges illos Edomiticos Gen. 36. v. 33. coreſpondet Rex Hadad filius Bedad, qui percuſſit Midian in agro Moab : & nomen civitatis ejus eſt Avith. Vocatur autem Hadad à radice דַּד i. e. uber ſive mamma, uia iſte eſt ſcaturigo poteſtatum immundarum, unde hæ influxum ſuum aſſugunt.

6. Alio ſenſu vox Hadad explicari poteſt à nomine הוֹד juxta illud Dan. 10. . 8. *Et vis mea mutata eſt in me in corruptionem :* quia cortices hi corruptionem inrunt mundo.

7. Dicitur autem filius Bedad i. e. ſolitarius : quia iſti cortices inter alia mala, uæ in mundo cauſantur, etiam lepra affligunt hominem, ſicut ſcriptum eſt Levit. 13. v. 6. *Solus habitabit, extra Caſtra erit habitatio ejus.*

8. Cum autem dicitur, hunc percussisse Midian in agro Moab; Sensus est hunc percutere peste, cum judicio (ut sonat vox Madian) septuaginta Synedrialium supernorum sic statuitur: in agro Moab i.e. in agro potestatis immundæ, qui oppositus est agro pomorum arborique puræ atque sanctæ. Hinc utitur nomine Moab ad denotandam impuritatem. Nomen autem civitatis ejus i. e. vehiculi ejus est Avith à pervertendo, juxta sensum radicis עוה, ubi denotatur curvitas & perversitas incorrigibilis. Unde etiam pervertendo contorquet judicia Jisraëlis, & propterea vocatur intorsio.

Numeratio Quinta.

1. Numeratio quinta vocatur גולהב quasi flamans. Scribit autem R. Moscheh Bar Nachman, traditum sibi à R. Joschijah Babylonico, quod à Numeratione hac incipiat mundus corporeus, qui ab oculis hominum occultatus est; quodque thronus ejus circundatus sit flamma ignis: unde nisi benignitas summi omnium Creatoris id impediret, turmæ exercitusque atque ministri hujus corticis disperderent & destruerent omnes creaturas inferiores, & unico momento extinguerentur sub cœlo, virtute magnarum illarum ignis flammarum prodeúntium à comburentibus potestatibus exercituum ejus. Et propter opera hæc admiranda à potestate hac promanantia temporibus Sapientum cortex iste cognominatus est prunarum candentium nomine, atque flammantium. Adde quod catervæ exercitusque atque socii ejus velocissimè incedant, hominibusque opera sua repræsentent, ipsis tamen non visis, quoniam oculo percipi nequeunt. Et quamvis emanent è mundo quodam, qui cognominatur corporeus; hic tamen similis est mundo Emanativo superno, unde emanat anima etiam multò inferior.

2. David autem Psal. 91. v. 3. hunc corticem vocat *rete tensum*. Et huc pertinet illud Proverb. 22. v. 5. *Spina & laquei sunt in via perversi*. Et hic cortex præpositus est omnibus illis malis Spiritibus, qui laqueos tendunt reconditos hominibus. Et ab hoc etiam creatus est prava concupiscentia & Angelus mortis: sicut dixerunt Magistri nostri p. m. ipsum Satanam esse pravam concupiscentiam & Angelum mortis. Et cum homo abscedit in domum mundi sui, hic cortex eidem ponit laqueos, ut eum intercipiat tendentem in mundum venturum, quod etiam fit, nisi Dominus sit auxilium ejus, sicut scriptum est Psal. 37. v. 33. *Dominus non derelinquet eum in manu ejus*.

3. Et cum hoc cortice in Lege Gen. 37. correspondet Samlah de Masrekah, quod habet sensum vestis in sanguine provolutæ. Masrekah autem habet significationem denudandi dentes, juxta illud Jes. 7. v. 18. quia Spiritus hi denudant dentes & strident contra Jisraëlitas, eosque contumeliis & probris afficiunt. Atque hinc procreantur multi Spiritus noxii, & multæ animæ populorum mundi, qui blasphemant & probris afficiunt Dominum in supernis, hinc cortex iste vocatur vestis contumeliosa.

Nume-

Numeratio Sexta.

1. Numeratio ſexta vocatur תַּגְרִירוֹן i.e. litigium. Scribit autem R. Moſcheh BarNachman traditum ſibi ab ore Magiſtri ſui nomine Doctoris noſtri pii R. Jitzchak, quod Numeratio hæc certis temporibus cum ſeveritate ſuperna litiget, & bellum gerat. Atque tum prava plurima & influentiæ peſſimæ exoriuntur ſupra & infra, & multæ turmæ adverſariorum corruptiones inſtituunt in ira & effervefcentia & furore magno, cum maximo tumultu, quę omnia ab hac Numeratione emanant, ut homini arrigantur comæ. Et hic cortex ſemper litem habet cum Jiſraëlitis.

2. David autem hoc putamen vocat aſpidis nomine שַׁחַל Pſal. 91. v. 13. (vel juxta Hebræos leopardum,) cum dicit: *Super aſpidem & viperam calcabis.* Et huc pertinet, quod dicit Salomoh Proverb. 26. v. 13. *Dixit piger: Leopardus eſt in via.* Quæ vox שַׁחַל juxta radicem חָלַה etiam denotat morbum & infirmitatem. Et iſte numerus medium occupat locum inter Sephiras impuritatis, earumque catervas ſuperiores & inferiores.

3. Et ipſius reſpectu dicitur Gen. 36. v. 37: quod poſt Samlah *regnaverit Schaul de latitudinibus fluvii*, ubi ne legas Schaul ſed שְׁאוֹל fovea, juxta illud Pſ. 9. v. 18. *Revertantur impii ad foveam.* Et hic eſt gradus unus de gradibus inferni. Dicitur autem de latitudinibus fluvii: Quia infinita eſt latitudo inferni. Hic autem dicitur fluvius, quia in illo dealbantur & emundantur peccata Jiſraëlitarum ad inſtar mulięris menſtruatæ, quæ ſubmergi cogitur in fluvio. In Sanctitate autem *latitudinis fluvii* eſt nomen gradus Binah ſive informationis, à qua procedit Severitas ſuperna, ſubque illa locum habet.

Numeratio Septima.

1. Numeratio ſeptima vocatur עֹרֵב זֹרֵק i.e. corvus diſpergens. Scribit autem R. Moſcheh BarNachman de hoc cortice ſequentia: Diu de hoc nomine nihil reperire potui, mirabarque viſionem, & nemo eandem mihi declarabat: donec occulta hæc me compellerent, ut quæſtiones aliquas cum dubiis meis ſuper Talmude emitterem in regiones remotas ad aliquos Magiſtrorum meorum: ubi elapſis quindecim menſibus, reſponſum accepi ab inſigni Doctore R. Jitzchak: qui inter cætera oculos meos ſuper hoc nomine illuſtravit, dicens: Nomen hoc conſtare duabus vocibus, ſenſumque hunc eſſe; Sicut corvus immitis diſpergere intendit pullos ſuos; ita intentionem iſtius corticis eſſe, ut diſpergat atque diſperdat ſemen ſanctum proſeminatum in theſaurum fundamenti mundi. Cui aliam quoque addebat explicationem ſequentem: quod cortex iſte dicatur, quaſi diſpergens dulcedinem. Cum enim influxum accipit è fundamento, hic dulcis eſt ipſi: ſed poſtquam eundem accepit, acceptum iterum diſpergit. Hæc ille. David autem Pſ. 91. v. 13. hunc corticem vocat פֶּתֶן *viperam.*

2. Et ab hoc putamine influxum ſuum hauriunt catervæ illæ impuritatis, quarum nomina ſunt עזא & עזאל & אשמראי & חובה. Unde dicunt Magiſtri noſtri: Aquæ ultimæ debitum; (cujus ſenſus literalis eſt: poſt ſumtum cibum manus neceſſariò lavandas. Senſus autem myſticus denotat aquas ultimas pertinere ad corticem חובה i.e. debitum.) Et iſtæ ſunt ſella ejus currulis. Et intuitu iſtorum in terra dantur Angeli perditionis, qui comedunt fruſta panum & micas ollarum hominibus.

3. In lege autem eidem correſpondet loco citato Gen, 36. Baal Chanan filius Achbor. Baal autem eſt nomen Idoli, juxta illud Hoſ. 2. v. 17. *Et removebo nomina Baalim de ore ejus*; prout porro etiam ſcriptum eſt de Idolo Baal Peor Num. 25. v. 3. Et hic erat gradus iſte ſextus in impuritate, qui eo uſque accuſabat Iſraëlitas, donec ex ipſis cæderentur viginti quatuor millia Num. 25. v. 9. Unde vocatur Baal Chanan, ſive Dominus gratiæ, nimirum per antiphraſin, quia immitis eſt admodum: ſicut qui cæcus eſt appellari ſolet סגי נהור i.e. multi luminis uſum habens. Dicitur autem filius *Achbor* à radice עכר turbavit, quia multis turbis affligit Jiſraëlitas.

Numeratio Octava.

1. Numeratio octava vocatur סמאל. Scribit autem R. Moſcheh Bar Nachman de hac ſequentia: Traditum nobis eſt, hunc corticem excitare litigia, & confundere omnes conſeſſus omnium numerationum. Et quæcunque ab illo emanant, omnes ſunt Spiritus mendaces, nec ſtabiles ſunt verbis ſuis: hominibus autem exhibent viſiones fallaces: & adverſantur, & bella gerunt cum victoria Jiſraëlis. Opera autem iſtarum turmarum iſtorumque ducum ab hoc cortice prodeuntium tàm admiranda ſunt & grandia, ut vix narrari queant. Et hi multô timore atque terrore mundum percellunt. Et inter iſtas catervas apparet quaſi ſpecies ignis rutili: & omnes aſpectu ſunt rubicundi: unde dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, Eſavum vocatum fuiſſe Edom, i.e. rubrum; quia ipſe & veſtes ejus; & terra ejus eſſet rubei coloris: &c.

2. Atque hinc etiam lapſi ſunt quidam è ſapientibus & piis Jiſraëlitarum. Nam מחלת filia Jiſchmaël prodit atque canit & ludit coram Samaële, cum 478. Ducibus magnis, juxta numerum Nominis ejus. Omnique tempore Feſtorum ſanctorum לילית pariter exit, & ejulat ſub noctis medium in Deſerto magno atque terribili, cumque ipſi 480. Duces, juxta numerum Nominis ejus ſimul adſunt, & cum eâ ejulant: eâdemque horâ ambæ hæ partes vehementer invicem litigant, ut præ clamore eorum remittant columnæ Cœli, & contremiſcat Terra. Interdum enim Lilith Regina ſponſa eſt & deſiderium Samaëlis; interdum autem Machalath filia Jiſchmaël: Et propterea nova ſemper Zelotypia, novaque jurgia inter Duces utriusque exercitus.

3. Tota tamen intentio & cogitatio potiſſima illorum eo tendit ut adverſentur Capitibus populi Sancti. De Samaële autem notum eſt omnibus ſapientibus Iſraëlitarum, quod ſit Dux ille, qui in cœlis accuſat populum ſanctum; de quo pleni ſunt omnes Commentarii & ipſe Talmudis Codex. Ita ut quæcunque Cabbaliſta ille ſcribit

bit de Samaële, & generationibus, familiis, & viis ejus, deque dominio exercituum, turmarumque & catervarum ejus, item de exitu & introitu, deque omnibus formis & figuris formarum ejus, & operationibus & custodiis & arcibus & sedibus ejus, præ copia hic narrari nequeant.

4. David autem Psalmo 91. v. 13. eundem vocat כפיר Leunculum: (confer 1. Pet. 5, 5.) quæ vox à radice כפר etiam habet significationem abnegandi: hinc ab eo in mundum venit atheismus & abnegatio Dei. Dicitur autem Abnegator, quia atheismum introducit in corda hominum, ut eos tentet; & impii ipsum sequuntur.

5. Huc etiam pertinet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ! Futuro tempore adducet Sanctus ille, qui benedictus sit! pravam concupiscentiam, eamque mactabit. (confer. Rom. 8, 13. Col. 3, 3. 5. Gal. 5, 24. 2. Tim. 2, 11.)

6. De justo autem dicit Scriptura Prov. 28, 1. *Justus ad instar leunculi fiduciam habet.* Id est: Quamvis accedat Leo iste, abnegator, ad tentandum eum; ille tamen confidit *in* Nomine Domini.

7. Ad hunc corticem pertinet quod scribitur in Lege Gen. 36, 39. *Et regnavit pro eo Hadar, & nomen civitatis ejus Pau; & nomen uxoris ejus Mehetabel, filia Matred filia Mezahab.* Vocatur autem הדר i. e. gloria seu decus, prout dicitur Dan. 10, 8. הודי *& decus meum mutatum in me est in corruptionem.* Iste enim cortex opponitur gradui Hod, in Sanctitate. Nomen autem civitatis ejus, i. e. Throni atque vehiculi ejus, quo denotatur portio quædam impuritatis. Nam nomen עיר i. e. civitatis, alludit ad אויר i. e. aër, ad genus impuritatis pertinens. פעו, sive Pau autem est quasi פרעו Pharao supernus, qui est *draco ille magnus, cubans in medio suorum fluminum* Ez. 29, 3. Per uxorem autem intelligitur gradus ille, qui ab eo influxum accipit. מהיטבאל autem sensum habet rei non bonæ, & alludit ad locum Jesch. 7, 6. *& regnare faciamus Regem in medio ejus filium Tabel.* Meditabantur enim quomodo à sese abjicerent jugum regni cœlorum, & servirent idolo, quod dicitur Tabel. Eadem autem vocatur filia Matred; cujus sensus est ejicere, expellere, extrudere. Porrò hæc dicitur Filia aquarum auri; quia producta est à Severitatis gradu, quo pertinet aurum, quo denotatur judicium perfectum, atque bonum in occulto reservatum pro justis.

8. Et quamvis in Sohar Tractatu Idræ primæ Sect. Naso; R. Schimeon Jochaides istos versiculos sensu contrario explicet, & quidem de gradu in Sanctitate ultimo, nempe de metro Regni: utraque tamen opinio est vera; quia etiam hoc contra illud fecit Deus Eccles. 7, 15. ita ut, quod in Sanctitate est, eodem modo sit in Impuritate. Intellectus ergo iis quæ de his traduntur 1. Paral. 1, 43, usque ad 50. etiam intelliges ista.

Numeratio Nona.

1. Numeratio nona vocatur גמליאל. De ista autem R. Moscheh bar Nachman scribit in hunc modum: De numeratione hac à Viris piis atque excellentibus terribilia

ribilia accepimus, quæ qui corde præditus eſt intelligente, ipſe capiet, & inquiret in commentariis Rabbinorum noſtrorum bonæ memoriæ! Alia eſt traditio, in Urbe Abrel in Synagogâ Doctoris Excellentis R. Schlomoh, inſignis Cabbaliſtæ ſcriptum inventum eſſe in Commentariis ejus, diſertis hiſce verbis: In turba ſupernâ dari Adverſarium quendam Igneum, cujus ſit nomen Gamliel: & quando ille influxum accipit & aſſugit à gradu Hod ſeu gloriæ, terram cœlumque omneſque exercitus eorum pace frui; ejusque ſpiritus apparere hominibus, iisque datam eſſe poteſtatem his manifeſtandi futura occulta. Porrò tamen & alias dari turmas, à quibus influxum accipiat adverſarius iſte; quibus ipſe quoque miniſtret ut ſervus Domino ſuo: quod cum ſit inverti nomen ejus ut dicatur נחשיאל à ſerpente: & omnes ejus catervas eſſe terribiles, ut omnes perterrefiant, quicunque eos aſpiciunt: iſti enim Spiritus mutantur in formam ſerpentum, & apti ſunt corrumpere aërem. Hæc ille.

2. Atque hinc intelligi poteſt, quod ſcripſerunt Magiſtri noſtri p. m. de Samaële, qui inequitaverit ſerpenti formato in figuram cameli.

3. Datur autem גמל de genere boni, ſenſu nempe retribuendi; & pariter de genere mali: hinc iſte vocatur Gamliel.

4. David autem Pſ. 91. v. 13. hunc corticem vocat תנין draconem, dum inquit: *Et conculcabis leonem & draconem.*

5. Idem cortex etiam vocatur Aſinus. Sicut enim inter modos ſublimes datur bos & aſinus; quibus nominibus intelliguntur juſtus ſeu Fundamentum, atque Regnum: ſic & in corticibus. Et impurus iſte aſinus deſideravit Dinam filiam Jacobi; inque illam injici curavit ſpurcitiem ſuam Gen. 34. v. 2. ſeqq.

6. Et è gradû hoc influxum aſſugunt Lilith & Aſmodeus, omneſque cæteræ turmæ impuritatis, quæ commoventur ut in mundum veniant. Idem quoque vocatur שאירה.

7. Ad hunc gradum in Eſavi familia pertinet, Aholibamah Gen. 36. v. 14. filia Hanah filia Zibeon. Idem cortex etiam vocatur Naëmah à Pulchritudine: & apparere ſolet hominibus in ſomnio, ad inſtar pulchræ mulieris, ut illos concitet ad Gonorrhœam, è qua deinde generatur malus Spiritus, quales in Scriptura vocantur *plagæ filiorum Adami*, à quibus tales deducuntur ad imum uſque Gehennæ gradum. Et huc pertinet illud Jeſ. 49. v. 17. *Demolientes te & deſtruentes te à te exeunt,*

8. Et de metro iſto, quod bovis & aſini nomine appellatur inter turmas impuritatis, dixerunt Magiſtri noſtri p. m. quatuor eſſe damnorum patres ſeu ſumma genera, ut ſunt Bos, Fovea, Depaſtio, & Incendium. Ubi per Bovem intelligitur gradus iſte nonus in impuritate, qui alias vocatur Draco. Per Foveam autem intelligitur gradus decimus impuritatis. Per מבעה Depaſtionem autem intelligitur Samaël & exercitus ejus, quia hæc vox propriè habet ſignificationem perquirendi; iſte autem quàm accuratiſſimè inquirit in peccata Jiſraëlitarum, unde ſenſus iſtius vocis meritò petitur ex loco Obadiæ primô v. 6. נבעו *Inquiſita ſunt abſcondita ejus.* Unde Rabh inquit, per vocem מבעה intelligi dentem, de quibus dicitur Pſal. 3. v. 8. *Dentes impiorum confregiſti.*

gisti. Et Samuel dicit, hâc voce intelligi Adam Belial. Per הבער Incendium autem intelligitur gradus primus impuritatis, qui vocatur Belah filius Beor, qui incendium excitat homini in Gehenna. Et ille gradus etiam vocatur excidium amarum Deut. 32. v. 24: Qudobambulat sub æstu diei; de quo dicitur Pf. 91. v. 6: *Non timebis &c. ab excidio vastante in meridie.* Ubi intelligitur vehementia fervoris solaris. Unde Magistri nostri p. m. hîc quoque dicunt, Bovem non esse similem Foveæ; quia singulis illis denotantur turmæ speciales perditrices, à quibus damnum inferretur mundo, nisi custos Israëlis id impediret.

Numeratio Decima.

1. Numeratio decima vocatur לילית, cujus sæpissimè fit mentio in commentariis & in Talmude. R. Moscheh BarNachman autem in libris suis Cabbalisticis *scribit*, se invenisse in Masorath Tikkun Doctoris excellentis R. Elchanan, quod iste cortex erga totam familiam supernam excitet jurgia, litesque & odium, quodque op*ponatur* Numerationi Sapientibus Israëlitarum atque Prophetis eorum notissimæ (i. e. Regno) cui semper adversetur: & nisi sic statutum esset, ne regnum unum contingere posset alterum, vel unius pili latitudine; Hæc semper inchoaret contentionem & controversias furore magno atque iracundia, idque manu elevata, atque imperterrita, ita ut bellum exsuscitaret vehementissimum. Illa autem ejulat ejulatu horrendo &c.

2. Dicunt autem Cabbalistæ, principem illum, qui ei ministrat, vocari שריאל. Et traditum est, Principem hunc magnum esse Regem inter omnes in aëre dominantes duces.

3. Dicuntque Magistri nostri quod nocte media diei expiationis cortex iste invitus venire cogatur, vi operationum à Senibus Sapientibus institutarum, advolans cum centum & triginta uno heroibus volitantibus in aëre, quorum facies scintillas ignis de se mittat. Ubi magnus ille Scriba, Pipiron nomine, scripta & obsignata à manu Regis Sariel, adducat omnia firmamenti secreta, eaque manifestet senioribus. Quorum dominium magnum est per omne firmamentum cœlorum.

4. A Numeratione autem supradicta, & ab Emanatione Principis ejus multæ proveniunt turmæ Dæmonum, & Lemurum, & malignorum Spirituum, qui forma humana apparent. Et hi sunt illi, de quibus multoties dicunt Magistri nostri p. m. quod ex parte similes sint Angelis ministrantibus, & ex parte hominibus &c.

5. Porrò traditum est Sapientibus nostris Sanctis p. m. dari Adversarium quendam magnum adversus Metrum justi i. e. Fundamenti, & adversus Metrum Regni, cui nomen sit סתר עטרין ab occultatione coronæ, quia nempe hic occultet coronam. Et huc pertinet illud Ezech. 21. v. 26. *Remove Cidarim & leva coronam.* Nam sublato pileo elevatur corona.

6. Sciendum autem talem esse dispositionem in superis, qualis est hic deo
& sicut duæ personæ hic infra coadunitæ fuerunt in corpore uno materiali ; ita
personas unitas fuisse supra in potestate Spirituali. Et sicuti zelus erat hìc infra
te serpentis, & sicuti libido & prava concupiscentia oriebatur in Chavvah : ita
quasi & cogitatio sim lis oriebatur supra ex parte Metri marium i. e. Regni.
totô illo tempore, postquam Adam seductus erat à Chavvah, ipse generabat S
Dæmones, & varia genera nocentium atque lemurum : sic in supernis, si ita di
faciebat Spiritus seductor in Spiritualibus, & Lilith adversabatur Metro Fund
que Regni, ne hoc ab illo acciperet semen Spirituale : atque tunc vis ista Spir
pura illud cooperiebat; atque contegebat potentiam internam sanctam, ne p
dire in actum, propter superinductum istum pileum. Et exhinc generaba
damento potestates peregrinæ atque malæ, tam supra quàm infra : & semen
occultum non poterat prodire in actum, nisi virtute Heroum quorundam pauco
que singularium, quales erant Scheth, Chanoch, Methusalah; Noach; Schen
Sed generationes mundi colebant idola. Potestas enim supradicta contega
mentum mundi, & coronam decoris, & prohibebat, ne semen pacis è potentia
posset in actum: ita ut, si ita dicere liceret, justus quasi cespitaverit coram impio. D
benignitate adornaretur thronus & exoriretur lumen ad instar solis, quod erat A
pater noster, qui vestiebatur metro benignitatis erga transeuntes huc illuc & re
tes ; & plantabat lucum benignitatis ad omnes mundi cardines, & invocab
אל Dei mundi ; atque seipsum tradebat furno ardenti præ zelo pro Deo lu
lolatriam è terra expurgabat, plurimisque prædicabat, non serviendum es
unico: unde ipse Proselytos faciebat viros, & Sarah convertebat mulieres, sic
est Gen. 12. v. 5. *Et Abram accepit Sarai &c. & animam, quam fecera*
Cum igitur hic circumcideret præputium carnis suæ, tunc tollebat cidarim
corollam ; & radicem figebat supra, fructum autem proferebat infra, atq
cis, occultatum in potentia sua, tunc prodibat in actum. Atque tum
perficiebatur thronus gloriæ, & inquinamentum cessabat tempore
Legis.

7. Nondum tamen omnino est consummatus gloriæ thronus, do
fuerint omnes gentes ad cultum Creatoris nostri Benedicti, factique fueri
subingressi subter alas gloriæ cohabitantis, ut custodiant legem ejus, eidem
humero unico integro, sicut scribit Propheta Zeph. 3. v. 9. *Quia tunc conve*
pulos labium purum ad invocandum omnes nomen Domini &c. Atque tunc to
& omnino elevabitur corolla super coronas omnes. Amen!

Cap. III.

Adducitur opinio alia de undecim Gradibus Corticum, jux
tiam R. Jitzchak Lorjensis Germani, qui illos confert multi

Scripturæ. Porrò quoq; ſermò eſt de Samaël & Lilith, & de ſeptuaginta Ducibus; item de Nube Levi, cujus mentio fit apud Prophetam Ieſaiam.

§. 1.

tamen ſiccô pede prætereunda eſt Cabbala R. Jizchak Lorjenſis, quod nempe ritus immundi, qui vocantur Cortices, dividantur in undecim turmas. Cùm iles eſſe velint Sanctitati, non acquieſcunt, inquit, in diviſione prima, qua tur in decadem Divinitatis inſtar, quô ipsô eſſent in numero perfecto; ſed aſuoque volunt illi, quod ſimili caret & ſub numerum redigere Infinitum, quod nero elevatius eſt: quare in undecim phalanges diſcedunt. Decadem nempe ad inſtar Sephirarum, quæ pondus ſunt & menſuræ omnium; unitatem aumunt ad inſtar Lucis, quod interius illas adimplet, & exterius eas ambit. invertunt, quod Abraham dicit in libro Jezirah: Decem ſunt & non : Nec meminerunt illius, quod dixerunt Magiſtri noſtri: qui auget perfectum,

2. Errorem hunc Magiſter ſupra dictus correſpondere dicit undecim Maledimontis Ebal. Deut. 27, 15. Et undecim Ducibus Edom Geneſ. 36, item voubi Deut. 32, 37: Porrò undecim ſpeciebus ſuffimenti: item undecim dieoreb, via montis Seir Deuter. 1, 2: ubi alludit ad vaſtationem & piloſitatem juxta Geneſ. 27. v. 11. Jeſ. 13 v. 21: Uſque ad Kadeſch Barnea, i. e. uſque ad nctitatis, quâ denotatur beatitudo noſtra poſt confractionem & annihilatioicum, quæ conſiſtit in fruitione intimæ medullæ omnium mundorum Angelitualis & Objectivi ſeu Archetypi, qui communiter dicuntur Formativus, Creananativus.

Porrò etiam comparantur cum undecim tapetibus caprinis ab extra contebernaculum, & quia non tantum quinquageſies mentio fit exitûs ex Ægypto quô numero denotatur, per gradum Intelligentiæ, ſub cujus claſſe hic nuprehenditur, Iſraëlitas liberatos eſſe ex abyſſis quinquaginta graduum impu- Sed præterea ejuſdem exitus undecies fit mentio, ut appareat illos præterea ſſe ex undecim corticibus ſupra dictis. Prout iſta liberatio non facta eſt per Intelligentiam, ſed mediante Seir Anpin, qui denotatur per litenbolum ſenarii, & per uxorem ejus, quam litera ה deſignat quinarii noimul ſumti efficiunt undecim. Cortices enim non pertingunt ad tres ſuſed tantùm hærent circa ו & ה quorum numerus ſimul ſumtus eſt un-

Et quia Spiritus immundi tantopere deſiderant ſimiles eſſe Divinitati, os quoque diſpeſcuerunt in duas acies, quarum unam ducit Samaël, qui τῷ Seir Anpin & literæ ו. Altera autem regitur à Lilith, quæ opponitur nempe Regno ſancto: ita ut & illi ſub ſe habeant ſenarium & quinarium, undecim.

§. 5. Finiemus autem caput hoc diſcurſu quôdam R. Jizchak Lorjenſis in locum illum ſuprà adductum Jeſa. 19, 1. *Ecce DOMINUS inſidet ſuper nubem levem & ingreditur in Ægyptum.* Ubi ſenſus hic eſt: quod involvat lucem atque potentiam ſuam non tantùm Throno Gloriæ & Metatrone atque Sandalphone: ſed & ſeptuaginta Principibus atque Præfectis, quorum Caput eſt Samaël. Tempore enim diſperſionis, cùm populi dividerentur in ſeptuaginta linguas atque gentes, iſtis præficiebantur ſeptuaginta Principes, qui referunt ſeptem Sephiras ſtructuræ, quarum ſingulæ è decadibus conſtant: nec non ſeptem Planetas intra decem cœli Sphæras currentes. Deinde quoque cum naſceretur Jiſmaël DEUS illum ſubjiciebat Principi cuidam, cui nomen Lilith, quæ refert concupiſcibile & puſillanimitatem hominis, nec non Venerem Planetarum. Et tandem cum Eſav generaretur, iſte ſubdebatur Samaëli Principi magno, qui comparatur cum Marte Planeta, cumque Iraſcibili atque arrogantia hominis, qui duo cum reliquis ſeptuaginta efficiunt עב, quod numerô refert 72: Voce autem nubem. Alias autem ſeptuaginta illi ita dividuntur, ut triginta quinque ſub Jismaële & Lilith ſint ad dextram; & 35 ſub Eſavo & Samaële ad ſiniſtram, in ſimilitudinem Benignitatis & Severitatis, quibus regitur mundus. Et hæc de voce עב ſeu Nubis in loco Prophetæ citatô. Vox autem קל ſeu levis cum integra voce refert numerum 131, quem etiam reperimus in voce סמאל Samaël. Unde apparet, quod Sanctus ille Benedictus tanquam equis inſideat ſeptuaginta duobus Principibus, quorum Caput eſt Samaël: veneritque in Ægyptum liberaturus Iſraëlitas, qui referri poſſunt ad Intellectum rationalem.

Cap. IV.

Quod Cortices; quatenus ſunt veſtimenta externa omnium ſuperiorum, remaneant nudi, & propterea deſiderent involvi & quaſi veſtiri homine; & quomodo id evitari queat.

§. 1.

OMnes mundi creati à ſummo uſque ad imum ita conſtituti ſunt, ut alter alterum involvat, ita ut ſupremus activus tantùm ſit & nihil patiatur; imus autem paſſivus tantùm & nihil agat: intermedii autem partim activi ſint, partim paſſivi, eô ipsô tamen activiores, quò propiores ſupremô, & paſſiviores, quò propiores imo.

§. 2. Hinc apparet, quod Cortices & Spiritus immundi in ordine rerum incorporearum ſint Cortices ultimi ulteriore velamentô carentes, ita ut nudi incedant abſque veſte. Quod etiam colligitur ex loco Geneſ. 3, 1. *Et ſerpens erat nudus.* Per ſerpentem enim intelligitur Cortex, & quamvis ſenſu literali denotetur calliditas, tamen etiam exponi poteſt juxta ſenſum Gen. 2, 25. Id quod etiam patet ex litera ס, quæ denotat *ex omnibus animatis* incorporeis Corticem ſolum carere velô, eò quod ultimum locum habeat & nihil ſuperſit, quod illum poſſit integere.

§. 3. In-

§. 3. Infinitum enim veſtitur Numerationibus juxta Pſal. 104, 1. Sephiræ veſtiuntur Creatione : quæ & pariter circundatur ab Angelis, qui ſunt miniſtri ejus, & caſtra metantur circa eam. Hi verò porrò circundantur à Spiritibus impuris, qui ſunt equi eorum, & iſti horum equites, ut ſuper illos deſcendant in terram mundumque factitium. Hi autem nihil ſub ſe habent ulterius, ſed paſſivum ſunt ultimum, nec operari poſſunt in aliud quid extra ſe; nec ullius rei vita, nucleus vel anima ſunt. Unde etiam dixerunt Magiſtri noſtri : quod conditi ſint veſpera Sabbathi circa Solis occaſum : Unde nudi manſerunt & imperfecti. Et in Sohar dicitur : quod ante ſanctificationem Sabbathinam ultimo ſuperfuerint Spiritus , quibus non potuerit creari corpus. Unde tantum veſtiunt & non veſtiuntur : ſaltemque accipiunt , & nihil largiuntur.

§. 4. Cum autem homo è contra aliquando veſtiri queat veſte duplici, quarum unam adipiſcitur per opera ſua, ita ut illorum beneficio elevari poſſit uſque ad Mundum Angelicum : alteram autem per ſpeculationem objectorum verorum atque Divinorum, quâ viâ elevari poteſt uſque ad Mundum Creativum : Quanquam anima humana in mundo ſuperno & antequam deſcendat in mundum hunc imum veſtita ſit veſte ſive corpore pretioſo atque pellucido, quod tamen perdit, cùm declinat ad tenebroſum hoc atque nigrum, pulverem de terra.

§. 5. Quam ob cauſam Cortices videntes, quod ipſi ſint nudi, invident homini, quod eo uſque elevari queat in Mundos, Formativum, Creativum, & Emanativum , atque Cauſam omnium cauſarum : ipſi autem Cortices ſemper manere cogantur in Mundo hoc Factitio infimo nudi atque veſte privati. Et hæc invidia, cauſa evadebat peccati Adami, prout explicatur in capitulis R. Elieſer cap. 13. Atque tunc homo non tantùm perdebat veſtes illas ſupernas atque lucis ; ſed etiam per mortem exuere cogitur veſtes ſuas inferiores corporeas, imò eo uſque deductus eſt, ut ipſe fiat veſtis atque Cortex corticum, qui per illum ſuas operationes noxias edant. Prout etiam ſenſualitas non tantùm jugum intellectûs abjecit, ſed eundem ſibi quoque ſubjecit. Et hinc intelligitur id, quod Salomo dicit Proverb. 30, 22. *Sub ſervo, ſi ille regnet, & ancilla &c. & ſtulto &c.* Ubi per ſervum intelligitur Samaël : & per ſtultum Senſualitas : & per odio habitam atque ſervam Lilith : quæ quaſi uxor fit, dum influxum ſupernum accipit, qui animæ debebatur. Senſus eſt : cum ſenſus offuſcat & obtenebrat intellectum, & concupiſcentia ſecum abripit voluntatem, tunc operari Corticem ſubjugando ſub ſe animam & ponendo involucrum tenebrarum ſuper faciem ejus, quod tamen DOMINUS omnium aliquando tollet, juxta Prophetam. Jeſa. 25, 2, 8. *Tollet enim Spiritum immunditiæ de terra.* Zach. 13, 2. & 14, 9. Atque tunc reddet homini veſtem ſuperiorem & inferiorem : ſuperiorem, de qua Jerem. 31, 34. Eſa. 54, 13 : 60, 19. Dan. 12, 3. Inferiorem autem juxta Eſa. 26, 19. & Dan. 12, 2.

§. 5. Hinc cauſa nobis patet, quare Cortices ita perſequantur hominem, ut nempe ſubjiciant eum, & per eum operentur. Et hoc eſt myſterium arboris cognitionis boni & mali : & quod vetita ſint heterogenea & lana cum lino permiſta.

§. 6. Hic autem obiter notamus, Spiritus impuros, quatenus sunt ministri eorum, qui supra ipsos sunt, præfectos esse generationi & corruptioni, & reliquis motibus mundi elementaris. Si igitur homo à concupiscentiis curporeis aversus adhæreat spiritui, (qui est intellectus rationalis,) & legibus motibusque ejus incorporeis assvescat; tum non tantùm non erit sub cortice, vel subjectus spiritibus immundis: sed planè elevabitur super mundum Formativum atque Angelicum; regnabitque super totum mundum Factitium atque corporeum, & super Cortices eidem præfectos.

§. 7. Idque non tantum Psyche sua, quæ Nephesch dicitur, sed etiam Spiritu quamvis modo eminentiore. Cùm enim hic subegerit corpus atque confregerit illud, permanebit in eodem: atque tum convertetur ad mentem; quæ postmodum non tantùm exuet vestem captivitatis immundorum Spirituum, sed planè in libertatem educet Psychen & corpus suum. Atque tum mira operabitur in duobus Mundis Creativo & Formativo, nec non in opere Structuræ hujus corporeæ, quæ mundus factitius dicitur.

§. 8. Corpus ergò secundum naturam subjectum est Cortici: Psyche autem seu pars animæ inferior huic fermè adæquatur: Spiritus autem eandem transcendit: & Mens multis modis eminet. Si ergò homo inserviat corpori & desideriis concupiscentiarum atque operationum ejus, iisque obediat: tunc subjectus est Cortici. Si autem ascendat in Spiritum vel Mentem, dominabitur eidem, & toti Mundo Factitio. Et cùm tempus advenerit, ut educat corpus suum ab exilio amborum, in potestate sua est, ut efficiat corpus suum passivitate carens, æternum, leve & pellucidum, prout eveniet in resurrectione, ubi rori erit simile, juxta Jesch. 26, 19.

§. 9. Sciendum autem est, cùm homo ascendet in gradum istum, non fore, ut exscindatur & pereat ens aliquod vel ulla res ad perfectionem mundi pertinens: Nam è medio sublatis Corticibus (i.e. pravitate illorum,) qui proximi sunt corporibus, illorum locô remanebit Psyche, quæ ad illorum classem atque gradum pertinet, (nempe ad mundum Factitium,) & hæc mediante Spiritu, qui est gradus mundi Formativi, ascendet in mentem usque, quæ est Mundus Creativus. Cùm ergò derivanda erit influentia ab Influente summo mediante mundô Sephiroticô in corpus; quod non fit nisi mediantibus gradibus debitis, mente nempe, quæ ad gradum Creativum pertinet; & Spiritu, qui est pars mundi Angelici; & Psyche, quæ ad mundum Factitium refertur, tunc non opus erit Corticibus; quia Psyche illorum locum occupabit, imò ne quidem Angelis aliqua ex parte, quia illorum operationes operabitur Spiritus.

Cap.

Cap. V.

Ulteriora de Corticibus, & duobus textibus Cabbalisticis.

§. 1.

IN Libro Pardes R. Mosche Corduero asseri videtur, quod Angeli medium quid sint inter corpora cœlestia & inter gradus Throni Gloriæ, seu Intelligentias separatas, quodque ab his accipiant influxum lucis atque intelligendi, promoveantque ad alios motum atque vitam, illisque attribuitur corporeitas ad instar lampadum & ignis; quæ, meâ quidem sententiâ, sunt corpora cœlestia sive ignea, secundum sententiam Cabbalistarum, (à quibus id furto tenent Platonici,) quæ tradit naturam cœli esse igneam.

§. 2. Hîc autem prolixus non ero de cœlo summo, quod Aratoth dicitur, & *puritate* atque perspicuitate crystallo simile est, estque habitaculum Angelorum, & mansio animarum purarum, quarum fortassis & vestimentum est tenue atque pellucidum, quo inibi induuntur; sed hoc saltem indigito, quod naturæ illæ cœlestes, quas Platonici componunt ex anima intellectuali, & corpore correspondeant classibus Angelorum apud Cabbalistas: sicut cortices conveniunt cum Spiritibus aëreis, tenebrosis, & nubilosis.

§. 3. Quamvis Platonici spiritus suos dividant in tres classes: quarum prima continet igneos & summos, qui excitant intellectum hominum dormientem in pulvere corporis ad studium rerum Divinarum. Secunda autem media est habetque Spiritus naturæ mediæ & aëreos compositos ex purissimo & tenuissimo aëre; qui ducant homines ad operationem boni, eosque dirigant in viam virtutum. Tertia autem classis & ultima compositus habet ex aëre fusco & denso, qui inserviunt generationibus & sustentationi corporis, in quem finem commoveant concupiscibile eorum atque irascibile. Ubi supremi & medii, qui boni sunt citra malum correspondent iis, qui dicuntur Ophanim & Caschmalim, vel Cortici, quæ Nogah dicitur, in qua portio puritatis est & Sanctitatis, & quæ in fine dierum ab immunditia purificabitur & sanctificabitur. Sed infimi, qui in aëre infimo, humido & obscuro degunt, hominem à meditationibus divertunt & ad negotium generationis, adque voluptates corporeas libidinemque dominandi impellunt. Et isti propriè sunt illi, qui à Cabbalistis vocantur Cortices & Angeli perditionis atque Spiritus impuri.

§. 4. Et illi quidem attribuunt eis corpora quasi nubilosa, quod ego sic intelligo, quasi corpora eorum sint ex aëre denso, ita ut nec intellectu usque adeò defæcatô utantur, ita ut Lux quoque Divina, cùm descendit illisque sese implicat, ut extendatur ad inferiores, quasi obnubiletur & obfuscetur, prout accidit lumini Solari impeditô nubibus. Et isti etiam vocantur equi Angelorum, qui descensuri in terram iis insident. Nihil autem sunt aliud, quàm mediatores ad manifestandum aliquid inferioribus, prout & Plato dicit in Symposio, quod Spiritus isti sint intermedii & medium

locum

locum teneant inter naturas cœlestes & humanas. Deducántque & derivent vim luminis & influxus à primis; iterumque reducant atque elevent opera & benefacta ultimorum. Quod ipsum est opus Corticum, qui à cœlestibus influxum accipiunt pro gubernatione inferiorum: prout docent Cabbalistæ: quod id, quod Spirituale est, non operetur sine veste, dum descendit & ad inferiora extenditur. Quasi dicerent: sublimia non operari in inferiora, & à se remota absque intermediis; quibus nomen vestimentorum indunt: sicuti Numerationes serviunt infinito; & creatio illis; Angeli autem Creationi, & his Cortices. Intermedium autem hoc & instrumentale, in quo quod superius est, ad inferius extenditur, eique manifestatur; etiam vocant equum juxta Jesa. 19, 1. Ps. 18. v. 11. Ps. 104, 3. quasi sit instrumentum & canalis superiorum, qui influant in illud: ubi ipsum deinde lucem & potentiam Divinam iterum derivet in id, quod infra se est.

§. 5. Quæ probè conveniunt cum iis, quæ dicit R. Mosche Corduero in Lib. Pardes: Quod nempe Angeli, qui habitant in Formatione, sint quasi judices, qui inquirunt in cogitationes hominis, inque consilia & peccata, atque bona opera generis humani: Cortices autem in Mundo Factitio habitantes sint lictores, qui homines puniunt. Quæ pœna, meâ quidem sententiâ, juxta Platonicos illa est, quam animæ patiuntur à Spiritibus aëreis: suntque mœror, ira, desiderium, metus, spes & cæteri affectus, quos excitant & inflammant in irascibili eorum & concupiscibili, eosdem introducendo per vestimentum seu corpus suum aëreum beneficiô idearum in phantasia illorum generatarum: unde perturbationes in his oriuntur, per quas homines non tantùm impediuntur, ne res Divinas assequantur; sed aliis quoque motibus variis confunduntur, ita ut ferè in statum illum incidant, de quo Abigail 1. Sam. 25, 29: quod alias à Cabbalistis appellatur truncatio plantationum desuper factarum, & declinatio fistularum sive canalium. Et hæc est Nubes illa velamenque, & paries distinguens inter Deum & cohabitationem ejus atque animam.

§. 6. Quæ omnia fermè coincidunt cum his, quæ dicuntur in libro Schaare Orah R. Joseph Gecatilah; Sciendum nempe, quod à terra usque ad firmamentum locus non detur vacuus, sed omnia plena sint catervis & agminibus, quorum alia sint pura, alia autem infra illa, quæ sint creaturæ impuræ nocentes & accusantes, quæ omnes consistant & volitent in aëre.

Cap. VI.

In quo adducitur Textus è R. Mosche Bar Nachman & ex aliis antiquis, similes, qui conferuntur cum verbis Ezechielis.

§. 1.

PORrò R. Mosche Bar Nachman sic scribit in locum Levit. 17, 7. Sicut erat Creatio corporis humani & omnium animalium atque vegetabilium & mineralium è quatuor elemen-

ntis, quæ virtute Divinâ combinantur in corpus crassum sensile, quod percipi
abomnibus quinque sensibus ob crassitiem & spissitudinem suam, sic quoque fic-
rmatio è duobus elementis, igne nempe & aëre; & inde fiebat corpus nullô sensu
tibile, quale est Nephesch seu Psyche brutorum, quæ sentiri nequit ob tenuitatem
Et hoc corpus spirituale est, & ob tenuitatem suam igne & aëre occultari potest.
compositio in omni re est causa generationis & corruptionis in iis, quæ compo-
quatuor elementis; sic res quoque se habet in his, quæ composita sunt ex duo-
entis: ita ut compositione hac existente ens illud sit vivum; & eâdem cessante
olatâ, sit quasi mortuum. Hæc ille.

2. Idem pergit dicendo cum Rabbinis nostris: Sex dantur res, quæ Dæ-
tribuuntur, quarum tribus similes sunt Angelis; tribus autem hominibus as-
. Tria illa, quibus sunt ut Angeli ministerii, hæc sunt; quod alas habeant
volitent ut isti; & sciant futura ut isti, non quidem scientiâ propriâ, sed ex
Tria autem quæ communia habent cum homine sunt hæc: quod comedant &
homines; generentque & multiplicentur ut isti; & moriantur ut iidem. Cau-
cur moriantur, est solutio unionis, quæ id efficit in omnibus compositis. Causa
volitent, hæc est: quod elementa eorum levia sint, prout idem in omnibus
Comestio eorum autem talis est, quod lingant quædam ex aquis & ex igne suffi-
m & humoribus: unde etiam à Necromantis iisdem suffitus fiunt. Ratio au-
atis illorum hæc est, quod ignis in corporibus eorum exsiccet aërem, & restitu-
habeat: prout & propterea comedunt homines, ut restituant, quod ex ipsis
vit.

. Quod autem audiant futura, ex eo est, quod dum volitant per aërem cœli,
res futuras è Præfectis Planetarum, qui in aëre resident; & isti hæc percipi-
conis (sideris illius cœlestis) præfecto: & exhinc etiam volatilia annunci-
; quod etiam è fuga serpentum colligitur; de quo aliàs. Neutri autem
ura procul distantia; sed ea saltem quæ proximè futura sunt, quæ Dæmones
, quando Decreta eduntur, prout & quædam percipiunt de illis Angelis supe-
ui quandoque volatibus suis proximè ad hos accedunt. Edendo autem & bi-
trahunt & lingunt quædam ut spongia, hauriuntque in se humores igneos
, odoremque suffituum atque exhalationes cæterarum rerum & corporum,
id restituunt, quod expirant, cibanturque & nutriuntur, ut renovent
res. Mors ipsorum autem est dissolutio duorum elementorum, ex qui-
onuntur, ita ut particulæ illorum redeant ad universum illud, unde desum-

4. Quæ non multum distant à sententia Philosophorum gentilium, qualis est
us &c. Et istorum quidam corporibus sanguineis inhiant, inque talibus exci-
s cupiditates, ut voluptatibus illicitis indulgeant, in Corpore autem Lunatico
atico ignaviam & pigritiam generant: in Cholericis autem & Martialibus iram
m; & in Melancholicis tristitiam, metum & similia.

§. 5. Hæc ſi conferantur cum illis, quæ Prophetæ de iſtis Spiritibus tradunt: tunc fortè ventus ille fortis diſſipans montes & confringens petras, qui procul dubio eſt Aquilonaris ille tenebricoſus & obſcurus, frigidus & ſiccus, qui ſimiles qualitates habet, quales adſcribuntur Melancholiæ, quandoque cauſa erit iræ, furoris, amentiæ, excandeſcentiæ & homicidii. Nubes autem illa magna & terræ motus fortè ſunt cortex ille, qui in ſanguineis prævalet; vel etiam qui in Phlegmaticis & Lunaticis; in quibus timorem, inſaniamque excitare ſolet. Ignis autem eſt cortex ille, qui Colericos ad iram excitat atque ſuperbiam, & ſplendor ille circumambiens exponi poterit de illis Spiritibus, qui phantaſiam commovent, ut intellectum obfuſcent, quò objecta incorporea vel intelligere nequeat, vel nonniſi ſub qualitatibus ſenſualibus, quales ſunt, tempus, locus, & ſimiles.

§. 6. Vel etiam per Turbinem intelligi poſſunt Spiritus aëris infimi, craſſi, & obſcuri, terræ proximi, in quo procellæ & turbines prævalent, ita ut Spiritibus illis nulla ſit quies: unde etiam cauſa ſunt ſtultitiæ & amentiæ, & malorum ſimilium, pravitatisque voluntatis humanæ. Nubes autem magna denotare poteſt Spiritus aëris medii, qui naturæ ſunt humidæ & aqueæ, conformesque ad generationem: unde hominem inclinant ad voluptates & impudicitiam; prout id dici ſolet de Lilith improba. Ignis autem denotat Spiritus aëris ſummi, qui ad iram homines excitant ſimilesque affectus, quod de Samaële dici ſolet, qui Princeps eſt exercitûs hujus Corticum & Spirituum impuriorum. Per ſplendorem autem fortè intelligi poſſunt Spiritus ignei & ætherei, qui hominem inclinant ad viam virtutum.

DISSERTATIO II.

Cap. I.

De primo gradu Angelorum, qui vocantur Chaſchmalim.

§. 1.

ABſolutô Tractatu de Spiritibus externis impuris, quorum quatuor ſunt ſpecies, nempe tres noxiæ, quarum natura & ſtructura aliquando è medio tolletur, prout id repræſentat præputium, quod tribus etiam conſtat partibus; carne nempe, & duabus cuticulis: Item anni tres præputiatarum arborum. Una autem aliquando purificabitur, ſimilisque eſt retectioni, & annô quartô arborum, quô fructus ſancti ſunt: Jam etiam de Angelis ſanctis loquemur, & primum de iis, quos Propheta Ezechiel vidit in medio Corticis quarti, eosque appellat nomine Chaſchmal חשמל, quod Magiſtri noſtri ſic exponunt, quaſi per literam ח denotentur חיות animalia: per literam ש, אש: per literas מל, ממללות, i.e. loquentia; ita ut deſcribatur animal loquens ſeu anima quædam veſtita corpore igneô. Quamvis aliter vox חשמל explicetur, quaſi ſenſus ſit חש, i.e. tacens, & מל i.e. loquens: eò quod taceat, cùm Sche-

chin

china loquitur, à qua accipiunt necessaria, prout servus à Dominô: Cùm verò hæc tacet, loquantur & notificent & communicent inferioribus, quod audiverunt & acceperunt ab ea.

§. 2. Sciendum autem nomen חשמל præ se ferre numerum 378, juxta numerum Nominis אלהים plenè scripti per י hoc modo אלף· למד· הי· יוד· מם· quod efficit 300 cum nomine אדני, quod est 65, & vocula אחד, quæ refert 13: unde 378.

§. 3. R. Jizchak Lorja autem hunc numerum refert ad lucem Peniel, qui est Angelus præfectus Palatio, quod dicitur cœlum ipsum, ita ut nomen אל bis plenè scriptum & lumina Arich Anpin denotans, referat 370; cum duobus nominibus Tetragrammatis ad Antiquum Sanctum, qui est gradus primus Sephiræ primæ, relatis, quorum literæ sunt octo: unde numerus 378.

§. 4. R. Schimeon Jochaides autem dicit, in Sohar sect. Pekude: quod Cortices libenter vellent accipere 378 lumina חשמל ipsis proxima; quodque tantùm accipiant 370; octo autem illas literas non assequantur ob nimiam illarum excellentiam; unde tantùm maneant עש i. e. vermis. Quæ omnia ab Authore hujus latiùs diducuntur ex Tikkunim, & applicantur ad Jesod, & implicationem duorum nominum Tiphereticі & Malchutici: adductis porrò Textibus è R. Mosche Corduero & R. Joseph Ge-ketilah: qui tamen hanc naturam Angelicam paulò apertiùs describat, quod nempe sit animal constans igne acutissimô & tenuissimô, quod labiô selectissimô & linguâ aliâ loquatur tantâ velocitate atque celeritate, ut dum homo verbum unum loquitur, istud millies mille myriades myriadum proferat 1. Cor. 13, 1; & cujus motus tàm sit velox, ut unicô oculi ictu percurrere queat loca innumerabilia; appareatque innumerabilibus variationibus &c. Quæ omnia latiùs non explicat, quia sanctum non sit dandum canibus, nec margaritæ projiciendæ porcis. Matth. 7. v. 6. Et huc pertinent Apologi Talmudici de puero in Schola legente in Propheta de Chaschmal & propterea per miraculum combusto. Item de quatuor in Paradisum ingressis, quorum unus tantùm salvus redierit: ubi vox בשלום etiam habet numerum 378: quibus monemur ne indigni rem tantam aggredi audeant.

Cap. II.

De quatuor Animantibus sanctis, quod in se contineant omnes decem Choros Angelorum.

§. 1.

Sicut in nomine Tetragrammato continentur omnes decem Sephiroth, prout idem & plenè scriptum decem literas habet: Sic in quatuor Animalibus sanctis continentur omnes decem Chori Angelorum, prout declaratur Tikkun. 66. Ubi sermo est de 4 Spiritibus, quorum primus procedat à Corona summa, pergatque per Daath & Tiphereth & Jesod: alter procedat à Chochma, & pergat per Chesed ad Nezach: tertius

veniat à Binah per Gebhura ad Hod : & quartus referatur ad Malchuth. Finitq; quod sub istis sint Michaël, Gabriel, Nuriel & Raphaël, qui vestimenta sint quatuor Spirituum, & sese implicent in decem Choros Angelorum.

§. 2. Idem quoque reperitur in præfatione Tikkunim ; ubi traditur, quod in nomine duplicato Tetragrammati & Adonai contineantur omnia Nomina & cognomina Schechinæ, & decem Sephiroth : & Angeli ; ut sunt Animalia, Currus & Seraphim, & Ophanim, & omnes decem Chori Angelorum, qui contineantur in quatuor Animantibus dictis ; ministri sint decem Sephirarum. Et quod cùm DEUS descendit in mundum Jezirah Animalia dicant decem species Canticorum, ubi litera י denotet Kether: יה autem Chochmah & Binah : יהו Gedulah, Gebhurah, Tiphereth : יהוה Nezach, Hod, Jesod, Malchuth. Quâ ratione etiam quatuor Animalia repræsentent decem exercitus Angelicos, collata cum quatuor literis Tetragrammati, & gubernata à quatuor Principibus magnis, & primô locô in Regno sedentibus, qui sunt Michaël, Gabriel, Uriel vel Nuriel & Raphaël, qui vicini sunt & proximi Schechinæ, ut stent ad ministeria ejus, & quatuor literis Nominis Adonai, quod eidem dicatur. Et illi influxum præbent inferioribus, sive clementiæ, sive rigoris, sive misericordiæ.

§. 3. Sicut ergò quatuor illæ literæ referunt omnes decem Sephiras & quatuor mundos : sic quatuor animalia continent decem turmas Angelicas, qui sunt quatuor capita & quatuor pedes Throni. Et quatuor hæc Animalia correspondent quatuor sectionibus Phylacteriorum : sicut dicitur in Sohar sectione Veethchannan : quod nempe sectiones capitis referantur ad Chochmah, Binah, Gedulah, Gebhurah, sintque cerebra interiora, & Coronæ super Caput Tiphereth ; de quo dicitur, quod Sanctus ille, qui benedictus sit ! applicet phylacteria. Phylacteria autem brachii referuntur ad triadem infimam Tiphereticam ; quæ extra illuminent Matrem inferiorem, & intra eandem repleant atque vivificent.

§. 4. Thronus ergò superior, prout è Sohar apparet, sic explicatur, ut facies hominis sit Chochmah, quasi dicatur כח seu virtus nominis מ״ה i. e. Tetragrammati plenè scripti per Alephin, cujus numerus est אד״ם 45. Quò refertur dictum Prov. 30, 4: מ״ה 45 est nomen ejus. Facies aquilæ, cui tribuuntur sex alæ, quæ sunt sex extremitates structuræ mundi superni, refertur ad Binah : Facies Leonis, ad Chesed : & facies Bovis, ad Gebhurah.

§. 5. Et currus inferior, qui respectu illius vocatur secundus, sic explicatur : ut homo sit Tiphereth, de quo dicitur locô citatô : מ״ה 45 est nomen filii ejus. Leo est Nezach : Bos est Hod : & Aquila est Jesod.

§. 6. Quamvis alibi R. Schimeon dicat : quod Animalia Sancta in Aziluth sint Chesed, Gebhurah, Tiphereth, Malchuth : quod etiam in Talmud dicitur, nempe patres esse Mercavam.

§. 7. Idem dicit, quod Rotæ sint Nezach & Hod ; & Rota una sit Jesod, quæ in terra, i. e. Malchuth ; ita ut in Animalibus, Rotis, & Angelis in illis contentis repræsententur omnes decem Sephiræ : quæ extendantur è supernis, & illuminent mun-

dum

dum Jezirah. Sicut & alibi dicitur: quod à Binah cum duabus ſuperioribus dependeat mundus Briathicus: ſicut à ſex ſequentibus Jeziraticus; & à Malchuth, Aſiaticus.

§. 8. Et hinc intelligi poteſt, quod reſpectu ſeptem Sephirarum inferiorum collocentur Angeli illi, quorum locus eſt in mundo Jeziratico, ubi ſunt ſeptem Palatia ſancta, quæ extenduntur uſque in mundum Aſiaticum, ubi ſunt ſeptem habitacula, quæ vocantur cœli.

§. 9. Huc etiam pertinet, quod dicitur Tikkun. 69: Tres ſunt gradus, Seraphim, Animalia ſancta, & Rotæ. Seraphim ſunt duo brachia, dextrum & ſiniſtrum; Animalia ſunt corpus & fœdus, [cum quo ſemper connectitur Malchuth;] & Rotæ ſunt duo crura.

Cap. III.

Angeli dividuntur inter eos, qui ſub Sancto illo, qui benedictus ſit! & inter eos, qui ſub Schechinah; & inter eos, qui ſub regimine duorum Capitaneorum, Metatronis & Sandalphonis; & quomodo alii ab aliis influxum accipiant.

§. 1.

EX mente Cabbaliſtarum Angeli quidam referuntur ad Sanctum illum, qui benedictus ſit! qui eſt Seir-Anpin, quaſi dicatur Microproſopus: nempe gradus Tiphereth, quatenus complectitur ſex extremitates ſubindicatas per literam ו nominis Tetragrammati. Alii autem referuntur ad Regnum ſanctum, Uxorem τῶ Seir-Anpin; & ה ultimum Tetragrammati. Iidem porrò dicunt: quod Metatron ſit Princeps faciei, & Princeps mundi, caput exercitûs Angelici, qui aliàs etiam confertur cum Seir-Anpin, & ſex extremitatibus: Et ab eo & exercitu illius ſpiritus dantur hominibus. Sandalphon autem eſt caput & Princeps ſuper Ophanim, & locatur è regione Regni ſancti: eſtque radix animarum inferiorum in hominibus; quas Platonici appellant animas corporibus impreſſas, quæ extra hæc non reperiuntur, nec extra eadem operantur; quoniam & ipſæ naturâ ſuâ quaſi corporeæ ſint: Unde Spiritus & Mentes ab his diſtinguuntur, & per ſe ſubſiſtunt æternæque ſunt, quoniam ſunt incorporeæ.

§. 2. Et duo iſti Duces exercituum Metatron & Sandalphon ſunt duo Cherubim, qui ſuper arca fœderis DOMINI locati erant; alter mas & alter fœmina. Suntque quaſi calceamenta Schechinæ: primus ad inſtar tibialium tenuium, quæ carni aptantur; & ſecundus tanquam ſandalium craſſius, remotiorque & exterior. Et huc pertinet locus Cant. 7, 1. Suntque Chanoch & Elijahu, qui aſſumti ſunt ad DEUM in mundum Jezirah.

§. 3. Porrò adducit loca è Tikkunim & Corduero, quæ jam allegata ſunt Cabbal. denud. p. II. p. 113. cum locis aliis è Tikkun.

§. 4. Et quia mundus iſte corporeus inferior ſe habet inſtar fœminæ, quæ influxum accipit à maſculo: hinc Angeli, qui Ophanim dicuntur ſeu Rotæ, & Capitaneus eorum Sandalphon, influxum accipiunt à ſuperioribus, quæ ſunt Animalia & Capitaneus eorum Metatron. Quod enim in Propheta dicitur Jeſa. 6, 3. *Et clamant alter ad alterum*; id Jonathan in Paraphr. ſic transfert: Et accipiunt alter ab altero; i.e. inferior à ſuperiore. Et hoc eſt myſterium illud, quare Sacerdos magnus die expiationum manum ſuam dextram impoſuerit pedi ſuo dextro, & ſiniſtram ſiniſtro: ut indicaret, (prout explicat R. Moſche Corduero Tract. de die expiat.) per decem digitos manuum ſignificari Metatronem, & decem gradus exercituum ejus ex Angelis miniſtrantibus gradui Tiphereth, qui uniantur cum decem digitis pedum, per quos denotetur Sandalphon, & decem turmæ Angelorum, qui Ophanim dicuntur, & ſerviunt Regno ſancto: quorum illi ſint tanquam maſculi, qui influxum præbeant fœminis iſtis; aquas nempe Clementiæ & Miſericordiæ, quas hauriant è fonte ſuperno perenni.

§. 5. Quod etiam innuit R. Jizchak Lorjah, dum inquit: quod Malchuth, quando veſtitur tribus mundis inferioribus intra illos extendatur ſub figura lit. ה Tetragrammati, quæ dividatur in duas literas ד & ו: quibus denotentur duo Cherubim, maſculus & fœmina: Metatron nempe per ו, & Sandalphon per ד. Cumque conjungantur, contineant in ſeſe tres mundos hôc modo: ut capita eorum relinquantur in mundo Briah, ſintque illius anima; Corpora autem cum ſex extremis exiſtant in mundo Jezirah; & membra generationis extendantur in mundo Aſiah, ſintque illius Nepheſch. Ubi porrò adducitur textus è cap. IV, capitulorum R. Elieſer, ubi ad Orientem locat Hominem; ad Auſtrum Leonem; ad Boream Bovem; ad Occaſum Aquilam. In Sohar autem & ab omnibus Cabbaliſtis Michaël & facies Leonis ad Auſtrum & dextram, cum litera י & aqua; Gabriel & facies Bovis ad Boream & ſiniſtram, cum He primo & igne; Uriel & facies Aquilæ ad Orientem, & antrorſum cum ו & aëre; & Raphaël & facies hominis ad Occidentem, & retrorſum ponuntur cum He ultimo & terra: Quibus adjunguntur Metatron, tanquam ſummus Capitaneus; & Sandalphon, tanquam ſecundus ab eo, quingentis milliaribus, i.e. gradibus ſociis ſuis altior.

Cap. IV.

Hic diſtinguuntur Animalia à Rotis: diciturque, quod Animalia locum habeant in mundo Angelorum; Rotæ autem quaſi deſcendant in mundum Aſiah: nec non de Sandalphone & Metatrone Capitaneis Angelorum.

§. 1.

R. Mosche Corduero in libro Pardes inquit: quod Rotæ sint Angeli, qui moveant orbes cœlestes; quodque Sandalphon sit Dux & Capitaneus eorum. Quod ut rectiùs intelligatur, notandum, differentiam inter Animalia & Rotas in hoc consistere, quod Animalium locus sit in mundo Jezirah proximè ad Thronum Gloriæ seu mundum Briah: Rotæ autem immediatè præfectæ sint gubernationi mundi Asiah, ita ut quodammodo eidem involvantur & intermisceantur tanquam animæ inferiores junctæ orbibus & partibus eorum supremis. Vel ita, ut caterva una ex parte consistat in Jezirah, & exinde non separetur: ex parte autem involvatur mundo Asiah, ut vivificent & conservent eum. Vel etiam dici potest: quod Animalia & Rotæ sint unum & idem essentiâ & numerô, sed differant tantùm applicatione & operatione: quod verius videtur: Ita ut naturâ suâ omnes lócum habeant in Jezirah; unde deinde discedant ad inspectionem operum mundi Asiatici, ejusque gubernationem. Sensu primô ergò vocantur Animalia, quatenus in sua natura intima sunt intelligentes per se, & operantes ex arbitrio *suo*, nempe operationes animales, sublimiores motu primo à se, pro se & in se. Sensu secundô autem vocantur Rotæ, quatenus junguntur orbibus & globo mundano, ejusque partibus & membris sublimioribus, quas moveant circulariter, vel aliis motibus locisque.

§. 2. Et quia Rota est instrumentum idoneum ad operationes multas Angelicas & intellectuales; Daniel autem dicit: quod millies mille ministraverint ei, & myriades myriadum steterint coram eo: hinc sensu primô appellari possunt stantes; ut quorum scopus tantùm sit intueri Schechinam, in qua contemplentur & intelligant seipsos & reliquas creaturas. Sensu secundô autem dicantur ministrare, prout à Magistris nostris vocantur Angeli ministerii: quoniam quæcunque intellectu suò è supernis accipiunt & assequuntur, id revelent, & producant in auram mundi Asia.

§. 3. Unô verbô unum sunt essentiâ; & differunt operatione.

§. 4. Et fortè totus exercitus componitur ex masculis & fœminis; activis & passivis; illuminantibus & illuminatis; prout se habet Seir-Anpin & Uxor ejus; seu Sanctus ille, qui benedictus sit! & Schechinah.

§. 5. Suntque sub regimine Metatronis & Sandalphonis, sub illo nempe Animalia, & sub hoc Rotæ. Et sicut ex masculo & fœmina constat homo integer; sicut scriptum est: *masculum & fœminam creavit eos, & vocavit nomen eorum HOMO.* Sic ex decem Animalibus & decem Rotis, quæ sunt ad instar masculorum & fœminarum, non efficiuntur viginti; sed decem saltim catervæ perfectæ omnium Angelorum.

§. 6. Et huc pertinet, quod in Gemara dicitur Tractatu Chagigah cap. 2. Dixit R. Eleasar: Angelus quidam est in terra, & Caput ejus pertingit inter animalia usque; & Sandalphon est nomen ejus: estque major sociis suis quingentis annis: & sedet post currum, nectitque Coronas Domino suo. Ubi intelligitur Rota illa; non cœlestis vel sphæra quædam corporea, prout opinati sunt R. Mosche Maimonides, & R. Schem

Schem Tobh aliique: ſed Angelus, qui ſtat in terra, i.e. *præfectus eſt mundo Aſiah*; quamvis ſit de natura Jeziræ. Notanter enim dicitur; quod caput ejus pertingat non uſque ad animalia. Ubi intelligi poſſet: quamvis ipſe naturæ eſſet humilis & infimæ, quod tamen intellectu ſuo elevetur ſurſum, & aſſequatur ſublimia, prout accidit intellectui humano. Sed dicitur: quod inter Animalia uſque pertingat, i.e. quod ad inferiora animalium pertineat, quaſi unus de genere graduque illorum. Quodque pedes ejus ſtare dicuntur in terra hac: per id intelliguntur operationes ejus infimæ, quibus regit & gubernat mundum. Et quoniam iſte Sandalphon ſeu Rota eſt Pſyche ſeu forma corporis cœleſtis ſupremi & perfectiſſimi omnium corporum: hinc analogiam habet & ſimilitudinem cum animabus & formis cæterorum corporum: quamvis ob magnitudinem perfectionis & excellentiæ ſuæ elevetur ſuper omnia. Et fortè eſt quinta illa eſſentia juxta Ariſtotelem, quæ eſt corpus cœleſte, ſuperius materiâ terreſtri quinque gradibus. Quâ materiâ etiam ſubliiniores ſunt Spiritus aërei ſeu cortices: qui quamvis ſint impuri, tamen aliquantulum participant de Luce intellectuali, quâ omnia corporea naturâ ſuâ privata ſunt.

§. 7. Et quoniam ſuper decem iſtorum corticum catervas elevatæ ſunt decem animæ orbium cœleſtium: hinc numerus iſtorum ſic computandus eſt: Quinquies decem (i.e. quinque gradus uſque ad quintam eſſentiam cum decem catervis Spirituum aëreorum;) multiplicati ſunt quinquaginta: & quinquageſies decem (numerus nempe decem Intelligentiarum;) ſunt quingenta: qui eſt numerus graduum Angeli Sandalphonis, quibus ſublimior eſt formis corporeis, quæ quodammodo vocantur ſociæ ejus.

Aliam explicationem hujus numeri de quinque corporibus ſimplicibus & decem compoſitis ſeu mixtis; item decem orbibus, quibus ſublimior ſit Angelus Sandalphon ſeu Anima mundi; utpote cujus partes tàm ſimplices & primæ, quàm compoſitæ, & ſecundæ; ex quibus ipſa perficitur, dicuntur illa corpora: hôc locô omittimus.

§. 8. Quod autem Sandalphon iſte dicatur ſtare poſt currum: hoc ipsô denotatur, quod proximus ſit poſt mundum Briah, qui vocatur Thronus Gloriæ, i.e. mundi Aziluthici. Quod autem dicatur nectere coronas: Senſus eſt: quod animas intellectuales, intra quas locum habet Thronus, elevet ad ſublimiora; & in reliqua entia extendat dominium ſuum, eademque connectat & uniat.

Cap. V.

Ejusdem Argumenti.

§. 1.

Cum his concordant ea, quæ tradit R. Schimeon Jochaides in Libro Sohar in explic. Cantici Moſis ſect. Beſchallach, colum. 102. his verbis: quæ

quæ in gratiam Studioſorum ſtyli Sohariſtici ipſa hic præmittimus. א״ר אלעזר בשעתא
דעל משה בגו ענגא כמא דכתיב ויבא משה בתוך הענן כבר נש דהוה אזיל
באתר דרוחא איערע ביה חד מלאכא רברבא ותאנא קמואל שמיה׃ והוא ממנא
על תריסר אליפין ממנן שליחן׃ בעא להזדווג ביה במשה׃ פתח משה פומיה
בתריס׳ אתוון גליפן דשמא קדישא דאוליף ליה קב״ה בסנה ואתרחק מיניה תריסר
אלפין פרסין׃ והוה משה אזיל בעננא ועינוי מלהטין כגומרין דאפא עד דאיערע
ביה חד מלאכת רברבא ויקירא מן קדמאה ותאנא הדרניאל שמיה והוא עילאה
על שאר מלאכין אלף ושתין רבוא פרסין וקליה אזיל במאתן אלף רקיען
דמסתחרן באשא היורא כיון דחמא ליה משה לא יכיל למללא׃ בעא למשדי
גרמי מגו עננא׃ איור לו הק״ב״ה משה את הוא דאסגית מילין עמי בסנה דבעית
למנדע רזא דשמא קדישא ולא דחלת והשתא חת דחיל מחד חשמשוי כיון דשמע
משה קליה דק״ב״ה את תקף׃ פתח פומיה בע״ב אתוון דשמא עילאה כיון דשמע
הדרניאל אתוון דשמא קדיש׳ מפומי דמשה אזדעזע קריב לגביה א״ל זכאה חולקך
משה דאתגלי לך מה דלא אתגלי למלאכי עילאי והוה אזיל עמיה עד דמטו
לאשא תקיב׳ דמד מלאכא רי שמיה סנדלפון׃ ותאנא סנדלפין עילאה הוא קדישא
על כל שאר חברוי חמש מאה שנין והוא קאים בתר פרגודא דמריה וקשר ליה
כתרין מבעותיהון דישראל ובשעתא׃ דמטי האי כתר לרישיה דמלכא קדישא הוא
מקבל צלותי הון דשיראל וכלהו היילין ואכלושין מזדעזעין ונהמין ואמרין בריך יקרא
דה׳ מאתר בית שכינתיה׃ א״ל הדרניאל למשה לית אנא יכיל למהך עמך
דלא יוקיד לי אשא תקיפא דסנדלפון וכו׳ Cùm Moſes intraret intra nubem, occurrebat ipſi Angelus quidam magnus, cujus nomen Kemuel; qui præfectus eſt duodecim millibus præfectorum emiſſariorum: volebatque jungi cum Moſcheh. Moſes autem aperiebat os ſuum duodecim literis exaratis Nominis ſancti, quas ipſum docuerat DEUS in rubo: & amovebatur ab eo duodecim mille milliaribus. Moſes autem intrabat intra nubem, & oculi ejus fulgebant ut carbones igniti: donec ipſi occurreret Angelus quidam major & præſtantior priore, cui nomen Hadarniel: & hic ſuperior eſt reliquis Angelis mille & ſexaginta myriadibus milliarium: Et vox ejus pervadit ducenta millia cœlorum, qui circundati ſunt igne albô. Cùm hunc videret Moſes, loqui non poterat: cumque vellet excurrere extra nubem, ſic illum alloquebatur DEUS: Moſcheh, tunc es ille, qui tam multa mecum locutus es in rubo, cùm ſcire velles myſterium Nominis ſancti, & non timebas: jam autem times unum de miniſtris meis. Auditâ voce DEI, Moſes confortabatur, aperiebatque os ſuum 72 literis Nominis ſuperni. Cum Hadarniel audiret literas ſanctas ex ore Moſis, commotus eſt, accedensque ad eum dixit: O beatam portionem tuam Moſcheh! quia manifeſtatum tibi eſt, quod non manifeſtum eſt Angelis ſupremis. Ibatq; cum ipſo, donec venirent ad ignem ingentem Angeli cujusdam, cui nomen Sandalphon: de quo traditum eſt, quod ſuperior ſit reliquis ſociis ſuis itinere quingentorum annorũ, ſtetq; poſt velum Domini ſui & nectat coronas de precibus Iſraëlitarũ. Et cùm talis Corona pervenit ad caput Regis Sancti, iſte ſuſcipit preces Iſraëlitarum. Et omnes turmæ & catervæ commoventur & fremunt,

 di-

dicuntque: Benedicta sit Gloria DOMINI de loco domûs Schechinæ. Dixit autem Hadarniel ad Mosen: Mose ego non possum tecum ire, ne fortè me comburat ignis magnus Sandalphonis, &c.

§. 2. Hæc saltem adducimus, ut inde appareat, quanta sit excellentia Sandalphonis. Quamvis enim sit Rota illa, prout dictum, tamen appellatur Angelus, & multis Angelis prior, imò proximus velo sive Throno Gloriæ, qui connectit mundum Aziluth cum mundo Jezirah.

§. 3. Hoc autem velum sic interpretatur R. Moscheh Corduero, dum inquit: quod in Palatio septimo nempe summo, quod voçatur Sanctum Sanctorum, nulla sit forma, nec aliquid, quod comprehendi queat, sed omnia ibi sint occulta: quodque proximum sit mundo Aziluth. In medio autem hujus palatii aulæum quasi aliquod expandi, ut fiat distinctio inter Sanctum & inter Sanctum Sanctorum: in medio autem hujus aulæi locat duos Cherubim, qui sint Metatron & Sandalphon, ibique adducit locum istum è Sohar, addendo: quod Sandalphon consistat in Palatio Sancti Sanctorum, in aulæo dicto, quod aliis quoque textibus probat.

§. 4. In intimo autem hujus Palatii sedes est Thronusque Gloriæ Divinæ, & sciendum, quod in Palatio sexto, quod est sub isto modo dicto, R. Schimeon Jochaides locet quatuor Principes Michaëlem, Gabrielem, Urielem, & Raphaëlem. Indicetque, quamvis isti sint Animalia sancta, quod tamen inferiores sint Sandalphone, qui est Rota: quodque Animalia & Rotæ unius sint gradus, & essentiâ sint unum & idem, quamvis differant conceptibus & operationibus.

§. 5. Huc pertinere videtur locus è Sohar sect. Breschith col. 99. ad Genes. 1, 16. Verba sunt hæc: והחיות רצוא ושוב ולא יכלא עינא למשלט בהו בגין דאינון רצוא ושוב חיות דאתגלין אינון דההוא אופן קאים בגווייהו׳ ומאן איהו דא מטטרון דאיהו רב ויקיר משאר חלין ועלאה חמש מאה שנין וכו׳ Et Animalia currebant & revertebantur, ut oculus illa non posset capere. Nam cùm ista currunt & revertuntur, animalia nempe, quæ manifestantur: illa, quæ ad Rotam pertinent, stant intra hæc. Quis est iste? Est Metatron, qui major est & excellentior reliquis exercitibus quingentis milliaribus, &c. Et paulò pòst: חיות דאתגליין אנון לתתא תחות אלין עלאין דמטטרון ואתנהרין מנייהו ונטלין בגינייהו חיות עלאין וכו׳ Animalia, quæ manifestantur, sunt infra illa superna Metatronis, & lucent ab illis, & per illa accipiunt vitam supernam &c.

Unde patet, quod Metatron sit Animal, & Caput omnium Animalium & Angelorum, imò & Seraphinorum. Hæc autem omnia etiam tribuuntur Sandalphoni, quoniam & hujus dignitas statuitur supra Animalia & Seraphim tanquam Rota: & ipse cum Metatrone statuitur proximus Throno Gloriæ; imò eidem quoque eandem planè proportionem tribuit supra reliquos Angelos cum Metatrone, qui est Caput omnium.

§. 6.

§. 6. His addimus & hoc, quod Metatron referatur ad Jeſod, quæ eſt Sephira nona, & vocatur Rota illa una in terra: prout teſtatur nomen שדי quod refertur ad Jeſod, refertque numerô ſuô 314: qui etiam eſt numerus vocis מטטרון & vocis, גלגל, ſi plenè ſcribatur.

§. 7. Hinc ego colligerem, quod Metatron ſit Pſyche prima & univerſalis ſubſiſtens per ſe; Sandalphon autem Vita, quæ eſt in corpore primo, nempe cœlo illo, quod vocatur Araboth; alias etiam empyreum vel primum mobile, Orbis diurnus. Vel etiam ambo ſimul ſumti vocari poſſent cor & cerebrum mundi, per quæ influxus fit in reliqua corpora, quæ reguntur virtute ſuperiorum, & in ſpecie virtute gradûs Tiphereth & ſex Sephirarum ſtructuræ: Sicut Sandalphon vitam & influxum præbet virtute Malchuth; eſtque fœmina in imagine atque forma iſtius, ſicut Metatron maſculus ad ſimilitudinem Tiphereth.

§. 8. Unô verbô: Hic, nempe Metatron, eſt Princeps Mundi Jezirah, & hæc, nempe Sandalphon, eſt Domina præfecta mundo Aſiah. Ille tanquam Intelligentia incorporea ſubſiſtit per ſe: hæc autem tanquam Phantaſia & ſenſus, unitur cum corpore. Ille tanquam Intellectus & motor abstractus & ſeparatus: hæc autem tanquam Pſyche & motor compoſitus: Ille tanquã motionis finis; & hæc tanquam ejusdem executio. Et ex his intelligitur, quid ſibi velint Talmudiſtæ, dum Metatronem vocant Principem facierum, & principem mundi: nempe quod juxta nomen primum faciem convertat ad ſuperiora, de quorum natura eſt; & ad inferiora, quorum quodammodo cauſa eſt, ita ut utraque duplici quaſi facie ſimul intueatur. Et quod juxta nomen ſecundum involutus ſit, & operetur in mundo corporeo, eumque formet & diſponat ad modum intellectualium: eſtque cauſa motûs cœlorum, & conſervator elementorum & ſpecierum elementalium, generationisque & corruptionis, & alterationis individuorum, ex quibus conſtant. Unde dicendum eſt, quod Metatron & Sandalphon ſint ſubſtantia & ſubjectum unum, cui competat nomen primum, quatenus conſideratur in ſe; & ſecundum, quatenus involvitur in mundum Aſiah, qui ab ipſo formatur & regitur.

Cap. VI.

De decem Turmis Angelorum.

§. 1.

ANimalia ſancta deſignantur Nomine Tetragrammatô: Rotæ autem ex adverſo nomine אדני. Et ex utrisque componitur nomen octo literarum יאהדונהי. Quibus denotantur decem Sephiræ manifeſtæ & extenſæ à ſummo deorſum deſcendendo: unde initium eſt à י: Et eædem Sephiroth inverſô ordine ab imo ſurſum, unde quoque finis eſt in י: Et hoc eôdem modô apparet in Animalibus, ubi Sephiræ dictæ lumine directo repræſentantur, quaſi influxuræ in inferiora; & in Rotis, ubi decem Sephiræ lumine reflexô proponuntur, & inverſæ tanquam accepturæ aliquid à ſuperioribus.

§. 2. Sicut autem ob conceptum decem Sephirarum, quatenus vel prodeunt è ſcaturigine ſua & deſcendunt, vel reflectuntur & aſcendunt, non tamen evadunt viginti: Sic decem Turmæ Animalium contentæ ſub quatuor faciebus; & decem cohortes Rotarum ſub quatuor Rotis comprehenſæ, non efficiunt numerum viginti Turmarum Angelicarum; ſed decem ſaltem manent; ſive conſiſtant in loco ſuperno mundoque Jezirah, & extendantur in mundum Aſiah: ſive abhinc convertantur, redeantque ad originem & ſummitatem ſuam. Et ſicut duo Nomina Tetragrammaton & Domini cum octo literis efficiunt denarium plenum; ſic duæ claſſes ſanctæ cum octo catervis Animalium & Rotarum, quæ in illis comprehenduntur, conſtituunt decem Choros Angelicos. Et ſicut ſuper vehiculum ſummum, quod conſtituitur ex Chochmâ, Binâ, Jedulâ, Gebhurâh, conſiſtit Kether: ita ſub vehiculo infimo, quod eſt Tiphereth, Nezach, Hod, Jeſod, locum habet Malchuth: quæ omnia ſunt decem: Sic ſupra quatuor Animalia adhuc unum ſtatuitur, quod fortaſſis eſt Metatron vel Firmamentum imminens capitibus ipſorum, quòd illa in ſe continet, illisque ſublimius eſt. Et ſub quatuor Rotis adhuc natura quædam quinta eſt, nempe Rota una, quæ in terra: ita ut in Animalibus & Rotis inveniamus denarium perfectum Chororum Angelicorum in mundo Jezirah contentorum.

§. 3. Et quoniam in ſingulis quatuor mundis itidem quatuor ſimiles continentur gradus: ita in mundo Jezirah primo occurrit mundus ſupremus, & quaſi Aziluthicus, qui reſpondet literæ י Tetragrammati, denotatque Angelos ſupremos, qui forte ſunt Cherubini, Metatron, & Sandalphon, primum habentes locum inter Angelos. Deinde occurrit gradus ſecundus analogus Throno Gloriæ & He primo Tetragrammati, ibique locum habent Seraphim, quorum meminit Jeſchajah Propheta. In gradu tertio, qui analogicus eſt eidem ſyſtemati ipſi & literæ Vav comprehenduntur Animalia ſancta: ſicut in quarto, qui ipſi eſt Aſiaticus, & correſpondet He ultimo, continentur Rotæ. Quamvis revera omnes hi quatuor mundi ſyſtema ſaltem ſint unum, nempe Jeziraticum.

§. 4. Hinc intelligi poteſt, quomodo Paradiſus in Scriptura dicatur eſſe in terra, cùm tamen in libro Sohar ſæpiùs dicatur, quod ſit in Jezirâ; prout & explicat R. Moſche Corduero, cùm agit de Palatiis ſanctis: nimirum quod vel referendus ſit ad Aſiam mundi Jeziratici; vel ad Jeziram mundi Aſiatici, quod rectius eſt: ita ut hortus Eden inferior, qui in terra eſt, referendus ſit ad illam partem mundi Aſiah, qui correſpondet Syſtemati Jeziratico.

§. 5. Vel etiam ſic dici poteſt: quod Mundus Jezirah vel reſpectum habeat ad id, quod eſt ſupra illum; & illuc referuntur Seraphim: vel ad id, quod eſt intra illum, quò pertinent Animalia: vel ad id, quod eſt infra illum, & illuc pertinent Rotæ: quamvis omnes tres hi gradus ſint Mundus unus, & operationibus ſaltim differant. Quod etiam indigitare videtur R. Schimeon Jochaides in Tikkunim Soharis novi.

§. 6. Jamque de ordine decem Chororum Angelicorum dicendum nobis eſt: circa quem non parva inter Autores occurrit diſcrepantia. Nam R. Moſcheh bar Maimon

mon ſic eos collocat, ut primò ſint חיות, Animalia; ſecundò אופנים Rotæ: tertiò אראלים, Arelim: quartò חשמלים Chaſchmalim: quintò שרפים Seraphim: ſextò: מלאכים Angeli: ſeptimo אלהים Dii: octavò: בני אלהם filii Dei: nonò כרובים Cherubim: decimò; אישים Viri.

§. 7. R. Jiſchmaël in Pirke Hechaloth inquit: decem eſſe turmas Angelorum, qui dependeant, à decem gradibus ſuperioribus, quarum nomina ſint: primò, כרובים Cherubim: ſecundo חשמלים Chaſchmalim: tertio; חיות animalia: quartò, אראלים Arelim: quintò, שרפים Seraphim: ſextò; תרשישים Tarſchiſchim: ſeptimò & octavò אופנים rotæ: nonò; אשים viri: decimò; טפסרים Taphſarim, Vice-principes.

Quod ipſum etiam ſtatuit Liber Pliah; ubi dicitur, quod Cherubim pertineant ad Coronam: Chaſchmalim ad Sapientiam: Animalia ad Intelligentiam: Arelim, ad Benignitatem: Seraphim ad Severitatem: Tarſchiſchim ad Pulchritudinem: Rotæ ad duas gradus, Victoriam & gloriam: Vir iad Fundamentum; & Taphſarim ad Regnum.

§. 8. Sic etiam allophylus quidam, qui ad hoc ſtudium ſeſe applicuit, gradus illos enumerat ordinè ſequenti: ut primò ſint Cherubim: ſecundo, Seraphim: tertio, Chaſchmalim: quarto Arelim: quinto Tarſchiſchim: ſexto, Taphſarim, ſeptimò; Viri, &c.

§. 9. In Sohar autem Sectione Jethro, ſic habetur: Angeli, qui ſunt quatuor; Michaël, Gabriel; Nuriel, Raphaël; dividuntur in decem cohortes, quæ ſunt: 1. Arelim. 2. Seraphim: 3. Chaſchmalim. 4. Schinanim. 5. Tarſchiſchim; 6. Ophanim. 7. Elohim. 8. Iſchim. 9. Chajoth ſeu Animalia. 10. Et Bene Elohim. Sed extra dubium eſt, illos hoc loco non recitari ſecundum ordinem.

§. 10. Et in Tikkunim ſive ſupplementis ponuntur: Malachim ſivè Angeli: Arelim: Chajoth, ſive Animantia: Ophanim, ſive rotæ; Chaſchmalim: Elohim, ſive dii; Bene Elohim; filii Dei: & Iſchim ſeu Viri.

§. 11. Veritati autem quam maximè eſt conſentaneum; quod Seraphim pertineant ad Intelligentiam: Chajoth ſive Animalia, ad pulchritudinem; vel ad ſex Numerationes ſtructuræ; & Ophanim ſeu Rotæ ad Regnum. Cæterorum autem chororum applicatio dubia eſt. Videtur tamen Cherubim referendos ad Coronam; vel ſi hæc ob nimiam ſublimitatem non referatur inter numerum Numerationum, ejusque locum ſuppleat Daath, ſive Cognitio: tunc Cherubim referendi erunt ad Sapientiam, ceu primam. Accedit, quod etiam R. Schimeon Ben Jochai Cherubim dicit eſſe Metatronem & Sandalphonem, principes ſeu Duces exercituum Angelicorum, unde neceſſariò extollendi erunt ſuper cæteros; & in ſpecie ſuper Seraphim, qui pertinent ad Intelligentiam, quæ proximè adjacet Sapientiæ, prout hæc Coronæ.

Cap. VII.

De duobus Textibus, Talmudis ſcilicet & Libri Sohar, in quibus Cœli ab invicem diſtare dicuntur, itinere quingentorum annorum.

§. 1. IN Tractatu Chagigah capite 2. dicunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ! A terra usque ad Cœlum, eſſe iter quingentorum annorum: & talem diſtantiam quoque reperiri inter ſingulos cœlos. Supra hos (ſunt verba:) exiſtunt animalia ſancta: pedes Animalium exæquant omnia hæc: tali Animalium exæquant omnia iſta: crura Animalium exæquant omnia hæc iterum: femora Animalium, iterum exæquant omnia inferiora: Corpora Animalium rurſus æqualia ſunt omnibus ſe inferioribus: Colla Animalium æqualia ſunt omnibus: Capita Animalium exæquant omnia: Cornua Animalium iterum exæquant omnia. Supra hæc eſt Thronus gloriæ: Pedes autem Throni gloriæ exæquant omnia: Ipſe Thronus gloriæ exæquat omnia, Rex autem Deus vivus & permanens, excelſus & elevatus habitat ſuper iſta, &c.

§. 2. Et in Sohar Sectione Beſchallach ſic legimus: הא תנינן שבעה רקיעין עבד קב״ה ובכל רקיע ורקיע כוכבין קבועין ורהטין בכל רקיע ורקיע ולעילא מכלהו ערבות וכל רקיע ורקיע בהלוכו מאתן שנין ורומיה ת״ק שנין ובין רקיע ורקיע ת״ק שנין והאי ערבות הלוכו באורכיה אלף וחמש מאה שנין ופותיה אלף ות״ק שנין ומזיווא דיליה נהרין כל אינון רקיעין· והא תנינן למעלה מערבות רקיע פרסות דחיות קדישין ורומהון ככלהו לעילא פרקן קרסולין דחיות ככלהו· וגופא דחיות ככלהו· גדפיהו ככלהו· ראשי החיות ככלהו· וצואריהו ככלהו· מאי ככלהו· כקבלי כלהו· וכל שיפא ושיפא דבחיות לקבל שבעה תהומין ולקבל שבעה היכלין ולקבל מארעא לרקיע ולקבל מרקיע לארעא· ושעורא דכלהו ורומהון עשרים וחמשה אלפין חולקין משיעורא דקב״ה כמה דאוקימנא· Traditio ita habet: Septem cœlos fecit Deus ſanctiſſimus, qui benedictus ſit: & in ſingulis cœlis ſunt ſtellæ fixæ & errantes: Et ſupra omnes eſt cœlum ערבות ſeu latiſſimum. Et quodlibet cœlum in curſu ſuo habet ducentos annos; & altitudo ejus eſt quingentorum annorum. Et inter ſingulos cœlos quingenti anni intercedunt. Cœlum ערבות ſeu latiſſimum autem in longitudine habet mille & quingentos annos; & in latitudine mille & quingentos annos; & à ſplendore ejus omnes illi cœli fulgent. Porrò ſic traditum eſt. Supra Cœlum Araboth eſt firmamentum ungularum Animantium Sanctorum, quarum altitudo æqualis eſt omnibus dictis. Supra has tali Animalium, ad inſtar omnium. Et corpus animalium ad inſtar omnium. Alæ eorum ad inſtar omnium. Capita Animalium ad inſtar omnium. Colla eorum ad inſtar omnium. Quid hoc eſt, ad inſtar omnium? æquale eſſe omnibus. Et quælibet membra Animalium æqualia ſunt ſeptem Abyſſis, & ſeptem palatiis, & ſpatio quod à terra usque ad cœlum intercedit; quodque è cœlo in terram. Et propor-

roportio omnium atque altitudo ſunt viginti quinque mille partes proportionis Dei
ianctiſſimi, qui benedictus ſit: prout conſtituimus.

§. 3. Hic ſciendum, quod in quolibet trium mundorum, Creativo ſcilicet, for-
nativo, & factivo ſeptem ſint palatia Sancta, prout ſæpius traditur in Sohar, Sectione
3reſchith; Trumah; & Pekude. Prout etiam in claſſe infima ſunt ſeptem habitacu-
ula impuritatis, in quibus habitant Spiritus immundi, & animæ damnatæ. Omiſſo au-
em mundo creativo, qui dicitur Thronus gloriæ; & hoc infimo impuro; jam dici-
nus, non eſſe dubium, quin, ſicut inveniuntur angeli in mundo formativo, ipſis pro-
rio; tales etiam inveniantur in mundo factivo & materiali: quare in utroque erunt
eptem gradus diverſi. Ordines autem Angelici in Sohar interdum dicuntur היכלות
'alatia, Interdum מדורין habitacula vel manſiones. Et in Tikkunim in hunc ſen-
um ſic dicitur: שבעה ימים הם וים אחד על כולם כד״א כי שפע ימים
ינקו· מהיכן ינקו שבעה משבעה שהם מתקות וכן הרקיעים הם שבעה
וצל כלם א׳ מכוסה ונסתר· וכן יש שבעה כסאות שבעה ושבעה
שבעה היכלות המישלים שבעה בשבעה Septem ſunt Maria; & Mare unum ſuper
omnia cætera: ſicut dicitur Deut. 33. v. 19. *quia affluentiam Maria ſugent.* Unde ſugent?
ieptem è ſeptem; quæ ſunt epiſtomia. Et ſic cœli ſunt ſeptem, & ſuper cæteros unum
contectum & abſconditum. Et ſic ſunt ſeptem throni: ſeptem & ſeptem. Septem
palatia dominatorum; ſeptem in ſeptem. Hæc ita exponit R. Moſcheh Kor-
luero: quod Numerationes vocentur maria: ſuntque ſeptem ſub Intelligentia;
pſa autem cum duabus reliquis ſuperioribus omittitur, quia cæteris ſcaturiginis loco
unt, unde hæ influxum habent. Ipſa autem quoque vocatur Mare, quia κατ' ἐξοχὴν,
aſdem comprehendit, atque è ſeſe emittit. Textum autem Scripturæ ſic explicat; quod
Maria iſta accipiant influxum; nimirum è ſeptem maribus aliis, quæ continentur in In-
elligentia. Ita ut ſeptem iſtæ Numerationes Formativæ accipiant influentiam à ſeptem
liis cauſalibus, radiantibus in Intelligentia ſecundum excellentiam. Iſta autem maria
tiam vocat Cœlos, quatenus influxum accipiunt à Pulchritudine: item Terras, quate-
us à Regno influentiam accipiunt. Et perpetuo heptades ſunt intra heptades. Et ſic
tiam Throni, ſeu gradus mundi creativi ſeptem ſunt intra ſeptem: nec minus gradus
ormativi ſeptem ſunt intra ſeptem: quoniam ſeptem ſuperiores ſunt quaſi lumina & ani-
næ reſpectu inferiorum, quæ quaſi corpora quædam cryſtallina ſunt, & ab illis vim &
otentiam operandi accipiunt. Et ſic etiam in Mundo factivo ſeptem ſunt intra ſeptem;
rout dicit, quod ſint dominatores, alios gubernantes.

§. 4. Jam igitur ſcias, quod è palatio primo ab imis aſcendendo, quod vocatur לבנת
הספ Albedo cryſtallina, quod illuminatur à fundamento unà cum Baſilia, influxum ac-
piat Saturnus cum aſſeclis, qui eſt è Planetis ſeptimus & ſummus. Et è palatio ſecun-
o, quod vocatur עצם השמים Ipſum Cœlum & eſt habitaculum Hod ſive Gloriæ, in-
uxum accipit Jupiter & exercitus ejus. E tertio autem, quod vocatur היכל נגה Pala-
um ſplendoris ſive Serenitatis in quo domum ſuam habet Victoria, influxum accipit
Mars

Mars & omnes cohortes ejus, & ſic planetæ cæteri, influxum hauriunt è reliquis Palatiis mundi Angelici; quamvis mediantibus gradibus aliis, ex illis palatiis emiſſis & ad planetas usque pertingentibus. Et ſic facilè intelligi poſſunt ſeptem cœli mundi corporei, de quibus in textu Talmudico ſupra allegato ſermo eſt; ſicut & in textu Sohariſ: quod illi nimirum ſint ſeptem gradus ſive ordines Spirituum Angelicorum, in quibus influendo ineſt ipſa extenſio divinitatis à principio infiniti huc exporrecta.

§. 5. Supra ſeptem hos ordines autem eſt manſio Animalium ſanctorum. Nam quia hæc pertinent ad mundum Angelicum, hinc in eo quoque ſemper manent, nec evagantur ut alii gradus, qui dicuntur rotæ, extenſæ in cœlos & reliqua corpora: cum quibus uniuntur, ut illa vivificent & gubernent. Vel etiam per illos cœlos intelliguntur ſunt ſeptem palatia Paradiſi inferioris: ita ut cœlum ערבות ſit palatium ſummum & ſeptimum, correſpondens tribus numerationibus ſuperioribus: Coronæ, Sapientiæ & Intelligentiæ; & in ſpecie huic poſtremæ.

§. 6. Jam è Scriptis R. Jizchak Lorjenſis Germani ſciendum, quod nomen אהיה referatur ad Intelligentiam, quæ indigitatur pro ה primum Tetragrammati, cujus numerus eſt quinarius. Jam ex verbis illis Salomonis Prov. 3. v. 19. *Dominus in Sapientia fundavit terram: ſtabilivit cœlos in Intelligentia: in cognitione ejus abyſſi rupti ſunt;* porrò patet, quod Intelligentia referatur ad cœlos: atque hinc apparebit, quare cœlo uni tribuatur iter quingentorum annorum. Nomen enim אהיה plenè ſcriptum retrogradando hoc modo. אלף· אלף הי· אלף הי יוד· אלף הי יוד הי efficit Summam 544. & ſublatis radicalibus א· אה· אהי· אהיה, quarum numerus eſt 44. remanent 500; quæ eſt extenſio Intelligentiæ אהיה extra ſe in cœlum à ſeſe ſtabilitum. Quia dicetur: Intelligentiam in plenitudine Nominis ſui abſque radice propria hunc efficere numerum.

§. 7. Eodem modo ad Intelligentiam refertur nomen שדי, quod ſi plenè ſcribatur hoc modo: שין· דלת· יוד, ſublatis radicalibus ſimiliter efficit numerum 500.

§. 8. Tertio Nomen מקום Locus, eſt 186: & oritur è Tetragrammati literis in ſe ductis hoc modo. י i. e. decem decies efficiunt 100. ה i. e. quinque quinquies efficiunt 25. ו i. e. ſex ſexies efficiunt 36. ה i. e. quinque quinquies efficiunt 25. qui numeri ſimul ſumti ſunt 186. Utrumque autem hoc nomen refertur ad pulchritudinem, quæ vocatur cœlum; Cui ſi addatur nomen שדי, 314. quatenus refertur ad fundamentum, quod etiam fundamentum dicitur, efficitur numerus 500.

§. 9. Quartò; Intelligentia eſt ה Tetragrammati primum, i. e. 5; Eademque habitare dicitur in Creatione: Si jam exinde pergat in formationis decadem, turmarum ſcilicet angelicarum, efficiet 50. Et ſi deſcendat in Fabricationem, efficiet 500. multiplicata ſcilicet per decem ſphæras. Rationes plures hic omittimus.

Cap. VIII.

De cæteris numeris allegatorum textuum.

§. 1.

...eritur autem & porrò quid sibi velint ducenti illi anni, qui cœlis tribuuntur in ...tu Sohariſtico? Ubi ſciendum, quod cœli illi ſive palatia quidem virtute Intelli...ſeu ה primi in actum deducta ſint; ſed immediatè à Baſilia ſanctiſſima, quæ ...ltimum Tetragrammati, & mater inferior, cauſa nimirum proxima trium mun... Hæc autem vocatur ducenta, propter literam ר i. e. 200. quia eſt ראשית ſive ...m & Sapientia inferior.

§. 2.

...duo numeri autem anni dicuntur: quia ſex Numerationes ſtructuræ vocantur ...a dicitur; ſex diebus Deus mundum creavit & quievit ſeptimo. Ad regnum igi...et nomen Sabbathi: item nomen menſium, quia illud dicitur Luna; & neome...d ad matrem ſupernam refertur nomen annorum: quia ipſa eſt mater & cauſa ...dinis, quæ vocatur Sol ſpiritualis, qui eſt menſura anni per duodecim varia...etragrammati ſui; ceu per 12. menſes. Et quia ab illa excitantur judicia; hinc ...oque proveniunt 365. præcepta prohibitiva; qui eſt numerus dierum anni ſo...lem etiam dicitur שָׁנָה annus, id eſt 355. quia ad ipſam pertinet nomen אלהים ...ptum hoc modo אָלֶף · לָמֶד · הֵי · יוֹד · מֵם quod efficit 300. Et 50. portæ in...æ: & quinarius He Tetragrammatici; unde 355. Si verò aſſumatur vox שָׁנִים ...e literæ primæ jam ſunt expoſitæ: & duæ ultimæ conſtituunt vocem מִי; quis? ...i refertur ad Intelligentiam.

§. 3.

...merus autem 1500. qui tribuitur cœlo ſummo, ערבות ſeu latiſſimo, provenit ...ammati literis. Si una per alteram multiplicetur hoc modo: י i. e. 10. quin...per ה, efficit 50: 50 per ו i. e. 6. efficit 300: 300 per ה i. e. 5. efficit 1500. Vel ...ummum referatur ad duas primas literas Tetragrammati, יה, quæ efficiunt 15; ...t, quomodo deſcendendo per decades mundorum inferiorū, efficiuntur 1500.

§. 4.

...t autem cæli hi ſtellis pleni ſunt, ita & pleni ſunt animabus, intelligentiis, & an...diſſimis: nec non Planetis, per quos intelliguntur principatus, præfecti & do...es, angeliq; ministratorii, qui variis officiis præſunt. Animalia autem his ſuperiora ſunt, tam ratione naturæ, quam ratione loci; quorum membra in ...narrantur novem, juxta numerationes mundi formativi Corona demta, quam ...ribus habent: in libro Sohar autem ſeptem, reſpectu palatiorum paradiſi. Nu...rem ultimus viginti quinq; millium; originem habet ex ה ultimo, Gloriæ divi-

næ quæ influxum dat animalibus illis, multiplicato per numerum quinque personarum, mundi Emanationis; unde oriuntur 25: & facta multiplicatione per decades Numerationum, tandem 25000; quæ sunt lumina influentiæ supernæ.

Cap. IX.

De Cœlis, adhuc alia quædam: quomodo dicantur esse duo, & quomodo dicantur esse septem.

§. 1.

IN Tractatu Chagigah, cap. 2. dicitur: juxta mentem R. Ichadah, duo esse firmamenta, quia Deo ter optimo tribuantur Cœli, & cœli cœlorum. Sed Resch Lakisch inquit; septem sunt, & vocantur 1. וילון. 2. רקיע. 3. שחקים. 4. זבול 5. מעון 6. מכון. 7. ערבות. Primum, quod dicitur Velum sive Cortina nullum omnino præstat ministerium, sed mane intrat, & vesperi exit, & quotidie renovat opus creationis juxta illud Jes. 40. v. 22. *extendens velut telam Cœlos & expandit eos, sicut tentorium ad habitandum.* In secundo quod dicitur רקיע firmamentum, sunt Sol & Luna, stellæ & planetæ, sicut dicitur: Gen. 1. v. 17. *Et posuit eas Deus in expansione cœli,* &c. In tertio quod dicitur שחקים seu locus comminutionis, molæ sunt, ibique molunt manna pro Justis, sicut scriptum est Psal. 78. v. 23. *Et mandavit* שחקים *ætheribus desuper, & januas cœlorum aperuit, & pluit super eos Man an comedendum.* In quarto, quod dicitur זבול Habitaculum, est Jeruschalem & Domus Sanctuarii, & altare: & Michaël princeps magnus adstat & sacrificium in eo offert, sicut scriptum est 1. Reg. 8. v. 13. *ædificando ædificavi domum habitaculi tibi, locum paratum ut habites ibi in secula.* Unde autem scimus, quod sic vocetur cœlum? quia Scriptum est. Jes. 63. v. 15. *aspice è cœlis, & vide* מזבול *de habitaculo Sanctitatis tuæ & pulchritudinis tuæ.* In quinto quod dicitur מעון Habitaculum, sunt chori Angelorum ministrantium, qui cantica canunt noctu & interdiu tacent, in honorem Jisraëlitarum, sicut scriptum est Psal. 42. v. 5. *Interdiu præcipit Dominus misericordiam suam, & in nocte canticum ejus mecum.* In sexto quod dicitur מכון Repositorium sunt thesauri Nivis & thesauri grandinis; & conclave rerum malignorum; & conclave guttarum, & conclave turbinis, &c. In septimo quod ערבות seu planities dicitur, justitia est & judicium & largitio, thesauri vitæ; & thesauri pacis; & thesauri benedictionis; & animæ justorum; & spiritus atque mentes adhuc producendi; & ros, quo Deus Sanctissimus, qui benedictus sit, vivificabit mortuos, &c. Ibi Rota, & Seraphim, & animalia sancta & angeli ministratorii & thronus Gloriæ, in quo sedet Rex ille Deus vivus excelsus & elevatus: sicut dicitur Psal. 68. v. 5. *exaltate equitantem in supremis cœlis; in Jah, nomen ejus.*

§. 2.

Hoc textu explicatur natura mundi factivi corporei, in quo sunt cœlorum gradus materiales. Ubi R. Jehudah dicit, in eo esse duo firmamenta; id est duos gradus sive ordines; quorum unus sit corporeus & sensibilis; alter verò incorporeus & sensibus imperceptibilis, qui tamen extendatur ad corpora & in iis operetur. Primus ergò se con

se comprehendit elementa, elementata, cœlosque ipsos: alter verò Rotas & animalia, quæ illa movent & formant & gubernant. Resch Lakisch autem eidem non contrariatur, sed cum septem dicit esse cœlos, ordines intelligit sive gradus mundi; tres corporeos, & quatuor spirituales. Juxta hunc igitur וילון Velum sive cortina, quod ipsi est cœlum primum, & gradus primus est mundus elementaris proximus concavo Lunæ; qui nihil planè operatur, quia tantum est ut materia & subjectum respectu potentiæ operandi, quam habent sphæræ, animæ & intelligentiæ incorporeæ, à quibus juxta mentem Platonicorum, vera provenit operatio. Et intrat mane in generationem & exit vesperi in corruptionem, & ita continuat naturam primitùs creatam. Vel etiam dici potest Velum hoc esse, expansum illud pellucidum inter lucem firmamenti & inter nigredinem terræ, constans ex aqua, aëre & igne, quod suscipit lumen solare quo fiunt diluculum & vespera, dies & nox, æstas & hyems, &c. continuis generationibus & corruptionibus, ut per successionem individuorum continuentur species sub initio creationis conditæ iisque intereuntibus species tamen non intereat.

§. 3.

Gradus sive ordo secundus corporeus vocatur רקיע firmamentum; estque tota natura cœlestis in varias sphæras divisa: quamvis multi magnique Philosophi dicant, unam tantum esse, & tamen omnes motus & omnia phænomena ritè explicari posse. In eo sunt Sol & Luna, & omnes stellæ, tam fixæ quam errantes.

§. 4.

Gradus tertius vocatur שחקים; quod juxta meam (Abraham Iriræ) opinionem est cœlum crystallinum & primum mobile, in quo sunt aquæ, quæ supra octo cœlos, quæ narrant gloriam Dei eumque laudant juxta verba Davidis Ps. 148. v. 4. *laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ supra cœlos.* Et supra hoc est cœlum empyreum, quod nonnisi lux est & vita de quo infra plura. Ibique dicuntur esse molæ, quibus molitur Manna pro justis, quasi diceretur, ibidem esse Paradisum, ubi justis apponuntur objecta intelligibilia mundi superni incorporei, ita ut cum integra superent captum ipsorum, comminuenda sint in partes minutiores, quo ab ipsis percipi queant.

§. 5.

Quatuor gradus reliqui, explicantur juxta quatuor Rotas Ezechielis & literas Tetragrammati & ארכי de personis Basiliæ & Microprosopi, Matrisque & Patris.

DISSERTATIO III.

Cap. I.

In quo variis probatur rationibus, quod in Aëre & Igne reperiantur substantiæ viventes rationales.

§. 1.

Ipsa ratio demonstrat, quod elementa Aëris & Ignis non careant naturis viventibus ipsis propriis. Primò enim hæc elementa magis assimilantur Animæ, quam reliqua:

quæ cùm in ſe ſit ſpiritualis & à materia abſtracta, tamen per calorem, qui ab igne originem habet, & per ſpiritus naturales, vitales & animales, qui naturæ ſunt aëreæ, extenditur in duo elementa reliqua, aquam ſcilicet & terram, ob naturam ſuam craſſam, frigidam & gravem ab illa magis remota.

§. 2.

Deinde Ignis & aër etiam vicina admodum ſunt Cœlo, quod eſt corpus primum animalium, adeoque perfectius: Unde & ipſa quoque perfectiores habent qualitates, & majori gaudent extenſione & quantitate, nec non loco ſublimiore & majori motus velocitate quam aqua & terra: unde rationi videtur repugnare, & ἄτοπον eſſe cum inferiora hæc & imperfectiora in ſe habeant naturas vivas per ſe ſubſiſtentes, quod ſublimiora illa & perfectiora iisdem debeant eſſe orbata.

§. 3.

Porrò cum in cœlo fulgeant Sol & luna atque ſtellæ, quæ ſunt naturæ animatæ & viventes; & ſimiliter infra in mari & in arida habitent piſces & bruta cum homine: quare ergò in loco intermedio ignis nempe & aëris non ſui invenirentur habitatores.

§. 4.

Et quia vita à cœlo ſeſe exſerit & emittitur in inferiora per loca iſta media; neceſſe eſt, ut illa de ipſa participent & quidem primariò & abundantiùs, quatenus ad eam recipiendam aptiora ſunt, eique ſimiliora. Sicut rivus aquas primariò & meliùs accipit ab ipſo fonte, quam ciſterna, vel Caſtellum in quo deinde coliguntur.

§. 5.

Si quis autem dicere vellet, naturam vitæ aëreæ reperiri in avibus: is ſciat, manſionem avium ſaltem eſſe in aëre infimo, qui ultra montes altiores non elevatur: unde ſi alia exiſteret in aëre vita, quam hæc, potiſſima illius pars inculta eſſet & vacua: ſicut etiam tota regio empyrea. Imo ſic etiam in aëre tantùm exiſteret vita brutalis, non verò rationalis; unde ſequeretur terram aëre eſſe præſtantiorem. Adde quod & aves in terra factæ ſint, & in iis elementum terræ prædominetur, in quo etiam multiplicantur, &c.

§. 6.

Jam verò inter naturas remotas ſemper invenitur medium aliquod, quod utrasq; participat. Verbi gratia: inter Corpora ſimplicia, & inter inanimata mediam naturam habent, quæ dicuntur imperfectè mixta: inter vegetabilia & animalia, ſunt Zoophyta: inter bruta & homines, naturæ ſunt mediæ, quæ utriusque generis participes ſunt, & idoneæ ut addiſcant ſtudia quædam & opera rationalium. Cœleſtia autem ab hominibus nimium diſtant non loco tantum ſed & corpore, & anima. Hinc neceſſe eſt, ut naturæ quædam inter illa dentur mediæ.

§. 7. Ta

§. 7.

Tales autem ſunt ſpiritus aërei, qui vocantur Dæmones: hi medium hunc occupant locum inter ſummum & cœleſtem & inter imum atque terreſtrem: corpusque habent patibile ut homo; ſed incorruptibile ut cœleſtia: & ſi hoc ex parte corruptionem ſubit, prout ſtatuunt neoterici; iſtud tamen non fit ex toto; unde vitam habent perennem & ſempiternam, quia è natura aëris facile reſarcire queunt, quod in ipſis disperit, & ex illa in ſubſtantiam ſuam convertere atque reſtituere poſſunt, quod ipſis deficit.

§. 8.

Nam inter corpora brutorum & inter cœleſtia, corpus hominis propriè non eſt medium, prout multi opinantur: quia aliàs participare aliquatenus deberet brutalia; aliquatenus cœleſtia: quod tamen non fit; quoniam corpus hominis non minùs mutationi & paſſioni atq; corruptioni ſubjectum eſt, quam brutale. Unde neceſſariò corpora dantur alia ſtatum hunc medium obtinentia; qualia ſunt Dæmonum.

§. 9.

Ratione animæ autem, ſpiritus illi aërei multis quoque paſſionibus ſubjecti ſunt: quædam enim fugiunt, quædam deſiderant: quædam ſperant, quædam metuunt: quibusdam lætantur, quibusdam dolore afficiuntur: quandoque ira & furore excandeſcunt; quandoque lenitate & miſericordia replentur. Hæ tamen paſſiones potius animam illorum concernunt, quam corpus: cum in homine, exempli gratia, iracundo, non tantùm anima patiatur & perturbetur; ſed etiam cor atque ſanguis inflammentur. Nam in ſpiritu aëreo ira potiùs reſtringitur ad animam, & in corpore nullam ſenſibilem producit mutationem vel commotionem. Et in genere quoque omnes paſſiones iſtorum ſpirituum aëreorum magis ſunt temperatæ & ordinatæ, quàm humanæ: propter facultatem ſuam intellectualem, cui magis ſubjecti ſunt atque obediunt: unde etiam perfectiores ſunt quam naturæ inferiores in moralibus & politicis. Et intellectus ipſorum, quamvis non ſit habituatus ut cœleſtium, diſpoſitionem tamen habet admirandam & euſtochian inſignem circa ſapientiam, intelligentiam, & cognitionem omnemque actum ſimilem; in quibus multis modis præeminent ingenio humano: unde quædam intelligunt & aſſequuntur ob familiaritatem cum ſuperioribus in inſtanti: quædam autem ſyllogiſticè concludunt, parum aberrando à veris. Eodem modo ſcopum & finem ſuum multò eminentius attingunt, majorique cum perfectione, luce, facilitate & felicitate quam homines. Vita quoque utuntur longæva & tranquilla, longeque perfectiore quam inferiores.

§. 10.

Hæc omnia autem comprobat experientia: quia multæ reperiuntur operationes, quarum cauſæ ignorarentur, niſi admitterentur ſpiritus iſti aërei. Quandoque enim reperiuntur homines planè indocti, qui tamen non ſaltem loquuntur Hebraicè, Græcè, Arabicè, ſimilesque linguas, quas non didicerunt; ſed etiam loquuntur de rebus tam ſublimibus, ut multi Philoſophi è libris docti, eadem ignorent: quare & interdum abs-

trusa revelant & futura prædicunt & miracula edunt, omnem sapientiam & facultatem humanam transcendentia, &c.

Cap. II.

De natura spirituum aëreorum, & aliis illorum attributis.

§. 1.

OMissis illis, quæ de spiritibus istis tradiderunt Chalcidius & Apulejus, ad opinionem posteriorum convertemur, quorum sententia verior videtur; & juxta illos duas in medium afferemus definitiones, quarum prima ita se habet. Spiritus aëreus est anima rationalis, particeps intellectûs humano multo sublimioris; corpore utens subtili; ministrans cœlestibus, & ex illorum commissione dominium habens in mundum sublunarem. Altera talis est. Spiritus aëreus est anima rationalis. intelligens; quæ, quia corpore induta est subtilissimo, quod ipsa influxu & splendore suo vivificat, hoc ipso naturam constituit mediam inter cœlestes & humanam : unde, quia ipsa duo hæc extrema conjungit, è cœlestibus eadem influxum bonum atque perfectum defert ad inferiores; & vicissim bonas istorum meditationes atque merita ab inferioribus elevat & sursum attollit: præsertim illorum hominum, qui cum supernis uniuntur. Officium igitur istorum spirituum in hoc potissimum consistit, ut gubernent & dirigant mentes & mores hominum in verum atque bonum, & hoc medio natura humana uniatur cum divina.

§. 2.

Quamvis autem juxta hanc definitionem omnes videantur boni: alii tamen quoque dantur qui mali sunt & noxii. In specie autem dividi possunt juxta numerum spirituum Planeticorum: quamvis generaliùs tot sint ipsorum species, quot stellæ micant in firmamento. Sicut autem à spiritibus cœlestibus diriguntur facultates vegetativæ & vitales; ita aërei dirigunt rationem potissimum; & ignei illuminant intellectum, eumque elevant ad objecta divina.

§. 3.

Mediantibus igitur spiritibus istis aëreis, qui aliàs dicuntur Angeli, descendunt animæ in corpora, & per illos diriguntur in operationibus suis, & monentur in divinis, &c. & post discessum è corpore dedúcuntur ad judicem, cujus sententia vel damnantur vel beantur.

Cap. III.

De Corpore Spirituum aëreorum, & quòd quidam inter illos sint mali atque noxii.

§. 1.

JUxta Platonicos illud, quòd primò vitam accipit ab essentia vitali, est Ignis: qui quî eidem quàm maximè est cognatus, ob motum præcipuè velocissimum: unde

calorem etiam vivificantur omnia animantia. Post ignem verò mediante hoc aër vitam accipit; quippe qui ad calorem se habet ut oleum ad ignem. Deinde aqua tenuissima & aëri proxima, & hâc mediante terra vaporetenus elevata; omniumque postremò materia crassior.

§. 2.

Unde quinq; oriuntur genera viventium rationalium: Primò naturæ compositæ ex igne tantùm, quarum illæ, quæ videntur, vocantur stellæ; quæ verò non videntur, in aëre degunt, stellasq; sequuntur, ut cohortes Imperatorem. Secundum genus est illud, quorum corpora composita sunt ex igne & aëre. Tertium, cujus corpora composita sunt ex igne, aëre & aqua tenuissima, quæ propterea videri possunt. Quartum genus in prædicta compositione adjunctam habet terram tenuissimã, ad instar effluvii terreni: unde adhuc magis videri possunt: Et huc pertinent Subterranei. Quintum autem genus & ultimum sunt homines, quorum corpus est crassissimum.

§. 3.

Alii Spiritibus aëreis tribuunt omnia quatuor Elementa: Ignem scilicet, quo mediante per illos sese exserat vita atque motus: deinde aërem qui quasi sit alimentum ignis illius; & quoniam hic aliàs facilè dilaberetur, hinc & aquas addunt subtilissimas; & cum his terram similem, ut eò meliùs subsistere queant: quæ omnia debito pondere & mensura sint contemperata; ut aër tamen prævaleat.

§. 4.

Cum hac materia anima istorum spirituum, sicut cæteræ omnes in suo genere, unitur per inclinationem & pronitatem quandam naturalem, eidemque assistit, & vitam infundit, eademque utitur ut organo suo naturali sibique proprio.

§. 5.

Quamvis autem omnes sint immortales, hæc tamen inter illos occurrit differentia, quod naturæ cœlestes omninò sint incorruptibiles; unde quia nihil ab illis absumitur, etiam non opus habent cibo corporeo: sed vocibus tamen delectantur, cantuque dulcisono, quibus mediantibus uniuntur cum hominibus. Sed duo genera sequentia, aëreorum nempe & aqueorum, ob temperaturam laxiorem, quædam sui perdunt, quæ etiam resarcire tenentur. Quia autem non consistunt è materia terrestri, hinc illis sufficiunt odores & suffitus & fragrantiæ unguentorum florumq;, quibus sitim quasi suam levare possunt. Spiritus autem ultimi generis magisque crassi & terrestres, opus habent odoribus crassioribus & vaporibus humidis, v. gr. è sanguine & carne ascendentibus. Et huc pertinent incolæ aëris infimi, spiritus nempe superbi & iracundi, autores arrogantiæ & furoris seductoresque hominum, qui & ipsi inter se flagrant igne dissidiorum atque belli, & homines ad talia incitant, iisdemque variis modis illudunt: Quæ inter Cabbalistas dicuntur Cortices immundi.

Cap. IV.

De *Anima, ejusque natura.*

§. 1.

CAuſa rerum prima eſt in omnibus immobilis & una. Una, quia ſicut Unitas omnibus numeris prior eſt eosque ut Pater generat; ita Deus benedictus, ſuperior eſt omnibus entibus, eademque producit ſolus. Immobilis autem, quia ipſe omnium eſt ultimus, & cum ſit Bonum abſolutiſſimum atque perfectiſſimum per ſe ipſum conſtanter permanens, non movetur nec moveri poteſt ſive ad ſeipſum, ſive ad alia: ſed cætera omnia moventur ad ipſum, & in ipſo quieſcunt & perſiſtunt.

§. 2. Intellectus eſt immobilis; nam quia eſſentia ejus eſt ſtabilis & permanens, hinc non ſuſcipit nec ſuſcipere aptus eſt ſucceſſionem temporis nec motus in actibus ſuis intelligendi, eligendi & operandi: ſed unus non eſt; verùm multiplex, quia natura ejus conſiſtit ex intellectione & objectis intelligendi diverſis.

§. 3. Anima non tantum multiplex eſt ſicut Intellectus, ſed adhuc magis, quia ipſa natura ejus admittit compoſitionem numericam. Sic motus quoque ejus, temporibus diverſis utitur, ob facultates diverſas, unde in operatione ſua ſuſcipit ſucceſſionem temporis & motum localem. Sic in ratiocinando unum poſt aliud intelligit: prout & in vitalibus, motibus diverſis corpus movet, ita ut & operationes hujus vegetativæ & vitales tempori & motui ſubjaceant.

§. 4. Sed ipſa indiviſibilis eſt & incorporea, quia longè diverſa eſt à compoſitis materialibus: eò quod multiplicitas & motus ejus ſaltem extendantur in corporea & diviſa, ſed tamen actuando: quod neutiquam competit materiæ, quippe quæ non niſi paſſivum quid eſt.

§. 5. Sicut autem Intellectus abstractus quaſi per ſe convertitur ad cauſam primam ſe ſuperiorem, neglectis penitus inferioribus: Formæ autem materiales immerſæ omninò ſunt materiæ, ut ad ſuperna nullatenus ferantur. Ita inter utrumque hoc extremum datur natura media, quæ ita unitur cum ſupernis ut tamen non negligat infera: ſed ad utraque feratur: Et hæc eſt Anima, quæ intellectu ſuo ſic elevatur ad intellectum abstractum atque divinum, adeoque ad ſcaturiginem ſuam, ut tamen facultatibus ſuis inferioribus deſcendat in materiam & ad formas corporeas, adeoque utrumque hoc extremum participet.

§. 6. Anima igitur eſt tertium illud inter Intellectum & inter formas materiales: in ſe incorporea, in corpus tamen extenſa: in ſe indiviſibilis, diviſibilis tamen quoad operationes & ſubjectam materiam: in ſe motum habens, & primò mota, & ita quidem ut ipſa cauſa ſit omnis motus aliorum.

§. 7. Sicut autem Ezechiel vidit quatuor Animalia, quæ Animæ hujus typus erant: ita quatuor ſunt iſtius Naturæ ſpecies. Prima eſt Anima univerſalis, cæteris omnibus ſuperior. Secunda eſt Animarum corporum cœleſtium: tertia Animarum ſpirituum aëreorum; & quarta animarum humanarum.

§. 58.

§. 8. Et sicut Animæ in genere tribuitur permanentia, essentia, motus, & mutabilitas: ita permanentia sive stabilitas potissimum competit Animæ mundi, quippe quæ intellectualis est eminentiùs, unde etiam stabilitatem habet eminentiore gradu; vitamque immediatè largitur cœlo summo, quod ערבות seu planities dicitur, quod immobile est. Essentia est idea motus primi mobilis & potissimum competit Animabus cœlestibus, quæ sicut per se subsistunt, & moventur, sic etiam movent alia gyros nempe & stellas. Motus potissimum competit animabus spirituum aëreorum, quippe quæ sunt mutabiliores, & passionibus magis subjectæ quam priores. Mutabilitas autem potissimum competit animabus humanis, quia hæ non diu consistunt in uno statu.

§. 9. Anima mundi similis est causæ primæ & generalissimæ: Animæ cœlestium similes sunt Mentibus abstractis: Animæ spirituum aëreorum similes sunt ipsi naturæ Animæ in genere: & Animæ humanæ similes sunt facultati spermaticæ & naturæ generali extensæ in mundum corporeum, adeoque mundo ipsi; quare & ipsæ vocantur microcosmus.

§. 10. Anima mundi analogiam habet cum Unitate Intellectus: Cœlestes cum intellectione ejus: aëreæ cum vita ejus: humanæ cum essentia ejus.

§. 11. Anima mundi analogiam habet cum Unitate animæ: cœlestes cum intellectu ejus: aëreæ cum rationalitate ejus: & humanæ cum phantasia ejus.

§. 12. Respectu cœli; Anima mundi analogiam habet cum cœlo Araboth seu summo: cœlestes cum primo mobili: aëreæ cum stellis fixis: humanæ cum planetis.

§. 13. Ratione sublunarium: Anima mundi similis est Igni: cœlestes, aëri: Aëreæ, aquæ; humanæ, terræ. Sic eodem respectu etiam conferuntur cum Anima hominis; cum animalibus seu sensitivis; cum vegetabilibus; & cum inanimatis, &c.

§. 14. Sic in anima specialiter invenitur 1. Intellectus divinus ipsa anima superior & cum superiore unitus, quæ est חיה seu vitalitas illa, seu Mens mentis, Cabbalistarum. 2. Intellectus per se subsistens, constans & stabilis, quæ est Mens Cabbalistarum. 3. Ratio discurrendo intelligens per objecta generalia, quæ est spiritus: & 4. Imaginativa quæ circa singularia saltem occupatur; estque נפש seu psyche Cabbalistarum.

Cap. V.

De Intelligentiis sive Mentibus abstractis.

§. 1.

Animâ superius & perfectius est Agens illud stabile, quod in momento perficit operationem suam, nec tempore indiget ut illa: cujus vita consistit in se ipsa simul tota sibi præsens & unita in essentia & cum essentia sua: ita ut non elongetur, vel extendatur vel procedat à se ipso in momenta diversa juxta operationes & inclinationes suas internas. Imò necesse est, ut supra formam illam quæ per operationes suas externas extenditur in tempus; & supra vitam illam, quæ per operationem suam internam ad intra canalis promanat & tantùm non dividitur, inveniatur Forma quædam alia, cujus

operatio ob inſignem ſuam celſitudinem ſit conſtantior & durabilior; & vita alia in gradu ſuo eminenti ſibi ſit intimior & in ſeſe abſolutiſſimè una & immutabilis. certiſſimum eſt, id quod perfectius eſt ſemper prius eſſe imperfectiore: quoad quod perfectum dicitur in quolibet genere perfectionem habet per naturam ſuam imperfecta ſint illa, quibus perfectio ſua non eſt naturalis: unde ſequitur alia da[illegible] miora, quæ imperfectis aliquid communicant.

§. 2. Deinde quicquid movetur ſemper procedit è potentia in actum ad[illegible] dum ſcopum & finem ſuum, ad quem ob defectum perfectionis propriæ mo[illegible] tendit. Quare ſupra id, qnod procedit è potentia in actum neceſſario datur [illegible] dam, quod ſemper in actu eſt, & permanet atque durat. Sicut ſupra id quod [illegible] ctum & egeſtatē ſuam movetur, neceſſariò datur natura, quæ defectu illo car[illegible] cta eſt atque plena, adeoque omni etiam motu caret. Quicquid enim movetur [illegible] tur ob appetitum & deſiderium aliquod à quo inſtigatur juxta naturam ſuam [illegible] vel electivam ad aſſequendam perfectionem illam qua caret: quod ſane fieri [illegible] ſet, niſi daretur tale aliquod perfectum à quo illa peti poſſet. Ita autem [illegible] mæ ſe habet Intellectus abstractus, illa enim non ſemper intelligit, nec tota [illegible] lectus; ſed fertur ad illum, qui eſt Intellectus formalis, perfectus, abstractus [illegible] manens.

§. 3. Inter Intellectus hos abstractos ſummus omnium eſt productum [illegible] mediatum unicum cauſæ primæ, quod meritò dicitur Intellectus perfectus [illegible] Deinde plures dantur tales Intelligentiæ abstractæ; quæ ita ſe habent ad [illegible] primum, ut animæ ſphærarum cœleſtium ad animam mundi, & dividi ſolent [illegible] ſpecies, quarum ulteriorem deductionem unà cum fuſiore explicatione hactenus dictorum in aliud tempus diffe- rimus.

PARTIS TERTIÆ TRACTATUS SECUNDUS PNEUMATICUS,

DE

Revolutionibus Animarum,

qui in hac materia à Judæis vocatur primus.

è Manuſcripto

haut ita pridem ex Oriente ad nos perlato

ex Operibus

R. Jitzchak Lorjenſis Germani

Cabbaliſtarum Aquilæ, latinitate donatus.

TRACTATUS DE REVOLUTIONIBUS ANIMARUM.

PARS I.

Caput Primum.

§. 1.

IN diſſertatione de Adamo priore, [*Hic à Cabbaliſtis Adam Kadmon dicitur, ad differentiam Adami protoplaſtæ, (qui ab ipſis perpetuô cognomine Adam Hariſchon vocatur :) eo quod inter omnia à Deo emanata primum occupet locum, prout protoplaſtes in ſpecie hominum : ita ut per illum nihil commodius intelligi queat, quam anima Meſſiæ, quem & Paulus ad* 1. *Corinth.* 15. *verſ.* 45, 46, 47, 48, 49, *indigitat; de quo alibi latiùs,*] jam expoſuimus, quid ſibi velint ſeptem illi Reges Edomitici, [*de quibus hiſtoria extat Gen.* 36. *ad v.* 31. *usq. ad* 39. 1. *Paral.* 1. *à v.* 43. *usq. ad* 50. *Videatur Cabbala denudata parte primâ voce* מלכים *&c. per iſtos commodè intelligi poſſunt Spiritus ſub initium lapſi, ſive ob nimis avarè imbibitam divinæ cognitionis lucem in ἀταξίαν vel quietem redacti.*] qui emanarunt ante conformatum ſyſtema Emanativum, & mortui ſunt : juxta myſticum illud : Conſtruxit mundos, eosque deſtruxit. [*Senſus hic eſt; Deum infinitum in ſe ſub initium productionis per Adamum priorem, ſeu Animam Meſſiæ, produxiſſe emanando totam ἀπόῤῥοιαν omnemq; effluxum rerum conditarum ſimul atq; ſemel; ſub forma ſpirituum, qui digeſti eſſent per modum decadis Sephiroticæ. Et quia natura Creaturæ non patitur, ut ab illa cognoſci queat atq; comprehendi tota Divinitatis Infinitudo; in qua tamen cognitione veræ beatitudinis conſiſtit fruitio,* Joh. 17. v. 3. *Hinc de Adamo ſupracæleſti ſeu Anima Meſſiæ, omnibus illis creatis, ceu diſcipulis, tranſcendentaliter atque Metaphyſicè proponebantur ſublimia illa veræ Theoſophiæ Objecta, juxta Joh.* 1. *v.* 18. *Hinc à Cabbaliſtis Spiritus illi creati, dicuntur Vaſa. Realis autem illa Objectorum Diviniſſimorum repræſentatio & hinc factæ Ideæ, ſuo ordine digeſtæ, ab iisdem dicuntur Lumina. Jam ſuppone ſingulas Sephiras ſingulos eſſe ſpirituum illorum Choros, Academias, Synagogas, Hierarchias, Reſpublicas, Exercitus, Corpora, ſive quocunque nomine vocentur alio, ſub uno quodam ſingula Rege, Imperatore, Præſide, Præfecto, Rectore, Doctore, &c. qui objecta illa à Meſsia propoſita ſubordinatis ſibi Catechumenis communicaret. Ubi quidem tres Sephiræ ſeu Hierarchiæ ſublimiores ob eminentiſſimum naturæ robur ſatis conſtanter in ſe admiſerunt ineffabilia illa ſublimioris hujus ſcholæ dogmata. Quarta autem Sephira Daath ſeu cognitio, ceu primus ſeptem illorum Regum, nimium ſibi fidens, & totam illã lucem ſimul exhaurire cupiens, cum omne id in ſe admiſiſſet, quod communicari poterat, nec tamen id ſupportare valeret, hinc Vas ejus confractum dicitur :*

id

id est, Rex ille è throno suo excussus, sublimitate illa orbatus adeoq; mortuus esse perhibetur: quod in Scriptura exprimitur phrasi, non servati principatus, sed derelicti domicilii Juda vers. 6. Lumina autem illibata quidem sic transierunt ad Regem sequentem, & sic ordine usque ad septimum: quibus omnibus confractis, alia proinde invenienda fuit methodus proponendi atque repræsentandi eminentissima illa atque incomprehensibilia aliàs objecta, quod Cabbalistæ factum esse dicunt per modum bilancis seu conjugii, id est, Receptionis, sive factarum distinctiùs propositionum sub figuris atque velaminibus quibusdam, pro modulo nimirum receptivitatis in spiritibus possibili. Unde deinceps varia illa repræsentatio quarundam in divinitate personarum, vel numerationum, itemque mundorum sive systematum, & quæ sunt notiones secundæ in transcendentalibus istis alia.

§. 2. Inter hos deinde facta est ἐκλογὴ, [*sive selectio seu secretio, separatio, electio seu quocunq; nomine alio vocetur:*] ita ut quod in illis contineretur bonum ad systema emanativum pertinens atque idoneum, illuc ascenderit, & inde factum sit systema emanativum. Et sic quoque, quod ad systema creativum pertineret, ascenderit in systema creativum: quod pariter quoque factum est cum systemate formativo; nec non cum systemate factivo. [*Quatuor hæc systemata sive mundi nihil sunt aliud, quàm quatuor repræsentatæ Divinitatis classes, lumine semper magis magisque diminutô, quales sunt varii præsentiæ divinæ gradus, v.g. in rubo, in Sinai, in arca, & in universo Exod. 3. v. 2. Exod. 19. v. 18. Lev. 26. v. 12. Act. 17. v. 28. Per Aziluth enim seu systema vel mundum emanationis intelligitur ipsum τὸ Θεῖον non in se & absolutè tale, quod Cabbalistis Ænsoph seu infinitum dicitur, sed sub methodo divinorum nominum vel numerationum, vel personarum adumbratum, & à Christo in compendium Trinitatis redactum. Per Briah seu mundum creationis vel potius extrapositionis intelligitur præsentia & concursus Divinus, quatenus eodem fruuntur Νόες: seu mentes abstractæ, id est animæ extra statum carnis iu sublimibus degentes. Per Jezirah seu mundum formationis intelligitur idem divinitatis concursus sive scena atque œconomia vel dispensatio, qualis exhibetur Hierarchiis Angelicis, cujus theatrum latius exhibetur in Apocalypsi Johannitica. Et tandem per Asiah seu systema fabricationis, factionis, atque ποιήσεως intelligitur præsentia divina adhuc modificatior in systemate hoc materiali, & potissimum in Ecclesia. Hæc omnia dicuntur electione quadam è fragmentis lapsorum vasorum de novo conciliata, & in ordinem istum redacta, ut commodiùs à creaturis intelligentibus per nomina in textu Scripturæ sacræ hinc inde expressa capi possent abstrusa illa inaccessa aliàs lucis mysteria. 1. ad Tim. 6. v. 16.*

§. 3. Et sic quicquid in illis erat de Psychis seu animabus inferioribus; Et de Spiritibus seu animabus mediis; & de mentibus, seu animabus superioribus: Sicut etiam quod idoneum esset ad classes angelorum; item quicquid in illis de corporibus; & quicquid pertineret ad omnia creata, omnium atque singulorum systematum; hæc omnia fiebant ex illis selectis quæ secernebantur è fragmentis istorum Regum. [*Sensus hic est, cùm producta primitùs omnia in simplicissima existerent spiritualitatis eminentia, id est, naturam haberent in se & per se motum habentem, cum cæteris spirituum creatorum pro-*

prietatibus aliquali quidem graduum ordine distinctis, cæterum tamen plus quam excellentibus; Per lapsum hunc primævum non omnia quidem in statum pravitatis degenerarunt; aliqualem tamen omnia passa sunt immutationem, ita ut deinceps selectione facta exinde consierent species istæ nempe primo animarum suis gradibus distinctarum, secundo Angelorum ad ministeria destinatorum, & tertio monadum quiescentium seu motu per se orbatarum usq; ad præfinitum tempus, quo Deus omnia iterum fiet in omnibus, 1. Cor. 15. v. 28. quæ est vera materia prima physica, è quarum varia coagmentatione dein conditus est mundus iste corporeus.]

§. 4. Sed ex scoriis vel recrementis septem istorum Regum facti sunt omnes cortices qui vocantur Adam Belial, Prov. 6, 12. quoniam & hac in parte hoc contra hoc fecit Deus, Eccles. 7, 15. bonum & malum [*id est, idipsum quod in lapsu septem istorum Regum propriâ suâ culpa in statum pravitatis degeneraverat & è statu positivo boni in statum privativum, nimirum ἀταξίας, ἀνομίας, curvaturæ, inflexibilitatis mortis, vitii, &c. exorbitaverat, istud à Cabbalistis nomine corticum sive putaminum appellatur. Allegoria desumpta ab arbore vel nuce: ubi quicquid à medulla remotissimum est, corticis nomine indigitatur. Cumque spirituum horum certis ordinibus disseparatorum ingens esset numerus, permissu Dei factum dicitur, quod caterva illa confusionis non omni tamen careret ordine, sed per modum exercitus cujusdam sub certis Archontibus, Luc. 11. v. 15. Col. 2. v. 15. Eph. 6, 12. Cor. 2, 2. Col. 1, 13. per signa membrorum humanorum, nominibus variegatis, distribueretur.*]

§. 5. Cùm igitur sanctus ille εὐλογητὸς Rom. 9, 5, crearet Adamum Protoplastum; eo ipso seligebat partem illam Psycharum & spirituum quæ permixta erat cum malo septem istorum Regum: illamque accipiens, ex ea faciebat animam Adami Protoplastæ, constantem ex omnibus illis notionibus (animarum.) [*Sciendum enim, antiquo dogmate Hebræorum, per Adamum Protoplasten non intelligi personam unam individuam, sed totum animarum genus suis ordinibus atque gradibus variè distinctum, & sub forma exercitûs cujusdam ab Adamo ceu Duce, sub Imperatore Messia, per signa membris humanis assimilata gubernatum, quod corpus intelligitur ab Apostolo, Eph. 4. v. 13. & alibi, ubicunque Christus ab ipso caput nominatur, eo quod in statu restitutionis idem futurum sit regimen, quod erat in natura instituta, Eph. 4. v. 16. Rom. 12. v. 5. 1. Cor. 12. v. 27. Eph. 5. v. 23. Col. 1. v. 24. &c.*]

§. 6. Notandum autem, quod, sicut quatuor sunt systemata sive mundi, emanationis nempe, creationis, formationis & factionis; & in singulis horum quinque sunt personæ, nempe Μακροπρόσωπος seu Longam faciem habens, vel potiùs; longanimus; pater & mater, Μικροπρόσωπος seu brevem faciem habens vel potius, brevi irascens, & uxor ejus; quæ omnes selectæ sunt ex septem illis Regibus: [*Sensus est, ideas luminosas in schola primæva primitivis spiritibus à Messia seu Adamo supracœlesti de rebus divinissimis impressas, è quarum simplicitate atque excellentia spiritibus illis oborta fuit cæcitas atque fractura, ab eodem deinceps Messia à simplicissimo nativi conceptus statu, qui natura producta fuerat incomprehensibilis, reformatas esse in conceptus plures minutiores repræsen-*

tativos

tativos quarundam personarum quas Cabbalistæ aliàs duodecim, deinde contractiore numero sex, & communissimè quinq; numerant. Christus autē pro commoditate studii practici ternario absolvit, non facta mentione longanimi, nisi à Paulo 2. Cor. 1. v 3. Eph. 1. v. 3. & Petro, 1. Pet. 1. v. 3. &c. Aliàs autem cum omnibus gradibus sublimioribus sub patris nomine comprehenso; cui etiam matris notio indissolubili unionis vinculo involvitur: ita ut hæc exhibeant personam novi fœderis primam; brevi irascens Psal. 2. v. 12. 13. quem communiter Cabbalistæ filium vocant, secundam; & uxor ejus ad quam tanquam ad regnum Dei Cabbalistæ Spiritum Sanctum referunt, tertiam.] Sic animæ quoque, quæ etiam selectæ sunt ex illis, pariter dividuntur in omnes illas notiones. [*Nimirum quatenus una vel altera objecti loco hunc vel illum gradum intentius contemplaretur eidemque obnoxius sese uniret aut intelligendo atque amando strictius eidem sese applicaret sicut oborta exhinc similitudine ab illo ceu radice sua propullulasse vel ex illa laotomia excisa esse videri posset.*]

§. 7. Dantur enim animæ quæ correspondent uxori; & brevi irascenti; & matri & patri [*Mater enim nil est nisi propensio Patris ad inferiora*] Et longanimo in systemate factionis: quæ omnes vocantur Psychæ è systemate factionis: Veruntamen singulæ istarum appellantur secundum loca sua, e. g. Psyche quædam, quæ est ex uxore factiva, vocatur psyche, quæ in psyche factiva.

Et psyche, quæ in brevi irascente factivo, vocatur spiritus psyches factivæ.

Et psyche, quæ in matre factiva, vocatur mens psyches factivæ, & psyche patris factivi, vocatur vita seu vitalitas, quæ in psyche factiva.

Et psyche longanimi factivi, vocatur singularitas psyches factivæ. [*Distinctio horum graduum animæ sic intelligenda est, ut psyche, quæ ipsis nephesch dicitur, sit spiritus vitalis, non quatenus planè corporeus sed insitus ille atque primitivus & seminalis, quem recentiores Archeum vocant, cum quo correspondet Philosophorum anima vegetativa seu plastica, & Platonicorum τὸ ἐπιθυμητικὸν seu concupiscibile. Spiritus quem Ruach vocant, est gradus quidam sublimior correspondens animæ sensitivæ & Platonicorum τῷ θυμικῷ seu irascibili. Gradus tertius ab ipsis neschamah vocatur, cui respondet anima rationalis seu potius intellectualis, & Platonicorum τὸ λογικὸν, item νοῦς sive mens; quos tres gradus Christus exprimere videtur Joh. 6. v. 53. nominibus carnis, sanguinis & vitæ. Quartus gradus, quem Chajah vocant, est vitalitas quædam sublimior ab extra homini superveniens, nec intrinsecùs tantum eundem penetrans, sed & extrinsecùs ambiens, de quo Ecclesiast. 7. v. 13. quam Christus denominare videtur appellatione vitæ æternæ, Joh. 6. v. 54. Gradus quintus est singularis quædam unio & concursus sive præsentia Divinitatis, quæ ab ipsis Jechidah appellatur, & à Christo indigitari videtur Joh. 6. v. 56. ad quem gradum pauci ascenderunt permanenter exceptò Messiâ Psal. 22. v. 21.*]

§. 8. Et sic eodem modô quinque similes sunt notiones in systemate formativo; quæ omnes vocantur nomine spiritus formativi.

Porro similes dantur quinque notiones atque species in systemate creativo: quæ omnes vocantur mens creativa,

Tandem similes quoque notiones sive species quinque reperiuntur in systemate emanativo, quæ omnes vocantur mens mentis emanativa. Ubi Psyche est è regno emanativo.

Mens

Spiritus è brevi irascente emanativo.

Mens è prudentia seu potius Informatrice emanativa.

Vita è patre emanativo.

Et singularitas ex longanimo emanativo.

Ubi porrò notum est, singulas harum quinque personarum in singulis mundis porrò dividi in decem numerationes. Unde sic quoque omnes Psychæ & Spiritus & mentes, secundum quinque gradus omnium & singulorum mundorum emanativi, creativi, formativi & factivi subdividuntur.

§. 9. Atq; hinc intelligi potest id, quod dicitur in tractatu Talmudico de benedictionibus. Propterea Davidem Regem quinquies dixisse, laudet psyche mea Dominum Ps.103.v.1.2.22. Psal.104. v.1.35. quo scilicet indigitaret quinq; nomina, quæ animæ tribuuntur: qualia sunt: nephesch seu psyche sive anima infima; Ruach seu spiritus sive anima media; Neschamah seu mens sive anima superior; Chajah seu vita nempe Divina, & Jechidah seu singularis, scilicet unio.

Notumque jam est, quod ista sic appellentur; quoniam regnum & brevi irascens & Mater informandi vocantur nephesch, ruach, neschamah; seu psyche, spiritus & mens: Sapientia autem vocetur vita seu Chajah; quia ibidem scaturigo vitarum; juxta illud Mysticum Eccles. 7.v.13. Sapientia autem vivificabit habentes eam. Corona autem vocatur Jechidah sive singularis, quoniam longanimus singularis est & quasi cœlebs, uxore per se carens; cum tamen patri sit uxor nempe mater; & brevi irascenti sua est uxor nempe basilea sive regnum. [*Ubi notetur per uxores in divinis nil aliud indicari, quàm propensionem sese communicandi ulterioribus, & procreandi plures conceptus minutiores atque speciatiores, ne nimia idearum generalitate atque amplitudine fatigetur intellectus contemplatoris. Quamvis uxorum notio rigorem quoque denotet atq; judicium, quæ in summis illis conceptibus, ubi purissima clementia, non involvuntur.*]

§. 10. In Adamo ergo protoplaste illo tempore, quo condebatur, continebantur omnes illæ notiones sive species supradictæ à Psyche factiva usque ad singularitatem emanativam. Et hæc est mens scripturæ cum inquit Ezech. 34. v.31: Vos Adam estis. Id est, vos meritò vocamini Adami nomine. Sensus enim est; si literaliter textus intelligendus esset; objectio meritò fieret, omnes etiam populos mundi sive gentiles eodem modo esse homines, quô Israëlitæ; staturâ nempe erectâ. Ubi porrò quoque dicendum fuisset, vos homines estis. Verum enim vero [*sensus hic est, ex animabus vestris constabat Microcosmus Adami.*] Huc pariter confert, quod dixerunt magistri nostri bonæ memoriæ ad locum Jobi 38. v. 4. איפה Ubi fuisti, quando fundabam terram? Ubi sensus est, quasi sanctus ille benedictus ad Jobum dixisset: Ephah sive mensura tua ubinam erat in Adamo protoplaste.

§. 11. Res ipsa autem ita se habet, quod nempe omnes mentes & spiritus & psychæ nullâ exceptâ comprehensæ fuerint in Adamo protoplaste cum conderetur; ita ut quædam animæ pertinerent ad caput Adami; quædam ad oculos ejus; quædam ad ipsius nasum, & sic porro ad omnia ejus membra, à quibus quasi dependebant. Atque hac ratio-

ne

ne sub initium creationis Adami protaplastæ in illo existebant omnes animæ, quæcunque erant de parte boni; omnes, inquam, in illo continebantur & ab illo dependebant. Cùm autem peccaret, bonoque malum immisceret; malum cum bono ita confundebatur, ut ex parte mali illius postmodum prodirent populi mundani. Unde apparet, quod fundamentum Adami protoplastæ saltem fuerit bonum: animæ nimirum Israëlitarum. Quare scriptura inquit loco citatô: Vos estis Adam. (Quasi diceret omnes Israëlitarum animas nihil aliud fuisse quàm Adamum nimirum protoplasten:) Et vos scintillæ illius atque membra ejus extitistis. Quapropter Israëlitæ 2. Samuel. 7. v. 23. etiam vocantur gens unica in terra; prout verba sonant: Et quis sicut populus tuus; sicut Israël gens una in terra, &c. Populi mundani autem è contrario non vocatur Adam: id est, non prodierunt nisi ex parte mali, quod immixtum fuit Adamo protoplastæ.

§. 12. Cum enim ille comederet ex arbore cognitionis boni & mali; eo ipso im̃iscebat bono malum. Ita ut bonum illud, quod in Adamo protoplaste esset, confunderetur cum *malo* corticum masculinorum, nimirum Samaëlis, qui vocatur Adam Belial. Prov. 6. v. 12. Eademque ratione bonum illud, quod in Chavvah erat, immiscebatur malo *uxoris* ejus Lilith, quæ est spurcities serpentis; quoniam serpens rem habebat cum Chavvah. Unde restitutio atque liberatio sive Cura ab ista spurcitie atque veneno nonnisi mors erat; & quod filios generaret atq; filias. Et huc respexit Gemarah, dum inquit: Nisi primi parentes nostri peccassent, nos in mundum non venissemus. His mediis autem seligitur bonum è malo, donec omnes populi mundani pronati sint de specie mali: & omnes Israëlitæ prodierint de bono. Quanquam & hac ratione adhuc aliquid mali in istis maneat superstes; natura nempe יצר הרע seu pravæ concupiscentiæ, quæ in homine est, ipsumque ad peccandum inducit. Moriente autem homine, illa ipsa in terra putrescit, malumque absorbetur, bonum autem residuum extat: quod aliquando resuscitabitur in vitam in vivificatione mortuorum in corpus hominis gloriosum.

§. 13. Idem quoque accidebat tempore promulgatæ legis; tum quoque cessabat ista eorum spurcities: ita ut non moriendum fuisset ipsis. Cum autem Jisraëlitæ conflarent vitulum, hæc spurcities in ipsos redibat, bonumque malo iterum permiscebatur, ut rursus subderentur morti prout initio. Et hoc ipsum indigitat scriptura Exod 32. v. 16. Voculâ חרות; sculpta erat super tabulis, scilicet scriptura legis. Ubi potius legendum חירות, id est, libertatem ab angelo mortis ipsis datam esse per tabulas, necnon à subjectione regnorum exoticorum. Quoniam nec mortis angelus, nec regna exotica dominantur Jisraëlitis nisi ex ratione mali; quæ est portio ista tunc nobis immixta.

§. 14. Præterea notandum quoque est: quod sicut omnes animæ Jisraëlitarum in Adamo protoplaste distribuebantur in ducenta quadraginta octo membra, à quibus dependebant omnes animæ boni: sic etiam reperiebantur ducenta quadraginta octo membra populorum mundanorum, [*tanquam totidem cohortes exercitus atque vexilla regni malignantis*;] quæ continebantur in Samaele, àquib. dependebant omnes animæ pravæ. Cum ergo peccaret Adam protoplastes, comederetq; de arbore cognitionis boni & mali,

tunc prædictæ illæ animæ bonæ contentæ in membris Adami protoplastæ sic permiscebantur, & involvebantur atque implicabantur reliquis animabus in Adamo Belialecontentis; ut singula membra singulis membris involverentur, [*quasi singuli milites exercitus malignantis singulos milites exercitus boni manu captos sibi mancipassent,*] ita ut exempli gratia caput capiti, & sic quoque, cæteris paribus, pedes pedibus innecterentur.

§.15. Porrò autem sicut notiones Psyches seu animæ infimæ dividuntur in ducenta quadraginta octo membra Adami protoplastæ; quæ omnia superinduebantur ducentis quadraginta octo membris Adami Belialis: eodem modo notiones quoque spiritus seu animæ mediæ dividuntur in ducenta quadraginta octo membra : prout & notiones mentis in totidem membra distribuuntur. Quæ omnia superinduebantur modo supradicto penitusque subintrabant intra ducenta quadraginta octo membra Adami Belialis tàm quoad Psychen quàm quoad spiritum & mentem.

§. 16. Unde apparet, animam quandam sub membro quodam magno atque excelso comprehensam in sanctitate, intrusam quoque esse revera membro cuidam simili de corticibus. Quò pertinet dictum illud sapientum: Quicunque major est sociò suó, illius quoque prava concupiscentia major est, quàm, quæ in altero. Unde cum anima quædam excellens in potestatem corticum subintrat, difficile omnino est , eandem illinc eripi: quoniam malum superinvestiens eam insigne est pariter. Et huc pertinet, quod dicitur de viris excellentibus, qui peccata commiserunt atrocissima, atque maximè detestanda, quales fuerunt Jerobeam, & Achab, & Menasche atque similes. Id quod probè notandum.

§. 17. Porro hoc loco quoque explicabimus, quomodo per peccatum Adami protoplastæ membra animæ ejus ab illo delapsa & immersa sint corticibus, ut dictum est supra. Et huc pertinet, quod dicitur in supplementis Soharisticis ad locum Proverb. 27. v. 7. 8. Sicut avis vagatur à nido suo, &c. Quod sicut gloria cohabitans simul abit in exilium, id est, involvitur decem numerationibus impuritatis juxta illud Psalmi 103. v. 19. Et regnum ipsius omnibus dominatur: sic quoque animæ justorum exulent & superinduta sint malô supradictô. Unde in supplementis porrò dicitur: quod abeant & vagentur cum illâ de parte in partem & de loco in locum, &c.

§. 18. In omni itaque generationum sive ætatum periodo certæ quædam animæ bonæ exeunt è malo illo supradicto, veniuntque in mundum hunc per præceptum illud Gen. 1. v. 28. de prolificatione & multiplicatione , quod Sanctus ille Benedictus in hunc finem nobis dedit: quod probè notandum. Prout igitur se habet generatio sive ætas illa, sic eandem quoque proportionem observant animæ illæ , quæ prodeunt è corticibus: quandoque nimirum animæ de membro capitis; quandoque alia, quæ ad pedes pertinent, exeunt. Eadem autem harum est ratio, quæ membrorum Gloriæ cohabitantis, quæ nempe illo tempore intra cortices hærent : ejusdem enim generis sunt animæ illæ, quæ seliguntur [*Ubi considerandum , annon cum Paulus Act. 9. v. 15. vocatur σκεῦος ἐκλογῆς instrumentum selectionis, idem sensus sit qui hoc loco: quod nempe seligere & secernere deberet animas è pravitate Gentilismi, ut participes fierent boni illius, quod in vita*

ina est. Item annon pleraque illa loca, ubi Paulus de electione agit, eodem sensu da sint, ut nempe intelligatur vel selectio illa è fragmentis vasorum, per quam con-ur integritas protoplastæ, ut ad Ephes. 1. *v.* 4. *vel selectio ad fœdus Dei atque Eccle-*[*electio in meliorem vitam, ut Apoc.*17.*v.*15.]atque illo tempore exinde prodeunt. andem deprehendimus in postrema hac generatione, in qua nos vivimus, quod ohabitans pedibus nunc hic sistatur: unde omnes animæ, quæ nunc prodeunt de pedum Adami protoplastæ sunt : quibus omnibus tandem ad finem usque se-einde Meschiach veniet.

19. Atque hinc intelligi potest, quam ob causam exilium patiantur Jisraëlitæ spersi sint per quatuor cardines mundi? Porro etiam, quare gloria cohabitans exulet? Cujus rei hæc est ratio. Nimirum quoniam Jisraëlitæ peccant, eo usa sunt, quod animæ eorum involvantur intra cortices: quare exulandum est s per quatuor mundi ventos & per omnes septuaginta populos : & gloria co-cum ipsis exulat, ita ut si anima quædam sancta commixta sit isti cortici hujus populi, ubi exulant Jisraëlitæ ; quales sunt Ægyptii, Babylonii atque similes; i cohabitans, quæ cum illis inibi exilium patitur, tanquam ignis ignem devo-ute sanctitatis suæ extrahat animas illas secumque coadunet, easque purificet. *ngè dispersionis istius nôrunt causam Christiani ex Rom.* 9. *v.* 6. 32. *Rom.* 10. *v. m.* 11. *v.* 8. 9. 10.] Cumque restitutæ erunt omnes, ereptumque bonum è ma-etiam bonum, quod in pedibus animæ Adami protoplastæ erat, è pedibus im-extractum sit; tunc veniet Meschiach [*Paulò aliter hunc adventum determinat m.* 11. *v.* 25. *& Christus Luc.* 21. *v.* 24.] Et hoc ipsum est, quod indigitatur in tione Pekude, cum dicitur : Donec pedes attingant pedes, &c. quod pro-lum. [*An huc pertineat locus Zachar.* 14. *v.* 4. *dispiciendum.*]

0. Ecce autem ultima illa generatione Regis Meschiach omnia erunt selecta; rit residuum, quod secernatur de statura Adami protoplastæ, præter calcaneos bus etiam selectis, Meschiach veniet, ut notum est. Vox אדם etenim literis vit initiales nominum Adami, Davidis & Meschiach. Et huc quoque per-id dicit scriptura Psal. 89. v. 52. Quod probris affecerunt calcaneos Messiæ tui. guntur animæ generationis ultimæ.

ic quoque sapientes nostri dicunt : Cum perventum erit ad calcaneos Me-proterviа multiplicabitur. Nam quia membra pedum admodum sunt mate-æ opaca ; hinc animæ abinde dependentes magis quoque sunt materiæ addi-augebitur protervia. Hinc quoque dixerunt Magistri nostri : Non veniet id, donec plene exiverint omnes animæ, quæ fuerunt in corpore [*nimirum e,*] quod probe notandum.

Cap. II.

§ 1.

POstquam jam exposuimus, quomodo bonum cum malo fuerit permixtum explicabimus dictum Ecclesiastæ c. 8. v. 9. Tempus nimirum esse, quo est homo in hominem in malum sibi. Nam Adam Belial, id est, cortices in Adamum sanctum, quæ erant animæ Adami protoplastæ; easque superind occultarunt intra seipsos: putantes nimirum id in commodum suum fieri: non nisi in detrimentum ipsorum cedat; prout explicabimus.

§. 2. Hinc quoque satis superque cognoscemus causam: quare externi aspirent in mundo hoc, ut in peccatum compellant hominem; omnemque lapidem, ut ad iram commoveat conditorem suum benedictum; ut nempe abeat gloria ejus cohabitans, & devastetur domus sanctuarii ejus. Quæ quid fiunt propter peccata Jisraëlitarum: vera tamen ratio in hoc consistit, quod Exteriores illi sive cortices scoriæ sunt & recrementa atque impuritas sep Edomiticorum supradictorum; appellanturque mortis nomine: cum è con num illud, quod ex illis secernitur, vocetur vita. Quamdiu igitur aliquid Sa ter ipsos est, hoc ipsum illis vitæ loco existit; & exhinc ipsis vitalitas nutr que influxus suppetit: sublatâ autem ab illis sanctitate mortui sunt. Hinc dibusque in id contendunt, ut ad peccandum alliciant hominem, quo an subjiciatur, & intra ipsos abscedat; ipsique hac ratione vitam, tranquillitat menta sortiantur: prout alii operam dant rei suæ Oeconomicæ: unde Prov. 6. v. 29. Non probris afficiunt furem, cum furatus fuerit ad implend suam, cùm esuriverit, &c.

§. 3. Totumque negotium in hoc versatur, quod impossibile sit an ticam, cùm sancta sit, etiamsi peccaverit, & subter cortices abscesserit. [*Sam*. 14. v. 14.] penitus tamen expelli expulsam: cum ne minima quidem ctitatis (dispergi queat.) Et quoniam illa descendit è loco sanctitatis Ill dictus sit; hinc ille alimenta demitttit pro talibus animabus, quæ vinctæ cibus: & hoc ipso medio ipsi quoque nutriuntur cortices: ad instar arbor cum quidem atque alimentum attrahit pro fructu; ita tamen ut exhin bum & alimentum capiant folia atque cortices: sublatô vero fructu folia de cortices arefiunt.

§. 4. Neque id solum: sed supra jam tradidimus capite primo, quo bus Jisraëlitis gloria quoque cohabitans in medio illorum exilium Illa igitur cùm ignis sit consumens, scintillas animarum, quæ sunt, undique colligit. Cùmque hac ratione tàm animæ, quàm gl

tans superindutæ quasi sint ipsis corticibus; tum sane magnum sibi assugunt influxum. Hinc omni studio in hoc incumbunt, ut peccare faciant Jisraëlitas, atque hoc medio animas eorum gloriamque cohabitantem cum illis intra sese attrahant.

§. 5. Certè enim, quo major est sanctitas animæ cujusdam, eò copiosior quoque est influxus, quem ab illa assugunt, & per illam. Unde quò excellentior est anima quædam, eò magis illi operam dant, ut ad peccandum illam inducant, eamque introducant intra profunda corticum. Unde maxima corticum copia versatur circa discipulos Sapientum: ex quo etiam dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod cavere debeat sapientum discipulus, ne solus exeat noctu. Et huc quoque pertinet dictum illud alterum: Quo major quisque est proximô suô, eò major quoque est (prava) concupiscentia ejus, quàm quæ in altero, ut dictum supra capitulo primo. Et hæc quoque ratio est, quod homines reperiantur tàm insignes tamque excellentes præ aliis, qui peccatis maximis atque horrendis sese contaminarunt; prout infra prolixius id explicabimus, auxiliante Deo, hôc ipso capitulo.

§. 6. Quamvis autem jam dixerimus propterea exulare gloriam cohabitantem, ut nimirum colligat omnes illas scintillas; nihilominus omnia tamen dependent ab ipso homine, quippe qui ipse horum omnium fuit causa; unde qui aliquid corrupit, necesse habet ut restituat idem. Et propterea præceptum nobis extat de prolificatione & multiplicatione: utque sanctificemus nos ipsos tempore copulæ maritalis, ut hac ratione extrahere queamus atque educere è corticibus animas illas, illæque seligantur à malo.

§. 7. Quoniam autem propter peccata nostra non satis cautè nec satis perfectè id agimus; hinc extrahimus animas aliquali malo commixtas. Et hoc ipsum est mysterium pravæ concupiscentiæ, quæ cum homine quasi creetur, unde studendum est homini per omnem vitam suam, ut à se separet malum illud, quod in ipso relictum est: quod ipsum fieri debet per opera ejus. [*Ex ungue hic Pharisaismum cognoscimus, quem Christus impugnat atque Apostoli, quod nempe non propriis viribus id fieri queat, sed per fidem atq; preces, propter fœdus novum impetrato à Patre Spiritus auxiliô atque concursu.*]

§. 8. Quæ omnia tamen non sufficiunt; cum non plene ab illo separetur malum usque ad diem mortis ejus. Tunc enim putrescit malum intra terræ pulverem, tolliturque ab eo, & abscedit. Quæ etiam ratio est percussionis in sepulchro, prout auxiliante Deo latius dicemus suo loco.

§. 9. Et huc quoque pertinet illud, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod multi justi non aliam ob causam moriantur, quam ob consilium serpentis [*quo Chavvam alliciebat ad peccandum.*] Atque hinc responderi potest ad quæstionem illam, quomodo fieri queat, quod moriantur absque peccato: cum exhinc videretur iniquitatem quandam versari in sinu Dei Benedicti? Sed in hoc versatur negotium, quod jam ante in illis est malum primum, quod commixtum fuit cum animabus illorum cum peccaret Adam protoplastes; & serpens injiceret impuritatem suam intra animam ejus: unde malum illud primum ab ipsis tolli nequit nisi per mortem: prout nempe dicebat Deus benedictus Gen. 2. v. 17. In die quo comedes ex ea, morte morieris.

§10. Ab illa ergo die, qua peccavit Adam protoplastes, continuis tam cogitationibus quàm operibus in id enitendum nobis est, ut extrahamus atque educamus animas supradictas è medio corticum per opera nostra supradicta. Quò etiam digitum intendit scriptura Psal. 68. v. 35. Date fortitudinem Deo. Quod si igitur essemus justi & verteremur conversione perfecta, facultas in nobis esset omnes illas animas, quæ inter cortices degunt, unico extrahendi momento; atque confestim veniret Messias. Prout nimirum inquiunt Rabbini nostri bonæ memoriæ. Non venit filius David, nec plenè prodierint omnes animæ, quæ in corpore. Sed peccata nostra debilitant, ut ita dicam, potentiam conditoris, id quod & Scriptura docet Deut. 32. v. 18. Petram genuit te, debilitas.

§. 11. Quando autem plenè prodierint omnes illæ animæ è corticibus, quæ mortis nomine vocantur: tunc etiam abinde exibit gloria cohabitans, quæ intra illos est, eosque vivificat: & illi relinquentur mortui, & absorbebuntur atque peribunt. [*Sublata nimirum privatione sive curvatura atque pravitate, in qua consistit forma corticum. Et huc pertinet, quod Paulus inquit, 1. Cor. 15. v. 24, 25, 26, 27, 28; ubi nota particula* Καταργήσῃ. *Confer.* 53. 54.] Et hoc ipsum est, quod dicit Jeschajah 25. Absorbebit mortem in æternum. Id est cortices, qui vocantur mors. Quid dicitur? nimirum postquam ex illis prodierit gloria cohabitans, quæ vocatur vita, absorbebuntur in æternum, nec ulla ipsis continget restitutio; prout fiebat tempore promulgatæ legis, ubi mors redibat in locum suum pristinum.

§. 12. Porrò jam quoque dictum est: animam quò sit excellentior, eò profundius immergi corticibus: eòque magis externos illos (hostes) conari omnibus suis viribus, ut eandem polluant omni pollutionum genere, quò semper permaneat intra potestate illorum, ipsique commodo suo exinde fruantur. Metuunt ergo ne forte per justum quendam perfectum ab illis educantur tales animæ tempore copulæ suæ, ... lis, ut dictum supra. Antequam ergo justus ille talem animam ab illis educat, ... alimentum suum quod ejusdem beneficio capiunt, amittant; Quid faciunt? nempe vident locum quendam corruptissimum admodum, [*seu corpus quoddam ... mi temperamenti, intra quod sub illa generatione pro fœtu novo immittenda* ...] tunc animam quandam excellentem dimittunt extra se, ut subintret illuc, quo ... quia in loco tantùm malo existit, magis illam ad peccandum impellere, eamque ... rumpere queant vehementiùs, quam fuerat antea; ita ut redire cogatur in potestatem illorum vitiata ut priùs: atque hac ratione semper maneat ipsis subjecta. Atque ... ratione illi dominium exercent in hominem juxta Ecclesiastæ 8. v. 9. putantes id ... fore commodum: cùm tamen è contrario in detrimentum illorum cedat.

§. 13. Res autem ita se habet. Sanctus nempe ille benedictus juxta Deut. 32. ... Petra est, cujus opus est perfectum: & quoniam per peccatum Adami dominium ... perunt in illas animas; hinc easdem non vult educere è manu eorum, nisi jure. ... ergò facit? Expectat, donec locus aliquis vitiatus occurrat, ut dictum supra; illum ... ostendit exterioribus illis inquiens; Velle se, ut illuc introducatur hæc vel illa ...

in locum nempe istum impurum [*quo nempe subigatur corruptum illud temperamentum*] Illi ergo in contrarium intenti melius consultum sibi putant, si præclaram illam animam illuc introduxerint; & magnoperè delectantur isto actu. Cùm tamen Deus laudatissimus rem jure persequi cupiat, opusque perficere illis volentibus. Planè sicut fiebat per præceptum de hirco in locum Asasel educto, Levit. 16. v. 26. quo auferebantur omnia peccata Jisraëlitarum: prout exponitur in libro Sohar. Cùm igitur talis anima sancta in locum istum viliorem immittitur, e. g. in filium hominis perfectè impii, l. in proselytum quendam atque similes, illi, quasi conclamantes, eandem in sua omninò potestate esse censent, & casu veluti desperato nullam ipsi fore restitutionem sibi spondent.

§. 14. Contingit autem quod anima illa robusta atque sancta insigniter excitetur operibusque bonis præcellat, ut penitus separetur à corticibus: neque id solum, sed etiam scintillas alias secum assumat, easque è profundis corticum educat. Id quod sic eveniebat in Abrahamo Patre nostro, super quo pax, qui erat filius Tharach idololatræ & magni Sacerdotis idolorum: & tamen è contrario de ipso dicitur Gen. 12. v. 5. & animas, quas [*proselytas*] fecerant in Charan. Quod similiter quoque accidit in omnibus proselytis justitiæ: quales erant Ruth & Thamar & Rachab; & omnes reges domus David, & ipse Meschiach: & R. Akibah & R. Meir & similes plures. Usque adeo, ut David, qui exinde prodierat, penitùs extirparet corticem illum, quo superindutus fuerat primitùs: nimirum corticem Moab, intra quem immersa fuerat Psyche Davidis, prout exponemus suo loco. Unde funiculis distribuebat terram Moab incolis occisis. Unde patet, quod Adam Belial dominium quidem habuerit in hominem sanctum; sed in malum sibi, perverso sc. homini, ut dictum supra.

Id quoque exhinc patet, quod anima quò sit excellentior, eò magis quoque immersa sit similibus corticibus; ita ut prava illius concupiscentia omnino magna sit atque insignis. Unde mirum non est, quod David tale quid perpetravit cum Bathschebah & Abigail: prout juvante Deo, gesta illa Davidis & Abrahami locis debitis explicabimus.

Exhinc quoque perspicuum est, quare interdum justus quidam sit filius impii? cùm tamen meritò omnes justi tantum generare deberent filios justos sibi similes.

Cap. III.

§. 1.

POstquam jam ostendi, quod omnes animæ contentæ fuerint in Adamo Protoplaste, secundum omnem speciem Psyches, spiritus mentis, &c. Prout etiam quod in qualibet specie sint ducenta quadraginta octo membra, ut dictum supra capitulo primo: Jam porro in specie sciendum est: Cum in homine sint ducenta quadraginta octo membra & trecenta sexaginta quinque vasa venarum & similia, quæ efficiunt sexcenta & tredecim: Quod nimirum sexcenta hæc & tredecim sint numerus radicum in qualibet anima

ma: ita ut quodlibet membrum aut vas ex illis ſexcentis & tredecim, quoniam ſingula unum conſtituunt membrum integrum, conſtituant unam radicem integram.

§. 2. Jam porro notum eſt, ſingula membra iterum ſubdividi in ducenta quadraginta octo membra: Prout exempli gratiâ in membro brachii inveniuntur venæ Capitis atque oculorum adeo ut caput & jecur quaſi & omnes reliquæ venæ Capitis in brachio ſint: atque ſic porro quoque in reliquis ſexcentis & tredecim membris: In quorum ſingulis, membra continentur ſingula.

§. 3. Et quoniam jam quodlibet membrum vel vas è ſexcentis illis & tredecim membra continet omnia: Hinc in ſingulis quoque membris ex eadem ratione ſunt ſexcentæ & tredecim animæ: quoniam in quolibet membro vel vaſe reperitur perſona quædam integra, conſtans ducentis quadraginta octo membris & trecentis ſexaginta quinque vaſis. Adeoque quodlibet membrum vel vas animæ capitis, una eſt radix, in qua continentur ſexcentæ & tredecim animæ aliæ.

§. 4. Jam porro quodlibet membrum è ducentis illis & quadraginta octo dividitur in tres partes. Carnem nempe, Vaſa, & Oſſa. Et vaſa iſta non ſunt de numero, Trecentorum illorum & ſexaginta quinque, de quibus ſupra: Sed tantum termini ſunt venarum & Nervorum intra Carnem finientium & abſorptorum. Oſſa autem inter hæc ſupremum habent gradum: & deinde vaſa: de quibus plura videri poſſunt Tract. de format. hominis.

§. 5. Hinc patet, quòd minus quàm ſexcentæ & tredecim radices non poſſint ſupponi in anima Adami protoplaſtæ: Et quælibet radix iterum minus habere non potuit quam ſexcentas & tredecim ſcintillas animarum.

Et quia per peccatum Adami Protoplaſtæ bonum permixtum fuit malo, hinc revolvi cogimur pluries, donec reſtituamur: [*Quæ revolutio refertur inter ſpecies judiciorum, de quibus Heb. 9, 27. Joh. 5, 24. Unde patet quod verum Chriſtianum nulla tangit revolutio. Conf. Apoc. 14, 13.*] Quia ſingulis vicibus parum tantum reſtituitur. In quantum ergo quis reſtituitur, in tantum anima ejus dividitur in ſcintillas varias. Hinc fieri potuit, ut ſexcentæ & tredecim radices Adami protoplaſtæ ſingulæ ſubdiviſæ fuerint in ſexaginta myriades radicum parvarum Adami, quarum ſingulæ eſſent perſona una integra conſtans ducentis quadraginta octo membris: Unde etiam vocantur radices, ut ſupra.

§. 6. Eodem modo quælibet radix è ſexaginta illis Myriadibus parvarum radicum iterum dividi potuit usque ad ſexaginta myriades ſcintillarum; ita ut ſingulæ illæ ſcintillæ ſint anima quædam per ſe. In plures autem ſcintillas ſubdiviſio fieri non potuit, de qua his videri poteſt Cap. 29. ubi rationes adduximus è ſupplementis Sohariſticis f. 112, col. quorum verba ſunt ſequentia: Quoniam dum extenduntur usque ad ſexaginta Myriades; &c. Ubi particula *usque* non ſtrictè involvit ſexaginta myriades; quia pauciores eſſe poſſint quam ſexaginta myriades: ſed ſenſus eſt, non eſſe plures, quam ſexaginta myriades: Quare particula, *usque ad*, uſurpatur. Quod probè notandum.

Quælibet autem radix è ſexaginta illis myriadibus parvarum radicum, non neceſſari

fariò eôdem modô fubdividitur: fieri enim poteft, ut una de fexaginta illis myriadibus radicum dividatur in fcintillas fexcentas & tredecim; vel in mille; donec forte quædam inveniantur quæ divifionem admittant usque ad fexaginta myriades animarum: ita ut radicum numerus minor non fit quam fexcentarum & tredecim: Et tunc vocantur radices magnæ: nec fcintillarum numerus fexaginta myriades excedat. Quæ omnia fiunt pro ratione defectus illius vel corruptelæ cujus caufa radix illa opus habet divifione ifta pro revolutionibus fuis.

§. 7. Hæc omnia tamen paulò latiùs nobis diducenda funt. Sciendumque eft animam Adami protoplaftæ divifam fuiffe in tres partes juxta numerum trium Patriarcharum, [*Prout exercitus dividi folent in duas alas & corpus*] Et tres illas partes porro fubdivifas fuiffe in partes duodecim juxta numerum duodecim tribuum Israëliticarum. Porro duodecim illæ portiones iterum fubdivifæ fuerunt in feptuaginta partes juxta numerum feptuaginta animarum quæ defcenderunt in Ægyptum: Et feptuaginta iftæ partes funt radices magnæ fub quibus comprehenduntur omnes Animæ Adami protoplaftæ.

Deinceps feptuaginta iftæ partes iterum fubdivifæ fuerunt, in fexcentas & tredecim radices medias: Et iftę fexcentę & tredecim radices ulterius divifę fuerunt in fexaginta myriades radicum parvarum, fecundum numerum generationis deferti.

§. 8. Sciendum autem numerum iftum fexcentorum & tredecim in fe continere omnes reliquos numeros fupra dictos. Numerus enim fexcentorum ejusdem computi defignat fexcenta illa millia, five fexaginta myriades fupra dictas. Et in numero tredenario, qui etiam pars eft numeri fupra pofiti latet numerus duodecim tribuum: Unitas autem exiftentiam illorum refpicit, five totum complexum illorum. Numerus quoque ternarius tres Patriarchas refpicit: & denarius refpectum habet ad feptuaginta animas, fi nempe fexaginta myriades & denarius ifte addantur; unde refultabunt feptuaginta illæ nimirum animæ. Unde apparet, quod in numero fexcentorum & tredecim contineantur omnes numeri fupra dicti: nempe trium Patriarcharum; & duodecim tribuum; & feptuaginta animarum; & fexaginta myriadum.

§. 9. Quemadmodum autem tota Synoche five coagmentatio animæ Adami protoplaftæ dividebatur fecundum tres Patriarchas & duodecim tribus & feptuaginta animas: Sic fingulæ porro radices è fexaginta myriadibus radicum Adami ulterius dividuntur per fe fecundum numerum trium Patriarcharum & duodecim tribuum & feptuaginta animarum.

In hoc tamen eft differentia quædam, quod nempe feptuaginta quidem animæ in Adamo divifæ fuerint in fexaginta myriades radicum (parvarum), fed feptuaginta illæ animæ, quæ in fingulis radicibus fexaginta illarum myriadum fupradictarum non porrò ita fubdividantur, ut una plusquam una radix fola fiat: fed fingulæ iftarum feptuaginta radicum fubdividuntur in fexcentas & tredecim fcintillas vel plures, adeò, ut fieri queat aliquas iftarum radicum è feptuaginta, fubdividi in fexaginta myriades, fcintillarum

rum quidem, quæ sint animæ; sed non radicum, eò quod simplices tantum sint animæ.

§. 10. Ista autem omnia, quæ hactenus diximus, intelligenda saltem sunt de Psyche factiva. Eodemque modo instituenda est divisio spiritus è mundo formativo; & mentis è systemate creativo, atque sic porrò, cum notum sit, animam Adami protoplastæ in sese continuisse omnes animarum species à psyche systematis factivi usque ad longanimum mundi emanativi.

Cap. IV.

§. 1.

Postquam igitur jam explicatum tibi est, quomodo omnes animæ comprehensæ fuerint in Adamo protoplaste; omnesq; per peccatum ejus superinvolutæ fuerint corticibus: jam porrò aggrediemur doctrinam ipsam de animarum revolutionibus. Ab illo enim tempore, quo bonum permixtum fuit malo, duo jam sunt necessaria. Primum ut homo bonum separet à malo: id quod fit observatione trecentorum & sexaginta quinque præceptorum prohibitivorum. Alterum autem ut portio boni restituatur: quod fit per præcepta affirmativa seu jubentia. Nullum enim fuit membrum in Adamo protoplaste, quod non compositum fuerit è ducentis quadraginta octo membris aliis & trecentis sexaginta quinque vasis venarum vel nervorum, quorum numerus efficit summam sexcentorum & tredecim.

§. 2. Quod si ita est, dici fortè posset sufficere, si singula membra adimplerent præcepta hæc sexcenta & tredecim; quamvis non omnes scintillæ eorum adimplerent omnia præcepta.

§. 3. Scito autem rem ita se non habere. Quia enim ipsa quoque membra subdividuntur in sexcentas & tredecim scintillas, ut dictum supra, vel plures; & quælibet scintilla constat ex omnibus: hinc quælibet scintilla animæ tenetur adimplere omnia sexcenta & tredecim præcepta legis, quæ correspondent membris vasisq; hominis: & si vel unicum præceptum desit, propterea revolvi tenetur, prout traditur in supplementis Soharisticis suppl. 1.

§. 4. Revera enim non est par ratio istorum duorum; si nempe quis impleverit omnia sexcenta & tredecim præcepta mediantibus scintillis membri illius, unde descendit radix animæ ejus; quamvis non ipse adimpleverit omnia: & si quis nondum impleverit omnia sexcenta & tredecim præcepta; ne quidem per scintillas radicis suæ: quod planum est per se.

§. 5. Neque id solum, sed omnia sexcenta & tredecim præcepta adimplenda sunt ab homine, factô, verbo, & cogitatione. Quod indigitatur verbis illis Levit. 6. v. 9. Hæc est lex holocausti, &c. Ubi dixerunt Magistri nostri: Quicunque studet super præcepto holocausti, eidem imputatur, ac si obtulisset holocaustum, &c. [*Hæc phrasis com*

si commodè exponi possunt ea, quæ Paulus sæpiùs dicit de imputatione fidei, quæ nimirum opera illa, quæ fidelis non propriis viribus, (quippe quas abnegavit,) sed per Spiritum Sanctum verâ fide atque precibus à Patre per Filium Messiam impetratum, operatur (quæ revera nil nisi fides ejus sunt;) eidem, in justitiam imputantur, i.e. ac si ipse ea præstitisset, unde & pro iis merces promittitur. Ad Rom. 4. v. 5. 11. &c.]

§. 6. Si autem defecerit scintilla animæ unica saltem in una parte illorum; quæ sunt opus, verba & cogitatio; tamdiu revolutionem pati cogitur, donec impleverit omnia.

§. 7. Sic quoque qui non studuerit in lege secundum פשט, sive sensum literalem, רמז sive Allegoricum; דרוש sive Anagogicum & סוד sive Mysticum sive Cabbalisticum quæ voces juxta literas suas initiales continentur voce פַּרְדֵּס; ille cogitur revolvi, donec absolverit omnia secundum singulos sensus; quilibet nimirum secundum illam partem, quam potest assequi pro notione radicis suæ: & hæc est illa portio, quæ ipsi data est in monte Sinai; prout notum est.

§. 8. Hoc ipso autem responderi potest ad multas quæstiones multaque dubia. Videmus enim multos justos gradu sat exiguo per cæteris justis justitiam colentibus; qui tamen tranquille atque quiete gaudent mundo venturo. Cum è contrario justi sint excellentes admodum, exempli gratia, Moses Magister noster super quo pax: de quo dicitur in supplementis Soharisticis, quod revolvendus sit, & extensio ejus pertingat usque in sexaginta myriades generationum. Cujus hæc est ratio, quod absolvere teneatur portionem suam, quæ magna est admodum: unde revolutiones ejus non absolvi queunt tam velociter?

§. 9. Hinc quoque intelligitur, quare dentur justi quidam, qui quasi excisi moriantur in Juventute sua: quales exempli gratia fuit R. Bon & ipsi similes. Quod non propterea factũ est, quasi commiserit delictum aliquod, cujus causa reus factus sit excisionis: sed cardo rei in hoc versabatur, quod jam perfecisset, quicquid complendum erat ex omnibus sexcentis & tredecim præceptis, cum pluribus aliis; unde dissolvebatur [*Confer phrasin ad Phil. 1. v. 23.*] & ex hac vita migrabant in juventute sua (justi isti). Quod indigitarunt Magistri nostri bonæ memoriæ dicentes: R. Bon novendecim ætatis suæ annis plus impendit operæ, quam discipulus quidam alius septuaginta annis. Quod nota.

§. 10. Hinc quoque intelliges, cur dentur justi quidam, qui inviti moriuntur, qualis fuit Moses Magister noster super quo pax: Cùm alii contrarium testati sint. Cujus ratio in hoc consistit, quod Mosche nondum adimplesset omnia sexcenta & tredecim præcepta; præsertim quæ concernerent terram promissam atq; domum sanctuarii, cũ ergo durum ipsi videretur reverti per revolutionem, quod ipsi tamen faciendum erat: hinc invitus omnino subiit mortem. Justi autem alii, qui jam absolverunt, quicquid ipsis necessarium fuit; morte sua gaudent. Et hoc ipsum est, quod dicitur Danielis cap. 12. v. 13. Et tu vade ad finem & requiesces. Non enim opus fuit ipsi revolutionem pati ulteriorem.

§. 11. Hinc quoque intelligi potest, quare redemtio tanto tempore suspendatur.

Quod nimirum opus sit infinitis quasi revolutionibus, donec scintilla quævis adimpleat omnia sexcenta & tredecim præcepta cum omnibus supradictis speciebus.

§. 12. Hinc quoque intelligi potest dictum illud Gemaræ, Ubi R. quidam interrogavit alterum: Quod nam præceptum pater ejus potissimum observasset? iste autem responderit: Præceptum peniculamentorum. Et sic eodem modo alii inveniuntur justi, qui præcepta quædam alia potius observant, quàm cætera. Ubi quæstionem movent Sapientes nostri bonæ memoriæ: Annon præcepta levia eodem modo observanda sint, quô gravia? Ubi respondetur, illos fuisse sapientes, qui sciverint, quid ipsis defuerit: unde præcepta illa, quæ jam observaverant in revolutionibus prioribus, non usque adeò observaverunt.

§. 13. Quod tamen intelligendum saltem est de illis præceptis, quæ corpus non obligant: qualia sunt, præcepta ad terram promissam pertinentia, item primitiæ tonsuræ; & similia. Sed quæ corpus obligant, qualia sunt struendi tabernacula, inflandi tubam & gestandi frondes, item fundendi preces & legendi lectionem Audi, & similia; illa sanè quilibet observare tenetur in singulis revolutionibus. Quod probè notandum.

§. 14. Cæteri autem homines, qui ignorant quam ob causam in mundum venerint; & quid ipsis desit: omnia observare tenentur. Et propterea admoniti sint, præcepta levia pari observare respectu quô gravia.

§. 15. Hinc quoque intelliges, cur quidam homines omne studium summa cum delectatione impendant in sensum legis literalem; cùm alii sibi proponant sensum Anagogicum vel Moralem, alii Allegoricum sive Tropicum, alii Gematriis sive Arithmeticæ sacræ invigilent; & alii Viam Veritatis seu Cabbalam sectentur. Quæ omnia sic eveniunt secundum finem, propter quem quis illa vice revolutionem passus est. Quia enim jam semel absolvit illorum quædam in prima revolutione; hinc non opus est, ut in quavis revolutione operam det omnibus. Atque hac ratione intelligere poteris quicquid difficile videtur atque dubium est circa negotia hominum illorumque revolutiones.

§. 15. Cumque jam expositum sit, quæ sit ratio radicum animarum; & quomodo singulæ scintillæ adimplere teneantur omnia sexcenta & tredecim præcepta modis supra expositis: jam porro notandum est, magnopere opus esse homini ut sciat radicem animæ suæ, & unde illa provenerit. Prout monetur in Sohar Cantici Canticorum ad locum Cant. 1. v. 7. Indica mihi, quem diligit anima mea &c. Prout scire quoque tenetur homo, in quem finem in mundum venerit?

§. 16. Res autē eò redit: quoniam jam notum tibi est, omnes Jisraëlitas vadimonio erga se invicem obstringi; ob causam supra jam expositam cap. 1. quod nempe omnes Jisraëlitæ fuerint in Adamo protoplaste. Veruntamen vades non sunt pro se invicem, nisi ratione peccatorum manifestorum: sicut dictum est Deut. 29. v. 29. Et manifesta nobis & filiis nostris &c. Sicut etiam non sunt sponsores pro se invicem nisi illô casu, si possint impedire malum illud, & non impediverint: prout notum est.

§. 17. Verum enim verò rationes dantur plures specialiores atque intimiores aliæ. Nimirum quod quicunq; ab una descendunt radice sponsores atq; vades sibi sint invicem in

in quovis particulari: ita ut non tantùm pœnam sustinere cogatur propterea, sed ut etiam hanc ob causam revolvendus sit aliquis: prout ulteriùs exponemus.

§. 18. Quod ita se non habet in descendentibus à radicibus diversis. Quoniam si quis manifesto delictô polluatur, & alter idem potuisset impedire, quod tamen non fecit; iste sane propterea non punitur nisi in hoc mundo: non autem tenetur propterea redire per revolutionem vel per impraegnationem: prout exponemus. Unde omnes sexcentæ & tredecim scintillę animarum contentæ in radice una è septuaginta radicibus parvis, quæ reperiuntur in singulis membris Adami protoplastæ, ut dictum supra capitulo 3. omnes, inquam, sexcentæ & tredecim scintillæ, sive etiam si plures fuerint, ut dictum; omnes sponsores sunt pro sese invicem sponsione perfectissima. Quoniam omnes illæ sexcentæ & tredecim scintillæ habentur pro anima una. Quod probè notandum tibi; quoniam insigne est axioma circa negotium revolutionis. Quod si igitur una quæpiam è sexcentis illis & tredecim scintillis peccaverit, vel vitium aliquod admiserit; tunc omnes *illæ* sexcentæ & tredecim scintillæ ad eandem pertinentes radicem vitium hoc vel defectum illum restituere tenentur: nec vocantur perfectæ vel restitutæ, quamvis omnia ipsis necessaria suo tempore adimplevissent; donec resarciatur vitium illius scintillæ. Quapropter omnes illæ scintillæ tenentur associari eidem per mysterium revolutionis [*Notetur eadem mysterii phrasis in eodem negotio à Paulo adhibita ad Rom.* 11. *v.* 25.] vel per mysterium impraegnationis. Prout latius declarabimus Deô juvante. Ut nempe opitulentur ei quoad impleat omnia sexcenta & tredecim præcepta impletione perfecta. Postquam autem adimpleta sunt sexcenta & tredecim præcepta; nullo amplius erga se invicem obstringuntur vadimonio alio, eò quod ex una radice sint: quamvis illa anima fuerit de septuaginta radicibus parvis contentis in uno membro Adami protoplastæ.

§. 19. Porrò sciendum quoq; est, ex sexcentis & tredecim illis scintillis alias semper viciniores esse atque cognatiores aliis, unde cognatiorem huic vel illi embryonem fieri oportet, vel revolvi, ut eandem juvare queat; prout auxiliante Deo cap. 5. declarabimus.

§. 20. Hinc ergò constat omnes illas sexcentas & tredecim scintillas unam esse animam, quæ sive per peccatum Adami protoplastæ sive per ipsius hominis commissa, distracta saltem sit, veluti, si per malleum saxum diffringatur in sexcentas & tredecim particulas sive scintillas, Jirm. 23. v. 29. vel plures.

§. 21. Exinde quoque intelliges, quod reperitur in libro Cabbalistarum: Aliquem per revolutionem venisse in alium quendam: cùm tamen absurdum videatur intellectui, virum illum excellentem coactum fuisse reverti atque revolvi; & præcipuè reditu tali revolutivo, ut revolvatur in homine multum viliore, quàm ille fuisset antea. Verum enim verò res ita se habet; quoniam omnes sexcentæ & tredecim scintillæ sponsores sunt atque vades pro se invicem, (eò quod ab una radice sint); hinc aliquando scintilla excellens admodum revolvitur in scintilla quadam vel minima: eo quod vadimonio obstricta sit alteri, cùm sit de radice ejus; ut nempe opituletur ei, eamque perficiat.

§. 22. Porrò notandum singulas sexcentarum & tredecim illarum scintillarum sive particularum vel plurium, quæ sunt in eadem radice, omnes appellari radicis

nomine. Jam verò quælibet radix partim continet diſcipulos Sapientum ſive majoris ſive minoris eruditionis, obſervatoresque Præceptorum, partim quoq; idiotas plebejos atq; impios. Exempli loco ſit arbor, in qua ligna quoque & rami atque folia ſunt, & cortices præter fructus: quæ tamen omnia ſunt anima una. Jam verò in qualibet radice neceſſariò eſſe debent ſexcentæ & tredecim ſcintillæ unius animæ, ſyſtema conſtituentes juxta myſterium 248. membrorum & 365. vaſorum ad illam pertinentium; quæ omnes ſint diſcipuli Sapientum, ita ut numerus eruditorum minor eſſe nequeat, quàm 613. Cætera verò maſſa iſtorum membrorum, prout ſunt rami, folia lignumque arboris, ſunt patresfamilias ſive plebeji. Summa huc redit, in qualibet radice pro fructibus arboris tantum haberi diſcipulos Sapientum, quos 613. eſſe oportet numero certo: atque hæc omnia in Pſyche ſeu anima inferiore vel Nepheſch. Et ſic 613. alii reperiuntur in ſpiritu; totidemque in mente &c. ita pergendo per omnes partes ſingulorum ſyſtematum emanativi; creativi, formativi, & factivi, de quo vide cap. 2. Quod probè notandum. Quoniam ſcitu valde neceſſarium eſt, niſi confundi velis cognitione tua.

§. 23. Ratio in hoc conſiſtit, quod in qualibet radice perſona repræſentetur integra, 613. membris conſtans.

§. 24. Adeoq; ſicut magna eſt differentia inter ipſas radices, quarum aliæ ad caput, aliæ ad pedes referuntur: ſic talis quoque eſt differentia inter ſcintillas ejusdem radicis. Unde non eſt quod mireris, quod omnes impii atque populi mundani progeniti ſint ab Adamo protoplaſte & Noach & Abraham & Jitzjak eorumque ſimilibus: quod vix videtur poſſibile. Sed difficultas in id reſolvitur, quod anima illa & quævis conſtet è 248. membris, in quolibet autem membro ſint caro & medulla, ſanguis cutis pili quoque & quandoque ungues. Quicunque ergò pertinet ad medullam interiorem, ille inſignis eſt admodum: atque ſic porro usque ad pilos & ungues, qui quaſi cortices ſunt illius membri. Unde mirum non eſt, quod dixerimus in radice animæ Abrahami & ſimilium dari ſcintillas ſive particulas impiorum atque ingloriorum viliumque admodum. Quod probè notes, ne opus ſit ubique eadem repetere: videasque cap. 32.

§. 25. Ulterius multa quoque ſunt præcepta, quæ non à qualibet ſcintilla ex illis impleri vel obſervari queunt. Ratio hæc eſt: quoniam non omnes animæ, quamvis ſint ab una radice, propterea tamen veniunt in unam familiam, vel in unam tribum: sed quædam revolvitur in Sacerdotem vel Levitam; alia in revolutione fit Judex, alia lunarius vel ſimilis: ubi non quælibet ſcintilla obſervare poteſt omnia ſexcenta & tredecim præcepta; eò quod quædam ſolos ſacerdotes, quædam Levitas; aliæ Reges vel Judices & ſimiles concernunt: prout etiam præcepta ſunt alia ſpecialia, qualia ſunt de redimendo primogenito; de leviratu vel discalceatione. Quod ſi enim cuidam filius non ſit vel frater vel primogenitus; ille ſanè hæc obſervare nequit. Porrò tamen alia quoque ſunt præcepta, quæ à ſingulis obſervari poſſunt, qualia ſunt de lectione Audi; de precibus; de fimbriis [*vid. Matth. 9. v. 20. Matth. 23. v. 5. Matth. 14. v. 36.*] item adeundi communem conventus, & ſimilia. Alia quoque ſunt præcepta, quæ homo non obligatus eſt perſequi; qualia ſunt ſpicilegium, oblivione relicta, angulus agri, primitiæ tonſuræ & ſimilia: ad quæ quilibet obligatus eſt, ſi nempe habuerit agrum vel oves: ſin minus, liber

ce

est. Alia deinde præcepta templum saltem concernunt, qualia sunt sacrificia & similia.

§. 26. Jam ergo dicendum, quæ sit singulorum ratio. Quoad illa igitur præcepta, quæ homo posset persequi, v. g. ut emeret agrum & daret decimas, &c. ob illa, si neglexerit eadem, tenetur revolvi; eademq omni modo adimplere. Quod autem ad illa præcepta attinet, quæ observari queunt citra respectum templi; & quæ tamen occasione deficiente à quodam impleri nequeunt, qualia sunt redemtio filii; & leviratus; & discalceatio: circa illa hæc versatur differentia: quod si occasio cuidam offeratur; & tamen ea non observet; tunc se habent ad instar omnium præceptorum, quæ ab homine præstari queunt: unde quis propterea obligatus est perfecto reditu revolvi, ut illa observet. Quod si verò occasio eidem defuerit; non quidem propterea tenetur revolvi, sed sufficit ipsi, si embryonetur per mysterium embryonatus, ut nempe subintret in hominem quendam vivum, qui sit de radice ejus, & obligatus sit ad ea, ut supra dictum per revolutionem. Cùm ergo obvenerit isti homini tale aliquod præceptum, quod ipsi defuerat; tunc alter ille idem simul observare potest mediante hoc: quo facto mox iterum ex illo dimittitur atque avolat. Et de his satis.

§. 27. Quantum autem præcepta illa concernit, quæ à templo dependent; propter illa omnes scintillæ, quæ venerant ante exstructum sanctuarium sive stante templo obligatæ tunc erant revolvi in sacerdotes vel Levitas, vel Jisraëlitas; donec omnia adimplevissent. Quæcunque autem scintillæ non venerunt in mundum nisi post destructum templum; illas omnes redire oportet tempore adventus Messiæ, qui benedictus sit: atque tunc observabunt omnia illa præcepta.

§. 28. Atque hinc facile intelliges rationem, quare dies Meschiach venire debeant ante mundum venturum; quod est millennium septimum; quia tunc fundamentum erit pœnarum. Quam diu autem anima sola est, eique occasio deficit; tunc illa præcepta observare nequit: unde circa initium dierum Messiæ observanda erunt omnia præcepta dependentia à templi structura. Et hinc quoque intelligi poterit, quod dixit R. Jischmael filius Elischah, cùm emungeret lucernam nocte Sabbathina, inquiens: Cùm restaurabitur domus Sanctuarii, sacrificium offeram pro peccato &c. Sed hæc sufficiant; eaque probè notes.

Cap. V.

§. 1.

Cum capitulo præcedenti satis edoctum sit, omnes animas mixturam pati boni atque mali; inque mundum venire, ut restituant separentque bonum à malo: quodque aliæ veniant in mundum per mysterium revolutionis, aliæ verò per mysterium embryonatus: jam porrò declarandum est, quid propriè sit גילגול seu revolutio, & quid sit embryonatus, seu עיבור.

§. 2. Revolutio ergo, quæ Gilgul dicitur est, si cùm infans quidam de utero matris prodit, in corpus illud subintrat anima quædam; eademque tolerare cogitur omnes illos dolores atque miserias, quæcunque supervenerint eidem corpori, ex quo prodiit in auram mundanam usque ad mortem ejus; ita ut penes illam non sit abhinc exire usque

que ad diem mortis. Sed embryonatus, qui Ibbur dicitur, est, si anima quædam in hunc mundum venit in hominem jam natum in hunc mundum, atque adultum; tunc enim si anima quædam alia intra talem subintret, iste similis quasi evadit fœminæ prægnanti, quæ infantem embryonem in utero suo gerit: unde etiam dicitur embryonatus: eodem enim modo in talem virum præter animam suam radicalem, quæ in ipsum intrat cum prodit in auram mundanam; per novam imprægnationem venit anima quædam alia, postquam jam adolevit. Unde fieri non potest, ut anima quædam embryo fiat in aliquo per mysterium embryonatus; nisi alter ille jam natus fuerit annos tredecim & ultra, id est, si natus sit annos tredecim & diem unum: quoniam ab illo tempore jam pro viro habetur, qui obligatur observare præcepta: tunc ergò eidem advenit anima altera, ut eundem adjuvet, & justum reddat, dirigatque ad studium præceptorum atque legis.

§. 3. Duplex autem est embryonatus. Primò; cum anima illa, quæ de novo imprægnat hominem illum, ipsa hoc casu indiget, quia ipsi deest aliquod præceptum, quod non observavit in revolutione præterita: quod tamen tale est, ut ad illud *implendum* ipsi defuerit occasio: qualia sunt leviratus, discalceatio & similia, propter quæ non opus habuit descendere in revolutionem, ut dictum supra cap. 4. Unde venit ut embryo in istum hominem, ut impleat illud præceptum, in quo deficiebat.

§. 4. Vel etiam secundò fieri potest, ut imprægnet illum hominem pro necessitate illius hominis; ut nempe opituletur ei, eumque justificet, atque gubernet: ipsa verò anima embryo facta pro seipsa nullô laborat defectu. Utroque autem casu non imprægnatur homo nisi postquam natus sit tredecim annos & diem unum: abhinc porro enim obligatus est observare præcepta.

§. 5. Differentia tamen hæc intercedit: quod cum quis embryo fit in proprium usum, ut adimpleat defectum suum; anima illa imprægnans extendatur per totũ corpus hominis illius instar animæ corporis illius propriæ: toleretque omnes dolores & cruciatus corporis, prout ipsa illius corporis anima, ibique moretur, donec adimpleat illud præceptum, quo carebat: quo impleto aufertur ab homine illo & abit.

§. 6. Quæ autem embryo fit pro necessitate hominis cujusdam, ut nempe eundem adjuvet; illa non suffert dolores ullos miseriasque corporis: cum ipsa defectu non laboret, nec ob propriam necessitatem adveniat: unde nec tempus habet definitum, quo egredi debeat; sed potiùs ibi permanet secundum arbitrium suum & cum homo bene operatur, in illo persistit; & quidem quò melior evadit, eò fortiùs cum ipso unitur. Cùm autem in deterius ruit, ipsa aufertur ab homine illo, dicens è Numer. 16. v 26. Recedite quæso à tentoriis virorum istorum impiorum &c. atque abit.

§ 7. Quod autem ad revolutionem attinet, possibile est, ut revolvantur simul duæ vel tres scintillæ in corpore uno; prout infra declarabimus hôc ipsô capite. Quod tamen fieri nequit, nisi hæ revolutæ omnes sint de una radice animæ; & de 613. scintillis illius radicis: prout dictum est cap. 4. quod nempe omnes pro se invicem spondere cogantur, omnesque sint anima una.

§. 8. Quod si autem quis seducat proximum suum; tum ambo coguntur pati revolu-

volu-

volutionem unam in uno corpore: & ille qui ſeduxit, juvare tenetur alterum ut impleat præceptum illud, & reſtituat quod corrupit, propter illum. Quo in caſu ſimul revolvi poſſunt, quamvis non ſint de una radice: Videatur Cap. III.

§. 9. Sic etiam in imprægnatione ſive embryonatu plerumque ſunt de una radice. Niſi cum homo quidam operam dat præcepto cuidam prout decet, illique ſemper inhæret ad inſtar juſti cujusdam qui ante illum vixerat, eidemque præcepto operam dederat ex omni perfectione: Tunc enim quamvis anima juſti illius non ſit de radice hujus, tamen hunc imprægnare poteſt.

§. 10. Dein ſcito, fieri quoque poſſe, ut talis imprægnatio accidat viventibus ambobus. Verbi gratiâ, ſi juſtus quidam eſt in generatione quadam, & præcepto cuidam operam dat ſecundum requiſita ejus; deinde autem homo quidam in eadem generatione vivit, qui idem præceptum ſecundum requiſita ejus implet, prout id fecerat juſtus ille; tunc fieri poteſt, ut Nepheſch ſeu Pſyche vel anima inferior juſti illius imprægnet *illum*, quamvis ambo ſint in vivis. Et hoc eſt quod dicitur 1. Schmuel. 18, 1. Et Pſyche Jonathanis ligata eſt ad Pſychen Davidis: quamvis ambo ſimul viverent, in una generatione. Quod probè notandum.

§. 11. Quod autem dictum eſt de Embryonatu, indigitatum quoque eſt in libro Midraſch Hanneelam 42. Ubi dicitur: Qui venit ut purificetur, illum adjuvant. R. Nathan inquit: Animæ juſtorum adjuvant illum. Quod notandum. Res autem ita ſe habet, quod nempe juſti illius anima veniat in hominem iſtum, ut illum adjuvet adimplere præceptum: Unde juſtus ille hîc quoq; portionem habet in iſtis præceptis; (& obſervatione eorum particeps fit.) Id quod etiam à Magiſtris noſtris piæ memoriæ alibi annotatum eſt, cum inquiunt: Majores ſunt juſti poſt mortem ſuam quam in vita ſua: Quoniam poſt mortem ſuam merentur habere liberos. Quod ſic intelligendum: Quia homo iſte quaſi eſt ad inſtar filii juſti illius, qui ipſum dirigit ad præcepta ſicut Pater filium ſuum. Et Capitulo undecimo latiùs exponemus quantum auxilii ſortiri queat homo ſi ipſum imprægnet juſtus quidam; quæ evolve. Et hoc intenderunt Magiſtri noſtri, dum inquiunt: Si probus eſt accipit portionem ſuam & portionem ſocii ſui in horto Eden. Ecce enim juſtus talis unam jam accepit portionem ſuam in horto Eden; Et quando nunc Embryo fit in hoc vel illo homine ut illum adjuvet; iterum portionem ſuam accipit, etiam ex illo præcepto.

§. 12. Fit autem revolutio ex pluribus cauſis. Nam

1. Quis revolvitur ex eo quod peccavit & vitium contraxit; qui propterea revolvendo redit ut illud vitium reſarciat. Et ſi talis revolvatur, is ſanè facile iterum peccat.
2. Alius revolvitur ut adimpleat & perficiat aliquod præceptum, quod neglexerat. Et hujus caſus duæ ſunt ſpecies. Primò; ſi id tale ſit, quod cum daretur occaſio, tamen noluit obſervare. Exempli gratia, ſi feſtum tabernaculorum ſit & non conſtruxerit tabernaculum: vel ſimile quid: quamvis non manibus quaſi præceptum deſtruxerit, ſed tantum quod quietus ſederit, & non fecerit.

 Et

Et iſte remotior eſt à peccando, quam ille, qui venit ad reſtaurandum vitium aliquod, vel peccatum. Deinde aliquis etiam revertitur ad obſervandum præceptum aliquod, cujus ipſi quidem non oblata fuit occaſio; ipſe tamen ex deſidia eandem quoque quærere noluit. Exempli gratiâ: Si non emit agrum ut obſervaret præceptum de ſpicilegio; derelicto ex oblivione & de angulo agri, &c. Et talis adhuc remotior eſt à peccato & certior eſt quod non ſit peccaturus.

3. Quidam etiam revolvuntur ut juſtos reddant alios & in viam rectam ducant homines: Non verò revolvuntur pro neceſſitate propriâ. Et hi certiſſimi ſunt quod omnino non ſint peccaturi. Ratio hæc eſt; quoniam Sanctus ille, qui benedictus ſit, non cupit, (quod abſit!) ut culpoſæ fiant creaturæ ejus, poſtquam abſolverunt penſum ſuum: Et quoniam tantum adveniunt in uſum aliorum, ipſe conſervat eas ne omnino peccent.

4. Quidam etiam propterea revolvuntur, quia non fuerant meriti in revolutione priore veram ſuam comparem ducere in uxorem: unde redeunt, ut eandem accipiant.

§. 13. Poſtquam autem jam declaravi quomodo ſe habeat revolutio: Et quomodo fieri queat, ut plures ſcintillæ revolvantur in corpore unico; & quod omnes de una radice eſſe oporteat: jam porro ad ſpecialiora deſcendam. Scito ergo, aliquando fieri poſſe, ut ſimul revolvantur in corpore uno anima vel una, vel duæ vel tres vel quatuor. Plures autem animas quam quatuor ſimul in uno corpore reperiri impoſſibile eſt. Res autem ita ſe habet. Quandoque una tantum venit anima nova: Quandoque autem cum ipſa revolvuntur animæ aliæ veteres de radice ejus; ut reſtituant cum illa quod corruperant, & propter quod venire debuerunt in revolutionem. Aliquando ergo ut dictum, venit anima una tantum nova. Aliquando anima una revoluta. Vel una nova & una revoluta. Vel una nova & duæ veteres. Vel una nova & tres veteres. Vel duæ vel tres veteres tantùm. Plures autem quàm una & tres veteres concurrere non poſſunt.

§. 14. Et huc pertinet dictum illud Job. 33,29. Ecce omnia iſta operabitur Deus bis & ter cum viro. Ubi per virum intelligitur anima radicalis nova propter quam corpus illud vocatur vir & individuum: Et Deus benedictus jubet fieri revolutiones cum illa, quæ ſunt tres veteres; cum una nova quæ vocatur vir. Hic quoque eſt ſenſus dicti Exod. 20,5. viſitans iniquitatem patrum ſuper filios & ſuper nepotes & ſuper pronepotes. Quoniam myſterium revolutionis ad quartam usque tantum ſeſe exporrigit cum nova ut dictum ſupra.

§. 15. Scito quoque quod in embryonatu pariter id fieri ſoleat, ut cum uno homine plures animæ aliæ ſociari nequeant quam tres; ita ut tres ſint animæ alienæ præter hominem ipſum; ita ut cum anima ejus quatuor ſint: Imprægnantes tamen eundem non niſi tres ſunt vel pauciores: Plures autem quam tres eſſe nequeunt.

§. 16. Verum enim verò in omni embryonatu, dum animæ cuidam aſſociantur, quæ ex una radice ſunt cum anima ejus, tum imprægnatio fit ordine ſumpto à gradu minore ad majorem. Primo enim Embryo fit in eo talis quæ eſt minore gradu: & deinde major iſta; Et poſtmodum tertia adhuc major: Atque tunc juſtior evadit; & lum-

prius obfuscatur eumque imprægnat anima alia excellentior omnibus. Idemque modus semper observatur, ita ut nunquam in mysterio embryonatus plures manifestari queant animæ quam tres, præter hominem ipsum.

§. 17. Alia tamen adhuc quoque explicatio illius loci, Job. 33. v. 29. Ecce ista omnia operabitur Deus bis & ter cum viro. Dicere enim debuisset tribus vicibus: cum tamen dicat vicibus duabus & tribus, vel bis tribus, ita ut videri queat ternarium bis repetitum intelligi. Sensus autem iste est: Quod tribus revolutionibus primis cum quis in mundum venit, ipse venit solus; scintilla nempe sive particula illius sola: ita ut auxilio non egeat Cum autem jam revolutus est tribus vicibus, tunc tres revolutiones secundanæ incipiunt: Et ab illo tempore atque porro ipse non revolvitur solus; sed cum ipso revolvitur vel embryo fit scintilla quædam è radicibus suis ut opituletur ei: Unde cum alia quædam scintilla præparatur ut cum illo societatem ineat, illud fiat in hunc finem, ut alter ille eum dirigat eumque adjuvet. Cùm ergò textus inquit, vicibus duabus & tribus, hæc operatur Deus cum viro; sensus est: id fieri secunda periodo trium revolutionum: & multo magis in tertia, & ulterius quando ipse est cum viro; id est cum scintilla alia; ut nempe scintilla ista illi opem præstet, & viam rectam commonstret. Prout etiam explicabimus, auxiliante Deo Capitulo duodecimo super locum Deut. 22, v. 3. Et sic facies omni rei amissæ fratris tui, &c. ubi vide.

§. 18. Sciendum quoque est, si homo revolvitur ob neglectum præceptum aliquod, ut dictum supra; Tunc revolvitur solus multis vicibus; donec impleverit omnia 613. præcepta, & quicquid ipsi perficiendum est pro portione sua. Et deinde cum resurget in resurrectione mortuorum, omnia illa & singula corpora in quibus revolutus est accipient partem suam ab illa scintilla quæ analoga est præcepto illi, quod implevit cum esset in illo corpore.

§. 19. Si autem revolvitur ob vitium aliquod commissum atque delictum; tunc necesse est ut revolvatur cum scintilla quadam alia concurrente & restituatur per illam scintillam.

§. 20. Si autem scintilla prima peccavit peccatum aliquod ex illis ob quod corpora in morte absumuntur & pereunt, ut ipsis nulla contingat resurrectio è morte: tunc scintilla illa, quoniam corpus ejus periit, sola revolvitur in corpore quodam secundo; quod resurget in resurrectione mortuorum cum omnibus partibus scintillæ corporis primi: Corpus autem primum perit.

§. 21. Cùm autem supra expositum sit, quod multæ animæ revolvi nequeant in corpore uno nisi sint ex unica radice: jam porro scias: quamvis omnes 613. scintillæ illius radicis revolvi queant cum una; illam tamen revolutionem non fieri simul: sed scintillas tantum propinquiores & similiores sibi invicem, concurrere.

§. 22. Fieri tamen potest, si quis dignum se præbeat ut cum eo embryones fiant omnes 613. scintillæ per modum supra hoc capite expositum: ubi tamen tres tantum scintillæ in embryonatu prævalent; & reliquarum lumen obfuscatur intra illas.

§. 23. In specie autem, si ista scintilla perfecta sit penitus, fieri potest, ut in illa

 revol-

revolvantur 613. animæ radicis ſuæ: & ſecundum proportionem perfectionis ejus, prout nempe multa præcepta implet, ita multi radii in illa revolvuntur: Sicut etiam ſi forte, quod abſit, peccet & corrumpatur pro ratione peccati illius multæ ſcintillæ ab ipſa tolluntur. Et hæc omnia in parte Pſyches ſeu animæ inferioris: nec non pariter in parte ſpiritus & in parte mentis.

§. 24. Sunt autem ſcintillæ aliæ propinquæ homini admodum; aliæ remotiores ab illo; aliæ circumdant eum è longinquo; & aliæ circumdant eum quam proximè & ſuperinduunt hominem. Et hæc omnia fiunt ſecundum opera ejus hominis.

§. 25. Sciendum quoque tibi, quòd homo juſtus ſecundum opera ſua colligere poſſit ſcintillas tàm pſyches, quam ſpiritus & mentis ſuæ, ut illas elevet è profundo corticum easque perficiat ipſe: prout juvante Deo latiùs diducemus, cùm tractabimus de prolapſu in faciem inter preces: ſicut etiam capite 9. explicabimus, quod multæ revolutiones contingant Pſychæ ſoli per ſe, nec non ſpiritui per ſe: item menti per ſe. Cum ergo dicant Magiſtri noſtri, filium David non venire, donec plenè in lucem venerint omnes animæ quæ in corpore: quomodo igitur id poſſibile eſt? cùm optandum eſſet, ut per plurimas iſtas revolutiones hac noſtra generatione factas ſaltem pſyche illorũ perficeretur ad plenam ejus reſtitutionem. Quod ſi ita eſt, quomodo igitur conſummabuntur & perficientur omnes illæ ſpecies? Verum enim vero prout jam dictum eſt, ſpiritus vel mentes in mundum prodire queunt per ſe in corporibus diverſis, ut ſi v. gr. involvantur pſychæ proſelyti cujusdam: & hac ratione reſtitui poſſunt omnes ſimul, nec opus eſt, ut aliæ alias expectent.

§. 26. Quod ſi autem pſyche quædam exiverit è profundo corticum, &, quod Deus avertat, iterum peccet, & ad corruptionem redeat; tunc corticibus iterum immergitur ut antea cum omnibus reliquis ſcintillis ab ipſa derivatis; quæ omnes in profunda corticum detrahuntur. Cum ergo pſyche illa redit in revolutionem, tunc ipſa & omne conſortium ſcintillarum ejus revolvuntur in corpore uno: fundamentum tamen iſtius revolutionis tantum conſiſtit in illa ſcintilla de ſodalitio pſyches iſtius quæ ad illud corpus pertinet; reliquæ autem particulæ iſtius pſyches, quæ cum ipſa revolvuntur, ibi ſaltem verſantur ſub myſterio embryonatus; nihilominus tamen dolores atque cruciatus omnes, qui corpori iſti accidunt, ipſas quoque ſuſtinere oportet, prout corpus ipſum; prout & dolores mortis. Peccata tamen, quæ ab iſto corpore committuntur, ipſas non concernunt; ſed illam ſaltem ſcintillam in ſpecie, quæ ad iſtud corpus pertinet: quoniam cæteræ non accedunt, ut malè agant, ſed potius ut benè. Etſi impleverit præceptum aliquod, ipſæ quoq; portionem in eo habent (& illius impletionis participes fiunt) quoniam ſaltem adſunt, ut illam adjuvent.

§. 27. Patet ergo exhinc, quod aliquid participent de natura revolutionis & de natura embryonatus. Ratio hæc eſt, quia per cruciatus & dolores mortis, quos ſuſtinuerunt in corpore primo & ſecundo, expiantur peccata earum; & per bona opera, quæ fecerunt in corpore primo & ſecundo, ipſæ perficiuntur & reſtituuntur, fiuntque juſtæ. In embryonatu autem corporis ſecundi pœnam nullam ſuſtinent ſicut dictum eſt.

§. 28.

§. 28. Atque hinc intelliges, quomodo tandem finis sperandus sit atque terminus omnium revolutionum. Quod si enim scintillæ primæ etiam participarent de peccatis corporis secundi, dicendum esset, quo plus revolverentur, perque revolutiones in mundum venirent, eò plus peccatorum eas semper cumulare. Verum enim vero res ita se habet, prout diximus. Nempe omnes quidem particulas psyches revolvi, nihilominus tamen scintillam illam, quæ potius ad illud corpus pertinet illudque movet, scintillam esse fundamentalem, à qua denominetur ista revolutio: ipsamque etiam afficiendam pœnis ob commissa. In resurrectione mortuorum autem unumquodque corpus accipiet scintillam unam sibi debitam secundum tempus, quo hæc in ipso fuit, & secundum gradum radicis illius, in qua facta est divisio.

Cap. VI.

§. 1.

EXposita nunc natura revolutionis; & quomodo in Adamo protoplaste omnes fuerint animæ à psyche factiva usque ad singularitatem longanimi emanativi; jam hæc omnia paulò latius à nobis extendenda sunt. Scito igitur ordinem revolutionis pergere ab imo ad summum. Primò enim revolvitur psyche systematis factivi; deinde revolvitur spiritus systematis formativi; atque sic porrò usque ad singularitatem emanativam. Vilius enim præcedit; & quo quis evadit justior, eò elevatur altius. Atque hoc planum est: prout etiam dicitur in Sohar Sectione Mischpatim his verbis: Veni, vide. Cum homo generatur, datur ipsi psyche; si dignior evadit, spiritus, &c.

§. 2. Tenetur enim homo perficere atque restituere omnes species; quæ sunt psyche, spiritus, & mens è mundo factivo, formativo, & creativo. Quia hi gradus in se admittunt elevationem vel depressionem; quæ non accidunt vitalitati & singularitati, quæ sunt de mundo emanativo. Quodsi enim homo perfecit psychen, spiritum & mentem, de tribus systematibus inferioribus, non opus est ut timeat, se peccaturum.

§. 3. Istæ autem tres species, nempe psyche, spiritus & mens tenentur revolvi, donec restituantur. Primò igitur venit psyche: & si restauratur, benè: sin minus; redeundum ipsi trina revolutione. Et sic spiritus; & sic quoque mens. Et hoc ipsum est, quod dicit Scriptura Jobi 33. v. 29. Omnia hæc operatur Deus bis, ter cum viro, &c. ubi primo venit psyche prima vice; atque tunc vocatur vir: quia nondum fuit revoluta, sed adhuc nova est, unde vocatur nomine viri. Deinde Deus cum ipsa tres instituit revolutiones alias præter accessum primum; quo vocatur vir ut supra. Atque hoc usitatum est in psyche tribus vicibus exceptâ primâ: & sic tres revolutiones accidunt spiritui: & tres revolutiones aliæ menti.

§. 4. Et hic quoque eſt ſenſus dicti Exod. 40. v. 5: Viſitans iniquitatem Patrum ſuper filios. &c. & ſuper pronepotes. Ubi exprimuntur quatuor vices; primus nempe acceſſus animæ novæ & trina ejuſdem revolutio. Atque hoc nonniſi oſoribus ejus contingit, qui ſunt impii. Senſus hic eſt: quod tribus revolutionibus primis, etiamſi ne inceperit quidem corrigi homo; adhuc tamen ſpes ipſi ſit. Sed ſi jam elapſæ ſunt tres revolutiones ultra primam, cum anima vocatur nova, & non incepit corrigi; tunc nulla ipſi ſpes eſt amplius; nec amplius revolvitur, ſed de ipſo dicitur; Et exſcindetur pſyche illa. Exod. 12. v. 15. 19. cap. 31. v. 14. Levit. 7. v. 20. Quid autem ſit exciſio, ſuo tempore volente Deo luculenter deſcribam. Et hoc ipſum eſt, quod ſcribunt Magiſtri noſtri ad locum hunc: Et ſuper pronepotes eorum, qui oderunt me. &c. Quod nimirum illi intelligantur, qui tenuerint opera patrum ſuorum manibus ſuis, i. e. ſi opera prima adhuc perſiſtant in ſtatu illo. Revolutio enim prima vocatur pater, & ſecunda filius, &c. quod probè notandum. Si autem quis nondum inceperit corrigi ullatenus (in tribus iſtis revolutionibus prioribus); tunc vocatur oſor. Et tales non amplius revolvuntur, ſed ad quartos usque reditus proceſſus eſt: unus nempe acceſſus animæ novæ, & tres revolutiones.

§. 5. Cum vero quis inceperit corrigi, & deſeruerit opera patrum ſuorum; tunc comprehenditur ſub verbis, qui diligunt me & cuſtodiunt præcepta mea. Atque tunc ſanctus ille Benedictus hanc ipſi facit gratiam, ut revolvatur millenis vicibus, imò in infinitum, donec nimirum plenariè reſtitutus fuerit. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur: Et faciens miſericordiam in mille generationes, i. e. gratiam ipſis offert, etiamſi revolutiones extendantur usque ad mille. Cui autem? Iis qui me diligunt & cuſtodiunt præcepta mea. Cum autem dicit in mille, non neceſſario indigitat hunc numerum in ſpecie; ſed intentio hæc eſt: quod ſi opus fuerit, fieri id poſſe millies: quamvis revera poſſibile ſit, ut reſtituantur pauciori reditu, quam iſto numero. Neceſſe autem eſt, ut ſingulis revolutionibus plus corrigatur quàm præcedenti.

§. 6. Myſterium autem in hoc conſiſtit: quod qui revolvitur tribus vicibus, & ne quidem incipit: ille oſtendit malum quod in ipſo eſt, multis gradibus præcellere bono ejus. Unde tribus illis primis vicibus, quod edule eſt; id eſt bonum, ſecernitur è recrementis & putaminibus; quod eſt malum. Sic enim moris eſt, cum putamina copioſiora ſunt edulibus; ut ſeligantur edulia, & relinquantur recrementa. Atque tunc bonum illud datur filiis, qui ipſi nati ſunt; vel aliis hominibus, qui fuerint de radice animæ ejus: prout explicabo cap. 9. ad locum: Si eſuriverit hoſtis tuus, ciba eum pane &c. Atq; tunc revolutione ſecunda conſummatur malum, quod in ipſo eſt: Quicquid autem boni in ipſo eſt, ab ipſo amovetur atque tollitur. Atque poſtmodum, cum omnia ſunt mala, non opus eſt, ut revolvatur: Sed exſcinditur anima illa, &c. quia tota mala eſt.

§. 7. Si autem edule, prævaleat recrementis; tunc moris eſt ſecernere atque tollere recrementa ex edulibus. Atque ſic in qualibet revolutione aliquid mali tollitur &

bonum

bonum remanet selectum; donec consummatum sit omnino; ut purus sit atque bonus absque omni malo. Quod probè notandum.

§. 8. Quanquam & alia detur ratio, quare impius non revolvatur nisi tribus vicibus, & justus vel millies. Sensus autem idem est, qui in historia Elischæ alterius occurrit, de quo nimirum dictum, quod non sit judicandus, nec intromittendus in mundum venturum. Ubi res ita se habet, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Super discipulos sapientum ignis Gehennæ non habet dominium. Quod si ita esset; quid faciendum ipsis, ut abolerent iniquitates suas? Hinc sanctus ille Benedictus pro justis & discipulis Sapientum potius elegit multas revolutiones præ pœna infernali: & quantus est numerus atque proportio iniquitatum eorum, tantus est numerus revolutionum eorum, earumque temporis diuturnitas. Imò adhuc lucrantur aliquid per revolutiones: quia quoties revolvuntur, toties plura observant præcepta, justioresque evadunt. Unde revolutio pro auxilio ipsis est: quod dici nequit de Gehenna.

§. 9. Impio autem in quem dominium habet ignis Gehennæ, ita ut intret in eum ibique absumantur delicta ejus; melius est in Gehenna pati quam venire in revolutiones plures. Quoniam singulis vicibus cumularet peccata super transgressiones priores, unde disperderetur è mundo, nec subsistere posset. Hinc statim post trinam revolutionem Gehennæ committitur: ita ut nisi inceperit corrigi, intret illuc, & absumantur delicta ejus.

§. 10. Scito etiam, id quod de excisione diximus, nonnisi quoad partem psyches contingere, quæ est de mundo factivo: quoniam ibidem maximum est corticum robur, ita ut propterea eadem queat exscindi. Sed in spiritu & mente, quæ sunt de systematibus formativo & creativo nulla est excisio: sed necesse est, ut corrigantur, & potiori hoc jure gaudent, ut restaurationem admittant, etiam in tribus revolutionibus primis.

§. 11. Differentia tamen hic quædam occurrit. Quia dantur spiritus & mentes, quæ citius restituuntur, quam aliæ: aliæ autem pluribus revolvuntur vicibus. Res autem ita se habet, quoniam in potestate hominis est omnes assequi gradus ab imo ad summum; à psyche systematis factivi, usque ad singularitatem systematis emanativi: prout nempe cap. 1. ordo graduum istorum latiùs descriptus est, quæ ibi videas; cum aliis quæ ibid. de quatuor mundis traduntur, & quomodo singuli dividantur in quinque species. Ubi nempe reperies totam Synochen systematis fabricativi vocari psychen de mundo factivo; & Synochen mundi formativi vocari spiritum formativum; & Synochen sive coagmentationem systematis creativi vocari mentem creativam; & generalitatem systematis emanativi vocari mentem mentis seu vitalitatem mundi emanativi. Ubi deinceps in quolibet systemate quinque iterum occurrunt species: psyche, spiritus, mens, vitalitas & singularitas. Unde patet, quod homo assequi possit primitus psychen Regni s. τῆς βασιλείας factivæ, & postmodum meretur accipere spiritum τοῦ Μικροπροσώπου, seu potius brevi irascentis, systematis factivi, &c. usque ad singularitatem τοῦ Μακροπροσώπου seu potius μακροθύμου sive longanimi ejusdem systematis: Quæ omnia

omnia continentur sub genere psyches factivæ. Atque sic si dignus porrò evadat homo etiam mundo formativo; tunc quoque psychen, spiritum & mentem istius systematis accipit distinctis nempe speciebus. Et quamvis jam in ipso præcesserint psyche, spiritus & mens de systemate factivo; illorum tamen non habetur respectus, quoniam lumen portionis factivæ tantopere in ipso clarificatur, ut acquirat proportionem mundi formativi, nec percipiatur præ lumine psyches formativæ: unde etiam omnia appellitantur formationis nomine. Atque sic pariter assequi potest psychen, spiritum & mentem omnes nimirum de systemate creativo per modum supradictum: & sic quoque de systemate emanativo. Summa huc redit, quod homo assequi possit psychen, spiritum & mentem omnes fabricativas; & quandoque simul omnes formativas; vel etiam tres illas de mundo creativo, vel similem triadem systematis emanativi. Quamvis enim antea jam habeat species omnes de tribus mundis inferioribus, qui vocantur vestes & involucra naturæ emanativæ; illæ tamen tunc denominationem non habent; sed omnia vocantur nomine emanativo. Quod probe notes.

§. 12. Atque id quoque traditum est in libro Sohar Sectione Bo fol. 73. ubi de Mose dicitur super quo pax: Tu filius es emanationis, &c. Item sectione Kedoschim: prout jam exposui.

§. 13. Porrò quidam assequuntur psychen de fabrica; & spiritum & mentem de formatione. Et quandoque psychen de formatione; & spiritum & mentem de creatione. Quandoq; etiam psychen de creatione, & spiritum & mentem de emanatione: atque omnia hæc, modo jam exposito. Hoc enim certum est, quod nemo species emanativas solas assequi valeat; nec etiam creativas, & similes.

§. 14. Et similes casus particulares plures sunt, quàm describi queant deficiente calamo; ubi prudentes tamen in particularibus illis sufficienter informati erunt.

§. 15. Porrò notum sit, quamvis omnes homines obtineant quinque species psyches factivæ; atque sic deinde & alias usque ad singularitatem emanationis; non tamen omnes animas esse æquales. Quædam enim factæ sunt atque proveniunt è basilia sive regno factionis; & quædam è basi factionis; & quædam è τιμῇ, qui est gradus Hod; & sic usq; ad Coronam factionis. Atq; sic quoque se habet notio spiritus: & sic per cæteros mundos, quo posito non sufficit, quod homo restituat illam saltem partem, unde radicem habet psyche ejus: sed licet radix psyches ejus proveniat è basilia factiva; nihilominus perficere tenetur ulteriora, ut perfectus sit juxta omnes quinque species, quæ sunt in mundo factivo, quarum singulæ continent 10. numerationes, prout dictum supra cap. 1. Postquam autem perfecit totam factionem; tunc porro assequi poterit spiritum formationis. Unde patet illum, in quo nihil restitutum est, nisi regnum factionis; nihil habere nisi psychen saltem mundi factionis. Quod si etiam restituit Microprosopum factionis; tunc habebit psychen & spiritum de genere psyches factivæ. Et sic porro; ita ut qui restauratam habet factionem, illi sit psyche spiritus, mens, vita-

litas

litas & singularitas ex factione, quæ omnes vocantur psyche mundi factivi. Postquam ergo sic impetravit totum genus psyches factivæ ; tunc porrò obtinere poterit quinque species spiritus formativi: atque sic deinde similia in mundo creativo; nec non tandem in emanativo.

§. 16. Quod autem diximus, quemlibet teneri perficere omnes partes factionis; nimirum & illas, à quibus radix animæ ejus non dependet ; quodque postmodo demum assequi valeat spiritum formativum: id saltem intelligendum est de systemate fabricativo. In formativo, creativo & emanativo enim plura perficere non tenetur nisi illam saltem partem, quam ipse attingit.

§. 17. Et exhinc responderi potest ad objectionem aliquam quæ talis est : Si omnes animæ restituere atque perficere tenentur, omnes partes mundi factivi usque ad macroprosopos cæterorum mundorum, sequitur nullam fore differentiam inter animas, sed omnes fore æquales. Quod tamen fieri nequit : quia notum est quasdam apprehensionem, possessionem vel locum habere in regno factivo ; quasdam in fundamento factivo, atque sic deinceps. Verum res ita se habet, prout diximus : Quod nempe species mundi factivi aliquis expresse quidem teneatur perficere juxta omnes partes : Nõ idem tamen in aliis mundis. Ratio hæc est, quoniam in mundo factivo multi sunt cortices durissimi ; unde quamvis jam restituerit locum suum ; exempli gratiâ : si unionem obtineat cum regno factivo ; ulterius tamen secernere & elevare tenetur partes reliquas usque ad macroprosopum fabricationis , ob metum corticum ibidem versantium, ne fortè prehendant eum. Adeoque etsi revera anima tua tantum sit de regno factivo ; attamen hæc ipsa portio usque adeo clarificatur de gradu in gradum, donec elevetur usque ad longanimum factionis, ibique assumitur ascenditque in sublimitatem illam. Quamvis autem eo usque ascendat & generalitate illa gaudeat : attamen ibidem aliam non habet notionem quam regni factivi, illuc nempe assumpti atque elevati. Quod si autem anima quædam alia sublimior ista adforet ; verbi gratia, si esset de fundamento factivo ; ita ut huic etiam ascendendum esset usq; ad macroprosopum : fieri tamen non poterit ut ambæ sint æquales, utut utraque ascendat : quoniam una assumetur, in regnum longanimi factivi, & altera in fundamentum ejusdem longanimi. Et sic quoque in cæteris gradibus : quod probè notes.

§. 18. Atque sic Psychæ cæteræ omnes restitui tenentur , donec assumantur in longanimum factivum ; singula tamen secundum speciem loci sui.

§. 19. Alia quoque porro est ratio, quare differentia sit, inter systema factivum & systemata reliqua : quam nimirum jam etiam explicuimus Capitulo primo. Nempe, quod totum systema factivum, quod habet notionem regni, ut notum est ; una tantum sit numeratio : quod ita non est in systemate formativo, in quo existunt sex numerationes. Notio nimirum microprosopi. Atque sit creatio & emanatio singulæ consistunt in mysterio decem numerationum ; nimirum respectu decem numerationum patris & decem numerationum matris. Ob quam rationem quilibet obligatus est restituere atque perficere omnes partes factionis, quia hæc tota una tantum est numeratio ; in quo

mm differt

differt à reliquis mundis. Unde cum occupatur circa restitutionem partis Psychicæ consummare tenetur omnes partes factivas, ob causas istas duas supradictas. Deinceps autem absolutis omnibus partibus factivis, demum assequitur spiritum formativum de notione regni formativi.

§. 20. Cum autem adeptus fuerit spiritum de regno formativo: ulterius emendat opera sua donec mereatur adipisci spiritum de fundamento formativo. Sed spiritum primum, quem accepit à regno formativo, non opus est altiùs elevare; quemadmodum fieri oportuit in parte Psyches factivæ: Sed ille relinquitur infra suo loco in regno formativo, nec abinde ascendit. Atque sic etiam in omni notione mundi formativi in quam quis ascendit ut ibidem assequatur notionem Spiritus; ibi non opus est inquam omnes partes Spiritus elevare usque ad macroprosopum formativum; sed singulæ manent suo in loco.

§. 21. Idque etiam innuitur in Sohar Sectione Lechlecha f. 23. Ubi dicitur quod Abraham primo acceperit Psychen; atque deinde mentem. Item f. 24. Ivit atque profectus est in parte meridionali gradu post gradum; donec coronatus sit in parte meridionali portione suâ atque sorte sua, &c. ubi si objicis quod etiam in notione Psyches factivæ sint meridies atque septentrio, & omnes reliquæ numerationes totius decadis: unde meritò quæri posset, quare de spiritu dicatur quod coronatus sit in meridie portione atque sorte sua: non autem in parte Psyches; Responsio sequitur ex eo quod declaravimus supra: quod Psychen quis teneatur absolvere totam: sed quoad Spiritum sufficiebat Abrahamo quod restituisset portionem atque sortem suam. Quamvis interea obligatus quoque fuerit restituere omnes reliquas portiones & gradus qui in Spiritu sunt, cum distinctione tamen supra dicta.

§. 22. Hinc quoque intelliges, quare totam partem mundi factionis unum tantum vocet iter; Omnes autem partes mundi formativi vocet itinera Numero Plurali: prout reperies sub finem f. 23. Quo ipso ostenditur quod ibi in mundo formativo restituendus fuerit unus gradus post alterum. Id est, cum in mundo factivo gradum suum elevare teneatur ad sublimitatem omnium graduum: Quod in mundo formativo cum restituerit unum gradum eumq; ibidem reliquerit; deinde porro ascendat ad restituendum gradum isto altiorem. Unde dicitur: gradum unum post alterum: qui nempe singuli relinquuntur suo loco: unde patet, quod remaneant gradus post gradum: Non vero omnes gradus comprehendantur simul sicut in mundo factivo. Qui sensus est verborum illorum; gradum post gradum, donec coronaretur in meridie portione & sorte sua. Tunc enim non opus est perficere plura altiora gradu illo, prout in factione fieri oportet, sicut dictum est supra in expositione hujus textus.

§. 23. Eodem quoque modo se res habet in parte mentis mundi creativi: & in partibus vitalitatis mundi emanativi.

§. 24. Et hic quoque sensus est textus ilius mystici 2. Schmu. 14, 14. Et non tol-

fit Elohim Pſychen, &c. ubi per Elohim intelligitur mundus factivus: In eo non tollit vel aufert Pſychen, i. e. ut quælibet notio relinquatur ſuo loco; juxta ritum cæterorum mundorum, ut dictum ſupra: Sed reponit eas in ſupremo loco mundi factivi, nempe in cogitatione ſuprema ſyſtematis factivi. Unde textus inquit: & cogitat cogitationes. Ratio eſt: Ne expellat à ſe expulſum; Quia cortices ibidem multi ſunt admodum; Et ſi ſpecies quædam ibidem remaneret, fieri poſſet ut expelleretur ad cortices, quod abſit. Unde non dicit: Non tollit Elohim ſive Spiritum ſive mentem: ſed non tollit Elohim Pſychen.

§. 25. Datur tamen & alia iſtius textus explicatio, quæ etiam convenit cum ſupradictis, quod ſcilicet in mundo factivo Pſyche non aſcendit illo modo, quo diximus fieri in cæteris mundis: Quod nempe quis in ſingulis notionibus atque gradibus per quos aſcendit, accipiat atque lucretur notiones ſpiritus vel mentis ſublimiores aliis, ut dictum eſt: ſed illam Pſychen ipſam primam retineat; quam primo loco accepit; nec aſſumta aliâ: præter illam; niſi quod in ſublime tollat illam pſychen, ſicut dictum eſt. Ratio eſt, ne forte expellat à ſe expulſum: Quia ſi Pſyche illa inferius maneret etiam loco ſuo; ille vero acciperet & aſſumeret aliam ſublimiorem, tunc fieri poſſet, ut prima illa quam reliquit infra expelleretur ad cortices, ſicut dictum eſt.

§. 26. Hinc intelligi quoque poterit quod dictum eſt ſupra capitulo ſecundo: Quod nempe dentur animæ venientes, ut auxilientur homini per myſteriũ embryonatus. Ubi quis objicere poſſet, mentem certè hominis atque ſpiritum quæ quis aſſecutus eſt, manere ſupra ſuo loco, vincta in faſciculo viventium cum Domino: Unde non ſit poſſibile illas relinquere fruitionem lucis iſtius ſupernæ atque venire in mundum hunc. Quamvis enim jam dixerimus quod partem habeant in obſervatione præceptorum illorum: ſic tamen nodus non tollitur. Res igitur ita ſe habet ut diximus ſupra, quod nempe mentes & ſpiritus illorum fundamentales ſint illę ſpecies quas acquiſiverunt per myſterium graduum ſuorum: Et illæ ſemper manent cum Domino. Sed iſti Spiritus qui relicti ſunt infra ſinguli juxta notionem ſuam deſcendunt in mundum hunc, ut juvent hominem per myſterium embryonatus, quod notes.

§. 27. Hinc quoque intelliges: poſſibile eſſe cuilibet gradum aſſequi poſt gradum usque ad ſublimitatem graduum omnium; ſicut Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax, ſi nimirum voluerit.

Cap. VII.

§. 1.

Cum traditum jam ſit Capitulis prioribus, quomodo omnes animæ contentæ fuerint in Adamo protoplaſte: Item, quomodo ſe habeant revolutiones; & qua ratione homo aſcendere queat ad ſummum usq; omnium graduum: jam porro dicendum eſt,

 quod

quod non omnes animæ ſint æquales: nec omnes homines digni, ut accipiant ſpiritum & mentem, vitamque ſublimem & ſingularitatem, prout dicemus, auxiliante Deo.

§.2. Res ergo ita ſe habet: quod omnes mundi, ne emanativo quoque excepto, primò conditi ſint, ſub myſterio junctorum tergorum, ita ut deinceps demum conversi ſint ad inſtituendam copulam junctis faciebus, prout expoſuimus parte ſecunda Capitulo ſecundo.

§.3. Et ſic quoque animæ primò creatæ ſunt per myſterium copulæ junctorum tergorum: & deinde venire tenentur per myſterium copulæ junctarum facierum, ut perficere poſſint veram ſuam reſtaurationem atque ſelectionem, de quibus ſupra cap.1. cò quod ſint de ſeptem regibus Edom.

§.4. Jam autem declaravimus parte ſecunda, quidnam ſit copula junctorum tergorum, ibique oſtenſum eſt, quod quandoq; partes poſteriores & veſtimenta, quæ ſunt exteriora numerationum invicem copulentur. Si verò eædem copulentur naturis ſuis internis, copula illa vocatur de facie ad faciem [*Confer. 1.Cor. 13, 12. Per iſtas animæ copulas intelliguntur actus diſtincti Divini concurſus ad communicationem quandam inferioribus faciendam, cujus differentiæ variant ſecundum majorem vel minorem communicatæ lucis quantitatem.*]

§.5. Unde conſequens eſt, illas animas, quæ veniunt per myſterium junctorum tergorum, viliores eſſe, quam quæ veniunt per myſterium copulæ de facie ad faciem iunctæ; quoniam illæ ſunt exteriores; iſtæ verò intimiores.

§.6. Duæ autem ſunt animarum ſpecies: una eſt illarum, quæ continebantur in Adamo protoplaſte: & altera illarum, quæ non continebantur in Adamo. Et iſtæ quidem animæ ſublimiores ſunt & præſtantiores omnibus illis, quæ continebantur in Adamo.

§.7. Sicut autem ſupra jam expoſuimus cap.1. quod animæ in Adamo protoplaſte comprehenſæ in varios diviſæ fuerint gradus, à pſyche nimirum mundi factivi, usque ad ſublimitatem emanationis: ſic quoq; dividuntur animæ illæ in protoplaſte non contentæ.

§.8. Hæ autem animæ non veniunt in mundum niſi tempore millennii ſeptimi: prout traditur in Sohar ſectione Schemoth fol. 6. Unde patet, quod ſicut in illis animabus dantur pſyche, ſpiritus & mens, uno gradu alterum ſuperante: ſic iſtæ animæ omnino cum illis correſpondent, quæ in protoplaſte comprehenſæ erant; & in millenario ſeptimo coronabuntur animæ protoplaſticæ animabus illis ſublimioribus; ſingulæ nempe partes cum ſua analoga. Quod probe notes.

§.9. Iſtæ animæ non contentæ in Adamo vocantur animæ omnino novæ: protoplaſticæ autem vocantur animæ veteres. Cujus regulæ ſis memor.

§. 10. Omnes autem animæ tam novæ quam veteres creatæ ſunt tempore creationis mundi per myſterium copulæ poſttergatione factæ.

§.11. Animæ autem veteres, quæ ſunt illæ, quas in ſe continuit Adam protoplaſtes, iterum creatæ ſunt per myſterium copulæ facierum. Unde Adam & Cavvah primò creati ſunt junctis tergis, deinceps autem ſerrâ quaſi diſſecuit eos ſanctus ille Benedictus, ut facies ad invicem convertere poſſent: atque tunc omnes animæ in illo contentæ creabantur per myſterium copulæ facierum.

§.12. Ani

§. 12. Animæ autem novæ non contentæ in Adamo nondum creatæ vel constitusunt in statum jungendarum facierum, quod notandum.

§. 13. Postquam autem peccavit Adam protoplastes, & gloria cohabitans per inquinamentum serpentis descendit, & involuta est corticibus juxta illud Psal. 103. v. 19. *Et regnum ejus in omnibus dominatur*; tunc omnes animæ cum illa exilium revera patiuntur, & immersæ sunt putaminibus, ut dictum supra cap. 1.

§. 14. Ista tamen hic extat differentia, quod omnes animæ novæ non aliter immersæ sint corticibus, nisi secundum illas partes, quas habent à creatione, formatione & factione; illæ autem partes, quas habent à mundo emanationis, relictæ sunt superius juxta illud Psal. 5. v. 5. *Non pernoctabit juxta te malus*.

§. 15. Ex illis autem animabus, quæ in protoplaste erant, veterumque nomen habent, quædam remanebant intra corpus Adami protoplastæ post peccatum; quædam autem ab illo desciscebant; quæ tamen & ipsæ immergebantur intra cortices. Et hoc ipsum innuitur dicto illo Psal. 139. v. 5. *Et posuisti super me* כפך *volam tuam*. Ubi dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, staturam Adami protoplastæ pertigisse ab uno extremo mundi usque ad alterum: sub finem autem ipsum diminutum esse, (& membra in tantum ab ipso delapsa esse, ut saltem 100. cubiti ipsi residui essent, (quem centenarium è numero vocis כַּף loci citati eruunt.

§. 16. Sicut etiam dixerunt Magistri nostri b. m. sic delapsa esse ab illo membra ejus, sicut dicitur de Jephtach, Judic. 12. v. 7. *quod sepultus fuerit in civitatibus Gilead*: & non in civitate Gilead. Ubi sensus est, sicut corpus Adami diminutum, & membra ab ipso delapsa sint; sic idem contigisse membris animæ ejus.

§. 17. Hinc etim dixerunt Magistri nostri b. m. pedes hominis vades ejus factos, quod portare eum velint ad illum locum, quo mori debeat. Sicut enim omnes animæ dependebant ab anima Adami protoplastæ, ut dictum supra cap. 1. Sic corpora hominum dependebant à corpore ejus, inque eo continebantur. Unde dixerunt Sapientes nostri: quod Deus Benedictus, cùm crearet Adamum protoplasten, pulverem ejus desumserit è quatuor mundi cardinibus: ut si homo moreretur loco uno, dicere non posset terra illa: Ego illum recipere nolo: sicut de Caino dicitur Gen. 4. v. 11. *Maledictior tu, quàm terra, quæ aperuit os suum*, &c. Unde patet, quod omni loco, ubi iterum concident & prolabentur membra Adami, (id est, corpora hominum,) ibi sepeliri queant corpora illa, quæ à membris supradictis provenerunt: redeunt enim ad locum illum, è quo fuerunt excisa. Quæ etiam una de rationibus est, quod omnes justi & Jisraëlitæ dispersi sunt per totum mundum; & quilibet sepelitur illô loco, qui ipsi proprius est.

§. 18. Eadem quoq; ratio fuit omnium animarũ contentarum in anima Adami; ita ut delabentibus membris ejus, delaberentur illæ animæ, in illis membris contentæ: & secundum loca illa, unde delabebantur, eædem quoque immergebantur in loca similia membrorum Adami Belialis; ita ut quæ de capite essent, in caput hujus deciderent, & sic deinceps. Et quando in hunc mundum redeunt & moriuntur, tunc ad illum quoque locum illudque membrum ipsum revertuntur, è quo excisæ fuerunt, quod probè notandum.

§. 19. Patet ergò, quod quædam illarum animarum, quæ in Adamo contentæ erant, delapsæ sint, id est, ab eo desciverint, & immersæ sint in profundum corticum, ut dictum supra cap.2. (quæ sint A.) Quædam autem remanebant in eo pro necessario usu vitæ ejus. (quæ sint B.) Et quædam ab illo auferebantur, & non immergebantur intra cortices: (quæ sint C.) Et istæ vocantur splendor supernus Adami protoplastæ, prout latius dicemus infra c.15. Novæ ergò animæ illæ duplicis sunt generis; quædam non sunt immersæ corticibus; suntque partes mundi emanativi. (quæ sint D.) Quædam vero sunt partes mundorum creationis, formationis & factionis, quæ sunt mens, spiritus & psyche, quæ corticibus immersæ sunt. (quæ sint E)

§. 20. Animæ veteres autem triplicis sunt generis: quædam quæ manserunt in Adamo: & quædam quæ ab ipso delapsæ sunt corticibus non immersæ: & tertiò quædam, quæ ab illo semotæ, immersæ sunt corticibus. Ex illis igitur duabus speciebus animarum novarum species prima, quæ sunt de mundo emanationis, non possunt venire in hunc mundum, nisi post resurrectionem mortuorum: Quod adducitur in Sohar sectione Pekude fol. 253. Ubi verba: *Ab illa die, qua vastatum est sanctuarium, non ascenderunt animæ novæ in palatium amoris* &c. plura vide ibid. Sed post resurrectionem mortuorum illæ in mundum redibunt per copulam junctarum facierum, quæ ipsis defuit tempore creationis, ut dictum supra.

§. 21. Alterius autem speciei animæ novæ, quæ sunt de partibus mundorum inferiorum venire possunt in mundum hunc hoc tempore; per meditationem justi cujusdam, qua illas conatur extrahere è corticibus tempore congressus sui maritalis; prout cæteris animabus accidit, ut dictum supra cap. 1. & 2.

§. 22. Est tamen differentia inter illas & alias animas, eò quod, quoniam non continebantur in Adamo protoplaste tempore peccati ejus; propterea aptiores sint, ut non peccent, quàm animæ cæteræ.

§. 23. Quomodo autem animæ veniant in statum junctarum facierum tempore copulæ expositum est Part.2.

§. 24. Liquet ergò, quod omnes illæ animæ in tres dividantur species: quarum una est animarum omninò novarum, quæ non continebantur in Adamo, & tamen immersæ sunt corticibus: quia de illis, quæ corticibus non immersæ sunt, & partes sunt mundi emanativi, jam non est sermo: nec venient in mundum hunc nisi post resurrectionem mortuorum. Secunda est earum animarum, quæ remanserunt in Adamo, & hæ non amplius sunt planè novæ, quia jam venerunt & contentæ fuerunt in Adamo protoplaste: veruntamen etiam vocantur novæ, quoniam cùm venirent & continerentur in Adamo, id saltem fiebat per copulam junctorum tergorum: quod idem quasi est, ac si nondum venissent in mundum, donec accedant per copulam facierum. Atque tunc talis anima, cùm redit faciebus junctis, primâ vice vocatur nova, & non revoluta & vetus.

§. 25. Et ex his animabus, quæ remanserunt in Adamo nati sunt Cain & Hebel filii ejus. Easque illis concessit tempore congressus sui maritalis, ut generari possent, prout exponemus juvante Deo cap. 14.

§. 26.

§. 26. Deinde fuerunt animæ, quæ manserunt in Adamo per totam vitam ejus; & hæ reputantur quasi jam semel excessissent; & prima vice, cum veniunt im mundum vocātur animæ veteres revolutæ: quod sequenti cap.8. auxiliante Deo latius explicabimus.

§. 27. Porrò etiam dantur psychæ proselytorum, quæ formantur à cortice quæ Nogah seu splendor dicitur, & composita est è bono & malo, prout traditur in Sohar sectione Vajakhel fol. 203. Et fiunt è copula animarum justorum singulis noctibus in Paradiso terrestri, prout traditur sectione Vajischlach fol.168.

§. 28. Sed species animarum Jisraëliticarum tres sunt: vel plane novæ; vel mediæ, quæ sunt animæ Cain & Hebel: vel veteres, quæ sunt illæ, quæ delapsæ ab Adamo protoplaste immersæque sunt corticibus, prout dilucidè de tribus his speciebus agemus cap.15. ubi etiam dicetur, quomodo Cain & Hebel partem psyches acceperint de mundo emanationis, & quæ sit illorum natura.

Cap. VIII.

§. 1.

PRoposita jam divisione de triplici specie animarum: quod nempe vel sint novæ, vel Caini & Hebelis; vel tertio, quæ delapsæ sunt ab Adamo protoplaste: jam porrò docendum est, quæ sit inter illas differentia in negotio revolutionis atque embryonatus.

§. 2. Quod ergo attinet ad speciem primam, quæ est animarum planè novarum: Scito animas tunc sic vocari; cùm, ex. gr. anima quædam talis primò in hunc mundum venit in corpus quoddam. Et sic quoq; dicuntur illę, quę sunt de specie Hebelis & Caini.

§. 3. Sed tertii generis animæ, quamvis prima vice in mundum veniant; tamen non vocantur novæ, sed revolutæ prima vice; & quoties deinde talis anima in mundum redit, tot vicibus appellatur revoluta nempe secunda vel tertia vice. Nihilominus tamen differentia quædam est inter singulas trium istarum specierum.

§. 4. Ante omnia tamen de animabus Cain & Hebel, quæ est secunda species, sciendum, quod psychen quidem contineant à supremo gradu psyches emanativæ usque ad infimum psyches factivæ: spiritum autem & mentem ex emanatione accipere digni non fuerunt Cain & Hebel: sicut infra, juvante Deo, cap. 21. uberius exponemus ea, quæ diximus de tribus istis speciebus animarum veterum, quæ nempe contentæ fuerunt in Adamo, de quibus cap. 5.

§. 5. Jam dicemus de differentiis, quæ inter ipsas sunt. Quod ergo ad speciem primam, quæ sunt animæ planè novæ, attinet; quicunque talem acceperit, ille prima vice cum in mundum venit, statim adipisci poterit omnes animarum species, etiam mentis mentem juxta omnes partes emanativas: idque quàm facillime, nempe secundum opera sua. Istud tamen nihilominus non fit citra respectum annorum ejus. Nam, exempli gratia, cum nascitur, & in auram prodit mundanam, datur ipsi psyche factionis. Dein quamvis dignus sit, non tamen datur ipsi spiritus formationis, donec compleverit annos tredecim, & diem unum. Et sic deinde, quamvis evadat dignior, non tamen mens ipsi datur de mundo creationis nisi completis annis viginti.

§. 6. Duæ ergo in illo requiruntur conditiones: una operum bonorum, ut illis dignus

dignus evadat; & altera annorum : sicut dicitur in Sohar sectione Mischpatim fol. ubi verba: Cùm natus est annos tredecim, datur ipsi spiritus: & si probè se gesserit annos habeat viginti, datur ipsi mens. Eodemque modo se res habet, cum meruit te è mundo emanativo; ut opus habeat vitæ probitate, & simulationis. Id quod gitatur in Mischnah, verba sunt: Ben Achah inquit, filius quinque annorum tur ad textum Biblicum &c. Quæ paulo infra latius explicabuntur.

§. 7. Patet ergo, quod talis anima duo habeat commoda, & unum defectum est hic, quod non possit accipere psychen, spiritum & mentem per opera sua, etiam opus habeat annis debitis pro singulis illis speciebus. E commodis mum est, quod si veniat prima vice, talis anima vocetur omninò nova: & si revolutionem, illa vocetur revolutio prima, & sic semper porrò deinceps. modum secundum est, quod etiam includitur in primo; nimirum quoniam voca va, quod prima illa vice, cum in mundum venit, omnes posset accipere gradus, factionis usque ad singularitatem emanationis. Verum enim vero secunda vice rius similis habetur omnibus cæteris revolutis, quæ vocantur animæ veteres.

§. 8. Species animarum secunda, quæ est animarum Caini & Hebelis, similis est priori: & parte altera prærogativam habet præ illa: una tamen parte quoque laborat. Primò enim quod etiam prima vice, ut species prior, quando in mundum venit talis anima, post mortem Caini & Hebelis, accipere possit spiritum & mentem vice una &c. Atque in hoc conveniunt cum specie prima: aliquam habent prærogativam. Sed defectus, quo laborant, est iste: quoniam pore, quo Adam protoplastes Caino & Hebeli hæreditario communicavit istas iisdem non adfuit species spiriritus & mentis de mundo emanativo; sed reliqua à psyche emanationis & porro infra; unde nec jam possibile est, ut prima vice sequantur gradus, nisi psychen factionis, & spiritum formationis, & mentem tandemque psychen emanationis, nec ultra; quod ita non est in specie prima novarum, quæ prima vice assequi potest, vel singularem emanativam. Prærogativam tem, qua præ specie priori gaudent, est hæc: quoniam prima, ut psychen, mentem &c. accipiat, opus habet annis ætatis suæ certis, ut supra dictum: species hæc secunda Caini & Hebelis animarum nullos requirit annos, sed opera hoc innuitur in Sohar sectione Mischpatim fol. 98. Verba sunt: Veni, vide, nascitur, datur ipsi psyche, &c. Sique dignior evadit, datur ipsi spiritus, &c. duo illa loca conciliantur, quorum unus videtur justitiæ rem tribuere; & alter mul, sicut fol. 98. Si pertigerit ad annos viginti, & si promeruerit. Altero etsi nondum quis natus sit annos tredecim, accipere potest spiritum & mentem autem etiam secundam hanc speciem, cum altera vice in mundum venit atque mari sicut reliquas revolutas, quæ vocantur animæ veteres: & cum secunda vice venit, revolvi dicitur primum: atque sic deinceps porrò. Videatur quoque tractatus de Sabha; ubi clarè intelliges, quænam animæ vocentur Caini & Hebelis ratio, quare vocentur novæ.

§. 9. Quamvis autem dixerimus, quod duæ hæ species prima nempe & secunda in hoc conveniant, quod prima vice, qua in mundum veniunt, adipisci queant psychen, spiritum & mentem &c. usque ad psychen emanationis: nihilominus tamen in hoc differunt: quod quicunq; est ex hac specie Caini & Hebelis, non omnia possit adipisci vice una, nisi fuerit sapiens, & possit attentè talia meditari; prout explicabimus juvante Deo. Cæteri enim qui meditari nesciunt, (nec intelligunt mysteria precum,) absoluta parte psyches mori tenentur, nec accipiunt spiritum, nisi adventu altero: atq; sic etiam mentis est ratio, sicut nempe in cæteris revolutis, prout uberius dicetur.

§. 10. Meditatio autem illa, quæ huc conducit, ita se habet. Qui enim sapiens est, atque scit, se jam accomplevisse psychen suam juxta omnia, quibus opus habuit studia atque perficiendi modos; ille singulis noctibus, cum iturus est cubitum cum attentione psychen suam commendat in manus Dei benedicti, postquam ordine recitavit lectionem Audi, coram lecto suo: sicuti in scriptis nostris expressum est tractatu de meditationibus, ad Lectionem Audi; dicitque è Psal. 31. v. 6. בידך אפקיד רוחי *In manus tuas commendo spiritum meum* &c. Atque tunc dicat ex Jeschajah 26. v. 9. *Psyche mea desideravit te in nocte* &c. Atque tunc simul meditetur mysterium illud, quod indigitatur per literas initiales dicti illius Psalmi 31. v. 6. quæ efficiunt בְּאֵר Fons; quo indicatur, quod elevare debeat psychen suam sursum in punctum Zijon regni sive uxoris Microprosopi; ubi nimirum est notio fundamenti fœminini, ubi locum habent aquæ fœmininæ provenientes ab animabus justorum sicut traditur in Sohar sectione Vajechi fol. 298: ubi simul ratio traditur, quare locus iste vocetur fons aquarum viventium. Attentè ergò meditetur, ut psychen suam elevet illuc usque, quò ibidem ascendere faciat aquas fœmininas de fonte illo ab imo sursum versus maritum. Verum idem faciendum singulis noctibus, ut quis conetur attenta sua meditatione elevare psychen suam ad fontem istum, [*Confer Johan. 7. v. 39. cap. 4. v. 10, 14. Apoc. 7. v. 17. Ubi Spiritus sanctus, quem Cabbalistæ ad modo expositum gradum regni referunt, fontis quoque nomine vocatur*] sed per mysterium Depositi tantum. Si quis autem viderit, psychen suam jam esse perfectam; desideretque assequi spiritum suum: ille psychen suam penitus illuc elevet atque tradat, & non per mysterium depositi, sed ut ibi permaneat intra fontem istum: descendetque portio spiritus intra eum, cum expergiscetur de somno suo, intrabitque in eum loco psyches. Ratio est, quia spiritus adhuc vitiatus habitare non posset intra psychen jam restitutam; unde psychen suam omninò dimittere debet, atque meditari, ut spiritum suum elevet è profundo corticum, inque se attrahat & introducat: atque tunc ambo illi gradus sociari demum poterunt: prout pluribus dicetur infra.

Deinde quoque meditetur super loco Jesaiæ 26. v. 9. *Psyche mea desideravit te in nocte, etiam spiritu meo in interiori mei quæram te mane.* Sicut enim ibi meditationem instituit super fonte superno, ita hic meditetur, quod initium fiat à Psyche, & finiatur cum spiritu: item quod incipiatur à nocte, & finiatur tempore matutino; quia dicit, manè quæram te. Sensus est, quod psyche quasi penitus sit mortua, cupiat atque desideret illuc noctu somni tempore, ut nempe illuc ascendat per mysterium aquarum fœmini-

mininarum [*Aquæ fœmininæ dicuntur illecebræ, quibus uxor favorem mariti sibi conciliat, & in specie, si preces & opera justorum, in regno seu Spiritu Sancto exhibita, à filio seu Microprosopo ulteriorem eliciant influxum. Confer Rom. 8. v. 26, 27.*] in fontem illum: & quoniam ita percupit atque desiderat, hinc ibi remanet semper: cumque venerit diluculum & aurora, tunc intrat in eum spiritus, quem intendit textus verbis illis: *Et spiritus, qui in medio mei* &c. Psyche in supernis relictâ. Dicit autem: etiam spiritus meus sensu auctô, & aliud quippiam præmittente: quia, nisi desiderium & meditatio hæc accederet, etiam non posset accedere spiritus illa vice: Jam verò mediante desiderio hoc atque meditatione fieri potest, ut & spiritus species in illum ingredi queat tempore surgendi; nec opus habeat revolutione alia pro assequendo spiritu. Mediantibus igitur recitationibus dictorum istorum tempore somni, cum omni meditatione supradicta meretur homo assequi spiritum, ita ut psyche ejus supra remaneat, donec plene restitutus fuerit spiritus. Postquam autem restitutus etiam est spiritus; tunc somni tempore eodem modo meditetur aquas fœmininas elevare illuc: atque sic etiam spiritus ibidem in supernis remanebit cum psyche ejus, quippe quæ species jam erunt restitutæ, ibique residebunt: & horum loco mens descendet in corpus hominis, ibique residet, donec plene restituatur, ut dictum de spiritu. Cumque perfectionem sortita est & Mens; tunc & hæc somni tempore ascendit attrahitque Psychen & spiritum, in supernis degentes; & sic omnes tres hi gradus in corpus veniunt, & Mens superinvestitur spiritui, & spiritus involvitur Psychæ. Atque sic, si dignior evadit, secum etiam deferunt Psychen Emanationis; quæ involvitur Menti; & Mens spiritui; & spiritus Psychæ. Postquam enim restituti sunt gradus hi omnes tres, Psyche nempe, Spiritus & Mens, omnes simul in corpore permanent, nec opus habent ut amplius revolvantur.

§. 11. Quod si quis objiciat: quomodo fieri queat, ut sursum elevetur Psyche, ibique permaneat, donec perficiatur spiritus: cum tamen per naturam impossibile sit, ut spiritus in corpore habitet, atque eodem vestiatur, nisi indutus Psyche suâ? Responsio est: illum vestiri Psyche Proselyti cujusdam, ut auxiliante Deo latius exponemus, cum in specie agemus de tertio Animarum genere, nempe Veterum, ubi vide.

§. 12. Hæc quoque indigitantur dicto Psalmo 24. v. 5. *Accipiet benedictionem à Domino* &c. Primò enim dicitur: Quis est ille, qui meretur ascendere in montem Domini; ubi intelligitur, Regnum: *& quis stabit in loco sanctitatis ejus?* hoc est Sanctum Sanctorum, Zijon, quò semper illuc elevet Aquas Fœmininas. Et respondet: *Innocens manibus* &c. Quoniam vir talis, qui innocens est omninò atque perfectus, certè non frustra sursum elevabit Psychen suam & citra auxilium, sed eadem manet ibidem cum magno suo commodo, & continuò ibidem elevat aquas Fœmininas: & qui hoc modo meretur elevare animam suam, ille omnino dignus est parte Spiritus & Mentis eâ ipsâ Revolutione, ita ut non opus habeat propterea revolvi alia vice. Atque hoc ipsum est, quod dicitur: Benedictionem accipiet à Domino. Nam per Dominum intelli-

telligitur Seir Anpin seu Microprosopus (dictus aliàs Filius.) Quoniam enim complevit Psychen suam, eamque elevavit, ut ibi semper attollat Aquas Fœmininas, à Regno ad Microprosopum; hinc Dominus, qui est Microprosopus, præbet ipsi partem spiritus à sese; quia spiritus à Microprosopo descendit, ut notum est: quod id ipsum est, quod dicitur: Accipiet benedictionem à Domino.

§. 13. Scito quoque, quod etiam qui revolvitur per Leviratum, mereatur accipere Psychen, spiritum & mentem vice una; prout docebimus cap. 12. Unde literæ initiales istorum verborum dicti citati: &c. ישא ברכה מאת accipiet benedictionem A Domino: referunt voculam יבם, Fratris absque liberis defuncti uxorem ducere: ut indicetur, talem (qui hoc loco describitur) dignum esse, ut Psychen, spiritum & mentem adipiscatur simul; prout aliàs ille, qui revolvitur per leviratum. Quod notandum.

§. 14. Idem quoque innuitur verbis Job. 34, 15. *Obibit omnis caro simul, & homo in pulverem revertetur.* Quia propter omnes tres partes hominis, quæ vocantur caro; Psychen sc. spiritum & mentem, homo cogitur expirare atque mori, ut perficere queat singulas species in singulis revolutionibus. Sed si homo est sapiens, & attentè applicet cor suum decubitûs tempore; mediteturque ut dictum supra; tum spiritus quoque & mens ejus ad ipsum, id est, ad Psychen ejus admittuntur, ut simul sociata omnia tria complementum accipiant, ut dictum; nec opus habeat revolutione & morte & expiratione alia.

§. 15. Si verò nulla in ipso sit sapientia, ut meditari queat, & spiritum ad se attrahere, ut dictum est; tunc mori tenetur; & spiritus ejus alia revolutione redit per Psychen Proselyticam, ut monitum est; donec perficiatur. Deinde iterum moritur, si nondum sciverit meditari; & Mens advenit, aliâ iterum revolutione: ita ut opus habeat pluribus revolutionibus, eò quod destituatur Sapientia meditandi, ut dictum est. Unde Scriptura ait: Job. 4, 21. *morientur & non in Sapientia.* Et paulò infra explicabimus juvante Deo, quid faciendum sit, si Psyche sit consummata, & homo non possit attrahere spiritum, ut supra monitum? ubi vide.

Cap. IX.

§. 1.

Nunc accedimus ad tertiam Animarum speciem, quæ nempe ab Adamo delapsæ sunt vocanturque Animæ veteres & revolutæ, etiam prima vice cum homo talis in mundum nascitur: Cum priores duæ species tum demum, postquam prima vice in mundum jam venerunt, vocentur revolutæ, ubi deinde par omnium est ratio.

§. 2. Anima igitur talis revoluta vilissimi gradûs est inter omnes, ob revolutionem suam, sicut patebit: quoniam non est in potestate ejus restaurare aliquid præter sese, unum nempe gradum qualibet vice. Ex. gr. Si primò restauranda veniat Psyche, eaque sit perfecta; tunc acquiri non potest Spiritus, multò minus Mens; sed moriendum prius est homini, & deinde spiritus advenit in corpus in revolutione alia, atq; con-

ſummatur pro omnibus ſibi neceſſariis; iterumque moritur homo. Atque porro revolvitur Mens in corpore alio, donec & ipſa reſtituatur, Et ſic porrò.

§. 3. Quod ſi autem advenerit Pſyche, nec plenè reſtituta fuerit illa vice; neceſſe eſt illam Pſychen ſolam toties revolvi donec complementum adepta ſit, quotieſcunq; reverti debeat. Atque deinde & ſpiritus revolvitur ſolus, multis quoque revolutionibus donec reſtituatur. Et porrò quoque Mens eodem omninò modo.

§. 4. Cum autem jam monuerimus quod impoſſibile ſit Spiritui & Menti ut jungantur corpori, niſi id fiat mediante Pſyche quadam Proſelytica; de qua in fine capitis 8. Sciendum pſychas Proſelytorum fieri (id eſt, è corticibus educi) à copula juſtorum in horto Eden facta. Nam cùm talis ſpiritus deſcendit, ut veſtiatur corpore, & pſyche ejus, quæ jam eſt reſtituta cum ipſo commorari nequit, ut ſupra dictum; tunc ſpiritus ille occurrit Pſychis Proſelytorum, qui in Paradiſo terreſtri, & cum tali unitus illam ceu veſtem induit, atque ceu Pſychen propriam aſſumit, & loco Pſyches propriæ in illa Proſelytica in mundum hunc deſcendit, inque corpus aliquod intrat, donec perficiatur. Et quia pſyche hæc proſelyti cum ſpiritu hoc ſociata fuit in omnibus operibus ejus hujus mundi, & ille per hanc complevit, quod ipſi complendum fuit; hinc eadem hæc pſyche Proſelytica quoque aſcendit in illum gradum, in quo Pſyche ejus propria eſt, & elevatur ad eandem ſublimitatem, ita ut ambæ ſemper penes ipſum futuræ ſint in mundo venturo.

§. 5. Et ſic quoque evenit, ſi mens quædam ſola deſcendit. Quod etiam innuitur in Sohar ſectione Miſchpatim in Hiſtoria de ſene illo, locô ſupra citato, ubi verba ſunt hæc: Qui ingreſſus eam accipit apprehenſis alis ejus, eam retinet &c. Vide plura ibid. Huc quoque reſpexerunt Magiſtri noſtri b. m. cum inquiunt, quod prôſelyti Jiſraëlitis tam ſint moleſti ac apoſtema quoddam. Quia nempe Pſyche Proſelyti cui involvitur vera anima Jiſraëlitica in cauſa eſt, ut iſta peccet: unde Pſyche Proſelyti moleſta eſt Jiſraëlitæ, ut abſceſſus. Deinde quoque aliter exponi poteſt hoc: quia nempe proſelyto difficile eſt expurgare ſordes ſuas: nam quando proſelytus fit, tunc in ipſum intrat Pſyche quædam Proſelytica, quæ oritur à generatione, & congreſſu juſtorum, qui in Paradiſo terreſtri, ut dictum ſupra: cùm autem in Proſelytiſmo ſuo digniorem ſe præbet, vocatur Proſelytus juſtitiæ, quia in eum intrat Pſyche alia involuta intra primam, eſtque Pſyche ſancta, ſicut omnes aliæ Pſychæ Jiſraëlitarum, (ratio enim, quare quis Proſelytus juſtitiæ dicatur, hæc eſt, quod illi adveniat Pſyche ſancta ab uxore Microproſopi, quæ vocatur juſtitia.) Et illa Pſyche Proſelyti prima, quia adhæſit impuritati primitus, neceſſario adhuc aliquid inquinamenti in ſe habet, quod deinde Pſychæ illi alteri ſanctæ, quæ in illam ingreſſa eſt, etiam adjacet. Unde dictum illud tantum moleſtos Jiſraëlitis eſſe Proſelytos &c.

§. 6. Atque hinc intelliges, quare R. Akibha natus jam fuerit 40 annos, (cùm ad ſtudia ſeſe applicaret,) quia jam pater ejus factus erat Proſelytus, & non ipſe. Unde patet, quam difficile ſit ſordes ſeparari è Proſelytiſmo ad plures usque generationes: præſertim cum etiam anima ſancta R. Akibhæ qui in cæteris totus erat Jiſraëlita, inveſtita fuerit

erit intra psychen Proselyticam. Quod probè notandum. Unde quoque mactandus fuit tanto supplicio. Quod notes.

§. 7. Ut autem ad id redeamus, unde digressi sumus, scito, quod, si talis tam sæpe revolutus ut dignus factus sit psychen, spiritum & mentem accipere simul, iterum peccaverit, & vitium contraxerit; tunc iisdem omnino modis jam recitatis reverti atque revolvi cogitur: ita ut revolutionibus opus habeat peculiaribus per se, ut restituat Psychen; & revolutionibus singularibus pro spiritu; & sic pro mente ut dictum.

§. 8. Sicut autem cap. 8. diximus, quod species animarum secunda, earum nempe quæ sunt Caini & Hebelis certa quadam methodo acquirere possit Psychen, spiritum & mentem, in eadem revolutione, per mysterium depositionis Psyches suæ tempore nocturno: sic in hac quoque specie tertia, quæ est animarum veterum revolutarum methodus quædam datur, juxta quam uno tempore in mundum venire queant; quanquam id fieri debeat in duobus corporibus diversis. Res autem ita se habet: si nempe homo quidam sapiens atque justus congruas meditationes instituat, (super Psalmo sexto vel vigesimo quinto) tempore prolapsus in faciem sub precibus matutinis, quas meditationes aliô locô prolixè descripsimus, ubi vide: atque tum meditetur educere spiritum suum è profundis corticum per mysterium aquarum fœmininarum, eumque elevare sursum, ut nempe in mundum veniat per copulam junctarum facierum, ut dictum supra cap. 5. Tunc enim revolvetur spiritus, venietque in mundum in corpus quoddam: atque sic fieri potest, ut ipso vivente spiritus revolvatur, quamvis in corpore alio. Unde patet in hoc differre speciem secundam animarum ab ista specie tertia: quoniam in specie secunda Caini & Hebelis non potest advocari spiritus ille, ut communicetur aliis; sed tantum pro seipso: unde quis non potest educere Spiritum suum è profundis corticum, nisi postquam perfecit psychen suam, atque tum meditetur ut dictum supra cap. 8. Sic enim per depositionem nocturnam dignus evadet dimittere Psychen suam, & spiritum suum in seipsum evocare; extra se autem illum communicare nemini possibile est. Sed hęc species introducere potest spiritum in alium quendam eodem illo tempore; nec opus habet expectare, donec completa sit pars Psyches.

§. 9. In hoc tamen, alio respectu, viliores sunt istæ; quod opus habeant duobus corporibus: cum Cainiticæ & Hebelicæ uno tantum corpore opus habeant.

§. 10. Alia quoque adhuc inter illas est differentia, quia Cainiticæ & Hebelicæ perficere possunt tres gradus Psyches, spiritus & mentis, ut dictum supra cap. 8. (sed nihil amplius; nisi quod simul in Psychen emanativam assequi possint illa vice.) Sed species tertia etiam per methodum prolabendi in faciem, ut dictum supra, aliud nil proficit, nisi ut spiritum saltem educat, ut dictum supra: mentem autem impossibile ipsi est ulla methodo educere in mundum, nisi postquam mortui

fuerint ambo illi homines, quibus insunt Psyche & spiritus; & ambo hi gradus plenè fuerint restituti: tunc enim prodire potest in mundum mens in corpus aliquod. Alia non est methodus pro illis qui sunt de specie tertia, nisi per Leviratum, prout infra latiùs dicetur.

§. 11. Adhuc alia est differentia inter secundæ & tertiæ speciei animas, nempe quamvis homo ille per methodum prolabendi in faciem eduxerit spiritum suum è profundis corticum, & hic intraverit in corpus hominis cujusdam alterius, ille tamen suo adhuc expositus est periculo: nimirum si homo ille, qui spiritum ejus accepit, citius perfecerit spiritum illum, quàm primus ille compleverit Psychen suam, tunc in resurrectione mortuorum Psyche & Spiritus ambo vestientur corpore secundo, illius nempe, qui citius perfecit spiritum. Si verò ille, qui psychen habet, citius absolverit rem suam, per methodum, quam audivi à doctore meo, tunc ambo vestientur corpore primo illius nempe, qui citius perfecit Psychen.

§. 12. Atque hinc intelliges illud, quod dicit David Rex super quo pax Psalm. 3. v. 3. *Multi dicunt Psycha mea.* Ubi nota, Davidem regem super quo pax! nonnisi gradum saltem Psyches habuisse, quæ tamen robusta fuit & magna admodum: unde etiam dicitur 1. Sam. 18. v. 1. *Et adhæsit Psyche Davidis in Jonathane.* Atque sic in plurimis locis, ubi Davidis fit mentio, nonnisi de Psyche illius sermo est. Ista ergo Psyche Davidis de specie hac tertia fuit illorum membrorum scilicet, quæ delapsa sunt ab Adamo: atque tum prima vice in mundum venerat prodiens è profundis corticum; unde nihilominus revoluta dicenda est, juxta supra tradita hoc capite. Locus autem quò immersa fuit intra cortices ista psyche, fuit ex parte uxoris corticum. Nec incepit abinde prodire, nisi sub notione Psyches factivæ tantum. Unde in Sohar pluries dicitur, quod David venerit de parte uxoris: quapropter etiam immersus est similiter in uxorem corticalem. Quod etiam innuitur in historia de sene, sectione Mischpatim fol. 99. ubi dicitur de Obed, Jischai & David, qui nempe dicitur arbor infima, quæ prodierat è ramis, &c. ubi vide latius, & intelliges quæ hic dicuntur. Quare etiam prodiit è Ruth Moabithide, quæ immersa fuerat in cortice Moab. Notum autem est, quod Ammon & Moab duo sint cortices oppositi numerationibus prudentiæ sive informatrici; & regni; de quibus suo loco: sicut etiam infra cap. 13. ubi de Davide agitur.

§. 13. Quia igitur, ut ad propositum redeamus, psyche Davidis Regis ex ista specie supra dicta erat; hinc impossibile erat, ut acciperet spiritum suum. Hinc necessariò eundem spiritum homo quidam alius obtinere debuit, ut dictum supra. Et nisi commisisset peccatum illud cum Bathscheba, fieri potuisset, (quoniam Psychen suam omnino perficiebat), ut restaurationem suam absolvisset, antequam consummatus esset spiritus: atque exhinc corpus Davidis fuisset radicale, ita ut Psyche & spiritus simul surrexissent in resurrectione mortuorum in corpore Davidis. Jam verò propter peccatum istud cum Bathscheba factum est, ut alter ille homo, qui acceperat spiritum

piritum ejus, prius perficeret opus suum. Unde in resurrectione mortuorum, (quia tunc erit tempus, quo salvabuntur corpora,) nulla erit resurrectio è mortuis pro corpore Davidis, sed Psyche & spiritus ejus ambo simul resurgent in corpore altero illius viri, qui acceperat spiritum, eumque perfeceerat ut dictum. Hinc dicit: *Multi dicunt Psychæ meæ:* id est, multi dicunt, nulla est salus Davidi, id est, corpori ejus, quia Psyche ejus adhuc erat revoluta, & nondum restaurata: unde etiam non loquitur. Non est salus pro ea, quasi sermo esset de Psyche; sed, pro eo; ut sermo sit de corpore Davidis. Unde etiam addit Selah, quasi diceret, etiam tempore resurrectionis mortuorum non resurget. Et iste Psalmus loquitur de Achitophele & Doëgo, qui erant hostes ejus: erantque Sapientes atque Doctores magni. Prout dixerunt sapientes nostri bonæ memoriæ, quod Achitophel viderit ignem prodire de membro suo naturali. Quod notat, illum propinquum fuisse Spiritui sancto: Unde & Scriptura inquit: *Consilium Achitophelis, si aliquid consuleret illis diebus*, tanti fuisse, ac si quis *interrogaret Verbum Dei.* 2. Schmuel 16. v. 23. Sed propter maledicentiam rejectus est, quod non est mirum. Patet ergò, quod Achitopheli non ignotum fuerit, quomodo se res haberet cum Davide: præsertim cum sciret, illum unctum fuisse in Regem per Schmuelem Prophetam. Et quia Scriptura inquit 2. Schmuel. 14. v. 14. *Non expellet à se expulsum*, id est, ne minimum quidē de Davide perdetur: quomodo ergo locuti essent de psyche Davidis? cum nemo esset, sicut ille inter omnes Jisraëlitas: quod nulla ipsi salus sit apud Deum; Selah. (i.e. in mundo venturo.) Sermo igitur est de corpore ejus, prout nunc exposuimus. Quod intelligentibus satis perspicuum est. Unde etiam cum juxta Talmudiem ipsum interrogarent; qua morte multandus sit, qui vitiaret uxorem alterius? ipse respondisse fertur iisdem; morte strangulationis, ita tamen ut partem habeat in mundo venturo. Ubi argutè ipsis retorsit, quod surrecturus sit in resurrectione mortuorum.

§. 14. Revertendo ergò ad propositum dicimus, illos qui ad tertiam hanc speciem pertinent, & illos, qui revoluti sunt, etiamsi de prioribus duabus speciebus sint, ut dictum in principio capitis hujus; omnes esse æquales: & quamvis quis per illam methodum, de qua diximus, complevisset Psychen; in magno tamen adhuc est periculo corpus ejus. Ne igitur quæstionem moveas, quî fieri queat, si citius absolvatur spiritus, quod corpus primum non surrecturum sit in resurrectione mortuorum: hinc rem istam paulò clarius dilucidabo.

§. 15. Hoc autem indigitatum est Psal. 7. v. 10. *Consummetur nunc malum impiorum, &c.* Item in loco Proverb. 25. v. 21. *Si esurierit odio habens te, ciba illum pane.* Quorum locorum hic est sensus: Quoniam in animabus bonum permixtum est malo, ut dictum supra cap. 1. & 2. hinc factum est, quod aliquando aliquid boni cujusdam justi insertum sit malo cuidam: sicut etiam aliquid mali cujusdam impii insertum est justo cuidam. Unde intelligi potest, quod dicitur, multos dari justos, quibus usu venit, ac si

haberent

haberent opus impiorum. Eccles. 8. v. 14. &c. Reperiuntur enim justi insignes qui perficiunt opus aliquod malum, atque turpe, ut mirari liceat, quomodo vitia tàm turpia & peccata tam grandia reperiantur in justis illis. Atque sic etiam è contrario deprehendimus in impiis, quod ipsis quædam obveniant, ac si haberent opera justorum, ita ut observent præcepta insignia, & opera quædam præstent ex toto corde & anima sua. Cujus causa est, quod bonum illud ipsis immixtum in illis desiderium excitet faciendi opera illa: quod probè notandum. Unde præceptum nobis est inquirere in merita, & in culpam delinquentis; quoniam hac ratione quandoque justificantur impii ratione desiderii nempe & intentionis. Desiderando enim justus ad se trahere potest bonum illud, quod in malo est permixtum: sicut etiam malus ad se trahit malum illud, quod immixtum est justo. Ratio hæc est, quia pars maxima ad se trahit partem minimam. Unde deinceps ambo reperiuntur consummatè tales, alter nempe omnino malus; & alter omnino bonus. Unde inquit textus: *Si esurierit osor tuus,* &c. Atque hinc responderi potest ad objectionem, quod nempe vetitum sit, odisse proximū suum, & multo magis cumulare prunas super caput ejus. Sermo enim est de impio, qualem odisse licitum est. Si ergo esurierit talis impius desiderans panem legis propter aliquod bonum, quod immixtum est ei; ciba eum pane legis: atque sic pota eum aqua legis, atque sic prunas cumulabis super caput ejus: id est omne malum, quod in te est, reponetur super illum; ut dictum supra. Eodem modo ut dicitur Levit. 16. v. 22. *Et portabit hircus super se omnes iniquitates eorum.* Atque sic portiuncula illa boni, quæ in illo est, adjicietur tibi, eamque accipies; atque sic perfectus eris omni bono, & ille perfectus in omni malo. Et quia sanctus ille Benedictus non denominat nomen suum super re mala, sed tantum super bona: hinc in fine additur: *Et Dominus reddet tibi.* Sed de malo cum sermo est (sub initium versus), non mentio fit nominis Divini: sed tantum dicitur, *tu prunas capies super caput ejus.* &c. Atq; hæc etiam est mens dicti alterius Psalm. 7. *Consummetur quæso malum impii*, id est, sanctus ille Benedictus complebit & consummabit impium, ut sit perfectè impius: pars autem boni, quæ in illo, dabitur & adjicietur justo, ut evadat consummatè justus, unde subjicitur: *Et stabilias justum.* Hæc omnia autem nemo scit in homine, nisi Deus Benedictus, qui probat corda & renes: ille enim notificat, quisnam justior sit proximo suo, & cujus maxima pars bona; item cujus maxima pars mala sit, ut cumulare queat omne bonum in hoc, & omne malum in illo. Omnia autem ab operibus hominum dependent atque ita se habent; si enim vera in quodam præponderet malum, ut tandem consummetur, & fiat omnino malus, & sic vice versa in bono. Sed siquis sit status medii ex utriusque naturæ medietate constans, atque sic & alter; tunc res in æquilibrio quiescit, donec è bilance appareat, uter præponderet; atque tum alter omne bonum, & alter omne malum accipit.

§. 16. Et hinc quoq; intelliges, quare dixerint Magistri nostri bonæ memoriæ in Thalmude; quod Achab Rex in æquilibrio fuerit, quod mirum videri queat, cum idololatra esset, cui vix fuerat similis. Sensus nempe est; illum non in æquilibrio fuisse, quoad opera sua; dicunt enim in æquilibrio simpliciter, & absolute, i.e. quoad Psychen suam, quæ medii erat

generis

generis ex dimidia nempe parte bona, & ex dimidia parte mala. Et quamvis esset idololatra, & similia perpetraret, quoad partem mali existentis in ipso; tamen quoque reperimus, quod regnavit cum humilitate, seque submiserit, atque induerit saccum, atque processerit involutus: & quod rex Jehoschaphat illum quotidiè castigarit, sicut dicunt magistri nostri bonæ memoriæ ad locum illum: Annon vidisti, quod humiliet se Achab &c. Atque id faciebat quoad partem boni in ipso existentem. Et hinc quoque intelliges, quare Elijahu bonæ memoriæ tantopere insecutus sit eum, ut nempe ad pœnitentiam eum reduceret.

§. 17. Hinc quoque intelliges, quid sit perfectè justus; & non perfectè justus, & medius; quæ omnia intelligenda sunt secundum scintillas boni vel mali, à quibus perfectio resultat. Hinc quoq; non miraberis, si videris, justos quosdam magna aliqua peccata committere, quæ alias vel impius non perpetraret: ubi nempe peccatum illud adscribendum est parvæ illi scintillæ mali in ipso latentis.

§. 18. Scito etiam hæc omnia tantum contingere, si uterque in vivis sit unô tempore, quod nimirum justus aliquis in se capiat omne bonum impii, & impius omne malum justi. Hinc multi justi reperiuntur, qui se associant impiis, atque deinde ab iisdem iterum separantur: quia nimirum omne jam bonum, quod in illis fuit, consummatum est, atque datum alteri.

§. 19. Patet ergo, ut ad rem propositam revertamur; quod qui revolvuntur, & qui distinctis corporibus habent animas suas, in magno stent æquilibrio atque periculo: si enim alter ille, qui spiritum accepit, prior sit benè agendo & corrigendo opera sua; tunc per eadem in ipsum attrahitur omne bonum, quod in priori illo corpore est, in quo psyche existit: & hanc ob causam in resurrectione mortuorum corpus istud annihilatur, & corpus alterum fit radicale.

Cap. X.

§. 1.

Exposita nunc differentia, inter priores animarum species quoad revolutionem, & inter tertiam: nec non quod duæ priores species; animæ nempe quæ planè novæ dicuntur, & quæ sunt Cainiticæ & Hebelicæ, cum altera vice in mundum veniunt, omnes tamen quoque vocentur veteres & revolutæ: jam aliquid proponemus, quod omnibus tribus, quatenus illis nomen veterum & revolutarum competit, ex æquo attribuitur.

§. 2. Scito ergò, quod animæ revolutæ, (prout etiam jam diximus,) prima vice in uno corpore, non possint assequi, nisi vel mentem solam postquam nempe quis perfecit psychen & spiritum: vel spiritum solum, postquam perfecit Psychen: vel spiritum & mentem singulatim, si perfecerit Psychen & spiritum, ut veniant in tribus corporibus.

§. 3. In hoc tamen differentia adhuc alia est, ita ut istarum revolutarum duæ sint species: una eorum, qui initio tantum merentur accipere Psychen in specie; nec adhuc

digni ſunt ſpiritum accipere vel mentem ; vitium autem admittunt quoad Pſychen ta tum, atque moriuntur.

§. 4. Altera eſt eorum, qui digni ſunt non Pſyche ſaltem, ſed & ſpiritu & men ſed pariter vitium admittunt, per quod non Pſyche tantum, ſed & ſpiritus vel mens co tingitur, ita ut omnes hi gradus vitientur.

§. 5. Qui ergo primo non merentur niſi Pſychen tantum accipere, nec viti admittunt, niſi in hac ſolum ; illis, cum revolvuntur ſecunda vice ; Pſyche tantum revol vitur : qua penitus reſtituta & purgata ab omnibus ; merentur & ſpiritum accipere vel etiam mentem in uno eodemque corpore : quia ſpiritus & mens non contraxerun vitium.

§. 6. Sed qui digni ſunt ſtatim ſub initium Pſyche, ſpiritu & mente, & vitiu omnes tres gradus : illi non poſſunt revolvi, ut reſtituantur una vice, pro omnibus his tribus partibus : ſed opus habent tribus revolutionibus, & tribus corporibus : uno pro Pſyche, altero pro Spiritu, & tertio pro mente : nec alia ipſis datur reſtitutio, niſi per duas illas methodos, de quibus cap. 8. & 9. nimirum per meditationem nocturnam ſomni tempore, & tempore prolapſus in faciem, (ad Pſ. 25.)

§. 7. Alia quoque notanda eſt differentia : quod nempe illius, qui primitus non dignus eſt niſi Pſyche, (ut illa vice non etiam accipere queat Spiritum & mentem ; [illegible] in illa quædam corrupit, ut opus habuerit corpore ſecundo, in quo abſolvere tenea quæ ipſi defuerunt in corpore primo, vel etiam reſtaurare ſpiritum cum ſuperſtite parte Pſyches ; illius, inquam, corpus primum, in reſurrectione mortuorum non merebitur accipere, niſi illam tantum portionem, quam abſolvit de Pſyche : ſed reliquæ portiones Pſyches, quæ manſerunt corruptæ, prout etiam ſpiritus & mens ſervantur corpori ſecun do, quoniam in illo reſtitutionem & perfectionem acceperunt.

§. 8. Et huc reſpicitur in Sohar ſectione ChaijaSarah fol. 131. col. 2. ubi di tur illos, qui improſperi fuerunt (i. e. qui Pſychen ſuam non plenè compleverant) reputantur, ac ſi non fuiſſent. Quod intelligendum de corpore eorum primo, quod non accipiat, niſi exiguam ſaltem portionem de Pſyche, quanta nimirum in ipſo re ſtituta fuerit : unde idem ipſi contingit, ac ſi non fuiſſet. Fundamentum autem gra poſt reſurrectionem conſequendi, conſiſtit in myſterio ſpiritus & mentis : quos gra dus quia talis non obtinuit ; idem eſt ac ſi non fuiſſet. Atque hinc conciliantur an τιφανίαι duorum locorum illorum, quæ omnia tamen ſunt verba Dei viventis. Nam hiſtoria de ſene illo, ſectione Miſchpatim fol. 172. loquitur de tali corpore primo, quod periit ; quod ſic videri poſſet talem fruſtra obſervaſſe præcepta legis &c. Senſus autem eſt, omnino illas partes Pſyches, quæ reſtitutæ fuerant, ipſi traditum iri, & cum illis reſurgat tempore reſurrectionis. Quia autem dignus non fuit, ſpiritum & mentem accipere, hinc reputatur, quaſi non fuiſſet, &, (quod abſit tamen,) non ſit, vel futurus ſit, comparativè ſcilicet ; cum tamen revera rediturus & reſurrecturus ſit ; & ſaltem pro tali habeatur, qui non ſit, ratione exiguæ voluptatis, quam conſe

quetu

etur. Quod probè nota. Et hoc ipsum est, quod dicitur in historia de sene illo, lo-
citato, de illo corpore primo, quod dignum non fuit liberos generare, quod nempe
mo in uxore sua spiritum quendam relinquat, qui in ipsa maneat, donec frater ejus
ndem suscitet, prout de his latius infra cap. 10. Unde patet, quod qui liberis caruit, ni-
quoque habeat quam illum spiritum, quem reliquit in ea.

§. 9. Si autem vitium aliter se habuerit v. g. si aliud quoddam peccatum pecca-
rit, illa portio Psyches secunda, in qua remanserat vitium supradictum, quæque inser-
fuit corpori secundo; tunc hoc corpus secundum cô quoque saltem gaudebit, quod
rfecit, & omnia reliqua istius partis, quæ restituta fuerunt in corpore primo, dantur
rpori huic tempore resurrectionis.

§. 10. Adhuc alia tamen hic est species, quod si nempe quis primo nonnisi Psy-
e fuerit dignus, & perfecerit maximam partem illius, ita ut paululum saltem restita-
perficiendum pro revolutione in corpore altero: si talis meretur absolvere paucu-
n hoc residuum è Psyche superstes; & dignus etiam sit spiritu vel quoque mente;
ne voluptate fruetur corpus hoc secundum etiam respectu spiritus, vel etiam mentis,
dictum. Si vero corpus hoc secundum nihil amplius obtineat, quam quæ sunt psyches;
pectu ejus tantum delectabitur.

§. 11. Hinc etiam intelliges, quod dixit, referente Gemara, Rabh Schescheth,
n studeret in lege: Gaudeas Psyche mea; pro te legi, pro te studui &c. Ubi objici po-
, quomodo hæc dixerit Rabh iste, cum sanè impossibile videatur, quod pro alio stu-
rit, & necessario id fecerit pro anima sua? Res autē clarior evadet ex iis, quæ diximus,
od nempe animam suam allocutus sit & non corpus suum, vel aliud quid extra se. Nam
h Schescheth in ista revolutione erat ille, qui antea fuerat Babha Ben Buta, qui fue-
homo eximius, de quo Magistri nostri bonæ memoriæ scribunt: quod quotidie ob-
rit Sacrificium pro peccato dubioso: unde uterque quoque fuit cœcus; Ille igitur
ha Ben Buta fuerat sapiens atque justus insignis, absolveratque portionem suam, su-
stite saltem exigua quadam parte: quapropter tota merces Psyches R. Schescheth
sistebat in corpore Babhæ Ben Buta: adeoque respectu corporis sui contristabatur
quam qui frustra laboraret: nam corpus ejus non erat fundamentum inhabitantis
hes, sed tantum quasi hospes in mundo, unde omnis ejus voluptas futura saltem erat
Psyche ejus; quare inquit; Gaude Psyche mea, quia tibi auxilium emergit, & non
pori: quia fundamentum boni redundabit in corpus Babha Ben Buta, & non in cor-
hoc secundum. Quod nota.

§. 12. Si quis autem primò dignus fuerit Psyche, spiritu & mente, & corrupit
us omnes; ille non potest restaurare illos simul omnes, sed spiritum, exempli gra-
in corpore singulari. Jamque dictum est, quod Psyche ejus in eadem vita cum spi-
non possit jungi, nisi ambo gradus sint perfecti: & tamen spiritus sine Psyche in
us non potest intrare: quomodo ergo spiritus ille intrabit in corpus secundum sine
he? nimirum responsum supra jam est cap. 9: Quod veniat vestitus Psyche qua-
Proselytica.

 §. 13. Idem

§. 13. Idem tamen fieri poteſt alio modo; ſi nempe in corpus hoc ſecundum intret Pſyche quædam altera ; & ſpiritus atque mens Pſyches primæ aſſocientur Pſychæ huic alteri in corpore ſecundo, ibique benè agant, & reſtituantur. Tunc autem in reſurrectione ſpiritus & mens redeunt in corpus unum ſuæ nimirum Pſyches. Et hæc vocatur revolutio duplex: quia nempe revolvuntur cum Pſyche alia.

§. 14. De ſpiritu autem & mente illa notandum, id fieri non poſſe, niſi duæ illæ pſychæ fuerint de radice una, ſicut dicitur cap. 5. Ubi etiam plura habebis de ſpiritu reſtito à Pſyche Proſelytica, an nempe hæc ſemper cum ipſo maneat?

Cap. XI.

§. 1.

Porrò ſciendum, duas eſſe ſpecies revolutionum illius generis, ubi primò Pſyche, ſpiritus & mens concurrunt, & omnes hi gradus vitientur : ita ut primo redeat pſyche ſola; eâque conſummatâ moriatur corpus primum; & accedat ſpiritus in corpore alio, ut reſtituatur. Duo, inquam, hîc occurrunt caſus; primo, Si Pſyche benè quidem reſtituta ſit, ſed non ad ultimam perfectionem ; tunc enim hæc, quando ſpiritus revolvitur in corpore altero cum illo etiam revolvi poteſt ſimul, donec & ſpiritus reſtituatur. Si vero Pſyche perfecta fuit omnino, pro omni ſua neceſſitate; tunc non opus habet revolutione tali in corpore alio cum ſpiritu ; ſed relinquitur ſuperius in Paradiſo loco ſuo debito : ſpiritus autem ſolus redit ut reſtituatur per Pſychen proſelyticam, vel per pſychen aliam, ut dictum ſupra. Differentia autem hæc, denominatur à diverſitate perfectionis pſyches uſque ad conſummationem. Si enim ipſi aliquid adhuc defecerit, tunc adhuc vitiata eſt, & ſola revolvi cogitur, ut dictum Cap. 9. donec perficiatur omnino.

§. 2. Res igitur ita ſe habet, ut ſupra dictum in fine Cap. 4 : quod dentur præcepta quædam propter quæ hominem omnino revolvi oportet; & alia ubi quidem revolutione non habet opus, ſed ipſi ſufficit imprægnatio.

§. 3. Cum ergo pſyche illa defectu laborat præcepti cujuſdam, propter quod revolvenda eſt; tunc revolvitur ſola, donec perficiatur. Ratio eſt, quia omnia præcepta dependent à pſyche; ſtudium autem legis à Spiritu.

§. 4. Si autem deficit ipſi præceptum quoddam, propter quod impregnatio ſufficit : tunc pſyche illa revolvitur cum ſpiritu : ſed ipſius pſyches revolutio vocatur Embryonatus ejuſdem reſpectu, & non revolutio propriè dicta. Ratio eſt quia cum plenè reſtauravit omne id quod vitiaverat, tunc ſpiritus non amplius attingit pſychen, ſed vitium vocatur ſpiritûs non vero pſyches : quia aliàs res iſta fine careret, quod pſyche revolvenda eſſet ſola. Venit ergo ut particeps fiat bonorum operum ſpiritûs; & non vitiorum & corruptionum ejuſdem, quibus vitiatus eſt Spiritus poſtquam ipſa jam perfecta eſt. Unde iſta revolutio ejus, reſpectu pſyches, imprægnatio vocatur & non revolutio: ſeque habet eo modo de quo dictum ſub finem Cap. 4.

§. 5. Sed pſyche proſelyti, quâ veſtitur ſpiritus, ut ante dictum; eſt in revolutione propriè dicta.

§. 6. Sic quoque ſe habent mentes quando reſtitutus eſt etiam ſpiritus & homo deceſſit: tunc mens venit in corpus aliud ut reſtituatur mediante pſyche proſelyti exiſtente in ſtatu revolutionis perfectæ; ſi nempe pſyche & ſpiritus ejus plenariè reſtituti ſint. Si vero adhuc opus habent aliquâ reſtitutione; tunc ſpiritus & pſyche quidem cum mente veniunt ſicut dictum: ſed quicquid vitiatur in corpore illo, id dicitur vitium mentis; & non vitium pſyches & ſpiritus; quia iſti jam perfecti ſunt. Et quamdiu non reſtaurata eſt mens etiam poſt multas revolutiones, ut dictum Cap. 9: Omnes illæ corruptiones tribuuntur menti ſoli.

§. 7. Jam autem revertimur ad id quod diximus ſupra: reſtituendam nempe primo pſychen: ubi deinde ſpiritus veniat in mundum hunc in corpore alio ut reſtituatur, quod paulo uberius diducendum. Cum igitur pſyche illa perfectè reſtituta eſt, ſecundum gradus debitos; tunc in illam ſic perfectam venire poteſt imprægnando pſyche alia juſti cujusdam eidem analogi & conformis, pro illa notione, quæ reſtaurata eſt.

§. 8. Et pſyche illius juſti quæ abſolvit revolutiones ſuas, nec pluribus opus habet, ſaltem embryo fit in pſyche tali ut dictum cap. 5. Atque tunc pſyche illius juſti ſuſtinet vices Spiritus ratione pſyches hujus imprægnatæ; quamvis reſtituta tantum ſit ſub notione pſyches. Eo caſu igitur quando homo reſtitutus eſt in pſyche ſua, fieri poteſt, ut eum imprægnet pſyche quædã, è primis patribus: prout aliquando fieri poteſt, ut quidam ſic imprægnetur pſyche Abrahami patris noſtri ſuper quo pax: vel Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax; Nempe omnia prout opus habet talibus, pſyche illa. Unde dixerunt Magiſti noſtri p. m. nullam dari generationem in qua non ſint juſti quidam ut Abraham & Jizchak & Jaacob & Moſche & Schmuel & David. Atque ſic explicuerunt dictum illud Gen. XV, 6. כה *ſic erit ſemen tuum*, ut numerus voculæ כה eſt 25: quibus innui volunt in qualibet generatione dari 25. juſtos, qualis Abraham: quod clarum eſt intelligentibus.

§. 9. Fieri etiam poteſt ut eandem ulterius imprægnet pſyche quædam juſti cujusdam majoris quam prior erat: ita ut iſta pſyche ſecunda juſti hujus alterius in ipſa locum teneat mentis; cum pſyche juſti ilius primi minoris locum habeat ſpiritus; locum pſyches occupante pſyche propriâ. Idque ſic procedit ab imo ad ſummum uſque, ut imprægnationes faciant pſychæ Patriarcharum vel Moſis Magiſtri noſtri p. m. ut dictum; quamvis enim omnes ſint pſychæ; ibi tamẽ ſunt ſub myſterio mentis, ſpiritus & pſyches: præ quibus pſychæ aliæ quælibet ſplendorem ſuum amittunt, ut dictum ſupra Cap. 4.

§. 10. Fieri etiam poteſt ut pro ratione operum & graduum ſuorum quis mereatur accipere Spiritum verum cujusdam juſti, ut eo imprægnetur pſyche ejus. Sique plura meretur, adhuc alius Spiritus Juſti cujusdam majoris ipſum imprægnare poteſt, qui locum habeat mentis; donec & ipſe dignus fiat Spiritu ſecundum opera ſua.

§. 11. Quod ipſum eouſq; procedit, ut & mens juſti cujusdam ipſum imprægnet ſpiritus loco; & mens alia juſti alterius mentis loco: atque ſic porro ut calamus deficiat particularia omnia enarrare.

 §. 12. Dan-

§. 12. Dantur etiam præcepta & opera quædam singularia, per quæ homo assequi potest mentem: omnia enim in manu hominis consistunt secundum bona ejus opera vel etiam per studium legis vel per meditationes : quia per hæc tria fit restitutio psyches, spiritus & mentis, ut dictum supra.

§. 13. Et hæc omnia accidunt in revolutione illa, postquam scilicet jam restituta est psyche & spiritus revolvitur in corpore alio. Fieri tamen etiam potest, ut eadem accidant post plenariam spiritus restitutionem; ut mirum & ipse imprægnetur psyche quadam cujusdam sancti sub notione mentis vel spiritus ; quod etiam fieri potest secundum omnes casus speciales enarratos de psyche sola.

§. 14. Idem quoque fit cum mens venit restituenda & restaurata est; namque & tunc eidem omnes illi casus accidere queunt prout psychæ soli.

§. 15. Sciendũ quoque, cum talis psyche revolvitur sola, & imprægnata est à quodã justo, sicut dictũ est; illã, postquã homo ille moritur, venire posse in aliũ quendã hominẽ, sociatã cum psyche, spiritu vel mente illius justi, à quo imprægnata erat: & per hanc viam influẽtiã accipit in hoc mũdo, quãdiu revolvitur cũ hoc homine, donec & ille restituatur.

§. 16. Cum autem perfectus quoque est spiritus ejus, tunc illa psyche ejus prior accedit ut adhæreat spiritui suo, dicitque: *Abibo & revertar ad virum meum primum.* Hos. 2, v. 7. Notum enim quod spiritus sit maritus psyches. Atque sic quoque cum mens perfectionem accepit, tum psyche & spiritus iterum adhærent eidem.

§. 17. Quamdiu enim nondum plenè restituti sunt psyche & spiritus, tamdiu cum justis illis qui in ipsis imprægnantur permanent; quoniam per illos accipiunt influxum in hoc mundo, modo supradicto.

§. 18. Et quia per ipsam stat bona opera peragere & præcepta observare; hinc quoties aliquod præceptum tam accuratè observat, & secundũ omnes speciales circumstantias atq; justus quidam ex illis; tunc tandem magna evadit admodũ: justificari enim potest psyche hæc istius hominis, donec fiat tam clara atq; gloriosa, sicut gradus psyches vel spiritûs vel mentis illius justi; ita, ut, quamvis aliquis jam restitutus sit juxta gradũ psyches suæ; nihilominus quia vadit cum gradibus justi istius, necesse est, ut etiam tantũ clarificetur, quod pervenerit ad gradus illius justi : atq; tunc psyche ista illius hominis multo altius elevatur, quam in locum suum, unde excisa fuit, tamque gloriosa fit, ut fixa ibi manere queat in perpetuum in gradibus justi illius. Ex quo intelligi potest, quod homo, si velit, fieri queat ad instar Mosis; quamvis psyche ejus eodem multo sit inferior.

§. 19. Cum igitur homo restauravit tres suas partes, Psychen, spiritũ & mentem, tunc non amplius opus habet revolutione: Sed tunc ascendere potest in mundũ illum secundũ gradus justi illius, qui ipsum imprægnaverat; ita ut in illo mundo ambo sint æquales in statu & gradu uno. Atq; huc respiciunt ea quæ dixit Moses ad R. Schimeon Ben Jochai in præfatione Sohar fol. 2. col. 2. Ubi nota quæ dicuntur à R. Hammenuna Sene.

Cap. XII.

§. 1. SUpra jam dictum est, quod animæ jam revolutæ, omnes neutiquã possint simul accipere psychen, spiritum, & mentem. Jam scito id non intelligendũ, nisi cum revolvuntur sui causâ: verbi gratiâ, ut adimpleant præceptũ quoddam quod ipsis defuit, vel ut restituant vitium aliquod. Si vero quis revolvitur pro aliis, ut nempe convertat & dirigat

homines generationis suæ: tales sanè homines perfectè justi sunt, qui merentur gradus omnes accipere usq; ad mentem emanativã. Necesse autẽ est, ut nullo modo revolvantur sui causâ, sed omnino pro aliis. Isti enim certe vice una simul consequi possunt psychen, spiritũ & mentẽ, quoniã jã antehac restituti sunt. Hinc reperimus in parvis quoq; puellis admiranda quædã opera, prout exemplũ habemus in filio R. Hamenuna Senis, in sectione Vajechi: & sect. Balak: atq; sic in aliis pueris: quoniã isti nõ adveniũt ut perficiãt seipsos, sed pro necessitatibus aliorũ; unde prima statim vice assequuntur psychẽ, spiritũ & mentẽ, & quicquid antea habuerãt. Unde quoq; admirãda pollent sapientiã, quod probè notes.

§. 2. Alia quoq; occurrit differentia inter animas revolutas. Quoniam quæcuq; revolvuntur ob causam aliquã, ex. gr. ob neglectũ aliquod præceptum, de quibus videatur Cap. 4: illorũ psyche dispescitur in plures scintillas: unde quot præcepta in isto corpore impleverit, tot scintillæ in eo relinquuntur eodẽ tempore usq; in tempus resurrectionis: Unde melius non est psychæ, spiritui & menti, quam si revolvantur simul in corpore uno.

§. 3. Sed qui propterea revolvitur quod improles excesserit, & uxor ejus Leviro suo nubit: illi nulla continget restitutio per dolores, prout fit circa peccata alia: Sed corpus ejus primum æstimatur quasi non fuisset in mundo, nec resurget tempore resurrectionis, nisi in corpore secundo in illo spiritu, quem reliquit in uxore sua, ut dictum supra. Sensus est, psychen ejus radicalem spiritumq; & mentem ejus non excitatum iri tempore resurrectionis nisi in corpore illo secundo quo dignus fuit generare liberos.

§. 4. Patet ergo, quod omnes partes illius, psyche sc. & spiritus & mens, omnes hi gradus, inquã, revolvẽdi sunt in 2do hoc corpore novo; eo quod primũ reputetur ac si nõ fuisset.

§. 5. Patet etiã eum, qui revolvitur per leviratũ per opera sua consequi posse psychen spiritum & mentẽ simul, prout in supplementis reperimus, col. 1. Verba sunt hæc: Per mysteriũ Leviratus omnes tres gradus absolvuntur vice una quod ipsum est, quod scribitur Job. 34. v. 14, 15. *Si posuerit super eum cor suũ, spiritus ejus & mens ejus ad ipsum colligetur: exspirabitq; omnis caro simul.* Sensus est quod omnes homines, qui vocãtur caro, mori teneantur atq; exspirare etiã illi, qui perfecerint psychen suã; eo quod omnes sint æquales, Leviratu solo excepto, ubi res aliter se habet. Si enim Levir proposuerit cordi suo fratrẽ suũ, qui mortuus est sine liberis, & concupiscentiã suã atq; desideriũ per opus congressus ad eundẽ applicet, ille in facultate sua habet reducendi psychen fratris sui demortui. Quod si enim attente meditetur super præcepto de Leviratu, nec libidinis ergo incestum comittat cum uxore fratris sui, tunc propter præceptũ reducere potest fratrẽ suum: imò quamvis ille tantum adfuerit sub notione psyches; attamen etiam spiritum & mentem fratris sui sub specie psyches demortui attrahere potest; ita ut omnes tres hi gradus simul in illo socientur una vice.

§. 6. Scias quoque, quod si quis revertatur revolvendo ob casum improlitatis, etiamsi fuerit sicut Schimeon Ben Asai, qui non opus habebat revolvi propter liberos; si nimirum accedat per embryonatum in hominem quendam, aut si revolvatur pro restituendis aliis, & in auxilium alienum; ille nullo modo venire queat solus; quia saltem habetur pro corpore dimidio; & necesse est, ut veniat intra socium quendam, quem secum assumserat.

§ 7. Quandoq; etiam homo restituitur per imprægnationẽ solã, cum nimirũ embryo fit in alio quodam homine, ibiq; absolvit aliquid, quod ipsi deerat; & propter quod omnino debuisset revolvi. Quoniam major est dolor revolvi, quam imprægnare aliquem. Videatur cap. 2.

§. 8. Si vero quis invenerit rem deperditam, nec restituerit eandem; ille restaurari nequit per imprægnationem; sed omnino tenetur revolvi totaliter. Hoc ipsum est, quod Scriptura dicit Deut. 22. v 3. *Et sic facies omni rei amissæ fratris tui, quam ille perdiderit, & illam invenisti; non poteris te abscondere.* Sensus est: Non sufficere imprægnationem: quæ saltem quasi est absconsio quædam, qua quis absconditur & vestitur intra animam proximi sui; sed eum teneri perfectam revolutionem perpeti.

§. 9. Quamvis hoc etiam aliam explicationem admittat. Scito enim quod aliquando, cũ anima hominis descendit è supernis, ut comoretur in illa gutta, è qua formatur infans; tempore descensus sui in hunc mundum incidat in animam quandam aliam, quæ etiam revolvenda est; & tunc societatem ineunt ambæ illæ animæ, & in revolutione sua simul intrant in corpus illud: quod tamen fieri nequit, nisi duæ illæ animæ vicinæ sibi sint in statura corporis, adeoq; ex una radice, ut dictum supra capite quinto: vel si observare tenentur unum aliquod præceptum, adeoq; in restitutionis fine sint similes: tunc enim ambæ simul revolvi possunt.

§. 10. Quamvis ergo illa Psyche, quæ corpori illi debebatur, restituta atque perfecta fuerit, ita ut digna esset spiritum accipere: sicut dicitur in Sohar sectione Mischpatim: Si dignior evadit, spiritum ipsi præbent &c. Si tamen altera illa Psyche, cui ipsa occurrerat, & cum qua revoluta erat, quæque vocatur amissum fratris tui, quoniam ambæ ab una radice sunt, nondum omnia perfecerit, quæ ipsi perficienda fuerunt, & propter quæ revoluta fuit: homo ille sane spiritus partem adipisci nequit, donec absolutæ fuerint ambæ animæ. Atque hoc est quod textus dicit: Non poteris absconditi, i.e. non poterit in illo involvi portio spiritus ejus, quamvis jam restituta sit Psyche ipsa; donec etiam perfecta sit amissio fratris, quam nimirum ille perdiderat ob causam corruptionis alicujus. Facta autem restitutione rei amissæ fratris, tunc etiam poterit abscondi & vestiri portio spiritus.

§. 11. Sciendum etiam in materia de revolutionibus, quandoque accidere, ut in homine sit Psyche quædam sancta; quæ ab illo aufertur, inque eum venit Psyche alia mala. Unde intelliges, id quod accidit Jochanani sacerdoti magno, qui postquam munere hoc functus esset octoginta annis, tandem factus est Sadducæus:

§. 12. Cujus etiam accidere potest contrarium; ut quis primo sit impius, & deinde fiat justus.

§. 13. Verum enim verò ista ablatio Psyches prioris, & accessus alterius alias non fit, quam uno trium horum casuum, nimirum primò, si homo ægrotaverit morbo quodam, tum enim mutatur; vel si incidat in morbum Epilepsiæ, quæ vocatur morbus caducus; vel si irascatur. Quia nihil tam cito mutare potest Psychen quam ira juxta illud Jobi 18. v. 4. *Discerpit Psychen suam in ira sua.* Atque his casibus etiam mutari potest Psyche cujusdam in aliam meliorem.

Cap. XIII.

§. 1.

Amque explicabimus revolutionem Mulierum. Et quia homini cum formatur statim coordinatur conjux ejus: quoniam tamen (ut dictum cap. præcedente,) si peccaverit; nima ejus mutari potest ob aliquam ex causis ibidem dictis: hinc perdere etiam potest ciam suam; ita ut ducat aliam; quia iste non est vir prior. Quod probè notandum. Sicut iam quandoque fieri potest, ut id contingat modo inverso. Adeoque fieri etiam potest, uxorem hujus ducat alius ille nempe, qui etiam accepit Psychen ejus.

§. 2. Porro quoque sciendum, quandoque, si quis revolvendus sit ad accipiendam njugem suam, ita peccare posse hominem, ut conjugem ejus non gravent hoc onere, cum ipso in revolutionem redeat, quoniam ipsa non peccaverat, sed maritus solus: un- ipse quoque solus accedit. Et huc respicit locus Exod. 21. v. 3. *Si cum corpore suo, id est, lus ingressus fuerit, in corpore suo egredietur &c.* Quod in Sohar sect. Mischpatim in hi- oria de sene illo sic exponitur, illum æstimari pro tali, qui conjuge plane careat.

§. 3. Aliquando autem, si multa habeat merita alia fieri potest, ut etiam uxor ejus nul cogatur revolvi, sicut dicitur ibidem: Etiam egredietur uxor ejus cum ipso: id est, iam revolvitur cum ipso uxor ejus. Atque talis uxor ex illarum numero est, quæ alicui stinantur secundum opera sua: sicut dicitur in Talmude tract. Sotah cap. primo: quod mpe tales, quæ alicubi destinantur secundum opera sua, tàm difficulter copulentur at- e divisum fuit mare erythræum. Et tale conjugium dicitur secundum. Explicatio au- m istorum verborum hinc elucescet: quod nempe si homo habeat animā novam, ita ut ima vice veniat in mundum, tunc etiam uxor ejus ipsi destinata cum eo accedit in mun- m: atque hæc vocatur copula prima; quia nunc prima vice cum ipsa copulatur. Atque nullam difficultatem parit altissimo, sed in momento quasi & absque omni conamine or ejus ipsi præsto fit:

§. 4. Si vero peccavit homo, & propterea revolvendus est, atque tum tot pollet eritis, ut & uxor ejus cum ipso redire cogatur, ut dictum supra: hoc matrimonium di- ur secundum, quia secunda vice copulantur. Quod maxima cum difficultate conjun- m est, sicut fissio maris rubri: quoniam enim primo peccavit, hinc quamplurimi ac- satores adsunt, qui alterum hoc conjugium impedire conantur, ipsumque undiquaque cumstant, & ex fundamento adversantur. Unde intelliges cur dentur homines, qui ores suas accipiunt quasi in momento absq; omni labore & conatu: & cur etiam den- alii, quibus uxores non dantur, nisi post multos labores, conatus, atque defatigatio- s; qui tamen postquam juncti sunt, pacificè cohabitant: quod signum est, illam esse ciam ejus, sed secundo matrimonio junctam.

§. 5. Aliquando homo nunquam meretur accipere sociam suam, sed aliam tan- m; nimirum secundum opera sua ipsi destinatam. Quod si enim quis veram accipit uxo- n, ejusdem speciei fit insitio, quasi vitis viti insereretur: attamen alia quoque datur ar- rū insitio, ubi diversa species inseritur: quam quidem non per extrema distare oportet.

Sic & hic necesse est, ut talis uxor radici animæ ejus quadantenus propinqua sit; qu
nunquam jungerentur. Quod probè notes.

§. 6. Scito dein, fieri quoque posse, ut si homo revolvitur, & mulier
ipsi destinata est secundum opera ejus, quamvis non sit socia ejus, modò illi admo
propinqua, pariter cum ipso revolvatur : quod mysticè innuitur verbis Exod
Et exibit uxor ejus cum illo.

§. 7. Porrò quoque scias, quosdam dari homines, quorum uxorum an
quam prodibunt è corticibus, ex quo nempe peccavit Adam protoplastes, u
ventum Messiæ. Et una ex istis est radix animæ Chur filii Mirjam Prophetiss
omnium istorum masculorum, qui ex hac radice sunt, animæ fœmininæ relin
profundo corticum, nec inde prodire queunt usque ad adventum Messiæ. Au
à Magistro meo, quod locus ille, ubi tales animæ immersæ sunt intra cortices,
state Iggereth filiæ Machalath, vel in potestate Naëmæ matris dæmonum; non
men memini, utra harum illas detineat. Videorque mihi à Magistto audiv
Aharon Sacerdos non duxerit sociam suam ; eò quod cognatus fuerit cum
Chur, sicut expositum est cap. 10.

§. 8. Jamque diducam, quomodo se habeat revolutio mulierum. A
est una, de quadringentis illis quæstionibus, quas Doëg & Achitophel prop
super turri illa in aëre volante, de qua in Sohar sectione Mischpatim in histori
re illo. Scito igitur, masculos regulariter tantum revolvi, donec perficia
nota vocem גילגול derivari à literis גלגל, quæ est phrasis revolven
animæ masculorum proveniunt à litera Vav nominis Tetragrammati; Jod
è Tetragrammato est, quod rotundum est & instar rotæ, & variis modis rev
Hinc si duæ hæ literæ (quæ ambæ masculinæ sunt,) revolvantur cum voce
inde fit גילגול i.e. revolutio, sicut traditur in Sohar sectione Pinchas to
hæc est illa litera Vav, de qua dicitur Exod. 21. v. 2. *Vav i.e. sex annos serv*
ptimo egredietur liber. Ubi nota, sex extremitates (quæ sunt attributa Mic
adhiberi, pro illius masculi consummatione. Septimo autem (quo deno
nominis Tetragrammati, hæc autem est nota animarum fœmininarum;) n
servitus, vel revolutio : nam peccata earum non abolentur, nisi per Gehen
respicit Ecclesiastes c. 1. v. 4. cum inquit : *Generatio vadit, & generatio*
tem stat in seculum. In quem locum dixerunt Sapientes nostri bonæ me
datur generatio, quæ minor sit sexcentis millibus animarum ; quod nimi
rium literæ Vav, & totidem radicum, in qua omnes animæ masculinæ con
que illæ revolvuntur & veniunt. Sed terra ; quæ est fœmina inferior ; sta
i.e. non revolvitur, sed accipit pœnam suam in Gehenna, sicut dictum sup
hæc est, quoniam masculi occupantur studio legis, quæ est columna medi
Vav nominis Tetragrammati :) Notum autem quod dixerint Magistri
memoriæ, in discipulos nempe sapientum (seu occupatos studio legis)
non habere ignem Gehennalem, sicut dictum cap. 6. Quoniam ergo pe

non abolentur in Gehenna; hinc opus habent revolutionibus pro restauratione sua. Mulieres autem quia non occupantur legis studio; eò quod ab illo loco (literæ Vav atque legis) non descendunt, (nec) illuc applicantur, subsunt dominio ignis Gehennæ, quo etiam respicit locus Proverb. 5. v. 5. *Pedes ejus descendunt in mortem: infernum gressus ejus tenebunt.* Sicut reperitur in Sohar sectione Pekude in discursu de Palatiis. Unde revolutione non habent opus. Præsertim, quod mulieres descendant à judicio rigoroso, & à severitate: hinc in gehennam intrant. Et quia judicium & rigor copiosor est in mundo, quam amor atque benignitas; Hinc quoque in mundo hoc plures existunt mulieres, quam viri. Quod probè notandum.

§. 9. Fieri tamen potest, ut etiam mulier revolvi queat: nempe pro necessitate mariti sui juxta id, quod supra dictũ est ex versu Exod. 21. v. 13. *Et uxor ejus egredietur cum ipso.* Si vero non requirat necessitas mariti ejus, ipsa non opus habet revolutione.

§. 10. Quandoque tamen fieri potest, ut veniat mulier sub mysterio embryonatus in mulieribus aliis sibi similibus, quæ sunt novæ; atque ibi embryo fit ad instar virorum, de quibus suo loco. Quod si ergo mulier quædam sic embryo fit in alia quadam muliere, & ista deinde mulier concipitur, & uterum gerit, tunc fieri potest, ut anima illius mulieris revolvendo intret in infantem hunc, fiatque filia mulieris imprægnatæ, in qua ipsa fuerat embryo: ita ut, cùm primò embryonatum saltem passa esset, deinde revolutionem quoque patiatur in ipsa illa filia.

§. 11. Utque rem omnem melius intelligas, notum tibi sit, & hoc; quod quamvis homo sit masculus, tamen species peccatorum dentur, propter quæ converti potest in fœminam. Unde in precibus quotidianis quilibet Deo gratias agat his verbis: Benedictus tu, Domine &c. qui me non fecisti fœminam. Unum autem de peccatis illis hoc est: Si mas admittat masculum contra usum naturæ: talis enim cum revolvitur, fit mulier.

§. 12. Et quia notum jam tibi, fœminam (si imprægnari velit,) elevare debere aquas fœmininas erga aquas masculinas; talis autem mulier, quæ primo fuerat vir, radicem aquarum fœmininarum non habet; hinc impossibile est, ut talis possit concipere; nisi usque habet meritis magnis, si imprægnari velit.

§. 13. Quod ita fit, si nempe in tali muliere embryonatum exerceat alia mulier vera, ut supra dictum est, tunc virtute illius psyches mulieris illius, quæ vera fœmina est, potest elevare aquas fœmininas, & concipere à conjuge suo; cumque parit, tunc psyche illa, quæ ibi embryonatum saltem exercuerat, jam veram revolutionem subit in ista filia. Unde patet, quod tales mulieres, quæ fundamentaliter sunt viri, in revolutione sua, non possint parere, nisi fœmellas; & quidem etiam hoc, modô saltem supradictô. Quoniam, cùm vir fuerit, & non fœmina, partum masculinum producere non potest; quia Scriptura inquit: *Mulier (i. e. vera) cum conceperit & pepererit filium &c.* Levit. 12. v. 2. Cùm ergo aliquando vir fuerit, hinc parere saltem potest fœminam. Quod probè notes.

§. 14. Quandoque tamen per meritum quoddam mariti sui maximum atque rarissimum, talis quoque parere potest masculos: ubi dein psyche illa mulieris alterius, quæ in illa embryonatum exercuerat, ut hæc posset elevare aquas fœmininas (i. e. communiscere semen muliebre,) non revolvitur in illo partu; sed tempore nativitatis abinde discedit; & in infantem illum subintrat anima masculina alia, & nascitur puer.

§. 15. Si autem mulier illa parere debeat altera vice, uterumque gerere; id aliter fieri non potest, nisi per psychen illam fœmininam priorem, quæ antea embryonatum in illa exercuerat; ut nempe eadem & nunc in eam redeat per mysterium embryonatus altera vice, eodem modo, quo antea. Id quod fieri debet singulis vicibus. Et ad id quoque opus est meritis magnis.

§. 16. Aliquando tamen fieri potest, per magna atque insignia merita, ut singulis vicibus in tali embryonatum exerceat anima diversa. Alia tamen esse non potest talis anima, sive per revolutionem, sive per embryonatum in illam veniens, nisi huic admodum propinqua, vel quam simillima. Atq; adeo ut reperiatur talis embryonatus secundum omnes conditiones requisitas, sicut etiam ut ipsa illa mulier fiat prægnans per se, & ut inveniat animam talem cognatam, vel similem sibi, &c. Ad hæc omnia requiritur justitia atque probitas insignis admodum, & conditiones plurimæ: atque sic quoties uterum gerere debet.

Cap. XIV.

§. 1.

Supra cap. 7. exposuimus, quod ex animabus quædam contentæ fuerint in Adamo cum formaretur; quædam vero non: quæ vocentur novæ penitus: & ibidem quoque dictum est, quod animæ protoplasticæ dividantur in plures species: juxta quas

(1.) Quædam sunt planè novæ, & quidem de mundo emanationis.

(2.) Aliæ etiam sunt planè novæ, sed de mundis tribus inferioribus; quippe quæ etsi novæ sint, tamen immersæ sunt corticibus, cum peccaret Adam.

(3.) Aliæ sunt veteres, sed vocantur quadantenus novæ: & sunt illæ, quæ relictæ sunt in Adamo post peccatum (& datæ sunt filiis ejus.)

(4.) Aliæ sunt, quæ ablatæ sunt, & deciderunt ab Adamo.

(5.) Et aliæ tandem manserunt in ipso, & immersæ sunt corticibus. Duæ species primæ inter has sunt animæ planè novæ. Duæ ultimæ autem sunt veteres.

§. 2. Jam igitur loquemur de speciebus posterioribus, quæ sunt veteres. Illæ autem, de quibus diximus quod in Adamo relictæ sint, vocenturque quadantenus novæ, sunt illæ; de quibus dicitur in supplementis Sohiristicis & aliis locis in Magistris nostris p. m. quod tres Patriarchæ, Abraham, Jitzchak & Jaacob sint revolutio Adami protoplastæ: & Mosche sit revolutio Hebelis: Atque sic de pluribus revolutionibus aliis.

§. 3.

§. 3. Reverâ autem res ita se habet, quod omnes animæ contentæ fuerint in Adamo, exceptis novis illis de quibus supra. Ex his autem protoplasticis, quædam ab ipso delapsæ sunt penitus, immersæque corticibus, eo tempore quô peccabat; quædam autem in ipso manserunt.

§. 4. Jam porrò & illæ, quæ in Adamo manserunt, dividuntur in plures species. Quædam enim illarum datæ sunt Caino & Hebeli: quædam Setho; Et quædam illis spiritibus, qui producti sunt centum illis & triginta annis è Gonorrhæa ejus, ut notum est: & quædam manserunt in Adamo, pro usu proprio usque ad mortem ejus. Et hæc species ultima fuit vera anima Adami, & omnino illa, quæ revoluta est in tribus Patriarchis, & similibus, quod probè notandum.

§. 5. Illa autem species animarũ, quæ deciderunt ab illis & im̃ersæ sunt corticibus; sunt maxima pars animarũ, omnium hominũ in mundo degentiũ, & quasi totus mundus.

§. 6. Et illas animas, quæ delapsæ sunt ab Adamo immersæq; corticibus, iste non potuit com̃unicare Caino & Hebeli & Setho filiis suis; quia omnes descenderant in profundũ corticum: Cùm tamen notum sit aliàs, quod pater derivet animam in filium, Quare Caino, Hebeli & Setho filiis suis aliunde com̃unicare non potuit animas, nisi ex illis, quæ in ipso remanserant. Quæ autem præter illas pro vita ejus in ipso relictæ sunt, illæ dicuntur anima protoplastæ propria, quæ deinde revoluta est in Patriarchis.

§. 7. Ut hæc rectius intelligas, notandum, quod à Sapientibus nostris dictum est, de Præcepto Evæ dato circa observationem menstruorum & placentæ & accendendæ lucernæ Sabbathinæ. Ratio enim, quare Deus benedictus præceptum illud de prima placenta panis pinsendi. [Conf. Rom. 11, 16] Sacerdoti, quasi in oblationem offerenda, hæc fuit, quia illa fuerat causa, quare prima placenta mundi (Adamus nempe) corrupta fuerit.

§. 8. Prima autem placenta mundi propterea vocatur Adam, non quod per mundum hunc intelligatur corporeitas ejus, sed notio animarum omnium simul sumptarum. Adam ergo erat placenta & selectissima portio inter omnes animas.

§. 9. Capite autem primo jam dictum est, quod anima dividatur in 5. species; singularem, vitalem, mentem, spiritum & psychen: quodque hæ species reperiantur in singulis mundis, emanativo nempe, creativo, formativo & factivo; Ita tamen ut in genere psyche tribuatur factioni, & spiritus formationi, & mens creationi, & mens mentis emanationi. Protoplastes ergo continebat omnes istas species.

§. 10. Mens autem mentis emanativa vocatur splendor supernus.

§. 11. In Adamo ergo erant Psyche è factione, formatione & creatione; & spiritus è tribus istis; & mens è tribus istis. Psyche autem, spiritus & mens è regno, pulchritudine & prudentia Informatrice emanationis, quæ vocantur splendor supernus.

§. 12. Cùm ergo peccaret Adam primus, ab ipso tollebantur & avolabant partes istæ emanativæ; sed non im̃ergebantur in cortices; ut dictum supra circa initium Cap. hujus: Atq; hinc intelligi potest, quod dicitur Gen. 2, 17. *Illa ipsa die qua comederis ex ea, morte morieris.* Quamvis enim textus ille intelligi queat de die Dei sanctissimi benedicti, qui continet mille annos: attamen etiam intelligi potest sensu literali, ut eâdem illa die natu-

naturali mortuus fuisse dicatur; cùm nempe ab illo auferretur splendor hic supernus. Major enim mors quam hæc ipsa dari non potest.

§. 13. Jam ergo spectabimus partes illas, quæ in illo remanserunt, & deinde ab illo delapsæ sunt, de genere trium mundorum inferiorum. Unde quoque dilucidabitur illud, quod dixerunt Magistri nostri p. m. sex annos duraturum esse mundum, bis mille vacuum, bis mille cum lege, & bis mille sub diebus Messiæ. Quod ex eo intelligetur cùm dictum est, quinque esse species animæ: singularem à macrothymo, seu macroprosopo; & vitalem à patre; mentem à matre; spiritum ab ornatu; & psychen à regno. De macroprosopo autem notum est, quod non reperiatur per se; eo quod ab eo nil manifestetur nisi caput tantum: Corpus autem vestiatur à reliquis personis: Item quod masculus sit sine fœmina, sicut dictum est. Pater autem & mater, item microprosopus & uxor ejus sunt personæ ab invicem distinctæ. Hinc aliam non faciemus mentionem, nisi quatuor tantum harum notionum, nempe patris & matris & microprosopi seu filii atque uxoris ejus, respectu 4. literarum tetragrammaticarum.

§. 14. Jam quoque declaravimus parte secunda, quomodo pater & mater superinvestiant macroprosopum à duobus ejus humeris usque ad foveam pectoris ejus: & microprosopus cum uxore eundem superinvestiant à fovea pectoris usque ad imum.

§. 15. Porro etiam jam diximus Cap. 7. Quod circa initium emanationis pater & mater steterint junctis tergis, & sic etiam microprosopus & uxor ejus, ita ut hoc modo posterioribus cohærentes uno tantum separarentur pariete; ita ut dimidius paries inservierit uni personæ, & dimidius paries alteri. Unde patet quod humerus dexter pro dimidia parte inservierit patri; & pro dimidia parte matri: eodemque modo & sinister humerus. Hinc liquet quod duo humeri macroprosopi vestiti fuerint intra patrem & matrem, duæ nempe medietates humeri pro patre, & duæ medietates humeri pro matre: Ita ut pater sortiatur humerum unum & mater humerum alterum.

§. 16. Ut hæc rectius intelligantur, hîc repetendum quod in Daath seu cognitione macroprosopi reperiantur quinque chasadim seu benignitates & quinq; gebburoth, seu severitates, quæ singulæ integram in se habent sui generis centuriam, ita ut quingentæ sint benignitates, & totidem severitates, juxta numerum כתף seu humeri qui est 500. Duo autem hi numeri simul sumpti, efficiunt millenarium. Et hoc modo, quia in patre & matre reperiuntur quinque benignitates & quinque severitates, qui sunt duo humeri macroprosopi; in illis exsurgit millenarius. Eademque ratione etiam in microprosopo & uxore ejus res se habet; ad quos etiam procedunt duo illi numeri supradicti, qui efficiunt mille annos; unde bis mille anni, qui in mundo emanationis nempe in patre & matre, nec non microprosopo & uxore ejus inibi existentibus.

§. 17. Jam quoque nosti, quod fundamentum formandi embryonis procedit è quinque benignitatibus & quinque severitatibus, quæ efficiunt mille, quæ sunt radix illa, unde guttur seminis provenit. Quamvis enim etiam à duobus cerebris aliquid in infantem influat; fundamentum tamen ejus non nisi ab humeris illis procedit, qui efficiunt mille, sicut dictum est. Ratio hujus indigitatur Gen. 4. v. 1. verbis illis: *Et Adam cognovi*

vit uxorem suam. Ubi copula maritalis vocatur nomine cognitionis. Reliquis enim cerebris opus habet homo pro se ipso: sed benignitates & severitates, quæ in Daath seu cognitione, radix illa sunt, unde provenit gutta seminis ad producendum infantem: nimirum à benignitatibus & severitatibus tam masculina quam fœminina gutta provenit: unde guttam masculinam vocamus quinque benignitates, & fœmininam quinque severitates.

§. 18. Sic etiam incrementum infantis nonnisi à benignitatibus provenit, quæ sunt quasi aquæ, à quibus crescit arbor, prout jam exposuimus parte nona; quod nempe illæ sint scaturigo guttæ seminalis, à qua formatur infans.

§. 19. Cum ergo formandus esset homo, congrediebantur Microprosopus & uxor ejus mundi emanativi; generabantq; ex parte Daath sive cognitionis suæ Adamum protoplasten, qui in se continet omne genus animarum, quæ sunt in tribus mundis inferioribus creationis nempe, formationis & factionis. Omnes ergò animæ totius microcosmi hujus proveniebant è tribus mundis, & benignitatibus atque severitatibus singulorum mundorum: hinc fieri oportuit, ut numerus annorum mundi essent sexies mille anni, quia nimirum ab annis istis proveniebant omnes in universum gradus animarum, qui sunt in tribus istis mundis: unde sicut ibidem sunt sex mille gradus; ita omnes in mundum veniunt intra sex mille annos.

§. 20. Sex mille ergò gradus omnium animarum ita proveniunt à benignitatibus & severitatibus: ut mille sint in patre & matre, & mille in microprosopo & uxore ejus creationis; atque eodem modo bis mille à patre & matre, Microprosopo & uxore ejus in mundo formationis, nec non tantundem eodem modo in mundo factionis; qui sunt sex mille gradus, quorum ratione destinati sunt sex mille anni pro mundo.

§. 21. Restauratio mundi autem ab imo incipit, & sursum procedit: ita ut bis mille anni inanitatis, qui sine lege fuerunt, spectent ad mundum Asiah; eò quod ibi cortices crassissimi: Unde maxima pars hominum illius ætatis impiorum fuit: qualis exempli gratia fuit generatio Enosch; & generatio diluvii; & generatio confusarum linguarum.

§. 22. Postmodum incepit mundus formativus, ubi bis mille annis lex. Notum enim, quod mundus formationis correspondeat cum Microprosopo, quem Vav nominis Tetragrammati indicat. Ille autem vocatur lex scripta: & propterea tunc temporis promulgata est lex.

§. 23. Postmodum sequuntur bis mille anni dierum Messiæ ratione mundi creationis. Notum enim est, quod mundus creationis correspondeat literæ Tetragrammaticæ He priori, qua denotatur Leah, ex qua provenit Meschiach filius David. Atque hinc respondere poteris ad objectionem illam, quare omnes bis mille anni dierum Messianorum tempus vocentur; cum jam plus quam mille anni effluxerint, & aliquot insuper secula è bis mille his annis, nec tamen filius David venit? unde mirum, quare omnes vocentur dies Messiæ? Respondetur autem ex illo, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: quod nempe tota redemptio procedat à matre superna, unde ortum trahat

Meschiach

Meſchiach filius David, qui eſt filius Leah: unde omnes illi bis mille anni deſtinantur ad reſtaurationem mundi creationis, qui in ſe continet bis mille gradus ſupradictos.

§. 24. Hinc patet, quomodo Adam protoplaſtes tempore formationis ſuæ in ſe comprehenderit totum genus animarum, quæ ſunt ab initio mundi creationis uſque ad finem mundi formationis: vocanturque ſex mille anni, quibus conſiſtere dicitur mundus. Tres enim illi mundi ſunt Microcoſmus unus, ſicut omnes illi, & totus iſte mundus ſub emanatione exiſtit.

§. 25. Atque ſic dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quod Adem Protoplaſtes ſeſe extenderit ab una extremitate mundi uſque ad alteram illius extremitatem: tandem autem diminutus fuerit uſque ad centum cubitos. Quod probè notes, quoniam iidem dicunt, longitudinem ejus fuiſſe iter quingentorum annorum: qui eſt numerus genericus omnium benignitatum nempe quingentenarius, qui deinde in ſpecie recurrit in Patre, nec non Matre, & ſic porrò per omnes mundos inferiores, unde exſurgunt ſex mille anni, ut ſupra.

§. 26. Hinc quoque intelliges, quare dixerint Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, animam Adami Protoplaſtæ exſciſam fuiſſe è throno gloriæ, quoniam ibidem initium ejus fuit, (nempe in mundo creationis, qui thronus gloriæ cognominatur,) quodque exporrectus fuerit uſque ad finem ejus, i. e. uſque ad mundum factionis.

§. 27. Ulterius hinc etiam intelligitur, quare dixerint Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quod Adam major fuerit omnibus angelis, omneſque venerint, ut coram ipſo procumberent, ipſumque Regem ſupra ſe conſtituerent: quia nempe continuit omnes tres mundos inferiores, creationis nempe, formationis, factionis: angeli vero, imò etiam Metatron, qui ipſorum rex eſt, nonniſi in mundo formationis locum habet: de quibus infra uberius.

§. 28. Cum autem peccaret Adam Protoplaſtes, diminuta dicitur ſtatura, & delapſa ab ipſo membra ejus, quæ ſunt omnes animæ trium mundorum creationis, formationis & factionis; quæ dicuntur ſex mille anni. Subſtitiſſe autem dicitur ſub diminutione centum cubitorum. Hoc ipſum eſt quod dicitur Pſ. 139. v. 5. *Ante & retro formaſti me, & poſuiſti ſupra me volam tuam*, (quæ vox כַּף vola numero ſuo exprimit 100.) Atque 100 hi cubiti vocantur placenta mundi, de quibus plura auxiliante Deo capite ſequenti.

Cap. XV.

§. 1.

In fine cap. præcedentis expoſuimus, quod per peccatum Adami protoplaſtæ iſte diminutus ſit uſque ad ſtaturam 100 cubitorum, atque hoc reſpectu vocatur placenta primitialis mundi. Quod ut melius intelligas ſcito, videri quidem primo obtutu illud ipſum, quo diminutus fuit, & animas illas quæ ab ipſo delapſæ ſunt, majus quid atque excellentius fuiſſe, quam id quod in ipſo relictum ſit: cum hoc propterea ſit vilius, quia diminutio facta eſt propter peccatum, quod commiſerat; notumque ſit, quod id quod

ſanctiu

nctius atque excellentius est, suborta corruptione tollatur: ita ut dici nequeat, quod ab ipso deciderint partes viliores, & meliores in ipso remanserint. Hancque opinionem stabilire videtur tota ferè scriptura, ubi, cum dicitur, Psyche hominis, Adam Protoplastes intelligitur, quasi indicetur in ipso nonnisi Psychen remansisse, & ab ipso sublatas esse animam mediam & supremam, quæ multo sunt altiores.

§. 2. Nihilominus tamen juxta dicta Magistri nostri bonæ memoriæ dicendum, illud quod in ipso remansit, sublimius fuisse atque excellentius, quam cætera omnia; quoniam istud vocant placentam mundi primitialem: placenta enim tollitur è parte præstantissima, juxta Num. 18. v. 30. *Quando elevabitis pinguedinem ejus*, i. e. optimum.

§. 3. Sciendum itaque, utramque harum opinionum rectè se habere & veras esse, quod ita intelligendum. Supra jam diximus capite præcedente, quod Adam protoplastes in se comprehenderit omnem quoque Psychen, spiritum & mentem Systematis emanativi, quibus tribuitur nomen Splendoris superni. Nec non contentas in illo fuisse omnes partes trium mundorum inferiorum, quæ vocantur sex mille anni, ut dictum supra. Cum igitur peccaret, ab illo sese submovebant atque avolabant omnes illæ partes, quæ dicuntur splendor supernus; nempe Psyche, spiritus & mens de emanatione: quia scriptum est de mundo emanationis Ps. 5. v. 5. *Non habitabit tecum malus*. Quam primum ergo peccabat, & cortex ipsi superinducebatur, splendor ille supernus ab ipso avolabat atque submovebatur. Et tamen hæc ipsa portio ab Adamo sublata non immersa est corticibus, ut dictum supra cap. 14.

§. 4. De partibus autem trium mundorum inferiorum, quæ dicuntur sex mille anni, etiam quædam ab ipso submotæ sunt; & quædam in eo manserunt. Illæ autem quæ ab illo auferebantur, & immergebantur corticibus, ab illis proveniunt maxima pars vel potius omnes animæ omnium hominum à Protoplaste usque ad dies Messiæ, ut dictum cap. 14. Quicquid igitur in ipso remanebat de partibus trium mundorum inferiorum, post peccatum ejus; id vocatur placenta primitialis mundi.

§. 5. Jam autem diximus capitulo præcedente, quod sex mille anni illi proveniant quatuor personis, patre nempe & matre, nec non Microprosopo & uxore ejus, quæ sunt in singulis tribus mundis creationis nempe, formationis & factionis; quæ sunt duodecim personæ, singulæ constantes quingentis annis, ut summa sit sex mille.

§. 6. Cum igitur placenta tollitur, & velut elevatio separatur, de centum capiuntur duo, quod denotatur voce תרומה (quasi dicatur תרי i. e. duo; מםאה è centum.) Placenta ergo illorum sex mille annorum efficeret 120: Adam vero non obtinebat nisi 100 saltem partes; sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod retinuerit 100 cubitos: quæ saltem placenta est & elevatio è decem personis trium mundorum inferiorum, ita ut non meruerit placentam quoque accipere à primis duabus personis eorundem, quæ sunt pater & mater systematis creativi: sed incipiebat à Microprosopo creationis usq; ad finem mundi factivi, qui sunt 5000 anni, à quibus tantum accepit primitias.

§. 7. Notum autem omnes animas in Adamo contentas, & omnes justos in his mundis generatos fuisse membra Adami protoplastæ, ita ut singuli restituant vitium illius

 membri,

membri, quod vitiaverant atque corruperant, cum adhuc dependerent ab Adamo tem-
pore nempe peccati ejus.

§. 8. Cum autem nasceretur Moscheh, ille selectissimus erat omnium hominum, vitiumque Adami Protoplastæ magis restituit, quam ulla creatura ad ultimam nempe perfectionem usque: quare Moscheh etiam accepit placentam primitialem omnium 6000 annorum, qui sunt anni 120, quibus vixit Moscheh; cujus nomen etiam includitur voci בשגם Gen. 6. v. 3. (ubi de 120 annis agitur.) Breviter, iste meruit accipere totam placentam, nempe etiam à Patre & Matre mundi creativi. Id quod etiam denotat nomen משה, cujus numerus est 345, quem numerum etiam habet posttergatio seu retrogradatio Tetragrammati, numerum 72 exprimentis (quæ plenitudo Patri tribuitur:) hoc modo: יוד : יוד הי : יוד הי ויו : יוד הי ויו הי & anterior facies (ad Matrem relati Nominis) אהיה plenè scripti h. m. אלף : הי : יוד : הי : quorum illud numero suo exprimit 184 & hoc 161. quæ simul sumta sunt 345 sicut nomen משה: referunturque ad Patrem & ad Matrem.

§. 9. Hinc quoque intelliges, quare dixerint Magistri nostri bonæ memoriæ, Mosen meritum fuisse Matrem intellectionis attingere, quoniam assecutus etiam est atque accepit placentam primitialem Matris creativæ. Jam vero notum est, quod Pater & Mater simul prodeant & simul commorentur, nec ulla inter ipsos contingat separatio, ita ut qui assequitur Matrem; etiam assequatur Patrem. In Adamo autem non remanserunt partes aliæ, nisi à placenta Microprosopi creativi usq; ad finem mundi factivi, qui sunt centum cubiti illi, in quos diminutus est, cum peccaret, ut dictum supra.

§. 10. Jam igitur ad placentam ipsam nos convertimus. Notum autem est, quod à Microprosopo creativo usque ad finem mundi factivi sint decem personæ. Nam etiam singulis personis tribui 10 numerationes, quarum singulæ iterum suam habent Decadem numerationum. Cùm igitur deciderent illæ animæ ab Adamo protoplaste dictum, submovebantur novem istæ partes inferiores singularum numerationum, reliquæ in eo manebant partes priores nempe corona coronæ, corona Sapientiæ, corona Matris intelligendi, & sic porro usque ad coronam regni, quæ sunt 10 coronæ in persona Microprosopi creativi, & sic quoque decem coronæ in uxore ejus, adeoque sic porro usque ad finem Mundi factivi: ita ut in decem illis personis centum sint coronæ. Centum autem sapientiæ, 100 matres intelligendi &c. ab ipso submotæ sunt & delapsæ in cortices remanentibus in eo centum coronis tantum. Et quia notionem habent coronarum, hinc vocantur placenta mundi, atque elevatio; nimirum selectissima pars earum. Et quia Adam protoplastes opus erat ab ipsa Dei manu fabricatum, primumque factorum omnium, hinc probabile satis est, quod acceperit partem animarum selectissimam, ob quam etiam dicitur placenta primitialis mundi.

§. 11. Est tamen differentia quædam in istis: antequam enim peccaret Protoplastes, omnes illæ species in suis consistebant gradibus: post peccatum ejus vero descenderunt à gradibus suis: ita ut centum illæ coronæ, quæ in illo remanserant, non rema-

ub notione coronarum, sed sub notione regni, quod vocatur psyche. Notum enim ngulæ numerationes constent sua decade numerativa, & quamvis in Adamo re- nt numerationes coronarum ; attamen eædem aliam non habebant lucem, nisi oportionem regno debitam ante peccatum.

12. Unde patet, quod duæ opiniones supradictæ sub initium hujus capitis am- sint: quia nempe in Adamo relictæ sunt notiones coronarum, quæ pars omnium tissima fuerunt, quamvis alia luce non fulgerent, quàm qua regnum pollebat ante Et quia regnum vocatur Psyche: hinc omnes vocantur Psyche (in Scriptura,) aliàs decem numerationes Microprosopi creativi vocentur Spiritus, & quæ in ns Psyche; sed omnes sub genere Mentis: atque sic quæ in formatione sub ge- itus, & quæ in factione sub genere Psyches: omnia nempe secundum species aliores supra jam expositas, ut alia diceretur Mens de genere mentis; alia Spiri- ere Mentis; alia Psyche de genere Mentis; alia Mens de genere Spiritus ; alia de genere Spiritus; alia Psyche de genere Spiritus; alia Mens de genere Psyches; tus de genere Psyches ; & alia Psyche de genere Psyches : quamvis generatim o, omnibus competeret notio Psyches de genere singularitatis, quia omnes ha- otionem coronarum.

13. Summa huc redit, quod è tribus mundis inferioribus singuli contineant personas, & singulæ habeant decem numerationes; & quælibet numeratio ite- n decadem: quodque tota species systematis emanativi semota fuerit ab Adamo ste, quæ vocatur Splendor supernus : omnes autem coronæ numerationum è ndis inferioribus in illo quidem remanserint, ita tamen ut Lux quoque earum, n ab ipso auferretur cum Splendore illo superno, inque illo non remaneret, nisi mnium harum coronarum, qualis antea erat in regno : omnes autem reliquæ gularum numerationum è tribus mundis inferioribus, à Sapientia usque ad gularum, ab illo delapsæ sint, immersæque intra cortices: quodque ab illis maxi- imarum in mundum veniat ab illo tempore usque ad dies Messiæ.

14. Omnes autem animæ in Adamo, relictæ sub notione coronarum, vocan- Adami, quoniam diminuta fuit lux earum usque in notionem regni quod Psy- r. Atque hinc dicitur Num. 9. v. 6. *Et fuerunt homines, qui immundi erant be Adami*; de quo pluribus infra.

15. Post adventum Messiæ autem, & post resurrectionem mortuorum restitu- nes illi defectus : ita ut 100 illæ coronæ iterum fulgeant sicut antea sub notio- oronarum, & non tantum sub luce regni. Et sic quoque omnes reliquæ ani- æ delapsæ fuerant ab Adamo Protoplaste, ad unam omnes redibunt in locum pristinum [Videatur ad Ephes. 4. v. 13.] quem habebant ante peccatum Protoplastæ ; omnesque perfectæ erunt, prout fuerant, ante- quam Protoplastes peccaret.

Cap. XVI.

§. 1.

Postquam cap. præcedente jam expositum est, quanta fuerit excellentia Ada lapsum, & quomodo diminutus fuerit post lapsum: jam eandem ejusdem ex tiam, quam ante lapsum habuit aliô modo proponemus: atque deinde ad id re quid contigerit illis animabus, quæ in ipso relictæ sunt, & quæ ab ipso delapsæ atque sic intelligemus, quam faciem habuerint mundi ante & post lapsum Ada

Scito igitur, quod in omnibus mundis locus numerationum emanativa tivarum, formativarum & fabricativarum non fuerit, qualis nunc est, sed ma mior: cùm autem peccaret Protoplastes iidem humiliores facti sunt, atque de runt è loco suo pristino: quoniam per peccatum Protoplastæ, sit mihi fas ita loqu ctum quendam passi sunt omnes mundi.

Res autem ita se habet. Illo igitur loco, ubi nunc consistit Microprosop tivus, tempore creationis Adami locum habebat systema creativum, ita ut 10 nu nes istius consisterent loco decem numerationum Microprosopi emanativi.

§. 2. Jam autem diximus parte secunda, quod uxor Microprosopi e vocetur Daleth seu litera quaternarii, eò quod statura ejus quatuor tantum nu nes superationis, collaudationis, fundamenti, & regni in Microprosopo explea

§. 3. Et quia mundus formativus etiam distribuitur in decem nume hinc quatuor numerationes primæ ibi locum habebant, ubi nunc consistit ut prosopi emanativi.

§. 4. Si igitur quis objiceret, parte secunda dictum esse, quod gradus perioribus tam magnus sit, ac sunt omnes infra ipsum detenti: sicut etiam in citur sectione Beschallach fol. 56. col. 2. ubi dicitur, quod ungulæ animaliu rum exæquarint omnia, & genua eorum correspondèrint omnibus; & nates ga omnia fuerint. Quæ regula certissima est in omnibus gradibus sancti ut numeratio infima emanativa tam magna esset, atque omnia sub ipso de nibus tribus mundis. Quod si ita est, quomodo igitur dici poterit, qu formativas exæquare staturam uxoris emanativæ, quæ etiam habet quatuo tiones.

§. 5. Ubi sciendum, quandocunque dicimus, quod corona tanta sit, ac ipsa depressa, & sic quoque gradus reliqui; id non intelligatur de quantitate lo luminum excellentia; quoniam lux graduum sublimiorum omnem illam prop in se habet, quæ in inferioribus est. Ratione loci verò res aliter se habet. Ut e plo rem declaremus è corpore humano; cerebrum sane parva est hominis part men excellentior est toto corpore reliquo, & omnia in illo consistunt: ratione lo res longe aliter se habet; quia tota substantia trium cerebrorum humanorum respondent sapientiæ, matri intelligendi, & cognitioni; locum quasi minimum inter cætera corporis membra. Et id clarum est satis.

Schema

Pro meliore intellectu
Capitis 16.

Tunc.	Nunc.			
Aziluth.				
1. Corona.	Mater, Pater &c.			
2. Sapientia.				
3. Intelligentia.				
4. Benignitas.				
5. Severitas.				
6. Pulchritudo.				
7. Superatio.				
8. Gloria.				
9. Fundamentum.				
10. Regnum.	Seir			
O 1. Briah.	1 O		Caput Adami.	
O 2.	2 O			
O 3.	3 O			
O 4.	4 O			
O 5.	5 O			
O 6.	6 O			
O 7.	7 O			
O 8.	8 O			
O 9.	9 O			
O 10.	10 O			
O 1. Jezirah.	1 O	Uxor	Collum & guttur, ubi Paradisus.	
O 2.	2 O			
O 3.	3 O			
O 4.	4 O			
O 5.	1 O	Briah	Terra Jisraëlitica.	Corpus.
O 6.	2 O			
O 7.	3 O			
O 8.	4 O			
O 9.	5 O			
O 10.	6 O		Transjordanitica.	
1. Asiah.	7 O			
2.	8 O			
3.	9 O			
4.	10 O		- - - - Syria.	Pedes.
5.	1 O	Jezirah	Extra terram	
6.	2 O			
7.	3 O			
8.	4 O			
9.	5 O			
10.	6 O			

§. 6. Videor mihi tamen à Magistro meo aliam quoque audivisse responsionem: quod nimirum regula illa locum saltem habeat, cum omnes gradus considerantur in ordine atque loco proprio: si autem gradus inferior ascendat in sublimiorem, illum excrescere in eandem planè magnitudinem. Unde cum formatio quatuor numerationibus suis primis ascendisse dicitur in locum uxoris emanativæ, sequetur illam huic exæquatam fuisse, ita ut lux formationis tanta esset, quanta nunc est lux uxoris Microprosopi emanativi. Unde saltem quatuor primæ mundi formativi primitus ante lapsum Protoplastæ fuerunt in loco, ubi nunc est uxor emanativa, cujus statura æquiparatur quatuor numerationibus sicut dictum.

§. 7. Ut ergò redeamus ad propositum, sex inferiores formativæ tunc fuerunt illo loco, ubi nunc sunt sex priores creativæ: ita ut quatuor mundi ibi finem haberent, ubi nunc finem habent sex primæ formativæ. Unde patet, quod Microprosopus, & uxor ejus in emanatione tunc consisterent, ubi nunc sunt Pater & Mater emanationis; atque sic gradus etiam sublimiores; quod ad evitandam prolixitatem nunc ulterius non prosequemur.

§. 8. Hinc liquet, quod ubi nunc sunt quatuor inferiores formativæ, & tota decas fabricativa, tunc temporis locus fuerit vacuus atque inanis; unde factum est habitaculum corticum atque exteriorum. Quantitas autem loci istius vacui est 14 numerationum, unde dixerunt Magistri nostri p. m. propterea Deum altissimum vocari שַׁדַּי, quia dixerit mundo דַּי sufficit, quæ vox numero suo refert 14. Sensus est, Deum, cum conderet mundum i. e. quatuor illa systemata noluisse, ut extenderentur ad locum 14 illorum graduum juxta numerum voculæ דַּי: ut locus ille quatuordecim numerationum remaneret pro corticibus, adeoque locus ille esset mundi limes atque terminus, qui terminus die Sabbathi vetitus est: quoniam die Sabbathi mundi moderni illuc revertuntur, ubi fuerant antea, prout juvante Deo pluribus exponemus,

§. 9. Jam convertemur ad terram Jisraëliticam, Syriam Transjordaniticam atque extraneam, & similia, ut sciamus, quo loco conditus sit homo, & ubi substiterit. Sciendum igitur, ubi jam sunt sex priores creativæ, ibi tum fuisse sex ultimas formativas. A severitate autem formativa usque ad fundamentum ejusdem mundi sunt quinque numerationes atque ibi est terra Jisraëlitica. Notum enim quod in supplementis Soharisticis dicatur: in terram Jisraëliticam dominium habere mundum formationis, & in terras extraneas dominium habere mundum factionis.

§. 10. Quod ita intelligendum, quasi ad totum terræ orbem applicentur tres mundi inferiores localiter, sicut de illius duratione dictum est, cum ageretur de 6000 annis cap. 14. Dixerunt autem Magistri nostri bonæ memoriæ! terram Jisraëliticam consistere in medio terræ habitatæ, quod intelligendum respectu mundi formativi, qui medium locum habet inter tres mundos inferiores.

§. 11. Ultima autem numeratio formativa, quæ est regnum sive uxor Microprosopica formativa, ubi nunc locum habet sexta numeratio creationis, vocatur Transjorda-

jordanitica, ubi habitabant Rubenitæ, Gadditæ, & dimidia tribus Menasche: ad hanc, inquam, pertinet regnum formativum cum tribus prioribus factivis temporis pristini, ubi nunc locantur sexta, septima, octava & nona creationis: hæc portio, inquam, dicitur Transjordanitica: Quamvis enim nunc fundamentum hujus nominis sit in creatione: tunc tamen incipiebat à regno formativo.

§. 12. Quodque jam dicitur regnum creativum, illuc refertur Syria, quæ quoad excellentiam minor est Transjordanitica. Sicut ergo regnum formativum temporis pristini Transjordaniticam designat, ita regnum creativum modernum vocatur Syria.

§. 13. Sex autem numerationes ultimæ temporis pristini, quæ jam sunt sex priores formativæ, vocantur terra extranea, quoniam ibidem olim fuit notio mundi factivi; Supra autem diximus in terras extraneas dominium habere mundum formativum.

§. 14. His præmissis nunc explicabimus illud, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: nempe Adami protoplastæ Corpus creatum esse è terra Israëlitica; sed nates ejus è terris extraneis, ubi sunt Babel & Akra, de Agmi. Supra enim jam exposuimus Cap. 14. Quod Adam in se comprehenderit tres mundos inferiores: juxta hoc dictum autem conditus tantum videri posset de mundo factionis: Cum tamen de eo etiam dixerint Magistri nostri, quod orbiculus calcanei ejus obfuscaverit orbem Solis: quodque Angeli coram illo procumbere voluerint, eundem ut Deum veneraturi. Si igitur corpus ejus tantum de mundo factivo creatum est, quomodo hæc fieri potuerunt? Adde quod nisi peccasset non fuisset moriturus. Quomodo igitur corpus tale ex tali materialitate creatum subsistere potuisset in annum.

§. 15. Res autem sic exponitur: quod nempe Caput Adami fuerit de mundo creationis status pristini, ubi nunc est Microprosopus emanativus, ut dictum supra. Jam enim notum est, quod mundus creativus vocetur caput: sicut dicitur in Sohar sectione Vajerah fol. 113. c. 1. in Midrasch Hanneelam ad locum Cant. VII, 5. *Caput tuum supra te veluti Sylva Carmel:* quod nempe per caput intelligatur thronus gloriæ. Et sic etiam in supplementis dicitur per voculam אשר, quæ per metathesin est ראש seu caput, intelligi matrem supernam.

§. 16. Guttur ergo & collum Adami protoplastæ fuerunt in quatuor primis mundi formativi pristini, ubi nunc est uxor Microprosopi emanativi: & hic locus vocatus hortus Eden sive Paradisus.

§. 17. Sed corpus Adami fuit in sex inferioribus formativis & in quatuor prioribus factivis pristinis, ubi nunc sunt decem numerationes, creationes: Ita ut mundus creationis modernus dividatur in duas partes, nempe etiam sex & in quatuor numerationes, sicut in corpore hominis, ubi locari dicitur Tiphereth seu pulchritudo, & diaphragma, quod illud dividit in duas partes: ubi pars superna dicitur locus occultatus, sicut exposuimus in dissertatione de Binah. & Thebunah parte secunda: Pars autẽ inferior, quę incipit

incipit à Tiphereth & porro deorſum pergit, dicitur locus manifeſtus. Hinc patet, quod portio ſuperior, in qua ſunt ſex numerationes inferiores formativæ ſtatus priſtini, vocetur terra Jiſraëlis, ſicut dictum ſupra. Et hûc reſpiciunt Magiſtri noſtri, quum dicunt, quod corpus Adami fuerit de terra Jiſraëlis: cùm notum jam ſit, quod corpus deſignetur per literam Vav; litera Vav autem pertinet ad mundum formativum & ſex inferiores iſtius mundi, ut dictum ſupra.

§. 18. Sed à medietate corporis & porro deorſum corpus ejus ſpectabat ad quatuor primas Mundi factivi priſtini, quæ nunc ſint quatuor ultimæ creativæ; vocanturq; transjordanitica & Syria, ut dictum ſupra.

§. 19. Pedes igitur Adami ſpectant ad ſex inferiores mundi factivi priſtini, quæ nunc ſunt ſex primæ formativæ, & vocantur terræ extraneæ; unde dicuntur deſumpti pedes protoplaſtæ in dicto illo Magiſtri noſtri p. m.

§. 20. Quia autem pedes dividuntur in tres articulationes, unde liquet quomodo duæ articulationes ſupremæ, quibus pedes annectuntur corpori, quæque vocantur poſteriora hominis, referantur ad terram Babel & Akra de Agnir, quæ ſunt loca profundiora & propinqua ſatis terræ Jiſraëliticæ, ſicut nates proximè adjacent corpori, quod terra Iſraëlitica d[illegible]itur, prout dixerunt Magiſtri noſtri p. m. Ad locum Thren. III, 9. *Circumſepſit vias meas lapide exciſo.* Quod etiam patet è Talmude Hieroſolymitano; & adhuc clarius ex hiſtoria illa, de quodam, cui, cum araret, aufugit vacca ſua uſque in Babel, quam inſecutus ſit una die: ubi cùm voluiſſet reverti, viam reperire non potuerit.

§. 21. Quatuor reliquæ articulationes inferiores duorum pedum Adami longius protrahuntur in terras alias remotas uſque ad finem ſex inferiorum factivarum ſtatus priſtini, ubi jam ſunt ſex primæ formativæ, ut dictum ſupra.

§. 22. Hinc jam liquet, quomodo protoplaſtes in ſe comprehenderit totum hunc mundum à terra nimirum Iſraëlitica uſque ad Babelicam & porro: Item quod tres mundi inferiores omnes in illo fuerint juxta ſtatum ſuum priſtinum, quamvis longè fuerint altiores quam nunc. Unde ſatis intelligi poteſt excellentia Adami prototoplaſtæ, in quo conditus fuit etiam quoad corpus ejus: unde etiam Angeli Regem eundem ſupra ſe conſtituere voluerunt & calcanei ejus obtenebrarunt Orbem ſolarem. Patetque, quomodo cum conderetur, Caput ejus gutturque & collum fuerit in Paradiſo; & corpus ejus in reliquo mundi tractu.

Cap. XVII.

§. 1.

POſtquam jam expoſuimus gradus mundorum, quo tempore condebatur Adam, atque non excellentiam ipſius ſub ſtatu integritatis, jam porro ſciendum, quod non omnia tempora ſint æqualia, ſed in plura minuta ſubdividenda. Hæc enim quæ diximus de eo tempore intelligenda ſunt cum crearetur.

§. 2. Poſt-

2. Postmodum vero, cum scriptura dicit Gen. II, 15. *Et accepit Deus homi-*
posuit eum in horto Eden. Tunc novum additamentum excellentiæ in ipso ap-
æ statu illo, in quo creatus erat.
3. Alia deinde subsequuntur tempora postquam peccasset, penitusque expul-
è Paradiso. Et similes temporum differentiæ dantur plures, de quibus in sequen-
t huc pertinent, quæ dixi in Tract. de Sabbatho; quod nempe plurimæ sint mu-
& ascensiones mundorum.
4. Cum enim Adam creatus esset tempore matutino diei sextæ, quæ erat pa-
Tunc mundi in illo statu erant, de quo diximus Cap. præcedenti. Jam vero no-
quod commentati sumus in Gen. I, 31. *Et fuit vespera & fuit manè dies* הששי
ubi litera ה abundat, quia non adhibita fuit in denominatione cæterarum die-
Et hoc ipso denotatur, quod hora quinta Parasceves supradictæ, quæ denotatur
lud abundans, major superaddita sit mundo sanctitas; mundique inceperint in
res gradus ascendere.
5. Sic porrò eâdem Parasceve inter vesperas, quod tempus numeratur inter
bbathi, ulterior fiebat ascensio mundorum ad loca sublimiora prioribus.
6. Sic porro nocte Sabbathinâ in ulteriores gradus ascenderunt, quia tunc
Sabbathum.
7. Sic circa diluculum & circa vesperam, nec non circa additamentum Sabba-
bi summa fuit ascensio, quantô nimirum mundi opus habent gradu.
8. Sciendum igitur, ut rectiùs hæc intelligantur, omnes mundos tàm emana-
àm creativum, formativum atque factivum, ortum habere è secretione illa, &
efactione in septem Regibus facta, ubi quia non omnes scoriæ plenè separatæ
li descenderunt è loco emanativo, atque proprio singulis, ita ut extremitas de-
um illo loco esset, ubi nunc subsistunt: Ultima autem perfectio ascensus eo-
us ille à quo emanârunt, sicut expositum est parte quarta; quod nempe mun-
tivus incipiat à præcordiis Adami prioris, & postmodum reliqui mundi grada-
uantur. Unde nunc à nobis requiritur, ut mundos elevemus in ordinem suum
supra dictum, ita ut mundus emanativus totus redeat ad præcordia Adami
ue ad pedes ejus; & post eum mundi sequentes, prout fuerunt tempore emana-

. Jam ergo tradidimus, quod tempore creati Adami mundus formativus in-
loco ubi jam est Microprosopus emanativus; mundusque factivus finem ha-
finitur numeratio sexta formativa moderna: ita ut quatuordecim numeratio-
remanserint, ubi habitaculum esset corticum. Quodque tunc Adam Proto-
ut gutturque suum habuerit in Paradiso; corpus suum in terra Jisraëlitica, &
, in terris extraneis.
. Postquam autem creatus esset Adam Protoplastes, Deus benedictus eun-
t Paradiso, quæ sunt quatuor numerationes priores formativæ status pristini.
scensionis ita procedebat, ut Microprosopus ascenderet in locum Macropro-
tivi.

§. 11. De iis autem quæ supra Microprosopum fuerunt, jam sermo no
est, sapienti enim satis perspicuus erit ordo graduum illorum. Microprosopus ig
temporis major fiebat, ut esset Macroprosopus.

Et uxor Microprosopi emanativi ascendebat in locum Patris, juxta illud
3. v. 19. *Dominus in sapientia fundavit terram.* Quoniam in Patre fundavit
huc quoque pertinet locus Exod. 31. v. 14. *Et custodietis Sabbathum, quia sa*
est vobis. Notum enim, quod sanctitas pertineat ad sapientiam. Adhibe
particula היא ipsa est sanctitas, i. e. uxor facta est sanctitas sive Pater, & no
ipse, quia sic intelligi potuisset Microprosopus; quod fieri non debet: qu
sopus ascenderat usque in locum Macroprosopi emanativi, & Uxor ejus in lo
Porro autem mundus creativus in locum Matris ascenderat: sicut notum est
sedem suam habeat in Throno, (i.e. mundo creativo.) Et formatio ascend
cum Microprosopi, prout notum est, quod Microprosopus sedem habeat in f
Et mundus factivus, qui decem habet numerationes secundum quatuor
ascenderat in locum uxoris emanativæ, nempe post formationem, ut dict
Staturam nempe uxoris continere quatuor numerationes tantum. Notumque
regnum sedem habeat in rota, (i.e. mundo factivo.) Sex autem inferiores
ctivi ascenderant in locum sex primarum creativarum. Unde patet, quod to
Adami protoplastæ, nempe medietas quoque illius inferior inclusum fuerit
sum, ita ut nihil extra Paradisum remanserit, qui est locus uxoris emanativ
pedes ejus, qui consistebant locô sex priorum creativarum.

§. 12. Sex autem inferiores mundi factivi, quæ remanserant extra
à Magistris nostris bonæ memoriæ vocantur uterus prægnans seu propugna
tatis: quia sex istæ inferiores mundi factivi exteriora versus prominent ad
næ prægnantis, cujus uterus extra corpus ejus prominet.

§. 13. Illo ergo tempore, cum conderetur Adam Protoplastes, locu
pro corticibus, quantum 24 numerationes occupant, quæ sunt 4 inferiore
tionis, & 10 formationis, & 10 factionis. Atque hoc est mysterium lim
nempe bis mille cubitorum. Atque hæc omnia contigerunt post horam
sceves, quæ denotatur per He abundans loci citati.

§. 14. Vespera igitur Sabbathi inter vesperas, quod nempe tempu
ti Sabbathini, adhuc sublimius elevati sunt omnes mundi, ita ut omnes co
finirentur termino systematis emanativi moderni. Quod ut rectius intel
ris eorum, quæ diximus part. 3. de Microprosopo, quod duas habeat à terg
junctis tergis ipsi adhærentes, Leam nempe & Rachelem: ita ut pedes Lea
piti Rachelis: & caput Rachelis incipiat circa partem posticam cordis M
Unde patet, quod Rachel, quæ Regnum vocatur, & vera est uxor Microp
ctis tergis ipsi adhærens, majorem non habeat locum pro statura sua, nisi qu
rationes, quæ sunt superatio, gloria, fundamentum & regnum Microproso
adeoque statura ejus sit exigua.

§. 15. Quando autem junctis faciebus eidem obvertitur, tunc excrescere potest roportione staturæ suæ in decem numerationes plenarias.

Eadem igitur & hic fuit ratio, quoniam jam notum est, quod mundus formativus : factivus revera correspondeant Microprosopo & uxori ejus : quoniam Microproso-us sedem habet in animali (i. e. mundo formativo), & uxor in rota (Ezech. 1. v. 15. e. in mundo factivo). Patet ergo, quod die Parasceves post horam quintam ascen-erit mundus factivus, quæ est uxor respectu Microprosopi sive mundi formativi ; & levata sit post tergum mundi formativi : quoniam mundus formativus locum sortie-atur Microprosopi emanativi ; & mundus factivus sortiebatur locum uxoris ema-ativæ.

§. 16. Et sicut uxor emanativa, quando junctis tergis adhæret Microprosopo, on potest extendi nisi quatuor saltem numerationibus, sicut dictum est ; ita è mun-o factivo non ascendebant nisi tantum quatuor primæ. Sed cum veniret tempus aug-nenti Sabbathini inter vesperas, sicut dictum, tunc è virtute augmenri Sabbathini mun-lus factivus converti potuit ad formativum faciebus junctis : atque sic tota factio con-inebatur intra locum systematis emanativi ; ita ut omnes tres mundi inferiores jam es-ent perfectè sancti.

§. 17. Patet igitur, quod tunc locus maneret vacuus atque inanis, quanta esset roportio trium mundorum inferiorum. Atque omnia hæc illo tempore fiebant à se-pso citra opem Adami protoplastæ ; ita ut neutiquam opus esset opere quodam huma-o vel precibus ejus. Quod si autem Adam preces suas fudisset nocte Sabbathina, pre-ationem nempe vespertinam, causari potuisset operibus precibusque suis, ut mundi ad-uc ascendissent altiùs, inque gradus sublimiores.

§. 18. Et sic quoque, si preces fudisset tempore matutino & pomeridiano & ve-pertino diei Sabbathi, mundi adhuc sublimius ascendissent ; quoniam omnes preces & scensiones illæ diversæ sunt, & altius semper aspirant, donec tandem tempore pomeri-iano diei Sabbathi per preces suas mundi in summum usque gradum elevati essent, ni-nirum in locum suum pristinum, de quo supra, ut nimirum mundus emanationis circa præcordia Adami summi locum suum invenisset, ubi gradus est supremus omnium, ejus-ue radix ultra quam scandi nequit.

§. 19. Neq; jam locus est describendi in specie omnes gradus ascendendi, & quo-nodo per singulas preces promoti fuerint. Sufficiat enim breviter dixisse, quod tempo-e pomeridiano cum sacrificium vespertinum offertur, ascenderint usque ad radicem su-m, locumque genuinum.

§. 20. Quamvis autem dixerimus, hæc ita fieri debuisse ; revera tamen facta non int : nam tunc solum, si Adam non peccasset, sic ascendissent mundi, donec emanatio ervenisset ad Adamum primum usque, sicut dictum est.

§. 21. Omne autem quod revera factum est, in hoc consistit, quod nempe cum rearetur Adam, mundus creationis ibi fuerit, ubi nunc est Microprosopus emanatio-s : & post creationem ejus ab hora quinta & ulterius porrò sic ascenderint mundi, ut

Microprosopus venerit in locum Macroprosopi ; & sex inferiores mundi factionis illo loco remanserint , ubi sunt sex priores creativæ juxta mysterium protuberantiæ civitatis.

§. 22. Quod si vero non peccasset Protoplastes, mundus quoque factivus conversus esset de facie ad faciem ad mundum formativum ; ita ut omnes tres mundi inferiores omnino pervenissent in systema emanativum. Atque deinceps per preces Adami mundi semper ulterius ascendissent usque ad radicem suam genuinam, de qua supra.

§. 23. Quoniam autem peccavit protoplastes, in causa fuit, quod non ascenderint ulterius, nec facies ad faciem converterint mundus factivus & formativus : sed potius eo usque descenderunt de gradu suo, donec pervenerint ad locum hunc depressum, in quo nunc subsistunt, destructa domo sanctuarii : quia mundus creationis multo depressior est, quam mundus emanativus, & adhuc inferior mundus formativus , nedum creativus.

Cap. XVIII.

§. 1.

Postquam jam deductum est, quis fuerit mundorum status ante peccatum Adami Protoplastæ : jam ulterius explicabimus, quomodo substiterint post peccatum Adami. Omnes enim descenderunt etiam è loco illo, in quo consistebant tempore creationis Protoplastæ : nec sufficit, quod non altius ascenderint ; sed tota creatio è loco emanationis descendit, & eâdem adhuc inferior est formatio, nedum fabricatio : ita ut omnis locus trium illorum mundorum , qui vacuus erat atque inanis pro corticibus, ut nimirum hi eo remotiores essent à sanctitate, expletus sit, & nihil remanserit vacui.

§. 2. Sique accuratè examinaveris corticum locum genuinum , proportio ejus reperietur 14 numerationum ; quæ sunt 4 ultimæ mundi formativi, & 10 mundi fabricativi ; quantus erat tempore creationis Protoplastæ. Verum enim verò postquam Adamus à Deo introductus esset in Paradisum, locus ille vacuus proportionem accipiebat 24 Numerationum, quæ sunt 4 ultimæ systematis creativi, & 10 mundi formativi totidemque factivi, ut dictum supra.

§. 3. Atque tunc non omnino implebatur vacuum hoc spatium à corticibus: quoniam verus corticum locus major non est, quam primævus ille proportionis 14 numerationum. Verum enim verò mysterium in eo consistit, ut alibi quoque exposuimus ; quod nempe arbor cognitionis boni & mali fuerit in formationis systemate, nempe à medietate pulchritudinis, & porrò deorsum. Quod probè notandum. In reliqua vero parte superiori, quamvis & ipsa esset vacua, nulli tamen cortices erant : sed inibi nil erat nisi distantia illa, quæ est inter sanctitatē & inter cortices omnino vacua ; præterquam quod inibi inter sanctitatem & cortices vestigium aliquod esset sanctitatis, quæ ibi extiterat primitus antequam abhinc ascenderet. Atque hic locus vocatur limes Sabbathinus , quia eo usque progredi licet. Unde patet, locum corticum ab initio

saltem

saltem 14 numerationes exæquasse, quæ sunt quatuor infimæ formationis, & 10 fabricationis.

§. 4. Atque hinc intelliges, quare in Tikkunim seu supplementis dicatur, mundum factionis esse locum corticum. Et sic quoque in Sohar tract. Raja Mehimna sect. Bo fol. 43. col. 1: Ubi postquam enumerantur 10 numerationes; & 10 gradus throni; & 10 catervæ angelorum, quæ sunt mundus formativus; porrò inquit; atque istis sui sunt servi; quo pertinent Samael & omnes exercitus ejus. Atque ibi locum habet mundus factivus. Quod probè convenit cum eo, quod diximus, nempe de mundo fabricativo intelligendum esse locum illum: Prov. 5. v. 5. *Pedes ejus descendunt in mortem*: & illum totum intra cortices hærere: Cum mundus formativus, qui masculinus est, & refertur ad Microprosopum, nihil habeat intra cortices, nisi pedes tantum. Unde Scriptura inquit Cant. 5. v. 3. *Lavi pedes meos, quomodo illos inquinabo.* Unde de Jacobo, qui designavit mundum formativum & literam Vav nominis Tetragrammati, dicitur Gen. 49. v. 33. *Et collegit pedes suos ad lectum, cum moriturus esset*: nec voluit, ut cortices, qui vocantur mors, haberent dominium in pedes ejus: unde retraxit eos, eosque sursum elevavit. Quo etiam pertinet prohibitio termini Sabbathici, quod nempe egredi non liceat extra limitem, quoniam aliàs, diebus profestis, superatio, gloria, & fundamentum, qui pedes sunt mundi formativi in locum corticum descendunt: Sabbatho autem cum mundi elevantur, in sublime tolluntur, ne pedes illi in externis corticibus maneant, prout hoc exposuimus in meditationibus de Sabbatho.

§. 5. Jamque excellentiam Adami Protoplastæ, quam habuit ante lapsum, hinc intelliges: quoniam major erat, quam nunc est Metatron: quia caput Protoplastæ in systemate creativo erat, ubi nunc Microprosopus emanativus extat: & guttur atque collum ejus in quatuor primis mundi formationis erant, qui locus dicitur hortus Eden: corpus autem consistebat in sex ultimis formativis, quæ vocantur terra Jisraëlis superior: ubi nunc sunt sex primæ creativæ. Et pedes ejus ad sex ultimas mundi factiones pertinebant, ubi nunc sunt sex primæ formationis.

§. 6. Jam vero postquam peccavit, totum corpus ejus tantum ad inferiora mundi factionis moderna pertinet, corpus nempe ejus ad terram Jisraëlis materialem: & pedes ejus ad terras extraneas, ut dictum est: unde patet, quomodo de cœlo lapsus sit Lucifer iste auroræ filius. Jes. 14. v. 12.

§. 7. Quamvis autem dixerimus, quod Metatron pertineat ad mundum formatum: id tamen non intelligendum secundum literam: sed caput ejus in mundo creato est; corpus autem, quæ sunt 6. extremitates ejus juxta numerum literarum nominis מטטרון, est in mundo formationis & pedes ejus in mundo factionis: idemque planè idem evenit, quod Protoplastæ ante lapsum; cujus statura extendebatur per omnes hos mundos inferiores.

§. 8. Magna tamen inter eos est differentia. Quoniam Adam Protoplastes statura sua tria hæc systemata comprehendit, quatenus sursum ascenderant, ut supra dictum est; quod nempe mundus creativus ascenderit in locum Microprosopi emanativi, & sic porro, ut supra dictum est, quæ erat excellentia infinities admiranda. Sed Metatron, quamvis eosdem tres mundos contingat, sicut Protoplastes, id tamen eatenus saltem fit, quatenus descenderunt in locum corticum: ubi lumen illorum post hunc illorum descensum atque lapsum in extremum usque gradum diminutum est.

§. 9. Alia quoque hic occurrit diversitas: quia tota illa excellentia Protoplastæ competebat illo tempore, quo creabatur, antequam nimirum præceptum accepisset de fundendis precibus, & colenda terra. Sicut dictum est Gen. 2. v. 15. *Ut eundem coleret & custodiret.* Posthac enim per preces mundos admirandis modis extollere potuisset, ut dictum supra cap. 17.

§. 10. Hic autem scienda est ratio, quare Metatron, qui est Chanoch, dignus fuerit, tres mundos consequi inferiores; etiamsi non in illo gradu, de quo dictum supra? nimirum, quia splendorem illum supernum, quem perdebat Adam Protoplastes, cum peccaret, accepit Chanoch: & propterea Chanoch dignus fuit eâdem hac excellentia.

§. 11. Quod ut eò rectius intelligas, breviter hic explicabo locum quendam è Sohar sectione Kedoschim fol. 83. col. 1. in Tract. Raja Mehimna: cujus verba sunt hæc: *Corpus Adami Protoplastæ, quamvis de pulvere fuit, non tamen fuit de pulvere terreno, sed de pulvere templi superni,* &c. Et porrò: *Adam de isto mundo nihil omnino habuit,* &c.

§. 12. Sensus breviter hic est, quod tempore creationis pulvis ejus desumtus non fuerit de sanctuario hoc inferiore istius mundi: sed de pulvere sanctuarii superni, per quod mysticè intelliguntur tres mundi inferiores secundum statum supradictum. Unde etiam dicitur, quod nullo modo fuerit de hoc mundo: *sed quod justus quidam congressus fuerit cum uxore sua:* id est mysterium Microprosopi & uxoris ejus de mundo emanativo, qui copulam illam maritalem perfecit, ut conderetur Adam, quæ est tota coagmentatio trium mundorum inferiorum sub emanatione contentorum, *factumque est corpus aliquod, cujus splendor major fuit, quam omnium Angelorum supernorum,* i. e. non tantum caput ejus fuisse de mundo creativo; sed & corpus ejus fuisse de mundo formativo, qui vocatur mundus Angelorum, sicut notum est. Et quoniam mundus formativus tunc temporis longè sublimior erat eô loco, ubi nunc est; hinc patet, quod corpus ejus splendidius fuerit, quam omnes isti Angeli, quamvis etiam sint de mundo formativo. *Sed quia peccavit, obtenebratus & diminutus est penitus* &c. Sensus est, quod primo quidem tam magnus fuerit, ut statura ejus extenderetur per omnes tres mundos, creativum, formativum, & factivum: deinde autem diminuerit seipsum, quia nempe membra ejus ab ipso delapsa sunt, ut dictum supra cap. 14. Hinc etiam dicitur, quod tenebris obductus sit, ut indicetur mundos delapsos esse deorsum, & lumine suo pristino privatos, ut dictum supra. *Atque tum*

ope

ipus habuit corpore alio, quod è cute est atque carne. Quod est corpus materiale illud, quod ab hoc mundo accepit, sicut scriptum est : Gen. 3, v. 21. *Et fecit ipsi Deus tunicas de pellibus.* Per illas enim tunicas pelliceas mysticè intelligitur corpus hoc brutale, quod nunc habemus post peccatum : quod probè notes. Antehac enim non erant pelliceæ & materiales istæ tunicæ. *Donec veniret Chanoch.* Sensus est, quod Chanoch, cum veniret, acceperit splendorem illum supernum Adami Protoplastæ; & propterea factus sit angelus Metatron. Ubi nihilominus tamen minor fuit, quam initio esset corpus Adami, antequam peccaret, ut dictum supra. Hinc quoque intelligitur, quod sequitur, *tali copula maritali, quam exercebat justus ille cum uxore sua, non inventa fuit similis, nec antea nec postmodum.* Id est, quamvis postea veniret Chanoch; nihilominus Adamo Protoplastæ non erat similis, dum esset in statu integritatis.

§. 13. Hinc quoque intelligitur illud, quod scribitur in Sohar sectione Veethchanan fol. 223. *Arbor quadam magna atque insignis insita est & copulata cum fronde quadam pulchra* &c. Ubi intelligitur Microprosopus & uxor ejus de mundo emanationis cum copularentur ad producendum corpus Adami, quod in se continebat tres mundos sub Microprosopo & uxore ejus è mundo emanativo contentos. *Produxit spiritum quendam occultum* &c. hoc est, mysterium illius splendoris superni, quæ sunt Psyche, Spiritus & Mens emanativæ, ut dictum supra. *Et per hunc regem eum constituit super omnem mundum.* Qui sunt tres mundi, creativus, formativus & factivus, ut dictum supra; cum ageretur de 6000 illis annis. *Et præfecturam accepit super illam arborem* &c. *postquam autem peccaret; Rex illum spiritum iterum ad se recepit,* i. e. abstulit ab eo splendorem illum supernum; qui reconditus fuit in fœminam emanativam, quod ipsum est, quod porro inquit : *Et animal illud accepit eum.* Notum enim, quod ipsa vocetur (animal, nec non) manus : & ibi est depositio spirituum, unde dicitur : Psal. 31. v. 6. *In manum tuam commendo spiritum meum. Tunc præparavit vas aliud, illudque posuit inter angelos sanctos.* Ubi mysticè intelligitur Chanoch, qui accepit splendorem illum, ut perfectè commorari posset inter illos angelos mundi formativi : & per illum splendorem factus est rex super eosdem : sicut notum est, quod Metatron mysticè denotet Regem Angelorum, ut dicitur in supplementis : & in Sohar sectione Veetchannan, ubi dicitur : *Et regem constituit eum super mundum* &c. Porrò sequitur loco citato : *Extracta fuit potestas* i. e. splendor ille supernus *de illo vase*, quod est corpus Adami materiale, quod vocatur nomine tunicarum pellicearum. Hinc pergit : *De illo vase vestimenti : & postmodum abscondebatur in pulvere.* Quia enim corpus illud erat materiale, hinc morti subjectum erat & sepulturæ, ut ibi purificaretur, ut notum est. Atque sic capitulis his præcedentibus materiam hanc insignem de excellentia Adami ante lapsum satis explicuimus.

CAP.

Cap. XIX.

§. 1.

Jam ad id convertemur, quod promisimus sub finem cap. 13. quæ nimirum sit ratio illarum animarum, quæ ablatæ sunt ab Adamo, & quæ in illo remanserunt. Sed quia ibi jam expositum est, quod omnis species animarum, quæ de mundo emanativo est, vocetur splendor supernus, sicut etiam dicitur in Sohar Cantici Canticorum: Iste splendor supernus autem ab Adamo secessit; cum constaret è Psyche, spiritu, mente & mentis mente, quæ sunt regnum, Microprosopus, mater intelligendi & sapientia. Hinc nunc sciendum est, quod omnia lumina sibi invicem involvantur, ut unum quasi sit vestimentum alterius à gradu summo usque ad imum, sicut dictum est part. 2.

§. 2. Unde patet, quod Mens mentis emanativa vestiatur & involvatur usque ad finem mundi factivi. Et eam superintegit Mens emanativa, quæ etiam involuta est usque ad finem mundi factivi, atque sic porro quoque Spiritus & Psyche: quæ suo quidem loco incipiunt, sed cum fine demum mundi factivi finiuntur, ita ut gradus unus sit vestimentum alterius. Et in omni lumine, & numeratione & membro continentur omnes illæ species splendoris superni secundum omnes suas particularitates. Eodemque modo se habent Mens, Spiritus & Psyche trium mundorum inferiorum, quod planum est per se.

§. 3. Quamvis ergo dixerimus, hunc vel illum quandoque assequi posse splendorem supernum, quandoque mentem, vel spiritum, vel Psychen, &c. id tamen intelligendum est secundum hanc ipsam speciem, in qua quisque est, & secundum locum ejus debitum, quod notandum est quàm maximè.

§. 4. Scito etiam, quod Mens mentis de splendore superno nondum data fuerit ulli creaturarum in mundo: quodque rex Meschiach saltem eandem aliquando accepturus sit. Unde de illo dicitur Jesa. 52, v. 13. *Ecce servus meus prudenter aget, servus meus elevabitur & extolletur* &c. Ubi dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Extolletur plus quam Abraham, & plus quam Adam Protoplastes post peccatum suum: sublimior enim quam Adam Protoplastes ante lapsum suum fieri non potest: quia Protoplastes usque ad sapientiam & mentis mentem pertigit cum omnibus reliquis usque ad speciem Psyches. Moscheh autem tantum Spiritum & Mentem accepit de splendore superno, quæ saltem est notio Daath seu cognitionis: Jamque notum est antea, quod ille in specie vestitus fuerit per posteriora fundamenti intelligentiæ, ut dictum part. 2. ad dictum illud Ex. 33, v. 23. *Posteriora mea videbis.* Et huc pertinet mysticum illud, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in Mischnah: si nulla est cognitio, nulla est Binah seu informatio; & si nulla est informatio, nulla est cognitio. Patet ergò, quod radix Mosis fuerit Daath seu cognitio, nisi quod dignus quoque fuerit posterioribus de Binah. Unde mirum tibi videri non debet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Mirum tibi videri non debet, Mosen dignum fuisse gradu Intelligentiæ juxta notionem scil. mentis. Mentis igitur mentem, quam non assecutus est Moses, assequetur Rex Messias.

§. 5. Et

§. 5. Et hoc ipsum est, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: quod nempe Moses ipse futurus sit Messias, juxta dictum illud Mich. 7. v. 15. *Sicut in diebus exodi ex Egypto exhibebo illi miracula.* Quo etiam pertinet dictum illud Gen. 49, v. 10. *Donec veniat* שִׁילֹה; hæc enim vox Schiloh eundem numerum habet ac מֹשֶׁה: Nisi quod tunc gradum adhuc assequetur sublimiorem, Mentis nempe mentem.

§. 6. Porro etiam jam notum est de omnibus illis, de quibus diximus, quod digni fuerint sive mente, sive cognitione, sive spiritu, sive Psyche mundi emanativi, quod illis omnino incipiendum sit ab imo, nempe à fine mundi factionis usque ad dictam illam speciem, nimirum secundum mysterium graduum. Quoniam impossibile est, adipisci superius citra inferius.

§. 7. Quare autem Kain & Hebel acceperint Psychen emanativam, & animæ Patriarcharum fundamentum quoque habuerint in emanatione, nimirum quoad spiritum, qui est Microprosopus emanativus, ita ut Abraham ad benignitatem; Jitzchak ad severitatem; Jaacob ad pulchritudinem; & Moscheh ad cognitionem applicentur; de his infra sequentur plura.

§. 8. Adam verò omnia in se continuit; benignitatem nempe, severitatem, pulchritudinem & regnum; omnia inquam simul. Notionem mentis autem de splendore superno accepit Chanoch, eaque dignus factus est: unde postmodum evasit in Angelum; atque Metatron rex omnium Angelorum, ut dictum est cap. 18. Unde hæc species vocatur Dominus mundi: sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ ad locum illum Psal. 104, v. 31. *Sit gloria Domino in æternum.* Quod nempe eundem versum dixerit Dominus mundi. Ubi quoque dicunt, quod vox לְעוֹלָם pertineat ad emanationem. Unde ipse sit Princeps mundi, i. e. illius systematis, quod in se continet tres mundos inferiores, de quo exposuimus dictum illud de 6000 annis supra cap. 14. Unde quoque dominium habet in omnes mundos.

§. 9. Jamque notum est, quod Mens Adami in specie, quæ de emanatione erat, major fuerit angelis, ut dictum supra, (unde mens illa super omnes mundos dominium habuit.)

§. 10. Hic autem respondendum est ad objectionem aliquam notabilem à Philosophis gentilibus factam; quomodo nempe dici queat Chanochum esse Metatronem; cum concipi nequeat, quis tempore illo, cum in mundo esset, mundi Dominus fuerit? Responsio autẽ peti potest ex illis, quæ adducuntur in Sohar sect. Noach in Tosiphthah: quod nempe quilibet justus duos habeat spiritus, unum inferius, & unum superius: quo pertinet mysticum illud, cum nomen aliquod in sacris bis vocatur, ut Abraham; Abraham: Moscheh; Moscheh &c. Ille igitur spiritus Chanochi, qui superius erat, tum temporis erat Princeps mundi, & ille vocatur Metatron: postmodum autem iste spiritus ejus inferior ascendit, & associatus fuit superiori. Quod probe notandum.

§. 11. Spiritus autem splendoris superni de mundo emanativo traditus fuit Eliæ prophetæ, juxta illud 2. Reg. 2, 15. *Quievit spiritus Elijahu super Elischa.* Unde & ipse factus est angelus in cœlo, sicut Chanoch.

§. 12. Psychen autem emanativam de splendore illo superno Adam hæreditari tradidit Caino & Hebeli filiis suis. Notum enim, quod Adam prius peccaverit, qua nati sint Cain & Hebel: unde postmodum virtute Psyches emanativæ prodierunt Ca & Hebel, ut dictum cap. 14. Ut nempe restituerent aliquid de peccato Adami, quo p mixtum est bono malum. Quare Cain & Hebel constabant è bono & malo spurci serpentinæ, ut paulo post dicetur.

§. 13. Datur tamen species alia, quæ relicta est in Adamo ipso; unde nimir prodierunt Patriarchæ, ut dictum supra Cap. 14. Omnes vero reliquæ animæ decisi sunt ab Adamo & immersæ sunt corticibus, ut supra dictum Cap. 12, & 13. Et ab illis pr veniunt omnes quasi animæ omnium hominum in mundo.

§. 14. Ex brevissima hac declaratione liquet, nullam dari animam, quæ non ... contineat omnes gradus ab psyche factiva usque ad singularem emanativam: ita tam ut acquiri non possit superior, donec acquisita sit inferior.

§. 15. Porro etiam animæ dantur novæ, quæ non contentæ fuerunt in Adamo: & dividuntur in duas species, quarum una est earum, quæ sunt de mundo emanationis: quæ non venient in mundum nisi post resurrectionem. Et altera est earum, quæ fuerunt de tribus mundis inferioribus, quæ tamen etiam delapsæ sunt intra cortices per pecca tum protoplastæ: & prodire possunt in mundum hunc.

§. 16. Porro tandem aliæ dantur animæ, quæ in protoplaste comprehensæ ... quæ etiam dividuntur in plures species. Quoniam species splendoris superni decima tione non immersæ fuerunt corticibus, sed tantum secesserunt ab Adamo. Atque ... mens data est Chanocho; & Spiritus Eliæ; & psyche Caino & Hebeli. In altera ... trium nempe mundorum inferiorum etiam certæ sunt notiones, quæ pertinuerunt ad Chanochum & Eliam & Cainum atque Hebelem: Et cuilibet sua tradita est species.

§. 17. Item aliæ sunt species, quæ in Adamo manserunt pro ipsa necessitate ... donec moreretur. Et porro aliæ quæ ab ipso secesserunt. Atque aliæ quæ ab ... lapsæ sunt propter peccatum ejus, & deciderunt in profundum corticum, à quibus ... ma pars hominum in mundum venit, vide Cap. 14. & 17.

§. 18. Alia autem vice à Magistro meo audivi, quod nempe quinque radices ... marum, quæ sunt, singularis, vitalis, mens, spiritus & psyche, quæ reperiuntur in ... mundis, emanativo, creativo, formativo & factivo aliter distribuantur: Ita ut singula rem de splendore superno acceperit Chanoch: & vitalem Adam: mentem vero Cha ... & spiritum Hebel, psychen vero Cain; Et hæc omnia de splendore superno, qui pe net ad emanationem. Aque eodem modo deinde iisdem additæ sunt omnes ... species trium mundorum inferiorum. Quô positô merito Hebel prior nasci de ... quam Cain. Verum enim vero quia Adam peccavit, atque hinc robur acceperunt Co tices, qui proveniunt à severitate: Hinc prius manifestata est species, quæ de uxore unde Cain. Quo pertinet illud Pr. 12, v. 4. *Mulier fortis corona mariti sui.* Ca lis autem sequentibus prolixius diducetur omne id, quod ad Cainum & Hebelem spe & quare Cain fuerit primogenitus. Summa hûc redit, quod omnes illi quinque in

co

continuerint omnes species animarum quæ in mundo sunt, omnesque ab illis dependerint: Nisi quod quædam illarum fuerint de factione, quædam autem ascenderint in formationem, & sic porro. Capitulis autem sequentibus, juvante Deo, declarabimus, quicquid dici potest de Chanocho & Elijahu, de Caino & Hebele & Adamo atque similibus; singula sc. loco debito.

Cap. XX.

§. 1.

ANtequam illud explicemus, quod promisimus Capite præcedente, nimirum de Chanocho, Elijahu, Caino & Hebele, &c. prius quædam præmittemus, quæ ad ipsas animas pertinent: ut deinde reliqua eo facilius intelligantur. Jam igitur expositum est, quod in qualibet anima quinque contineantur species, singularitas nempe, vitalitas, mens, spiritus & psyche: quodque in singulis quatuor mundis reperiantur quinque supradictæ species. Præmisimus etiam Capite præcedente; quod inter omnes hos animarum gradus alter alterius sit vestimentum, ita ut, verbi gratia, psyche de mundo factivo extet sola: & sic solus quoque spiritus de mundo Formativo: qui tamen spiritus abscondatur intra psychen factionis: ita ut intra hunc spiritum lateat mens factionis, quæ sublimior est quam psyche factionis. Et sic quoque species de creatione absconduntur intra spiritum formativum, quæ ulterius extenduntur usque ad finem totius mundi factivi, ita ut in mundo factivo sint psyche, spiritus & mens de creatione, formatione & factione. Atque sic etiam psyche emanationis absconditur intra mentem creationis, pariterque extenditur usque ad finem mundi factionis. Ita ut hâc ratione in factione reperiantur quatuor partes: nimirum psyche factiva; & intra illam spiritus formativus, & intra illum mens creativa, & intra hanc psyche emanativa. Quæ omnia absconduntur & includuntur in systemate factivo, species sc. intra speciem. Ita tamen ut ea omnia ibi non vocentur nisi psyche tantum: Distincta tamen gradibus quatuor suorum systematum, emanativi scilicet, creativi, formativi, & factivi, quæ omnia sunt in factione ipsa. Ut hâc ratione omnes species quatuor mundorum etiam emanativæ reperiantur in factione. Et hæc non sunt, emanatio, creatio, formatio & factio illa sub notione factivâ, nempe sapientia, principium intelligendi, Microprosopus & uxor ejus systematis Factivi; quippe quæ omnia ad factionem ipsam spectant: Verum id quod diximus, est vera emanatio ipsa, quæ manifestatur intra factionem. Et sic quoque creatio & formatio ipsa. Unde patet, quod si anima quædam sit de specie psyches hujus emanativæ, quamvis recondita sit intra factionem ipsam, ita ut etiam vocetur psyche factiva, major tamen sit quam mens creativa, quamvis sub nomine psyches emanativæ non extet. Quoniam psyche illa emanativa vera, non potest prodire in hominem, donec in ipso fuerint psyche, spiritus & mens de factione, formatione & creatione: Tunc enim revera in ipso apparet psyche regni emanativi.

§. 2. Quod si ergo homo meretur accipere psychen *factionis; tunc spiritus quidem* formativus intra hanc factionem latet, sicut & mens *creativa intra* formationem, quatenus hæc includitur factioni; & psyche emanativa intra mentem creativam latentem intra formationem, quatenus eadem absconditur in factione; ita ut psyche emanativa sit intra mentem creativam, & hæc intra formationem, & formatio intra factionem: Hæc omnia tamen aliter non vocantur nisi tantum nomine psyches factivæ: nisi quod hæc omnes illas species intra se contineat magis semper magisque in interioribus suis abditas atque abstrusas, donec perveniatur ad notiones emanativas inibi delitescentes.

§. 3. Utque hoc melius intelligas, scito quod in ipsa factione vestis quædam sit quæ vocatur factio. Et in illa quatuor sunt species, emanatio nempe, creatio, formatio & factio, quæ sunt notiones patris & matris & Microprosopi atque uxoris ejus inibi existentium. Deinde ibidem vestis adhuc intimior est, quæ vocatur formatio; quæ est lux systematis formativi, quæ descendit ut includatur luceatque in factione. Et sic in eadem quoque sunt quatuor species systematicæ, eodem modo, quo dictum antea. Atque sic vestis intra vestem latet, donec perveniatur ad intimum factionis, quæ est lux emanativa abscondita intra supradictas species vestesque omnes; eademque non minus in quatuor sua systemata dividitur, spectantia ad factionem.

§. 4. Dantur ergo animæ quædam, quæ totæ proveniunt à partibus omnium extremis mundorum, ita ut, exempli gratia, homo primò accipiat psychen de externa parte factionis juxta omnes quinque ejus species, quæ sunt singularitas, vitalitas, mens, spiritus & psyche: Deinde accipiat spiritum de externa parte formationis: Et sic porro donec accipiat psychen externam ab emanatione. Hæc tamen semper intra se invicem delitescunt: donec tandem reperiatur anima quædam, quæ sit ab intima parte totius factionis, quæ vocatur psyche emanativa latens intra factionem: Eamque accipiat juxta quinque gradus speciales, singularitatem nempe, vitalitatem, mentem, spiritum atque psychen, quæ omnes vocantur, psyche factiva: atque sic porro accipiat spiritum de intimis partibus formationis, qui nempe est species emanationis inibi latentis: atque sic procedat donec accipiat psychen de Regno emanativo ipso, quæ summa est atque intima.

§. 5. Hinc patet, plurimos dari homines, qui non nisi psychen tantum de mundo factionis accipiunt: de quibus dici nequit, quod assequantur psychen emanativam. Et sic porro dantur alii, donec aliquis inveniatur, qui hanc ipsam psychen factivam assecutus sit, quæ est de specie emanativa ipsa ibidem existente. Atque talis multo major est quam ille, qui eandem tantum assecutus fuerit usq; ad creationem inibi latentem; emanativa sepolita. Quæ omnia jam sunt plana & omnino notanda, quia iisdem pluries opus erit.

§. 6. Cum ergo in omnibus animabus dictæ istæ notiones reperiantur: De Caino & Hebele dictum sit, quod acceperint psychen emanativam. Hoc ita intelligendum est, quod omnes species emanativas, quæ sunt in systemate factivo, & omnes species emanativas systematis formativi, & omnes species systematis creativi ad istam Psychen emanativam pertinentes, atque deinde ipsam quoque Psychen emanativam per se acceperint

perint; iſtæque omnes ad Pſychen illam emanativam pertineant. Quod probè notandum. Et quicunque tales animas accipiunt, de illis dicitur, quod accipiant animam Kaini & Hebelis: de quibus plura cap. 21.

§. 7. Patet igitur, quod tota illa ſpecies Kainitica & Hebelica ſit ſpecies Pſyches: (quod eſt regnum;) quocunque loco fuerint; quamvis Kain Pſychen hanc radicaliter obtineat, Hebel autem proceſſerit à Microproſopo, ſicut dictum eſt cap. 19. quamvis tantum aſſecutus ſit gradus ſuos uſque ad Microproſopum regni: de quo plura cap. 21.

§. 8. Et iſtæ ſpecies Caini & Hebelis vocantur animæ quadantenus novæ, reſpectu revolutionum, ut dictum ſupra cap. 7. & 8. Quamvis & aliæ ſint notiones in Cain & Hebel, quæ non ſunt novæ, ſuntque ut reliquæ animæ, ut pluribus dicam infra cap. 21.

§. 9. Sicut autem ſeſe habet Pſyche emanativa, ut reperiatur in omnibus ſyſtematibus; & in omnibus exiſtat ſub ſpecie Pſyches, quamvis pertineat ad genus emanativum: ita quoque res ſe habet cum ſpiritu emanativo, ut contineatur in omnibus ſyſtematibus, quanquam ubique ſub notione ſpiritus emanativi: & ſic quoque in cæteris ſpeciebus emanativis, quæ ſunt ſingularitas, vitalitas, mens, ſpiritus & pſyche.

§. 10. Porro id repetendum, quod ſupra dictum cap. 3. nimirum in homine dari 248 membra & 365 vaſa, quæ ſunt 613 præcepta; quot ſunt radices animarum. Ubi in ſingulis membris tres porrò ſunt notiones; nimirum caro, vaſa & oſſa; quæ tamen vaſa non ſunt è numero illorum 365, ſed tantum ſunt extremitates nervorum & venarum, quæ extenduntur & abſorbentur in carnem, ita ut termini earum ipſa fiant caro, ut notum eſt Anatomicis: & venæ plenæ ſunt ſanguine, unde ſanguis effunditur, inque carnem inſeritur, ita ut hinc quoque alimentum redundet pro carne. Ubi viliſſima trium horum eſt ſpecies carnis; & poſtmodum vaſa, quia ex illis carni nutrimentum attrahitur; eædemque diſperguntur per omnia membra, ut hæc uno nexu cohæreant. Species autem oſſium præſtantiſſima eſt omnium ob notionem medullarum in illis contentarum, & non ob notionem ipſorum oſſium. In ſingulis ergo ſpeciebus iſtis, carne nempe, vaſis & oſſibus dantur ſcintillæ ſtudioſorum, & aſcetarum, & œconomorum, & plebejorum: ipſa autem radix vera ſunt diſcipuli ſapientum ſeu ſtudioſi: reliqui autem omnes ceu folia tantum ſunt & cortices; ut dictum ſupra cap. 4.

§. 11. Porrò quoque ſciendum, prout etiam jam dictum eſt part. 2; in 10 quoque numerationibus dari quaſi oſſa & vaſa; quæ ſunt partes ipſarum internæ atque externæ. Atque ſic quoque invenimus, quod in Microproſopo ſint cerebra: itemque quinque benignitates, quæ continentur in Daath ſeu cognitione ejus, quæ deinceps extenduntur per totum corpus ejus: unde & in ipſo deprehendimus carnem, & vaſa atque oſſa, quæ ſunt notiones exterioritatis. Deinde tamen etiam natura quædam interior datur, quæ ſeſe extendit in omnes notiones exterioritatis, nimirum in carnem, in vaſa atque in oſſa.

§. 12. Jam quoque noſti, quod lumina in corpore non ſemper ſint ſub notione propria, quia interdum, exempli gratia, membrum capitis reperitur in interioritate brachii,

chii,& ita deinceps. Prout explicuimus tract. de homine & arbore cognitionis, quomodo nimirum ille in causa fuerit, ut Daath seu cognitio Microprosopi descenderit in Pulchritudinem,& intra duos ejusdem humeros. Unde intelliges, quæ jam diximus, & quæ porrò dicemus de Caino & Hebele cap. 22.

§. 13. Et hinc patet, quod aliquando in anima quadam, quoad exteriora sit membrum unum,& quoad interiora membrum quoddam aliud, sive majus sive minus.

§. 14. Sciendum etiam, sicut & part. 2. deductum est, quod in Microprosopo sit notio quædam imaginis, quæ zelem dicitur, nempe lux ambiens lucem quandam internam: sicut etiam nulla datur lux in mundo, quæ non dividatur in lucem internam & ambientem, ut dictum part. 2. cap. 11. Unde sic quoque res se habet cum omnibus animabus, quod in ipsis sit notio lucis ambientis & lucis internæ. Notumque jam est, quod lux ambiens magna sit admodum. Et hæc est lux illa ambiens, de qua dicitur Ps. 39. v. 7. *In imagine ambulabit vir.*

§. 15. Sciendum ergo, quod omnes animæ delapsæ in profunda corticum, cum exinde prodeunt, ut veniant in hunc mundum, & intrent in aliquod corpus; non statim possint revolvi, & mox intrare in aliquod corpus, quamprimum prodeunt è corticibus; nisi prius fuerint sub notione lucis, & imaginis ambientis, cum tribus hominibus se invicem sequentibus, qui sint ex radice talis animæ, ut dictum supra cap. 5.

§. 16. Et post tres illas revolutiones demum possunt revolvi in mundo ceu anima interna: & hæc ipsis dicitur revolutio prima.

§. 17. Quælibet ergo anima cujuslibet radicis ex illis, quæ imersæ sunt corticibus, cum primū prodit è medio corticum, locatur circa caput hominis cujusdam, qui penitus sit de illa radice; ibique est sub notione lucis ambientis: idque præstat tribus vicibus: & deinde fit lux interna in ipso corpore, atque tunc vocatur primum revoluta.

§. 18. Cumque exit anima quædam alia è profundo corticum, eadem pariter accedit, ut lux ambiens super istam internam, idque etiam ter: & sic omnes animæ prodierunt à condito mundo ad hunc usque diem. Quod probè notandum.

Cap. XXI.

§. 1.

Jam revertemur ad id, quod capite 19. declarare promisimus: initiumque faciemus de Animabus illis, quæ Kainiticæ & Hebelicæ dicuntur, speciesque sunt Psyches Emanativæ. Ubi etiam dicendum erit de spiritu, qui est Elias bonæ memoriæ, nec non de mente, quæ est Chanoch. Jam igitur notum est, quod exposuimus cap. 15. quod animæ illæ, quæ remanserunt in Adamo post peccatum ejus, vocentur placenta mundi initialis, quod ibi satis explicuimus.

§. 2. Id autem melius intelligitur ex eo, quod cap. 19. diximus, nimirum quod Psychen emanativam Adamus hæreditariò tradiderit Kaino & Hebeli: quodque Psyche hæc emanativa in se comprehenderit omnem Psychen emanativam, quæ continetur in

omnibus tribus Systematibus inferioribus : unde patet, quod Psyche emanativa ipsa penitus quidem discesserit ab Adamo cum peccaret : sed Psyche tantum emanativa, quatenus in tribus systematibus inferioribus inexistit, non secessit ab eo : atque illæ notiones vocantur placenta mundi, de quibus jam diximus, quod sint 100 coronæ; quæ omnes quidem sunt de specie Psyches emanativæ, sed quatenus illa in tribus inferioribus systematibus delitescit. Et illæ remanserunt in Adamo: cumque nascerentur Kain & Hebel, istam speciem in se receperunt, quæ vocatur placenta mundi : simulque etiam acceperunt Psychen ipsam emanativam quatenus talem.

§. 3. Ne mireris autem, quomodo possibile sit, quod Kain dignus fuerit Psyche emanativa, cùm tamen in Sohar vocetur nidus impuritatis, & spurcities serpentis. Res enim ita se habet. Notum est, quod Adam ab ipsa manu Dei sanctissimi conditus & præstantissimus omnium creaturarum fuerit, omnesq; animæ in illo contentæ fuerint, simulque Kain & Hebel. Kain autem fuit primogenitus, & notum est, quod omnis primogenitus excellentior sit omnibus filiis : quod adhuc magis hinc apparet, quod Deus Sanctissimus cum ipso locutus sit sub phrasi & nomine Tetragrammati, sive Amoris & Misericordiæ, sicut dicitur Gen. 4. v. 7. *Et dixit Tetragrammaton ad Kain.* Non vero sub nomine Elohim sive severitatis, sicut reperimus illum locutum esse cum Bileam atque Abimelech, item cum Laban. Unde patet, quod Kain fuerit Propheta. Dicuntque Magistri nostri bonæ memoriæ, quod cum juxta Gen. 4. v. 15. *Deus signum poneret in Kaino*, literam Vav nominis sui Tetragrammati in ipsum designaverit; sicut dicitur in supplemento 111. Ubi etiam dicitur, quod dignus fuerit hortô Eden : nec id saltem, sed & quod posuerit eum in locum præstantissimum Eden. Et litera Vav est litera vitæ, quæ ipsi propterea imposita est, ne illum feriret, quicunque ipsum inveniret. Nisi igitur homo quàm excellentissimus fuisset, hæc omnia à Deo non obtinuisset. Sic etiam in Sohar sect. Breschith fol. 36. col. 2. habetur, quod ipsi tanquam primogenito laus atque gloria competiverit præ omnibus. Sic quoque reperimus, quod Deus laudatissimus ad ipsum dixerit Gen. 4. v. 10. *Nonne si benefeceris, elevatio tibi.* Quæ verba exponuntur per locum Gen. 49. v. 3. Ubi Rubeni tribuitur plus elevationis, & plus roboris; de quo plura cap. 23. quod Paraphrastes Chaldaicus Onkelos exponit de primogenitura (& sacerdotio.) Et Caino dicitur : *Si melior evadere volueris*, hinc liquet, quod & ille non totus fuerit malus, sed in ipso sat boni fuerit. Invenimus quoque in supplementis fol. 116. col. 2. quod in Jethrone Kain restitutus fuerit à peccato suo. Unde colligitur, quod primo justus fuerit, sed tantum peccaverit sicut pater suus, unde restitutus fuit in Jethrone. Et fol. 7. libri cit. dicitur, quod Kain ab utraque specie (boni nempe & mali) suctionem habeat : quæ est arbor cognitionis boni & mali. Unde etiam Chavvah dixit Gen. 4. v. 1. *Acquisivi virum per Tetragrammaton.* Et quamvis nomen קִין nidum quoque denotet, fundamentaliter impurum nempe; per Metathesin tamen fieri potest נקי i.e. purus. Unde colligitur, quod bonum illud in ipso existens admodum fuerit excellens : cum Chavvah dicat : *Accepi virum per Tetragrammaton.*

§. 4. Et

§. 4. Et fol. 110. & 112. supplem. in locum Exod. 2. v. 12. *Et convertebat se atque illuc*; dicitur R. Schimeonem dixisse filio suo: Kainum fuisse de arbore b[onum] mali: quodque bonum, quod in eo, per revolutionem se se extenderit usque ad Ke[ni] Jethro). Unde patet, quod non minus bonum in eo fuerit, quam malum.

§. 5. Sciendumque porrò est, quod etiam in Hebel malum bono permixtum fue[rit]; de quo in lib. supplem. quod Moses per revolutionem fuerit Hebel; ibid. fol. 115. & 127: quod Hebel alius fuerit bonus, & alius malus. Et sic [dici]tur: quod Chavvah genuerit Kain, qui fuerit vehemens atque durus: qu[od post] illum protulerit Hebel, qui fuerit mitigatior. Unde apparet, quod in utroq[ue com]hensum fuerit malum æque ac bonum: præterquam quod Hebel mitior fu[erit] Kain. Ibidem porrò dicitur: quod sese separaverint ab invicem, & singul[i ha]corpus proprium: & ab uno horum corporum, descendere animas impiorum. hæc omnia cap. 25. latius diducentur.

§. 6. Mirum ergo non est, quod in Hebele malum quoque fuerit; quia luvies plebeja (quæ cum Jisraëlitis ex Egypto exivit,) ab illa parte mali, quæ in He[bele] originem traxit: unde Moses animam suam pro illis tradere voluit, (quia per revo[lutio]nem animam Hebelis in se habuit:) juxta Num. 11. v. 15. *Ne videam malum me[um]* quibus suo loco. Sic etiam in Sohar sect. Breschith fol. 24. ad locum Gen. 4. v. 7 *ostium cubat peccatum*, dicitur, illam partem (impuritatis) adhæsisse Kaino, [sec]illum extendisse. Unde patet, quod Kain non fuerit impuritas ipsa; sed quod [par]tem saltem in se attraxerit. Sic quoque in Sohar in Tosiphta legimus, quod Ad[am] rogaverit Kainum: Mi fili, qua pœna affectus es. Unde patet, quod Deus [...] fuerit cum Kaino; Adam autem omnium fuerit ignarus, remque à Kaino de[...] lexerit. Et tunc per Kain Adam ad pœnitentiam commotus fuit, ut ibidem dic[itur].

§. 7. Porrò omni quoque rationi repugnat, quod primus in mundu[m fi]lius mera fuerit impuritas, & sapienti satis hæc manifesta sunt. Sic etiam in S[ohar] Breschith fol. 28. habentur sequentia: Dixit R. Schimeon nomine R. Jebah[...] filios fuisse cum adhæsione serpentina: sed istos duos non fuisse sub forma h[...] Unde patet, quod fuerint diversi, neque similes Setho: Et quamvis impurit[as] ipsis adhæserit, neutiquam tamen fuerint impuritas ipsa. Atque hæc satis ja[m] intelligentibus, ut ulteriori prolixitate non sit opus.

§. 8. Hoc tamen non omittendum, Kainum & Hebelem natos fuiss[e post pec]catum Adami. Sicut dicitur in Sohar sect. Breschith fol. 54. Quod postqu[am ap]plicuisset ad partem illam immundam, genuerit eos. Quod etiam habetur [in] charemoth fol. 76. Tunc enim animæ miscebantur è bono atque malo: atqu[e ge]nerabantur Kain & Hebel mixti è bono & malo.

§. 9. Sed malum, quod in Kaino erat, vehemens admodum erat; eo q[uod] de parte severitatis, sicut dicetur. Malum autem, quod in Hebele erat, debilius e[rat] quia provenerat de parte benignitatum.

§. 10. Patet igitur, quod singuli tàm Kain, quam Hebel bipartiendi sint, (in bonum nempe atque malum.) Ipsa igitur anima Kaini & Hebelis erat à parte boni, quod ipsis, ipsique è tribus mundis inferioribus ortum habebant, nempe ex parte sui ibidem litescente; prout singulis animabus accidit: cùm notum sit, nullam dari animam, qua non sit portio quædam de omnibus mundis. Atque hæc portio, anima Caini & Hebelis propria vocatur: ita ut Psyche ipsorum de factione, & spiritus ipsorum de formatione, & mens ipsorum de creatione ipsa extiterint.

§. 11. Alia vero dein datur species, Psyche nimirum emanativa, quæ inserta est omnibus illis gradibus usque ad finem mundi factionis, ut dictum est cap. 20: Et hæc vocatur placenta mundi. Atque hæc annexa fuit Psychæ emanativæ, quæ vocatur splen superius, ut dictum supra.

§. 12. Patet igitur, cùm Adam generaret Kain & Hebel, quod in illos intraverint Psyche, Spiritus & Mens de creatione, formatione & factione, ex illa nimirum specie animarum, quæ ab ipso delapsæ immersæque fuerant intra cortices. Præterea tamen digni fuerunt accipere illam mundi placentam, quæ remansit in Adamo: quæ sunt centum illæ coronæ supradictæ, species nimirum emanativæ in tribus mundis inferioribus existentes. Et præter hæc omnia ipsam quoque Psychen emanativam supernam.

§. 13. Patet igitur, quod omnes animæ trium mundorum inferiorum speciei prime, æquales sint omnibus reliquis animabus ab Adamo delapsis.

§. 14. Illa tamen species, quæ vocatur placenta mundi, cum Psyche emanativa ..., magnam habet prærogativam, atque excellentiam præ cæteris animabus omnibus; ...a est de emanatione: nec non quod non sit immersa corticibus. Quanquam hæc species placentæ mundi & ipsa deinde defectum passa est per peccatum Kaini & Hebelis, ut ...ero dicetur.

§. 15. Notandum igitur, quod ubicunque mentio fit specierum Kaini & Hebelis nomine quodam, ibi indigitetur portio illa nobilis, quæ à reliquis animabus differt. Eadem quoque ratio est revolutionis, de qua cap. 8. Et hæc species vocatur animarum quodammodo novarum respectu revolutionis. Nam quia hæc placenta non immersa erat corticibus per peccatum Adami, (quod peccatum, ut dictum cap. 1. causa fuit mortis; quodque ulterius explicabimus, cùm tractabimus de percussione in sepulchris ...tinenda: Ubi declarabitur, illud non posse restaurari nisi per mortem:) Unde, quia placenta ea non immersa est corticibus, & cùm venirent in Kain & Hebel, eadem qualitate ...ma veniebant, ac si primum venissent in Adamum ipsum, ita ut pro novo adventu id ... haberetur: hinc cum morerentur Kain & Hebel, idem erat ac si adhuc essent in Adamo: unde cum prima vice veniunt in mundum, adhuc novæ quodammodo vocantur: prima vice omnes assequi possunt gradus usque ad Psychen emanativam inclusivè. ...a autem quam Psychen emanativam assequi non possunt; quia primitus Kain & ...el ipsi plura non accipiebant, quam Psychen emanativam, & in ea peccabant, eamq; ...bant. Unde cum prima vice redeunt tales, assequi possunt omnes gradus ad Psychanc usque; sed non ulterius.

§. 16. Quicquid igitur eſt de hac ſpecie ſecunda Kaini & Hebelis, qu catur placenta mundi, eſtque notio Pſyches emanativæ in omnibus tribus mun ferioribus exiſtentis: id magna prærogativa gaudet præ cæteris animabus omn parum abeſt, quin & Pſyche ipſarum factiva vocetur Pſyche emanativa, cui co nomen regni: prout declarabimus juvante Deo, cùm agemus de Propheta Eli & de reliquis omnibus ad hanc ſpeciem pertinentibus.

CAP. XXII.

§. 1.

POſtquam jam expoſui naturam ſpecialem animarum novarum atque vete porrò diducendum eſt, quicquid reſtat de Caino & Hebele, de quibus quod præſtantiores ſint tales animæ cæteris omnibus, quodque parum abſit, q comprehendant animas omnes.

§. 2. Parte ſecunda ergo cap. 2. hujus operis jam expoſuimus, qua ratio tio, gloria, & fundamentum Antiqui dierum involvantur intra ſex inferiore proſopi. Unde patet, quod ſuperatio & gloria antiqui veſtiantur intra duos h Macroproſopi.

§. 3. Porro etiam noſti, quod diximus cap. 1. quod Daath ſeu cognitio proſopi non ſit ſupra in capite ejus; ſed in 6. ejus extremitatibus. Unde liqu locus illius cognitionis ſit inter duos humeros Macroproſopi.

§. 4. Nec minus notum quoque eſt, quod cognitio contineat quinque b tates & quinque ſeveritates. Unde patet, quia cognitio locatur inter duos Macroproſopicos; quod quinque benignitates diſtribuantur per humeru Macroproſopicum: & quinque ſeveritates per humerum ejus ſiniſtrum.

§. 5. Porro quoque parte eadem cap. 15. declaratum eſt, quod de illis hu meris Macroproſopicis fiant cerebra pro Patre & Matre. Quodque poſt fiant duæ coronæ, quas Pater & Mater Microproſopo hæreditariò confer noſti, quod duę illę coronæ ſint myſterium cognitionis Microproſopi, qua net benignitates & ſeveritates, in quibus conſiſtit radix & fundamentum to Nam à myſterio cognitionis deducitur gutta ſpecialis ad concubitum, è qu infans, ut dictum ſupra cap. 14.

§. 6. Patet igitur, quod Microproſopus quatuor habeat cerebra, q pientia & informatio & cognitio benignitates continens & ſeveritates. Iſta rebra Microproſopica tantum conſideranda veniunt ſub myſterio lucis quod eſt myſterium imaginis ſupra caput Microproſopi verſantis, ut dictum que tunc quatuor ſunt, quia non includuntur ut incrementum capiant.

§. 7. Deinde autem è myſterio quatuor horum cerebrorum diſperguntu læ, intrantque atque inſeruntur in victoriam, gloriam & fundamentum Matr ctum part. 2. Cumque benignitates & ſeveritates inſeruntur fundamento M inceps perveniunt in cognitionem Microproſopi, ibique copulantur. Atque

rebra hæc sub mysterio lucis internæ, tantum tria sunt: nimirum sapientia; datio intelligentiæ; & cognitio. Adeoque uno gradu minora fiunt; cum sub mysterio lucis ambientis essent quatuor, jam vero sub mysterio lucis internæ tantum tria.

§. 8. Jam verò nosti, quod ista cerebra sint ipsa essentia, & interior natura animæ Microprosopi, quæ intra ipsum involuta est, prout declaratum fuit suo loco.

§. 9. Porro autem tria illa cerebra lucis internæ Microprosopicæ fiunt notio lucis ambientis pro uxore Microprosopi: Atque deinde scintillæ hinc disperguntur, & sub mysterio cerebrorum lucis internæ deducuntur in caput uxoris: ubi altero rursus gradu diminuuntur, ita ut ibidem duo tantum cerebra constituant, sicut dicitur in Sohar, Tractatu Jara, Sectione Heesina, ubi verba sunt: Fulgetque duobus cerebris in illa effiguratis. Quoniam à luce ambiente atque lucis ambientis cerebris ejusque eradiatione atque scintillatione duæ tantum scintillæ prosiliunt à duobus nempe cerebris tantùm, quæ devolvuntur atque consignantur in uxore. Atque hæc duo sunt sapientia & largitio intelligentiæ: Quoniam cognitionem Illa non habet: id quod dicitur in Talmude; mulierum cognitionem levem esse.

§. 10. Jam igitur notum tibi, sicut victoria, gloria & fundamentum senis inseruntur in macroprosopum ut ibi sint cerebra: Quod ita victoria, gloria & fundamentum patris & matris inserantur in Caput microprosopi, ut ibi sint cerebra: quodque eadem ratione victoria, gloria & fundamentum microprosopi deducantur in cerebra uxoris. Quæ proinde duo habet cerebra, quorum unum continet victoriam & gloriam, & alterum severitates, quæ in cognitione uxoris. Quia à benignitatibus nihil deductum est in eam. Quod intendunt Magistri nostri, p. m. dum dicunt: mulierum cognitionem esse levem: Quoniam severitates sunt dimidia cognitio: Quæ exinde levis quidem est, non tamen penitùs deficit.

§. 11. Liquet igitur, quod primò quatuor fuerint: & deinde tria, & tandem duo tantum cerebra.

§. 12. Nunc igitur convertemur ad materiam de Kaino & Hebele. Jam verò nosti, quod in sene decrepito non mentio fiat nisi novem saltem numerationum: Regni verò in ipso nulla fiat mentio, prout declaravimus cap. 1. part. 7. Ibidem enim exposuimus, quòd uxor senis adumbretur in articulo calcanei, gloriæ senis: Eo quod ibi verus ejusdem sit locus: unde fœmina quoque vocatur pes, sicut in Sohar scribitur, sectione Vajerah, ad locum illum: 1. Sam. 2. v. 9. *Pedes piorum custodiet:* id est, uxorem ejus. Regnum enim consistit in fine gloriæ loco calcanei ejus: Quare etiam regnum vocatur calcaneus, juxta illud Genes. 3. v. 15. *Et tu conteres calcaneum ejus.* Notum enim quod regnum inter numerationes sit ultima omnium, ad instar calcanei.

§. 13. Quando ergo gloria senis humero sinistro macroprosopi inseritur; illuc etiam inseritur regnum Senis. Et ex isto calcaneo gloriæ senis, ubi locum habet notio regni senilis, quique inseritur in sinistrum humerum macroprosopicum, deducitur scintilla una, quæ fit lux ambiens pro regno microprosopi, quæ est uxor ejus. Et è converso in victoria senis adumbratur microprosopus: atque exhinc pariter deduci-

tur, lux ambiens ad microprosopum de notione benignitatum: quæ sunt in humero dextro macroprosopi: sicut in Sohar traditur, ubi verba sunt: Ille est in victoria; & illa in gloria &c.

§. 14. Hinc ergo patet, quod Kain & Hebel sint severitates & benignitates, quæ fuerunt in gloria atque victoria senis; unoque gradu post alterum deductæ sunt ad microprosopum & uxorem ejus. Kain ergo est notio Severitatum existitque in mysterio regni: Hebel autem est de notione benignitatum, existitq; in mysterio microprosopi.

§. 15. Unde concluditur, quod notio Kain semper sit humerus sinister, ubi locum habent severitates tam in macroprosopo, quam in patre & in matre, & in microprosopo; & in omnibus quatuor mundis; Ubi Kain semper est humerus sinister mundi: quoniam Adam protoplastes in se continebat omnes mundos à macroprosopo emanativo, usque ad uxorem factivam, sicut dictum capitulis præcedentibus. Ex opposito autem Hebel existit humerus dexter Adami in omnibus mundis & secundum omnes species eorum; quoniam ipse est benignitatum species.

§. 16. Jamque nosti quod microprosopus accipiat coronam benignitatis, & uxor coronam severitatis. Et hinc quoque intelliges id quod diximus Cap. 19. quod nempe Hebel sit in microprosopo, & Cain in uxore. Patet ergo quod etiam Hebel non sit assecutus nisi psychen emanativam tantum sicut Kain: nisi quod iste fuerit de specie benignitatum: & tamen nil accepit aliud quam psychen emanativam, nec pervenit ad locum ipsum ubi est microprosopus, nimirum sub notione benignitatum, quod notes.

§. 17. Et quia Kain & Hebel duas constituunt species benignitatum & severitatum; hinc patet, quod & ipsi comprehendant omnes animas quæ in mundo: Quoniam omnes animæ, vel saltē maxima earum pars nonnisi è severitatibus vel è benignitatibus consistunt.

§. 18. Jamq; porro plenius declarabimus duos illos humeros Kaini & Hebelis: unde etiam intelligetur illud quod supra diximus Cap. tertio, quod in animabus detur natura quædam interior & natura quædam exterior. Cumq; jam, cum actum fuit de peccato protoplastę, explicuerimus, quid fuerit arbor cognitionis: ubi etiam diximus, istum peccato illum causam fuisse, quod cognitio microprosopi descenderit usque in locum , qui est inter duos ejus humeros, jam porro scias, quod microprosopus tria habeat cerebra, quę sunt: Sapientia, præbitio intellectus & cognitio. Cognitio autem dividitur in duas partes, benignitates nempe & severitates, quæ vocantur duæ coronæ. Et hæc cognitio locata est in capite inter duo cerebra Sapientiam & informationem: ibi enim à Sapientia benignitas & ab informatione severitas ortum habent. Cum ergo peccaret Adam protoplastes, in causa erat, quod cognitio microprosopi descenderet intra duos ejus humeros, intra triadem nempe tertiam corporis ejus, ubi existunt duo humeri. Cumque locus ibi esset amplius, benignitates secesserunt à severitatibus, abieruntq; in humerum dextrum; Severitates autem in humerum sinistrum. Unde humerus vocatur כתף cujus numerus est 500: quia ibidem sunt quinq; benignitates singulæ suâ constantes Centuria, unde 500. Et sic in humero sinistro quinque sunt severitates, ut dictum supra Cap. 14. Isti autem humeri non sunt ipsa brachia, sed illud membrum humeri quod connectit brachium cum corpore (& axilla dicitur) ut notum est, quod memineris.

§. 19. Tun

§. 19. Tunc ergo Kain prodiit primus de ſpecie ſeveritatum quæ in humero ſiniſtro: & poſt eum Hebel è benignitatibus quæ in humero dextro.

§. 20. Patet ergo duas eſſe ſpecies diminutionum cerebri poſt peccatum Adami. Cùm enim propter peccatum ejus cognitio deſcenderet intra duos humeros, profectò inſigniter diminuta eſt lux ejus quam habuerat antea, cum eſſet intra ſapientiam & largitionem intellectûs. Quamvis igitur eſſet ipſa cognitio, illius tamen lux diminuta erat admodum, prout & ſupradictum eſt, cum de placenta mundi egimus, quæ eſt ſpecies duorum humerorum, notione tamen valde diminutâ; ita ut nihil in illis manſerit, niſi ſpecies tantum Pſyches. Et hæc eſt diminutio una quoad ſtatum interiorem & ſupernum in capite. Atque deinde etiam in ſtatu exteriore diminutio facta eſt; prius enim cognitio deducebatur è membro capitis ipſius; jam vero ab extra prodit è membro humeri, quod multo inferius eſt. Nec reſtitui poſſunt hæc usque ad adventum Meſſiæ, & poſt reſurrectionem, ubi reſarcientur omnes defectus, & cognitio iterum aſcendet in locum ſuum atque in caput. Atque tunc animæ, quæ ab hac radice ſunt, fulgorem emittent è cognitione, quatenus quam fulgentiſſima eſt in ipſo capite: imò natura quoque illius exterior prodibit è membro capitis ipſius, atque è cranio. Atque hæc omnia fiunt per præcepta, quorum obſervationi homo dat operam in hoc mundo. Quod autem ad ſtatum externum humeri attinet, oblitus ſum, an mihi non dixerit Magiſter meus, eundem non ceſſaturum eſſe poſt reſurrectionem in homine, quamvis ille aſſecutus fuerit lumen externum capitis. Nam cum ſemel illuc aſcendit humerus, non fiet, ut iterum deſcendat: An verò quælibet pars iterum reditura ſit in locum ſuum, & ad radicem ſuam, ita ut ambæ partes ab invicem ſeparentur? Videor mihi tamen potius audiviſſe, quod ſemper permanſura ſit lux illa externa humeri cum ſua interna.

Cap. XXIII.

§. 1.

JAmque exponemus, quanta ſit prærogativa inter animas deſcendentes à Kaino & Hebele, & inter animas reliquas: item quæ ſit differentia inter ipſum Kainum & Hebelem. Jam diximus igitur, quod nullæ animæ vocentur Kainicæ & Hebelicæ, niſi quæ vocantur placenta mundi, & quæ fermè ſunt ſpecies emanationis, ut dictum ſupra cap. 1. Unde magnam habent prærogativam præ cæteris. Primò enim parum abeſt, quin iſtæ animæ ſint ipſa ſpecies Pſyches emanativæ; quamvis in Pſyche ſua factiva. Et ſecundò etiam quoad revolutionem; nam cum quis prima vice in mundum venit poſt mortem Kaini & Hebelis, animamque quandam accipit de illorum genere; illa vocatur nova, & non vetus; & ſtatim adipiſci poteſt gradus ſuos à Pſychæ factiva, usque ad Pſychen emanativam, prima nempe vice: quod dici nequit de reliquis animabus, ut dictum ſupra cap. 8.

§. 2. Patetque etiam, omnem illum, cujus anima dependet ab iſta radice, qui ſunt duo humeri Adami, nimirum Kaino & Hebele, nempe de ſpecie placentæ mundi;

illum quamprimum prima illa vice assecutus fuerit Psychen emanativam, revera deinde vocari Angelum, prout uberius dicetur infra, cum agetur de Elia b. m. & Elkana, qui vocantur Angeli.

§. 3. Aliud quoque istis est commodum, quia, quæ à membris reliquis dependent animæ, ut à brachiis vel pedibus, & similibus, illæ procul ab invicem distant: sed quæ ad hanc radicem pertinent duarum nempe axillarum, omnes sunt conjunctæ & unitæ invicem quam maxime, prout apparet in figura axillæ; quæ rotunda est, nec extenditur in longum vel in latum. Atque hinc magnum oritur emolumentum animabus istis vicinis, ut nimirum alia aliam juvare queat admodum; imò ut omnes fermè quasi sint unum & idem. Atque hoc perspicuum est.

§. 4. Porrò adhuc aliud ipsis est emolumentum; quod præterquam quod sint de specie emanativa, etiam pertineant ad genus coronarum inter animas, unde vocantur placenta mundi: quod ita non occurrit in reliquis animabus, quippe quæ tantum descendunt de 9. numerationibus inferioribus cujuslibet numerationis in specie, sicut dictum est.

§. 5. Adhuc alia ipsorum prærogativa in hoc consistit, quod istæ animæ placentæ mundi non immersæ sint corticibus; & remanserint in Adamo: unde non tanto opus habent labore, ut restaurentur, tollantque maculam illam, quæ ipsis adhæsit cum reliquæ inmergerentur intra cortices. Sed reliquæ animæ, quæ de'apsæ sunt ab Adamo, & immersæ corticibus, magno opus habent labore, donec restituantur. Alia prærogativa in hoc consistit, sicut diximus cap 15. quoniam vocantur placenta mundi, & sunt species coronarum, quamvis jam per peccatum Adami labem contraxerint, ita ut lux earum in tantum sit diminuta, ut similis tantum sit luci regni, quod tamen tempore adventus Messiæ & resurrectionis mortuorum recuperaturæ sint lucem suam primitivam, quam habuerant ante peccatum, ut sint coronæ plenariæ, & non regni saltem notio. Atque tunc etiam cognitio Microprosopi, quæ descendit intra humeros, redibit in locum suum intra caput; ita, ut quod antea fuerat corporis portio, nunc sit portio capitis, ut dictum supra cap. 22. Unde & istæ animæ, quæ pertinent ad species istorum humerorum, postmodum ascendent in gradum cerebri perfecti superius in capite detenti.

§. 6. Jamq; convertemur ad differentiam, quæ est inter ipsos fratres Kainũ & Hebelem. Notum autem jam antea est, quod benignitates descendant de parte masculi, & severitates de parte fœminæ. Et hæ benignitates atque severitates gradatim ascendunt usque ad benignitates atque severitates Macroprosopi, & Senis decrepiti.

§. 7. Parte autem quinta hujus libri expositum est, quod severitates Cainiticæ semper sint manifestæ, dum sunt in corpore Macroprosopi, nec unquam occultentur: quod ita non est in benignitatibus; quæ nimirum occultatæ sunt intra fundamentum senis. Nec non, quod severitates inceperint prodire è fundamento Senis latentis intra corpus Macroprosopi: & inceperint manifestari ante benignitates. Unde patet, quod quicunque est de specie severitatum facultatem habeat restaurandi animam suam, eandemque elevandi de specie in speciem, & de fortitudine in fortitudinem usque ad illas for-

fortitudines seu severitates senis decrepiti, quæ sunt manifestæ: & talis anima ab illis accipere potest lucem magnam publicamque & manifestam. Quod ita se non habet cum eo, qui ortum habet à benignitatibus: quia talis nullum ab iis accipit influxum, nisi quatenus contectæ sunt atque occultatæ: & quamvis per se majores sint severitatibus & rigoribus; nihilominus respectu accipientis minores reputantur, quia minus ab iis accipi potest, unde in Prov. 27,5. dicitur: *Melior objurgatio manifesta, quam amor occultus*, sicut dictum parte 2.

§. 8. Adhuc alia datur ratio, (quare severitates sint meliores) quoniam notum est, quod cognitio Microprosopi est duplicata juxta illud 1. Sam. 2. v. 3. *Deus Cognitionum Dominus est*. Sicut etiam cognitio de parte Patris, quæ continet benignitates & severitates, & inseritur atque vestitur intra fundamentum maternum: Notumque est, quod duo illa fundamenta, quibus insertæ sunt duæ cognitiones involvantur sibi invicem: & porro quoque notum est, quod fundamentum Patris sit longum; Matris autem breve! unde patet, quod fundamentum Maternum finiatur intra pectus Microprosopicum: & fundamentum Paternum pertingat usque ad finem fundamenti Microprosopici: sicut dictum est part. 4. Unde patet, quod benignitates & severitates, quæ descendunt de parte Patris, obtectæ sint tegmine duplici, nimirum duobus fundamentis Paterno & Materno: unde lux ab illis prodiens exigua valde est. Sed benignitates & severitates descendentes è parte Matris unum saltem habent tegumentum, nimirum fundamentum maternum. Unde animæ, quibus abinde influxus est, lucem habent multam magnamque admodum. Porrò etiam à pectore & porrò deorsum, ubi fundamentum Patris prorogatur, severitates & benignitates luminosæ sunt, quia nullo tegmine obvolutæ sunt. Atque hinc intelliges, quod animæ, quæ descendunt à benignitatibus & severitatibus occultatis, tantæ non sint, quamvis sint sublimiores: juxta id, quod in Talmude dicitur: Mundum vidi inversum, ubi superius inferius, & inferius superius erat.

§. 9. Deinde adhuc datur alia ratio, quia nempe benignitates & severitates Patris non lucent, nisi per Maternas, sicut ibi deductum est cap. 26.

§. 10. Alia item ratio hæc est: quod nempe severitates prodeant & manifestentur primum è fundamento materno in corpus Microprosopicum, ut dictum supra. Hinc Kain erat primogenitus: juxta illud, Proverb. 12. v. 4. *Mulier fortis corona mariti sui.* Quia ille de parte severitatum descendebat, quæ designant regnum. Unde dixerunt Magistri nostri b. m: In mundo venturo fore, ut justi sedeant cum coronis in capitibus suis. (Confer Apoc. 4. v. 4.) Ubi per coronam intelligitur regnum, quæ est uxor existens super caput justi, qui est maritus, quæ sunt benignitates. Futuro autem tempore omnes animæ à severitatibus prodeuntes, & de hac specie Kaini, erunt sacerdotes. Notum autem, quod ad benignitates referantur sacerdotes; & ad severitates Levitæ. Futuro autem tempore ordo erit inversus. Atque hinc primitùs cultus etiam exercebatur à primogenitis, qui sunt de specie severitatum. Et sic etiam de Davide, qui pertinet ad regnum, dicitur Psal. 89. v. 28. *Ego ipsum primogenitum ponam.* Ubi in voce אתנהו *ponam eum*, He præmittitur ante Vav, id est, uxor ante maritum. Deinde autem cultus

tus ab illis tollebatur, & conferebatur sacerdotibus, qui sunt de parte benignitatum. Futuro autem tempore severitates erunt restitutæ, & cultus reddetur primogenitis, qui sunt Levitæ. Atque id vaticinatus est Jecheskel dum inquit, cap. 44. v. 15: *Et Sacerdotes & Levitæ filii Zadok.* Ubi sensus est, futuro tempore sacerdotes omnes fore è Levitis. Nec alium invenimus, qui ista vaticinatus sit, quam Jecheskelem Prophetam, qui erat de specie Caini; ut infra dicetur. Vaticinium hoc etiam non intelligendum est, nisi de tempore venturo, quia tunc justi sedebunt, & coronas habebunt in capitibus suis, sicut dictum est. Et caput Hebelis, à quo hactenus fuerunt sacerdotes, futuro tempore erit in loco Levitarum. Mysterium autem in hoc consistit, quod tota radix sacerdotii non in benignitate, sed in severitate locum habeat. Quoniam severitas est primogenitura, & primogenitus etiam accepit coronam sacerdotii. Quamvis hoc in mundo benignitates multò sint puriores, & malum in illis paucum. Sicut & notum est, quod cortices non applicentur nisi ad severitatem, ubi locum habent fæces vini. Quare illæ hoc in mundo sub se habent sacerdotes. Unde etiam intelligitur illud Exod. 4. v. 14. *Annon Aaron frater tuus Levita est* &c. Ubi dixerunt Magistri nostri b. m: Quod Moses esse debuerit Sacerdos magnus; Aaron autem Levita: quia autem Moses peccaverit, dicendo: *Mitte, quem missurus es:* hinc iratum dixisse Deum: *Annon Aaron frater tuus Levita est.* Ut sensus sit, quamvis Aaron hactenus fuerit Levita, nunc tamen erit Sacerdos: Moses autem, qui hactenus Sacerdos fuerat, nunc erit Levita.

§. 11. Et quia Kain de parte severitatum descenderat; & cortices eidem adhæserant; hinc excellentiam primogenituræ, quæ erat sacerdotium, amisit. Futuro autem tempore cum purificatæ erunt omnes penitus animæ Kainiticæ, primogenituram suam & sacerdotium suum recipient. Et Jecheskel, qui erat de specie Kaini, ut dictum supra, & vaticinatus est, de sanctuario aliquando venturo, de illa generatione vaticinatus est, cum inquit: *Et Sacerdotes & Levitæ filii Zadok.* Cùm tamen non fuissent Levitæ, sed Sacerdotes. Non enim dicit, Levitæ, qui sunt filii Zadok, sed id intendit, quod Sacerdotes filii Zadok iterum fieri debeant Levitæ: & Levitæ venturi sint in gradum Sacerdotum filiorum Zadok.

§. 12. Atque tunc implebitur, quod Deus dicebat Kaino: Gen. 4. v. 7. *Nonne si benefeceris elevatio tibi*, vel potius primogenitura. Nullum enim verbum ex ore Dei prodit, quod frustraneum sit, sicut dixerunt Magistri nostri b. m. ad locum illum: Exod. 32. v. 10. *Jamq; dimitte me &c. Et faciam ex te gentem magnam.* Jam verò notum est, quod particula שְׂאֵת denotet primogenituram & sacerdotium. Eâdem enim phrasi dicitur וַיִּשָּׂא &c. Levit. 9. v. 22. *Et elevabit Aaron manus suas.* Ubi denotatur sacerdotium sicut dixerunt Magistri nostri b. m. Atque idem quoq; denotatur per locum Genes. 49. v. 3. Potior שְׂאֵת sacerdotio, & potior robore. Ubi Paraphrastes Chaldaicus: Tibi deberetur sacerdotium & primogenitura. Regnum autem intelligitur per robur juxta illud 1. Sam. 2. v. 10. *Deditq; robur Regi suo.* Sacerdotium autem & primogenitura denotatur per particulam שְׂאֵת: sicut etiam prolixè de his agemus cap. 32. & 34. Ubi agemus de Rubene, qui etiam revolutio fuit Caini atque deinde porro revolutus fuit

=throne, quod denotatur voculâ יתר Gen.49. v.3. Nam Ruben primogenitus
t Kain: Et in ipso compleri debebat dictum illud Gen. 4. v.7. *Nonne si benefe-*
cerdotium tibi. Quia tum malum incepit ab ipso secerni, & bonum relinqui.
Ruben peccasset cum Bilhah; duas accepisset portiones, sacerdotium nempe &
, quia & ipse primogenitus erat: sed ista perdidit Ruben, nec restitutus est nisi
one. Confer Gen. 49.v.3. Et Exod.4.v.18. *ad Jether socerum suum:* namque &
יתרו loco eit. & nomen יתר easdem habent literas. Et sic in Sohar sectione Bre-
ol.36. ad locum Gen. 4. v.7. dicitur, quod Jethro fuerit primogenitus, & præ-
semper fuerit omnibus. Sed sapienti satis.

13. Unde patet, quod Kain non frustra fuerit primogenitus, & dictum ipsi fu-
nne si benefeceris &c. Id tamen ipsi accidit, quod Regibus illis Edomiticis,
s Gen.36. v.31. qui omnes erant de notione regni, & habebant naturam seve-
, quare ad ipsos sese applicuerunt cortices, ut moriendum iis fuerit, sicut scri-
n.36 v.32. *Et mortuus est, & regnavit.* Donec venirent benignitates, nimirum
rus, & nomen Tetragrammaton plenitudine exprimens numerum 45, cui no-
dar: atque tunc restauratæ sunt severitates per benignitates. Futuro autem
Tetragrammaton numeri 52 ad severitates pertinens ascendet in locum suum
n pristinum super Tetragrammaton 45. designans, quia Tetragrammaton nu-
bidem habuit radicem suam.

14. Atque sic etiam res se habet cum Kaino & Hebele. Nam quia Kain è seve-
ortum habet, hinc major est quàm Hebel. Propter has severitates autem ad il-
applicuerunt eique adhæserunt naturæ exteriores, & spurcities serpentis adhæ-
n maxime: Erat enim de parte severitatum, quæ sunt notio fœminina, sicut
Idra sectione Nason fol.143. Ubi verba sunt: Senex autem repræsentare vo-
. Et congrediebantur duo illi, nempe Microprosopus & uxor ejus: prodibat-
arte uxoris, quæ sunt severitates. Sicut scriptum est: *Et Adam cognovit*, id est
osopus. Atque hinc deductæ sunt guttæ Caini. Sed quia serpens robustus in
njecerat inquinamentum; hinc illud latus, quod est severitatum, non potuit
unde prodierunt cortices citra mitigationem. Cumque prodiret Kain, è la-
ris prodiit, qui locus est severitatum. Hæc autem exinde remansit paulo mi-
d factum est per quinque benignitates, & aquas fœmininas; unde prodiit He-
r paululum: non tamen penitus sicut Scheth, qui totus constabat è benigni-
sicut dictum est cap.22. Eadem quoque habentur sectione Noach fol.64. &
Pekude de Palatiis. Sicut enim dextrum & sinistrum est in sanctitate, ita & in
is. Jam enim supra cap.1. diximus, quod Adam Belial existat, sicut Adam san-
odque malum bono permixtum sit. Patet ergo, quod malum illud sinistrum,
er cortices erat durissimũ, & inquinamentum vehementissimum adhæsit Kaino.
Sohar dicitur: quod Kain fuerit domicilium impuritatis; non autem ipsa im-

. Hebel autem à dextris erat; & malum dextrum, quod mollius est, eidem ad-
Cùm autem restituentur, Cain major erit Hebele multis modis. Quod etiam
uu de-

demonstratur per aurum, quod argento multo est præstantius, sicut etiam scri
aurum argento præposuit, sicut dicitur: Exod. 25. v. 3. *Et hæc est elevatio auru*
gentum &c. Aurum enim refertur ad severitates: & argentum ad benignitates.
quoque Salomo Rex, super quo pax! argentum non æstimavit; sed aurum tantu
hilominus tamen propterea punitus est, quia aurum non ad usum accommoda
per argentum, quæ sunt benignitates. Verè tamen aurum argento sublimius
etiam cap. 24. ubi de his plura.

§. 16. Huc etiam pertinet diminutio Lunæ; quod conquesta sit de So
pterea facta est sit minor. Et huc etiam pertinet maledictio fœminæ Gen 3.
donabitur tibi. Sicut habetur in Sohar Vajakhel fol. 219. ubi plura de his.
autem mulier exivit è maledictione, absorbebitur mors in æternum; & illa er
mariti sui. Quod nota. Vide etiam, quæ scripsimus dissertatione 1. part. 2. ca

§. 17. Jamque satis explicuimus prærogativam Kaini & Hebelis præ
mabus, postquam nimirum restituti erunt. Item prærogativam Kaini præ Heb
tenus nimirum primogenitus fuit. Expositum quoque est, ad quod memb
mi primi pertinuerint, nempe ad duos humeros Adami, & notionem cogniti
illuc descenderat: quamvis revera radix eorum fundamentalis superius esset in c
ne in capite Adami; quo etiam tempore futuro post resurrectionem Kain & He
rum elevabuntur, nempe in ipsam cognitionem; sed Kain in severitates illius c
nis; & Hebel in benignitates ejusdem.

Cap. XXIV.

§. 1.

POstquam jam explicuimus ea, quæ pertinent ad Kainum & Hebelem, o
nimas ab illis descendentes, quæ omnes spectant ad notiones benignita
ritatum cognitionis, quatenus descendit intra duos humeros: jam hoc idem
lixius declarabimus. Naturam autem Scheth reservabimus usque ad cap.

§. 2. Primo igitur memineris eorum, quæ jam diximus de peccato A
plastæ, quod nempe Microprosopus duas habeat uxores, quarum una est R
tera Leah: quodque Leah initium habeat à loco cognitionis Microproso
in pectore ejusdem: qui est finis triadis primæ corporis Microprosopici. D
tem peccatum Adami Protoplastæ causa fuit, quod cognitio Microprosop
rit intra duos ejus humeros: unde & Leah, quæ prodit in parte postica Mi
è regione cognitionis ejus, descendit pariter: initiumque accepit à pector
cta est statura ejus, usque ad finem triadis primæ fundamenti. Unde patet, q
vatio extiterit non tantum in cognitione, sed etiam in Leah, nec non in Rach
Leah primò habebat finem in pectore, ubi deinde incipiebat Rachel, prod
usque ad finem pedum Microprosopicorum. Jam verò cum descendit statur
que ad finem triadis primæ fundamenti Microprosopici; ibidem demum incip

tet, quod pedes ejus descendant in mortem; quia enim pedes ejus locum non ha-
emanatione, hinc descendunt in mundum creativum, cui adhærent cortices:
ud Prov. 5. v. 5. *Pedes ejus descendent in mortem*, ut dictum alibi.
3. Dantur autem defectus adhuc alii. Nam cum cognitio adhuc superius esset
e Microprosopi, tunc locus erat angustus, nempe guttur, per quem transire de-
benignitates & severitates, ut extenderentur in corpus Microprosopi. Atque
imò descendissent benignitates, quæ locum illum dilatassent. Deinde autem de-
ent severitates. Si ergo primo descendissent quinque benignitates, eædem ex-
issent in quinque extrema à benignitate nempe usque in gloriam, quæ sunt quin-
benignitates: & deinde cum descendissent severitates, eædem porrò demissæ es-
ue ad fundamentum; atque exhinc deductæ in caput Rachelis, inque ejus co-
em, ut dictum.
4. Cùm autem primo prodirent severitates, eò quod cognitio descenderit in-
humeros in locum ampliorem: tunc primò incipiebant severitates extendi per
Microprosopicum, nec erat locus benignitatibus, quo extenderentur. Unde
uod debilitatæ fuerint vires Microprosopi ad instar mulieris per peccatum Ada-
plastæ: quoniam locô benignitatum severitates accepit.
5. Neque id sufficit, sed adhuc alius subortus fuit defectus. Cùm enim cogni-
ius esset in loco suo; locus erat quinque benignitatibus quo sese extenderent,
à benignitate usque ad gloriam; severitatibus porro descendentibus in funda-
. Jam verò postquam descendit cognitio in pectus, ne quidem severitatibus lo-
it omnes extenderentur per corpus microprosopi, sed ex parte saltem prout ex-
us. Atque hi defectus omnes repeiuntur in Microprosopo ipso.
6. Dantur tamen defectus quoque alii in Rachele & in Leah. Sicut enim quin-
gnitates extenduntur in Microprosopo; ita quinque severitates extenduntur in
mirum à benignitate ejus usque ad ipsius gloriam. Jam verò post peccatum A-
m in ipso Microprosopo ordo iste & extensio quinque benignitatum locum
erent; etiam in Lea quæ est uxor ejus, ordo similis observari non potuit, nec in
se extenderunt quinque severitates omnes per corpus ejus: Sed omnes congre-
seque demiserunt in fundamentum ejus ubi remanserunt. Jam autem nosti,
inque severitates quæ in fundamento mulieris sunt, sint notio aquarum ejus
arum.
7. Major autem labes exorta est in Rachele. Nam persona Leæ completa erat
c consistebat vitium, quod severitates à cognitione descenderint in pectus, &
fundamento ejus exhinc factæ essent aquæ fœmininæ. Rachel autem com-
on habebat staturam; quia pedes ejus descendebant in mundum creativum, ut
upra. Unde in ipsa nulla est notio aquarum fœmininarum; quia non est perfe-
n igitur copulandi essent Microprosopus & uxor ejus, juxta similitudinem A-
havvæ, ut generarentur animæ Kaini & Hebelis; necesse fuit ut uxor micro-
quæ est Rachel, ascenderet in locum Leæ, ita ut Rachel atque Lea simul com-

prehensæ fuerint & facta sit una tantum notio. Atque sic aquæ fœmininæ Lex datæ sunt Racheli, quæ iisdem carebat: Et per aquas has fœmininas Lex Microprosopus congrediebatur cum Rachele, produxitque animas Kaini & Hebelis. Quia autem quinque severitates primo se extenderant per corpus Microprosopi; hinc Kain primò prodiit è severitatibus.

§. 8. Dicuntur autem prodiisse è Microprosopo, quia radix severitatum semper consistit in masculis personis: Originem enim suum habent à gloria Senis; ut dictum est cap. 22. Et deinde descenderunt in duos humeros Macroprosopi; inque duo brachia ejusdem quæ vocantur benignitas & severitas: & ex illa severitate porro descenderunt hæ severitates in cognitionem Microprosopi: adeoque semper fuerunt in masculis, tantum cum descendissent in uxorem ibique adauxissent corpus fœminæ, extunc vocantur fœmininæ. Et hæc sufficiant.

§. 9. Jam ergo diximus supra, quod quinque hæ severitates primo se extenderint in corpus microprosopi, quoniam cognitio ejus descenderat infra: unde patet, quod cum copularetur Microprosopus cum uxore sua Rachele, gutta prima seminalis defluxerit à severitatibus, quæ prius prodierant, seseque per illum extenderant: Atque hinc Kain prodiit prior tanquam notio severitatum: Eique competit jus primogenituræ. Deinde autem prodierunt & benignitates, quæ sunt Hebel.

Cap. XXV.

§. 1.

Postquam jam exposuimus Capite præcedenti, quod Kain prodierit à Severitatibus quæ prius sese extenderint per corpus microprosopi: nunc quoque dicendum est, quomodo id se habeat in specie. Scito ergo cum cognitio locata fuit superius in Capite Microprosopi loco suo vero, intra sapientiam & informationem microprosopi, quod tunc locus transitus nempe guttur microprosopi sat angustus fuerit, ita ut primò prodeundum fuisset benignitatibus, quamvis consisterent supra Severitates: quia nimirum sunt quasi aquæ per quas aperiendus fuit locus atque transitus: per aquas enim quæ sunt benignitates dilatatur transitus: & deinde porro prodiissent severitates. Atque hæc est conditio una quod nempe prius exire debuerint benignitates.

§. 2. Alia tamen hic est conditio, quia nempe benignitates primo prodiissent, hinc primo sese extendissent per corpus microprosopi, nimirum à benignitate usque ad gloriam. Et deinde cum prodiissent severitates non habuissent locum sese extendendi: sed descendissent in fundamentum: atq; inde traditæ fuissent in uxorem ejusque cognitionem, quæ locata est è regione fundamenti Microprosopi ut dictum.

§. 3. Jam verò postquam cognitio descendit intra humeros in triadem primam pulchritudinis microprosopi ubi est pectus: hinc patet, quod locus iste sit amplissimus; atque tunc severitates, quia erant in cognitione ipsa, & quidem inferiores benignitatibus (notum enim quod cognitio in se contineat benignitates & severitates:) primo

prodi-

prodire volebant. Sed non potuerunt:quia tunc neq; benignitates, neq; severitates ipsæ habebant vasa. Quia enim cognitio microprosopi inserta erat fundamento matris, ut notum est; & descendit usque in pectus: & corolla fundamenti materni, quæ antea erat in pectore jam descenderat in triadem primam fundamenti Microprosopici: Hinc duo brachia, quæ sunt benignitas & severitas, item pulchritudo Microprosopi, nec non trias fundamenti Microprosopi obtectæ erant velamento quodam, nimirum victoria & gloria maternis: Unde nullus erat locus severitatibus, nisi in duabus triadibus inferioribus fundamenti microprosopici, & in victoria & gloria ejus. Et quia fundamentum maternum descenderat usque ad triadem primam fundamenti microprosopici,& consequenter etiam victoria & gloria matris descenderant in victoriam & gloriam microprosopi: Hinc etiam victoria & gloria microprosopi nullum habebant locum in quem extenderentur Severitates.

§. 4. Scito autem quod descensus patris & matris fundamentaliter non fiebat nisi ratione fundamenti sui tantum: Sed victoria & gloria illorum manebant in loco suo primo, nimirum in capite microprosopi. Nisi enim hoc fuisset, tunc cum cognitio microprosopi descendit usque ad pectus, etiam Sapientia & informatio Microprosopi descendissent in locum benignitatis & severitatis: cum tamen non descenderet nisi linea media, quæ est notio fundamenti tantum, quæ antea satis jam declarata sunt, ubi egimus de peccato protoplastæ.

§. 5. Hinc ergo patet, quod non manifestatæ sint atque extensæ nisi duæ tantum severitates & duæ Triades severitatum in duabus triadibus inferioribus fundamenti. Duæ autem severitates reliquæ & una trias earum supra remanserunt in cognitione, cum quinque benignitatibus; quia ipsis non erat locus sese ulterius extendendi.

§. 6. Cum igitur copularentur Microprosopus & uxor ejus, ille in uxorem immisit unam guttam aquarum masculinarum, nempe duas severitates illas & duas triades earum; quæ manifestæ erant: Rachel autem cum ascenderet, ut copularetur cum Microprosopo pro aquis fœmininis, quas ipsa non habebat, sicut dictum cap. 25. adhibuit quinque illas severitates; quas mutuò acceperat à Leah. Atque tunc prodiit Kain primogenitus ab istis notionibus, quæ nimirum sunt duæ severitates & duæ tertiæ earundem Masculinæ, & quinq; severitates aquarum fœmininarum à Rachele, quamvis fundamentaliter essent à Leah: quæ omnes sunt octo minus una tertia. Et hæc est natura Kaini.

§. 7. Deinde autem prodiit Hebel sequenti modo. Cum nimirum prodiissent duæ illæ severitates & una tertia per dictum congressum, ut produceretur Kain; locus illarum manebat vacuus: atque tunc quoque descendebant severitates reliquæ, quæ sunt duæ & una tertia: nec non una tertia benignitatis, ultima nempe, quæ in pulchritudine: iterumque copulatus est Microprosopus, ut produceret aquas masculinas pro generatione Hebelis; quæ erant duæ severitates cum una tertia, & una tertia benignitatis: & Rachel iterum elevabat id loco aquarum fœmininarum, quod altera vice mutuo acceperat à Leah eodem modo, quo dictum de Kaino.

§. 8. Quamvis enim severitates tantum extendantur in corpore uxoris Microprosopicæ; & benignitates in corpore Microprosopi; nihilominus ob fulgorem benignitatum extensarum per corpus uxoris, severitates illæ ejusdem descendunt in fundamentum Leæ ceu aquæ fœmininæ: ita ut in Leah sint duæ species, benignitates & severitates.

§. 9. Et primo Rachel à Leah mutuo accepit quinque severitates infra in fundamento ejus existentes, pro usu aquarum fœmininarum ad congressum, quo producendus erat Kain. Deinde autem & benignitates descenderunt in fundamentum Leæ, easque pariter mutuo accepit Rachel pro aquis fœmininis ad productionem Hebelis necessariis. Unde patet, quod Hebel provenerit à duabus severitatibus & una tertia earundem, nec non una tertia benignitatis masculinarum: & à 5. benignitatibus aquarum fœmininarum, quas Rachel mutuò acceperat à Leah, eodem modo ut dictum de Kain: quæ omnes efficiunt octo minus una tertia, unde Hebel prodiit.

§. 10. Jam igitur satis declaratæ sunt omnes circumstantiæ speciales circa naturam Kaini & Hebelis: dictumque simul, quamvis benignitas primogeniti locum habeat; quod tamen, quia severitates primum prodierant; Kain dicatur primogenitus. Dictum etiam, quod Kain totus constiterit è severitatibus, & nulla in ipso fuerit benignitas: unde Kain judicium fuit durum atque vehemens; quare ipsi adhæsit impuritas atque malum plus quam Hebeli: In quo existebant quinque benignitates fœmininæ intermixtæ cum severitatibus ejusdem, ita ut mixtam partem benignitates prævalerent severitatibus ejus: unde mitigatior erat, sicut dicitur in supplementis fol. 111.

§. 11. Quia tamen etiam Hebel proveniebat à severitatibus Masculinis; & benignitates, quæ in eo, non masculinæ erant, sed fœmininæ; hinc nihilominus ulteriorem ipse habuit meliorationem, quamvis jam ante mitior esset, quam Kain frater ejus.

§. 12. Hinc quoque intelliges excellentiam Kaini præ Hebele, quod nempe primogenitus esset: & sic quoque excellentiam ejus præ cæteris animabus omnibus, quamvis provenerit à severitatibus masculinis, ut dictum supra cap. 24. Nam cum cognitio superius esset in capite, & severitates masculinæ prodirent è fundamento Microprosopi tempore congressus; tunc severitates remotæ admodum erant à radice sua, quæ est corolla severitatis existentis in cognitione; ita ut lumen earum valde esset diminutum. Jam vero pòstquam cognitio descendit usque ad pectus Microprosopi, prodeuntes illæ severitates ad generandum Kainum admodum sunt vicinæ imò proximæ suæ radici, lumenque maximum de se spargunt. Et quamvis severitates Kaini sint ultimæ in extensione, quæ primo descenderant, nempe severitates victoriæ & gloriæ, & duæ tertiæ inferiores pulchritudinis: nihilominus tamen, quia cognitio descenderat usque ad pectus; hinc severitates victoriæ & gloriæ quasi factæ sunt severitates benignitatis & rigoris ipsius: ita ut victoriæ quidem & gloriæ essent; luce tamen benignitatis & rigoris fulgerent.

§. 13. Cumque jam pateat, quod Kain fuerit à severitatibus victoriæ & gloriæ & duabus tertiis pulchritudinis, quæ omnes erant manifestæ, jamque notum sit antea, quod

uod in severitate gloriæ etiam hæreat notio regni, cui datur nomen mulieris fortis, sic- t dictum cp. 22: Adhæreatque calcaneo pedis sinistri, cui nomen gloriæ: ibique appli- itum sit caput ejus, juxta Genes. 3. v. 15. *Et tu conteres ipsi caput.* Unde tamen pro- iit R. Akibha, ut pluribus infra dicetur: hinc satis apparet, quanta sit istius calcanei xcellentia, quia de illo dicitur Allegoricè: Prov. 12. v. 4. *Uxor fortis corona mariti sui.* Qui locus si conferatur cum Genes. 4. v. 7. *Si benefeceris,* שְׂאֵת *elevatio:* vocula שאת er metathesin est אִשָּׁה mulier. Eidemque debetur jus primogenituræ, & sacerdo- um & regnum. Atque hæc est placenta mundi fundamentaliter; & illa cum veritate ocatur placenta, de qua dicitur Numer. 15. v. 20. De primitiis panificii vestri separa- itis placentam. Unde deinde omnes hæ notiones Kaini, quæ pertinent ad genus syches emanativæ generatim dicantur placenta mundi cum revera illa tantum sit pla- enta. Hic igitur calcaneus sublimem satis gradum sortitus est. Et huc pertinet, quod Magistri nostri bonæ memoriæ dixerunt de R. Akibha: sic ascendit in cogitatio- em, ut suo loco dicemus.

§. 14. Deinde Adam generavit Scheth, cujus natura patebit è sequentibus. Jam enim ictum est, quod Kaino & Hebeli datæ sint quinq; severitates masculinæ: & una tertia enignitatis infimæ è benignitatibus, ita ut adhuc remanerent quinque benignitates inus una tertia pro aquis masculinis. Nec mirum est, quod in Kain & Hebel nonnisi veritates manifestæ descenderint: quæ sunt duæ severitates & duæ tertiæ: hîc autem mul & semel descenderint omnes quinque benignitates una tertia minus. Ratio enim supra dictis patet: quod nempe benignitates sint ad instar aquarum, sicut enim aquæ, ua data porta ruunt velociter, nec impediri possunt: sic etiam benignitates, cum inci- erent prodire ad generationem Scheth, omnes decurrebant simul.

§. 15. Quod si objicias, etiam in Hebele prodiisse tertiam unam benignitatis, un- e merito quæstio sit, quare non secutæ sint benignitates reliquæ? respondetur, quia gut- congressus nonnisi per cogitationem & phantasiam prodit, evibraturque instar sagit- e: atque tunc in Hebele tertia ultima erat manifesta è benignitatibus, hinc illa prodi- it. Ex quo enim natus erat Kain, locus ille manserat vacuus, atque illuc se extende- nt duæ severitates reliquæ & una tertia severitatis cum una tertia benignitatis: atque unc benignitas retecta descendebat; reliquum autem suo loco remanebat, eo quod in- ntio fundamentalis & fundamentum illius guttæ directum erat ad severitates. Jam ero cum natus esset Hebel, & locus ille vacuus fuisset vice altera; tunc illuc descende- nt duæ benignitates & duæ tertiæ benignitatis, & manifestabantur: cumque veniret mpus copulæ, maxima pars benignitatum erat retecta; quibus prodeuntibus etiam liquæ prodibant cum illis tanquam aquæ currentes velociter.

§. 16. Quia autem aquæ fœmininæ jam absumtæ erant: quoniam aquas fœmininas veritatum acceperat Kain, & aquas fœmininas benignitatum acceperat Hebel: jam æstio exoritur, unde jam aquæ fœmininæ ad producendum Scheth? Respondetur au- m, benignitates aliquid reliquisse superstes, cum copiosiores fuerint severitatibus: unde illis residuum erat vestigium in fundamento uxoris: quod non fiebat in severitatibus.

§. 17. Pa-

§.17. Patet igitur, quod aquæ fœmininæ pro generando Scheth fuerint quinque benignitates minus una tertia maſculinæ, & veſtigium quinque benignitatum fœmininarum: quarum ſumma eſt decem una tertia minus.

§.18. Hinc quoque intelliges, quare mundus non prius fundatus vel propagatus fuerit niſi per Scheth. Nimirum quia Kain totus conſtabat è ſeveritatibus: & Hebel quamvis mitigatior eſſet, tamen præter benignitates etiam ſeveritates cõtineret; Scheth autem mitigatus erat penitus, quia nonniſi à benignitatibus proveniebat. Deinde etiam, quia Scheth accipiebat decem numerationes minus una tertia: Kain autem & Hebel ſinguli tantum acceperant octo minus una tertia. Porro quoque Scheth quinque accepit benignitates maſculinas minus una tertia; Cain autem & Hebel ſinguli tantum acceperant tres ſeveritates maſculinas, una tertia minus.

§. 19. Nihilominus tamen una eſt prærogativa Kaino & Hebeli præ Schetho: quamvis ſinguli tantum accepiſſent octo numerationes minus una tertia: & Scheth decem acceperat una tertia minus: nihilominus inter gradus Schethi veſtigium tantum erat, & non omnes radicales, exceptis quinque benignitatibus minus una tertia. Quæ autem in Kain & Hebel, omnes erant fundamentales absque ulla parte veſtigii.

§. 20. Dubium mihi tamen ſuboritur, annon hæc omnia, quæ dixi de Kain, Hebel & Scheth, paulo audiverim aliter à Magiſtro meo. Nempe quod omnes numerationes dividantur in tres triades excepto fundamento, cui non ſunt niſi duæ partes; fundamentum nempe ipſum & corolla ejus. Quo præſuppoſito, quia fundamentum matris deſcendente cognitione deſcenderat usque ad triadem ipſius fundamenti Microproſopi: hinc nihil remanſit manifeſtum in fundamento Microproſopi, niſi proportio corollæ tantum nempe locus unius triadis: eo quod tota longitudo fundamenti duarum tantum ſit graduum. Unde locus retectus tantum fuiſſent victoria & gloria, & una trias fundamenti. Quare Cain nihil accepiſſet, niſi tuas tantum ſeveritates, & unam tertiam retectas: eodemque etiam Hebel, ita ut Scheth acceperit unam tertiam ſeveritatis reliquam, & omnes benignitates. Prior tamen explicatio, prout mihi videtur, oretenus mihi tradita eſt à Magiſtro meo.

§. 21. Porrò adhuc unum mihi reſtat dubium, annon audiverim à Magiſtro, hanc fuiſſe cauſam, quare Cain robuſtior fuerit Hebele, eumque occiderit; quia Kain è meris ſeveritatibus maſculinis conſtaret; Hebel autem quod maximam partem haberet benignitates fœmininas; unde Caino fuerit facultas ſurgendi & occidendi Hebelem. Id tamen huc non pertinet.

§. 22. Jamq; expoſitum eſt, quicquid dicendum fuit de Kain, Hebel & Scheth, de quo ultimo tamen ſuo loco dicenda adhuc plura: jam enim iſta tantum de eo ſcripſi, quæ huc pertinere videbantur, quoniam & ipſe eſſet de notione placentæ mundi, ut Kain & Hebel. Alia tamen vice à Magiſtro audivi, quod Scheth fuerit de illis animabus, quæ delapſæ ſunt à Protoplaſte, immerſæque intra cortices: fieri enim potuit, ut deinde aſcenderent è corticibus intraverintque in Microproſopum, locumque ſuum debitum hæ animæ, indeque prodierint tempore copulæ, ita ut ex illis factus ſit Scheth. Et quamvis dubitem

quom

uomodo id acceperim, inclino tamen in hanc opinionem, quod Scheth fuerit ab illis, uæ delapsæ erant ab Adamo, immersæque intra cortices.

Cap. XXVI.

§. I.

POstquam jam diximus quædam de Cain, Hebel & Scheth, & quo loco substiterint animæ eorum in Protoplaste: jam eadem paulo latius diducemus. Ubi repetendum st, quæ jam diximus de zelem seu imagine Microprosopi, quod nempe cerebra ejusdem nt tria, sapientia, & informatio atque cognitio: quodque tria hæc habeat à Patre, & ria quoque cerebra à Matre: quodque tria illa à Patre prodeuntia inserantur intra vi-toriam, gloriam, & fundamentum Patris, tanquam in vasa sua, & partes suas exterio-es: cerebra autem materna inserantur in victoriam, gloriam & fundamentum matris. Quâ insertione factâ, omnia introducantur simul intra caput Microprosopi, ibique fi-nt cerebra ejus cum vasis tàm paternis quàm maternis. Notum autem victoriam quidem gloriam masculi eodem se habere modo, sicut in fœmina, ita ut æqualiter intra se in-icem recondantur: fundamenta tamen eorum differunt, eò quod masculinum sit lon-um, fœmininum autem breve: Unde cum victoria, gloria & fundamentum Patris in-runtur in victoriam, gloriam & fundamentum Matris, paternum fundamentum per maternum prodit, prominetq; foras, & ulterius porrigitur usque ad ipsum terminum Microprosopi: quoniam statura Patris longior est, quam Microprosopi. Notum quo-que est, quod victoria & gloria tàm paternæ quam Maternæ occultentur & inserantur ntra victoriam, gloriam & fundamentum Microprosopi secundum duo latera, dexterum empe & sinistrum; nec ullo modo revelentur; linea autem media nempe fundamen-um Patris insertum fundamento Materno extenditur per lineam mediam corporis Mi-roprosopi in locum nempe medium vacuumque corporis Microprosopi, ibique mani-estantur. Quia longitudo victoriæ & gloriæ adæquat longitudinem totius Micropro-opi; nec ullam habent portam sive foramen, unde manifestetur lux earum, prodeatque b iis: sed fundamenta foramen habent atque portam, unde lumina se manifestant, anquam de membris naturæ. In hoc tamen differentia est: Quia fundamentum ma-ris breve est, nec extenditur nisi usque ad pectus; ibidemque sit apertum, quanquam altem juxta tramitem fundamenti Microprosopi, quia eo usque extenditur. Funda-mentum autem patris sublimius est pectore, & intra fundamentum matris reconditur: nde à pectore Microprosopi & porro deorsum incipit manifestari.

§. 2. Deinde cerebra quidem Microprosopi ipsa per se sunt cerebra ejusdem: sed par-es eorum exteriores, quæ sunt vasa & vestimenta eorum, sunt victoria, gloria & fun-amentum patris & matris. Et hæc vestimenta id ipsum sunt quod vocatur zelem, sive mago Dei. Deque iis dicitur: Psalm. 39. v. 7. *In imagine ambulabit vir.* Quia vir le qui est Microprosopus, non ambulat nisi mediante imagine, quæ sunt, victoria, glo-

ria & fundamentum Matris & patris; per quos ſtabiliuntur cerebra Microproſopi.S que imago ſine Spiritu, quia non habent notionem cerebrorum ipſorum, ſed tan militudo & imago eorum ſunt, quod notes.

§. 3. Numerus autem צלם id eſt imago, æquipollet nomini אהיה ple pto, adjecto numero integritatis hoc modo: ·אלף· הי· יוד· הי· Jamq eſt, quod nomen hoc אהיה pertineat ad matrem, adeoq; fundamentum no eſt in victoria, gloria & fundamento matris; ſed tamen quatenus paternæ iisde ſunt; nec manifeſtantur niſi per illas. Et tamen eædem quoque vocantur ut illæ.

§. 4. Unde patet, quod dentur duæ umbræ vel imagines, de quibus cap. 2. v. 17. *Donec aſpiret dies fugiantque duæ umbræ.* Et quamvis Nomen ſive imago diſpeſcatur in tres partes, quæ ſunt gloria, victoria & fundamentum lominus in fundamento ſolo locum habent; ob rationem ſupra dictam, qu gloria non manifeſtantur; quicquid autem manifeſtatur de luminibus earum, damento prodit, ut dictum ſupra c. 25. Patet ergo quod fundamentum iſtius צלם ſive imaginis conſiſtat in fundamento patris & matris, quibus inſeruit microproſopi.

§. 5. Duæ ergo hæ imagines ſunt ipſa notio Kaini & Hebelis: quia Kain te matris, quæ denotat ſeveritates:& Hebel ab imagine patris. Et hinc liquet & Hebel ſint de fundamento patris & matris, quatenus tanquam imago ſunt Microproſopi. Et quia primo manifeſtantur lumina quæ in fundamento niam fundamentum ejus finitur in pectore Microproſopi: Hinc Kain prodiit quod primogenito competat prodire priorem.

§. 6. Hinc etiam intelliges excellentiam Kaini præ Hebele: quia paterna nullum habent tranſitum ut luceant, niſi quatenus inſeruntur lum ternis. Unde patet, quod animæ Hebelis teneantur in ſe derivare influ mediantibus animabus Kaini, quod probe notes. Sicuti quoque quædam tigimus Cap. 23.

§. 7. Et quia nomen צלם potiſſimum ſpectat ad imaginem matern pertinent Kain, hinc nomen קין numeris æquipollet voci צלם: notum Kain totus conſtet è ſeveritatibus ſicut mater: Et quia mater vocatur Elo neceſſe eſt, ut nomen Elohim etiam deſignetur in voce zelem. Notum 32. vicibus occurrat nomen Elohim in hiſtoria creationis, quæ nomina r matrem: Numeratis autem literis iſtorum 32. nominum Elohim, exſurge ræ, juxta numerum צלם, & juxta numerum קין.

§. 8. Quia autem etiam in Hebel occurrit imago ut dictum ſupra, qua ſaltem; Hinc etiam in illo deſignantur 32. hæc nomina Elohim, ita ut nomen Metatheſin referat literas הלב id eſt triginta illa duo nomina, de quo plura ubi agetur de duobus humeris.

§. 9. Jam porro notum est, è supplementis fol. 111. 112. & 115. aliisque locis plu-
ibus, quod Kain revolutus sit in illo Ægyptio, quem occidit Moses: idemque porro
evolutus sit in Jethrone socero Mosis. Sicut etiam alibi dictum est in supplementis,
uod Hebel revolutus sit in Scheth & in Mosche: Hinc jam notandum est, prout et-
am innuimus Cap. 4: Quamvis sæpè dicatur N. N. revolutum fuisse in N. N; quod ta-
nen necesse non sit ut idem ille totus sit revolutus: nisi sit de illorum numero, qui re-
olvendi sunt soli secunda vice. Sed maxima pars revolutorum ita se habet, si nempe
evolvatur aliqua Scintilla cujusdam animæ in corpore quodam, & cum illa simul revol-
atur anima quædam alia, quæ sit de radice ejus, ob certas quasdam causas, de quibus
upra. Et quia sunt de radice una, & unius generis, hinc ista illius scintillæ nomine ap-
ellatur. Atque hoc etiam hic locum habet. Quamvis enim dixerimus, quod
Kain revolutus sit in Ægyptio illo & in Jethrone: Hebel vero in Scheth & in Mosche:
Singuli quidem notionem habent propriam, sed omnes de una sunt radice, adeoq; quasi
unum.

§. 10. Ut autem intelligas, quæ sit ratio trium harum revolutionum Kaini & He-
elis; memineris quod supra jam dictum est , Kainum nempe & Hebelem esse duo
undamenta matris & patris, quatenus existunt in Microprosopo, ut dictum supra.
Singula autem fundamenta ista tres habent notiones, nempe partem obvolutam, & par-
em retectam & vaporem. Initium autem faciemus à fundamento patris. Funda-
nentum enim patris vestitum est atque contectum intra fundamentum matris, usque
d locum pectoris microprosopi: Et hæc pars vocatur contecta. Deinde autem re-
egitur fundamentum patris à pectore & porro deorsum; quia ibi jam finem habet fun-
amentum matris; & porro extenditur denudatum usque ad finem orificii fundamen-
i Microprosopici: atque hæc est pars detecta. Porro autem lumina ejus prodeunt
er orificium fundamenti microprosopici sola; atque tunc notio illa dicitur vapor: &
apor iste extenditur foràs intra duo femora Microprosopi.

§. 11. Similes tres notiones etiam occurrunt in fundamento Matris. Quia usque
d pectus Microprosopi illud vocatur contectum; quia lumina ibidem prodeunt sub du-
lici tegmine corporis nimirum microprosopi; & fundamenti materni. Deinde au-
em à pectore & porro deorsum lumina prodeunt omnino nuda: atque hæc vocatur
otio retecta. Attamen non dicuntur vapor prout lumina patris: quia lumina paterna
mnino erat revelata; sed iste vapor adhuc detentus est intra corpus microprosopi, un-
e vaporis nomen non habet: sed tantum notio retecta dicitur. Quod etiam ob aliam sit
ationem: quia alibi declarabimus quod etiam lumina illa, quæ prodeunt è fundamento
aterno, involuta sint in vestigio victoriæ, gloriæ & fundamenti matris: unde non ni-
i denudata vocantur, non vero halitus seu vapor. Deinceps autem eadem lumina et-
am prodeunt per orificium fundamenti microprosopi: atque extra hoc vocantur va-
or. Atque sic tres illæ notiones singulorum fundamentorum satis sunt de-
laratæ.

§. 12. Tres autem isti conceptus materni sunt tres revolutiones Kaini supradictæ: nempe Kain, Ægyptius, & Jethro. Quorum ordo sic mihi videtur instituendus, ut Kain sit portio contecta; Ægyptius aperta; & Jethro vapor. Verum tamen ordinem non rectè memini. Interim quia numerus קין æquipollet numero צלם: zelem autem sive imago designat notionem contectam; hinc mihi videtur hunc esse eorum ordinem. Alias etiam literæ initiales Vocis יֻקַּם illorum verborum Gen. IV. v. 24. *Septies vindicabitur Kain*: designare videntur Nomina יתרו מצרי קין unde intelligitur has esse tres revolutiones Kaini, unde etiam dicitur: *Vindicabitur Kain.*

§. 13. Sed tria lumina notionis fundamenti in patre sunt tres revolutiones Hebelis: quæ sunt literæ Nominis Mosche משה i. e. משה· שת· הבל, sive Moses, Seth & Hebel. Ut autem observes ordinem illorum, sciendum, locum denudatum fundamenti paterni distribui in duas partes: quarum prima est è regione pulchritudinis Microprosopi à pectore usq; ad finem pulchritudinis: quæ sunt duæ tertiæ pulchritudinis inferiores. Pars altera latet in fundamento Microprosopi. Jam vero notum est, quod fundamentum duas habeat partes, nimirum fundamentum ipsum & corollam. Ipsum ergò fundamentum porrectum est per pulchritudinem Microprosopi; & corolla fundamenti patris extenditur in fundamentum Microprosopi. Hinc ubi nomen Mosche duplicatur, nullus accentus intercedit, sicut dicitur in Idra naso fol. 138. id factum quia dictum est Exod. 2. v. 2. *Et videbat Mater, quod puellus esset pulcher.* Quia ergo hoc fundamentum tres habet notiones: unam supra pectus & duas infra pectus circa finem pulchritudinis; quæ sunt loca contecta & detecta: Hinc duo quoque sunt nomina Mosche Mosche: quorum unum denotat notionem contectam & alterum denudatam: quæ tamen ambæ una sunt revolutio Mosis: Quia omnia unum sunt fundamentum, nempe patris, sub duabus tamen notionibus: unde inter illa Nomina quoque nullus intercedit accentus.

§. 14. Scheth autem est locus denudatus, qui inseritur in fundamentum Microprosopi; Ubi locum habet corolla fundamenti patris. Atque hæc notio separata est à Mosche & vocatur Scheth, quasi sex: quia locum habet è regione fundamenti; quæ denotatur per Vav parvum notam senarii: Sicut dicitur in Idra magna fol. 138. quod justus qui est fundamentum mundi uno jactu fundæ sex projicere queat in altum.

§. 15. Et merito quidem appellandus fuisset שית, Verum quia Scheth est fundamentum ipsum & litera Jod in media gutta Seminis sive Vav, descendentis per fundamentum: unde per se quidem efficeretur Schit: sed propter labem Hebelis, quia intuitus est gloriam divinam peccavitque cogitando; unde producitur gutta seminalis; hinc Jod in ipsius nomine deest, scribiturque שת defectivè, sicut dicitur in supplementis fol. 111.

§. 16. Va-

§. 16. Vapor autem qui abinde prodit per Orificium fundamenti Microprosopi, orásque intra duo femora exit, vocatur Hebel sive vapor. Sicut ibidem dicitur, illum sse vaporem mundi qui exinde prodit.

§. 17. Patet igitur, quod Mosche sit totum fundamentum patris à summo, ubi est ognitio Microprosopi usque ad finem, nempe usque ad terminum pulchritudinis Microprosopi: ita ut radix nominis Mosche sit in parte superiore paterna, quæ latet in conitione Microprosopi, abscondita tamen prius intra fundamentum matris, ita ut pars xterna fundamenti patris adhæreat parti internæ fundamenti matris. Atque ibi adhæonem habet Mosche. Jam verò notum est, quod ad patrem pertineat Tetragrammaon plenum Joddatum tanquam pars interna, h. m. יוד· הי· ויו· הי· & natura ejus exrna denotatur hoc nomine retrogradando sic scripto: יוד· יוד הי· יוד הי ויו· יוד הי ויו ה cujus numerus est 184. Cui si addatur pars interior seu anterior ad matrem pertientis nominis אהיה Joddati, cujus numerus est 161. Hinc exsurgit numerus משה d est 345. quia radix ejus consistit in duabus illis notionibus, interna nempe matris & tterna patris. Sed de his infra latius.

Cap. XXVII.

§. 1.

Ostquam jam egimus de radice Kaini & Hebelis: jam quoque dicendum est, quæ fuerit ratio illius zelotypiæ, propter quam Kain Hebelem occidit; & quænam fuerit la gemella superflua, quæ nata erat cùm Hebele, propter quam fratricidium hoc faum est, sicut dixerunt Magistri nostri p.m. Primo ergo sciendum est tibi, quare Regi ncessum fuerit octodecim ducere uxores, nec plures, sicut dicitur in Gemara de Dade Rege, super quo pax, quod nempe eidem dixerit Nathan Propheta 2. Sam. 12. v. 8. *parum tibi; addam adhuc totidem iterumque totidem.* Jam verò antea habebat sex ores: unde si superadditæ fuissent totidem iterumque totidem, fuisset octodecim. æc ergo breviter prius explanabimus.

§. 2. Jam notum enim est, quod supra diximus Cap. 24. de duabus imaginibus ibus designatæ sunt Kain & Hebel: Ubi etiam diximus, quod victoria, gloria & funmentem patris atque matris sibi invicem inserantur. Ubi porro consequens est, quod rantibus victoriâ, gloriâ & fundamento in Caput microprosopi, necessariò illuc etn subintrent cum iis regna patris atque matris: quoniam hæc numeratio omnium ulna est. A victoria, gloria & fundamento supradictis igitur hoc emolumentum capit croprosopus, quod exinde fiant involucra pro tribus ejus cerebris, Sapientia nempe, ormatione & cognitione: Unde jam quæstio oritur: Quid eidem prosint regna illa tris atque matris?

§. 3. Sciendum ergo, quod ista duo regna sint notiones corollæ in fundamentis tris atque matris: Suntque simul uxores istorum fundamentorum: quia omnis notio gni sive in patre & matre, sive in quavis persona alia semper est notio uxoris. Sciendum

dum etiam, quod omnia lumina per vasa penetrent & splendor foràs prodeat, sicut diximus in Tractatu de Jaacob. Unde patet quod ab omnibus istis regnis splendor etiam foras prodeat. Sunt ergo duo quæ efficiunt quatuor. V. gr. Regnum patris in loco suo est notio una; Regnum matris in loco suo est notio secunda; Regnum patris insertum intra gloriam, victoriam & fundamentum matris, penetrans splendorémque emittens foras usque ad locum regni matris, fit notio regni tertia; Et tandem regnum matris penetrans tegumentum unum in cervice nempe microprosopi, constituitur notio regni quarta. Et iste quaternarius est mysterium nodi Phylacteriorum (qui figurâ sui exprimit literam ד) de quo suo loco. Atq; hæc etiam vocantur Lea uxor Jaacobi, cujus denominationis ratio suo quoque loco exposita est.

§.4. Quælibet autem è quatuor illis mulieribus est persona integra: suntque uxores duorum fundamentorum supradictorum. Patet ergo, quod regnum hoc extremum omnium, existens in cervice Microprosopi, multum differat à reliquis, & à fundamentis; unde non copulatur nisi cum Microprosopo, sive cum Jaacobo, ut dictum est *suo loco*. Residua ergo sunt tria adhuc regna: primum quod planè adhæret fundamento patris; & hoc est intimum omnium: & reliqua duo adhærent fundamento matris: unumque est regnum matris: & alterum est vestigium & splendor regni patris penetrans ibidem atque prodiens per fundamentum: unde patet, quod fundamentum patris, quo pertinet Hebel, duas habeat gemellas.

§.5. Sed Kain, qui est fundamentum matris, non nisi unam tantùm habet gemellam, quod est regnum matris ad ipsum pertinens: quia vestigium ejus foras prodit sub mysterio nodi Phylacteriorum: nec copulari potest cum eo. Atque hinc Kain zelotypia excandescebat contra Hebelem; quod non haberet, nisi gemellam tantùm unam; ille verò gemellam haberet superfluam, quæ est vestigium illud splendoris, quod omnino erat superfluum: quia pars interna est radicalis; hæc vero saltem quasi additamentum & superfluitas erat. Unde Kain eandem accipere volebat, quamvis enim fundamentum ejus esset de regno patris: interim locus ejus effulgescentiæ, ubi penetrabat foràs, est apud uxorem Kaini regnum nempe maternum; adeoque intra limites ejus.

§.6. Alia quoque fuit causa, cur eam ducere vellet: Hoc enim vestigium sive signum lucis provenit ab allisione lucis eradiantis è regno paterno ad regnum maternum; unde fiebat ista effulgescentia: ita ut de virtute regni materni prodiret; adeoque esset intra limites Kaini, qui propterea eam ducere volebat. De jure tamen eadem ipsi non competebat: Quia primo victoria, gloria & fundamentum matris sola intraverant (in Cap. Microprosopi) atque tunc etiam subintraverat regnum matris quod ibi constituebat gemellam unicam: ita ut ingressus fundamenti & regni materni in caput Microprosopi quasi repræsentet generationem Kaini & gemellæ ejus. Deinde autem intraverunt victoria, gloria & fundamentum patris & regnum ejus, è quo fiebant duo regna: atque hæc est quasi generatio Hebelis, & duarum gemellarum cum eo. Unde patet quod injustè illum occiderit: quia hæc uxor erat Hebelis, & non Kaini: altera autem interior pars erat gemella Hebelis radicalis. Atque hæc fuit Zippora uxor Mosis. Atque sic scriptum inveni in libro quodam sub nomine Magistri mei. Alio tamen tempore audivi,

quod

quod gemella superflua fuerit Zippora: Quæ opinio mihi etiam verior videtur: prout ulterius diducetur cap. 33.

§. 7. Quia autem jam satis explicuimus naturam Kaini & Hebelis, eorumque revolutiones, jam quædam etiam addemus de Jethrone, qui erat revolutio Kaini, adeoq; materia quædam cognata est. Nimirum jam diximus de quatuor illis mulieribus prodeuntibus è regnis fundamentorum patris & matris. Hîc enim quatuor sunt mulieres, sicut in Microprosopo quatuor sunt cerebra perfecta statûs adulti. Notum autem, quod etiam detur natura illorum interior, quæ dicitur infantia seu minorennitas, juxta illud Gen. 27. v. 15. *Et Rebecca induit Jacobum filium suum parvum.* Tunc enim cerebra ejus pertinent ad conceptum Minorennitatis, suntq; è Nomine אלהים ut dictum est suo loco, quæ planè fiunt per modum supra dictum. Memineris igitur eorum, quæ diximus de meditatione ad lectionem Audi & ad stationem, (seu benedictiones octodecim) quod nempe cerebra minorennitatis sint nomina אלהים: Quodque hæc habeant cerebra ambientia juxta sex extremitates, quæ in microprosopum subintrant horâ lectionis Audi: Sintque initium immanationis: quodque deinde in eum ingrediantur tria cerebra superiora, atque sic compleatur status ejus adultus. Porro quod & istis tribuantur lumina ambientia circa; sicut notum est, quod quicquid majus est socio suo, fiat ambiens proximè inferioris. Unde v. g. cerebra sex extremitatum status adulti fiunt lumina ambientia circa cerebra Minorennitatis. Cerebra autem sex extremorum status adulti sunt quatuor Nomina אהיה: Notum enim quod cognitio contineat duo cerebra benignitatis nempe & severitatis; unde fiunt cerebra quatuor. Quatuor autem nomina אהיה sic fiunt, ut duo sint sub plenitudine Joddatâ h. m. אלף· הי· יוד· הי: tertium sub plenitudine Hehatâ h. m. אלף· הה· יוד· הה & quartum sub plenitudine Alephatâ h. m. אלף· הא· יוד· הא. Et ista quatuor nomina אהיה quatuor his modis plenè scripta, numeris suis æquipollent nomini יתרו id est, 616. Quia Jethro est fundamentum matris, quod continet quatuor hæc nomina אהיה estque radix illorum omnium. Postquam autem intrarunt ista ambientia sex extremitatum cerebrorum status adulti, tunc virtute eorum factæ sunt istæ gemellæ: quæ non factæ sunt nisi per fundamentum matris; omnesque intra illud absconduntur. Et nisi facta esset percussio sive allisio lucis fundamenti patris ad fundamentum matris; non prodiissent illæ gemellæ. Atque hinc intelligi potest, quod Zippora uxor Mosis una fuerit de illis gemellis, & necessariò esse debuerit filia Jethronis, præsertim quod illa esset gemella ista superflua, quæ non prodiit nisi virtute allisionis regni interni ad fundamentum matris atque prodiit illius loco, ut dictum supra. Et propterea ejusdem causa in Kaino exorta fuit zelotypia, postmodum autem data fuit Mosi, qui erat Hebel: quoniam reverâ eidem debebatur ut dictum supra, & dicetur cap. 33.

§. 8. Hinc patet quod in Jethrone fuerint duplicia lumina; primo nempe lux ambiens minorennitatum, sicut dictum est: tunc enim continebat totum fundamentum maternum: (& lux status adulti.) Et fortè propterea duo ipsi sunt nomina, Jether & Jethro: ita ut Jethro pertineat ad minorennitatem; & Jheter ad statum adultum. Quod tamen non accepi à Magistro meo.

§. 9.

§. 9. Dubium autem hic mihi movetur, utrum nempe ambientia minorennitatem eadem ipsa sint, quæ postmodùm facta sunt cerebra sex extremitatum status adulti: an verò sint alia? Dicendumque videtur, quod non sint eadem, sed tantum mysterium quatuor vestium illorum cerebrorum, sex extremitatum status adulti, quæ sunt quatuor nomina אהיה ut dictum supra, nec non ad meditationem illius benedictionis: Benedictum sit nomen gloriæ regni ejus in seculum & in æternum. Ubi vide, ita ut illa tantùm, quæ sunt involucra, sint ambientia minorennitatem; non verò ipsa cerebra.

Cap. XXVIII.

CUm supra quoque sit dictum quod Kain & Hebel locum habuerint in radice axillarum microprosopi, nimirum in notione cognitionis, quæ illuc descenderat: ita ut Kain esset de severitatibus humeri sinistri; & Hebel de benignitatibus humeri dextri, jam sciendum, quod in omnibus quatuor systematibus emanationis, creationis, formationis & factionis, omnibusque quinque personis singulorum mundorum semper sinister humerus Kainum; & humerus dexter Hebelem denotet. Sciendum etiam, quod in tribus mundis inferioribus humeri illi vocentur brachia, dexterum nempe & sinistrum; sed in mundo emanationis omnia brachia singularum personarum habeant naturam alarum, quoniam præter brachia ibi quoque inveniuntur pennæ, sicut alæ animalium, distinctæ in artus & in plumas.

2. Natura ergo vera Kaini & Hebelis, quæ vocatur Nephesch emanativa, ut supra cap. 22. in mundo emanativo in duas partes dividitur, quarum una est membrum axillæ, quæ ibi vocatur ala, quod in ea reperiantur Caro & vasa & ossa: & in hac axilla cui nomen est ala, infixæ sunt pennæ alares.

3. Quælibet ergo animæ, quæ sunt de notione Kain & Hebel radicem suam habent, & locum in duabus partibus, nempe in membro alæ, & in ejusdem pennis.

4. Quod igitur ad illas Psychas attinet, quæ sunt de uxore regni psyches emanativæ, nemo, qui est de hac radice, altius ascendere potest prima vice, quàm ad hunc locum: Sed in revolutionibus aliis ascendere queunt usque ad alas & brachia longani emanativi, ubi duæ sunt axillæ.

5. Cùm autem quælibet axilla contineat carnem, vasa & ossa, hinc quælibet anima hûc pertinens, vel pertinet ad carnem, vel ad vasa, vel ad ossa, de quo ordine p[illegible] alibi: Prout aliæ quoque pertinent ad pennas.

6. Alæ autem sunt vel in axilla dextra, vel in sinistra: & Hebel ad dextram, Kain verò ad sinistram pertinet. Et in qualibet axilla sunt tria millia pennarum.

7. Pennæ autem non sunt æquales, sed aliæ majores, aliæ minores, aliæ mediocres: mille igitur sunt pennæ magnæ, & mille mediocres, & mille parvæ.

8. Porro in qualibet penna, plumæ sunt multæ, aliæ longæ, aliæ breves, aliæ mediocres.

9. Plumæ igitur parvæ sunt animæ infantum, qui moriuntur in infantia sua.

10. Plu[illegible]

10. Pluma autem magna in penna longa præstantior est, quam parva.

11. Item quælibet penna partim infixa est carni, & partim prominet; ubi partim alamum habet implumem, partim plumas multas, ab utraque parte, ab una magnas, b altera parvas cum caule medio.

12. Item quælibet pluma cauliculum habet, unde plumulæ nascuntur, & porro in adice gutta quædam sanguinea, unde nutritio pennæ & vita.

13. Sicut ergo numerus pennarum est ter mille; sic numerus porro scintillarum, uæ in qualibet penna, est 150. secundum numerum vocis כנף.

14. Isti autem sunt gradus quo sese invicem præcellunt: Foramen illud, quo enna infixa est carni, & sanguis in vacuo ejus contentus, ubi infigitur alæ, sunt duo conceptus viliores; quam ipsa ala & penna. Deinde penna major sive caulis præstantior st quam plumæ; & plumæ longiores præstantiores sunt brevibus. Sicut autem res se abet in ala prima, sic eadem se habet in secunda: nec differunt; nisi quod in sinistra, uæ est Caini, quælibet penna contineat 150. scintillas animarum, juxta literas nominis p, Kain; sed in ala dextra quæ est Hebelis scintillæ animarum quidem etiam sunt 150. d non dividuntur eo ordine, quô ala sinistra, sed in 32. partes, quarum quælibet subividitur in 5. secundum literas nominis הבל. vide cap. 27. ubi, quod 32. Nomina E-him in Kain designentur & Hebel, & hi sint duæ illæ imagines. Supra etiam diximus p. 4. quod Animarum multæ sint Radices, & quælibet Animæ, quæ ab una radice sunt, icentur Anima una nova.

15. Humerus ergò similiter Kaini vel dexter Hebelis, quia omnes scintillæ, quæ eis sunt, propinquæ sibi sunt; vocatur radix una magna; sed quælibet penna in qua o. scintillæ animarum, vocatur radix parva. Omnes autem æquales sunt in anima una; si scintilla unica ex illis restitutione careat, omnes adhuc vocantur deficientes, donec nnes 150. scintillæ, quæ in illa penna plenè perficiantur. Quod ita non est in pennis versis, quamvis omnes sint radix una. Jamque particularia quædam tibi aperiam, out audivi à Magistro meo.

16. Jam enim dictum est, quod singulæ alæ in se habeant 3000. pennas &c. & ælibet penna sit radix una; & in singulis pennis sunt 160. scintillæ principales animam; de quibus dicam quo loco consistant. Scito igitur, istas esse selectissimas è specie initica, suntque de notione Psyches emanativæ, existentis in Factione usque ad Reum Emanativum. Et quamvis etiam ad sublimiora quoque scandere queant, nempe que ad humerum sinistrum Macroprosopi, de hoc tamen isto loco non agemus, sed ntum usque ad Uxorem Microprosopi pergemus; quæ vocatur Psyche Emanativa, am Adam hæreditariò tradidit Kaino filio suo cùm ipsum generaret. Deinde locum oque earum in membro humeri designabimus. Inter mille igitur pennas magnas, quæ humero sinistro Kaini, una est, quæ habet 190. Animas: Et Foramen illud, qui est los ubi infixa est extremitas pennæ istius, est Anima Abbaja Amoræi, qui vocatur Nachni: Sanguis autem in vacuo ejus contentus, est anima Rami Bar Chami. Pars autem a caulis, quæ foramini infixa fuit, quia in ea sanguis; dispescitur in partem dextram

& sinistram, & sinistra est Schmuel Propheta: de dextra autem nihil mihi innotuit. Caulis autem nudus extraneus plumis & sanguine carens est Anima Chiskiæ Regis Jehudah.

17. Deinde autem extenditur caulis in medio plumarum. Una ergo pars istius caulis, ubi consistunt plumæ longiores, fuit anima R. Akibæ: Unde patet, quod R. Akiba cum duabus suis plumis magnam habuerit vicinitatem atque cognationem: Pro quælibet talis pars plumas sustentans cum duabus plumis suis quamproximè cognata est. Plura non novi de reliquis particularibus istius pennæ.

18. In hac ala autem penna adhuc alia est major quam prædicta, in qua sunt animæ Jehudæ & Chiskiæ filiorum R. Chija: locum autem eorum in ipsa penna non novi; nec etiam novi ipsum locum pennæ.

19. Sic etiam locus est pennæ cujusdam in ala hâc ad quem pertinent R. Jehudah filius Illaah: Sed illa penna multo est minor quam penna prima R. Akibæ; unde R. Jehudah discipulus erat R. Akibæ. Nec mirum est, quod penna Jehudæ & Chiskiæ major fuerit, quam penna R. Akibæ: quia jam diximus in qualibet penna plumas esse majores & minores. His autem ulterius non immorabimur.

Cap. XXIX.

§. 1.

Postquam ergo diximus, in qualibet duarum harum alarum totam esse radicem[illegible] dum tamen, quod singulæ quoque pennæ una sint radix per se. Sicut ergo jam quædam particularia unius radicis pennalis de mille illis pennis humeri sinistri explicuimus, jam quoque locum ipsum membri humeralis, ubi subsistant animæ pennarum declarabimus: Ubi simul mentionem quoque faciemus aliarum quarundam animarum, quarum locum in penna ignoro.

§. 2. Scito ergo hunc humerum radicem esse Kaini, quæ est integra persona habens membra 248. & vasa 365. pennæque supradictæ radices suas habent in hoc humero qui est calcaneus sinister personæ hujus, nempe calcaneus gloriæ: Omnesque [illegible] animarum calcanei dicuntur radix perfecta, omnesque sunt anima una, prout quoque idem deprehenditur in pennis.

§. 3. In isto autem calcaneo scintillæ animarum sunt plures quam 613. quamvis in singulis pennis non sint plures quam 150. scintillæ, nihil tamen interest: quia non [illegible] est, ut omnes 613. animæ calcanei sint in penna una: quæcunque autem in una sunt penna, majorem habent cognationem, quam reliquæ 613.

§. 4. Vel etiam fieri potest, ut isti qui in hoc calcaneo sunt, sint discipuli sapientum. Et quando iste calcaneus perfectionem suam adeptus est; ulteriori restitutione caeterum partium calcanei non opus habet. Si autem una anima de hac radice calcanei restituit totum calcaneum; adhuc vocatur deficiens, donec omnia absolverit. Cum ergo una scintilla hujus calcanei revolvenda est, aliter id fieri nequit, nisi cum alia scintilla hujus calcanei; quia omnes una sunt radix, ut dictum est cap. 1.

§. 5. Ne autem confundaris, quando dicitur, tantos viros locum hab[illegible]

rer; sciendum est, quod regnum semper vocetur calcaneus, quia in Sohar dicitur: Ille in victoria est, & ipsa est in gloria, nimirum in fine ejusdem: qui est calcaneus, sicut dictum est cap.22. Atque hic calcaneus, de quo loquimur, regnum est omnium personarum dicti humeri: quoniam regnum locum habet in fine pedis sinistri, qui vocatur gloria, ubi est notio uxoris.

§. 6. Nunc autem jam exposuimus antea, in humero toto dari sexaginta myriades scintillarum. Calcaneus autem iste est radix una de animabus septuaginta radicum in hoc humero contentarum: unde in supplementis Fol. 113. in annotatione verba hæc extant; Vagus abit & profugus in sexaginta myriades generationum, propter sanguinem seminis fratris sui extensi in sexaginta Myriades, &c. Atqui hic est Kain qui est humerus sinister; prout Hebel est humerus dexter. Unde patet in nullo membro minus quam sexaginta myriades scintillarum inveniri.

§. 7. In isto igitur calcaneo sunt 613. scintillæ animarum: Et ipse solus est persona. Et quando guttæ descendunt ab hoc calcaneo, prodeuntque per fundamentum in congressu mystico, aliquando fit Jacob (cui nomen יעקב à calce) aliquando R. Akiba, (qui easdem habet literas עקיבא) & aliquando Akabja (cujus nominis eædem sunt literæ עקביא.) & similiter.

§. 8. Scito ergo quod Chiskia Rex Jehuda locum habuerit in Capite hujus personæ quæ vocatur calcaneus.

§. 9. Partem igitur quandam eorum qui inserti fuerunt huic calcaneo, ordine enarrabo: Deinde de cæteris scribam quorum graduum ordinem non novi, quia non accepi à Magistro.

§. 10. Ordo igitur radicis calcanei hujus sequitur excellentiam eorum. Eorumque loca sunt sequentia. Primus est Schmuel Propheta.

Post eum Chiskia Rex Jehuda.

Post eum R. Jochanan filius Sackai.

Post istum Abbaja. Et isti in ordine sunt hi, quorum ordinem accepi ex ista radice.

§. 11. Kain: Kenan: Jubal: Mahalaleel: Jabel: Lamech: Jisschar: Schilah filius Jehuda: Nadab & Abihu. Pinchas: Korach. Dathan & Abiran: Jetro: Nachschon: Nethanael filius Zuar: Anathiel filius Kenas. Charmi pater Achan: Cheber Kenites: Mephlal: Chesamjah: Chever pater Socho: Jeschbah pater Eschthamoah: Jischbi Lechimites: Schamgar filius Anath: Schimson: Elkana: Schmuel Propheta: Abihuh filius Schmuel: Jischai pater Davidis: Abischai filius Zerujah: Schimmah: Achijah: Elijahu p. m. Elischa Propheta: Chiel de domo Eli: Jona filius Amithai: Chiskia Rex: Menassche filius ejus: Abijah filius Rechabeam: Doëg: Achitophel: Naboth Jesreelites: Ezechiel propheta. Uria sacerdos: Secharja filius Jebarachjahu: Nahum Propheta: Micha Moraschtites: Natbijahu filius Jechonjahu Regis Jehuda: Anani filius Eljoani: Chananjah socius Danielis: Elihu filius Baracheel Busitæ. Horum ordinem non accepi.

§. 12. Sequentes sunt de secta Doctorum Mischnicorum. Matatjahu Sacerdo[s] magnus Chaschmoneus: Jose filius Jochanan Hierosolymitani, Nithai Arbelite[s] Akabja filius Mahalaleel: R. Jochanan filius Zachæi: R. Akibha: R. Jose Galilæu[s] R. Nehorrai senex, cujus mentio fit in Sohar sectione Tezavveh: R. Jebah senex, cuj[us] mentio fit in Sohar sectione Mischpatim: Jochanan filius Hyrkani: Chananjah fili[us] Chiskia filii Garon: Abba Schaol: R. Jischmael filius Elischa Sacerdos magnus: [R.] Chutzpith interpres: R. Jehudah filius Illai: R. Gamliel: R. Jose filius Meschulla[m] qui vocatur Synagoga sancta: R. Achai filius Joschijahu: dicebatque mihi Magist[er] meus, etiam unum de sociis illis, qui cum R. Schimeone Jochaide ingressi erant in ar[eam] sanctam, de hac radice fuisse; eundem autem nominare nolebat, nescio quam ob caus[am].

§. 13. Sequentes etiam sunt pars Doctorum Mischnicorum, qui aliquantum attingunt hanc radicem, sed non plenè; cujus tamen rei verum non novi fundamen[tum]. R. Schemajah pius, cujus mentio fit in Sohar sectione Balak. R. Zadok sacerdos: [R.] Kisma Pater R. Jose. R. Krospodai, cujus mentio fit in Sohar.

§. 14. Et isti sunt de Secta Doctorum Gemaricorum: Raf Hunna, coævus R. Jehudah sancto. Jehudah & Chiskijah Filii R. Chija. R. Zadok Discipulus R. Jehudah sancti. R. Shimeon F. Johozodek. R. Jesa Amoræus seu Doctor Gemaricus; qui etiam est R. Assa Sacerdos. R. Jebha Amoræus; qui erat Discipulus Doctoris, qui per ex[cellentiam] Raf dicitur; & hic est pater R. Chana, & socer Oschian f. Nidbach. Levi F. Sisi. R. Jere[mi]jah F. Abba. R. Chilkijah F. Abba. R. Schimeon F. Abba. R. Akibha Amoræus. Pin[chas] frater Schmuel. R. Meescha coævus R. Jochanan. R. Schilah, cui accidit miracu[lum]. Rami F. Chama. Abbaja. R. Nechumah R. Biba. f. Abbaja. R. Chemar. R. D[imi] Nehardius. R. Mescharshia. Romi f. Jechezkel. R. Schmul f. Schilath. R. Abin [filius] lignarius. R. Ukba. R. Serika. Raf Sechorah. Nathan Zuzites. Thanchum N[...] Raf Jehu F. R. Sammah & Rabb Saphra coævus Rabbinæ. Rabh Amram. Raf [...] filius Papa. Raf Seira F. Hillel. R. Seruka Dukrites. Illa F. Kescher quem R[...] sollicitavit ad concubitum. Rabin qui ascendit in terram Israël: Raf Dima qui [ascen]dit in terram Israël. Raf Hunnah Bagdaites. Schabehit filius Rabina. Raf Cham[a] Busi. Raf Scheia, f. Raf Ida. Raf Chija, Diphtites. Jehoschua F. Serunaki Co[...] Ajo. Abdimi. Raf Tabjumi. Baali. Raf Schudah Handoites. Raf Malkijoh.

§. 15. Et isti sunt de Saburæis seu auditoribus: Raf Achai. Rabba Pombedit[...]

§. 16. Et isti sunt de secta Gæonarum seu excellentium. Raf Nehorai Gæon [seu] Dominus primus. Raf Acha Schabchites. Raf Dusthai Gæon seu Dominus. Ra[f ...]mach Gæon primus, filius Raf Palthi Domini.

§. 17. Et isti sunt è Decisoribus R. Abraham nepos R. Schlomo Levitæ. R[...] ille qui scripsit librum Maggid Mischnah, qui vocatur Don Vital de Toleto.

§. 18. Sciendum autem omnes illos qui descenderunt de radice psyches Ema[...]væ tales tantum esse quoad psychen suam: ita ut spiritus & mens eorum ab alia sint [radi]ce, sicut dixi cap. 35. Et nemo ex omnibus dictis talis est, cujus psyche, spiritus & [mens] ab hac radice sola essent, excepto Abbajah.

§. 1[...]

§. 19. Scito deinde, quia radix hæc de selectissima specie Kaini fuit, hinc etiam haud parvam ipsi competere prærogativam præ cæteris animabus; ut sæpius dictum est: & in specie; si quis fuerit de ista radice calcanei qui est notio regni. Notumque est, quod diximus Cap. 22. Ad locum: Pr. 12. v. 4. *Uxor fortis corona mariti sui:* Quod nimirum ascendere possit supra maritum: juxta illud: Jerem. 31. v. 22. *Mulier circumdabit virum.* Quicunque ergo originem habet ab hac radice, ille ascendere potest usque ad summitatem graduum & in infinitum. Unde R. Akibha ascendit usque in cogitationem summam (i. e. Sapientiam) de quo pluribus infra.

§. 20. Sciendum quoque est, sicut diximus Radicem Kaini pertinere ad Severitates cognitionis, quæ descenderat in sinistrum humerum microprosopi, sic necesse quoque esse, ut & Lea uxor Jacobi, (quæ est mysterium nodi Phylacteriorum, proditque à regno interno, applicito ad hanc cognitionem ejusque severitates sub notione calcanei sicut dictum est.) descendente hoc calcaneo (nam Lea extrinsecus ab eodem fulgorem accipit) descendat. Ut dictum est Cap. 25. Et quoniam etiam hæc delapsa est, hinc præter istam speciem radicum animarum pertinentium ad istum humerum sinistrum, etiam adhuc sunt notiones aliæ; animæ nempe aliæ, quæ pertinent ad Leam externam prodeuntem ab isto calcaneo, ut dictum supra.

§. 21. Et sic quoque lumina dantur descendentia à parte interna istius regni, antequam prodeat Leah foras. Et hæc lumina sunt media, prodeuntia nempe à regno interno, nec tamen intrantia in Leam externam. Notum enim, quicquid existit in sanctitate id posse relinquere vestigium aliquod, quocunque loco transierit.

§. 22. Atque hinc quoque animæ dantur ad partem internam spectantes, intrantesque in Leam foras.

§. 23. Aliæque sunt mediæ, quæ lumina hauriunt & deducunt à parte interna foras in Leam. Atque hæ omnes sunt species animarum, quarum natura non satis explicata est: quamvis in hoc omnes conveniant, quod nomen habeant à radice humeri sinistri Caini.

§. 24. Scito etiam omnia specialia existentia intrinsecus necessariò prodire, ut luceant foras erga Leam: Quoniam illa applicata est humero huic sinistro, quæ sunt severitates: Et non humero dextro. Unde in specie multas cognoscere poteris animas.

§. 25. Id quoque scias, quod sicut in hoc humero sunt cerebra interna & cerebra ambientia; atq; ea omnia sub notione status adulti: præter fœminina quæ à microprosopo prodeunt tempore status adulti: Sic talia etiam sint sub conceptu minorennitatis. Sicut igitur Kain est notio imaginis fundamenti matris quod in Microprosopo existit sub statu adulto; Sic alia datur imago huic similis sub notione minorennitatis. Atque hæc omnia spectant ad notionem Kaini; & omnia vocantur juxta illius nomen, præterquam quod sint sub minorennitate.

§. 26. Sicut etiam porro dantur notiones Jisraëlis & Jacobi quæ sunt Microprosopus: Ita ut Jacobus prodeat è parte postica patris, ut traditum est suo loco; sic etiam

dantur notiones Kaini & Hebelis in Microprosopo, quæ vocantur Jisraël & Jacob; tamen etiam omnia vocantur species Kaini & Hebelis. sicut dictum est.

§. 27. Verum enim vero quando Kain est in Jaacob, tunc vocatur Jabal. de nempe dicitur Gen. 4. v. 20. *Et Ada pariebat Jabal.* Quæ tamen omnia vocantur ne Kaini. ita tamen ut Kain in specie referatur ad Microprosopum & Jabal ipsi Jacobum, quod notes. Sicut etiam latius patebit infra. Dantur que species res in Kaino à Cerebris nempe tam internis quam ambientibus, tam masculinis q minimis.

Cap. XXX.

§. 1.

POstquam jam exposuimus omnes animarum species quæ fuerunt in Adamo plaste, quæ nempe ab illo delapsæ sunt, & quæ in illo manserunt; nec non qu ditario tradidit Kaino & Hebeli & Schetho; item quæ ab ipso secesserunt & no runt vel immersæ sunt intra cortices: Porro etiam quæ sint animæ planè novæ bus omnibus latius in capp. præcedentibus. Jam porro adhuc aliam describen ciem animarum, ut sic omnia animarum genera proponamus.

§. 2. Cum ergo Adam protoplastes comedisset de arbore cognitionis bon mixtumque esset bonum malo, & per ipsum diffusum esset inquinamentum tunc incepit committere peccatum frustra profusi Seminis. Notum autem, q mni gutta frustra profusi seminis Lilith & Naemah faciant corpora, quæ re speciem dæmonum & spirituum & Lemurum. Quamvis Dæmones propriè ad spiritum corpusq; suum sint ab impuritate: Spiritus autem hi impuri & Lem ad corpus suum quidem fiunt è frustra profuso semine adeoq; ab impuritate & Lilith: Sed mens eorum provenit è loco sancto. Et isti vocantur plaga fil dam; Sicut dicitur: 2. Sam. 7. v. 14. *Et castigabo ipsum virga virorum, & plag Adam.* Ubi per virgam virorum intelligitur fundamentum virile, juxta illu mer. 24. v. 17. *progredietur stella ex Jaacob & stabit virga de Israël.* Quo ga est membrum fundamentale & litera Vav minor. Stella autem est gutta quia vibratur sicut sagitta. Et plagæ filiorum Adam sunt isti Dæmones, qui sunt è frustra profuso semine. Et quia primus qui peccatum hoc commisit protoplastes: hinc secundum illius nomen vocantur Plagæ filiorum Adam.

§. 3. Quanquam adhuc alia sit ratio, quare sic vocentur: quia nimirum runt filii Adam & non perfecti Dæmones. Atque id innuitur in Sohar Sect kra fol. 19. Ubi dicitur: quod Lilith congressa fuerit cum Adamo protopla quam in ipsum ingressa esset psyche vivens. Notum autem, quod peccatum Ad commissum fuerit quam generarentur Kain & Hebel, ut dictum supra Cap. 33. vis enim locis quibusdam Magistri nostri p. m. diversum sentiant; tamen in dem opinio confirmatur Sectione Achare-Moth fol. 77. Jam enim nosti quod

eâdem die quâ creatus erat quoque comederit, & eadem die congressus sit, & eâdem die nati sint Kain & Hebel. Patet ergo quod cùm Gonorrhæam procuraret, eo ipso libido ejus incitatior facta sit, ut cum Chavvah concumberet. Atque tunc è gutta prima prodiit Kain & Hebel è secunda. Quia igitur nondum omnes Gonorrhæas & plagas illas finierat & cum Chavvah rem habebat; hinc gutta Kaini permixta erat cum aliquibus plagarum illarum filiorum Adam, sicut traditur in Sohar Sectione Achare Moth his verbis: Aliquando Naemah in mundo existit atque tùm quis è somno expergiscitur uxoremq; suam attingit, &c. Cumque ipsa concumbit, &c. Ita enim res se habebat cum Adamo protoplaste: ita ut fluente adhuc Gonorrhæa frustranea jungeretur Chavvæ uxori cumque ipsa concumberet. Atque tum frustraneæ illæ guttæ commiscebantur cùm guttis Adami copulatoriis: & ex mixtura ambarum primo prodibat Kain. Atque hinc in Kaino maxima pars erat mala, inque eo erant cortices multi. Quod intelligitur in sectione Achare Moth his verbis: Et deinde generabat Kainum.

§. 4. Porro autem à gutta secunda prodibat Hebel, qui propterea mitigatior erat.

§. 5. Natis autem Kaino & Hebele Adam porro huic Gonorrhææ succumbebat per centum triginta annos, sicut traditur locis quam plurimis. Unde triplex Adami est Gonorrhæa, una antequam generaret Kain: & una ipso tempore generandi Kaini, & una 130 annorum illorum, quibus separabatur à Chavvah uxore sua donec generaret Schethum.

§. 6. Omnes autem tres hæ Gonorrhææ Adami à radice Kaini provenerunt: quia omnes referuntur ad severitates: Hinc dæmones & externi omnes cortices ad illas applicari queunt, quoniam judicia sunt & rigores; ubi applicationem habent cortices. Et tamen in omnibus atque singulis anima quædam est robusta admodum, &c. Et hæc materia prolixa est, huic libro tamen non inserta.

Cap. XXXI.

§. 1.

Expositis jam omnibus animarum speciebus, quotquot inveniuntur per omnes creaturas, jam revertemur ad quasdam revolutiones animarum; ubi simul declarabuntur quam plurima dicta legis totiusque scripturæ. Initium autem faciemus ab illis revolutionibus, quæ sunt in specie Caini; Ubi simul immiscebuntur quam plurimæ revolutiones Hebelicæ.

§. 2. Primò igitur sciendum est, quod Adam Protoplastes peccaverit circa arborem cognitionis: atque tunc omnes animarum species jam ante peccatum in ipso comprehendebantur, ita ut nullus hominum in mundo sit, qui ibi non fuerit præsens in istô peccato. & cui non aliqua depravatio per istud peccatum obtigerit.

§. 3. Commisso autem peccato divisæ sunt animæ in plurimas sectiones, de quibus dictum est capitulis præcedentibus. Patet igitur, quod omnes animæ tam quæ secesserunt

runt ab Adamo, (sive non immersæ intra cortices, sive immersæ in eos,) quam quæ relictæ sunt in Adamo ipso, nonnisi unicam illam habeant labem Adami scilicet Protoplastæ.

§. 4. At vero animæ illæ, quas hæreditario tradidit Adam Kaino & Hebeli filiis suis, solæ adhuc alium insuper acceperunt defectum, nimirum propter peccatum, quod ipsi Kain & Hebel peccarunt, sicut dicitur in supplem. 69. & 112. & pluribus locis aliis. Unde clarum est, quod animæ provenientes è Kaino & Hebele duas restaurare teneantur corruptiones; primo labem Adamiticam; & secundò labem Kainiticam & Hebelicam: ad quod non obligantur cæteræ animæ, quippe quæ restitutione alia non habent opus, nisi ob vitium unum Adami nimirum Protoplastæ.

§. 5. Sciendum tamen, hæc omnia ipsis competere præter illa, quæ ipse homo peccat operibus suis in singulis revolutionibus: cum nobis jam sermo non sit, nisi de corruptionibus primis, quam factæ sunt per Adamum Protoplasten, perque Kainum & Hebelem, quæ sunt radices omnium animarum, ut dictum supra.

§. 6. Patet igitur, quod animæ Kaini & Hebelis duplicem habeant immixtionis speciem: unam per vitium Adami; & alteram per vitium Kaini & Hebelis: unde simul è malo constant atque è bono.

§. 7. Antequam igitur peccaret Kain omnes animæ humeri istius sinistri in illo continebantur; sicut in Adamo omnes omninò continebantur animæ, ut dictum supra. Commisso autem peccato Kaini, cum nempe occideret Hebelem fratrem suum, omnes illæ animæ vitium passæ sunt, immixtumque in illis fuit bono malum altera vice, ita ut descenderent in profundum corticum: quędam tamen illarum remanebant in Kaino, quamvis etiam inibi jam permixtum esset in illis bono malum.

§. 8. Porro jam quoque supra dictum est, omnes illas animas, quæ immersæ fuerant corticibus, non statim iterum venire posse in mundum, nisi primò anima illa, quæ abinde prodit, & cujus tempus appropinquat, ut ab illis educatur, accedat per modum imaginis lucis ambientis caput corporeum hominis cujusdam alterius, qui sit de radice ejus: quod fieri debet tribus vicibus in tribus hominibus ad radicem ejus pertinentibus: ubi quarta demum vice acedit per modum animæ internæ in hominem alium. Atque hoc modo omnes animæ exeunt atque educuntur è corticibus, ita ut alia aliam iudis instar circundet, & alia alii superimmineat, donec restitutæ sint omnes atque singulæ: quas tamen omnes unius radicis esse oportet, prout pluribus dicetur infra.

§. 9. Et quamvis tales animæ sint in statu imaginis ad instar lucis ambientis, tamen ab ipsa non secernitur bonum à malo, donec accedant per modum lucis internæ: atque tunc per opera earum malum ab ipsis separatur: quod tamen non penitus secedit usque ad percussionem in sepulchro factam, ut suo loco dicetur. Atque hoc indigitatur dicto illo: Jesch. 25. v. 8. *Absorbebitur mors in æternum.* Mors enim propterea saltem contingit, ut separetur malum à bono, quod immixtum fuit animabus per transgressiones Adami Protoplastæ & Kaini atque Hebelis: quia nimirum isti fuerunt Patres atque radices omnium animarum, omnesque in iis contentæ fuerunt: & transgressiones

eorum

orum tantæ fuerunt, ut malum bono immixtum fuerit quam profundissimè; quod ita on accidit in vitiis illis, quæ à singulis animabus admittuntur per se, atque sibi relictis. Inde ab origine mundi usq; ad adventum Messiæ semper generantur homines atq; moriuntur: & hoc medio scoriæ separantur ab auro: quo examine eo usque ad finem perducto, ut nullum amplius malum bono adhæreat, in singulis animabus, tunc veniet Meshiach, ut dictum est. Tunc enim cortices, qui vocantur mors, quoniam ipsius causa sunt, absorbebuntur, & disperdentur ab iis, ut non futurum sit opus, eosdem ulterius separare: absumentur enim ut fumus, quia nullum amplius habebunt influxum à sanctitate, nec vita ipsis suppetet ulterior, unde ab illis cessabunt in æternum: quæ est mens illius dicti: *Absorbebitur mors in æternum.* Jesch. 25. v. 8.

§. 10. Unus igitur ex illis transgressoribus fuit Hebel, unde Moses Magister noster super quo pax, qui ejusdem Hebelis erat revolutio, tantopere conabatur istam restaurare labem Hebelicam, à colluvie plebeja simul ex Egypto egressa, ut pluribus dicetur infra. Atque sic extensio Mosis in omnes atque singulos generationes pertigit, usque ad sexaginta myriades generationum revolutivarum, donec omnis spurcities Hebelis absumta sit. Hinc literæ initiales dicti illius בלע המות לנצח. *Absorbebitur mors in æternum*; repræsentant nomen Hebel. Id quod similiter eveniet in cæteris radicibus omnibus.

§. 11. Cumque jam expositum sit, quomodo in illis animabus Kainiticis & Hebelis malum bono immixtum sit, idque per omnes animarum gradus à Psyche usque ad spiritum vel mentem: jam patet, quod malum Kaini magnum sit admodum: sicut notum est, quod scoriæ severitatum judicia sint rigorosissima. Eodem tamen modo bonum illud etiam quod in Kaino erat, insigne admodum erat atque excellens, prout supra dictum est. Sciendum autem quod malum à bono non separetur nisi per bonum quod opus vel observationem cujusdam præcepti, quod homo ille complevit, qui tandem animam in mundum eduxit: ita ut, quò majus est illud præceptum, vel major est hominis alacritas ad illud observandum, eò major quoque in ipso suboriatur vis separandi malum à bono in illa anima, quam eduxit extra corticem; eamque elevat usque ad uxorem supernam, ubi restituitur & renovatur per copulam, venitque in mundum, quasi esset nova: de quibus vide meditationem super prolapsum in faciem, & illa, quæ his diximus supra. Atque tunc introducit eam in guttam illam specialem. Quanta igitur est proportio observatorum ab homine præceptorum, per quem hæc gutta attrahitur, eadem proportione malum à bono separatur. Semper autem ipse incipere debetur separationem istam, ut aliquid mali in ea latentis ab ipsa tollatur; alias enim non posset prodire è corticibus: atque tunc bonum illud cum pauco suo malo intrat in guttam illam. Malum autem istud, quod pater ejus separavit à tali anima, non est malum perfectum; sed in eo adhuc latet aliqua scintilla sanctitatis; quæ & ipsa intrat in corpus quoddam, ibidemque purificatur purificatione perfecta de gradu in gradum, donec depuretur penitus, ita ut malum omne remaneat in latere uno, & bonum in latere altero. Et sic in bono illo primo, quod homo talis attraxit filio suo, sicut dictum est,

omnino etiam adhuc aliquid mali extat: quod pariter non mundificatur, nisi per bona opera, ab ipso homine illo facta. Et nihilominus nondum penitus separare potest malum illud, etiamsi vel justissimus foret in mundo, nec vel unicum per totam vitam suam commisisset peccatum; semper enim labes illa prima Adamitica adhuc subsistit: quare necessario opus habet morte; ut nempe malum illud penitus ab ipso separetur.

§. 12. Cum itaque quidam sint, qui ita non perficiuntur; illos redire oportet multis revolutionibus. Qui verò absoluti sunt penitus, ita ut in illis nihil remanserit, nisi labes Adamitica, illos purificari oportet per mortem. Atque huc pertinet illud, quod in Gemarah dicitur de quatuor illis, qui per totam vitam suam nullum perpetrarunt peccatum, inter quos est Jischai pater Davidis, &c. quos mori oportuit propter consilium serpentis. Et quamvis id mirum videri queat; per supradicta tamen facile intelligi potest: quamvis enim ipsi nihil corruperint vel ulteriorem labem superaddiderint: nihilominus tamen vitium primum serpentis in Adamo Protoplaste obortum nondum fuit restitutum; unde moriendum ipsis fuit.

§. 13. Summa horum omnium est, quod portiones illæ mali, vel portiones illæ boni existentes in qualibet anima, tot submittendæ sint revolutionibus, donec singulæ discedant in locum suum debitum, ita ut omne bonum perfectè separetur in partem unam, unde talis homo vocatur perfectè justus: & omne malum in partem aliam, à qua talis perfecte malus dicitur. De quo Propheta inquit: Jesch. 66. v. 24. *Exibunt & videbunt corpora istorum hominum, non morietur vermis eorum, & ignis eorum non extinguetur.* De malis autem illis, in quibus adhuc aliquid boni est, intelligendus est locus ille 2. Sam. 14. v. 14. *Et cogitabit cogitationes, ne expellatur ab eo expulsus.* Atque talis restauratur per revolutiones. Quod probè notandum.

Cap. XXXII.

§. 1.

Deductis nunc per capitula præcedentia, quæ dicenda fuerunt de revolutionibus, quod nempe per eas malum separandum sit à bono: jam adhuc aliquid superaddam, quod pertinet ad capitulum superius quartum, quomodo nempe intelligendum sit, quod scriptum est in Tikkunim, sive supplementis aliisque libris Cabbalistarum, de revolutionibus trium Patriarcharum: item quod Kain revolutus sit in Ægyptio & in Korach & in Jethrone: cùm tamen multi istorum vel omnes vixerint eodem tempore. Unde quæstio oritur, quomodo id fieri potuerit?

§. 2. Res autem ita se habet, ut supra dictum cap. 1. quod nempe animæ Adami Protoplastæ insertæ fuerint in Adamum Belial, ita ut malum immixtum fuerit bono, & membra animarum Adamiticarum innexa & conjuncta fuerint similibus membris in Adam

Adamo perverso. Primo ergo (è corticibus istis) prodierunt membra superna, ut initium factum sit à capite, & restauratio pedetentim sit subsecuta, donec generatione ultima Regis Messiæ purificandi sint calcanei animarum, juxta id quod dicitur Psalmo 89. v. 52. *Probris affecerunt calcaneos Messiæ tui.* Unde etiam dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: circa calcaneos Messiæ protervia multiplicabitur. Cum autem plene mundificati fuerint pedes illi, tunc veniet Meschiach. Sicut scriptum est in Sohar sect. Pekude fol. 258: Cum pedes redierint, implebitur quod dictum est: & stabunt pedes ejus illa die super monte olivarum.

§. 3. Patet igitur, quod interdum duo vel tres inveniantur homines vel plures in una generatione, qui nempe sunt de radice una, v. gr. si sint è duobus oculis; vel è duabus auribus; vel è quinque digitis manuum vel pedum, & similiter. Sic quoque si sint è vasis unius membri vel venis: quoniam hæ admodum sibi cognatæ sunt. Unde ne mireris, quod supra scripserimus: nempe quod Rami filius Chamah & Abbaja & Rabh Dima Nehardæus omnes fuerint è radice una; omnesque fuerint coævi.

§. 4. Deinde alia quoque occurrit ratio juxta ea, quæ supra diximus: quod nimirum omnes animæ in exilio sint cum gloria cohabitante permixtæ inter cortices: ubi pro ratione temporis vel etiam præcepti ab homine quodam in hoc mundo observati, iste homo dignus evadit educendi duas vel tres pluresve scintillas, si ab una radice fuerint: quamvis non tantùm sint propinquæ, sicut aures vel oculi. Unde à pluribus hominibus, qui singuli scintillam quandam educunt, quilibet nempe pro ratione præcepti à se observati, in mundum protrahi possunt similes scintillarum species; & in specie, si iustus ille fuerit de radice istius animæ. Atq; tunc quamvis anima una sit à capite, & altera è pede, atque sic porro; nulla tamen hinc difficultas. Quoniam omnia diriguntur secundum præcepta, & bona opera, quæ homo perficit, similesq; iisdem scintillas educit. Fieri ergo potuit, ut homo quidam è generationibus primis observaverit præceptum aliquod parvum, per quod educere non potuit nisi animam quandam de pedum notione: Et ut alius quidem vivat in generationibus his posterioribus, qui observet præceptum aliquod magnum, cujus beneficio educere queat animam quandam excellentem de notione Capitis & similiter: ita ut non omnino observetur ordo ille inter animas quo venerunt in mundum. Quia interdum animæ excellentes sunt in profundo corticum ut exinde prodire nequeant, donec veniat homo quidam de radice earum & observet præceptum aliquod ipsis competens & per quod restituendum est vitium talis animæ: Unde diu ipsis est expectandum, donec talis quidam inveniatur.

§. 5. Interdum autem animæ dantur parvæ inventique fuerunt quidam qui observarunt præceptum tale parvum eisdem competens; atque sic citô prodierunt in mundum in generationibus primis.

§. 6. Adhuc alia porro datur ratio, ut hoc adhuc intelligatur plenius, nempe sicut diximus Cap. 24. quod scilicet in singulis radicibus dentur discipuli sapientum & observatores præceptorum atque bonorum operum, nec non populares, qui in membris similes

miles sint cuti, carni, pilis & unguibus. Quare necesse est, ut in generationibus primi beji illi unius membri, verbi gratia superioris prius prodeant tanquam pili illius bri & citius in mundum veniant quam discipuli sapientum multò præstantiores, nentes tamen ad membrum aliquod inferius illo: Cum tamen inter discipulos tum qui ad pedes pertinent & inter plebejos in Capite existentes nulla sit propo similitudo: & nihilominus plebeji illi citius prodeunt è corticibus. [prove quod ante Patriarchas mundi viginti præcesserint generationes per bis mille mirum generatio diluvii & generatio turris Babelicæ:] Hi vero deinde in deunt tempore debito, pro ratione nempe membri sui inferioris, quamvis tes admodum; vel propter observatum aliquod præceptum in illo tempore fuit ut exire potuerint, ut dictum est supra.

§. 7. Alia quoque adhuc ulterius ratio datur; (quare nempe viliores claras antecedant) quia animabus præstantioribus nimium quantum adhæ ces; ita ut magno opus sit labore iis educendis. Unde mirum non est, quod rationibus istis inveniantur Justi insignes, quia fieri potest, ut animas hab tò præstantiores quam plurimi è prioribus. Unde quoque intelliges, quod Magistri nostri bonæ memoriæ, nullam dari generationem, in qua non sint justi quales fuerunt Abraham, Jizchak, & Jaacobh & Moscheh Magister noster pax, & Schmuel Propheta. Et quamvis in Gemara dicatur: quod Genera fiat melior; quod probant per Templum, quod prioribus reædificatum sit; bus autem non ita reædificetur. Hoc tamen intelligendum saltem est de G ne in genere; sed respectu quorundam singularium possibile est, ut genera melior: Sicut est generatio hæc moderna, quæ est ultima, in qua manif entia veritatis (id est Cabbalah) ut veniat Meschiach. Sicut dicitur in Tik ve supplementis: quod propter merita libri Sohar revelandus sit schiach.

§. 8. Id etiam hinc probatur, quod multis in locis reperiamus; Vo dam de cœlo clamasse: N. N. dignus est, ut accipiat Spiritum Sanctum scheh; & Jehoschuah; sed generatio non est digna ut id eveniat. Unde si generatio sumatur in genere, verum sit, Generationem non fieri meliorem. busdam individuis in specie eadem melior dici potest. Atque hinc quo marah refertur de R. Pinchas F. Jair; quod excellentior fuerit Moyse Mag super quo pax, quoniam illius tempore divisum fuerit Mare rubrum in grati myriadum; tunc autem propter hominem unicum. Deinde, quod Mo mare divisum saltem fuerit semel; tunc verò ter. Sic quoque R. Schimeon J timus è Doctoribus Mischnicis, gloriatur, quod Moscheh nesciverit facie fulgorem emittere; ipse verò istud in se evenire sciat. Sicut reperimus in Naso. Atque sic R. Akibha F. Joseph, qui erat filius proselyti & ultimus Dd. corum, tam fuit præclarus, ut cum Moscheh vidisset Horoscopum R. perterrefactus contremuerit, inquiens: nihil jam rei mihi circa minister

Sicut scriptum extat in Libro de literis R. Akibhæ. Et hæc illis qui fateri voluerint veritatem & rem profundius perspexerint perspicua sunt; deq; iis pluribus dicemus infra.

§. 9. Jam igitur prolixè satis deduximus, quomodo possibile sit Animas excellentes dari in generatione postrema; & minores illis priores in mundum venire potuerint. Expositum quoq; est, quomodo in una generatione tres vel quatuor scintillæ pluresve coævæ esse queant, quæ omnes sint de una radice. Unde mirum non est, quod Korach & Ægyptius, & Jethro omnes fuerunt coævi. Quod tamen ad tres istos attinet, ratio adhuc alia occurrit intimior. Scias tamen huc quoque referri posse, quod jam præfati sumus: nimirum possibile esse ut Psyche veniat in hominem unum; & spiritus in alium; & mens in hominem tertium, quæ omnes tres tamen sint homo unus omninò, quamvis non nati sint in consanguinitate, modo de una ortum trahant radice, ut dictum supra; & unus gradus sit Psyche; alter Spiritus; & tertius Mens. Atque sic in casu proposito res se habet. Kain enim constabat à bono atque malo, inque eo erant Psyche, spiritus & mens. Psyche igitur de genere mali revolvebatur in Ægyptio illo, quem occidebat Moscheh: sed Psyche ejus de genere boni revolvebatur in Kenan; & deinde in Mahaleel &c. sicut dicitur in Sohar Sect. Trumah. Porro spiritus ejus de genere mali revolvebatur in Korach; & quia spiritus major est quàm psyche; hinc psyche revolvebatur in Ægyptio; & spiritus erat in Judæo quodam, nempe in Korach, quamvis ambo essent de genere mali Kainitici. Deinde Spiritus de genere boni restituebatur in Schmuele Propheta; cùm primò revoluta fuisset in Nadab & Abihu; prout dicemus infra. Mens ejus tandem revolvebatur in Jethrone; atque tunc perficiebatur & restituebatur, sicut dicitur in Supplemento 115. f. 101. quod nempe in Jethrone Kain inceperit restitui. Et huc pertinet illud Gen. 4. v. 24. Septies vindicabitur Kain; ubi vox יקם defectivè scribitur sine Vav, ad denotandum tres illas revolutiones, & tres restitutiones, quarum ordo à summo ad imum pergit secundùm ordinem literarum יקם, id est, יתרו׳ קרח׳ מצרי, Jethro, Korach, & Ægyptius; vide plura supra cap. 26.

Cap. XXXIII.

§. 1.

Ut igitur ad specialia quædam de istis hominibus descendamus; jam præmisimus, quod Ægyptius ille, quem occidit Moscheh, fuerit Psyche mala Kaini: Moscheh autem fuit bonum quod fuerat in Hebele. Sicut autem Kain peccabat, quòd occideret Hebelem, ut acciperet Gemellam ejus: sic Ægyptius ille occidebat illum Jisraëlitam, ut acciperet uxorem ejus Schlomith filiam Dibri, sicut notum est. Unde dicitur Exod. 2. v. 11. *Et videbat virum Ægyptium, qui occidebat virum Hebræum*, מאחיו, ubi sub voce מאחיו non intelligi potest vir ille Jisraëlita, qui eundem nominavit virum Hebræum. Et si dicas illum fuisse cognatum ejus, & de ejusdem familia; id ita non est, quia alter ille erat de familia Dan, Moscheh autem de tribu Levi, sed sensus est, illum per Spiritum sanctum vidisse, quòd Ægyptius iste, qui occidebat virum Hebræum ortum haberet

de fratre suo, nempe Kaino, ita ut vox אחיו legenda sit per Chirek, & intelligenda de Ægyptio, qui erat revolutio Kaini fratris sui. Quod autem dicitur, Et convertit se huc atque illuc: id sic interpretantur Magistri nostri b. m. Moysen vidisse, quid ipsi fecerit in domo sua; & quid ipsi fecerit in campo. Sensus est, Moysen duas habuisse visiones, unam nempe, quid fecerit illi in domo, cùm voluerit vim facere uxori ejus; & alterum, quod idem peccatum jam commisisset, cùm adhuc esset Kain, nempe tunc etiam propter uxorem, suam nempe Hebelis & Moysis propriam: sicut Magistri nostri b. m. interpretantur locum illum Gen. 4. v. 8. *Et accidebat cum essent in campo.* Ubi per campum intelligi volunt uxorem. Cumque omnes ejus revolutiones propterea ipsi evenissent, ut elueret maculam illam, hic (existens in Ægyptio) è contrario potius peccato priori ulteriora addebat delicta, ita ut ob hanc rationem Moses eundem occiderit.

§. 11. In supplementis quoque n. 110. textus ille eodem modo exponitur superaddita quoque explicatione in verba illa Exod. 2. v. 12. *Et videbat, quod vir nullus*: id est, quod nullus Proselytus ab ipso sit proditurus; quasi contemplatus sit, an in ipso aliquid esset de natura boni, videritque quòd nulla sit spes. Supra enim dictum est, Ægyptium illum fuisse Psychen de genere mali Kainitici & non de genere boni. Et quia videbat, quod nulla in illo foret spes, hinc factum est, ut occideret eum. Absit enim, quod vir justus, qualis erat Moyses Magister noster super quo pax, occisurus esset virum quendam ob merum odium: cum scriptum sit Lev. 19. v. 17. *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* Hic autem frater ejus erat. Quinpotius è contrario ex mero amore eundem occidit, ut nempe illum restitueret. Unde intelliges, quare dixerint Magistri nostri b. m. Moysen nempe occidisse Ægyptium per nomen expositum. Ubi quæstio oritur insignis, quomodo Moyses pronunciaverit nomen illud sanctissimum expositum super Ægyptio isto impuro: cùm tamen in Sohar dicatur Sect. Balak f. 197. quod Pinchas dixerit ad Zebulun: Abi & occide eum; sed non per nomen expositũ: quia indignus est super quo illud pronuncietur. Cùm tamen Bileam fuerit Propheta, prout dixerunt Magistri nostri b. m. Multo minus igitur hoc fieri debuisset super Ægyptio isto. Verum enim vero res ita se habuit, sicut jam diximus: Moysen nimirum habuisse intentionem eundem restituendi; unde eum occiderit per nomen expositum. Ubi notandum est, quod nomen expositum hoc non fuerit illud, de quo dicitur Exod. 3. versf. 15. *Hoc est nomen meum in æternum*, de quo dixerunt Magistri nostri b. m. quod qui illud pronunciet literis suis, nullum habeat portionem in mundo venturo. Et notum est alias, quòd plura dentur nomina, quæ vocantur exposita: sicut & alia sunt, quæ vocantur cognomina. De his videri potest præfatio libri, de Literis R. Akibha, ubi agitur de nominibus sanctissimi expositis. Traditumque nobis est à Magistris nostris, quod nomen illud expositum, per quod Moyses occiderit Ægyptium, fuerit nomen 42 literarum, cujus initium est אבגיתץ &c. Hoc enim, ut notum est, nomen est severitatis, quod occidit. Suntq;, qui illi subjiciunt puncta illius dicti Exod. 2. 12. וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה. *Et convertebat se huc atq; illuc.* Summa huc redit, quod hoc nomine eum occiderit. Porro etiam notum est, quod hæc sit istius nominis proprietas, ut per illud mundi queant elevari tribus manibus: quia in illo ter continetur nomen יד i. e. manus, cujus numerus est 14. unde summa 42. Prout à nobis expositum

tum

um est super benedictione matutina, cujus initium est: &c. אנא בכח. Item super similli benedictione ejusdem initii, quæ cum lectione Audi, noctu coram lecto recitatur.

§. 3. Intentio ergo Moysis erat, eundem elevare per cædem hanc sursum ad uxorem supernam tanquam aquas fœmininas, juxta dictum illud Thren. 3. v. 23. *Novæ sunt sub diluculis* &c. Nimirum per nomen 42. literarum, quod habet vim elevandi, ut tempe ibi innovaretur, inque mundum rediret emundatior, quàm fuerat antea, ut supra jam diximus cap. 31.

§. 4. Cùm igitur occidisset eum, exibat ab eo Psyche illa, & associabatur Jethroni, qui erat Mens Kaini, ut dictum supra. Cumque sic eidem jungeretur, Jethro proselytus fiebat, abnegato cultu Idolorum, quoniam restituta erat Psyche ejus per nomen 42. literarum.

§. 5. Nihilominus propterea punitus est Moses, ut pluribus infra dicemus. Et huc pertinet dictum illud Gen. 4, 24. *Quoniam septies vindicabitur Kain.* Id est, vindicta illa, qua Deus sanctissimus puniturus est Kainum, fiet per virum quendam septinomium, sicut dixerunt Magistri nostri b. m. eundem intelligi, qui occidit Ægyptium, qui erat Kain. Quod autem dicitur שבעתיים quasi bis septies, & non septies simpliciter; hoc indicatur, quod Kain vindicandus sit duplici septenario, id est, per duos viros, qui singuli habuerunt septem nomina, sicut dixerunt Magistri nostri b. m. ita ut per ambos restituendus sit Kain. Moyses enim Magister noster, super quo pax, occidebat Ægyptium, & restituebat eum per nomen expositum, (& habebat septem nomina, quæ sunt; משה & 1. Chron. 4. v. 18. ירד · חבר · יקותיאל : & אבתנוח · אביסוכו · אבינגוות) Deinde autem veniebat eadem Psyche & jungebatur Jethroni, qui etiam habet septem nomina (קני פוטיאל רעואל חובב חבר יתרו יתר) ibique restituebatur; eò quod is fieret Proselytus abnegato cultu Idololatrico.

§. 6 Ista ergo occisio Ægyptii hujus indigitatur verbis illis Exod. 21. v. 12. *Si quis verberaverit virum quendam ut moriatur; non tamen insidiatus sit ei, sed Dominus sic illum obtulerit: locum tibi ponam, quò fugias.* Ubi sub verbis; *non insidiatus fuerit*, intelligitur Moscheh, qui occidit Ægyptium, pro commodo ejus; & non ex proæresi; sed Deus illum obtulit manib. ejus. Nihilominus tamen punitus è Moscheh, quod eũ occiderit ante tempus destinatum ipsi: Hinc dicitur, *Ponam tibi locum.* Dicendum enim fuisset, ponam ei locum: sed quia dicitur; *ponam tibi:* ipse Moses intelligitur. Cui exinde necessaria fuit urbs refugii, ut fugeret שמה illuc, ubi ne legas שמה sed משה. Id quoque traditur in Sohar Sect. Mischpatim his verbis: hoc præceptum, de separandis urbibus refugii, tibi datur, propter illum Ægyptium, quem occidisti &c. Occidisti enim eundem tempore nondum congruo. Ubi simul dicitur, quod præsens ibidem fuerit serpens antiquus (Confer Apocal. 12. v. 9.) sive primævus. Quod idem est, quod supra diximus, Kaino scilicet, quoniam esset de severitatibus, adhæsisse impuritatem serpentis respectu Psyches. Si enim totus, quod absit, constitisset ex impuritate, prout multi autumant: quare Moscheh Magister noster super quo pax, obligatus fuisset

fuisset tolerare exilium? Porro enim dicitur ibidem: Præceptum tertium est de urbibus refugii. Atque tres hæ urbes refugii Transjordaniticæ non in usum venerunt, donec & reliquæ separarentur, quæ in terra Jisraël: Quare igitur Moscheh sic festinavit, sicut dicitur Deut. 4. v. 41. *Tunc separavit Moscheh tres urbes?* Res autem ita se habet, quod per separationem istarum urbium imputari sibi vellet, quasi ibidem exulasset, ut sic expiaretur peccatum ejus. Unde in vocula שמה latet nomen משה.

§. 7. Porrò ab ista impuritate, quam impius iste Ægyptius injiciebat in Schlomith filiam Dibri, quod erat malum, prodiit ille filius, de quo dicitur: Levit. 24, 10. *Exibat autem filius mulieris cujusdam Jisraëliticæ, qui erat filius viri Ægyptii, & maledicebat sanctissimo nomini.* Quoniam opera patrum perficiunt filii: unde quia Pater, Ægyptius ille scilicet, perfectè malus erat, mirũ non est, quod delictum hoc perpetraverit: unde & ipse occisus est per Moschen Magistrum nostrũ, super quo pax, quia à Patre hoc habebat. Dictum enim est v. 11. *Et adduxerunt eum ad Moscheh*, &c. De peccato autem ejus, de quo dicitur, *& maledicebat nomini Divino*, loquemur suo loco.

§. 8. De Jethrone autem jam quoque multa sunt dicta cap. 26. & 27. sicut etiam, quænam fuerit Gemella redundans illa Hebelis. Quia ergo Kain jam restituebatur in Jethrone, sicut diximus, quod ipsi se adjunxerit Psyche Ægyptii illius, atque conversus sit; quodque Jethro fuerit portio ejus fundamentalis, nempe Mens Kaini; unde in illo restitutum sit peccatum Kaini: hinc abunde intelliges, quare inter omnes tribus Jisraël, nulla Mosi destinata fuerit uxor, nisi filia Jethronis sacerdotis Idololatrici: quia nimirum in isto Kain inceperat restitui: unde loco facti sui primi, quod occiderit eum, jam eundem à Pharaone fugientem amœno vultu in domum suam suscepit, animamque ejus salvavit, cibumque & potum ei subministravit, sicut dicitur Exod. 2. v. 20. *Vocate eum, & comedat panem.* Et pro eo quod antehac gemellam Hebelis abstulisset; jam eandem eidem restituit, quippe quæ esset Zippora filia ejus, sicut diximus cap. 27. Hinc patet, quia in Jethrone Kain incipiebat restitui, quod propterea Moscheh acceperit filiam ejus: quoniam Moscheh erat Hebel, & Jethro erat Kain post restitutionem suam: quare etiam Moysi omne id exhibebat, quod de ipso legimus.

§. 9. Sed Ægyptius & Korach & Dathan & Abiram & Doëg & Achitophel omnes isti de parte mali Kainitici provenerant, antequam illa restituta esset: unde semper adversabantur Moysi & Davidi, quod probè notandum.

§. 10. Hinc quoque intelliguntur verba illa Exod. 18. v. 6. *Ego socer tuus Jethro, & uxor tua.* Ubi dicere debuisset, & filia mea: sed propterea dicit, *Et uxor tua*; quod intelligeret uxorem illam primam, quam habuerat tempore Hebelis. Unde literæ initiales horum verborum אני חותן יתרו repræsentant voculam אחי, mi frater, quasi diceret: Ego sum Kain, & tu es frater meus Hebel; Jamque pacifice tecum agam, & libenter tibi reddam uxorem tuam, ut id corrigam, quod antea deliqui.

§. 11. Et huc etiam pertinet illud, Jud. 4. v. 11. *Et Cheber Kenites seperaverat se à Kaino.* Iste enim Cheber erat de nepotibus Jethronis: sicut scriptum est ibidem: *Et filius Chobab soceri Moysis.* Unde Cheber iste è posteris Kaini erat de genere boni, quod

in

n ipſo fuerat; ſicut diximus cap. 29. Hinc dicitur: *ſeparaverat ſe à Kaino.* Quoniam n Kaino permixtum erat bono malum; jam verò bonum illud ſeparatum erat à malo Kaini: Unde Cheber etiam dicitur קיני quæ ſunt literæ Kain: quod nimirum à Kaino deſcenderet, & à Kaino, id eſt ejus malo ſe ſeparaverat.

§. 12. Jam autem redibimus ad diſcurſum de Zipporah, quæ nimirum fuit œmina illa redundans Hebelis: & hæc etiam vocatur Leah, quoniam ab illo loco deſcenderat: quanquam illa ſit de parte interna, & Leah de parte externa, ubi nolus eſt Phylacteriorum. Et huc pertinet illud: Exod. 2. v. 20. *Et Moyſes habitare voleat apud virum iſtum.* Ubi literæ initiales illorum verborum לשבת את האיש; exhibent nomen Leah; quippe quæ ipſa erat Zipporah. Unde dicitur: *Deduq; et Zipporam liam ſuam.* Quod etiam deſignatur verbis initialibus Pſalmi 90. v. 1. Ubi per literas nitiales horum verborum למשה איש האלהים *Oratio Moyſis viri Dei* exhibetur nonen לאה. Res autem ita ſe habet: Quia omnes notiones regni vocantur preces. Dantur autem variæ precum ſpecies, v. g. Oratio Davidis; quod eſt regnum notionis Davidicæ: item oratio pauperis, quod eſt regnum infimum, cui pauperis nomen competit. tem oratio Moyſis, quod eſt regnum ſummum informationis, adeoque gemella reundans uxor Moyſis. Hinc dicitur: Oratio Moyſis, id eſt, notio illa regni Moyſis, uod denotatur per modo dictas literas initiales, quod nempe ſit Leah. Non enim inelligitur oratio infima, quæ eſt Rachel, ſed oratio Moyſis, quæ ſurſum eſt ſub notione eah. Id quoque patet è Phraſi vocis תפלה quaſi diceretur טפלה ſenſu copulandi eu jungendi: quia hæc gemella redundans juncta atque ſociata erat Moyſi, qui eſt undamentum Patris: quia ibidem eſt radix ejus, ut dictum eſt cap. 27.

§. 13. Hinc quoque intelliges, quod dicitur in Sohar Sect. Balak his verbis: Quaor ſunt orationes, Oratio Moyſis: Oratio Chabcuk: Oratio Davidis, & oratio Pauperis. Et nulla harum tam eſt accepta, quàm oratio Pauperis.

§. 14. Item exhinc intelligi poſſunt ea, quæ extant Num. 12. v. 1. *Et Mirjam atq; Aaron loquebantur de Moyſe propter fœminam illam Æthiopiſſam.* Primo igitur explicao, quæ ſit mulier Æthiopiſſa, Ubi præmittenda ſunt, quæ habentur in libro ſingulari, uod vocatur Chronicon Moyſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax, quod nempe Moſcheh rofectus ſit in Æthiopiam, ibique regnaverit annos quadraginta: inque uxorem aceperit ipſam conjugem regis Æthiopici per Sponſalia more Judaico: Deinde tamen ladium poſuerit inter ſe & ipſam, nec unquam illam tetigerit. Ubi quæſtio oritur; Quomodo ſibi deſponſaverit mulierem Æthiopiſſam? & quia eandem ſibi deſponſavet, cur non tetigerit eam? Res autem ex iis patet, quæ ſupra diximus cap. 27. quænam ilicet fuerit natura gemellæ illius ſuperfluæ: ubi diximus, quod illa fuerit de notione erebrorum ſtatus adulti. Ubi ſimul diximus, quod omnes iſtæ notiones etiam ſint in erebris minorennitatis. Unde patet, quod ſicut notio Zipporæ eſt in cerebris ſtatus dulti, ſic eadem notio animæ quoque fuerit in cerebris minorennitatis: & hæc myſticè telligitur per mulierem illam Æthiopiſſam ſupradictam. Jam verò notum eſt, quod erebra minorennitatis omnia ſint judicia perfecta de nominibus Elohim, & in ſpecie

notiones fœmininæ sub tempore minorennitatis. Jam verò dictum est de judiciis quod duo sint illorum genera: nimirum judicia masculina, quæ sunt numero 325: & judicia fœminina, quorum numerus est 280 juxta numerum מנצפך quæ sunt literæ duplices. Ista autem mulier Æthiopissa est regnum de notione Patris; suntque judicia masculina quorum numerus est שכה 325. & cum voce simul annumerata 326, qui est numerus כוש Æthiops. Ubi color quoque nigredinis per se denotat, illam fuisse de genere judiciorum rigorosorum minorennitatis. Atque sic quoque in Sohar Sect. Pekude dicitur, quod 325. scintillæ purificentur in cogitatione (id est, in sapientia.)

§. 15. Unde patet, quod duas gemellas superfluas habuerit Moscheh, unam Æthiopissam illam de notione minorennitatis: & alteram Zipporam de notione status adulti: quam deinde duxit, cumque ea concubuit. Quapropter nomen Zipporah significat avem puram, quia nempe mundatior erat à judiciis: quam ob causam cum hac, quæ status adulti erat, copulam exercuit, liberosque de ea genuit. Cum Æthiopissa autem, quia ad judicia perfecta minorennitatis pertinebat, copulari nolebat, nec ex illa generare liberos: nihilominùs tamen uxor ejus erat, quia eam sibi desponsaverat more Hebræorum. Mirjam ergo & Aaron hoc ipsum nesciverunt; putantes Moysen in hoc errasse, quod sibi desponsaverit uxorem Æthiopissam; cùm turpe esset viro illi, desponsare sibi mulierem Æthiopissam. Præsertim quod audierant, quod Eldath & Medath vaticinati essent in castris. Id quod sic interpretantur Magistri nostri b.m. illos vaticinatos esse, Moysen moriturum, nec intraturum in terram Jisraël; introductionem autem instituendam per Jehoschuah. Cùm igitur Aaron & Mirjam vaticinium hoc audirent, nec scirent causam, quare moriendum sit Moysi, nec concedendus sit ipsi introitus in terram Jisraël: quoniam peccatum illud ad petram nondum factum erat, quod causa erat mortis ejus. Aaron autem & Mirjam putabant se intraturos in terram Jisraël. Unde loquebantur de Moyse putantes causam mortis ejus esse mulierem illam Æthiopissam, quam uxorem duxerat.

§. 16. Sciendum autem, rationem, quare Moses non sit ingressus in terram Jisraël, consistere in nimia ejus excellentia. Quoniam facies Mosis erat sicut facies Solis, quæ est arbor vitæ: sed facies Jehoschuah est sicut facies Lunæ, quæ est notio terræ Jisraëlis; quare iste eos introducebat in terram. Hinc etiam Moyses exploratoribus dicebat, ut inquirerent, an inibi esset arbor, an verò non. Scire enim volebat, an arbor vitæ, à quo Moscheh provenerat, dominium haberet, in terram Jisraël; an verò Luna tantum. Atque hæc est mystica illa ratio, quod Moses non sit ingressus in terram Jisrael. Sicut hæc exposuimus Tractatu de generatione deserti. Mirjam autem & Aaron putabant rationem esse hanc, quod duxisset uxorem Æthiopissam: quòd si enim pro causa hoc habuisset, de quo dictum supra, quoniam scilicet Prophetia Moysis descenderet ab arbore vitæ, quæ est nomen Tetragrammaton, & non à nomine Adonai: sic cogitabant: Atqui etiam nobiscum locutum est Tetragrammaton, an ergo tantum cum Moscheh locutum est Tetragrammataton, ut nimirum hæc causa sit mortis ejus: hoc impossibile est, quia etiam nobiscum locutum est Tetragrammaton: quare ergo

no

os ingrediemur, & non ille? Quoniam nondum decreta erat sententia illa super Aa-
one usque ad peccatum Petræ. Tunc ergò illis respondebat: Non sic esse, prout illi
utarent: moriendum nempe sibi propter peccatum Æthiopissæ; quippe quam neces-
rio ducere debuisset. Causa autem vera erat excellentia Moysis, ut dictum est. Quod
item objiciebant dicentes: Atqui & nobiscum locutus est Dominus: quare ergo nos
trabimus? ad id non respondebat, quia ipsis indicare nolebat, se excellentiorem esse
sis: unde dicit Dominus v. 7. *Non ita servus meus Moscheh.*

§. 17. Et quia jam sub manibus nobis est discursus iste, hîc explicabimus, quod
citur in Sohar Sect. Breschith: Quod Jaacobi corpus atque ossa sepulta sint in terra
sraël: Josephi verò ossa tantum, & non corpus: & Mosis Magistri nostri super quo
ax, nec corpus nec ossa. Cujus causa hæc est: quia Thimna veniebat & Jacobum alli-
ebat ad concubitum; ipse verò nolebat; unde dignus fiebat, ut corpus ejus cum ossi-
us sepeliretur in terra. Josephus autem quia Gonorrhæam patiebatur, juxta Gen.
9, 24. Et ea quæ ibidem tradunt Magistri nostri p.m. in negotio illo cum uxore Domini
i, hinc non sepeliebatur in terra corpus ejus. Mosche autem Magister noster super
uo pax, quia mulierem Æthiopissam verè duxit uxorem, plane non sepultus est in ter-
, nec quoad corpus, nec quoad ossa. Quia terra Israëlis vocatur timor Domini; ille
item uxorem duxit extraneam Æthiopissam. Huc autem referemus & locum illum:
um. 12. v. 3. *Et vir Moscheh humilis erat admodum & insigniter.* Jam enim diximus
Locum: Prov. 22. v. 4. *Propter humilitatem est timor Domini:* ubi in Hebræo parti-
la עקב, id est, *propter* etiam denotat *calcaneum* (quasi sensus sit: calcaneus Humilita-
s est Timor Domini.) Quod nempe Leah dicatur humilitas; & Rachel vocetur timor
omini: unde patet quod timor Domini, quæ est Rachel, sit sub pedibus & sub calca-
eo Leæ quæ vocatur humilitas. Idem ergo indigitat Scriptura, cùm inquit: *& vir Mo-
be humilis erat valdè.* Namque & Lea vocatur humilitas; & ipse dignus erat mensura
ic humilitatis, quæ erat Zippora uxor Mosis, quæ etiam vocatur Lea; Sed Rachel,
uæ est timor Domini respectu Mosis res erat exigua: sicut dixerunt Magistri nostri p.
. ad locum illum: Deut. 10. v. 12. *Jam ergo Israel, quod Dominus Deus tuus à te deside-
t nisi ut ipsum timeas?* Quod notes: Unde etiam Rachel dicitur parva. Id quod in-
unt Magistri nostri p.m. dum dicunt: omnino timor penes Mosen res erat exigua.

§. 18. Nunc autem revertemur ad materiem de Jethrone, de quo supra jam dixi-
us, quod in illo restituta sit Labes Kaini. Ubi porro sciendum, quod & aliud correxe-
: vitium in Kaino obortum: de quo nimirum loquitur Targum Hierosolymitanum:
ainum nempe dixisse Hebeli fratri suo: Non est judicium; nec est judex; nec est mun-
s alius. Jam ergo in mundum venit ut ista corrigeret, quia cum ipso initium sit se-
ionis de judiciis, his verbis: Exod. 18. v. 21. ואתה תחזה sicut dixerunt Magistri no-
i piæ memoriæ. Et propterea Mosi dedit consilium de constituendis judicibus, ut
mpe primam elueret maculam. Hinc quoque intelliges, quare dixerint Magistri no-
i piæ memoriæ. Nomen ipsi fuisse Jether, i.e. superadditus, quia superaddiderit unam
ctionem codici legis, cujus initium est ואתה תחזה. unde superaddita sit ei litera

una de nomine sancto nimirum ו ut loco יתר vocatus sit יתרו. Et huc pertinet & illud quod de Kaino dicitur: Gen. 4. v. 15. *Et Deus posuit signum in Kaino*; Ubi per vocem signi intelligitur litera Vav. quæ addita est nomini Jethro. Atque sic etiam in Sohar sectione בראשית dicitur: Superadditam ipsi esse literam אחד unam de viginti duabus literis legis. Notum autem quod litera ו plenè scripta hoc modo: ואו numero suo efficit 13 quem numerum etiam habet vocula אחד unus. Id quoque indigitatur in Tikunim: quod per verba illa: *Et posuit Dominus signum in Kaino*, denotetur Jethro.

§. 19. Hinc itaque apparet, quod tota restitutio Kaini fuerit in Jethrone: Quoniam ille habebat gradum mentis Kaini, ut dictum supra: & simul etiam psychen ejus malam, quæ fuerat in Ægyptio, eiq; se adjunxerat. Id quod etiam indicatur verbis illis Gen. 49. v. 3. יתר שאת ut sensus sit: illud quod dictum est Caino: Gen. 4. v. 7. *Annon si benefeceris* שאת *condonatio tibi*: impletum esse in Jethrone, ita ut Jether habuerit condonationem. Quod etiam in Sohar traditur Sectione בראשית cùm dicitur: quid est שאת? illud quod scriptum est יתר שאת. Quod probe notandum. Infra autem cùm agetur de Rubene eadem exponentur latiùs.

Cap. XXXIV.

§. 1.

Capite 32. dictum est, quod psyche Kaini ad genus boni pertinens revoluta sit in Kenan & Mahalaleel, qui singuli aliquid de illa restituerint, scintillam nempe cuiq; debitam, quæ tamen omnes continebantur in Kaino: istud igitur deinceps ita continuatum est, donec veniret Ruben filius Jacob, qui & ipse de radice Caini erat; sicut dictum est Gen. 29. v. 32. *Et vocabat nomen ejus Ruben.* Vox autem ראובן dividitur in duas partes, quasi diceretur: ראו videte; בן filium. Ubi quæstio oritur hæc: An nimirum nulla unquam mulier filium viderit quàm hæc? Res autem ita se habet, sicut dictum est: quod nempe Kain provenerit de fundamento matris supernæ, unde Leah prodiit: atque hinc Leah peperit Ruben, qui erat ipsa Psyche bona Kaini: quare dicebat: Videte filium, i. e. videte primogenitum illum filium inter omnes in mundum natos, nempe Kainum.

§. 2. Hinc etiam dixerunt Magistri nostri b. m. Leam dixisse: Videte, quantum differant filius meus, & filius soceri mei (i. e. Esav). Quod ita intelligendum est, sicut explicuimus in tractatu de Leah: quod nempe hæc venire debuerit in portionem Esavi. Esavus autem prodibat rufus, ceu profusor sanguinis, eratq; portio Kaini mala. Jacob autem acceperat portionem Kaini bonam, quæ pertinet ad notionem calcanei, ut dictum supra cap. 29: quod nempe, quia provenerat de parte fœminina severitatum, Caino adhæserint cortices, qui intelliguntur per serpentem. Unde dicitur: Gen. 3. v. 15. *Et tu perforabis ei calcaneum.* Hunc autem calcaneum sibi rapuerat Esav: unde etiam primogenitus erat, sicut Kain. Deinde autem cùm prodiret Jacob, manu sua prehendebat calcaneum illum sanctum, quem assumserat Esav. Unde scriptum est: Gen. 25. v. 26. *Et manu sua apprehendebat calcaneum Esavi*: i. e. calcaneum illum, quem Kain sibi

sibi rapuerat, non verò calcaneum Esavi ipsum. Jam verò notum est, quod sicut impuritas serpentis adhærebat Kaino; sic eadem adhæserit Esavo: sicut etiam in Sohar dicitur sect. Tholedoth, quod Esav se applicuerit ad partem serpentis.

§. 3. Porrò notum est, quod Jaacob fuerit revolutio Adami. Sicut igitur primò, cùm adhuc protoplastes esset, causa fuerat, quod serpens sese applicaret ad istum calcaneum: quoniam in singulas notiones fœminæ, ubicunque illæ sint, injecerat spurcitiem suam, quod probè notes. Adeoq; & ad hunc calcaneum sese applicuerat. Jacob igitur qui erat Adam ipse, id restituebat, quod primò corruperat, istumque calcaneum eripiebat de manu Esav: qui erat malum, quod in Kaino fuerat, unde primogenitus erat sicut ille. Sumebat autem illum, eumque applicabat super manum suam: per quam intelligitur brachium sinistrum; quia ibidem est notio calcanei hujus in humero sinistro. Quare non dicitur: *Manibus suis*: sed *manu sua*, in singulari.

§. 4. Porrò etiam nosti, quod Jacob fuerit pars postica Patris, quæ etiam erat Adam: denotaturq; per literam Jod Tetragrammati. Si enim hæc litera plene scribatur hoc modo יוד; reperimus Metathesin vocis ידו *manu sua*. Nam quia Jacob ortum habebat de parte Patris, qui vocatur Jod; hinc restituere poterat calcaneum hunc, qui est de parte Matris. Sicut etiam dicitur in Sohar sect. Pekude; quod in cogitatione i. e. Patre purificentur scintillæ judiciorum, Patet igitur, quod Jacob, qui erat notio partis posticæ literæ Jod, sicut dictum, per illam literam Jod sese applicuerit ad hunc calcaneum עקב, unde etiam vocatur יעקב i. e. combinatio literæ י cum calcaneo, quod probe notandum.

§. 5. Jacob igitur putabat, filium suum Ruben, qui primogenitus erat sicut Kain, accepisse calcaneum hunc: qui est fundamentum omnium: nimirum primogenitura, quæ denotatur vocula שאת, illorum verborum, Genes. 4. v. 7. *Annon si benefeceris*, שאת, quod per metathesin est אשת quæ est regnum hoc, cui nomen calcanei: nec non sacerdotium, quod etiam vocatur שאת; ita illud: Lev. 9. v. 22. וישא *Et extulit Aaron manus suas.* Videatur cap. 23. Fundamentum tamen horum omnium pertinebat ad gradum Mentis Kainiticæ: hanc autem acceperat Jethro, ut dictum supra. Patet igitur, quod quamvis Ruben esset de parte Psyces Kaini; tamen cum peccaret cum Bilhah, ab ipso sublata sit hæc primogenitura, collataque Jethroni. Et quamvis Scriptura dicat, eandem datam esse Josepho; unum tamen & idem est, juxta illud, *quod ille fuerit Pinchas, natus de filiabus Puthiel*, qui est Joseph & Jethro, sicuti dicemus.

§. 6. Sensus ergo eorum, quæ Jacob dixit Rubeni Gen. 49. v. 3. hic est: *Ruben tu primogenitus meus*: id est, quia tu primogenitus meus es; & ego sum quasi Adam; tu merito accipere deberes primogenituram animarum, sicut dictum est: Verum enim vero ita non eveniet: sed יתר שאת i. e. ille, qui vocatur Jether habebit primogenituram; ויתר עז i. e. ille qui vocatur יתרו, quæ sunt literæ ויתר accipiet robur i. e. regnum: quem sensum etiam assecutus est Paraphrastes Chaldaicus Onkelos.

§. 7. Quia autem Ruben pœnitentiam egit, hoc ipso id effecit, ut per illum restitueretur portio illa Kaini, quæ vocatur שאת: & hic est ille, qui vocatur Jissaschar: ille

enim non prodiit, nisi per violas seu Mandragoras illas, quas attulit Ruben Gen. 30. v. 14. Quamvis enim non ipse Ruben dignus fuerit illa portione; nihilominus dignus fuit eundem restituere per Jissaschar. Notum enim est, quod iste hoc nomen acceperit, quia Leah Jacobum mercede conduxerat ad concubitum per Mandragoras. Porrò etiam notum est, quod Leah & Chavvah unum sint: quia Adam & Jacob sunt in Patre: Et Chavvah & Leah in matre. Quamvis Adam & Chavvah in parte superna; & Jacob atque Leah pars postica istorum graduum sint, sicut dictum est suo loco. Huc quoque pertinet illud, quod vaticinata sit Chavvah, cum diceret: Gen. 4. v. 1. *Emi mihi virum cum Domino.* Ubi intelligitur emtio illa & conductio , qua deinde ceu Leah conductura fuit Jacobum, ut nempe produceret Jissascharum, in quo restitueretur Kain; eo quod Kain haberet in se cum bono malum, quod erat serpens: Jissaschar verò restituebatur per legis studium, ut totus esset è genere boni, è genere sanctitatis Dei Benedicti. Unde dicebat: Emi virum, cum Domino, De quo dictum cap. 25. In tractatu autem de R. Akibhah naturam Jissascharis plenius declarabo, & quare dictum sit; Genes. 49. v. 14. *Jissaschar asinus osseus.*

§. 8. Cum autem conduceret Leah Jacobum, verba hæc extant: Gen. 30. v. 16. *Et cubuit cum illa eadem nocte.* Mysterium autem ita se habet: Quoniam Jacob est stipes arboris ligni vitæ: sed tribus & filii ejus, sunt rami sub mysterio duodecim signorum Zodiaci, & articulorum in manibus atque pedibus, sicut observatur in Sohar Sect. Vajechi. Jissaschar autem plus in lege studebat, quam omnes reliquæ tribus: & ipsa natura Jissascharis etiam erat de stipite arboris ipsa, cui est nomen legis scriptæ; sicuti Jacob pater noster: Et non pertinebat ad ramos, prout tribus reliquæ. Unde patet, quod Jissaschar quasi Jacob ipse fuerit, & corpus Jacobi. Unde dicitur: Et cubabat nocte ea cum illa. Id est, concubitus reliqui pro cæteris tribubus tantum erant sub conceptu ramorum: iste autem fiebat pro ipsa natura Jacobi: & contingebat sub mysterio istius calcanei, quem abstulerat Esavo, & propter quem dictus erat Jaacobh.

§. 9. Hinc quoq; intelliges dictum illud: 1. Par. 12. v. 32. *Et de filiis Jissascharis erant* יוֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים prudentes observatores tempotum, ubi literæ initiales referunt nomen Jabal: quia Jissaschar veniebat à Kain, qui est fundamen matris, quæ Binah dicitur. Supra autem jam dixi cap. 29. quod Jabal fuerit revolutio Kaini: ille nempe, de quo dicitur: Gen. 4. v. 20. *Et Adah generabat Jabal:* omnes autem generationes Kaini de radice mentis ejus descendebant: & Jissaschar erat de natura Jabal: unde in literis initialibus verborum supra dictorum hoc nomen continetur.

§. 10. Sequitur digressio de quatuor Elementis, quæ sunt Ignis, Aer, Aqua, Terra; in illis latet mysterium ipsarum quatuor literarum Tetragrammati, sicut dicitur in Sohar Sect. Vaerah: Et ex his facta sunt omnia creata, & singula quidem secundum suum Elementum prædominans. In Tetragrammato autem duodecim sunt metatheses: imo deinde plane ascendit summa ejus usque ad sexaginta myriades: Et in qualibet harum particularum sunt conceptus Elementorum juxta personas suas. Et animæ dividuntur secundum quatuor Elementa, ita, ut in singulis membris detur quaternarius iste, inque

inque omnibus perſonis. Unde patet, quod animæ dividantur in multas ſpecies, & in ſingula ſpecie ſit integra perſona, usque in infinitum. Atque hoc eſt myſterium revolutionis, de quo vide, quæ dicta ſunt ſupra cap. 4.

Cap. XXXV.

§. 1.

POſtquam jam explicuimus, quænam fuerint Pſyche, ſpiritus & Mens Kaini, & quô ordine ipſis contigerit revolutio; jam ſuperaddemus aliud quid, quod pertineret ad cap. 29. Nempe cum peccarent Adam, Kain & Hebel, non ſatis erat, quod exhinc reſultaret mixtio mali cum bono: ſed ipſum quoque bonum confundebatur atque turbabatur: & omnes ſcintillæ animarum permiſcebantur invicem. Unde datur mixtura ſcintillarum Adami in Kaino, & Kaini in Adamo: Adami in Hebele, & Hebelis in Adamo: item Kaini in Hebele, & Hebelis in Kaino, atque ſic ſimiliter: ita ut in homine quodam unico ſæpè ſit Pſyche una, conſtans è ſcintilla Kaini, & è ſcintilla Hebelis, & ſic deinceps quoque in cæteris.

§. 2. Res autem ita ſe habet: Cum homo perfecit Pſychen ſuam, in eum venire poteſt ſpiritus de radice alia, ſi quoad gradum & naturam correſpondeat cum Pſyche ejus, quamvis non ſint de genere uno & de radice una, prout ſupra quoque cap. 11. dictum eſt. Unde quaſi plurima animarum pars, imo veluti omnes hoc modo mixturam patiuntur. Hinc etiam diximus cap. 29, quod in omnibus Kainiticis nemo fuerit, qui omnes tres gradus animæ inferioris habuerit à Kaino; præter unicum Abbajam, ſicut pluribus dicemus volente Deo.

§. 3. Et hæc ſic permanebunt & continuabuntur usque ad adventum Meſſiæ: deinde autem quælibet anima redibit ad radicem ſuam, omnesque Pſychæ abibunt ad Mentes & ſpiritus ſuæ radicis. Atque hoc efficietur per Eliam Prophetam bonæ memoriæ, ſicut dicitur: Mal. 4. v. 6. *Et convertet cor Patrum ad filios*, &c. quia jam etiam patres & filii non omnes ſunt de radice una, ita ut quandoque pater ſit Kainita, & filius Hebelita, & ſic deinceps. Tunc autem omnes animæ redibunt ad radicem ſuam veram. Et quia etiam Elias talis erat, ut Pſyche ejus de radice una, & ſpiritus de alia radice eſſet; hinc per illum reſtituentur omnia.

§. 4. Unde patet, quod iſtæ revolutiones, de quibus diximus in Kaino, tantum intelligendæ ſint de Pſyche: de Mente enim nihil memini. Atque ita res ſe habet in omnibus radicibus.

§. 5. Jamque revertemur ad naturam Kaini: quamplurimi enim ſunt & quaſi infiniti, qui ortum habent de genere ſpiritus Kaini. Nam ſpiritus ejus revolutus eſt in Nadab & Abihu, & Schmuel Propheta: & Pſyche ejus in Jiſſaſchar. Sed ſpiritus ejus de genere mali erat in Korach. Quamvis enim Korach fundamentaliter eſſet ab Hebele; tamen propter confuſionem animarum ſpiritus Kaini de genere mali ſeſe immiſcuit Koracho. Unde dicitur: Num. 16. v. 1. *Et accepit Korach*, &c. Ubi dixerunt Magiſtri noſtri bonæ

bonæ memoriæ: quod ipse sibi assumserit malum. Quod rectè dictum scias: quia per odium istud, quo invidebat Moysi super quo pax, properabatque ad statum inquinatum, aperiebantur ipsi portæ, eique immiscebatur spiritus Kaini de genere mali: non autem est acceptio pejor, quam talis, quia iterum rixari incipiebat cum Mose Magistro nostro super quo pax, sicut Kain cum Hebele: quod paulò latius diducemus.

§. 6. Nam quia Korach erat Levita, nimirum de genere severitatum, præsertim quod sibi attraheret spiritum Kaini malum; hinc cogebatur radere caput: quia mysterium capillorum denotat applicationem externorum ad judicia, sicut notum est: unde abradendi fuerunt, sicut dictum est in Sohar, sect. Tasriah fol. 48. & 49. ad locum: Levit. 13. v. 40. *Si viro cuidam decapillatum erit caput ejus* קרח *calvus est*. Dixeruntque Magistri nostri bonæ memoriæ, quod Korach princeps fuerit omnium Levitarum. Prout etiam videmus, quod rixari ausus fuerit, Mosesque eum timuerit, nisi Dominus ipsi adstitisset: sicut etiam ducenti & quinquaginta assessores Synedrii partes ejus secuti sunt, ipsiq; adhæserunt: sicut dicitur: v. 5. *Et loquebatur cum Koracho, & cum Synagoga ejus*. Unde nullum est dubium, quin homo præclarus fuerit admodum: ex hac nempe ratione, quod esset de genere Kaini, qui fuerat primogenitus: unde aspirabat ad sacerdotium, quod est annexum primogenituræ: quamvis tantum esset de genere mali Kainitici. Putabat ergo Korach, Kainum in se restitutum iri: atque hinc ad se pertinere jus primogenituræ & sacerdotii: quam ob causam adversabatur Moysi. Errabat autem; quia tantum malum erat Kaini, quod in se traxerat. Bonum autem non fuit restitutum, nisi per Schmuel Prophetam, qui ortum habuit ab eo, & à semine ejus. Unde dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ Corachum vaticinatum esse, & tamen nescivisse, quid vaticinatus fuerit: item vidisse eum, quod ignis prodiret de membro suo genitali, per quem indigitatus sit Schmuel nepos ejus. Et quia dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, illum vaticinatum fuisse, hinc etiam cognoscitur, quod vir fuerit excellens admodum.

§. 7. Sicut igitur cum Kain occidisset Hebelem, Gen. 4. v. 11. *Maledicta dicitur terra, quæ aperuerit os suum*, &c. Sic jam eadem terra resarcivit, quod primo commiserat: unde dicitur de Koracho: Num. 16. v. 32. *Et terra aperuit os suum*, &c: quoniam erat malum Kaini, unde punitus fuit apertione terræ, quod notandum.

§. 8. Scito etiam, quod & Dathan & Abiram fuerint de ista radice Kaini è genere mali: unde & ipsi adversabantur Mosi; erantque filii primogeniti Rubenis. Et nisi fuissent viri insignes, non nominati essent in Scriptura: nec Moses eos timuisset. Legimus enim, quod Moses abierit illos dehortaturus; illi autem ascendere noluerint, nec ipsum curaverint. Et sic quoque in Ægypto eosdem timuit, donec dicatur: Exod. 4 vers. 19. *Mortui sunt viri illi*, &c. id est, Dathan & Abiran. Ubi sensus est, illos bonis suis cessisse. Atque hi deinceps revoluti sunt in Doëg & Achitophel, omnesque fuerunt linguæ maledicæ; omnesque adversati sunt justis Mosi & Davidi, & hic pariter viri erant magni, sicut dicit David: Ps. 57. v. 5. *Anima mea est in medio leonum*, &c. Et Achitophelem David vocat, *Dominum suum & amicum suum* Psal. 55. v. 14.

§. 9. Ut

§. 9. Ut autem in viam redeamus, jam addendum esset, quomodo Psyche Kaide genere boni perfecta fuerit: ubi etiam explicandum esset, quid evenerit spiritui no Kaini. Nadab enim & Abihu quasi fundamentum erant inchoatæ restitutios Psyches Kaini de genere boni. Nam & ista de Psyche emanativa ortum habebat, æ vocatur placenta mundi, ut dictum cap. 21. Sed hæc non sunt à Magistro meo.

Tractatûs primi de Revolutionibus Pars altera;

quæ sunt

Collectanea quædam ad materiam de Revolutionibus spectantia.

Primum.

DE Revolutionibus hæc quoque dixit R. Jizchak Lorjah bonæ memoriæ, quod etiam in arbores & lapides transferatur homo, juxta gradus illos mysticos (rem naturalium;) hominis scilicet; viventis sermone carentis, Vegetabilis, & silentis. ui etiam in sacrificiis ipsis præstò erant; ita ut hominis gradum referret intentio Sardotum, Levitarum, & Israëlitarum ad stationem requisitorum seu Ecclesiam reæsentantium: Vivens illud, esset hostia ipsa; Vegetabile, vina, olea, & similæ; & tanm silens, Sal; quare in omni sacrificio Sal requirebatur.

2. Et hoc ipso tempore nostro homo quidam maledicæ linguæ revolutus fuit & atus in torrentem rapidum, cumque agnovit Magister meus bonæ memoriæ, quod revolutus esset; & scivit quisnam esset.

Secundum.

1. Raf Hammenuna Senex erat revolutio Mosis Magistri nostri super quo pax. uare R. Schimeon Jochaides dixit: Si Doctores nostri Babylonici scirent excellenm R. Hammenuna Senis: &c.

2. Atque è dictis Magistri mei bonæ memoriæ pariter intellexi, quod ipse quoe R. Schimeon Jochaides fuerit de revolutione Mosis Magistri nostri super quo pax, amvis non quoad splendorem illum supremum Mosis, quem prima vice habebat, cum montem ascenderet; sed de genere Mentis ejus, quam habebat tempore tabularum undarum. Unde etiam in Sohar, Tractatu Idra dicit: Contestor super me, quod ala vice cùm ascenderet in montem, &c. Quoniam Moses mille partibus diminutus t, quæ denotantur per Aleph parvum in voce ויקרא sub initium Levitici.

Tertium.

1. Schlomoh Rex super quo pax, erat de revolutione Mosis Magistri nostri super o pax, de quo scriptum est: Exod. 2. v. 6. *Et ecce puer ille flebat; & filia Pharaonis salbat eum:* quare eam dein uxorem ducebat.

ANNOTATIO.

2. [*Ubi quæstionem hanc proponit Raf. Jisrael Benjamin bonæ memoriæ, quare mirum revoluta fuerit in Ethnica, ubi pejor fieri potuisset, cum tamen tam excellens esset, ut de ipsa scribitur in libro Chronicor. c.* 4. *v.* 18. Et uxor ejus Jehudith, *&c. Item: ibid. Et isti sunt filii Bitjah? Ubi respondetur: quod malum tantum quod fuerat in Bitjah filia Pharaonis venerit in illam Salomonis Uxorem.*]

3. Et quia Schlomoh Rex super quo pax ducebat Filiam Pharaonis; & hæc illum in errorem inducebat illa nocte, ut mane non surgeret, omnesque Jisraëlitæ impediuntur ab initiatione Templi (offerendisque sacrificiis:) hinc revolvebatur in Jirmejahu Prophetâ, templumque istius tempore destruebatur. Unde de hoc dicitur: *Et puer Ego.* Jer. 1. v.6. & de illo alibi: 1. Reg. 3. v, 7. *Et ego puer servus.*

4. Porrò Schlomoh quoque in alio quodam casu errabat, nempe cùm Regina Sabæâ; quæ ab illo imprægnabatur, ita ut è nepotibus ejus Nebucadnezar prodiret. Unde hic de Jirmejahu Propheta præcipiebat; Jerem. 39. v. 12. *Accipe eum & observa eum,* &c. Nam ex Horoscopo suo observaverat, (quod Pater suus esset.) Unde quoque multoties dicitur, Servus meus. Et nisi venisset ex Ethnica, dictus fuisset servus bonus, & non servus malus.

5. Iste autem erat è revolutione Nimrodi, qui turrem extruebat in terra Sinear.

Quartum.

1. Illud quod in Gemara habetur, quod dixerit R. Elieser F. Asarjah: ecce ego quasi septuagenarius sum. Et quod Magistri nostri dixerunt, eum fuisse decimum ab Esra Scriba. Id sic intelligendum; quod ipse fuerit Esra ille. Si enim, exempli gratia, fata cujusdam ferant, ut vivat septuaginta annos; & tamen aliquam ob causam dies ejus abbrevientur decennio; ille deinceps cum revolvitur, cum vixerit decem illos annos, perfectus est. Hinc dicebat R. Elieser F. Asarja: Ecce ego quasi septuagenarius (cum tamen decennis saltem esset:) Quia illo tempore completi erant anni ejus, qui defuerant in revolutione prima, ut tunc quasi septuagenarius esset.

Quintum.

1. Illud quod in Gemara refertur de Filio Asai, quod (interrogatus, quare uxorem non duceret, respondens) dixerit: quid faciam? quia anima mea delectatur Lege: Intelligi potest ex eo, quod fecit Chiskijah Rex Jehuda super quo pax, qui cum videret per Spiritum Sanctum filios suos fore degeneres, uxorem ducere nolebat. Deinde autem matrimonium inibat & generabat filios ut notum est. Propterea enim tunc nolebat uxorem ducere, quia jam habuerat Liberos in revolutione priore.

Sextum.

1. Quod Mardochai procumbere nollet coram Hamane, & causa esset ut Jisraëlitæ maximum incurrerent periculum; causa hæc erat: quod Mardochai esset Jacob, & Haman Esav: & quia Jacob jam semel reverentiam exhibuerat Esavo, & propterea punitus fuerat, ut notum est; hinc ista vice idem renuebat.

Sep-

Septimum.

R. Schimeon Jochaides erat revolutio Mosis : & R. Eleasar filius ejus erat , qui serviebat Michæ , eratque filius Gerson filii Mosis, eratque Idololatra se- dicta Magistri nostri bonæ memoriæ. Et puer tredecim annorum. Unde R. Elie- cim annos sedebat in spelunca.

R. Schimeon quoque erat revolutio Achiæ Silonitæ : & quia ex hoc, quod ille erat Jeroboamo , facti fuerant vituli illi; hinc & ipse tredecim annos consedit in

Octavum.

Quod dicitur Psalm. 22. v. 21. *Eripe Psychen meam de gladio , & singularem manu canis* ; id sic intelligendum est. Cum anima exit ex hoc mundo , & ndere ad Dominum suum , locus quidam datur tenebricosus atque caliginosus rium dierum ; quem Deus indigitavit per tenebras Ægyptiacas triduanas. Cum ima ascensura in tenebras has subintrat , tunc de illa intelligendus est locus .v. 7. *Transeuntes per vallem lachrymarum.* Ibi autem sunt bestiæ quam plu- nanes, custodientes viam illam. Eò quod via ibi detur recta ascendens ad Hie- m superiorem (confer. Gal. 4. 26.) directè obversam Hierosolymæ inferiori: mnes animæ puræ ascendunt.

tur tamen via quoque alia in Gehennam vergens : quæ dividitur in triginta sex iades viarum. In bivio autem duarum istarum viarum omnis generis reperi- tiæ , quales in hoc existunt mundo : ut sunt leones , canes, vulpes, &c. quæ duas bservant , nec permittunt , ut ascendant animæ puræ ; quin potius easdem ab- nantur , & abducere in Gehennam , ut ibi puniantur. Canis ergo custos est, n dormiens omnes transeuntes observat : quod cætera animalia non faciunt : is præponi solet ædibus gregibusque. Eademque ratione etiam in sublimi, illi , quibus est forma canum , custodes sunt; cumque vident atque observant ani- ndam venientem, statim latratum cient , atque tunc bestiæ cæteræ surgunt ab- e animam illam , si illis debetur.

Atque hinc tradiderunt Magistri nostri bonæ memoriæ Estherem dixisse loco *ripe de gladio animam meam, & de potestate canis singularem meam* : & porro: *de ore leonis.* Ubi hæc est mens Doctorum , per Estherem intelligi animam : usta sit, sanctus ille, qui benedictus sit, abscondat à canibus, eamque sursum ele- contrario autem abscondat faciem suam ab ea : ita ut tunc eam videant canes, ue allatrent. Hinc etiam in Gemara quæritur, ubi in lege mentio fiat Estheris : etque ex illo loco : Deut. 31. v. 18. *Et ego abscondendo abscondam.* Ubi occurrit

Cum ergo dicit : *Salva me de ore leonis,* Achasverum intelligit Regem ; sicut & t animantium.

Atque sic quoque , cum singulis noctibus mens ascendere nititur , atque pura s Benedictus eandem abscondit , atque sic ascendit , ibidemque discunt singu- gradum suum. Sin minus, quod Deus avertat, contrarium ipsi accidit.

6. Atque hinc quoque intelliges, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, tres esse custodias noctis: primam cum asinus rudit: secundam cum canes latrant: quia nempe tunc ascendit anima. Atque hinc illud quoque cum ad quæstionem, quando legenda sit lectio Audi Israël, nocturnam, respondetur: usque ad finem custodiæ primæ: quia illuc usq; quidam homines nondum dormiunt; atque tunc canes illi allatrant transeuntes ibi animas.

Nonum.

1. Notum est, quod Deus Benedictus nobis dederit 248. præcepta affirmativa & 365 præcepta negativa: quæ correspondent 284. membris & 365 vasis humanis. Intentio autem Altissimi hæc fuit, quemlibet teneri, atque obligari ad observationem 613 istorum præceptorum, quæ quasi sint totus homo, ita ut per eadem compleat membra animæ suæ. Quod si ergo, quod Deus avertat, quis mutilaverit unum de membris suis, fueritque causa, ut ibi quietem invenerit genus alterum; tunc reverti tenetur atque revolvi, ut restituat quod corruperat.

2. Quamvis autem quis non perpetraverit delictum aliquod, nec mutilatus fuerit, sed tantum omisit aliquod præceptum de jubentibus, ita ut membrum illud maneat defectivum; eò quod non paraverit locum, in quo quiescere possit Sanctus ille Benedictus: ibi pariter revolvendus est.

3. Nec tantum eo casu, ubi omisit præceptum aliquod oblatum ipsi; sed etiam si occasio illius præcepti eidem se non obtulerit: vel si neglexerit præcepta illa à structura templi dependentia, vel talia quæ reliqui Jisraelitæ, exceptis sacerdotibus, observare non possunt: nihilominus tamen propter illa revolvi cogitur homo, ut eadem observet, quæ sunt de numero illorum 613 præceptorum. Quicunque enim vel unicum istorum omittit, istius anima defectum patitur illius membri, cujus respectum præceptum omissum habet, sicut scribitur in suppl. fol. 131. Unde colligitur, quod talis revolvendus sit, donec veniat in revolutionem sacerdotis, inque tempus exstructi templi, ut nempe compleat omnia membra sua. Alias enim Jisraëlitæ essent manci & mutili defectu laborantes tot membrorum, quot sunt præcepta sacerdotibus tradita.

4. In istos autem quidam primò venit ut sacerdos, & deinde ut Jisraëlita: & quidam ordine contrario.

5. Quod autem ad præcepta illa attinet, quæ ad Regem spectant, qualia à singulis Jisraëlitis observari impossibile est: sciendum Regem in se continere omnes homines sibi coævos: quod si ergo observet præceptum illud, ad quod obligatus est, simul etiam perficiuntur omnes ii, qui in eo continentur. Hinc dicitur: Prov. 21. v. 1. *Rivi aquarum, cor Regis in manu Domini.* Unde colligitur, quod Rex quamvis sit persona unica, tamen distribuatur rivulorum instar plurali numero, per quos intelliguntur homines ipsi coævi. Quia nulla est ætas, in qua non sint sexaginta myriades hominum juxta totidem legis sensus. Et Moses Magister noster super quo pax, qui in se continebat totum populum Jisraëliticum, omnes sciebat. Atq; sic eodem modo quicunque habet notam universitatis assequi potest illas explicationes. Unde filius Somah, (juxta Talmudis tradita,) cum videret multitudinem horum, dicebat: Benedictus sit ille, qui sapiens est, quoad omnia mysteri

steria. Quoniam in multitudine datur idem numerus, qui est omnium mysteriorum legis: quia in multitudine pauciores non intelliguntur quam sexaginta myriades. Et licet Jisraëlitæ plures sint numero quam sexaginta myriades, nihilominus reliqui rami tantum sunt: Radices autem plures non sunt quàm 60. myriades.

6. Quod igitur attinet ad tempus hoc præsens, fieri potest ut animæ quamplurimæ dentur, quæ jam observarunt illa præcepta ad solos sacerdotes & structuram templi spectantia. Jamque adveniunt, ut observent præcepta alia. Quoad Præcepta autem Regem solum concernentia, quæ etiam de numero illorum 613. sunt; sciendum quod Rex perpetuò sit Universitas illa tota, complectens omnes sibi coævos: ita ut si ille observet præcepta ista singularia, totus populus Israëliticus hac observatione frui queat.

7. Scito autem differentiam quandam esse inter talem, qui advenit expiaturus aliquod peccatum quod commisit; & inter talem, qui advenit observaturus præceptum aliquod affirmativum, quod omiserat. Quoniam prior ille revolvitur cum corpore & psyche, nasciturq; & reviviscit, atque iterum moritur: alter autem per modum embryonatus tantùm advenit.

8. Sæpè enim e.g. videmus, quod homo quidam insectetur præceptum aliquod, vel plura, ita ut cor ejus vacuum sit ab omni vanitate mundana: cùm talem invenerit justus quidam, cui deest præceptum hoc vel illud, quique tamen illud observare conatur; tunc Psyche istius justi imprægnatur in illo, eumque adjuvat in sectatione hac; cumque perficitur bonum illud opus, ambæ illæ animæ simul perficiuntur; anima nempe Viri istius; & anima istius justi, qui in ipso factus est embryo. Hoc ipsum est, quod dixerunt Magistri nostri b.m. Majores sunt justi in morte sua, quam in vita, quia non tantùm peragunt, sed & alios peragere faciunt: ut dictum est.

9. Scito autem, quod si vir ille vel minimum admiserit peccatum, psychen istius justi, quæ in eodem embryo facta est, mox iterum abire. Atque hinc homo quidam interdum tam evadit prudens atque sapiens, & virtuti plus studet, quàm alio tempore; quia nimirùm in ipso est anima justi illius, qui accesserat observaturus aliquod præceptum, quod ipsi defuerat ad perficiendum membra sua: vel quia homo observavit præceptum aliquod, prout decet; atque tunc embryo in ipso facta est Psyche quædam justi alicujus, qui suo tempore admodum studuerat præcepto illi; atque tunc justus ille hunc adjuvat, ut adimpleat voluntatem Domini sui; eidemque scientiam auget atque intelligentiam, ut hoc opus diligentius sectetur, quam fecerat antea. Si autem, quod absit, vir iste peccaverit: Psyche illa statim secedit ab ipso, & hic redit ad statum priorem.

10. Inque hoc quidem casu multa dantur contingentia alia, quibus jam non insistimus. Hæc tamen omnia id requirunt, ut anima justi illius ejusdem sit radicis, cujus est vir ille, in quo facta est embryo.

11. Exemplum hujus reperimus in Pinchaso, cùm ulcisceretur ultionem Domini erga Simri: quia tunc gravidus erat animabus Nadabi & Abihu. Quare scriptura dicit Exod. 6, 25. *Et Eleasar filius Aaron sacerdotis uxorem ducebat de filiabus Putiel, quæ pariebat ipsi Pinchasum. Isti sunt capitanei Patrum Levitarum* &c. Ubi Magistri nostri b.m.

b. m. dicunt, avum ipsius maternum saginasse vitulos pro cultu Idololatrico: eumq; fuisse de parte Jethronis: prout etiam dicunt, quod fuerit de parte Josephi, qui vincebat pravam suam concupiscentiam. (Ubi voces saginandi, cujus radix פטם, & obloquendi seu resistendi, ubi radix פטט, unde פטפט alludunt ad nomen Puthiel.) Ubi paulo accuratius inquirendum, quænam in his sit illorum intentio: & quare Jisraëlitæ dixerint, cum Pinchas occideret Simri: Vidistisne filium Puthi illius, cujus avus maternus פטם saginabat, &c. qua mente hæc dicta fuerint? Item quare in Sohar quæstio sit talis: Atqui Pinchas erat solus: quare ergo scriptum est: Ista sunt capita patrum Levitarum? Item quæ sit intentio scripturæ, quando loco citato scribitur: Quod Eleasar uxorem duxerit de filiabus Putiel? Item quare scriptum sit Num. 25 v. 7. *Et videbat Pinchas filius Eleasaris* &c. quid nempe viderit? Et quare nemo alias è Jisraëlitis surrexerit ad vindictam hanc exercendam, quàm Pinchas, cùm tamen Moscheh Magister noster super quo pax, & omnes primarii illius ætatis ibi fuerint? Item quare scriptura dicat loco citato: *Pinchas filius Eleasar, filius Aaron Sacerdotis?* Ubi quæritur, si filius Eleasaris fuerit, quare dicatur fuisse filius Aaronis? Quales quæstiones in Sohar reperiuntur plures.

12. Scito autem, Pinchasum in se continuisse duas Psychas: unam de parte Josephi, & alteram de parte Jethronis. Quare eundem duo restaurare oportuit: unum, quod Josephum concernit; illas nimirum guttas frustra effusi seminis, cum uxor Domini ejus eundem sollicitaret ad concubitum; ubi eousque restitit concupiscentiæ suæ, (Hebraicè פיטפיט) donec prosiliret semen è manibus ejus, sicut Magistri nostri b. m. exponunt locum Gen. 49, 24. Et alterum, quod Jethronem concernebat, qui saginavit (פיטם) vitulos per cultu Idolorum. Simile autem peccatum etiam in Nadabo & Abihu fuisse dicunt Magistri nostri, b. m. cùm nollent ducere uxores, quasi inter Jisraëlitas nulla esset ipsis congrua: quod simile est casui Josephi. Præter quod etiam ignem peregrinum adhibuerunt sacrificaturi coram Domino; quod simile est Idololatriæ Jethronis. Cùm igitur Simri concumberet cum Midianitide filia Idololatræ, nimirum cum Cosbi filia Zor, ubi etiam exercebatur cultus Peoris; ecce Pinchas supradicta omnia expiare volebat. Nam sicut in Sohar dicitur, Nadab & Abihu duæ erant medietates corporis; quia nullas duxerant uxores: quare in uno continebantur; id est, ambo impraegnationem faciebant in Pinchaso. Quare dicitur Num. 25. v. 7. Et vidit, id est, intellectu suo vidit, & per Spiritum Sanctum, quod tempus esset operandi, & expiandi, quod antea commissum erat: quare statim surgebat de cœtu &c. Vel etiam sensus esse potest hic: Et videbat filium Aaronis sacerdotis: id est, videbat Psychas Nadabi & Abihu filiorum Aaronis sacerdotis coram se consistentes, inque ipsum intraturas; quippe quæ & ipsa eadem expiare debebant delicta. De illis autem dicitur: Videbat filium Aaronis sacerdotis; non autem filios Aaronis: quia nimirum duæ erant medietates corporis, & deinde fiebant subjectum unum, quoniam in uno comprehendebantur. Et hoc ipsum est, quod alibi dicitur: Exod. 6. v. 25. *Et Eleasar filius Aaronis sacerdotis uxorem ducebat de filiabus Putiel, quæ generabat ipsi Pinchasum. Isti erant capitanei.* Quamvis enim Pinchas

chas unus tantum esset; in illo tamen continebantur Nadab & Abihu, qui erant capitanei Patrum Levitarum. Hoc autem factum est per אלעזר, id est, per Eleasar, qua in voce particula אל respectum habet ad benignitatem: sicut dicitur Psal. 52. v. 3. *Benignitas* אל *tota die adest.* Atque sic & Joseph vocatur vir benignitatis (conf. Proverb. 11. v. 17.) quoniam ipse est fundamentum una cum benignitate in ore matris. Deinde in ipso quoque erat עזר sive auxilium, quæ vox respectum habet ad rigorem; juxta illud: Gen. 2. v. 19. *Faciam ipsi auxilium* &c. Cùm tamen omnis fœmina ad genus rigorum pertineat. Et hoc ipsum respiciebat partem Jethronis, qui ortum habebat è severitatibus (ita ut duæ illæ voces אל & עזר Josephum indigitent & Jethronem) Unde ab Eleasaro nasci debebat Pinchas, ut expiaret duo illa facta: ita ut ipsum quasi oportuerit factum hoc perpetrare cum Simri, qui erat Schelumiel filius Zuri Schaddai, Num. 1, 6. cap. 2. v. 12. quoniam in Pinchaso impraegnationem faciebant Nadab & Abihu, qui etiam expiare debebant duo delicta similia, ut dictum supra.

13. Adhuc tamen & alia occurrit ratio, quare hoc factum sit: quia nimirum Pinchas erat de tribu Levi, & Simri de tribu Schimeon. Et huc pertinet illud, quod scriptum est Gen. 49. v. 5.-7. *Schimeon & Levi fratres sunt* &c. *Maledictus sit furor illorum, quia pertinax.* Jam autem in Schimeone quinque erant familiæ patrum. Exod. 6. v. 15. nimirum Jemuelis; & Jamin, & Ohad; & Jachin; & Zochar, qui est Serach; & Schaul filius Cananitidis, qui simul efficiunt quinque. Unus enim de illis mortuus erat, unde illius non fit mentio. Pinchas autem erat de tribu tertia Israëlitarum: & occidebat Cosbi filiam Zur, qui erat Rex tertius è quinque Midianitis: ita ut & in eo resultet quinarius, sicut & Midianitarum reges erant quinque, Num. 31. v. 8. Evi & Rekem, & Zur, & Chur, & Rebah. Sicut ergo quinque illi in tribu Simeonis erant in sanctitate; ita iisdem inter cortices respondebant isti Midianitæ. Hinc Schelomiel filius Zuri Schaddai adhærebat Cosbidi filiæ Zur; qui nempe erat Zur inter cortices, sicut ille erat Zuri Schaddai in sanctitate; qui erat de tribu שִׁמְעוֹן; quasi dicas: שָׁם עָוֹן Ibi est iniquitas. Et hic ipse erat Schaul filius Cananitidis: sicut dixerunt Magistri nostri b. m. Matrem nempe ejus fuisse Dinam quam vitiaverat Cananita: ex qua impuritate Simri adhærebat Cosbidi huic, cumque ipsa peccabat.

Collectanei noni Pars II.

1.

SCiendum quoque, quod in Adamo Protoplaste fuerint Psyche, Spiritus & Mens de mundo Factivo, Formativo & Creativo: & insuper Psyche, Spiritus & Mens de Emanatione; Regno nempe pulchritudine & informatione: qui tres gradus postremi vocantur splendor supremus.

2. Illo autem tempore, cùm peccaret Protoplastes, nondum natus erat Kainus, ut patet è libro Sohar. Atque tunc ab ipso tollebantur Psyche, Spiritus & Mens mundi Emanativi.

3. Cha-

3. Chanoch autem accipiebat mysterium splendoris hujus superni mundi emanativi (nempe Mentem): quare etiam fiebat Angelus.

4. Elias autem b.m. accipiebat spiritum Emanativum; quare & ipse dignus fiebat, ut evaderet angelus sicut Chanoch: & ambo non moriebantur.

5. Psychen autem Emanativam accipiebant Kain & Hebel: ut nempe restituerent, quicquid in illa restituendum erat, postquam bono mixtum erat malum.

6. Mens igitur illa Emanativa etiam vocatur Dominus mundi: quoniam ab ipso mundo emanativo ortum habet; & dominium exercet in omnes mundos inferiores. Et quia cuilibet justo duo sunt spiritus, unus infra, & alter supra: Unde duplex illa appellatio, exempli gratia Gen. 22. v. 12. Abraham, Abraham: hinc non est quod objicias: cum Chanoch esset in terra; quisnam illo tempore fuerit Dominus mundi in supernis Metatronis loco?

7. Ista igitur portio mentis deinceps tribuebatur Josepho justo; quare etiam pulchritudo illa Adami, quam Chanochus accipiebat cum splendore superno *in Josephum* devolvebatur. Verum enim vero Josephus hanc Mentem accipere ultima demum merebatur nocte, qua finiebatur servitus ejus, quaque elevabatur ad regnum. Atque hinc intelligi potest mysticum illud, qua ratione septuaginta linguas didicerit illa nocte, quia nimirum dignus fiebat ista Mente, quæ Metatronis est, præfecti septuaginta populorum gnarique tot linguarum.

8. Et huc pertinet illud Psalmistæ: Psalm. 81. v. 6. *Testimonium in Josepho posuit.* Conferendum cum illo Hiobi: Job. 17. v. 19. *Ecce in cœlo testis meus:* Ubi intelligitur Elijahu: *Et testis meus in excelsis:* Ubi intelligitur Metatron. Hoc igitur testimonium Metatronis datum est Josepho.

9. Cùm autem mens istorum nondum gustasset mortem ab illo tempore, quo moriebatur Adam Protoplastes: sed ab illis auferebatur ante mortem suam: Josephus autem fratres suos somniis suis irritasset, ut ipsum venderent: hinc puniebatur, mentemque hanc revolvi oportebat in R. Jischmaël filio Elischah sacerdote magno; ut sufferret pœnam mortis realiter. Hinc R. Jischmaël filius Elischah tanta excellebat pulchritudine, quanta Josephus justus. Quæ ratio est, quare eundem Metatron in libro suo, cui Palatiorum nomen est, semper vocet gloriam splendoris sui.

10. Eodem modo Elias non merebatur partem illius spiritus accipere, donec (adhuc dum Pinchas) perfecisset factum illud in Sittim, Numer. 25. vers. 7. atque tunc istum spiritum accipiebat. Et hæc est ratio, quare perpetuo, cum de Elia sermo est, mentio tantum fiat spiritus. Exempli gratia: 1. Regum 18. v. 12. *Et spiritus Domini tollet te.* Item: 2. Regum 2. v. 9. *Sit mihi duplicatura Spiritus tui.* Item: 2. Regum 2. v. 15. *Spiritus Eliæ quievit super Elischah.* Quia autem Spiritus habitare non potest nisi in Psyche; hinc dignus non evadebat illo Spiritu, donec perfecisset opus illud cum Simri, Num. 25. v. 7. ubi accipiebat Psychen Nadab & Abihu: qui sunt Psyche Adami Protoplastæ, ut porro dicemus juvante Deo. Atque tunc (in persona Pinchasi) ipsi dabatur *fœdus pacis*, Numeri 25. v. 12. per quod intelligitur Spiritus iste Emanativus

Adam

Adami Protoplastæ. Hinc etiam dicitur *Pax*; quia mysterium Spiritus à pulchritudine & fundamento descendit, quibus competit denominatio pacis. Et huc pertinet illud: Ies. 57. v.19. *Pax, pax, distantibus & vicinis.*

11. Mysterium autem Psyches Emanativæ divisum est inter Kainum & Hebelem. Sed pars Kaini revoluta est omnibus revolutionibus jam notis; in Kenan, Mahalaleel &c. donec veniret in Nadab & Abihu, quæ duæ tantum erant medietates corporis: & ab illis eam accipiebat Pinchas.

12. Atque hinc intelligi potest locus ille Num. 9. v. 6. de iis, *qui se polluerunt super Psyche Adami:* quia nimirum ibi revera intelligitur Psyche Adami Protoplastæ, quæ revoluta erat in Nadab & Abihu, (quorum corpora polluti illi tetigerant, sicut dicunt Rabbini.)

13. Patriarchæ autem radicem animarum suarum non acceperant, nisi è mysterio benignitatis, severitatis & pulchritudinis mundi Emanativi: Et sic Moscheh è mysterio cognitionis. Adam autem descendebat è sapientia, largitione intellectus, pulchritudine, & regno omnium quatuor mundorum.

Collectanei noni pars III.

1.

TRansgressio prima Jephthæ Jud. cap. 11. v. 39. causa erat alterius transgressionis similis. Peccatum enim Jephthæ concernebat votum: peccatum vero hoc alterum committebatur ab Hiele, 1. Reg. 16. v. 34. qui erat è domo Eli: & transgrediebatur maledictionem atque decretum Josuæ de non reædificanda urbe Jericho. Quia autem scriptum est alibi: Jud. cap. 1. v. 16. *Et filii Keni Soceri Mosis ascendebant de urbe Palmarum*, quæ est Jericho. Hinc patet, quod Jericho destinata fuerit radici Kainiticæ, quapropter Hiel, qui erat de radice Kaini reædificabat urbem Jericho, quod notes.

2. Hic autem deinde vocatur Elias Thisbites: ubi denotatur illa anima, quæ erat de tribu Gad: quoniam Nadab & Abihu nondum erant restituti. Anima autem Pinchasi etiam peccaverat. Elias autem de tribu Benjamin non veniebat, nisi ut illum uniret cum animabus novis. Hinc patet, quod ille hoc loco sit radix: quare jam Pinchas tantum vocatur nomine illius animæ de tribu Gad. Obibatque legationem Domini, donec restituerentur Nadab & Abihu; 1. Reg. 18. v. 39. *Cùm omnis populus procideret in faciem suam, diceretque: Tetragrammaton est Deus.* Tunc illis remittebatur peccatum Nadabi & Abihu, qui truncaverant plantas (id est, divisionem in Divinitate meditati erant) & vitiaverant gloriam cohabitantem. Quare dicebant: *Tetragrammaton est Deus* (ut indicarent Unitatem Divinitatis esse restitutam.) Atque tunc expiabatur peccatum Nadabi & Abihu: istique tollebantur, cum Pinchas fugeret in speluncam.

3. Cùm autem è mundo discederet, inque cœlum ascenderet, tunc Psyche illa

dabatur Elischæ, juxta illud quod dicitur 2. Reg. 2.9. ויהי נא פי שנים ברוחך Sit quæso duplex portio Spiritus tui. Ubi נא particula in se continet literas initiales nom Nadab & Abihu. Et literæ initiales istarum vocum נא פי שנים constituunt נפש, ut sensus sit, istos habuisse portionem Psyches Emanativæ Adami Protop

4. Tunc igitur Elias Thisbites sublatus est sursum, qui nimirum erat Gad: mansitque in cœlis, nec iterum descendit. Remansit autem infra po tribu Benjamin. Et iste revolutus est in illo, de quo scriptum est in libro rum 1. Paral. 8. v. 27. *Et Elias & Sechri cum canticis suis* &c. Deinde autem cum literis Eliæ Thisbitæ, qui in supernis est.

5. Iste igitur est Elias de tribu Benjamin, qui ascendit & descendit, & cum sapientibus, ediditque miracula. Et hoc ipsum est, quod etiam indicab tribus, dicendo: De posteris Rachelis ego descendo. Nesciebant enim ad partem ipse pertineret. Et iste sese jungebat guttæ illi Jethronis, quam dabat quo moriente, eundem accipiebat Elias. Et hæc est gutta illa, quam Elias d filio Amithai. Idemque aliquando erit Messias filius Joseph. Unde Elias dic suo: Puer ille, quem ego resuscitavi, est Messias filius Joseph. Hinc etiam in S citur; Jonam de horoscopo Eliæ venisse. Quicquid autem remansit Eliæ Thisb ro, anima fuit alterius Eliæ orto è tribu Benjamin.

6. Hic autem quæstio oritur: Cùm Elias peregisset facinus illud, ut altare, ignisque descenderet è cœlo super illud: & ipse occideret Prophetas quare deinde scriptum sit 1. Regum 19. vers. 4. *Et desiderabat Psyche ejus mo* quid hoc sibi velit? Item quare dixerit: *Quia ego non sum melior patribus* autem ita se habet, sicut scribitur in Sohar Sect. Pinchas: Quod Pinchas fue Vel etiam dici potest, quod in Pinchaso illo tempore, cum zelum illum exe Deo suo, imprægnatæ quidem fuerint animæ Nadab & Abihu: tempore cati Jiphthach, cum & Pinchas peccaret, eò quod ad hunc accedere nollet, tum solveret ab ipso iterum avolaverint animæ Nadab & Abihu. Unde dic Paralipomenon: 1. Par. 9,20. *Quod antea cum Pinchaso fuerit Dominus*, i.e. peccaret: posthac enim animæ illæ ab ipso successerunt, nec Deus cum ipso antehac. Unde etiam nulla amplius fit mentio Pinchasi: sed deinceps Eliæ inditur. Cùm autem Elias reædificaret altare illud confractum, factumque mitteret, ad ipsum redibant animæ Nadab & Abihu propter zelum ejus erga Prophetas Baaliticos: sicut antea eadem Pinchasum imprægnabant lem. Fiebat ergo restitutio eorum per ignem è cœlo delapsum, quia offer peregrinum peccaverant; ignisque egrediebatur à Domino, eosque co Jam autem restituebantur, quod dicerent: *Tetragrammaton est Deus*; ut ne retur commissum eorum. Unde bis exclamabant: *Tetragrammaton est Deus* guli id reunirent, quod antea separaverant. Et huc etiam respexit Elias, cu 1. Reg. 18. v. 37. *Responde mihi Domine, exaudi me.* Ubi bis hæc repetit, ut restitutionem amborum.

7. Postquam autem restitutæ essent penitus, iterum secesserunt ab eo. Sic enim fieri solet in embryonatu, cum quis alterum imprægnat ad observandum præceptum aliquod, ut is acquisita restitutione iterum discedat. Quare Elias post factum illud mori desiderabat; dicebatque 1. Regum 19. vers. 4. *Non sum melior quam patres mei*, qui erant Nadab & Abihu: quoniam enim isti à me discesserunt, quid ego diutius in mundo moror?

8. Hinc etiam intelligi potest, cur Elischah dixerit 2. Regum 2. v. 9. *Sit quæso duplex portio de Spiritu tuo penes me.* Quomodo enim desiderare potuit rem impossibilem? Rem istam autem declarant duæ literæ vocis אֶנָּ, quæ sunt Nadab & Abihu: & quia hi sunt duo; hinc dicit: *Sit mihi duplex portio de Spiritu tuo.* Quasi innueret, ut duo illi, qui Eliam imprægnaverant, ejusque Spiritum, venirent & imprægnarent ipsum. Unde etiam dicit: *Super me.* Idque propterea desiderabat, ut iidem in adjutorium ipsi adessent, pro cultu Divino illo porrò perficiendo. Elias autem respondebat ibid. v. 10. *Si videbis me, quando à te auferar; id eveniet.* Cùm enim attolluntur justi, in occursum ipsis prodeunt animæ ipsis cognatæ, ut eosdem comitentur: sique quis dignus sit easdem videre, tunc fieri potest, ut irradient in eum. Cumque sic clarificatur anima ejus, porrò fieri potest, ut eadem illas sibi attrahat, eæq; ipsum imprægnent; unde magnum ipsi adjutorium pro cultu Divino.

Collectanei noni pars IV.

1.

PORRÒ & hæc inveni scripta: Audivi, quod nomen אֱלֹהֵינוּ referat numerum 52. juxta numerum Tetragrammati duplicatum. Hæc autem simpliciter saltem audivi.

2. Jam verò eandem petitionem juxta hunc sensum explicabo: simulque responsionem petitum ejus subsecutam. Notum enim est, quod si Tetragrammaton bis ponatur, unum pertineat ad Microprosopum, & alterum ad Macroprosopum. Elischah igitur, cùm duplicem portionem de spiritu ejus expeteret, id volebat, ut duo hæc lumina & ipsum illuminarent. Ubi responsum accipiebat: *Si videris me* &c. Cùm enim justus quidam ex hoc mundo dissolvitur, tota illa lex atque præcepta ab ipso observata, & omnes actus unitivi in vita sua exerciti eadem hora omnes scintillant, radiosque emittunt: atque hinc inferius magna existit unio atque insignis, quasi hæc omnia forent lux una quam maxima & quasi infinita. Lumen igitur, quod ad Macroprosopum refertur, sub mysterio faciei supernæ duarumque genarum, quæ dicuntur duæ areolæ aromatum, dividitur in 370. lumina, sicut exponitur in Idra. Et ista 370. lumina distribuuntur in Microprosopum & uxorem ejus: ita ut 220 influant in Microprosopum: reliqua autem 150, Hebr. קֵן, quæ vox & nidum denotat, in uxorem. Quo pertinet illud Ps 84, 4. *Etiam avis invenit domum:* ubi vox צִפּוֹר continet 370 & avis libertina קֵן nidum לָהּ, pro ea, id est, Uxore Microprosopi. Adeoque hæc 370 lumina influunt &

manifestantur in Microprosopo & uxore ejus, quatenus & quando in copula unitivâ sunt.

3. Et sic quoq;, cum justi è mundo tolluntur, eosdem irradiant omnes illi actus unitivi, quos exercuerunt, dum adhuc in hoc mundo existerent: & tunc etiam radii illi Macroprosopi affulgent Microprosopo & uxori ejus, sicut dictum est. Idem ergò est, ac si dixisset Elias: Si anima tua tam erit clarificata, tunc assequi poteris illa lumina, quæ sunt lumen Macroprosopi, & lumen Microprosopi, quorum summa est 370. Atque sic factum est animæ Elischæ, ut tam esset clara, quò cum videret, & in se susciperet omnia ista lumina 370, quæ irradiabant in faciem brevem Microprosopi: ita ut abhinc eadem quoque longa fieret, & pariter vocaretur Macroprosopus, propter 370. lumina illa in se suscepta, sicut dicitur in Idra. Et propterea Elischah dignus fiebat, ut fulgeret facies ejus: sicut dicunt Magistri nostri piæ memoriæ, quod coactus fuerit sese abscondere in speluncas montium, quoniam nulla mulier facultatem haberet lucidissimam ejus faciem intuendi. Et quia sic dignus fiebat accipere lumen faciei regis rotarum: hinc virtutem habebat bis resuscitare mortuos. Et si quis accuratè omnia observet, patebit, quod virtutem habuerit influentiam in mundum derivandi liberorum, vitæ, & alimentorum: quæ omnia pertinent ad Binah seu matrem intelligendi, ubi manifestatur Macroprosopus, sicut notum est. Exemplum autem liberorum est filius Sunamithidis: Vitæ; resuscitatio ejusdem: & alimentorum, quod aleret uxorem Obadiæ, unde אלישע dicitur, quasi אלי, id est, Deus meus, & שע, id est, 370 lumina.

Collectaneum decimum.

1.

PОrro scriptum reperi, quod sequitur. Adam in se continebat omnia 248 membra, & præterea multas species pilorum, qui quasi infiniti erant. Et ab omnibus illis speciebus descendunt species animarum specialiores: & istæ species specialiores deinde communicatæ sunt iisdem, quos progenerabat, qui erant radices animarum. Merito igitur sciendum esset, quomodo mutatæ sint illæ radices, speciesque speciales membrorum atque animarum, quomodo singulæ à singulis descendant, & è quo quilibet sit membro.

2. Jam verò notum est, quod plurima pars animarum sit de radice Kaini & Hebelis, à quibus deinde porro subdividuntur. Ubi rem exemplo declarabo: nimirum si v. gr. Hebel fuisset caput animarum; dicendum esset, omnes animas speciales ad caput pertinentes, esse de genere Hebelis. Sic quoque si Abraham est brachium dextrum: dicendum erit, omnes scintillas sive radios animarum speciales brachii hujus esse de genere Abrahami. Et sic deinceps. Juxta omnia membra 248. Ubi multæ sane occurrunt species: me autem exponere prius oportet species pœnitentiæ; ex quibus intelligentur & illæ.

Col

Collectaneum undecimum.

1.

SCriptum extat in ſcriptis noſtris, quæ Druſchim ſeu commentationes dicimus, quare judicia Legis tribus locis tradita ſint. Prima vice nimirum in Marah: ſicut dicunt Magiſtri noſtri piæ memoriæ, mandata de Sabbatho & de judiciis in Marah tradita eſſe. Secunda vice in ſectione Miſchpatim; & tertia vice in ſectione Jethro: Ubi quæritur, quare non omnia judicia legis tradita ſint ſimul & ſemel? Res autem è ſequentibus patebit.

2. Scito, quod Adam in illis 130 annis, quibus in divortio erat cum Chavvah genuerit dæmones & plagas filios Adami. Verum enim vero omnes illi Dæmones & Spiritus ab ipſo generati, radii erant & ſcintillæ de ſanctitate: modo quod involutæ eſſent corticibus. Imò quandoque majores ſunt animabus cæteris: ſicut dixerunt Magiſtri noſtri piæ memoriæ de decem illis gutis effuſis à Joſepho. Quoniam guttæ illæ, quæ à maſculo ſolo prodeunt, præſtantiores ſunt illis, quæ proveniunt per copulam maris & fœminæ, ita ut in iis, quæ proveniunt è libidine ſolius maſculi, ſæpè magna ſit anima. Omnes igitur illi radii ſeu ſcintillæ, quas Adam depreſſit tempore illorum 130 annorum, neceſſario ab eodem reſtituendæ fuerunt; eò quod eſſent animæ ſublimes, veſtitæ intra cortices.

3. Jam verò notum eſt, omnem animam corticibus immixtam revolvendam eſſe multis revolutionibus, pro purificandis ſordibus ſuis, ſicut argentum purificatur in cupella aliquoties, donec aboleantur ſcoriæ ejus.

4. Iſtæ ergo plagæ filii Adami revolvebantur ætate diluvianâ: unde tam rebelles erant Deo ſanctiſſimo, ob nimiam ſpurcitiem in ipſis latentem. Et Deus tamen cogitationes habebat, ne planè repellerentur, ab ipſo repulſi hi, juxta 2. Sam. 14. v. 14. In iſta igitur revolutione mala multa perpetrabant. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur: Gen. 6. v. 6. *Et ſolamini erat Deo, quod feciſſet Adamum in terra.* Quæ dicta ſunt de generatione diluviana, quæ erat revolutio filiorum Adami Protoplaſtæ, eorum nempe, quos generaverat in 130 illis annis. Et porro dicitur: Gen. 6. v. 5. *Et videbat Deus, quod multiplicarentur* רָעַת *mala Adami in terra.* Notum autem jam eſt, quod ſcriptum eſt in Sohar; eum qui fruſtra effundit ſemen; vocari רַע malum. Quo refertur illud; Pſalm. 5. v. 5. *Non habitabit tecum* רַע *ſeminifluus.* Unde iſtæ plagæ filii Adami vocantur mali filii Adami: quos nempe Adam produxerat in mundum. Unde porro dicitur: Gen. 6. v. 7. *Delebo Adamum, quem creavi.* Ubi intelliguntur ipſius Adami filii, quem Deus Benedictus manibus creaverat propriis. Atque huc etiam pertinet illud ibid. v. 5: *Et omne figmentum cogitationum cordis ejus tantum eſt* רַע *malum tota die*; ſeu de facienda Gonorrhæa. Nam quia erant plagæ filii Adami, hinc & ipſæ malum hoc committebant ad inſtar loci ipſius, unde provenerant: unde & ipſi

perdebant ſemen ſuum ſuper terra: ſicut dixerunt Magiſtri noſtri piæ memoriæ per illa verba: Gen. 6. v. 12. *Perdidit omnis caro viam ſuam ſuper terra*: intelligi maſtuprationes.

5. Pœnitentiâ enim Adami id quidem fiebat, ut venirent in mundum: ſed id Adam efficere non poterat, ut reſtituerentur, donec purificarentur & emundarentur ſæpius.

6. Namque & in Kain immixti erant iſti filii Adami: quare & ipſe ſupplicium ſuſtinebat cum ipſis. Unde dicitur: Gen. 7. v. 4. Deleboque quicquid habet ſubſiſtentiam. Ubi intelligitur Kain: cum & vocula קים numero fere æquipolleat voci קין (adjecto ſcilicet quaternario literarum.)

7. Reſpectu igitur loci illius, unde venerant, nempe è Gonorrhæa, cui & ipſi fuerant addicti, ſicut patres ipſorum; ſupplicium quoq; paſſi ſunt, peccato illi ſimile, ita ut ſuffocarentur aquis ferventibus diluvianis: quemadmodum gutta fruſtra effuſi ſeminis fervens effluit.

8. Deinde autem vice altera revoluti ſunt in generatione turris Babylonicæ. Sed & iſti iterum peccabant vice altera. Unde ſcriptum eſt: Gen. 11. v. 5. *Deſcendiſſe Dominum, ut videret urbem atque turrim, quam extruxerant filii Adami* Quod in Sohar explicatur de genuinis filiis Adami Protoplaſtæ, quos generat illis 130. annis.

9. Tertia autem vice revolvebantur in Sodomitis. Unde dicitur, Gen. 13. v. 13. *Et Sodomitæ erant mali*, id eſt, deſcenderant ab illo malo Gonorrhææ primæ, de quo Scriptura dicit; Pſalm. 5. v. 5. *Non habitabit tecum malus.*

10. Cum igitur tertia jam vice mali fuiſſent, tribus nempe revolutionibus: de quibus dicitur: Job. 33. v. 29. *Omnia iſta Deus operatur, bis vel ter cum viro:* videretque Altiſſimus, quod corrigi nollent, porro eoſdem transplantabat in Ægyptum vice quarta. Atque iſti erant Jiſraëlitæ in Ægypto. Jam vero à nobis & alibi dictum eſt, quod Jiſraëlitæ in Ægypto viventes Moſique coævi, omnes ortum habuerint è myſterio Daath ſeu cognitionis: unde & Moſes exortus erat. Dictumque eſt etiam paulo ſupra, quod animæ à ſolis maſculis provenientes ſublimiores ſint, quam quæ proveniunt beneficio maris & fœminæ: quia tales ab ipſa radice cognitionis oriuntur. Omnes illi igitur radii erant Moſis depreſſi intra cortices: illoque tempore in Ægypto reſtituebantur per Moſen: iſtumque oportebat ex Ægypto eoſdem educere, eoſque alere; quoniam ipſi incumbebat reſtaurare radicem ſuam.

11. Ubi quoque ſciendum, quod Jochebed mater Moſis fuerit revolutio Evæ uxoris Adami Protoplaſtæ: & Amram eſſet revolutio Adami ipſius: quare hic etiam non moriebatur propter peccatum aliquod actuale; ſed propter conſilium ſerpentis. Et ſicut Adam in divortio ſuo cum Eva uxore per 130 annos generabat dæmones & ſpiritus: ſic & iſte à Jochebed uxore ſua abſtinebat 130 annis, ut in iſtis 130 annis è Gonorrhæa ejus (nocturna) adducerentur iſtæ plagæ filii Adami, ſurſumque

ue emergerent. Et postquam omnes emersissent, venissentque in mundum: tunc im generabat Mosen, ut restitueret istos radios suos: quemadmodum generabatur th, postquam Adam iterum consvesceret cum Chavvah. Schcth autem est revolutio sut notum; denotaturque per Schin nominis משה. Atque hinc patet, qua ra- omnes viæ Domini in bonum dirigantur finem.

12. Hinc quoque intelliges, quare anteceſſores nostri virique clarissimi tantopere iti sint, quare contigerit exilium Ægyptiacum. Nunc autem intelliges magnam il- nalogiam. Quoniam enim Jisraëlitæ hi in Ægypto iidem erant, qui diluvio ant: hinc Pharao præcipiebat, ut omnis puellus projiceretur in flumen: quo in- r pœna illa diluviana: porrò idem servitutem ipsis imponebat operandi in luto & bus, eo quod essent revolutio generationis turris Babylonicæ, ubi lateres quoque abant extructuri turrim; cujus respectu nunc condere cogebantur urbem Pitom & ses.

13. Porro etiam colluvies illa plebeja, quæ cum Jisraëlitis ex Ægypto exibat, ex revolutionibus ortum habebat: modo quod hi nondum essent restituti. Unde s tanto conabatur studio & hos restaurare: quamvis in vanum.

14. Sicut ergo Moses erat mysterium cognitionis supernæ, unde prodeunt guttæ ales: idemque erat mysterium Hebelis filii Adami: ita colluvies hæc magna erant eam, sicut in Sohar traditur. Bileam autem oppositus erat Mosi in cognitione impuræ. Et hoc erat illud ipsum, quod separatum erat in purificatione istarum rum: Ubi cortex relictus erat solus, quasi scoria, quæ erat anima Bileami: quam- a ipso superstites remanserint aliquæ scintillæ animarum sanctarum, prout inter lgatum est. Unde Deus generationem hanc magnæ hujus colluviei vocabat po- Mosis: sicut dictum est: Deut. 9. v. 12. *Populus tuus rem perdidit.* Item: Exod. o. *Populus ille, in ejus medio tu es.* Ipse enim in medio illorum erat, sicut ani- orpore; eò quod ipsius radii & scintillæ essent. Porro dicitur de murmuranti- Num. 11. v. 1. *Id malum fuisse in auribus Domini.* Quoniam erant de genere ma- Gonorrhæalis, de quo dictum est: Psalm. 5. v. 5. *Non habitabit tecum malus.* alibi dicitur: Numer. 11. v. 10. *Atque id malum erat in oculis Mosis.* Moses m viderat, quod descendissent de mysterio mali istius. Ipse autem erat pars ipso- lectissima: quoniam jam pronatis omnibus illis animabus egressisque è malo, ntibus revolutionibus prioribus, nascebatur Moses, qui erat bonum illud & pu- uod in illis delituerat. Quare Scriptura dicit: Exod. 2. v. 2. *Et videbat eum, nus esset.* Jam enim cessabat omne illud malum ulterius revolvi. Unde etiam nt Magistri nostri piæ memoriæ: Eadem die, qua natus esset Moses, infractum ceptum Pharaonis, ne pueri ulterius projicerentur in flumen. Quoniam jam malum ipsum: & quia portio ejusdem bona veniebat in mundum: ulterius us erat præcepto hoc. Unde Mosen quoque oportuit redemtorem illorum es- serto.

. Videor mihi autem audivisse, Adamum Protoplasten triplici laborasse Go- norrhæa.

norrhæa. Istorum tamen probe memini, quæ sequuntur: quod Adam plura commiserit peccata. Nimirum, quod sicut dixerunt Magistri nostri piæ memoriæ, suspectus fuerit rapinæ: eo quod scriptum sit: Genes. 2. vers. 17. *de arbore cognitionis boni & mali Non comedes.* Ipse vero furtim de illa comedebat. Quare filiis Noach talia dabantur præcepta, quæ omnia transgressus erat Adam Protoplastes. Deinde Gonorrhæam admiserat; cujus respectu homines quoque diluviani corruptores seminis sui erant. Quamvis fundamentaliter puniti sint propter rapinas conformes peccato Adami. Porrò quoque reperimus, quod Adam abnegaverit radicem omnium, Deum, factusque sit Idololatra. Cujus respectu generatio turris Babelicæ Idololatrica erat & athea. Similiter invenimus præceptum fuisse Adamo de judicio administrando; quod pariter est transgressus. Unde inter septem præcepta Noachica unum etiam occurrit de recte judicando, sicut notum est. Et quia Adam præcepto hôc abnegaverat Deum, hinc ejusdem respectu Sodomitæ erant mali & peccatores corruptoresque judicii: quoniam judices Sodomitæ mali erant, ita ut potissima Sodomitarum pravitas in hoc consistat, quod Judices constituerint mendaces atque corruptos.

16. Cum igitur Jisraëlitæ consisterent ad montem Sinai, cessaretque impuritas eorum: hinc primo tradenda quoque ipsis fuerunt præcepta de judiciis. Et propterea tribus vicibus illis præcepta ipsis promulgata sunt de judiciis.

17. Respectu enim generationis Babelicæ, quæ athea erat sicut Adam, datum ipsis est præceptum de Sabbatho & de judiciis in Marah, Exod. 15. v. 25. Quoniam qui Sabbathum admittit, idem præstat ac si totam legem admitteret. Unde dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Quicunque Sabbathum ritè observat, etiamsi Idololatra esset, sicut Enosch, remissionem tamen habet omniũ peccatorum suorum. Ut igitur expiaretur hoc ipsorum peccatum, abnegatio nimirum Dei; primò præcepta acceperunt de Sabbatho & ritibus ejus: unde intelligitur hoc ipso condonatum iis fuisse peccatum hoc.

18. Deinde respectu Sodomitarum, qui judicia corrumpebant, sicut Adam Protoplastes, data est ipsis sectio de judicibus Exod. 18. v. 21. ante promulgationem Decalogi. Ubi intentio fundamentalis erat de judicibus constituendis. Quare cum Jisraëlitæ istos in se susciperent judices, iisdem remittebatur peccatum illud Sodomitarum. Et huc spectat intentio Moysis, de qua scriptum est: Exod. 18. v. 13. *Stabat autem populus circa Mosen à diluculo usque ad vesperam: Mosesque sedebat judicans populum.* Putabat enim Moses, se restiturum totam hanc generationem Sodomiticam hoc ipso, quod ipse solus esset populi judex, atque sic expiatum iri sperabat peccatum istud. Cum enim ipse præsideret ut judex populi, scintillæ illæ animarum Sodomiticarum in ipsum veniebant per modum imprægnationis; quod illis imputabatur, ac si ipsæ fuissent judices: præsertim si causa quædam offerretur Moysi, quæ jam ante quoque occurrerat judicibus Sodomitarum. Ipse igitur putabat hæc sufficere. Jethro autem respondebat ipsi: Non succedet res ista; quamvis enim tu sic agas, attamen tu solus omnes illas animas imprægnationem in te facturas sustinere non poteris, sed nimium defatigaberis: si autem plures constitueris judices, qui onus tecum ferant, teq; adjuvent, melius succedet: peccata enim

Sodomi-

odomitarum levia, expiabuntur per illos: negotia autem gravia in te devenient, & tu ea em restitues.

19. Quanquam & alia sit ratio consilii hujus: quod nempe animæ illæ essent de gere Kaini, nec restitui possent per Moysen, sed aliquis requireretur, qui esset de radice aini: hinc consilium hoc Jethronis de constituendis judicibus multis bonum erat, & oc modo restituebantur omnes: Jethro enim erat revolutio Kaini; unde ab hoc promare debebat consilium istud consentiente Moyse.

20. Respectu autem generationis diluvianæ atque rapinarum, Scriptura dicit: xod. 21. v. 1. *Et ista sunt judicia, &c.* Primumque de judiciis præceptum est de servo ebræo emto, annisque servitutis ejus: ubi intelligitur Hebræus talis, qui venditus est udicibus ob commissum furtum: in quem finem Moses præceptum hoc de furibus omulgavit: quod cum in se susciperent, ipsis imputabatur, ac si ipsi venditi essent, ut rvi post sexennium demum liberandi.

Collectaneum duodecimum.

1.

Actum illud Usiæ Regis, qui leprosus fiebat, quod suffitum offerre vellet; 2. Paral 26. v. 16. ita se habet; quod Usia esset revolutio illius Usæ, de quo scriptum est in libro muelis Prophetæ: 2. Sam. 6. v. 3. 8. *Et Usa & Achio ducebant currum*: Unde literæ minis utriusque plane sunt similes.

2. Venerat autem in mundum, ut expiaret peccatum istud primum, quod applisset manum suam ad arcam Dei, & propterea esset mortuus: & tamen non restituebar, sed redibat ad vitium prius, ut manum suam admoveret ad rem quandam illicitam. ima tamen ejus sciebat, quod antea fuisset sacerdos: hinc sacerdotium iterum appeat: In hoc tamen errans, eò quod jam sacerdos non esset.

Collectaneum decimum tertium.

1.

Criptura dicit Exod. 25. v. 10: *Et arcam de lignis Sitim compingito, &c. eamque deaurabis intus & foris.* Ubi dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Mosen fecisse s arcas, unam ligneam, & duas aureas, internam atque externam. Ubi quæritur, quom præceptum est, ut arca intus & extus fiat aurea; quare non tota facta sit aurea, & are in medio ejusdem collocatum fuerit lignum? Ubi sciendum, in homine esse Psyen, Spiritum & Mentem, & animæ animam: ita ut Psyche in hepate; spiritus in cor-; mens in cerebro habitet; mentis autem mens hominem ambiat extrinsecus. Quiaque ergo non habet quatuor hos gradus, in illo recondi non possunt mysteria legis. o pertinet illud Jobi 18. v. 17. *Et cui nullum* שׁם *nomen, ipse foràs.* Ubi notandum, od literæ mediæ vocis נשמה i. e. mentis, ut & gradus in נשמה לנשמה efficint vocem שׁם sive nomen, ut sensus sit: Eum qui nondum habet nomen sive ntem & mentis mentem, quamvis habeat Psychen & Spiritum; tamen adhuc esse forinsecus.

rinſecus. Vel etiam: virum talem ibi deſcriptum non habere mentem, quæ eſt foras i. e. quæ eundem extrinſecus ambiat: ubi intelligitur animæ anima.

2. Hinc ergò intelligi poterit myſterium hujus arcæ. Corpus enim hominis vocatur lignum juxta illud: quod homo dicatur lignum Agri. Intus autem habet Pſyches, Spiritum & Mentem: & extra Mentis Mentem. Quare præcepit Deus Benedictus, ut fierent tres arcæ, & media quidem de lignis Sittim, qua denotatur corpus humanum: duæ autem aureæ; una reſpectu Pſyches, Spiritus & Mentis; & altera reſpectu Luminis ambientis: quo facto illuc imponenda erat Lex: ut denotetur, eum qui obtinuerit gradus iſtos, aſſecuturum quoque cognitionem Legis, nec aliter.

3. Inque hoc caſu porro etiam dantur gradus, ita ut quis tantopere purificare queat corpus ſuum, ut hoc aſcendat in gradum Pſyches. Ex quo intelliges illud, quod dixerunt Magiſtri noſtri piæ memoriæ; in duplicibus his appellationibus, v. g. Abraham, Abraham; Jacob; Jaacob, intercedere accentum. Cum autem dicitur Moſcheh: Moſcheh, nullum intercedere accentum. Ubi hæc ſit intentio, quod primum horum nominum denotet Mentem; & alterum Mentis Mentem. Moſis autem materiam clarificatam fuiſſe ſepties, ita ut in vita ſua in cœlum aſcendere & deſcendere potuerit: quaſi corpus ejus, inter gradus illos non intercederet. Hinc duo illa nomina; Moſcheh Moſcheh nullo diſtingui accentu. Abraham & Jacob autem, quamvis Patriarchæ fuerint, corpora tamen non habuiſſe adeo emundata, ut diſtinctio iſta non obſervaretur: atque hinc duo illorum nomina accentu ſeparari.

Collectaneum decimum quartum.

1.

QUæritur, cum Angeli non minus quam animæ humanæ ortum ſuum habeant è congreſſu quodam ſuperno; quare Angeli manſerint Spirituales, & incorporei: homines autem tali opus habeant corpore; & quis hoc cauſatus ſit? Item quænam ſit differentia inter homines & Angelos, Unde character iſte diſtinctivus inter eos intercedat?

2. Nimirum jam ſæpius à nobis expoſitum eſt, quod duplex ſit copula congreſſiva: una ſuperior & ſpiritualis atque incorporea, altera verò corporea: quodque copula ſuperior fiat oſculis, prout alibi declaratum eſt, quod halitus ex ore prodiens ſit ſpirituale quid, ad tres ſupremas numerationes pertinens. Copula autem inferior, concubitûs, magis eſt corporea cum vera gutta ſeminali conjuncta.

3. At verò alibi explicuimus tibi, quod fundamentum horum omnium dependeat è myſterio ſeptem regum primorum, qui mortui ſunt, & deinceps reſtituti. Omnes enim quatuor mundi Emanativus, Creativus, Formativus & Factivus ortum habent è ſelectione in ſeptem iſtis Regibus facta: ita ut, quod excellentiſſimum eſſet inter illos ſecretum ſit pro mundo Emanativo: quod autem paulo diminutius eſſet, ſelectum ſit pro mundo Creativo; & vilius iterum pro formativo: quodque adhuc vilius pro Factivo. Et viliſſimum tandem vocatum ſit nomine ſcoriarum auri fuſione purificati, cujus

nullis

ullus planè situsus: unde & putaminum nomine dicitur; eò quod non amplius queat mundari. Et hæc sunt judicia illa rigorosissima, ipsique cortices. Quamvis, ut alibi quoque dictum, necessariò & in his minimæ quædam insint scintillæ, quæ indigitantur per mysterium undecim specierum suffimenti: quæ futuro tempore etiam separabuntur, ta ut tunc dici queat: Jes. 25. v. 8. *Absorpta est mors in æternum.* Prout inter nos vulgatum est.

4. Quemadmodum autem jam dictum est de mundis istis quatuor; ita eodem plane modo processum est in mundis singulis. Utque, exempli gratia, initium faciamus mundo Emanativo: in hoc, quod excellentissimum fuit, selectum est pro Sene decrepito: diminutius paulo pro Macroprosopo; quod adhuc inferius pro Patre & Matre, & quod imum hujus gradus, pro Microprosopo & uxore ejus. Idque sic etiam in Systematibus tribus inferioribus. Idemque plane & in decem numerationibus singularum personarum deprehenditur: ita ut non sit opus diutius his immorari.

5. Porrò sciendum, eo tempore, quo facta est electio systematis Emanativi, creativum, plane nondum fuisse disquisitum. Quod etiam eodem modo intelligendum de systematibus reliquis.

6. Quin & in ipso mundo Emanativo eo tempore, cum secerneretur Senex, nullam adhuc factam esse selectionem ullius de gradibus inferioribus. Atque sic deinceps. Unde patet, omnes quatuor mundos esse selectionem illam è septem his Regibus factam: & hoc est fundamentum totius hujus scientiæ.

7. Non licet autem sermonem instituere de copula illa, quæ facta est ante Patrem & Matrem: sed de iis, quæ supra Patrem & Matrem sunt, dicitur Jes. 51. v. 2. *Quia unum vocavi eum:* i. e. non assumta societate secundi. Non enim cognoscitur, nec commemoratur aliquid de illa copula: sed uxor prima, quæ in mundo est, Matris nomine dicitur; unde à Patre & Matre, & porro deorsum mentio copulæ incipit. Postquam igitur selecti essent Pater & Mater; inter hos instituenda fuit copula, ut secerni quoque posset natura Microprosopi & uxoris ejus. Jam enim præsuppositum est, nihil secerni posse penitus, nisi mediante copula; ita ut scintillæ illæ sive radii ascendant de loco illo inferiore, in quem delapsæ sunt; intrentque in uterum mulieris cujusdam; ibidemque expectent toto tempore, quo gestari solet uterus, & mitigentur adeò, ut inde fiat notio personæ cujusdam.

8. In utero igitur Matris supernæ secreti sunt Microprosopus & uxor ejus, nihilque præterea. Et in utero uxoris Microprosopi secretum est initium mundi Creativi usque ad Patrem & Matrem. Et quia jam dixi, non posse exprimi copulam supra Patrem & Matrem; hinc omnes tres superiores mundi Creativi simul comprehendo, quod nempe simul sint selectæ, quod sapienti satis est.

9. A matre autem mundi Creativi secreti sunt Microprosopus & uxor in creatione. Et sic porrò etiam quoad inferiora, ad finem usque mundi Factivi.

10. Quod autem diximus, Patrem & Matrem non secernere omne id, quod infra se habent; sed Microprosopum tantum & uxorem ejus: hujus ratio hæc est; quòd

non omnes scintillæ sint æquales; unde quicquid pertinet ad notionem Micropr & uxoris ejus, ab iisdem emundari potest, & ascendere usque ad Matrem. Quod inferius est Microprosopo & uxore ejus, sursum ascendere nequit usque ad Ma eò quod gradus ejus diminutior sit. Si enim ascendere posset usque ad Matrem vocarentur Microprosopus & Uxor ejus. Adeoq; nihil secerni potest, nisi a gra proximè sese superiore, nec ultra. Sed de his satis.

Collectanei 14. Pars altera.

I.

IAm ergo dicemus de natura copularum; & deinde exponemus differentia inter Angelos & homines. Antequam enim conderentur Microproſopus ejus, Pater sanè & Mater non abstinuerunt à copula: quoniam simul prodier ulla inter ipsos datur separatio vel unico temporis momento in omnem perpe

2. Quoniam autem ratio fundamentalis copulæ alia non est, nisi ide tantum gratia, ut notum est: hinc copula inferiore ipsis non fuit opus: sed c tantum fuerunt copula superiore, quæ osculorum dicitur.

3. Cum autem Microprosopus & uxor ejus essent secernendi, tunc Pat ter opus habuerunt copula inferiore; ut Microprosopus & uxor ejus allegeren terum Matris superioris.

4. Jamque diximus & alibi, quod duæ sint species imprægnationum, prosopus cum Uxore bis gestatus sit utero. Primum ergò conceptionis te est, quando Microprosopus ternos artus ternis habuit insertos, ita ut prod star infantis modo nati. Alterum autem conceptionis tempus institutum fui peret cerebra; quod est mysterium adolescendi. Ita ut duplici specie cong habuerint Pater & Mater pro secernendo Microprosopo & uxore ejus: siqu est imprægnatio sine præcedaneo congressu.

5. Post secundam autem hanc imprægnationem Microprosopi, non opus fuit Patri & Matri, ut copularentur, sicut prius. Sed tertia quædam da copulæ post statum adultum Microprosopi & uxoris ejus instituenda: nimiru cessitate continuandę vitæ Microprosopi & Uxoris ejus omniumque trium ita ut tres sint copularum species in Patre & Matre & non plures: duæ pro co croprosopi; & una pro vita ejus continuanda, & alimentis. Et tria hæc tem nent ad copulam inferiorem congressivam.

Collectanei 14. Pars tertia.

1. IAm autem porro dicemus de copula osculorum, quorum sunt quatuor sp subdividuntur in septem. Cùm enim nulla in mundo fiat copula, quam cedant amplexus & osculum; hinc necesse est, ut tres modo dictas copulas, que præcesserint species osculorum.

2. Et si simul computentur oscula priora ante selectionem Microprosopi & Uxoris ejus instituta, cum nulla adhuc in Patre & Matre esset copula; hinc quatuor osculorum resultant species; tres nempe cum copula & quarta sine copula, quæ sunt quatuor. Si verò ulterius subdividantur, invenientur septem; oscula enim cum copula duplicia sunt, ante copulam scilicet pro conciliando amore: & in copula ipsa: unde ob triplicem congressum Patris & Matris sex oriuntur oscula: cumque primis ante secretionem Microprosopi institutis, quæ non bipartiuntur, sunt septem osculorum species, sicut tres copularum.

3. Porrò notandum est, quod anima hominis in plures dividatur species: ita ut habeat Mentis Mentem oriundam à Patre; & Mentem à Matre; & Spiritum à Microprosopo; & Psychen ab Uxore ejus: & hæc quoad mundum Emanativum, quibus dantur gradus similes in mundis quoque tribus inferioribus. Ubi quæstio exoritur, quomodo dici queat, hominem, qui inter inferiora refertur, habere posse notiones atque excellentias tantas, quales non habent Microprosopus & Uxor ejus: nimirum, quomodo eidem tribuatur Mentis Mens, nec non Mens ipsa, qui gradus sunt sublimiores Microprosopo & Uxore ejus: cùm tamen ne Spiritum quidem qui ad Microprosopum pertinet, assequi mereatur: quinimo nec Psychen, quæ ad regnum Emanativum spectat? Atque hæc primo intuitu magni ponderis est objectio.

4. Responsum autem peti potest è præfatione libri Sohar, præfixa Sectioni Bereschith: ubi R. Pinchas dicit: Nullam dari animam, cum qua non prodeant aves volantes, qui sunt Angeli. Eodem igitur modo res se habet cum Microprosopo ipso. Hic enim cum prodit à Patre & Matre, cum ipso prodeunt aves, & animæ aliæ pro Angelis & pro hominibus. Res autem sic intelligenda est: quod quamvis per illam copulam prodeant animæ hominum atque Angelorum: illæ tamen analogum tantum quid sint illius, quod postmodum fiunt: quoniam nondum perfectè sunt completæ, donec copulentur Microprosopus & uxor ejus: nam tunc demum in mundum prodeunt per istam copulam. Radix tamen eorum in supernis est à copula Patris & Matris.

5. Quicunque ergo proveniunt à copula osculorum, illi cum copulæ hujus magna sit excellentia atque sublimitas, nullo opus habent corpore: eo quod copula hæc planè sit spiritualis. Qui verò proveniunt per copulam inferiorem congressivam, quæ corporis est, eò quod copula spiritualis osculorum iisdem elevandis & producendis non sufficiat, vestiendi quoque sunt corpore, inque hoc mundo restituendi per præcepta atque opera corpore quodam exequenda. Unde mysterium osculorum originem præbet angelis, & mysterium copulæ inferioris pro hominum est animabus.

6. Quamvis omnino animæ justorum quorundam majores sint Angelis. Nam licet per copulam inferiorem exoriantur: nihilominus tamen copulæ dantur osculis præstantiores: qualis v. gr. est copula pro conceptione formandorum cerebrorum, quæ major est reliquis conceptionibus copulisque & osculis ipsis.

7. Jam igitur ad ordinem illorum ipsum descendam. Ex osculis igitur, quæ priora sunt omni copula, & selectione Microprosopi atque Uxoris ejus, prodeunt Angeli

geli ſancti, quorum nomina non mutantur, quique perennes ſunt, de quibus dixerunt Magiſtri noſtri p. m. ad illud, quod Deus vocatur creator miniſtrorum: quod ſint Angeli, quorum nomen haud mutatur unquam: Et hi ſublimiores ſunt omnibus Angelis reliquis. Quamvis autem Angeli iſti celſiores ſint omnibus, nihilominus tamen dantur homines adhuc excellentiores; qui nempe ortum habent ex oſculis copulæ pro impregnatione ad formanda cerebra. Supra enim jam diximus, quod ad quamlibet copulā duæ referantur oſculorum ſpecies: quarum poſterior, quæ ſimul cum copula conjuncta eſt, excellentior eſt priore copulam præcedente, quæ tantum fit ad amorem conciliandum. Ab illis ergo oſculis copulæ pro cerebris proveniunt animæ juſtorum. Et horum excellentia major eſt quam Angelorum ſupradictorum. Porro etiam ſupra jam dictum eſt, animas non reſtitui, niſi per copulam Microproſopi & uxoris ejus.

8. Deinde ſequuntur oſcula ſecunda imprægnationis primæ: quoniam ſecunda ſemper præſtantiora ſunt primis; quoniam tempore ipſius copulæ fiunt.

9. Deinde ſequuntur oſcula copulæ pro vita continuanda mundorum. Et ex tribus his oſculis deſcendunt animæ hominum.

10. Porrò ſequuntur oſcula prima imprægnationis pro cerebris.

11. Et poſtmodum oſcula prima copulæ pro vita mundorum: atque hinc producuntur Angeli.

12. Hic igitur omnium eſt ordo ſecundum excellentiam ſuam.

Primò Oſcula poſteriora cerebrorum.

Secundò Oſcula omnem copulam præcedentia.

Tertiò Oſcula prima imprægnationis primæ.

Quartò Oſcula ſecunda imprægnationis primæ.

Quintò Oſcula ſecunda pro vita mundorum.

Sextò Oſcula prima pro cerebris.

Septimò Oſcula prima pro vita mundorum. Atque hic eſt ordo ſecundum excellentiam eorum, ubi è ſpecie prima, tertia, quarta & quinta productæ ſunt animæ hominum: è ſecunda autem, ſexta & ſeptima Angeli. Quoniam autem Angeli opus non habent ut revolvantur per copulam mutuam (conf. Matth. 22. v. 30.) hinc etiam non opus fuit, ut veſtirentur corporibus, ut ſupra dictum. Atque ſic expoſita eſt productio animarum atque Angelorum, per copulam Patris & Matris.

13. Eodem autem modo res ſe habet in copula Microproſopi & Uxoris ejus: nec non in copula Jacobi cum Rachele: Idque in mundo Emanativo. Qui proceſſus ſimilis etiam obſervatur in mundo Creativo, Formativo atque Factivo. Hinc multæ inveniuntur ſpecies animarum atque Angelorum, qui gradibus plurimis ab invicem differunt.

14. Duæ tamen iterum occurrunt ſpecies: ita ut multæ animæ productæ quidem ſint è copula mundi ſuperni, ſed deinde deſcenderint, aliæ quidem gradu uno, aliæ duobus: ſimilesq; deſcenſus animarum dantur plurimi per corruptionem ſuam facti. Dantur ergo quædam, quarum radix eſt ſicut initio in illo nimirum loco, è quo prodierunt in

mun-

mundum: aliæ autem radicem suam loco habent sublimiore, eo quod propter depravationem deorsum lapsæ sint atque exhinc prodierint. Quæ duæ species non sunt æquales: quoniam, si anima quæpiam radicem suam habeat in Emanatione, & descenderit in Factionem, illa per opera sua restitui potest, & ascendere, donec per copulam redeat in Emanationem, ibidemque uniatur durante adhuc vita sua: nec opus habeat revolvi creatione nova. Quod fieri potest per preces illas nocturnas, Psal. 31. v. 6. *In manus tuas commendo Spiritum meum*, quoniam tunc in sublime ascendit per copulam aliorem: atque inde iterum prodit creatione nova, donec ascendat usque ad radicem suam. Vel etiam ascendere potest interdiu per mysterium prolapsus in faciem, sicut notum est. Quicunque ergo per se sublimis est, & tantum descendit propter peccatum; ille, si vult, ascendere potest interdiu sub precibus matutinis tempore prolapsus in facies: quoniam tunc exercetur copula Jacobi cum Rachele Uxore ejus fundamentali, sicut notum est.

15. Ille autem, cujus radix humilis est, quique tantum per opera sua ascendere vult: ille ascendere non potest, nisi nocturno tempore tantum per preces: *In manus tuas commendo spiritum meum.* Ubi fit copula Leæ & Jacobi. Istius enim elevatio tanta esse non potest, atque illius, qui prius jam sublimis fuit. In hoc tamen hæ animæ conveniunt, quod omnes possint ascendere de gradu in gradum usque in infinitum: modo attento corde meditentur, quod scriptum est Sectione Tasriah, ad locum illum Psal. 104. v. 24. *Omnia in sapientia fecisti.* Ubi intelligitur fundamentum sapientiæ. Elevatio tamen fit in fundamentum informationis: quia vox, *fecisti*, pertinet ad informationem: et fundamentum informationis est id, quod res facit, quoniam manifestum est.

Collectaneum decimum quintum.

1.

Jamque explicabo nexum Magistri mei R. Jitzchak Lorjensis cum discipulis suis: & discipulorum inter se invicem. Scito igitur nullam esse animam, cui non sit vestimentum aliquod, quo vestiatur in hoc mundo. De quo vestimento mentio fit in Sohar sectione Mischpatim, ubi R. Jebah senex locum Exod. 21. v. 10. explicat.

2. Cum autem Jesepho justo accideret illud, ut guttæ seminis ipsi prodirent è digitis manuum pedumque ejus, juxta illud Genes. 49. v. 24. *Et dispersa sunt semina manuum ejus*; hinc quia Joseph repræsentat fundamentum superius; eodem tempore etiam in supernis scintillæ animarum prodierunt è fundamento masculino: quæ non deductæ sunt intra fœminam: sed in vanum prodierunt, ita ut iisdem adhæserint cortices.

3. Et quia multæ sunt species fundamentorum in supernis; Joseph autem omnia illa repræsentat: hinc ex omnibus quoque prodierunt in vanum scintillæ animarum.

4. Jam igitur explicabimus fundamenta illa: quæ intelligenda sunt juxta naturam copularum. Primò enim est copula Jisraëlis sive Microprosopi cum Rachele: & hæc copula fit tempore matutino Sabbathi; item circa additamentum precum. Atque tunc

tunc Rachel extenditur juxta totam longitudinem Microprosopi ita ut revera cum ipso copuletur verum fundamentum Microprosopi ipsius.

5. Deinde datur copula Jisraëlis cum Leah diebus profestis, tempore sacrificii pomeridiani; ubi tamen non extenditur hæc, nisi usque ad medietatem supernam, nimirum usque ad pectus: atque tunc cum ipsa copulatur fundamentum ejus primum.

6. Deinde adhuc alia datur copula Jacobi cum Rachele, quæ fit tempore matutino dierum profestorum. Ubi cum ipsa copulatur verum fundamentum Microprosopi, quatenus consistit sub mysterio extremitatum: prout penes nos alibi deductum est tractatu de precibus.

7. Alia iterum datur copula Jacobi cum Leah sub precibus vespertinis dierum profestorum: quæ fit in medietate superna Jisraëlis, ubi alio utitur fundamento.

8. Alia porro datur copula post noctem mediam, Jacobi cum Leah: ubi hi extenduntur juxta totam longitudinem Microprosopi: atque tunc alio iterum utitur fundamento. Atque hæ sunt quinque species copularum: adeoque & quinque species fundamentorum. Illæ autem guttæ mysterium sunt vestimentorum pro animabus.

9. Præstantissima igitur inter has copula est ea, quæ fit inter Jisraëlem & Rachelem: cujus tamen duæ sunt species, quod in aliis copulis non reperitur. Et hæc in eo consistit, quod in fundamentum Jisraëlis verum, per quod copulantur Jisraël & Rachel, derivantur benignitates & severitates de cerebris matris, nec non de cerebris Patris: quoniam fundamentum Patris pertingit usque ad fundamentum Microprosopi ipsius, quo Josephus pertinet. Adeoque in eo sunt duæ notiones Patris & Matris. Decem ergo illæ severitates, quæ sunt quinque Paternæ, & quinque Maternæ, denotant decem illos martyres, ab Imperatoribus gentilibus occisos: quarum animæ vestitæ fuerunt guttis istis.

10. Quinque autem severitates Patris sunt R. Akiba; R. Schimeon Ben Gamliel; & R. Jeschebab, Scriba; & R. Jischmael filius Elischah; & R. Jehudah filius Babah. Videtur autem mihi hunc verum illorum esse ordinem: Quoniam R. Akiba est severitas, quæ in benignitate: ipsumque sequitur R. Schimeon filius Gamliel & cæteri.

11. Ne autem mireris, quod R. Akiba sit de radice rigoris, nempe Matre, vestis autem illius à Patre sit: nihil enim interest. Et sic quoque in cæteris. Nam in fundamento miscentur omnia: unde Josephus vicinitatem habuit cum omnibus tribubus, quia est repræsentatio fundamenti.

12. Hæ vestes autem semper relinquuntur animabus istis, nec unquam ab ipsis separantur, ne quidem post resurrectionem. Eademque est ratio omnium vestium, quæ pertinent ad subsistentiam cæterarum quoque animarum.

13. Cæteri quinque martyres ab Imperatore occisi pertinent ad quinq; severitates matris. Et quia martyres isti pertinent ad severitates; ideò occidendi fuerunt: quoniam cortices adhærent severitatibus; & in specie guttis Gonorrhæalibus: & quidem duri admodum atque magni.

14. Decem autem benignitates sunt decem discipuli R. Schimeonis Jochaidæ super quo pax: qui sunt R. Elieser; R. Abbah &c. Et quia hi decem sunt benignitates Patris & Matris, hinc non opus fuit, ut occiderentur: quoniam cortices nullum hoc loco habent dominium, nec istuc aspirant. R. Schimeon filius Jochai autem p. m. est ipsum fundamentum, à quo prodierunt guttæ: ideoque venit eosdem informatum & restitutum.

15. Tres autem discipuli, qui assumti sunt atque mortui in Area magna, pertinent ad tres benignitates Matris manifestas: quæ sunt pulchritudo, victoria, & gloria. Sicut enim istæ ascendunt & sustolluntur, ut luceant superius: ita etiam elevati sunt tres isti discipuli, sursumque ascenderunt.

16. Penes istas benignitates igitur fundamentum datur atque doctor, nempe R. Schimeon Jochaides: sed penes severitates nullum reperimus Magistrum expresse, vel fundamentum: ubi quæritur, quare id factum non sit, cùm tamen Nechonjah filius Hakanah eosdem informaverit, quo elevarentur in vehiculum cœleste? Verum enim verò iste fundamentum non dici voluit: sed potiùs inquit: In severitatibus neminem nominari posse Magistrum, & multò minus fundamentum: cujus rationem jam tradidimus ad locum Psalm. 32. vers. 10. *Sperantem in Dominum benignitas circundabit.* Fundamentum Patris enim non consistit intra fundamentum Matris, eò quod locus angustum nimis sit: ideoque illi foràs adstant, & ambiunt fundamentum. Unde patet, quod benignitates Patris & Matris consistant in fundamento unico nempe Matris: sed severitates separatæ sunt, quædam in fundamentum Patris, & quædam in fundamentum Matris. Et quia benignitates in uno fundamento colliguntur: hinc dici potest, hunc vel illum eorum esse Magistrum, qui hinc descendunt. In separatis autem non cognoscitur, quisnam illorum sit Magister: utrum nimirum fundamentum Patris, an verò fundamentum Matris. Et ego quidem aliquando Magistrum meum interrogabam, objiciendo: An ergò iis non tribui potuissent ambo fundamenta, ideoque duo Sapientes atque Doctores. Ipse tamen nihil tum respondere volebat.

17. Et quoniam isti socii ortum habebant à benignitatibus copulæ celsissimæ omnium; hinc iisdem manifestabantur omnia mysteria Legis, citra cruciatus & afflictiones ullas: quod non iterum eveniet usque ad generationem Messianam.

Pars Secunda.

I.

COpula secunda illa est, quæ istam sequitur secundum ordinem præstantiæ: est autem copula Jacobi & Rachelis. Et quia Rachel tunc non designat judicia: nec minus & Jaacob ortum habet è lumine cerebrorum Paternorum: hinc isto loco nonnisi benignitates & severitates Patris tantum extant. Atque his denotatur Academia Doctoris nostri R. Jehudah, qui Sanctus dicitur. Ita ut iste sit fundamentum: & discipuli ejus sint guttæ: qui sunt R. Chijah & Levi Bar Sisi, & Rabh, & similes.

2. Copula tertia, quæ hanc sequitur, est Jaacobi & Leæ post mediam noctem. Et quamvis Leah denotet judicia rigorosa: ista tamen post mediam noctem mitiora sunt. Adde, quod illa extendatur per totum Microprosopum: quod ita non fit, ut quidem in copula præcedente Jaacobi & Rachelis. Atque istæ decem sunt quinque benignitates, & quinque severitates.

3. Et quoniam istæ duæ copulæ à fundamento Patris ortum habent: hinc illi qui abinde descenderunt, non sunt occisi, sicuti descendentes à copula Jisraëlis cum Rachele.

4. Quoniam autem circa diluculum matutinum magis abundat misericordia; quia parum abest, quin hoc tempus jam vocetur dies: atque tunc Jaacobh & Leah altera vice copulantur; ubi duæ tantum prodeunt guttæ, quarum una continet quinque benignitates, & altera quinque severitates: hinc duæ hæ præstantiores sunt omnibus decem supradictis, quæ ortæ sunt à copula prima post mediam noctem: è quibus simul sumtis duodecim efficiuntur guttæ, inter quas duæ postremæ majores sunt prioribus decem. Et hæ duæ sunt condiscipuli nostri: quorum fundamentum est Doctor noster R. Jitzchak Lorjensis. Priores decem autem repræsentant collegium aliud, sunt que alii discipuli Academiæ Magistri nostri. Antehac enim Jaacob & Leah copulati tantum fuerunt usque ad pectus Jisraëlis: post mediam noctem autem extenduntur usque ad finem. Unde vestigium primum prioris fundamenti copulæ ante mediam noctem factæ, non annihilatum est: quoniam Jaacob & Leah non redierunt in statum junctorum tergorum, nisi post mediam noctem: sed quoniam facies habuerunt junctas, extensæ sunt ad majorem celsitudinem: unde quod habuerunt primò, non est annihilatum.

5. Apparet igitur à copula ante mediam noctem facta etiam processisse duodecim guttas alias, ex illo nimirum fundamento: quamvis non revera prodierint, nisi noctis medio elapso. Adde quod duodecim illæ viliores sint quàm duodecim priores quæ prodierant à copula ipsa extensorum usque ad finem.

6. Duæ autem illæ diluculi matutini è secta hac secunda jungi quidem poterunt.

runt cum duodecim prioribus; eò quòd meliores essent, quam decem secundani. Et quoniam duo illi ortum habent è copula ante mediam noctem facta; hinc priores fuerunt in Schola Doctoris nostri.

7. Interrogavi autem Magistrum meum, quoniam duæ essent sectæ, quare etiam non duo essent fundamenta? Ille verò respondebat: Unum contineri in altero, ita ut fundamentum saltem sit unum: & novisse altissimum, utrum (Ipse) minimus, sit fundamentum secundum, an vero sit è duobus illis sublimioribus diluculi.

8. Copula quarta est Jisraëlis & Leæ constitutis à pectore & porrò deorsum. Unde benignitates ibidem non habent locum extendendi sese in brachium sinistrum: quare duæ saltem sunt guttæ. Et quia copula illa fit circa sacrificium pomeridianum, ubi judicia durissima dominantur; hinc istarum respectu, duo fratres occisi sunt Lyddæ, quorum excellentia magna fuit, eo quòd prodiissent è copula Jisraëlis. Suntque Papus & Lulanus. Nullum autem ibidem est fundamentum: adeoque nullus ipsis fuit Magister.

9. Copula quinta est Jacobi & Leæ ante mediam noctem, ubi etiam judicia perfecta. Et hi sunt occisi in urbe Bither. Fundamentum autem ipsorum fuit R. Elieser Hammodai, qui etiam occisus est Bitheræ.

10. Differentia autem est inter omnes has guttas, & inter cæteras animas, eò quod reliquæ animæ ortum habeant ab illecebris fœmininis, cùm nimirum uxor antèam dat ad copulam, unde postmodum & maritus excitatur ad copulandum. Atque tunc, quoniam non ex proprio arbitrio excitatur ipse, sed fœmina eundem allicit: hinc cùm masculus guttam benignitatum & severitatum in ipsam intromittit, ista non prodit è cognitione ipsius: sed è sex ejus extremitatibus, postquam guttæ illuc jam sunt derivatæ atque extensæ.

11. Quæcunque autem guttæ prodeunt sine fœmina, eò quod ipse masculus copulari desideret cum uxore, sed eandem non invenit, eò quòd infra sit in mundo Creativo: tunc guttæ illæ in vanum prodeunt. Si quæ igitur animæ proveniunt è desiderio solius masculi, illæ multis modis præstantiores sunt, quoniam tunc non prodeunt nisi à benignitate & severitate ipsius cognitionis ejus, & quia non transeunt per sex ejus extremitates nisi transitu momentaneo: hinc excellentia earum multò major est omnibus animabus cæteris in infinitum quasi. Hæc omnia autem tantùm intelligenda sunt de mysterio vestimentorum. Et quia supradictæ animæ eorum omnium, quorum jam fecimus mentionem, hoc modo ab ipsa cognitione ejus prodierunt: hinc illis tributa sunt talia vestimenta, quæ sunt guttæ supradictæ: unde ipsis conficiuntur 248. membra, quibus anima talis superinvestitur.

12. In istis tamen guttis internum aliquid etiam est ab ipsis cerebris intra victoriam, gloriam, & fundamentum Patris vel Matris, vel Microprosopi, vel Jacobi etentis.

13. Porro etiam guttæ dantur, quibus ineſt internum aliquid & externum ſimul: ſiquidem aliquæ proveniunt ab exteriori parte, nempe à veſte victoriæ & gloriæ Patris vel Matris, vel Microproſopi vel Jacobi.

14. Aliæ item dantur guttæ, quæ proveniunt à partibus internis ipſorum cerebrorum in victoria, gloria, & fundamento Patris & Matris contentorum &c.

15. Sed ſupradicti omnes ortum habuerunt à partibus internis cerebrorum ipſorum.

16. Datur tamen ſecta adhuc alia, qui ſunt ſeniores, nimirum R. Moſche Alſchich; & hi omnes ſunt è notione exteriorum, eque parte veſtimenti: quamvis & ipſi naturam habeant ipſarum guttarum ab ipſa cognitione provenientium, licet per partes veſtimenti ſaltem.

17. Porro & adhuc alia datur ſecta juvenum, qui correſpondent ſectæ ſecundæ noſtratium, qui ſtuduimus in Schola Doctoris noſtri, & hi ſunt de veſtibus illorum: ſecta autem Senum eſt de veſtibus noſtratibus.

18. Et quamvis dixerimus, magnum eſſe nexum inter omnes has guttas: id tamen omne intelligendum reſpectu guttæ veſtimentorum. Ipſæ vero animæ ſingulæ ſunt de radice propria: quamvis omnes ortæ ſint de notione cognitionis, modo quod non ſint nexæ ex una radice.

19. Omnes autem iſtæ guttæ in ſcriptis Prophetarum vocantur reliquiæ Jiſraëlis, ut Jerem. 6. v. 9. cap. 31. v. 7. Jechesk. 9. v. 8. Mich. 2. v. 12. Aliquæ enim guttæ ſunt Jiſraëlis & aliquæ ſunt Jacobi: & quæ ſunt Jiſraëlis, vocantur reliquiæ Jisraëlis, ſicut ſcriptum eſt Zephan. 3. v. 13. *Et fiet, ut reliquiæ Jisraëlis nihil faciant perverſi.* Deinde etiam dantur reliquiæ Jacobi, ſicut ſcriptum eſt Mich. 5. v. 6. *Et reliquiæ Jacobi erunt ſicuti ros.*

20. Adeoque quinque ſunt ſpecies, de quibus ſupra, quarum reſpectu in ſcriptis Propheticis, in duobus verſiculis nomen reliquiarum quinquies reperitur.

21. Iſtæ autem guttæ noſtrates Jaacobi & Leæ poſt mediam noctem exortæ ultimę ſunt omnium, & prodierunt in mundum poſt quinq; illas ſpecies copularum ſupradictarum: quamvis id non conveniat ordini excellentiæ illarum, eò quòd in exilio hoc ultimo ſint. Iſtarum autem fit mentio in Prophetia Jeſaiæ, illoque loco, ubi agitur de onere Dumæ Jeſ. 21. v. 11. *Ad me clamat ex Seir.* Ubi intelligitur exilium hoc ultimum. Notum enim, ubicunque reperitur vox לילה intelligi tempus poſt mediam noctem: & ubi occurrit ליל intelligi ante mediam noctem: Sicut dicitur in Sohar. Duæ autem ſectæ condiſcipulorum noſtrorum omnes ſunt è tempore poſt mediam noctem, quamvis pars una è priore parte meſonyctii matutini, & altera è poſteriore ejuſdem parte ſit. Et iſtorum reſpectu ſchechinah ſeu gloria cohabitans clamare dicitur ex ultimo hoc Exilio Seir & Edom, & dicere ad Deum Benedictum

dictum: Custos, quid est de לילה seu postrema parte noctis, id est, quid facies cum ista secta, quæ est post mediam noctem, quæ vocatur לילה. Item, custos, quid facies cum ליל, quæ est secta altera primæ nempe partis mesonyctii matutini, & prodiit circa ultimas partes temporis ליל seu mesonyctii vespertini. Ubi respondet custos: *Venit mane & nox*: Si quæritis quærite, & revertimini & venite. Ubi per Manè intelliguntur illi, qui nati sunt circa diluculum matutinum: & per noctem illi, qui nati sunt post mesonyctium, quod vocatur לילה. Et quia ambæ hæ sectæ in mundum veniunt in generatione Messiana, hinc illos converti oportet vera conversione multisque precibus & jejuniis. Et hoc etiam indigitatur verbis illis: Mich. 5. vers. 6. *Reliquum Jacobi*. In quem finem bis repetitur vox Reliqui, respectu duarum istarum sectarum.

Collectaneum decimum sextum.

1.

MAgister meus piæ memoriæ nunquam occidebat pulices vel pediculos, nec ullum reptile vivens; eò quod ortum haberet è radice Kaini, qui occiderat hominem.

2. Item ob mysterium revolutionis suæ: quoniam antea fuerat circumcisor, per quem mortuus fuerat infans quidam. Unde cavendum est, (nobis, qui de hac radice sumus) ne aliquid occidamus unquam: imò ne mactemus quidem aliquid.

3. Dicere etiam solebat, pediculos prognatos è sudore hominis, præsertim hominum justorum, aliquid participare de mysterio hominis, & ejusdem esse scorias: atque exhinc fieri cortices ejus: Hinc non debere abhorrere hominem à pediculis suis; eò quod in hoc consistat aliqua ejus melioratio, dum pediculi prodeunt è corpore ejus.

Collectaneum decimum septimum.

1.

DIcere etiam solebat Magister meus: Bonum esse habitare in domo, cui multæ sunt fenestræ, ut semper quis omnique momento respicere queat cœlum? Præsertim si quis contempletur admiranda Dei in opere cœli & terræ juxta illud Psal. 8. v. 4. *Quoniam videbo cœlos tuos.*

2. Id quod etiam sic traditum est in Medrasch Haneelam, ad dictum illud Nebucadnezaris, ubi inquit Dan. 4. v. 31. *Se oculos suos in cœlum sustulisse.* Id enim multam homini confert sapientiam, timoremque, & sanctitatem. Hinc valde conducit, omni tempore, hora, atque momento cœlum intueri.

Collectaneum decimum octavum.

I.

ID quoque dicebat Magiſter meus: Si homo quiſpiam in aliqua habitaverit domo, & ex eadem abeat aliô habitaturus loco: hunc in priori domo, è qua exierat, non iterum debere habitare, niſi exacto tempore integri ſeptennii.

Collectaneum decimum nonum.

I.

POrro dicebat: Non eſſe bonum educare turtures vel pullos columbarum in domo quadam; inque domo, ubi hoc fiat, morituros liberos, nec reſiduum ei fore ſemen.

Collectaneum vigeſimum.

I.

NEc debere hominem jurare per vitam animæ ſuæ juxta illud: *Qui non in vanum ſuſtulerit animam ſuam.* Pſal. 24. v. 4.

Collectaneum vigeſimum primum.

I.

SI homo ſcire velit, an habeat Pſychen de mundo factivo vel Spiritum de mundo Formativo: ille claudat oculos ſuos, formetq; quatuor literas Tetragrammati coram ſe. Si iſtæ eidem videbuntur albæ & ſcintillantes admodum, de mundo Emanativo eſt. Si albo quidem colore ſint, ſed non ſcintillent admodum, de mundo Creativo eſt. Si colore ſint rubeo, de formativo eſt: & ſi viridi, è factivo.

2. Ut etiam quis ſciat, contra quam literam Tetragrammati potiſſimum peccaverit: is pariter claudat oculos, & ſi aliquam illarum literarum coram ſe non ſatis & facile queat imaginatione ſua efformare: contra illam literam peccavit.

3. Id quoque ſciat homo; Si paſſus ſit Gonorrhæam, & macula impuritatis in ſaltem die agnoſcatur, veſtigium ejus perire: ſin minus, non tranſire veſtigium, donec ſubmergatur, quô facto fortè tranſibit.

Collectaneum vigeſimum ſecundum.

I.

SCito quatuor Elementa, Ignem, Aerem, Aquam, Terram, deſignare myſterium quatuor literarum Tetragrammati, ſicut traditur in Sohar ſcil. Vaerah. Et ab iſtis omnia prodierunt creata ſingula nempe ſecundum Elementum in ſe prædominans.

2. Sun

2. Sunt autem Tetragrammati duodecim Metatheses: & deinde extendi potest usque ad sexaginta myriades variationum ; quæ singula etiam sic fiunt in Elementis secundum variationes illas & animæ à quatuor Elementis descendentes juxta singula membra sua habent Metatheses istas: unde animæ dividuntur in tot species, & in qualibet specie est persona integra usque in infinitum. Atque hinc fluit mysterium revolutionis.

Collectaneum vigesimum tertium.

1.

MAgister meus scinti'la erat Mosis super quo pax. Degebat autem in urbe Zephas vir quidam semper adversans Magistro meo. Ad quem dicebat iste: Itane adhuc mihi adversaris? Atqui si vellem, efficerem, ut terra te deglutiret. Quamvis id non intendam, ut ulli hominum noceam.

2. Ubi Magistrum meum interrogabam enixius, quid hoc sibi vellet: mihique respondebat: virum illum esse revolutionem Korach; & venisse ut restitueretur, & à se disceret. Sed non velle eum, eò quod adhuc obnoxius sit naturæ suæ primæ rixosæ.

Collectaneum vigesimum quartum.

1.

POrro etiam interrogavi Magistrum meum, unde admirandam hanc sapientiam esset assecutus. Mihique respondebat: Se magno studio incubuisse lectioni libri Sohar septimanis pluribus: dictumque ipsi esse: se nondum rem assecutum. Ubi adhuc profundius studium hoc tractaverit.

2. Interrogavi autem porro: Annon & R. Moscheh Korduero, & ego ipse quoque his studiis invigilavimus: quare ergo non & nos eò usque pervenimus? Ubi respondebat: Nos quidem magnam quoque impendisse operam: non tamen parem sibi.

Collectaneum vigesimum quintum.

1.

ADam Protoplastes non assecutus est splendorem supernum usque ad mysterium animæ singularis. Quin potius etiam Psychen, Spiritum & Mentem perdidit, quos gradus postea accepit Chanoch.

2. Kain revolutus est 245 revolutionibus. Videtur autem per Jethronem restitutus esse.

3. Nachor frater Abrahami revolutus est in Achabo: unde hic etiam Idololatra erat, & nomen ipsi Achab i.e. frater Patris, quod frater esset Abrahami Patris nostri.

4. Adam Protoplastes revolutus est in Haran fratre Abrahami: nec tamen in eo restitutus est: quoniam hic non sustinebat combustionem suam corde integro. Nihilominus tamen comburi meruit pro sanctificatione Divini nominis.

5. Postea autem revolutus est in Aharon adjecto Aleph nomini priori: atque necdum restitutus est: quoniam potius mortem sustinere debuisset, quam obedire plebi, fabricam

bricam vituli pro Idololatria exposcenti: quod tamen intermittebat quoniam vid quod Chur jugulatus coram ipso jaceret.

6. Chur autem etiam revolutio erat Adami Protoplastæ. Adam enim veni Nachor: jam verò Nachor veniebat in Chur & Haran in Aharon.

Tractatûs primi de Revolutionibus Pars tertia; quæ sunt

Revolutiones R. Missod cæci piæ memoriæ.

Cap. I.

1.

AHaron Sacerdos revolutus est in Eli Sacerdote. Et quia supplicium Idolola pidatio: (seu præcipitium,) ideoque cervicem frangebat de sella prolapsus, mors lapidationis præcipitio similis.)

2. Deinde autem revolvebatur in Esrah Scriba, qui etiam erat Sacerdos ibid. restituebatur.

Cap. II.

1.

NAdab & Abihu scintilla erant Kaini: quoniam pars bona animæ Kaini erat rone, reliquum autem in Jethrone erat. Et scintilla, quæ erat in Nadab dividebatur in duas partes. Volebant autem participes fieri splendoris Schech gloriæ cohabitantis ex invidia: quoniam in illis reviviscebat invidia Kaini con lem: atque hinc prodibat ignis è fundamento Adami, & Scheth, quo denotatur prosopus; & comburebat animam eorum scintillis ignis, penetrantibus illorum.

2. Duæ autem nares nasi Divini sunt Leah & Rachel. Et quia nolebant uxores, adeoque diminuebant imaginem atque similitudinem Dei; hinc in rum deferebantur duæ scintillæ ignis.

3. In Eliah quoque erant animæ Nadab & Abihu. Hinc de pelle ari Elias sibi faciebat cingulum coriaceum circa lumbos suos. פנחס autem & meris æquipollent. (Pinchas autem est Elias.)

4. Sciendum enim, quod Nadab & Abihu fuerint duo cornua modo Deinde veniebant in duos illos tauros unô ventre natos, & uno præsepi enu sic per illos sanctificabatur nomen Dei, quia Elias illos sacrificabat. Porrò gnando fuerunt in Pinchaso: sed propter factum illud cum Jephthah commi fugiebant. Postmodum veniebant in Chophni & Pinchas, & occidebantur iterum in duos filios Samuelis veniebant: & quoniam hi peccabant circa carne porrò in duos corvos Eliæ veniebant, ibique restituebantur per carnem, quam rebant singulis diebus.

Cap. III.

§. 1.

QUæ ſequuntur, reperi in Manuſcripto R. Schmuel Podulah p.m. verbis ſequentibus. Audivi à Cabbaliſta ſapientiſſimo atque Divino R. Jitzchak Germano explicationem iſtius dicti Pſ. 140, v. 12. *Vir lingua non ſtabilietur in terra* &c. Quod ut intelligatur, præmittendum, quod à Sapientibus noſtris p.m. in Tractatu Kidduſchim dictum eſt, quod nempe Eliſcha alter viderit linguam R. Chuzpith interpretis in ore porci: & propterea factus ſit hæreticus. Quod quidem & alii majores & meliores ipſo pariter viderunt, & tamen facti non ſunt hæretici, quoniam iſte hæreſin jam habuerat animo conceptam. Dicit autem R. Jizchak: iſtud indigitatum eſſe in ſupradicto loco Scripturæ: quoniam nihil accidit in mundo, quod non ſuo modo in Lege divina adumbretur. Per virum igitur hunc linguoſum, intelligitur R. Eliſcha alter; qui erat vir legis peritus, & linguam videbat, ori porci non convenientem, interim tamen non totus mundus in hæreſin prolabebatur.

§. 2. Pergit autem textus: *Virum injuſtum ac ferocem mala capient ad expulſiones.* Ubi pariter intelligitur Eliſcha alter, qui jam ſua natura malus erat; hinc expellebatur; non autem reliqui, quamvis idem vidiſſent.

Cap. IV.

§. 1.

TOtus humerus ſiniſter eſt Kain: & humerus dexter eſt Hebel.

§. 2. Totus autem humerus habet ter mille pennas, mille majores, mille mediocres, & mille parvas: & in qualibet penna ſunt 150. ſcintillæ ſeu radii animarum.

§. 3. Singulæ autem habent foveam, è qua prodit penna; ibique & ſanguis reperitur. Et aliqua pars pennæ infixa latet; aliqua autem foras prominet implumis.

§. 4. Ala igitur Caini pertingit uſque ad Pſychen Emanativam, eſtque ala ſiniſtra Regni Emanativi: & ſic pariter & porro uſque ad imum Factionis, omnes humeri ſiniſtri huc pertinent.

§. 5. Penna autem præſtantior ſemper eſt quam fovea, & ſanguis: caulis item pennæ præſtantior quam plumæ; & plumæ longæ præſtantiores quam breves. Per breves enim intelliguntur infantes in infantia mortui.

§. 6. Ego Chajim autem ex illo pennarum numero ſum, ad quem pertinet Esra [alii legunt Aſarjah] nimirum è mille illis pennis majoribus.

§. 7. Singulæ autem pennæ habent 150 ſcintillas, juxta numerum vocis כנה.

§. 8. Fovea autem pennæ meæ fuit Abbaja: & ſanguis ejusdem fuit Rami Bar Chamah.

§. 9. Pars autem caulis carni infixa duo habet membra, unum cum ſanguine, alterum ſanguinis expers: quæ diſtinctio in parte foras prominente non occurrit.

§. 10. Pars autem ſiniſtra fuit Samuel Propheta: dexteram autem non novi
§. 11. Ulterior pars caulis prominentis implumis fuit Rex Jechiskiah.
§. 12. Deinde caulis dividitur inter plumas in duas partes, quarum ſinguli ſuſtentant plumas.

§. 13. Una autem de plumis ſiniſtris ego ſum: & ſuſtentator meus fuit R. Et de hac ala etiam erat R. Joſeph Caro; nec non frater meus Moſcheh.

§. 14. Omnis autem notio hæc pertinet ad notiones lucis internæ Emanativæ: & ſic etiam in tribus mundis inferioribus.

§. 15. Sed Nadab & Abihu erant de luce ambiente Pſyches Emanat enim jam diximus, quod Kain & Hebel acceperint Pſychen Emanativam.

§. 16. Et quamvis omnes mundi ſibi invicem ſint innexi, ita ut alter Thronus: attamen notiones dantur, quæ ulteriorem gradum reſtitutionis quuntur, quàm Pſychen Factivam tantum: cum alii mereantur aſcendere uſque nativum. Quod ipſum tamen non reperitur niſi in ſpecie Kaini & Hebelis. quia vocantur animæ quadantenus novæ, aſcendere poſſunt uſque ad Pſychen E vam, nec tamen ultra. Cæteræ autem radices animarum veterum non pertingunt Emanationem: & utinam ſaltem ad Creationem uſque pervenirent.

§. 17. Nihilominus & inter Kainiticas quædam tantum aſcendunt uſque tionem vel inferius, ſicut radices veteres.

§. 18. Alia tamen adhuc datur notio ipſius nempe portionis Adami, reditariò tradidit Kaino: in illa eſt aſſecutio omnium mundorum à Pſyche F ad Pſychen Emanativam. Quicunque ergo à notione hac ſecunda deſcendit, admodum eſt excellentiæ, quoniam prima ſtatim vice, qua in mundum venit, teſt uſque ad Pſychen Emanativam, & ſimul tota radix ejus ad hanc notionem ſecundam. Duæ enim ſunt notiones, lux interna & ambiens. Et Elias erat de ejusdem, & tota radix ejus de luce hac interna erat. Et quia pertingere poſſunt Emanationem, hinc vocantur Angeli. Quapropter & Elias p. m. vocatur Duo etiam filii R. Chijæ Jehudah & Jechiskia Angelis miniſtrantibus ſimiles erantque è notione & radice ſupradicta. Penna autem iſtorum, Jehudæ chiskiæ major erat, quam penna R. Akibæ; & R. Jehudæ Bar Illaha, unde erant diſcipuli. Ubicunque autem aliquis cognominatur Angeli titulo è S certè eſt de radice hac. Unde etiam de Pinchaſo, qui erat unus explorato rum, dicitur Jeſ. 2, v. 4. *Et occultabat eum:* quoniam erat Angelus, Magiſtri noſtri bonæ memoriæ.

§. 19. Ut autem redeamus ad propoſitum, Kain ſemper denotat bra ſtrum in omnibus mundis, ſive in Macroproſopo, ſive in Patre, ſive in M mundum Factionis. E regione autem Hebel eſt brachium dextrum, & quidem mundis inferioribus locum habet brachiorum nomen: in Emana alarum nomen obtinet. In alis autem præter pennas etiam eſt caro, vaſa & o autem mea è vaſis eſt alæ ſiniſtræ, quoad mundos inferiores: ſed in Emanatio

quoque pennis partem habeo, ut dictum supra. Et hæc ala ad Psychen tantum pertinet Emanativam i.e. ad regnum ejusdem mundi. Ulterius autem aspirare impossibile est, usque ad revolutionem secundam.

§. 20. Chanoch autem, quia accipiebat splendorem supernum i.e. mentem supernam, fiebat Angelus, & quidem excellentior quam Elias. Quicunque enim est de nobone Emanativa, ascendere potest usque ad gradum Angelicum.

§. 21. Ala autem sinistra ter mille habet pennas, ut dictum est, in quarum singulis 150 sunt animæ: & iste est numerus animarum radicis meæ. Et numerus iste 150 desumtus est à litera initiali & finali nominis קַיִן.

§. 22. Sed ala Hebelis aliter dividitur : ita ut quælibet penna habeat quinque partes, & quælibet pars contineat 32 portiones, ita ut nomen הֶבֶל idem sit, ac quinquies 32, quæ efficiunt 160, juxta numerum vocis קַיִן. Sed pennæ Kaini singulæ dividuntur per se.

§. 23. Magna tamen est Kaini prærogativa præ Hebele, quoniam severitates Matris; (i.e. severitates Senis insertæ Macroprosopo, unde prodit Mater,) multo tempore manifestantur ante benignitates : prout & semper manifestæ manent ; unde qui de hac radice est Kainitica, & hac ejus notione, de gradu in gradum, & de severitate in severitatem, ascendere potest usque ad illas severitates Senis decrepiti, ut abhinc hauriat influxum. Quod fieri non potest ab illis, qui sunt de genere Hebelis : quippe qui provenit è benignitatibus contectis semper, nec unquam tam manifestò prodeuntibus. Et huc pertinet illud, quod R. Akibæ plus sit manifestatum, quam Mosi Magistro nostro super quo pax. Unde & Moses dicebat ad Dominum : Talem hominem in mundo habes, & legem per me promulgare vis. Unde R. Akiba plura assequi potuit, quam Moses. Atque hinc etiam intelligi potest, quare dictum sit : Mosen invenisse Deum, nectentem coronas literis. Quoniam illi, qui sunt de radice Hebelis, ulterius scandere non possunt, quam ad coronas literarum : i.e. apices : cùm radix Kaini pertingere queat usque ad accentus, & altius. Quamvis Moses postmodum ista similiter assecutus sit, per opera sua fortia.

§. 24. Porrò & alia est ratio istius prærogativæ, quia qui Kainiticæ sunt radicis, proveniunt à largitione intellectus superna : cùm Hebelitici tantum descendant à benignitate & severitate Patris. Mater autem usque ad pectus Microprosopi unum tantum habet tegumentum : unde lux abinde prodiens magna est admodum : & anima abhinc influxum sibi assugens, magna luce frui potest. Pater autem contectus est duobus tegumentis usque ad pectus. Infra pectus autem mater aperta est penitus, & Pater uno tectus velamine. Unde animæ quæ sunt à severitatibus vel benignitatibus manifestis semper præstantiores sunt, quam quæ sunt è loco contecto : quamvis istæ ratione loci sint altiores. Et hic est sensus dicti illius Talmudici : Mundum vidi inversum.

§. 25. Adhuc alia suppetit ratio istius casus: quod nempe Sapientia non aliâ lu-ceat viâ, nisi per benignitates & severitates informationis: quare qui hinc descendunt, majores sunt.

§. 26. Adhuc alia ratio hæc est, quod severitas prior prodeat per fundamentum: unde etiam Kain primogenitus erat; juxta sensum dicti illius: *Mulier fortis corona ma-riti sui,* Prov. 12, 4.

§. 27. Tempore autem futuro omnes radices Kaini Sacerdotes erunt: ita ut qui-cunque hactenus fuerunt Levitæ sub specie severitatum, qualis, exempli gratia, erat Ko-rach, qui etiam ortum habebat de Radice Kaini: omnes, inquam, potientur primogeni-tura, quod est Sacerdotium. Et huc pertinet illud Ezechielis: *Et Sacerdotes Levitæ filii Zadok* &c. Quod nullibi extat, nisi apud Ezechielem. Hic enim, quia etiam de hac radice erat, hoc vaticinium protulit.

Cap. V.

§. 1.

De nexu, quem ego habeo cum reliquis discipulis Doctoris nostri, adhuc observan-da sunt sequentia, ubi primo repetimus: quod in Adamo Protoplaste comprehen-sæ fuerint omnes animæ: quodque propter lapsum ejus multa ab ipso deciderint mem-bra, & statuta ejus sit diminuta: quia nempe animæ multæ descenderunt in profundum corticum, Aliquæ autem remanserunt in eo: quod est mysterium centum cubitorum.

§. 2. Porrò etiam quædam animæ planè sunt novæ, quæ non venerunt in mun-dum, comprehensæ in Adamo Protoplaste: & hæ revera dicuntur novæ.

§. 3. Postmodum aliæ quoque sunt animæ in Adamo relictæ, quæ etiam vocan-tur novæ: non tamen ita ut priores. Et quando istæ animæ prima vice veniunt in re-volutionem post mortem Adami, qua separatæ sunt ab eo; tunc etiam vocantur novæ. Ratio autem, quare prima Adami creatio non reputetur pro adventu primo, hæc est: quia formatio ejusdem fiebat per mysterium junctorum tergorum: unde tum demum adventus esse judicatur, cum veniunt per mysterium junctarum facierum: atque sic venire dicuntur vice prima. Quod si verò talis anima post mortem Adami non venire mereatur, nisi similiter per mysterium junctorum tergorum: nihilominus tamen ad-ventus iste æstimatur pro primo, quamvis non fiat per junctas facies: eo quod venit post mortem Adami.

§. 4. Deinde sunt Kain & Hebel: qui prodierunt ab illis scintillis, quæ reman-serunt in Adamo, & quas iste hæreditariò tradidit Kaino & Hebeli. Ubi nec iste ad-ventus reputatur pro primo. Sed post Kainum & Hebelem omnes illæ scintillæ venien-tes in mundum, quamvis id fiat junctis tergis, prima vice venire dicuntur: ita ut & hæ vocentur animæ novæ. Quotiescunque autem vicibus sequentibus adveniunt, toties dicuntur revolvi. Quamvis enim Adam easdem tradiderit Kaino & Hebeli, id tamen non habetur pro adventu per se: quia non sunt mortuæ, & postmodum iterum natæ

ſed Adam adhuc vivus easdem iſtis ſuis filiis tradidit. Nihilominus tamen multò ſunt viliores, quam eæ, quas Adam ipſe retinuit: quippe quæ recentiores ſunt.

§. 5. Quæcunque autem ab Adamo deciderunt in cortices, iſtæ primo ſuo adventu in mundum vocantur revolutæ: ſimilesque ſunt Adami reſiduis, vel Kainiticis & Hebelicis, ſecunda vice venientibus.

§. 6. Deinde quoque dantur animæ in Proſelytos venientes.

§. 7. Omnes autem animarum ſpecies in cortices deſcenderunt præter illas, quæ planè novæ dicuntur.

§. 8. Animæ autẽ Adami uno tantum laborant vitio ex lapſu nempe ipſius Adami. Sed Kainiticæ & Hebelicæ duobus laborant vitiis; uno ob lapſum Adami; & altero ob lapſum Kaini & Hebelis.

§. 9. Quandocunque igitur animæ hæ de profundo corticum exeunt ingreſſuræ in mundum, commorandum ipſis eſt per tempus aliquod in regno, ut à corticibus iſtis, ſituque ibidem contracto purificentur. Quo dignior autem eſt anima, eò diutius ibidem degere poteſt; quod fit ordine ſequenti. Nam quæ planè novæ ſunt, ibidem morantur menſes duodecim in utero nimirum, ut ita dicam, regni: & poſtmodum in mundum veniunt. Et huc pertinet, quod in Gemara dicitur, de partu duodecimeſtri.

§. 10. Species ſecunda eſt illorum, quæ manſerunt in Adamo: quæque & ipſæ vocantur novæ, quamvis non ut primæ. Hinc in utero Regni non diutius manent conceptæ, quàm novem menſes tantùm: atque tunc deſcendunt in mundum.

§. 11. Species tertia eſt Kainiticarum & Hebelicarum, quæ ob vitium ſuum ſingulare non geſtantur in utero hoc, niſi ſeptem menſes.

§. 12. Species quarta eſt reliquarum animarum ab Adamo deciduarum, quamvis primo adventu accedant. Vel etiam reliquarum animarum ſupradictarum, cum jam ſemel in mundo fuerunt: quoniam hæ omnes vocantur revolutæ. Iſtæ omnes non diutius in hoc utero morantur, quam quadraginta diebus, juxta tempus, quo formatur fœtus: atque tunc veniunt in mundum.

§. 13. Quinta ſpecies continet animas Proſelytorum, quæ per triduum ſaltem in utero hoc tolerantur, juxta tempus, quo coagulatur ſemen.

§. 14. Juxta tempus igitur moræ iſtius in Regno, majori potiuntur vel minori lumine; & à corticibus magis vel minus emundantur.

§. 15. Id quoque obſervandum: omnes has animas nullô è corticibus prodire modo alio, niſi per preces Jiſraëlitarum, quæ dicuntur aquæ fœmininæ: vel per obſervationem alicujus præcepti, ſive actum quendam unitivum juſti cujusdam hoc in mundo.

§. 16. Dehinc quædam etiam dantur animæ, quæ ſive per aliquod vitium in mundo exortum, ſive per culpam propriam, quam commiſerunt in mundo, iterum delabuntur atque deſcendunt in cortices. Si igitur eodem tempore anima quædam è corticibus prodeat, commoratura in Regno, hæc facultatem habet, vitiatas illas animas detinendi, antequam in cortices decidant, easdemque reſtituendi ſuo loco, ſurſumque

 redu-

reducendi in Regnum, ut ibi simul sustineant statum fœturæ, cumque ea restituantur: ita ut postmodum simul in mundum prodeant. Hoc autem ex eo fit, quod anima talis in utero Regni existens, ibidem semper elevet aquas fœmininas; virtute quarum elevare quoque potest alteram illam animam. Quod tamen fieri nequit, nisi anima hæc elevans alteri illi communicet Spiritum quendam, qui in illa habitet. Et per Spiritum istum, sive communicatam hanc vim, reassumta hæc anima vestitur atque restituitur: atque hic Spiritus connexus semper cum ipsa manet usque ad tempus resurrectionis mortuorum: atque tunc ab invicem discedunt.

§. 17. Porrò sciendum, quod si anima elevans de illarum genere sit, quæ duodecim mensibus utero gestantur, etiam alteram hanc animam (sive ad speciem novem, sive septem mensium, sive quadraginta, sive trium dierum pertineat,) duodecim menses pariter ibidem detineri. Quod etiam fit, si elevans illa sit è septimestribus, vel etiam vice versa, si anima elevans tantum sit de septimestribus; elevata autem novimestris; tunc ambæ per novem menses ibi morantur.

§. 18. Jam condiscipuli mei omnes pertinent ad genus illarum revolutarum, quibus quadraginta dierum in utero mora est. Ego Chajim autem anima nova sum, de specie Kaini & Hebelis, prima vice in mundum veniens: ita ut tempus meum fuerit septimestre. Unde patet, quod in omnibus condiscipulis meis aliquid Spiritus mei sit immixtum, omnesque per me influxum habeant: & Spiritus meus communionem habeat cum Spiritibus illis cuilibet communicatis: quare studendum mihi est, ut eos restituam: quia hoc ipso propriam meam animam in illis existentem restituo, ut paulo post dicam plenius.

§. 19. Ego tamen dubito, prout & Magister meus, annon revolutæ illæ sint de specie ipsarum Adamicarum vicibus tantum ulterioribus retrogressarum; quæ quoque ob radicem suam primam novimestrium naturam habent, quo casu, quamvis anima mea sit septimestris: ambæ tamen morarentur in utero illo novem menses. Non detinui tamen omnes simul in cortices delapsuras: sed primò detinui & servavi animam unam; quæ deinde adjumentum mihi fuit, ut servaverim animam quoque aliam: ita ut anima hæc secunda duos habeat Spiritus, unum à me, & alterum ab anima illa prima, quam ego solus elevavi; & sic porrò usque ad finem: ita ut anima decima unum habeat Spiritum à me, & unum à singulis novem condiscipulis ipsa prioribus. Ordinem autem illarum non novi.

§. 20. Secundum illum autem ordinem, quem observabat Magister meus, cum illos altera vice vocaret, ita procedimus; Ego exiguus: & postmodum R. Jisraël Sar[illegible]; postea R. Jitzchak Ammon: porro R. Jitzchak Sacerdos: reliquorum ordinem nescio.

§. 21. Ne objicias autem, quod me præposuerim illis: cum tamen R. Jitzchak Ammon annis major sit me, & aliis sociis: quamvis enim ego eos præcedam quoad hanc uteri moram: quoad adventum tamen in mundum illi me possunt esse priores.

§. 22. I

§. 22. Et huc pertinet illud, quod dicit Elischa 2. Reg. 3, v. 14. *Vivit Dominus* [e]*xercituum, coram quo ego constus.* Dantur enim animæ quædam, quæ finito tempo[r]e fœturæ Regni statim descendunt in mundum hunc: aliæ autem descendunt in mun[d]um Creationis, ibique consistunt ministrantes coram Deo Benedicto ad instar Ange[l]orum, usque ad tempus definitum, vel donec contingat orationem quandam, vel bonum [a]liquod opus, vel alicujus præcepti observationem ab homine quodam fieri: atque tunc [s]tatim descendunt in mundum hunc.

§. 23. Aliæ porrò etiam permanent in mundo Formativo: nec non quædam & [i]n Factivo, quamvis omnes prodeant è Regno Emanativo. Quæ omnia tamen depen[d]ent ab operibus hominum in hoc mundo.

§. 24. Fiunt enim preces, per quas anima non potest elevari in uterum Regni. [E]t aliæ dantur preces majori intentione peractæ, adeoque acceptæ coram Deo, ut per il[l]as talis anima deduci possit in hunc mundum. Sicut aliæ quoque eandem deducere saltem [q]ueunt in mundum creativum, & similes. Quod non dependet ab ipso animarum genere; [s]ed ab operatione inferiorum cum ista anima cognatorum.

§. 25. Adeoque homo secundum opus suum, quod peragit, derivare potest in [f]ilium suum animam quandam, quæ sibi suæque radici admodum sit propinqua: ubi de[i]nde altera illa anima tamdiu ibi manet, donec inveniat redemtorem magis sibi cogna[t]am. Quæ omnia non dependent à majote vel minore gradu ipsius animæ, vel à majore [v]el minore mora in utero facienda.

§. 26. Si igitur anima quædam statim, postquam pronascitur è regno Emanati[v]o, in mundum hunc descendit, citra impedimentum alterius cujusdam mundi ibique [f]actæ detentionis, illa sanè magnum habet emolumentum: quoniam non vestitur ulla [v]este hujus vel illius mundi: sed per illos nudè transit. Sed quæcunque moram trahit ali[c]ubi, illa in quolibet mundo, ubi detinetur, peculiarem accipit vestem, descenditque plu[r]ibus induta vestibus.

§. 27. Non tamen similis est detentio in mundo Creativo facta, illi quæ [f]acta est in mundo Formativo: quoniam vestis Creativa admodum est tenuis. [O]mnia tamen in singulis fiunt secundum speciem cuilibet animæ propriam: quia [i]nterdum anima quædam, quæ detinetur & vestitur in mundo quodam, excellen[t]ior est, quam alia, quæ unico descendit momento in mundum hunc, absque omni [v]este aliena: quoniam præstantia illius detentæ per se major est, quam hujus. In[t]erior ipse casus per se differentiam quandam infert: quoniam anima unico mo[m]ento descendens, multo est luminosior, quam alia in aliquo mundorum detenta. [A]tque hinc intelligi potest illud: *Vivit Dominus, coram quo constiti.* Quoniam [E]lischa bonæ memoriæ detentus erat in mundo Creativo sub egressum suum ex im[p]rægnatione Regni Emanativi: ibique ministraverat coram Domino Benedicto, sicut [A]ngeli ministerii. Id quod etiam indigitatur in Sohar sectione Achare Moth fol. 88. [a]d hunc locum.

§. 28. Ani-

§. 28. Anima autem mea non statim descendit post egressum ex utero superno: sed impedita est in supernis alicubi: nescio tamen, quo loco detenta fuerit.

§. 29. Ut autem redeamus ad rem propositam, quod nempe ego restituere tenear condiscipulos meos, notandum per opera quidem illorum disponi ista; per opera autem mea illos nihil habere emolumenti: quoniam spiritus meus in illis est, & mihi enascitur lucrum, si ipsi sint justi. Operibus autem meis illi nihil juvantur, quia illi Spiritum nullum in me habent. Unde quæcunque præcepta illi observant, illorum & ego fio particeps, mediante illo Spiritu meo, qui in ipsis est.

§. 30. Quod ut rectius intelligatur, sciendum, nullum dari in mundo justum, qui non duas habeat animas: sicut dicitur in Sohar sectione Noach ad loca: Noach; Noach: Moscheh; Moscheh: Schmuel; Schmuel. Quorum sensus hic est: quod nempe animæ quædam dentur internæ, quæ cum homine nascuntur in mundum; & aliæ animæ tantum sunt ambientes alteram illam super caput hominis, quæ in supernis sunt, in mundo quodam superiore. Et hoc notorium est, quod homo superius habeat talem animam. Quod si igitur peccet homo iste, hoc ipso efficitur, ut anima ejus gradatim descendat intra cortices, donec tota eodem pervenerit, quæ omnia sic fiunt juxta naturam peccatorum: atque tunc anima ejus ambiens in interiora istius hominis descendit: unde patet, quod utraque harum animarum de gradu suo descendat: adeoque talis homo unam tantum habeat animam, eo quod prior illa descenderit in cortices. Cum è contrario justus utramque retineat, unam ambientem, & alteram internam. Unde intelligi poterit, quod in Sohar dicitur ad locum illum: Noach; Noach &c. In impio autem una tantum est anima; eò quod altera descendit in cortices. Quod innuit Scriptura dicendo Ex. 12, v. 15. *Anima autem illa exterminabitur.* Exscinditur enim intrando in cortices.

§. 31. Juxta mysterium igitur hoc, ambientis nimirum animæ meæ, omne lumen influxus derivatur in condiscipulos meos, mediante illo Spiritu meo in ipsis existente: omnia enim hac via transeunt. Porro autem ab illo lumine in eos derivato, hac via in me quoque derivatur aliquid ab illorum portione, & deducitur in animam meam internam. Unde ego teneor eosdem restituere, eosque erudire. Anima autem mea interna nullam cum ipsis habet participationem: nec illi ab operibus meis quicquam participant. Sed hæc omnia intelligenda tantum sunt de ipsis animabus omnium meorum sociorum: de nexu enim Magistri mei cum discipulis suis, & discipulorum inter se, dictum est alibi.

Tracta-

Tractatus primi de Revolutionibus Pars Quarta.

Cap. I.

§. 1.

PRo meliori intellectu revolutionum, nec non vituli à Jisraëlitis in deserto facti, sciendum, quatuor esse rerum genera in mundo hoc sublunari, nempe Silens seu inanimatum; Vegetabile; Vivens seu Animal; & Loquens seu homo: quorum ordo juxta gradus suos iste est, quem hîc posuimus.

§. 2. Jam igitur nihil in mundo est, ne quidem inter Silentia, v. gr. pulvis terræ atque lapides, cui non sit vita quædam, & natura Spiritualis, & planeta suus atque præfectus in supernis. Quod nisi foret, terra non produceret semina, atque gramina.

§. 3. Vita autem Vegetabilium sublimior est illâ, quia ocularitèr videmus, eadem vegetari & crescere ad instar hominum: cujus causa est vita illorum intrinseca.

§. 4. Porro vita viventium adhuc sublimior est: hominum autem adeoque loquentium vita summa est omnium.

§. 5. Porrò etiam jam dictum est alibi, nihil esse inter creata, quod non prodierit de expurgatione septem Regum: è quibus quod præstantissimum fuit, ad mundum Emanativum; quod paulo inferius, ad Creativum; quod adhuc vilius, in Formativum; quod adhuc deterius in Factivum; & omnium deterrimum ad cortices assumtum fuerit. In mundo autem Factivo quatuor illa genera sunt, Silentis, Vegetantis, Viventis, atque Loquentis; inter quæ homo præstantissimus est omnium: qui etiam, si bonis operibus studuerit, ascendere potest usque ad gradum Angeli.

§. 6. Hoc enim est mysterium selectionum, ut elevetur primò gradu uno; atque dehinc ascendat in gradum sublimiorem; & sic porrò sicut diximus Tractatu de Meditatione super cibis. Quod nimirum homo naturas Silentes reducere queat ad suum gradum, ut inde fiant partes hominis: quæ porrò si probus sit, ulterius ab ipso promoveri possunt, usque in gradum Angelicum; ita ut selectio semper sequatur selectionem, & purificatio purificationem usque ad gradum excelsum admodum.

§. 7. Id igitur justi præstare valent, ut etiam cibos suos restituant, & separant ab iis, quicquid est immundum atque obscurum, donec illos elevent è genere Silentis, usque in statum hominis perfecti. Improbi autem contrarium planè faciunt, quippe qui humanam quoque naturam demittunt usque in naturam Silentium. Prout & impii dantur, qui peccatis suis causa sunt, ut post mortem suam revolvantur in animal quoddam loquela carens, eò quod eidem fuerint similes: atque isti sunt gradu tertio.

§. 8. Idiotæ autem plebeji ne unicum quidem gradum restituere possunt. Interim prohiberi eidem non potest, quin aliqua comedat, præsertim vegetabilia: quia hoc ipso non usque adeo culposus est, interim vetitum ipsi sit, manducare carnem, quia ne unicum quidem gradum elevare potest.

§. 9. Discipuli autem Sapientum, qui legis quidem periti sunt, nec tamen Cabbalæ studium exercent, elevare possunt gradum unum; Vivens nimirum in hominem. Qui verò admirandi sunt in Sapientia Veritatis, elevare possunt vel ipsum Silens in hominem: ita ut hac ratione ab homine restitui queant omnia ista genera.

§. 10. Quod si verò homo quidam revolutus deveniat in manus cujusdam, qui eum restituere nequit; v. g. si revolutus quidam in animal, comedatur ab Idiota plebejo & illiterato; vel revolutus in vegetabile quoddam, à literato Sapientia veritatis destituto: tunc magno istos damno afficere potest, ita ut eosdem seducat in omnibus viis suis, eosque impediat ab omni observatione præceptorum. Et hinc intelligi potest mysterium illud, quod multi inveniantur justi, in quibus opera quædam *mala* deprehenduntur, quæ corrigere & intermittere non valent: cujus ratio est, *quod in* illos devenit revolutus quidam, qui solitus sit idem peccatum committere, qui & in hunc eandem deduxit consuetudinem.

§. 11. Quandoque etiam accidit, ut in uno homine multi tales revolvantur simul, quod Deus avertat.

§. 12. Hinc quoque intelligi potest, quod in Gemara occurrit, de R. Chasda, qui dixerit: Ego nec in paupertate, nec in opulentia mea comedi olera: pro eo enim, quod ventrem meum implerem oleribus, carnes comedi atque pisces. Quæ verba primo intuitu absurda videntur, eo quod hoc non deceat nisi gulones: quid igitur opus fuit, futilia hæc inserere Gemaræ? Verum enim verò profundum quoddam in hoc latet mysterium, nec nudo sensu literali intelligendum est. Sensus autem hic est: quod nemo dicatur pauper nisi ratione legis atque præceptorum. Cum ergo hic inquit: Nec in paupertate mea; idem vult, quasi diceret; antequam factus sum discipulus Sapientum, adeoque dum essem in paupertate Legis. Nec in opulentia mea, i. e. postquam ad Sapientiam Legis admissus sum, comedere nolui olera, id est, naturas Vegetabiles. Ratio hæc est, quia cum adhuc esset illiteratus, tum sane non potuit quicquam elevare, è Silenti in Vegetabile, multo minus è Vegetabili in hominem, imò adhuc minus comedere potuit carnem, quod illiterato prohibitum est. In opulentia autem, cum nempe factus esset Sapientum discipulus, adeoque elevare potuisset duos gradus, v. g. Vegetabile in hominem: tantum impendere noluit laborem, ut olera comederet, duosque restitueret gradus simul: eo quod magno ad hoc opus sit conatu. Atque hinc comedit carnem, ut nempe facillimè restituere posset gradum unum. Quare id dicere voluit: Implere ventrem oleribus, magnam requirit operam atque conatum, & parum præbet emolumenti: præstat ergo carnem comedere, ubi facili negotio restituere possum revolutos quam plurimos in illo gradu. Atque hinc intelligi quoque potest, qua ratione, ea quæ dixerunt Sapientes nostri: quamvis videantur futilia & inania

nia, profundiorem tamen habeant sensum, opusque habeant studio: eo quod talia saltem quasi corpus Legis sint nec nudo sensu literali intelligenda; sed omnia veritatem in se habeant.

§. 13. Porrò sciendum, multas dari species revolutionum in mundo, ita ut vix unus reperiatur, qui iisdem non sit subjectus. Ratio autem est, quod quilibet pro ratione peccatorum suorum, suas patiatur revolutiones.

§. 14. Id quoque sciendum, quod impii post mortem suam puniantur Gehenna, atque sic expientur. Justi autem atque pii & Sapientes in Gehennam ingredi non possunt: ut docet exemplum Elischæ alterius: hinc necesse est, ut revolvantur in hoc mundo pro abolendo hoc vel illo peccato.

§. 15. Sciendum & hoc, quod justus ascendere quidem possit per gradus, non tamen æquales. Quia primò (certo quodam pœnarum genere) aboletur aliquantula pars peccatorum ejus, atque tunc illi datur gradus unus. Siq; elevare eundem volunt gradu adhuc alio sublimiore, iterum puniunt eum, ut expoliant peccata ejus, etiam minima; quò eundem extollere queant in gradum secundum. Atque sic eodem modo peccatilla quoque ejus, vel pili instar tenuia quam accuratissimè puniuntur, ut adhuc gradu uno ulteriore, & sic porro in gradum suum debitum elevari queat. Quæ ulteriori deductione non opus habent.

§. 16. Postquam igitur è vivis excessit homo propter peccata sua, pœnas sustinet multis in locis: & pauci sunt homines, qui evitare queunt, ne revolvantur in animal quoddam, vel bestiam, vel avem, vel inanimatum quoddam, vel vegetabile aliquod; & sic similiter in aliquam mundi creaturam. Qua ratione quilibet pœnam suam sustinere cogitur, quoad corpus & quoad Psychen: quoniam in statum corporeum deducendus est, ut sentire queat dolores illos commeritos. Et omnia quidem pro natura peccatorum. Quare etiam discipuli Sapientum atque justi quandoque revolvendi sunt eodem modo propter peccatum aliquod ab ipsis admissum, vel simile quid.

§. 17. Nec satis est hoc, quin etiam postquam multos annos jam quieverunt in mundo futuro, & ulterius elevandi sunt; ad supplicia reducuntur vice altera, ut dictum supra: adeoque revolvuntur modis supradictis, si adhuc species quasdam peccatorum in se habeant, quæ hanc pœnam requirant. Sicut dictum est de illis, qui rem habent cum uxore sub luce, qui revolvendi sunt in capro. Nec prolixius his immorabimur, quia secreta sunt Dei judicia, [Confer. Roman. 11, v. 33.] oculi autem nostri carnales sunt, atque occlusi.

§. 18. Justi autem præcellentes, quales fuerunt Daniel, & David Rex super quo pax, læto hoc afficiendi fuerunt nuntio, quod quieturi sint in mundo venturo, nec opus habeant revolvi, Sicut dicitur Dan. 12. v. 13: *Tu autem Daniel vade in finem, & requiesce.* Et Davidi dicitur 1. Samuel. 25. v. 29. *Et erit Psyche Domini mei ligata in fasciculo viventium.* Nihilominus reperimus, quod David id metuerit, istoq; timore multum indoluerit per totam vitam suam, sicut dicit Ps. 27. v. 13. *Vix credo, me visurum bonitatem Domini in terra viventium.* Quanto magis id metuendum est hominibus cæteris.

Et nihilominus in Gemara reperimus, quod David septem annos consederit post mortem suam, nec intrare potuerit in adyta sublimiora; quæ prolixius diduci nequeunt hoc loco, ubi studendum brevitati.

§. 19. Porrò sciendum, eum qui Magistratus gerit officium, animumq; superbia extollit super populum, revolvi in Ape (Hebr. דבורה) unde Talmudistæ dicunt: Deboram Prophetissam superbam fuisse, quod miserit & ad se vocaverit Barakum: nec ipsa ad eundem abiverit. Quod etiam fecisse legimus Chuldam Prophetissam, quæ dicebat 2. Reg. 22, v. 15. *Renunciate viro huic* &c. Regis nomine neglectô. Apis autem animalculum est superbum & murmurans & loquaculum sive bombilans: unde qui multiloquio excedit indecenti, etiam revolvendus est in ape.

§. 20. Si quis autem profuderit sanguinem, ille revolvitur in undis. Quod illo dicto innuitur: *In terram effundes, sicut aquam.* Deut. 12. v. 16. Talis autem semper movetur & convolvitur in aquis, nec ullam habet quietem: quod si scirent homines cruciatum istum, perpetuas effunderent lachrymas. Summus autem illo loco est *dolor, ubi* aquæ defluunt. Quo loco in ipsum semper delabuntur, eumque subter se mergunt, & iterum iterumque convolvunt.

§. 21. Si quis etiam tale commisit peccatum, ut supplicium strangulationis pati debeat; is quoque punitur aquis, ibique suffocatur omni tempore.

§. 22. Porrò sciendum, neminem è revolutis his vel alia quadam pœna afficiendis in tribunali superno condemnari, quin antea præconio publicetur, supplicium ejus & delictum ejus. Per totum igitur tempus illud, quo ex sententia pati debet supplicium hoc vel revolutionem illam, incessanter adjunctus est ipsi Angelus quidam lictor, qui ipsum suffocat aquis, & convolvit convolutionibus illis, vel aliis revolutionum speciebus: qui ab ipso non tollitur, donec supplicii immineat terminus. Plurimi etiam singulare suum habent consistorium, à quo judicantur omni tempore, ita ut mox hæc, mox aliæ ipsis dictentur pœnæ, prout commeriti sunt. Mysterium autem supplicii hujus aquarum continetur dicto illo 2. Schmuel. 14, 14. *Et sicut aqua erunt promanantes in terra.*

§. 23. Quicunque autem adulterium committit cum uxore aliena, revolvitur in molâ aquaticâ, ibique puniuntur ambo, vir ille & mulier illa; juxta illud Hiob. 31, v. 10. *Molere faciet alterum uxorem meam* &c.

§. 24. Qui autem maledicus est & calumniator, mutatur in lapidem silentem, unde de Nabale extimescente dictum est 1. Sam. 25. v. 37. *Et fiebat lapis.* Quoniam ista revolutio erat Bileami, cujus veritas nonnisi in ore maledico consistebat: hinc in lapidem mutabatur.

§. 25. Si quis etiam homini cuidam Jisraëlitico cibos proponat cadaverosos (id est, legitima præparatione non mactatos) is mutatur in folium arboris, ventusque superveniens eundem contorquet, unde magnus ipsi cruciatus. Finis autem supplicii hujus est, cum folium in terram decidit: quod pro vera morte ipsi imputatur. Juxta illud Jer. 8, v. 13. *Et folium* נבל *decidit*: quæ vox lapsum denotat & cadaver; unde cibans Judæum cadavere mutatur in folium. Et huc pertinet & illud Jeschajah 1, 30. *Quoniam*

eritis

ut ulmus defluens folio suo. Quandoque etiam eandem revolutionem pati cogi-
icibus pluribus.

§. 26. Qui vero non lavat manus suas, etiam revolvitur in aquis. Et huc perti-
ud Ps. 124, v. 3. *Aquæ transierunt super animam nostram &c. Benedictus sit ille, qui
dit nos rapinam dentibus ipsorum.* Ubi verba hæc נ״תננו ט״רף ל״שיניהם literis
itialibus referunt vocem נטל, quod significat lotionem manuum: quasi quæstio
quinam sunt illi, super quos transeunt aquæ superbæ? illi nempe, qui non lavant
s suas. Unde David porro inquit: *Benedictus sit Dominus, quod super nos non transie-
quæ tales*, quia nos manus lavimus; prout literæ illæ initiales subindicant.

§. 27. Ille quoque qui non benedicit Domino benedictione usualium, super
ous quibus in mundo fruitur, eodem pœnæ genere afficitur,

§. 28. Unde sciendum, his positis, nec fontem esse, nec cisternam aquasve sta-
es, nec fluvium, in quo non sint quamplurimi tales revoluti, in infinitum quasi. Un-
a conducit homini applicare os suum canali, ut bibat; sed manu sua aquam hauriat:
oque enim propter aliquod ejusdem peccatum accidere ipsi potest; ut in ipso em-
at anima quædam impia; quæ eundem ad omnia peccata impellat, prout notum
huc pertinet historia illa libri Sohar de Spiritu quodam habitante in fonte illo. Et
er meus p. m. sæpissimè expectavit, ne biberet è fonte, donec tales spiritus repulis-
ate; qui deinde regressi sunt in locum suum. Unde magna cautela opus est, etiam
manu suâ, ut debita cum attentione benedictionis suæ dicat: Et utinam etiam
adat!

29. Et quia hâc ratione per cibum atq; potum variæ revolutiones in homine
ocunq; tempore: hinc qui discipulus Sapientum est, cibosq; suos comedit debita
ne: elevare & restituere potest multas animas revolutas. Qui vero non attentus
on tantum nihil restituit, sed damnis quoq; afficitur ab illis: Sicut accidit Jocha-
erdoti magno, qui anno Sacerdotii octogesimo evadebat Sadducæus. Qui vero
est Sapientiæ hujus Cabbalisticæ, nullo afficitur damno. Hinc multos invenies
s, quibus varia accidunt mala, horæque noxiæ; ita ut in pecccata incidant præ-
: quæ omnia è supradictis eveniunt.

30. Postquam autem aqua in domum deportata est, nullum amplius subest pe-
. Nihilominus tamen melius est, ut antequam homo bibat, parum aquæ effundat.
ors autem ille Dominus liberet nos ab omni accidenti malo. Amen! Selah!

Cap. II.

§. 1.

s revolvitur ex eo, quod improles excesserit; quamvis fuerit sicut filius Assai, qui
orum causa nullam sustinere cogebatur revolutionem. Nihilominus dum redit
aturus aliquem vel in statu revolutionis, propter supplementum aliquod alicu-
tus; sive in auxilium aliorum: ille venire non potest solus: quia tantum æstima-
orpore dimidio: adeoq; necessariò accedere debet in societate animæ cujusdam

§. 2. Siquidem quælibet scintilla unius radicis animarum tenetur adimpler omnia 613 præcepta, eo quod nullum sit membrum, quod non in se includat omnia. H duo vero non sunt similes; ille, nimirum, qui jam observavit præcepta omnia; & ill qui eadem nondum observavit. Multa enim sunt, quæ jam non possunt adimplere hoc mundo, qualia sunt præcepta de sacrificiis, & similia. Quicunque ergo non obse varunt præcepta hæc in diebus suis, illi propterea revolvendi sunt, cum reædificab templum, ut tunc eadem adimpleat. Et hoc innuit R. Jischmaël F. Elischa in Gem ra, cum tempore Sabbathi lucernam tangeret; postquam restauratum erit templ inquiens, pingue offeram sacrificium peccati.

§. 3. Quod autem attinet ad reliqua præcepta, v.g. de Leviratu & discalceatio atque similia quæ non à quolibet observari possunt: circa hæc ista occurrit differen ut si occasio fuerit cuidam eadem observandi; nec tamen observaverit ea; propter re volvendus sit, ut eadem observet: quoniam oblata occasione, eadem tamen negle Qui vero nullam habuit occasionem eadem observandi, is embryo saltem fit in aliquo dam qui ea observat, non vero revolvitur. Atque tunc illa simul adimplere pot.

§. 4. Porro & alia in his occurrit differentia. Si quis enim non habuit occasio nem adimplendi præceptum aliquod, nec illud præ ignavia neglexit; ille securior est quod non sit peccaturus tempore revolutionis suæ. Qui vero oblata occasione stud neglexit præceptum illud, tàm securus non est, ut prior: quia viso v.g. avium nido, præ ceptum tamen illud neglexit.

§. 5. Porro etiam sciendum, si homo non impleat unumquodque præceptum opere, verbo & cogitatione; illum propterea necessario revolvi oportere. Quod ad verba attinet, mysterium extat in dicto illo Levit. 6, v. 9. זֹאת *hæc est lex holoca* &c. [qua particula denotatur gradus Regni, quo etiam refertur Verbum.]

§. 6. Si quis etiam non studuerit observare mysterium פַּרְדֵּס quæ vox Pa disum denotat, sed literis suis harum vocum notas exprimit ט: רמז: דרש: סוד : i.e. indagandum esse sensum Scripturæ literalem, allegoricum, anagogicum & mo cum; illum revolvi oportet, donec ea præstiterit omnia.

Cap. III.

§. 1.

Scito quoque, per peccata Kaini & Hebelis, & per peccata Adami & Chavvæ, om scintillas inter se esse commixtas atque confusas: Ita ut scintillæ Caini immisce tur Adamo; Et quæ Adami erant Caino; Sic quoque Adamiticæ Hebeli atque porro. Hinc quandoque invenitur psyche quædam Cainitica, ad quam accedit spi Adamiticus: Quoniam Species illæ confusæ sunt, sicut dictum est. Quamvis spiritus ille gradum multo habeat sublimiorem, quam Psyche; tamen si homo rest atque compleat Psychen suam; tunc illum Spiritum in se accipere potest, quamvis no sit de genere Psyches.

§. 2. H

2. Hæc autem durabunt uſque ad adventum Meſſiæ, atque Eliæ bonæ me-
tunc quilibet reſtituetur radici ſuæ, ita ut Spiritus Adamicus redeat ad Pſychen A-
m: & ſic quoque Pſyche Kainitica ad Spiritum Kainiticum. Quod Scriptura
verbis illis Mal. 4. v. ult. *Et convertet cor Patrum ad filios* &c. Id omne enim
Elias p. m. Quoniam & ipſe in hoc erat ſtatu, ita ut Spiritus ejus eſſet ab Ada-
toplaſte; Pſyche ejus autem à Nadabo & Abihu, qui erant radicis Kainiticæ.
gitur ipſe ſingulos reſtituet loco ſuo.

Cap. IV.

§. 1.

le quibusdam Revolutionibus in ſpecie diſſeram. Hebel igitur erat Myſterium
eri dextri Adami Protoplaſtæ. Idemque pertinebat ad corollam benignitatis reli-
Microproſopo: Unde ipſe quoque ad myſterium Cognitionis refertur. Jam
tum eſt, quod Cognitio quaſi lingula ſit bilancis: unde tres in illa occurrunt no-
Benignitas, Severitas, & Pulchritudo.

2. Schem autem & Noach, & Moſcheh, omnes ab una radice deſcenderunt,
n à benignitate Hebelis. Unde dictum eſt de Moſcheh Ex. 2, v. 10. *Quoniam
extraxi eum.* Aquæ enim ad Benignitatem pertinent. Huc etiam pertinet
illud Ex. 33. v. 12. *Tu autem dixiſti: Cognovi te nomine* בשם: item ibidem:
חן *gratiam.* (Ubi vocula בשם denotat, Semum filium Noach; & vo-
ר per metatheſin eſt Noach.) Moſcheh enim erat revolutio Semi & Noæ: &
a שם duæ literæ nominis משה extant.

3. Moſcheh autem cum legem acciperet, gradus aſſequebatur omnes (nempe
ignitatis tantum, ſed & Severitatis & Pulchritudinis:) hinc elevabatur in My-
Cognitionis atque lineæ mediæ: illuc enim pertinet myſterium Legis. Quamvis
veniamus, legem datam eſſe ex parte Severitatis.

4. Poſtmodum autem Hillel ſenex etiam ortum habebat de Benignitate He-
Schammai deſcendebat à Severitate Hebelis. Hinc iſte iracundus erat admo-
eò quod proveniſſet è myſterio judiciorum iratorum homini. In quo tamen
t, eò quod multi ipſi obvenirent Proſelyti, quos nolebat ſuſcipere. Hinc re-
ur in Simeone filio Aſſai: in quo nullam ducebat uxorem: atque tunc produ-
ychas Proſelytorum: Juxta illud Geneſ. 12, 5. *Et animæ, quas fecerant in Ha-*
mirum per ſtudium Legis. Atque in hoc myſterium Severitatum, quæ fuerant
mai, convertebatur in benignitatem. Notum enim, quod omnis exſuſcitatio
m Proſelyticarum, pertineat ad Benignitatem, quo & Abraham pertinet Pater
per quo pax. Id quod & Moſes faciebat, cùm ſeparatus eſſet ab uxore: eo quod
ſſet è Benignitate.

5. Et quia Abbajah deſcendebat à Kaino, unde juxta ipſius ſententiam nul-
at deciſum: hinc & ipſe inſiſtebat viæ filii Aſſai, ut produceret Pſychas Proſe-
lyticas

lyticas per studium Legis. Notum autem, quod non tantum Psyche ejus, sed & Spiritus atque Mens fuerint à Kaino, quæ omnes tamen saltem Psychæ vocantur, quod est mysterium Regni: hinc erat orphanus. Sicut dicitur in libro Tikkunim: Psyche & Spiritus manserunt orphani, &c. ita ut essent sicut Psychæ Proselytorum. Mysterium autem in hoc consistit; quod scintillæ Psyches Kainiticæ omnes hujus naturæ sint, ut non prodierint per Patrem & Matrem, unde omnes vocantur pupilli. Et sic etiam proselyti revera sunt pupilli, quia Patre & Matre carent. Et quia Abbaja fundamentaliter totus erat è mysterio Kaini: hinc erat pupillus, & restituebat animas Proselytorum, quæ Patre & Matre carent. Et quia fundamentum ejus è radice Kaini erat, quò etiam animæ Proselytorum pertinent; hinc Abbajah iste poterat animas Proselytorum producere citra separationem ab uxore. Hinc illud Gemaræ: quod Abbajah in hilaritate sua dixerit: Ego similis sum filiis Assai in foro Tiberiadis. Hilaritas autem hæc ex eo erat, quod provenisset à Kaino, qui erat corolla severitatis: quam ipse mitigabat per operationes Benignitatis procreando Psychas Proselytorum. Exsuscitatio enim ad producendos Proselytos pertinet ad latus dextrum. Atque tunc conversa est Severitas in Benignitatem: Juxta illud Ps. 104, v. 15. *Vinum lætificat.*

§. 6. Sic etiam R. Akibhah procreavit animas Proselytorum; quarum natura alias fundamentalis descendit à cortice splendoris, Hebr. נֹגַהּ; qui aliquando convertitur in Sanctitatem. Psyche autem R. Akibæ radicem quidem habebat ab interioribus Sanctitatis: sed tamen exierat intra cortices; unde aliis Proselytis non est similis.

§. 7. Scito autem, quod Psyche R. Akibæ descenderit à Kaino: hinc poterat procreare Psychas Proselytorum, quales sunt Hebeliticæ. Hinc dicere solebat filius Assai: Omnes Sapientes Jisraëlis similes mihi videntur putaminibus allii; exceptô calvo isto: qui erat R. Akibhah. Quo id intendebat: Omnes Sapientes sibi coævos neutiquam ita posse restituere animas Proselytorum, ut filius Assai; excepto R. Akibah. Quamvis enim Sapientes plerique producere possent animas Proselytorum, per studium legis: attamen quidam saltem educere easdem poterant è cortice illo splendoris, qui Nogah dicitur; Filius Assai autem & R. Akiba ingressi in locum ipsum interiorem, exinde illas attraxerunt. Et hic est sensus verborum illorum: Omnes Sapientes habendos tantum pro corticibus allii &c. Notum enim, quod in homine duo sint foramina membri genitalis; unum pro emittendo semine sancto; & alterum pro urinâ, inter quæ cuticula quædam intermedia est, ut cortex allii; quæ cuticula mysticè designat corticem splendoris seu Nogah. Id igitur innuebat: Omnes Sapientes sibi coætaneos educere saltem potuisse animas Proselyticas per mysterium illius corticis allii: se verò ex ipsa Sanctitate easdem proferre, unde postea descendant. Sic autem faciebat R. Akibah, eodem modo ut filius Assai, per illos viginti quatuor annos, quibus abiens studiis legis incumbebat ab uxore separatus. Quare autem eundem vocaverit calvum, Heb. קֵרֵחַ ratio hæc est, quia Korach descendebat à Kaino, è corolla nempe Severitatis. Iste autem ob Sanctitatem suam abraserat sibi omnes capillos, judicii rigorosi notas; ut hoc ipsum mitigaret, unde evadebat calvus. Et hoc ipso producebat animas Proselytorum, de

parte

enignitatis. Quare R. Akibah vocatur Sanctus sive Benignus, non tantum in Ge-
:d etiam in Sohar, ubi vocatur Senex sanctus sive benignus.

. 8. Et quamvis major sit cognatio Abbajæ cum R. Akibah, quam cum filio Af-
de dicendum ipsi fuisset, se similem esse R. Akibæ, & non filio Assai: nihilominus
ilius Assai majoris erat excellentiæ quam R. Akibah; quia planè cælebs erat. Et
bajah non solum Psychen, sed & Spiritum atque Mentem habebat de parte Kai-
c penitus æqualis erat filio Assai.

. 9. Nomen autem filii Assai erat שִׁמְעוֹן: quo in nomine duæ sunt literæ שׁ
nomine שַׁמַּאי: & simul literæ עוֹן i.e. peccatum: quasi denotetur; in hoc
m esse peccatum Schammai, qui repellebat Proselytos. Porro in ipso quoque
:ræ מֹשׁ è nomine Moscheh, & è Schem, filio Noach. Sed literæ אִי de-
voculam *Ubi*, juxta locum illum Gen. 4, v. 9. אִי *Ubi Hebel frater tuus:* quo
ur, eundem provenisse è mysterio Severitatum Hebelis. Hinc eo ipso etiam in-
ır peccatum Hebelis; quod nempe deliquerit contra primam & ultimam literam
; אדני.

10. Ratio autem, quare totô illo tempore filii Assai nemo fuerit tantæ excel-
imò ne quidem Sacerdos magnus R. Jischmaël filius Elischa, qui erat scintilla
justi, prout declaratum est; hæc est, quia in ipsa quoque radice decem illarum
:um guttarum Josephi seminalium, vitium erat, (eò quod Josephus passus sit
hæam:) hinc iste R. Jischmaël hoc idem præstare non poterat: imo potius ipse
œna dignus erat, quam reliqui omnes. Unde narratur, quod cutem ipsi abstra-
:r faciem ejus. Juxta illud Gen. 37, v. 23. *Et abstraxerunt Josepho tunicam.*
uoque reperitur: quod sicut Joseph eleganti fuit forma; sic etiam R. Jisch-
: sicut Joseph captivus fuit inter Ægyptios: ita R. Jischmaël inter Romanos.
m eundem reperiret R. Jehoschua filius Chananjah, ipsique diceret Jesch. 42,
Quis dedit Jacobum in conculcationem &c. Ubi sensus est, quod conculcatio
iat sub pedibus: & quia omnes radices guttarum Josephi filii Jaacob descende-
rofundum corticum, sub pedes: & intuitu illarum guttarum interrogabat R.
ıa filius Chananjah, dicens: Quis dedit Jacobum in conculcationem? Ubi re-
at R. Jischmaël (ex eodem loco:) *Quoniam peccavimus.*

11. Et quia filius Assai descendebat de Severitate Hebelis.: hinc uxorem
filiam R. Akibah, qui erat è Kaino: & in hoc tertio (Severitatis) cogna-
habebant.

12. Filius Soma autem ortum habebat ab Hebele. Cumque commiscceren-
illæ, species pollicis dextri Adami Protoplastæ deveniebat in filium Soma.
:em diximus, nullum esse membrum, in quo non fuerint sexaginta myriades
um: ita hinc patet ratio, quod iste filius Soma imprægnari debuerit ab omni-
sexaginta myriadibus pollicis dicti; quoniam ceciderant in sortem ejus, ut ipse
estitueret. Et huc pertinet illud, quod dicitur: Filium Soma, cum vidisset
magnam in monte templi sancti, dixisse: Benedictus sit ille, qui creavit hos

omnes, ut mihi serviant : quoniam omnes à me dependent. Ipse igitur impraegnaba-tur ab iis, ut eos restitueret. Jam vero notum est, eum qui revolvitur pro resti-tuenda anima quadam alia, participare ab observatione praecepti illius, quod anim[a] haec adimplet. Unde apparet, quomodo sexaginta illae myriades inservierint[:] quia nimirum illae observabant praecepta, & ipse particeps fiebat operis ejusd[em] absque conatu.

§. 13. Mysterium autem pollicis hujus dextri Adami Protoplastae derivatur à mysterio informationis. Quia pollex Hebr. בהן easdem habet literas atque [illegible] excepta unica י. Literae ergo בהן cum י denotant literas initiales numerationum בינה : הוד : נצח : יסוד.

§. 14. Hinc etiam reperimus, quod mysterium hujus pollicis repertum fuerit in Lot : quare ex illo prodiit Naëmah Ammonitis, quae descendebat è Binah, cui etiam nomen Naëmah. In Lot autem continebantur duae ejus neptes, quae in Gemara dicuntur duae columbae bonae ; Naëmah scil. & Ruth. Quae ambae commixtae erant in Hebele. Quod patet ex verbis illis Genes. 11, vers. 31. Et Terach secum sumebat לוט בן הרן, Lot filium Haran, quorum literae initiales sunt Hebel. Quamvis fun-damentum radicis ejus esset è pollice dextro Adami. Et quia in ipso erat mysterium pollicis, quod denotat judicia rigorosa, sicut dictum est in Sohar Tract. Idra sect. Naso: hinc concupiscentia prava Hebelis in ipso dominium habebat : eumque accipiebat Abraham, ut ipsum emendaret.

Cap. V.

§. 1.

De Psyche, Spiritu & Mente porrò sciendum est : quod omnes Psychae sint è mundo Factivo tantum ; & Spiritus à Formativo &c. Plurimi autem homi-nes praeterea nihil habent quam Psychen de mundo Factivo : Et nihilominus mu[lta] in ipsis sunt differentiae. Ratio haec est, quod mundus Factivus dividatur in quin-que Personas : quae sunt Macroprosopus, Pater & Mater, & Microprosopus at-que Uxor ejus. Homo igitur, antequam accipiat Spiritum è mundo Forma[tivo] prius complendus est secundum omnes quinque personas mundi Factivi. Qu[amvis] enim aliquis Psychen haberet de Regno mundi Factivi ; vel alius Psychen con[sequere]-ret de fundamento ejusdem Regni, atque sic porro : nihilominus Spiritum mundi Formativi assequi non potest, donec in se consummaverit, quicquid est mundi Fa[cti]-vi. Atque tunc demum Spiritum Formativum assequitur : ita ut non sufficiat, [si] suam tantum restituat radicem. Atque sic in caeteris quoque mundis. Quicun[que] ergo tantum restituit Regnum mundi Factivi, in illo tantum est Psyche Factiva. [Qui] qui restituit pariter Microprosopum mundi Factivi, ille simul Psychen & Spir[itum]

ha[bet]

habet de Fabricatione. Sique porrò restituit etiam dationem intellectus mundi Factivi; tunc dicitur, Psychen, Spiritum atque Mentem Fabricationis assecutus esse. Et qui totum mundum Factivum consummavit, is dicitur accepisse Psychen, Spiritum, Mentem, Vitalitatem & Singularitatem, omnes è mundo Factivo. Atque hæc omnia vocantur Psyche tantum, & sic meretur accipere Spiritum è mundo Formativo.

§. 2. Nec minus porrò & ibi omnes hæ species occurrunt, donec ille, qui assecutus est Matrem intelligendi mundi Formativi, donatus esse dicatur Mente Formativa. Et sic ulterius usque ad gradus summos.

§. 3. Differentia tamen est inter mundum Factionis, & inter mundos cæteros: unde intelligi potest, quare is, cujus radix est in Regno Factivo, ascendere tamen teneatur usque in coronam Factivam? Et quoniam omnes Jisraëlitæ tamdiu revolvi tenentur, donec restituantur quoad Psychen, Spiritum, Mentem, Vitalitatem & Singularitatem; unde necessum est, ut eleventur in coronam mundi tam Factivi, quam Formativi, Creativi, & Emanativi: quare dicatur, aliquem pertinere ad Regnum, & aliquem ad Fundamentum, atque sic porro? cum (apprehensâ semel radice) cætera omnia frustranea videantur.

§. 4. Responsum autem hic dari potest duplex. Primo enim inter mundum Factivum atque cæteros hæc est differentia: ut si quis radicem habeat in Regno Factivo: illius Psyche semper maneat in Regno Factivo: modo quod Psyche ejus clarificanda sit de gradu in gradum, donec ascendat usque ad coronam Factivam. Quamvis autem in istum usque gradum elevetur: in eâdem tamen coronâ Factivâ, nihilominus remanet sub specie Regni Factivi. Et sic quoque in cæteris partibus mundi Factivi.

§. 5. Sed in Formativo, Creativo & Emanativo, eodem modo se res non habet. Nam si quis absolverit regnum Formativum, ibique fuerit radix Spiritus ejus; de si ulterius perficiatur usque ad Fundamentum Formativum, ibidem accipit Spiritum quendam de fundamento Formativo ipso: & Spiritus alter prior inferius remanet in Regno Formativo, atque sic si ascendat in gloriam Formativam, Spiritum suum fundamenti relinquit in fundamento Formativo, & Spiritum accipit alium è gloria Formativa. Atque sic porrò semper usque ad finem mundi Formativi: ita ut consummatâ Psyche ejus per totam fabricam; assequi possit Spiritum, juxta singulos gradus Formativos. Idemque accidit in creatione circa mentem.

§. 6. Ratio autem differentiæ istius hæc est, quod mundus Factivus admodum propinquus sit corticibus; unde postquam aliquis perfecit locum proprium, nihilominus tamen ad sublimiores gradus elevandus est, quoad ejus fieri potest præ corticum metu. In Formatione autem metus iste cessat; unde consummatâ radice Spiritus sui, ascensurus ad gradus ulteriores, opus non habet ut simul elevet Spiritum primum.

§. 7. Et hoc innuitur 2. Sam. 14. v. 14. his verbis: *Non tollet Deus Psyche sed tales cogitat cogitationes, ne ulla fiat expulsio in exilium, scil. corticum.* Quod enim, assumtâ Psyche aliâ, priorem relinqueret infra, prout idem fit in Spiritu Formativo: ad eandem sese applicarent cortices. Unde intelligi potest, quâ ratione om homo talis fieri queat, sicut Moses Magister noster super quo pax, modò velit ipse.

§. 8. Hinc etiam intelligi potest illud, quod in Gemara dicitur: Animas sæpe justorum venire, & embryones fieri in anima hominis, ut eundem adjuvent in mundo hoc, cùm tamen ipsæ sint in fasciculo viventium, apud Creatorem Benedictum. Nimirum hoc ipso intelligi Spiritus illos, qui ab iis remanent in singulis gradibus mundi Formativi: qui descendant, & hanc imprægrationem faciant.

§. 9. Deinde alia quoque hîc occurrit ratio dubii supra propositi. Quod nempe totus mundus Factivus numeratio tantum sit unica; ita ut in illo ascensus fieri queat usque ad Coronam ejus. In Formatione autem sex sunt membra, quæ revera sex sunt numerationes. Unde si alicujus radix sit è Regno Formativo, ille non potest includi in ejusdem mundi Fundamento: eò quod conceptus sint planè diversi. Quare Spiritus de fundamento Formationis planè novus est. Atque sic per omnia membra sive extremitates mundi Formativi.

Cap. VI.

§. 1.

SCito eum, qui duxit veram consortem suam, generare posse liberos partim è radice propria; partim quoque è radice aliena. Si quis vero non duxerit veram consortem suam, is priori similis tantum est in casu ultimo.

§. 2. Pater animam confert filio suo, & ista portio vestis evadit animæ filii. Atque hanc ob causam filius tenetur honorare patrem. Et hæc anima in illo permanet usque ad dies Messiæ.

§. 3. Sed in resurrectione mortuorum vel in mundo venturo, quilibet redibit ad radicem suam veram.

§. 4. Hæc omnia autem eo casu intelligenda sunt, si inter filium & patrem distantia sit minor quam quingentorum graduum. Si vero inter utrumque distantia 500 graduum sit vel major; cuilibet radix est propria.

§. 5. Magister autem præclarus, si communicet Spiritum suum discipulo suo, tunc ambæ illorum psychæ sibi invicem adhærent. Juxta illud 1. Samuel. 18. vers. 1. *Et adhæsit Psyche Davidis Jonathani.* Atque tum in perpetuum in una manent societate.

§. 6. Si vero filius quidam patris sui fiat Magister, etiam si plus quam 500 gradibus distent, ambo tamen sibi invicem adhærent ob utramque illam rationem.

Cap. VII.

§. 1.

DE impraegnatione hominum notanda sunt & sequentia. Primò Psyche datur homini tempore nativitatis ejus: eidem vero, si bonorum operum fuerit studiosus, conceditur Spiritus post annos 13. & dein unum. Et si ulterius justificata reperta fuerint opera ejus; porrò in ipsum subintrat mens anno vigesimo. Si vero probè se non gerat, psyche & Spiritus ejus permanent sine mente. Imo quandoque non meretur nisi solam accipere psychen; remanetque sine Spiritu & mente. Spiritus autem atque Mens relinquuntur in loco quodam occulto, quem novit Sanctus ille, qui benedictus sit: quoniam ibidem sua parata singulis sunt loca. Prius autem revolvenda est Psyche tam diu, donec purificata fuerit in quantum opus habet. Quo facto nondum tamen assequi potest Spiritum, donec adhuc semel sit revoluta post ultimatam restitutionem suam. Atqui sic meretur Spiritum suum primaevum accipere. Deinceps revolvenda est unà cum Spiritu suo, donec & hic plenariè restituatur. Quo facto aliâ iterum vice revolvendi sunt post consummationem suam: Atqui tunc adipiscuntur mentem. Porrò multoties revolutionem ulteriorem subire coguntur, donec perficiantur omnes tres gradus. Atque dein nulla amplius revolutione opus habent.

§. 2. Postquam autem restituta est Psyche, ita ut revolvatur cum Spiritu, ut nempe & hic suam accipiat perfectionem: tunc si Psyche illa aliquod admiserit peccatum vel corruptelam: haec non dicitur corruptela psyches, ita ut Psyche ipsa propterea revolutione opus habere dicatur ulteriore: Sed vitium illud tribuitur Spiritui soli, donec plenè restitutus fuerit.

§. 3. Et sic quoque si restituti jam gradus psyches & Spiritus, & cum mente revoluti, pro istius purificatione peccent; idem vitium nonnisi menti tribuitur soli, ut dictum est de Spiritu.

§. 4. Quandoque autem accidit, ut usque adeò purificetur Psyche mundi factivi, ut nulla amplius revolutione opus habeat, sed supra remaneat in loco suo in coelo. Atque tum Spiritus in revolutionem demissus vestitur Psyche Proselyti: Sicut dicitur in historia de Sene sectione Mischpatim; donec restituatur. Postea verò idem in revolutionem redit, sed cum Psyche sua, ut nempe accipiant mentem; donec restituatur & mens. Aliquando etiam accidit, ut Spiritus solus veniat una cum mente, donec restituantur: atque deinde nulla amplius opus habent revolutione: sed omnes tres junguntur superius.

§. 5. Et quia Psyche illa Proselyti, vicem psyches sustinuit in hoc mundo, ita ut per illam vel psyche vel Spiritus h[illegible]c d[illegible]scenderint: hinc & eadem psyche proselytica elevari potest in gradus psyches supradictae, ita ut in illo mundo in vicinia habitent.

§. 6. Interdum quoque accidit, ut Psyche eo usque compleatur, & justificetur, ut proxima sit gradui Spiritus: interim tamen Spiritum suum nondum acquirere potest:

eo quod non semper omnes tres vel duo etiam gradus jungi queant in una revolutione, nisi singuli gradus per se magnam assecuti sint perfectionem. Primo enim perficienda est psyche: quo facto non tamen revolvi in illam potest Spiritus, nisi psyche singulari adventu revoluta fuerit post consummationem suam, atque tunc meretur etiam Spiritum accipere.

§. 7. Quod si ita se habet: quid interim fit cum illa psyche jam restituta, donec digna fiat accipere Spiritum? Nempe scias, quod pro ratione purificationis atque restitutionis suæ, Psyche hæc in suo quoque statu auxilium quoddam accipiat, ita ut ipsa vivente in corpus ejus veniat Psyche quædam alia justi cujusdam, qui jam absolvit revolutiones suas, nec ulterius redire opus habet: atque hæc tum intrat in eam, atque hoc est mysterium illius imprægnationis: ut nempe psyche illius justi obeat locum Spiritus in illa psyche.

§. 8. Hinc aliquando fieri potest, ut redeant psychæ quædam è pristinis, ne quidem Abrahamo Patre nostro super quo pax, excepto, vel Mose Magistro nostro super quo pax, & similibus, secundum proportionem nempe restitutionis & purificationis modo dictæ.

§. 9. Quandoque etiam per Mysterium impraegnationis in illam subintrat Spiritus quidem alicujus Justi: prout nempe major vel minor fuerit psyches istius puritas. Unde etiam fieri potest, ut & nostro tempore psyche quædam talis assequatur Spiritum è Spiritibus antecessorum, ne Patriarchis quidem exceptis, ut dictum supra. Quæ omnia tamen dependent ab operibus ejus. Dantur enim præcepta quædam, quorum observatione acquiritur psyche: nec non alia, quibus acquiritur Spiritus.

§. 10. Interdum etiam embryo in ipsâ fit psyche quædam alicujus justi: Et si dignior evadat, eandem ingravidare quoque potest psyche quædam alia justi cujusdam excellentioris priore; quæ in ipso locum mentis obtineat; cum psyche justi prioris [illegible] tanquam Spiritus adsit.

§. 11. Interdum eousque purificatur, ut alium insuper Spiritum justi cujusdam majoris accipiat, qui revera Spiritûs locum occupat. Ita ut quis vel Abrahami Spiritum acquirere possit. Quare dixerunt Magistri nostri p. m. quod in singulis generationibus aliqui sint Abrahamo, Jizchako & Jacobo similes. Sed Sapienti satis.

§. 12. Omnia autem sequuntur gradus purificationis psyches illius: qui eousque ascendere possunt, ut quis & mentem justorum primævorum acquirere possit, imo ad ultimum usque graduum complementum.

§. 13. Duplici autem modo hæc fiunt. Unus est per ingravidationem psyches illius justi. Et alter, si justus ille particeps sit operis & præcepti à psyche illa observati: unde eundem virum ita juvat, ut purificetur. Quo pertinet illud, quod dixerunt Magistri nostri p.m. excellentiam justorum tantam esse, ut & post mortem suam generare queant liberos.

§. 14. Porro etiam, postquam revoluti sunt gradus psyches & spiritus, & ambo restitutionem adepti sunt, idem iisdem accidit pro ratione justificationis ipsorum: [illegible]

in illos intret eosque imprægnet psyche justi cujusdam, vel etiam spiritus atque mens: Ita ut in ipsis locum obtineat mentis. Quo in casu etiam multa occurrunt specialia, ut dictum est supra de Psyche cum esset sola.

§. 15. Eâdem ratione absoluta revolutione omnium trium graduum simul, eosdem ingravidare potest psyche vel spiritus vel mens quædam justi ut opitulentur ei, ut dictum supra.

§. 16. Postquam autem perfectionem assecuti sint omnes tres gradus ejus; tunc nulla amplius opus habet revolutione: sed ascendere potest juxta notionem justi illius, qui eundem imprægnaverat: tunc enim in mundo illo simul consistunt in uno gradu. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Sohar sect. Breschith: Quod R. Schimeon filius Jochai in somnio viderit, se in illo mundo vicinum fore R. Hammenunæ seni super quo pax.

§. 17. Id quoque sciendum, quod justus ille, qui ibidem imprægnationem instituit, vicinus sit præmio, & remotus à jactura: unde si homo iste melior evadit per imprægnationem istam, particeps & ipse fit illius præmii. Quare cum dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Justum accipere portionem suam, & portionem socii sui: id profundo non caret mysteriô.

§. 18. Quod si vero deterior evadat vir ille; justus talis nullam hinc patitur jacturam: quoniam ipse in melius eum dirigit, & non in deterius: unde de malitia ejus non participat, sed potius discedit: similisque est hospiti cuidam, qui pro lubitu alicubi vel manet, vel abit. Et hanc ob causam nullis quoque simul afficitur doloribus corporis illius. Si igitur opera ejus decenter ab ipso fiant, ibidem manet, ut ejus quoque partem acquirat: nec abit ante diem mortis ejus.

§. 19. Porrò differentia quoque est inter leviratum & inter revolutionem. Quia in leviratu revolvi possunt simul tres animæ gradus, Psyche nimirum, Spiritus & Mens. Sed in revolutione simplici non revolvitur nisi Psyche per se; deinde Spiritus simul; & deinde Psyche, Spiritus & Mens. Quandoque autem singuli gradus revolvuntur per se.

§. 20. Mihi autem Chajim secundum tenuitatem meam videtur in Sohar Tractatu de Sene illo disertè dici: quod & in leviratu non accedant, nisi Psyche & Spiritus tantum: quod ulteriori disquisitione opus habet.

§. 21. E supradictis vero omnibus patet, quod impius non revolvatur, nisi tribus revolutionibus. Quod intelligitur de Psyche, quæ revolvenda sit primo sola tribus vicibus. Et si toto hoc tempore nullatenus inceperit corrigi; tunc Psyche illa penitus exscinditur. Si vero corrigi inceperit; tunc redire potest, vel mille revolutionibus.

§. 22. De Spiritu & Mente autem nulla fit mentio excisionis. Nam quia Psyche è mundo Factivo est, ubi cortices; hinc in illa locum habet excisio. Spiritus autem & Mens, quæ sunt è mundo Formativo atque Creativo, necessario ad restitutionem perveniunt: quia nullum ibi robur corticum, nec aliter differunt invicem, nisi quod interdum citius restituantur, interdum post revolutiones plurimas.

§. 23. In-

§. 23. Interdum quoque ipſa hominis Pſyche eò uſque elevari poteſt, ut ſit de mundo Emanativo; dum enim Pſyche dicitur de mundo Factivo; Spiritus de Formativo; Mens de Creativo &c. Idem eſt ac ſi diceretur, Pſychen de Regno; Spiritum de Pulchritudine, Mentem de Informatione; Vitalitatem à Sapientia provenire. Quandoque autem Pſyche, Spiritus & Mens de mundo Factivo ſunt: quandoque iidem gradus de mundo Formativo; quandoque de Creativo ſunt, quoniam in ſingulis partibus quatuor mundorum tres iſti ſunt gradus. Interdum etiam Pſyche eſt de mundo Factivo: & Spiritus atque Mens de Formativo. Quandoque Pſyche de Formativo; & Spiritus atque Mens de Creativo. Quandoque Pſyche de Creativo; & Spiritus atque Mens de Emanativo &c. quæ omnia ſecundum minutias ſuas nullo deſcribi poſſent calamo.

§. 24. Singuli enim mundi conſtant è decade numerationum, & ſingulæ decades ſuas iterum decades includunt, atque ſic in infinitum.

§. 25. Quod autem diximus, tres animæ gradus modo in Formatione, modo in Creatione, modo in Emanatione exiſtere; ſic non eſt intelligendum, quaſi non omnis Pſyche, ſit generis Factivi: notum enim, etiam gloriam cohabitantem veſti in mundo Factivo: ſed ſenſus hic eſt, partem Factivam eò uſque clarificari, ut non amplius cenſeri queat de numero Factivorum, ſed fulgeat luce Formationis: unde tota dicitur Pſyche Formativa. Et ſic juxta omnes ſpecies. Et quamvis diximus, Pſychen, Spiritum atque Mentem dari de Emanatione; hoc tamen intelligendum ſaltem eſt, quatenus iſta inſerta eſt tribus mundis inferioribus: non vero quaſi gradus dicti ad ipſam ſummitatem aſcendant. Omnia tamen vocantur nomine Emanationis. Et ſic quoque in cæteris.

§. 26. Diximus etiam, hominem quandoque obſervare præceptum aliquod, cujus intuitu imprægnari mereatur à Pſyche cujusdam juſti majoris: ubi porro eò uſque clarificari poſſit, ut Pſyche ejus æſtimetur in gradu juſti illius conſiſtere. Poſtmodum autem ita tenetur perficere Spiritum & Mentem ſuam, donec mereantur inſeri Pſyche illi: atque tunc demum æqualis eſt gradui juſti illius; altiusque aſcendere poteſt, quæ fuit radix animæ ejus, unde exciſa eſt ipſa.

Cap. VIII.

§. 1.

Dixit mihi Annunciator, quæ ſit ratio, quare Juſtus revolvatur uſque in mille generationes: cum impii tres tantum revolutiones ſuſtineant: nempe ſicut dictum de in Gemara de Eliſcha altero: quod non judicaverint ipſum judices, eò quod excoluerit ſtudium Legis &c. Quicunque enim eſt diſcipulus Sapientum, & præſertim anteriorum; intrare non poteſt in Gehennam; adeoque revolvendus eſt, ut reſtituatur. Impius autem in Gehennam detruditur.

§. 2. Nec obſtat, quod melior videatur conditio impii, ut puniatur Gehenna, quam ſi redeundum ipſi eſſet mille vicibus. Videt enim Sanctus ille qui benedictus ſit, quod ſingulis revolutionibus impius plura commiſſurus ſit peccata, quam bona opera: hinc in revolutionem ipſum non dimittit, ſed peccata ejus expurgantur in Gehenna.

§. 3. Juſtus autem non tantum peccata ſua expurgat per revolutiones ſuas: ſed multas quoque & quaſi infinitas lucratur veſtes ab actibus illis juſtis, quos mille ſuis revolutionibus perpetravit.

Cap. IX.

§. 1.

De revolutionibus ſingularum animarum jam notum eſt, quod & in Sohar traditur ſect. Pekude fol. 258: Gloriam cohabitantem eò uſque exulare, donec pedes contingant pedes. Omnes autem animæ juſtorum cum illa exulant: ſicut dicitur ſub initium libri Tikkunim. Temporibus igitur primævis animæ tunc viventes ad illa pertinebant membra, eosque gradus, quibus illo tempore gloria cohabitans ad cortices applicabatur. Atque ſic factum eſt ſemper, donec tandem deveniatur ad pedes: ubi animæ jam viventes pertinent ad animarum genera ſub myſterio pedum comprehenſa. Animæ autem ſublimiorum membrorum cum puriores ſint, nunc in viam rectam dirigunt hominem, ut convertatur & pœnitentiam agat. Unde patet, quod in ſingulis animabus, plurimæ ſint partes diverſorum membrorum.

§. 2. In reſurrectione mortuorum autem quilibet recipiet animam ſuam, & partem ſuam ſecundum membrum atque tempus illud, ad quod pertinet, & in quo vixerat.

§. 3. Hodie autem manifeſtatum mihi eſt myſterium ingens: quod dum refero, initium faciam ab Adamo Protoplaſte, ut rectius intelligatur. Scito igitur, cum peccaret Adam Protoplaſtes, vel Kain & Hebel, omnes ſcintillas Mentis, Spiritusque & Pſyches ejus, paſſas eſſe vitium. Pſyche autem illa ad inſtar corporis habebat 248 membra; ita ut aliæ ſcintillæ eſſent in capite, & in oculis, atque ſic porro uſque ad pedes. Eademq; ratio & Spiritus fuit: nec non Mentis.

§. 4. Omnia autem hæc membra atque ſcintillæ immixtæ fuerunt corticibus. Et hoc ipſum eſt, quod in Tikkunim dicitur: quod exulante gloria cohabitante cum illa exilium paſſæ ſint animæ juſtorum, abierintque & circumferantur de loco in locum &c. Et quia animæ deſcenderunt in profundum corticum pro ratione ſcintillarum & membrorum, quo ſingulæ pertinerent: hinc dicitur, illas in exilio eſſe. Singulis autem generationibus prodeunt illæ ſcintillæ, & veniunt in mundum, ſecundum proportionem generationis (ad totum corpus relatæ). Ita ut interdum prodeant ſcintillæ capitis; interdum corporis; & ſimiliter.

§. 5. Sæpe autem homo etiam peccat in revolutione ſua, iterumque immergitur corticibus: ubi etiam ſcintillæ ab ipſo derivatæ in profundum corticum ſimul deſcendunt.

§. 6. Cum igitur revolvitur Psyche quædam, fundamentum illius revolutionis tantum consistit in illa portione & scintillâ, quæ huic corpori debetur: cæteræ autem scintillæ in illa sunt sub mysterio imprægnationis. Si igitur homo ille aliquod bonum opus fecerit, Psychæ & scintillæ illæ aliæ de eodem etiam participant, quia adjuvant scintillam hanc, huic corpori debitam, quatenus cum illa sunt in imprægnatione. Et si ille sic ingravidans antea commisit aliquod peccatum; jam pro illo dolores quoque & pœnas sustinet in corpore isto: prout dolores quoque sustinuerat in corpore priore, uti cum supplicio mortis: ita ut post mortem ejus hoc modo expientur peccata ejus priora. Et si jam habuit bona opera alia peracta tempore primo; jamque superaddatur portio etiam hæc, cujus particeps fit ab observatione præceptorum impletorum in hoc corpore; hinc isto modo perficitur.

§. 7. Atque hinc intelligi potest, qua ratione tandem finis sit revolutionum. Hoc enim nisi foret, revolutiones animarum nunquam cessarent: quin potius quilibet in mundum veniens pejor fieret.

§. 8. Atque hic processus observatur in omnibus revolutionibus (totius corporis Adamici) donec consummentur scintillæ ad pedes usque; atque tunc veniet Messias, sicut dicitur sect. Pekude.

§. 9. Si autem illa ipsa scintilla peccet, eidem corpori propria; Psyche quædam alia imprægnans nil propterea patitur: quia auxilii saltem causa adest non ad peccandum, sed ad benefaciendum: unde etiam particeps saltem fit benefactorum.

§. 10. Unde patet, totam Psychen quidem revolvi juxta singula membra sua: interim tamen una saltem scintilla ejus pertinet ad hoc corpus, in quo tunc est; & ad illam scintillam tantùm promerita etiam pertinet pœna.

§. 11. Si vero quis revolvitur ob defectum præcepti alicujus; illi correctio est per dolores & similia.

§. 12. Sed si quis revolvitur ob casum improlitatis, reviviscens in leviratu, illum revolvi oportet juxta omnia membra Psyches in corpore hoc secundo, quod est corpus ejus radicale. Et si jam perficitur, tempore resurrectionis non resuscitabitur in corpore primo; deque illo nihil participat, nisi Spiritum illum in uxore relictum, ut dictum est sect. Mischpatim.

§. 13. Adeoque differunt, qui mortuus est improles; & qui mortuus est ob alia peccata alia, quæ in mundo sunt.

§. 14. Idemque penitus accidit in gradibus Spiritus & Mentis.

§. 15. Alia quoque est differentia inter mysterium leviratus, & mysterium revolutionis. Quoniam enim diximus, illius corpus primum, qui mortuus est sine liberis, reputari ac si non fuisset; hinc in revolutione, redeunte Psyche, simul eadem vice venire possunt quoque Spiritus & Mens; quia jam quasi structura nova existit: quamvis debita etiam ad id requirantur opera, ut quis dignus fiat, cum Psyche accipere Spiritum & Mentem. Et huc pertinet illud Job. 34, v. 14. *Si applicuerit super eum cor suum*

(ut

(ut ſuſcitet ſemen fratri ſuo) *tunc ſpiritum & mentem in ſe colligere poteſt* ad omnes portiunculas pſyches illius.

§. 16. In omnibus autem cæteris revolutionibus ſimul non poſſunt adduci, pſyche, ſpiritus & mens: ſed primo revolvitur Pſyche, donec purificetur: quo facto, moriendum eſt ipſi. Atque tunc revolvitur Spiritus, donec & hic expurgetur penitus: ſed pſyche tamen ſimul cum illo revolvitur per myſterium impraegnationis; partim ut illum perficiat; partim etiam ut particeps fiat bonorum ejus operum: Idemque accidit ipſi, quod ſupra dictum de pſyche; quod nempe ſecum habeat omnes ſcintillas ſuas.

§. 17. Eodem modo revolvitur poſtea Mens, donec clarificetur: Pſyche autem & Spiritus eandem ingravidant, ut dictum ſupra; donec perficiatur. Atque tunc ad nullum amplius obligatus eſt revolutionem homo ille; niſi ut ad juſtitiam dirigat multos per impraegnationem, non vero per revolutionem.

§. 18. Hic tamen myſterium aliquod latet: Quod nempe homo certa etiam methodo efficere queat, ut unâ vice omnes tres revolutiones pſyches, ſpiritus & mentis ſuæ abſolvat; nec opus habeat ulterioribus. Revolutâ enim primo pſyche ſolâ, eâdemque ad ultimam plenitudinem purificatâ, Spiritus tamen nondum ad ipſam accedere poſſet, cum ipſa perfecta ſit; ille vero adhuc imperfectus. Hinc eadem perficere illum poteſt, ſi dormiturus commendet Spiritum ſuum & pſychen ſuam ſimul. Tunc pſyche ejus relinquitur ſuperius in myſterio fontis ſuperni & aquarum fœmininarum: Cumque expergiſcitur homo, in ipſum intrat Spiritus ſolus; cui id imputatur, ac ſi in corpus veniret vice prima. Atque tunc homo ille perficit portionem Spiritus illius. Et hûc pertinet illud Jeſaja 26. v. 9. *Pſyche mea deſiderat te nocte.* Id eſt, portio pſyches meæ adhærere deſiderat Domino, illo tempore, cum ego ſub noctem eandem tibi commendo in manus tuas; quod eſt myſterium aquarum fœmininarum requiſitarum ad copulam. Atque tunc ſequitur: *etiam Spiritus meus intra me manè quærit te.* Id eſt, cum evigilo, tunc Spiritus meus intra me eſt: quoniam tunc contingit revolutio Spiritus, ut dictum ſupra. Et literæ initiales vocum: בלילה אף רוחי referunt vocem באר, id eſt, fontem ſupernum. Conducit itaque cuivis deſideranti perfectionem pſyches ſuæ, ut verſiculum illum debita cum attentione pronuntiet: ſic enim dignus evadet parte Spiritus.

§. 19. Quod autem diximus de altero illo dicto: *In manus tuas commendo Spiritum meum*, Pſal. 31. v. 6. in illo ſaltem latet myſterium depoſiti animarum: quod nempe abeant & redeant. Iſte autem verſiculus Jeſch. 26, v. 9. ad perficiendum Spiritum confert. Quo facto pſyche vehiculum fit Spiritus, ita ut ſimul habitare queant, ac ſi id fieret in corpore novo.

§. 20. Idem porro quoque accidit in parte mentis: ut nempe exeat Spiritus & ingrediatur mens: & poſtquam hæc perfecta eſt pſyche cum Spiritu iſtius evadat vehiculum.

Cap. X.

§. 1.

SCiendum quoque, dari imprægnationem inter vivos hoc modo. Quia si homo qui observet præceptum aliquod, prout decet, in ipsum ut embryo subintrat psyche ja cujusdam demortui, prout nempe hic vel ille in vita sua hoc vel illud præceptum obse-re fuerat solitus. Eâdem ratione fieri potest, ut justus quidam inter viventes fac bonum aliquod opus familiarius justo cuidam alii; tunc hic ingravidat illum viven-bus ambobus. Et huc pertinet illud 1. Sam. 18, v. 1. *Et adhærebat psyche Davidi J-honathani.*

Cap. XI.

§. 1.

SI quis assecutus est psychen, Spiritum atque mentem simul; sed postmodum iterum peccavit, ut propterea cogatur revolvi; Is non potest recipere omnes hos tres gra-dus simul, nisi per methodum illam verborum: *Psyche mea desiderat te nocte.* Jesai. 26, v. 9.

§. 2. Sed qui primo nudam saltem habuit psychen; in eaque vitium admisit & cogatur revolvi; Is una eademque revolutione psychen, Spiritum & mentem recipe-quidem potest: Sed si psychen prima vice non perfecit, & propterea revolvendus est corpore secundo; tunc corpus hoc secundum, in quo facta est restitutio ista sui, hæres fit corporis prioris, & ab illo tollit psychen, Spiritum & mentem ejus: & corpori pri-nihil remanet, nisi portio quædam illius scintillæ, quæ in ipso restituta est, quam tempore futuro merebitur accipere, ita ut illa scintilla psyches ejus dividatur in duas partes: Sed de Spiritu & mente corpus primum nil omnino participat, sed omnia pertinent ad secun-dum; quoniam nihil horum commeruit: Quod si vero habuisset illos gradus, sed eos-dem vitiasset; tunc revolvendi sunt revolutione duplicata: Id est, adjunguntur scin-tillæ psyches corporis secundi: & deinde redeunt ad primum. Unde corpus prius ali-quid habet, quod non habet secundum: & secundum aliquid habet, quo caret pri-mum.

§. 3. Et hoc fit eodem modo, sicut dicitur in Tract. de Sene illo, circa Materiam de Leviratu; & de corpore talis hominis primo, atque de ea parte, quam reliquit in stru-ctura mulieris suæ.

§. 4. Et hoc etiam innuitur sectione Chaje Sarah fol. 131: ubi dicitur: quod illa corpora, quæ prosperata non fuerunt, (id est, liberis caruerunt) sint quasi non fu-issent. Id est, non fiant participia, nisi illius tantum scintillæ psyches separatæ: quod idem est, ac si non fuissent: quoniam fundamentum deliciarum futurarum tribue-tur illi corpori, in quo fuit Spiritus.

Cap. XII.

§. 1.

SCito Messiam non venturum, donec plenè prodierint omnes animæ, quæ in corpore (Adami Belialis.)

§. 2. Notum etiam, in generationibus hisce neminem dari, qui dignus sit accipere spiritum & mentem: quas tamen omnibus modis etiam restitui oportet. Id autem intelligi poterit ex loco illo Tractatus de Sene, ubi dicitur: Animas sibi assumere Psychen Proselytorum. Quod ita se habet; Mentem nempe talem, quæ habitare non potest in Psyche propria, sibi quærere Psychen Proselyti, ut per illam perfici queat. Atque hoc modo restituta, tandem futuro tempore cum Psyche propria jungi potest.

§. 3. Scito etiam fieri posse, ut Psyche quædam, vel Spiritus aut Mens aliqua eo usque possit ascendere, ut colligat scintillas Psyches, vel Spiritus, vel Mentis suæ existentes infra ipsam in profundo corticum, ita ut hæ per illas restituantur.

§. 4. Et huc pertinet exemplum decem occisorum à Romanis; qui per necem suam meruerunt, ut colligere & in statum meliorem elevare potuerint omnes scintillas sibi subordinatas, è quo commodius possint restitui.

§. 5. Quamvis & alia subsit ratio insignis, de decem istis martyribus. Quoniam enim videbat Sanctus ille, qui benedictus sit! quod ab illorum tempore nullæ amplius futuræ sint Animæ, quæ inservire queant loco aquarum Fœmininarum: (quoniam ob peccata nostra in majorem semper ducimur egestatem, ut nulla nobis supersit facultas, restituendi animas nostras, easdemque elevandi sub mysterio aquarum fœmininarum.) Hinc illos occidi oportuit, ut istarum loco usui sint, ita ut per eos restitutio fiat scintillarum ipsis subordinatarum. Notum enim, quod illi fuerint universitas totius Jisraëlis. Illi quippe fuerunt decem tribus, & decem filii Joseph, sicut notum est nostratibus.

Cap. XIII.

§. 1.

SCito, quod Adam Protoplastes habuerit Psychen, Spiritum & Mentem è mundo Factivo, Formativo & Creativo: & præterea Psychen, Spiritum & Mentem è mundo Emanationis, nimirum è Regno, Pulchritudine, & Informatione: qui tres gradus vocantur splendor supernus. Illo autem tempore cum peccabat, nondum natus erat Kain; sicut notum est è libro Sohar. Atque tunc ab ipso tollebantur gradus illi Psyches, Spiritus & Mentis mundi Emanativi. Unde postmodum Chanoch accipiebat gradum Mentis, de Splendore superno Emanativo: ex quo ipse fiebat Angelus Metatron. Elias autem bonæ memoriæ accipiebat mysterium Spiritus Emanativi: unde & ipse merebatur fieri Angelus, ita ut non moreretur. Psychen autem Emanativam accipiebant Kain & Hebel, ut eandem aliquatenus restituerent, ab illa corruptione, qua bono immixtum fuerat malum.

§. 2. Mens igitur vocatur Princeps mundi, eò quod derivata esset ab Emanatione ipsa; & dominium habeat in omnes mundos cæteros.

§. 3. Et quia in Sohar tract. Tosiphtah sect. Noach traditur: quod cuilibet justo duo sint Spiritus; unus inferius, & alter superius: unde duplex illa appellatio: Abraham, Abraham &c. Hinc nullum tibi exurget dubium: quis illo tempore, cum Chanoch esset in terris, fuerit Dominus mundi superius in mundo Metatronis.

§. 4. Atque hinc quoque intelliges dictum illud Gen. 2. v. 17: quia *quando ex ea comederis, moriendo morieris.* Revera enim mortuus est Adam eadem die, quia ab ipso tollebantur tres illæ partes mundi Emanativi: quo mortis genere nullum dari potest majus.

§. 5. Eadem autem pars Mentis deinceps derivata est in Josephum justum: unde pulchritudo Adami Protoplastæ, quam iste habuerat à Splendore hoc superno, spectanda postmodum erat in Josepho. Nimirum hic mentem illam assequebatur eadem nocte, qua finiebatur servitus ejus, & ipse extollendus erat in statum Regium. Unde dictum illud Gemaræ: Eum septuaginta linguas didicisse eadem nocte; quod nimirum acciperet Mentem Metatronis præfecti septuaginta populorum & linguarum, quas omnes callet. Et huc pertinet illud Psal. 81. v. 6. *Testimonium in Joseph posuit.* Quem locum conferas cum loco Job. 16. v. 19. *In cœlis testis meus.* Ubi per testem intelligitur Metatron, ita ut per testimonium illud in Josepho positum Metatron intelligatur, quoniam עֵדִי testis meus, & חֲנוֹךְ eundem referunt numerum. Et hæc portio tradita est Josepho. Cum autem sequitur Job. 16. v. 19. *Et testimonium in excelsis*; ibi intelligitur Elias, ut notum est. (Hîc conferre aliquis posset locum Apoc. 11. v. 3.)

§. 6. Et quia Mens illa nondum subjecta fuerat morti, cum moreretur Adamus, eò quod ablata esset ab eo ante mortem ejus: & postea etiam puniebatur Josephus, eo quod ad invidiam commoveret fratres suos per somnia sua: hinc tandem eadem Mens revolvebatur in R. Jischmaële filio Elischah sacerdote magno, ut sufferret pœnam mortis realiter. Quare & hic pulcherrimæ erat formæ ad instar Josephi. Unde Metatron in libro suo, qui dicitur Capitula palatiorum, eundem semper vocat, gloriam splendoris sui.

§. 7. Elias autem suam portionem Spiritus accipere non merebatur, nisi per factum illud in Sittim Num. 25. v. 7: *Et tunc accipiebat eum.* Hinc de illo nunquam ante istius Spiritus saltem fit mentio. Atque tunc dabatur ipsi *fœdus pacis* loc. cit. v. 13. Quod est Spiritus iste Emanativus: unde vocatur Pax, quia mysterium Spiritus ibidem in pulchritudine nempe & fundamento consistit; qui gradus ambo vocantur Pax. Conf. Jesch. 57. v. 19: *Pacem, pacem longinquo & propinquo.*

§. 8. Psyche autem Emanativa tandem tradita est Kaino & Hebeli. Portio autem Kaini revoluta est per omnes revolutiones jam notas, per Kenan & Mahalaleël usque ad Nadab & Abihu.

§. 9. Sic igitur Patriarchæ radicem quidem animarum suarum etiam habebant

al

b Emanatione : sed tantum à benignitate, severitate, & pulchritudine : sicut & Moses Magister noster super quo pax, descendebat è Cognitione. Sed Adam Protoplastes ortum habebat à Sapientia & largitione intellectus, nec non pulchritudine & Regno omnibus simul sumtis.

Cap. XIV.

§. 1.

De animabus novis : item si quis scire velit, quænam sit radix animæ ejus, & à quo procedat initio, notanda sunt sequentia. Scito ab initio omnem creationem (animarum), etiam ab Emanatione provenientium, factam esse per mysterium junctorum tergorum. Deinceps autem tempore Creationis Adami in hodiernum usque diem Deus animas illas novas producit (de quibus dictum est supra), per mysterium junctarum facierum. Postquam enim junctis tergis factæ essent, cum exitio gloriæ cohabitantis descenderunt in cortices. Si quis autem Justus perfectissima attentione meditetur; ille animam (talem) novam educere potest, (è corticibus,) ita ut sursum redeat atque emergat. Juxta illud Thren. 3. v. 23. *Nova singulis matutinis &c.* Tunc enim innovatur talis anima, atque illinc descendit per mysterium junctarum facierum : ipsisque imputatur, quasi nunc primitus crearentur. Et tales animæ non adeò pronæ sunt ad peccandum, sicut cæteræ animæ trium mundorum inferiorum, quæ nimirum sunt Psychæ, Spiritus atque Mentes.

§. 2. Futuro autem tempore post resurrectionem mortuorum animæ adhuc aliæ novæ advenient, ex ipso Emanationis mysterio ortæ, quæ adhuc erunt sublimiores & præstantiores, quam animæ Emanativæ Adamo Protoplasto datæ, sub nomine Splendoris illius superni.

§. 3. Et huc pertinet illud, quod in Sohar dicitur Sect. Pekude : Quod ab illa die, qua vastatum est templum, nullæ animæ ingressæ sint palatium Amoris. Ubi tales animæ intelliguntur.

§. 4. Sed animæ, quæ è tribus mundis inferioribus descendunt, hoc tempore prodire possunt. Omnes autem cæteræ animæ ortum habent ab anima Adami, quem cum Sanctus ille, qui benedictus sit, primo creasset Androgynon, i. e. duas Personas tergis junctas; deinde serra quasi dissecuit, ut aversas ejus facies ad se invicem converteret. Unde patet, radicem omnium animarum ab illo descendere.

§. 5. Scito autem, quod Adam constiterit è 248 membris cum infinito pilorum numero, variisque illorum speciebus. Ab istis omnibus certæ quædam animarum species provenerunt, quæ sunt animarum radices. Quare scire quilibet merito deberet & agnoscere, quomodo omnes illæ animarum radices speciatim secundũ membra animæ Adami dispertitæ fuerint; & quomodo vocetur illa radix animarum, unde proveniat ipse; & sic per omnia membra.

§. 6. Porrò etiam notum est, quod maxima pars animarum descenderit à Kaino & Hebele, quæ deinceps ulterius subdivisæ fuerunt.

§. 7. Ut

§. 7. Ut autem exemplo rem declaremus : Si Hebel repræsentasset caput animarum ; tunc diceretur radix omnium animarum, quæ essent in membro capitis. Atque sic si Abraham est mysterium brachii dextri : dicendum est, quod omnium illarum scintillarum atque animarum, quæ ad brachium hoc pertinent, vera radix sit Abraham Et sic porrò per omnia 248. membra. Multa autem hic ubivis occurrunt singularia, quæ antequam assumamus, dicendum prius est de Conversione, seu pœnitentia.

Cap. XV.

§. 1.

SCito, has esse conversionis species ; si quis Psychen habet de mundo Factivo ; ille dum peccat, mundum Factivum separat à Formativo : illum igitur eò usque redire oportet, atque converti, donec reducat iterumque societ mundum Factivum cum Formativo per mysterium partium Psyches suæ.

§. 2. Ita si quis habet Spiritum de mundo Formativo, ille eatenus restituendus est, ut iterum elevet atque reducat mundum Formativum ad Creativum.

§. 3. Atque sic etiam qui Mentem habet de Creatione, eandem reunire tenetur cum Emanatione. Et hæ tres species pertinent ad tres mundos inferiores.

§. 4. Porrò adhuc aliæ dantur species sublimiores, quæ sunt quinque. Primo ut reducatur regnum Emanativum in locum suum sub fundamento. Secundo, ut idem regnum reducatur in Victoriam, Gloriam & Fundamentum, illumque locum, unde defluxit. Tertio illud ipsum reducere usque ad Benignitatem, Severitatem & Pulchritudinem. Quarto, idem porro deducere usque ad tria cerebra Microprosopi. Et quinto idem tandem usque ad Patrem & Matrem reducere. Quare conversio dicitur gradus octavus (quoniam octo graduum promotionem continet.)

§. 5. Porrò sciendum, quod quæ est ratio animæ hominis ; eadem quoque situatio corruptelæ ejus. Exempligratia : si quis habeat Psychen de Emanatione, is eidem loco etiam corruptelam infert. Et sic juxta omnes species.

§. 6. Est tamen hîc differentia quædam, v. g. ponatur aliquis, ut A. & sit alius, qui ortum habeat de radice animæ hujus, qui ante illum vixerit, ut B : si hic B. in prioribus suis revolutionibus habuit Psychen & Spiritum, & vitium admisit in Spiritu suo, istum revolvi oportet in homine illo A ; quamvis in illo A. nonnisi Psyche sit. Si igitur & ille A peccet, tunc illius corruptela eousque ascendit, ac si haberet Spiritum & conversio ejus sic institui debet, ac si in se habuisset Psychen & Spiritum, & corrupisset ambos gradus. Atque sic deinceps. Unde sciendum est, in qua quis revolutione sit, & cujus radicis, ut ritè fiat restitutio, sicut dictum est alibi. Quamvis enim in ordine Revolutionum anima alicujus vigesima sit vel trigesima à quodam, & primus illorum habuisset Psychen, Spiritum & Mentem de mundis inferioribus, Factivo, Formativo & Creativo, inque iis vitium passus sit : tunc omnes, qui ipsum sequuntur, tenentur

entur restitui, ac si quilibet corruptus esset usque in Creationem, quoniam etiam Psy-
ne accipit lumen de mundo Creativo ipso per Mentem.

§. 7. Si vero ultimus iste Psychen haberet solam; decem autem priores tan-
um habuissent Spiritum; & ultimus atque decimus tantum accepisset mentem, & quoad
anc corruptus esset, tunc novem revoluti priores restituendi tantum sunt secundum
radum Spiritus; Qui autem porro sequuntur, ab eo, qui Mentem habuit, & ulterius,
stituere tenentur corruptelam suam sub mysterio Mentis. Et sic porrò circa alia spe-
aliora.

§. 8. Unde patet, quod homo interdum peccet lapsu quodam levissimo, & ta-
en propterea puniatur, ac si atrocissime deliquisset. Et huc pertinet illud Jesa. 40.
2. *Nam suscepit de manu Domini duplicia in omnibus peccatis suis*; quod probè no-
ndum est.

Cap. XVI.

§. 1.

HÆc una est de quadringentis illis quæstionibus, quas proposuerunt Doëg & A-
chitophel, de turri volante in aëre: Sciendum enim, omnes masculos revol-
ndos esse constanter. Et huc pertinet illud Ecclesiastæ 1. v. 4. *Generatio vadit, &
neratio venit, & terra in seculum stat.* Unde patet, mulieres non revolvi; hæ
nim tantum veniunt per mysterium imprægnationis cum scintillis animarum novarum.
uare plures sunt mulieres: prout etiam plura sunt judicia rigorosa, quam misericordiæ
benignitates.

Cap. XVII.

§. 1.

QUandoque autem vir cum revolvitur mutatur in fœminam. Et si id fiat, mulier
illa generare non potest, donec eandem ingravidet anima Fœminina. Sed hæc
mnia latius vide supra cap. 13.

Cap. XVIII.

§. 1.

POstquam homo accepit Psychen & Spiritum, & in posteriore deliquit, ut pro-
pterea revolvendus sit: quomodo Spiritus habitare poterit in Psyche sua; quoniam
æc jam restituta est? nimirum inseritur Psychæ Proselyti. Idem quoque accidit Men-
, si Psyche sit restituta; tunc accipit Spiritum justi cujusdam, qui ipsi fuerit similis juxta
pera sua: Et iste eidem inservit ad instar Spiritus. Et sic in restitutione proceditur,
sque ad Mentem.

§. 2. Unde Gemara dicit; Majores esse justos in morte sua &c. Post mortem enim & excessum ab hoc mundo, talis cum justo illo abit, & per illum accipit influxum.

§. 3. Quod si vero vitium admiserit Spiritus ejus, tunc in revolutionem venit cum Psyche sua, ut restituatur; quæ dicit Hos. 2. v. 7. *Vadam & revertar ad virum meum priorem.* Idemque etiam in Mente accidit.

Cap. XIX.

§. 1.

SCito, quandoque fieri, ut si irascatur homo, ab ipso tollatur Psyche ejus; ipsique illius loco detur Psyche alia. Et hoc est mysterium illud, de justo quodam, qui per totam vitam suam probus fuit; & tandem malus fit: vel contra.

§. 2. Et sic etiam, si morbum quendam magnum sustinuerit, aut verbigratia epilepsia laboret, tunc mutatur anima ejus, abitque in alium.

§. 3. Et hoc casu fieri potest, ut cuidam destinata sit in uxorem vera consors ejus; quæ tamen deinde casu mutato ducitur ab illo alio, quod notandum.

Cap. XX.

§. 1.

ALia ratio, quare mulieres non revolvantur, hæc est: Quia viri, propterea quod studium legis exercent, non abeunt in Gehennam; Hinc obligati sunt revolutiones pati. Mulieres autem puniuntur Gehenna, nec opus habent revolutionibus.

Cap. XXI.

§. 1.

DE radicibus animarum notanda sunt hæc: Notum est, quod psyche sit de mundo factivo, & Spiritus de formativo, & mens de creativo. Item quod in emanatione psyche sit è gradu regni; Spiritus è Microprosopo; & mens è largitione intellectus, & vitalitas è sapientia.

§. 2. Nulla igitur est radix, quæ non particeps sit omnium istarum specierum. Radicum ergo natura dividitur in quinq; genera, quæ sunt Macroprosopus, Pater & Mater, & Microprosopus atque uxor ejus.

§. 3. Circa mundi igitur initium, eodem modo se habebat splendor supernus Adami Protoplastæ, ubi Chanoch accipiebat mysterium Macroprosopi & Adam, patrem: Et Eva, Matrem: Et Cain regnum: Et Hebel Microprosopum. Ubi meritò quidem Hebel præcedere debuisset Cainum: Sed quia Adam peccabat, & bono immiscebatur malum: Hinc Cain prodibat prior præter ordinem.

§. 4. Omne

§. 4. Omnes ergo homines radicantur in istis quinque radicibus mundi emanativi. In cæteris autem mundis etiam quidem occurrunt quinque hæ radices: Sed istæ annexæ tantum sunt illis emanativis, & sub illis comprehenduntur.

§. 5. Quælibet autem è quinque his radicibus subdividitur in decem: Unde oriuntur quinquaginta radices. Atque sic porro proceditur per multos gradus, ut latius dicetur.

§. 6. Porro sciendum etiam, quamlibet radicem in se continere personam integram, juxta omnia membra sua. Unde quælibet radix distribuitur in 248. membra & 365. vasa seu venas. Atque ita se res habet in omnibus radicibus tam psyches quam Spiritus & mentis: Quæ ideo sunt 613 scintillæ, & hæ omnes sunt discipuli Sapientum.

§. 7. Postmodum autem scintillæ dantur plurimæ aliæ de plebejorum genere: ad instar arboris, quæ producit fructus, circa quos quam plurima sunt ligna, & folia.

§. 8. Fieri ergo potest, ut aliquando uno in loco, unoque tempore & in una generatione inveniantur quinque vel decem scintillæ de radice una simul: Quia accidere potest, ut dum advenit scintilla quædam oculi unius, etiam adveniat scintilla oculi alterius. Vel si adveniat articulus digiti unius, ut adveniant omnes articuli primores omnium digitorum. Et sic quoque in vasis vicinioribus.

§. 9. Unde mirum non est, quod Rami Bar Chama & R. Dimah Neharduus, & Abbaja, fuerint coævi.

§. 10. Quandoque etiam ob aliam rationem idem evenit. Nam quia exulante gloria cohabitante, omnes animæ justorum inter cortices exulant: Hinc illo tempore cum justus aliquis multa præcepta observat, vel multa bona opera facit, ad illam radicem pertinentia, hoc ipso fieri potest, ut elevet & adducat scintillam unam, vel duas vel tres (eodem pertinentes) è corticibus. Et quamvis non sint scintillæ æquales, vel vicinæ sibi invicem in persona radicis illius animæ; nihil tamen refert; omnia enim sequuntur naturam præcepti à justo hoc observati, juxta proportionem animæ illius.

Cap. XXII.

§. 1.

Scito etiam, dari radices animarum, quæ nunquam prodeunt è corticibus; donec advenerit Messias.

§. 2. Et omnes animæ radicis Chur Filii Mirjam Prophetissæ, non potuerunt ducere mulieres suas è corticibus: Sed omnes sunt in manu Igrath filiæ Machalath: & in manu Naëma, Matris dæmonum. Oblitus autem sum, in qua revera detineantur.

§. 3. Prout etiam dubito, annon & Aharon ducere non potuerit veram consortem suam: Quia propinquus admodum erat radici huic, sicut alibi dicetur.

Cap. XXIII.

§. 1.

QUidam homines revolvuntur propter aliquod peccatum. Alii propter defectum alicujus præcepti. Alii revolvuntur, ut reſtituant & in viam dirigant alios.

§. 2. Qui primi ſunt generis, proni ſunt ad peccandum. Qui ſecundi generis ſunt, remotiores ſunt à peccando. Sed genus tertium nullo modo peccat.

§. 3. Interdum quis revolvitur, ut accipiat veram conſortem ſuam. Interdum autem ſi valdè probus eſt, uxorem ſuam cum ipſo adducunt: licet ipſa non opus haberet ut revolvatur.

§. 4. Quamvis & alia ſit ratio, quare interdum mulierem ſimul oporteat revolvi, utut illa non ſit vera conſors iſtius. Nam ſæpè deſtinatur ei ſecundum opera ejus quoniam inter omnes mulieres nulla reperitur, quæ magis ipſi ſit ſimilis ſicut hæc, quare revolvitur cum illo.

Cap. XXIV.

§. 1.

DE variis revolutionum ſpeciebus notanda ſunt & hæc. Supra jam diximus, quod adhuc reſiduæ fuerint animæ quædam, quæ non fuerint in Adamo protoplaſte; & iſtæ vocantur animæ omnino novæ. Omnes autem animæ in Adamo protoplaſte contentæ, generali nomine dici poſſunt veteres, quamvis non uniformiter.

§. 2. Cum enim peccaret Adam protoplaſtes, multa membra ab ipſo delabebantur: Prout jam ſupra explicuimus. Omnes ergo ſcintillæ illæ, quæ deciderant in profundum corticum, vocantur omnino veteres: ita ut adventus eorum habeatur pro revolutione prima; & ſi talis anima iterum redeat in mundum, revoluta dicatur bis, & ſic porro.

§. 3. Illæ vero quæ manſerunt in Adamo ipſo, ad quas nimirum pertinet myſticum illud; quod nempe diminuta fuerit ſtatura ejus in centum uſque cubitos, ab iis deſcenderunt Cain & Hebel.

§. 4. Et quia Cain & Hebel non delapſi erant, ſed manſerant in Adamo protoplaſte; hinc major eſt illorum gradus, poſtquam reſtituti fuerint, quam cæterarum modicum. Quando igitur in mundum veniunt, id non imputatur ipſis pro revolutione prima, ſed idem fit, ac ſi adhuc in Adamo permanſiſſent. Si ergo ſcintilla quædam talis in mundum venit, illa vocatur anima quadantenus nova: Quoniam nondum per ſe diviſæ fuerunt in ſcintillas. Si vero poſt primum hunc adventum primamque mortem iterum redeant; tunc revolutæ dicuntur prima vice.

§. 5. Differentia igitur, quæ inter iſtas verſatur, hæc eſt: quod qui animam habet reverâ novam, primâ ſtatim vice aſſequi poſſit omnes animæ gradus, uſque ad Mentem mentem de Emanatione: nimirum ſecundum opera ſua, idque facillimè. Si autem peccet

cet illa vice: tunc ab illo tempore vocatur revoluta, nec accipere potest Spiritum, nisi post annos tredecim & diem unum: Nec mentem, nisi post annos viginti. Atque sic pergit, donec accipiat Psychen, Spiritum & mentem de mundo emanationis, secundum opera sua.

§. 6. Si quæ autem spectat ad alterum genus Kaini & Hebelis, illa naturæ est mediæ, & vocatur aliquatenus nova. Ratio est, quia dum adhuc essent in universitate Adami, tunc adventus illarum in mundum nondum fiebat in gratiam cujusvis in specie. Sed illæ, quæ delapsæ erant ab Adamo, jam separatæ erant, & in partes scissæ per peccatum, atque hinc vocantur veteres.

§. 7. Si igitur in mundum veniat anima quædam de genere Caini & Hebelis; illa etiam prima vice assequi potest Psychen, Spiritum & mentem, & prætera psychen de Emanatione, sed non ulterius. Ratio, ut jam supra diximus, hæc est: quod ab Adamo cum peccaret, tolleretur splendor supernus: ita ut de partibus hujus splendoris mundi Emanativi in illo non maneret, nisi psyche Emanativa tantum. Unde scintillæ tales Cainiticæ & Hebelicæ prima vice statim eousque expurgari queant, ut accipiant psychen de emanatione, quam nimirum antea jam habuerant: sed non ultra.

§. 8. Et hoc ipso quidem prærogativam quandam habent præ anima nova: quod gradus hos omnes accipere possunt uno quasi momento. Unde dicit R. Schimeon Jochaides sectione Mischpatim fol. 94. col. 2: Si probior fit; datur ipsi mens ejus, &c. quod autem dicitur in Tractatu de Sene fol. 98: rem nempe ab annis dependere: intelligendum de anima penitus nova.

§. 9. Alio tamen casu defectum habent, præ animabus planè novis. Quoniam qui novam planè animam habet, accipere potest omnes partes suas, Psychen, Spiritum, mentem, &c. subsequenter secundum gradus annorum, & quidem in corpore uno: ita ut psyche possit fieri habitaculum Spiritus, & Spiritus habitaculum mentis. Sed qui descendunt à Caino & Hebele, illi non possunt accipere Spiritum, restituta psyche sua, nisi tempore nocturno per imprægnationem, sicut dicit Propheta: *Psyche mea desiderat te nocte.* Quoniam psyche, postquam restituta est, exit ab eo somni tempore abitque viam suam. Matutino autem tempore intrat in ipsum Spiritus; cum scilicet Psyche jam restituta est secumque adducit psychen proselyti pro habitaculo suo: donec & Spiritus restituatur. Quo facto psyche redit, & ille habitat in ea, amboque uniuntur. Sique ulterius justus esse pergit, Psyche hæc & Spiritus ab ipso emigrant: descenditque Mens, ut perficiatur & restituatur: atque sic coaduniuntur omnes tres gradus. Ante restitutionem autem neutiquam in revolutionem venire possunt gradus ulteriores: cum ne id quidem fieri queat, quod evenit, nisi labore multo, magnisque meditationibus: juxta illud Jobi: *Si applicuerit animum, Spiritus & Mens ejus accedere possunt* &c. Interdum enim fit, ut perfecta sit Psyche ejus, & ipse meditari nesciat, qua ratione adducere queat Spiritum suum somni tempore, ut dictum supra; atque tunc moritur; & hoc modo Spiritus in alio corpore accedit pro restitutione sua. Qua impetrata cum ipso iterum unitur Psyche. Atque sic idem quoque fit cum Mente, si ignoret meditandi

 metho-

methodum. Unde fit, ut multi revera justi moriantur tamen, quando eousque perfecerunt Psychen suam, nec tamen meditari sciunt. Et huc pertinet illud Hiob. 4. v. 21. *Morientur, & non in Sapientia.*

§. 10. Tertium autem animarum genus, quæ vocantur veteres, nonnisi unum saltem gradum restituere possunt una vice. Nempe, si quis accedat, pro restitutione Psyches suæ, illi, hâc impetratâ, moriendum est: & deinde Spiritus ejus advenit in corpore alio, qui adeptus perfectionem, etiam moritur: atque sic etiam Mens. Si vero hunc vel illum gradum non perfecerit, revolvendus est multoties, donec consummet v. g. Psyche. Atque tunc Spiritus mediante Psyche illa venit in corpus aliud. Idemque & cum mente fit, ut dictum supra.

§. 11. Si vero ex illis sit, qui Psychen, Spiritum & Mentem perfecerunt, & admisso peccato iterum veniunt in revolutionem; tunc eodem modo cum ipso proceditur, ut nunc dictum est.

§. 12. Qui vero accedunt pro restituendis aliis, multa simul assequi possunt, ad ipsam usque mentem Emanativam, vel gradus similes. Et hæc est ratio, quare filius R. Hammenuna Senis, & alii pueri tam admirandâ præditi fuerint Sapientiâ, quia scilicet simul in illis fuerunt Psyche, Spiritus & Mens, prout jam fuerant alia vice.

§. 13. Dubito tamen, an etiam illorum, qui ad implendum defectum præcepti cujusdam adveniunt, non vero propter peccatum aliquod, par sit ratio.

§. 14. Ut autem ad genus hoc tertium redeamus, de quibus diximus, quod venire non possint simul in corpus unum; De istis notandum est, quod possibilitas tamen detur, quomodo id fieri queat: nempe per meditationem sub prolapsu in faciem factam: ita ut tunc prodeat Spiritus talis hominis è profundo corticum, per mysterium aquarum fœmininarum, qui eductus hac ratione, in mundum venire potest in corpore alius cujusdam hominis, sub illud momentum nati; vel idem etiam fieri potest in ipso ejusdem filio, si is mereatur.

§. 15. Secundum autem genus animarum Kaini & Hebelis accedere non potest per alios; sed per seipsos solummodo: unde Spiritus ejus exire non potest (è corticibus), nisi post impletam restitutionem Psyches suæ.

§. 16. Et quamvis in tertio hoc genere id evenire queat, quod modo narravimus, talis tamen homo in magno versatur præcipitii periculo: Si enim ille, qui Spiritum ejus accepit, prior perfecerit hunc Spiritum, (quam alter ille Psychen suam;) tunc in resurrectione mortuorum Spiritus & Psyche intrant in corpus hoc secundum, in quo restitutus fuerat Spiritus.

§. 17. Quod si vero restitutionem citius absolvat, individuum illud, in quo Psyche est, videor mihi audivisse ambos hos gradus intrare in corpus, in quo restituta fuit Psyche.

§. 18. Adhuc alia tamen est differentia: quod nempe & ille, qui Spiritum perficit, in magno sit periculo: si enim prior ille Psychicus justus sit admodum, in se attrahere potest, quicquid bonum est in hoc Spiritu, ut veniat in illum: hic vero remaneat

naneat totus malus. Et huc pertinet illud Pſ. 7, v. 10, *Conſummetur quæſo malum im-ıorum, & perficiatur juſtus.*

§. 19. Quamvis & alia ſit hujus dicti explicatio, non multum tamen diverſa. æpe enim homo Pſychen ſuam non accipit integram, ſed plurima pars bona eſt, & ars aliquota minima mixta eſt malo : cum in alio pars minima boni hujus, & pars naxima mali hujus exiſtat. Atque tunc idem quoque evenire ſolet, quod diximus, z de iſtis loquitur textus allegatus. Interdum autem dimidiam partem uterque ha-et tam boni , quam mali , ubi ille attractum exercet , qui prior abſolvit per-ectionem : ſi enim hic prior aliquid in ſe reſtituit , tunc hoc ipſo alteri illi præ-alet ; & abſtrahere hoc modo alteri poteſt omne bonum , ut ille ex adverſo ma-ım ſolum retineat.

§. 20. Sed hæc omnia intelligenda tantum ſunt de Pſyche & Spiritu. Mens nim nunquam in mundum venit, donec reſtituti fuerint gradus Pſyches & Spiritus: ho-ninesque illi mortui ſint, qui acceperant Pſychen & Spiritum : nam tunc demum in nundum prodit Mens.

§. 21. Exhinc tamen intelligi etiam poteſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri bo-æ memoriæ : Achabum nempe Regem in æquilibrio fuiſſe : unde etiam Deus qui enedictus ſit ! eundem à facie ſua rejicere noluerit, ſed expectaverit converſionem us : unde etiam Elias bonæ memoriæ tantopere ipſum ſit inſecutus, ut eundem con-erteret. Et quamvis reperiamus, quod ſæpius Idololatra fuerit : in æquilibrio tamen iſſe dicitur , quia Pſyche ejus pro dimidia parte bona , & pro dimidia mala eſſet : unde ololatria illa provenerit à prædominante in ipſo malo. Quo ipſo reſponderi poteſt objectionem illam ; quomodo Achab dici potuerit in æquilibrio fuiſſe, cum po-ıs fuerit perfectè impius. Æquilibrium nempe illud intelligendum ſaltem de natura yches ejus.

§. 22. Hoc ipſum tamen etiam David Rex ſuper quo pax ! metuebat, dum quit Pſal. 3. v. 3. *Multi dicunt Pſychæ meæ : Non eſt ſalus ei.* Davidi ſcilicet; cum tius dicere debuiſſent : Non eſt ſalus ipſi Pſychæ. Caſus autem talis erat, quod di-rent : Pſychen ejus revolutam eſſe, nec tamen mereri accipere Spiritum : hinc fieri ſſe, ut homo quidam alius, qui Spiritum ejus acciperet, prius evaderet dignus, ut mpe & Pſychen ejus ad ſe attraheret : quia David peccaſſet. Hinc futurum non eſſe, corpus Davidis reſurgeret in Reſurrectione mortuorum ; eò quod Pſyche ejus abi-ra ſit in illud corpus, quod accepiſſet Spiritum. Hinc textus dicit : *Nulla eſt ſalus* maſculino genere, ut corpus intelligatur : & non dicitur fœminino genere de Pſy-e, ſicut prius dixerat : *Multi dicunt Pſychæ meæ.* Mens enim eorum fuit, alium endam accepturum Davidis Pſychen : unde nulla eſſet ſalus לו i. e. corpori Davi-. Unde omnino metu non planè carere potuit. Verum enim verò, Pſyche Davidis gna erat admodum : deſcenderat enim in cortices ex parte illorum Fœminina, quod tandum.

§. 23. De

§. 23. De R. Schescheth cœco; de quo dicitur, quod gavisus sit, cum in Lege studeret, dicens: Gaudeas Psyche mea, tibi studui, tibi legi. Quæritur, quid hoc sibi velit? & quare potius sibi hoc fecerit, quam alii? Sciendum autem, si homo quidam non perfecerit seipsum in Revolutione prima; quod illum omnino redire oporteat secunda revolutione, ut restituatur. Duo ergo exhinc oriuntur corpora, ita ut nesciatur, utrum ex his rectificetur, & utrum ex his futurum sit dignum præmio istius studii in lege.

§. 24. Si quis ergo in Revolutione prima eousque in lege studuerit, ut unum saltem ipsi restitet restituendum: tum sane, quicquid exercetur & studetur in revolutione secunda, id omne fit in supplementum Psyches tantum, quæ exhinc in resurrectione mortuorum prodibit in corpore suo primo fundamentali: cum hoc secundum tantum commodatum sit ipsi. Præmium autem Psychæ saltem debetur, non vero corpori.

§. 25. R. Schescheth autem in priore jam revolutione vir quidam magnus extiterat, & revolutus tantum erat ob causam exiguam; unde mœrore afficiebatur multô, respectu corporis sui, quod frustra defatigaretur, cum istud non esset corpus suum fundamentale, quippe in quo tantum adesset ut hospes. Hinc dicebat ad Psychen suam: Tu gaudeas, tibi enim legi, tibi studui. Id est, in tuum saltem commodum, & non in emolumentum corporis hujus: quia nunc redibo in corpus primum.

§. 26. Notum enim est, quod ipse esset revolutio Doctoris Baba Ben Buta, qui dicebatur Pius: unde de ipso dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod singulis diebus obtulerit sacrificium reatus dubiosi, quodque Herodes ipsi effoderit oculos: unde postmodum etiam in revolutione secunda R. Schescheth carus erat, (quo etiam pertinet, quod nomen ששת per Athbasch efficiat בבא״.)

Cap. XXV.

§. 1.

De illo, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quod Sapiens quidam interrogaverit alium; Cui præcepto Pater ejus potissimum incubuisset? Cui is responderit: præcepto peniculamenti. Alius autem casu simili de Phylacteriis responsum dederit: notanda sunt sequentia: quod nempe animam novam observare oporteat omnia 613. præcepta. Sed qui revolutus est, & inter veteres pertinet, opus tantum habet præcepto illo, quod ipsi adhuc defuerat. Unde intelligitur, quomodo Sapientes primævi sibi proposuerint certas quasdam virtutes; unus nimirum hanc, alius vero aliam.

Cap. XXVI.

§. 1.

DE revolutione mulierum notanda sunt sequentia. Sæpe vir mutatur in fœminam propter peccatum aliquod, quale v. gr. est admissio masculi vel similia. Talis autem mulier, in qua est anima masculina, multis opus habet meritis, ut imprægnari queat. Mysterium quoque imprægnationis ejus aliunde non procedit, nisi eandem ingravidet anima quædam Fœminina, à qua producere possit aquas Fœmininas: atque tunc idonea est ad conceptionem. Cùm autem hæc mulier parit, anima illa eandem imprægnans, quippe quæ non nisi ut embryo in ipsam accesserat, post partum in eo statu in ipsa non manet, sed subintrat in infantem, atque hinc nascitur filia. Unde nulla mulier, cujus radix est ab anima viri, parere potest filium, sed filiam tantum: & illa filia eadem ipsa mulier est, quæ antea ingravidaverat matrem illam.

2. Interim tamen quandoque per magna merita anima illa fœminina matrem talem ingravidans non intrat in ipsum partum: sed anima alia Masculina: quo casu tamen admirandis opus est bonorum operum studiis.

3. Et si talis mulier iterum velit concipere; id fieri non potest, nisi in ipsam redeat mulier illa prima, quæ ipsam imprægnet altera vice. Unde si partus primus filia fuit, necesse est, ut illa moriatur, quò redire queat imprægnando in Matrem. Si verò primum pepererit masculum, non opus est, ut hic moriatur, sed illa saltem mulier, quæ primitus eam imprægnaverat, atque deinde secesserat, jam iterum redire tenetur. Id quod ita fieri potest novem vicibus. Sed magna ad id opus est justitia ac pietate.

4. Fieri etiam potest, ut anima hæc imprægnans secunda alia quædam sit: & non prior illa. Sed & ad hoc magnis opus est meritis.

5. Nulla etiam in mundo unquam fit imprægnatio vel embryonatus, nisi tales animæ magnam inter se habeant affinitatem, unde difficile admodum est, reperire embryonatum cum omnibus huc requisitis conditionibus saltem sui causa: præterquam quod hic requiratur singularis cognatio vel similitudo, & similia: quam singulis vicibus recurrere oportet.

6. Sciendum quoque, omnes revolutos vel maximam illorum partem primum revolvi in jumentis atque feris: unde tales liberi protervi sunt atque imperfecti: nisi fortè jam confirmati sint, quos advocet Dominus.

Cap. XXVII.

1.

RAbh Hammenuna Senex revolutio erat Mosis Magistri nostri, super quo pax! Hinc R. Schimeon Ben Jochai dicebat: Si stulti illi Babylonii scirent, excellentiam Rabh Hammenunæ senis, &c.

2. Sic quoque intellexi à Magistro meo, quod R. Schimeon Jochaides similis

fuerit Moysi: non quidem juxta splendorem illum supernum, quem Moses hab primâ vice: sed juxta naturam animæ, quam habebat tempore tabularum secun Unde in Tractatu Idra dicitur: Testis sum ego, quod tempore secundo, cum ascenderet in montem, diminutus fuerit mille partibus: quæ denotantur per quod extat initio Levitici.

Cap. XXVIII.

1. משה Moscheh & הלל Hillel duo sunt nomina è nomine duarum literarum, nim. מהש: ללה: quæ vicina sunt sibi invicem. Ambo miles admodum erant & modesti: (quibus eadem fuit vitæ longitudo, eò quo tem esset Revolutio, sed à radice fundamenti.) Unde secundum dicta Magistr b. m. cùm Moses in cœlum ascendisset, accepturus legem, Deumque offendisse nas nectentem literis: ipse verò conticuisset: à Deo autem interrogatus, an mo esset salutare aliquem, & ipse respondisset: Moris non esse, ut servus salutet Dom Dominus (autem porrò) replicasset: Saltem היה לך לעזרני debuisses me ju Literæ initiales horum verborum efficiunt nomen הלל. Videtur autem mihi e venire à radice fundamenti.

2. Et sic etiam R. Eliezer, qui prodierat è lumbis ejus, sicut dicunt M nostri bonæ memoriæ. Item Magister noster Sanctus (id est, R. Jehudah,) ne Schimeon Ben Jochai b. m. Eodemque modo Magister meus b. m. qui omnes sterium fundamentorum Patris vel Microprosopi, vel Jacobi, prout alibi jam tum est.

3. Et primo quidem R. Schimeon Ben Jochai inferiorem satis habebat postmodum autem ascenderat usque in gradum Mosis, sed splendoris tantum secundi, non autem primi: quia tunc excellentia Mosis magna erat postmodum men ab ipso tollebatur propter Jisraëlitas, juxta illud Deut. 3. v. 26. ויתעבר *duit Dominus mihi propter vos.* Quæ vox embryonatum etiam denotat, quod diminutus fuerit usque in statum embryonatus minorennitatis.

4. Sic etiam R. Jochanan filius Zachæi, & R. Akiba duo erant brachia & sinistrum Mosis, translati imprægnatione in Kainum. Unde ambo vivebant nis, juxta illud Gen. 6. v. 3. בשגם *Eo quod etiam caro est, & erunt dies ejus viginti anni.* Ubi vox illa בשגם eundem habet numerum, ac nomen etiam volebat Moses, ut Lex daretur per R. Akibam. Et sic Moses occid gem Baschan: in quo fuerat scintilla R. Schimeon Ben Nathaneël: quonia tiales istius nominis referunt nomen Basan. Hinc Moses timebat Ogum: qu hæc sancta in ipso erat; quæ deinde dabatur in manus R. Jochanan filii Zach discipulus ejus. Mihique videtur, quoniam Moses timeret peccatum, quod Dominus illi dixerit: Ne timeas eum.

Cap. XXIX.

1.

DE desponsationis annulo, quem sponsus dat sponsæ suæ, sciendum; quod per desponsationem circa mulierem illam oriatur lux quædam ambiens de natura Spiritus Sponsi. Deinde autem matrimonio inito primo concubitu sponsæ inseritur Spiritus quidam internus, de mysterio nominis 52, sicut notum est. Et hoc est lumen illud internum, quod pertinet ad mysterium Spiritus illius, quem ipsi dederat tempore desponsationis: qui propterea fit lux ambiens pro spiritu hoc interno. Nisi enim dedisset eidem annulum desponsatorium; etiam dare non possit eidem spiritum hunc internum.

2. Hinc etiam intelligi potest, quod ab illa hora, qua Ben Assai sibi desponsaverat filiam R. Akibæ, statim in ipsam inseruerit Spiritum illum internum, qui semper in ipsa manserit. Quam ob causam inter Ben Aslai, & inter R. Akibam semper mansit affinitas.

Cap. XXX.

1.

CUm homo congreditur cum uxore sua, fieri potest, ut ambo habeant meditationes super præcepto: vel contra. Velut altera pars meditetur meditationes bonas; & altera malas. Jam igitur de virtute Patris filio datur mysterium lucis ambientis: & de virtute matris lux eidem datur interna.

2. Si igitur mulier bona meditetur, eodemque modo & vir; filius ille justus evadit perfectus, quoad lucem internam, & quoad lucem ambientem. Si verò contrarium fiat: contrarium evenit.

3. Si verò pater bene meditetur; & mater malè: lux ejus ambiens erit bona; interna autem mala. Ubi tamen temporis tractu lux ambiens internam vincit, ita ut & ipsa fiat bona. Si vero contrarium accidat malum ambiens vincit internum bonum; ita ut impius fiat patris instar: quoniam ambiens semper in se continet internum, idemque convertit quocumque voluerit.

4. Si itaque videris hominem qui celer est, aquilæ instar, curritque ad modum capreæ, i. e. agilis est atque promptus in omnibus operibus suis, inque labore suo expeditus; magnam hanc virtutem eidem inseruit vis patris sui. Si verò ignavus sit atq; lentus; prævaluit in eodem vis matris interna. Omnia enim à parentum meditationibus dependent, quæcunque in filio reperiuntur. Si enim pater illo tempore bonis meditationibus occupatus fuit, filius promptus erit in opere suo, opere nimirum cœlesti; evadetque homo excellens. Si vero meditatus fuerit veritates mundanas: filius erit deditus similibus vanitatibus, promptusque in iis.

5. Et huc pertinet mysticum illud exemplum Asahelis, qui celer erat pedibus suis in extremum usque gradum: unde sicut dicunt Magistri nostri b. m. per summita-

tes ariſtarum decurrere potuit, iisdem non confractis. Eo quod maxima pars vel omni in ipſum derivata fuerant, quæcumq; meditatus fuerat pater ejus, ita ut nihil particip verit de virtute matris. Unde magna admodum in ipſo fuit lux ambiens ad extremi tem usque. Omnis enim vis celeritatis deſcendit à luce ambiente, quæ hominem diri & commovet ad celeritatem.

6. Hinc pueri inveniuntur qui à locis ſuis vix abscedunt: & ex adverſo alii q quieſcere non poſſunt vel unico momento: quæ omnia ab iis fiunt quæ diximus.

Cap. XXXI.

§. 1.

Alibi jam explicuimus, quod quinque dentur naturæ; Macroproſopus ſcilicet & terq; & Mater, & Microproſopus atque uxor ejus. Quibus correſpondent quinq. animæ ſpecies, quæ ſunt Pſyche, ſpiritus, mens, vitalitas & ſingularitas: ubi Pſyche re fertur ad regnum; ſpiritus ad pulchritudinem; Mens ad informationem; vitalitas ad ſa pientiam; quia ibidem vita eſt, ut notum, & ſingularitas ad coronam, quæ magis eſt ſin gularis atque unica quam omnes numerationes, quoniam nulla eidem tribuitur mox.

Cap. XXXII.

Porta Angelorum.

§. 1.

De Elia dictoque illo Magiſtrorum noſtrorum b. m. quod Michaël uno, & Elia quatuor (actibus ſeu motibus totum pervolet mundum), notanda ſunt ſequentia Antequam peccaret Adam protoplaſtes, in ipſo erant Pſyche, Spiritus & mens, de mundo Factivo, Formativo & Creativo: Nec non Pſyche, Spiritus & mens de Regno Mi croproſopo, & Matre intelligendi Mundi Emanationis: & ipſe continebat omnes ani mas, paucis exceptis, quæ in ipſo non continebantur; quæque ſunt Myſterium anima rum novarum. Cum autem peccaret; jam notum eſt quid de eo dicant Magiſtri noſtri b. m. idem nempe eidem accidiſſe, quod Jephtæ, à quo decidebant membra ſua omni lo co: Unde dicitur Jud. 12. v. 7. *Et ſepultus eſt in civitatibus Gilead*, & non in civitate una. Senſus autem hic eſt, quòd omnes illæ ſpecies animarum, quas antehac in ſe continebat antequam peccaret, ab ipſo ſublatæ fuerint atque delapſæ ſint; deciderintque in pro fundum corticum, una huc & altera illuc.

2. Atque tunc quidem etiam ab ipſo tollebantur Pſyche, Spiritus & Mens Mun di Emanativi, quibus erat nomen ſplendoris ſuperni in Adamo. Et Chanoch debitam quidem ſibi portionem aſſumebat de Pſyche, ſpiritu & mente mundi factivi, formativi & creativi: ſed præterea etiam ſpeciem mentis emanativæ Adami protoplaſtæ.

3. Sed ſpecies Pſyches emanativæ manebat in Adamo protoplaſte ſuper ipſo ob volitans, nec ab illo tollebatur. Cum autem generaret Kainum & Hebelem, hi iſtam

pſychen

psychen in se suscipiebant cum omnibus reliquis portionibus ad se pertinentibus de speciebus creationis, formationis & factionis.

4. In ista autem psyche datur lux ambiens & interna: Nadab igitur & Abihu, descendentes è radice Caini accipiebant mysterium lucis ambientis psyches hujus emanativæ. Elias autem bonæ memoriæ, qui erat Pinchas, deinde accipiebat lucem illam internam, ut dictum est alibi.

5. De Pinchaso autem dicitur: *Et Eleasar filius Aaron uxorem ducebat de filiabus Putiel, &c. ista sunt capita, &c.* ubi sensus hic est: quod Pinchas descenderit à duabus scintillis: nempe à radice Josephi, qui vicit (Hebr: פטפט) pravam suam concupiscentiam: & à radice Jethronis, qui saginaverat (Hebr. פטם) vitulos pro idololatria. Quod mirum tibi non videatur: quoniam Joseph denotat mysterium fundamenti, ubi omnes animæ, tam benignitatum quam severitatum commiscentur atque concurrunt: unde sæpè mixtura quædam datur animarum, ita ut & hic anima quædam aliena admisceri potuerit radici Josephi: Præsertim quod portio Jethronis, etiam esset de psyche emanativa. Unde Pinchas ex utroque hoc genere constabat.

6. Deinde autem cùm morerentur Nadab & Abihu propter peccatum illud; tunc ambo immiscebantur Pinchaso, ratione illius portionis, quam habebat à Jethrone qui erat Kain.

7. Sciendum autem, quòd anima ad nativitatem veniens quamvis commixta sit è plurimis scintillis, (prout ista Pinchasi descendens è filiabus Putiel, id est, è duabus guttis, quia vox פוטיאל includit sensum guttarum טיפין) opus non habeat alio quodam, qui easdam uniat. Sed si animæ quædam veniant post nativitatem; sicut animæ Nadab & Abihu, quæ deinde veniebant in Pinchasum; illæ opus habent anima quadam alia è supernis descendente, quæ ipsas simul uniat: & hanc animam non oportet esse revolutam, sed adventu primo in mundum venientem.

8. Hæc ergo anima hoc loco vocabatur Elias Thisbites ex Habitatoribus Gilead eratque de radice Gad. Hæc ergo de novo accedebat, ut uniret animas Nadab & Abihu cum Pinchaso.

9. Porro autem ad uniendum etiam novam hanc animam cum illis veteribus, accedit anima adhuc alia nova; quæ tunc erat de radice Benjamin: sicut dicebat Elias b. m. ad sapientes: de posteris Rachelis ego descendo. Unde hoc loco quatuor existunt animæ: Primo Pinchas ipse; Secundo Nadab & Abihu: Tertio Elias Thisbites; & quarto Elias de tribu Benjamin. Sicut in libro Chronicorum istius fit mentio, cùm dicitur: 1. Paral. 8, 27. Et Elia & Sichri filii Jerocham.

10. Hoc ergo est Mysterium illud, quod Magistri nostri dixerunt: Elias quatuor & Michaël duo, &c. & quamvis quatuor illæ animæ adhuc plures alias in se contineant; Sicut Pinchasus in se habebat duas guttas; & Nadab quoque atque Abihu duo erant: attamen compositas illas pro una tantum habent. Pinchas enim quamvis constaret è duabus guttis, unum tamen saltem erat individuum: Et Nadab & Abihu duæ erant medietates corporis.

11. De casu autem Jephtæ Gileatidæ jam notum est, quod dixerint Magistri nostri bonæ memoriæ utrumque tunc peccasse, Pinchasum nempe & Jephtam. Jiphtach enim dicebat: Veniat ad me Pinchas; quoniam ego sum Rex atque judex, & liberum me pronunciet à voto meo. Elias autem qui erat Pinchas dicebat: Cui cor dolet accedat ad medicum. Atque sic ambo peccarunt, ut viam suam iverit filia Jiphtach. Jiphtach autem gravius punitus est, quia gravius etiam peccaverat, quoniam eundem tangebat negotium: quare ab eo delapsa sunt membra ejus, ut dictum supra. A Pinchaso autem ablatus est Spiritus Sanctus, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ ad locum illum: 1. Chron. 9. v. 20. *Antea cum ipso erat Dominus.* Unde apparet, quod postmodum Dominus cum ipso non fuerit. Atque tunc ab ipso tollebantur Nadab & Abihu: Et saltem in ipso manebat gutta Josephi; guttâ nimirum Jethronis ab ipso sublatâ. Quod propterea fiebat, quia fundamentum peccati hos potissimum tangebat. Nam Nadab & Abihu in eo prædominabantur: Et sic etiam duo illi Eliæ Gadites & Benjaminites in eo dominabantur pariter. Gutta autem Josephi remotior erat à peccato quam gutta Jethronis, quæ erat gutta Caini, qui in Jethrone saginaverat vitulos idololatricos, magnusque erat Pontifex, unde ab ipsius parte peccatum potissimum denominatur.

12. Cùm igitur hæc gutta Jethronis è Pinchaso tolleretur, tunc generabatur Chiel de domo Eli, 1. Reg. 16. v. 34. & ille in hoc revolvebatur. Nam literæ חיאל & אליהו si ח mutetur in ה eædem sunt. Porro etiam literæ האלי sunt literæ אליהו quare dicitur. *Chiel domus Eli*; Quasi sensus sit, illum Hielem fuisse domum sive habitaculum Eliæ: Quia Elias primo habitaverat in corpore Pinchasi, qui erat gutta Jethronis (& postea factus est Chiel.) Individuum ergo illud radicaliter erat de natura Pinchasi; & in eo non prædominabatur Elias; sed illud tantum vocatur diverso ions Eliæ.

13. Dicunt autem Magistri nostri bonæ memoriæ, Hielem fuisse virum insignem; sed peccatum prius cum voto Jephtæ commissum, eidem causabatur peccatum aliud. Nam in peccato de filia Jephtæ causa erat votum aliquod: atque sic etiam in peccato Hielis votum aliquod & anathema occurrebat, quod nimirum Josua juraverat de non reædificanda Jericho.

14. Dicit autem Scriptura, Jud. 1. v. 16. *Et filii Cain ascenderunt de civitate palmarum*, quæ est Jericho. Unde patet, quod urbs hæc quasi appropriata fuerit radici Caini; quare eandem reædificabat Chiel, qui erat de radice Kaini.

15. Deinde autem dicitur Elias Thisbites: quo denotatur anima illa de tribu Gad. Quia Nadab & Abihu nondum erant restituti: Et Pinchasus ipse etiam peccaverat: Elias autem de tribu Benjamin tantum accesserat ad uniendum illum cum animabus novis. Unde patet istum hoc loco jam fuisse fundamentalem; nec amplius vocatum Pinchasi nomine, sed nomine illius animæ quæ erat de tribu Gad; quæque in Legatione

tione Domini pergebat donec restituerentur Nadab & Abihu, cùm prociderent in facies suas, & dicerent: *Dominus est Deus.* Tunc enim remittebatur peccatum Nadabi & Abihu, quod intuiti essent gloriam cohabitantem: quodque extirpassent plantas, & vitiassent gloriam divinam. Quare bis dicunt: *Tetragrammaton est Deus*, ut restituerentur ambo, Nadab scilicet & Abihu. Atque tunc ablati sunt ab eo Nadab & Abihu, seque separarunt, cum Pinchas (id est, Elias) fugeret in speluncam. Cùm autem è mundo discederet & in cœlum abiret, uterque dabatur Elischæ, prout ille dicit: *Sit, quæso (Heb.* נָּא*) duplicitas illa spiritus tui super me.* Ubi literæ initiales voculæ נָּא designant, Nadab & Abihu. Literæ autem initiales harum vocum נָא פִּי שְׁנַיִם efficiunt נֶפֶשׁ: quia isti erant portio psyches emanativæ Adami protoplastæ.

16. Elias ergo Thisbites, qui erat de tribu Gad, ascendit in cœlum, ibique relictus est, nec amplius descendit: residua igitur fuit portio Eliæ Benjaminitæ: qui revolutus est in illum, de quo scribitur 1. Paralipp. 8. v. 27. *Et Elias & Sichri Filii Jerocham.* Et deinde unitus est cum illo Elia Thisbite superno. Et hic est Elias ille de tribu Benjamin, qui ascendit & descendit, & loquitur cum sapientibus, & edit miracula. Unde intelligi potest illud, quod ipse dixit: se de posteris Rachelis descendere: quoniam illi nesciebant, quænam pars de supradictis ipse esset.

17. Hic igitur unitus fuerat cum illa gutta Jethronis, quæ data fuerat Hieli, ibique mortua, quam deinde ad se assumsit Elias. Altera autem gutta Josephi, de qua dictum supra ab Elia data est Jonæ filio Amithai: qui aliquando futurus est Messias filius Joseph, de tribu Ephraim. Unde etiam dicit in Gemara Elias: Iste puer, quem ego resuscitavi, est Messias filius Joseph. Unde etiam in Sohar dicitur: Jonam de partibus Eliæ descendere. Id ipsum autem, quod porro remansit Eliæ vero, fuit Elias ille de tribu Benjamin.

Cap. XXXIII.

§. 1.

De quæstione illa: quoniam tam Angeli, quàm Animæ humanæ omnes factæ sint de copula quadam superna; quare nihilominus Angeli remanserunt spirituales & incorporei: homines autem fieri oporteat corporeos, & quæ istorum sit causa? notanda sunt sequentia. Duæ sunt species, ut supra jam dictum est, copulæ supernæ: una Spiritualis & incorporea; & alia corpore facta. Copula autem Spiritualis est osculi; quæ sicut alibi diximus, copula saltem est halitus Spiritualis prodeuntis ab ore è tribus numerationibus supremis.

2. Copula autem inferior, quæ congressûs vice est, magis est corporea, in qua vera gutta specialis prodit.

3. Jam

3. Jam quoque manifestavi radicem totius hujus scientiæ: quod nempe omnia dependeant à mysterio septem illorum Regum: quorum pars omnium excellentissima selecta est pro mundo Emanativo: vilior autem paululum, selecta est pro Creativo, & quod adhuc diminutius, selectum fuit pro formativo: & quod adhuc inferius, cessit mundo Factivo: omnium autem vilissimum vocatur scoria auri purgati, quod nullam penitus habeat utilitatem: & hæc vocatur corticum nomine; quoniam nihil amplius inde secerni potuit; sed omnia sunt judicia omnium rigorosissima, ita ut ipsa huc pertineant putamina.

4. Necesse tamen est, ut scintillæ adhuc quædam minimæ in illis delitescant, quæ sunt mysterium undecim aromatum suffitus, Quæ tandem in futuro tempore adhuc secernentur, ubi tandem dicetur: *Absorpta est mors in æternum.*

5. Quod autem jam diximus de quatuor mundis; id penitus quoque occurrit in singulis. Exordiemur autem à mundo Emanativo: in quo, quod omnium fuit excellentissimum, selectum est pro sene illo decrepito: quod subsequens pro Macroprosopo: & quod ultimmum pro Microprosopo & uxore ejus. Idemque omnino factum est in mundis quoque cæteris, Creativo, Formativo, & Factivo. Idem quoque omnino factum est in decem Numerationibus cujuslibet Personæ in specie; quibus tamen diutius non immorabimur.

6. Sciendum quoque illo tempore, cum secerneretur Senex decrepitus, de mundo Creativo, nihil adhuc selectum fuisse vel secretum penitus: prout nec de ipso mundo Emanativo. Summa huc redit, quod omnes quatuor mundi sint selectiones istæ è septem Regibus: & hæc est radix totius hujus Scientiæ.

7. Non licet autem nobis sermonem instituere de illa copula, quæ fuit ante patrem & matrem: quoniam de Macroprosopo dicitur Jesai. 51. v. 2. *Quia unum vocavi eum*; non additô sociô quodam secundô. Mulier ergo prima, quæ occurrit in tota universitate, est mater. Unde in Patre & Matre incipimus mentionem facere copulæ.

8. Postquam autem plenè secreti erant Pater & Mater, necesse fuit, ut copularentur; ad producendam naturam Microprosopi, & Uxoris ejus. Jam dictum est autem, impossibile esse, ut vel minima seligatur aut secernatur scintilla, nisi per copulam: quoniam scintillæ hæ ascendunt ab imo sursum; è loco scilicet, in quem delapsæ erant: ibique intrant in uterum fœminæ alicujus, ibique morantur toto tempore conceptus: adeoque mitigantur atque conformantur in conceptum personæ cujusdam.

9. In utero autem matris supernæ secernuntur tantum Microprosopus & uxor ejus; nihilque præterea. In utero autem uxoris Microprosopi secernitur caput mundi Creativi usque ad Macroprosopum.

10. Et quia diximus non posse fieri mentionem copulæ, nisi à Patre & Matre, & porro deorsum; hinc tres supernas mundi Creativi simul conjungimus, quod nempe secretæ sint simul. Qui prudens autem fuerit, rem ipsam per se intelliget.

11. Porro

11. Porrò autem in Matre mundi Creativi selecti sunt Microprosopus & Uxor
em mundi. Idemque processus observatus est porrò usque ad finem mundi Factivi.
12. Ratio autem, quare Pater & Mater non omnia possint secernere, quæ infra
nt, sed Microprosopum tantum & uxorem ejus. (Conferantur hic ea, quæ Chri-
icit de se, & de Patre suo locis pluribus): hæc est, quia non omnes scintillæ tantùm
equales, ut possint ascendere usque ad Matrem supernam, præter Microprosopum
orem ejus: nam quæ de inferioribus sunt notionibus, ultra Microprosopum &
em ejus ascendere nequeunt: quoniam gradu nimis sunt diminuto. Et si ascen-
possent usque ad Matrem, omnia vocarentur Microprosopus & uxor ejus; ita ut
fiat selectio, nisi à gradu proximè sese superiore, nec ultra. Sed de his satis.

Cap. XXXIII. pars altera.

1.

igitur exponemus naturam copularum: & deinde subnectemus differentiam,
est inter Angelos & homines. Priusquam igitur secernerentur Microprosopus
r ejus, sane Pater & Mater copula non carebant, quia simul prodierunt, nec
llos separatio datur unquam, sed in copula sunt semper: Quoniam autem
nentum & ratio copularum alia non est, nisi pro facienda secretione: hinc congres-
s non fuit opus proprio, sed copulati saltem fuerunt per mysterium copulæ super-
æ osculorum dicitur: quoniam copulâ inferiore tunc temporis nondum habe-
pus. Cùm autem Microprosopus & Uxor ejus secerni inciperent, tunc Patrem
e & Matrem oportebat copulari copula inferiore, ut Microprosopus & uxor ejus
rentur in uterum matris supernæ.
2. Porrò quoque jam diximus, quod duæ sint species embryonatus, Micropro-
uxoris ejus. Una est embryonatus prioris; ubi Microprosopus ita formatur ut
mper numerationes ejus comprehendantur in tribus aliis, ita ut in lucem prodeat,
fans modo natus. Altera autem est embryonatus secundi, ut nempe accipiat
a, quo designatur status adolescendi: ita ut bis copulandi fuerint Pater & Mater,
tali selectione Microprosopi & Uxoris ejus. Quia nulla datur imprægnatio vel
onatus sine præcedanea copula.
. Sed post imprægnationem secundam modo dictam, non ulterius opus fuit no-
ula Patri & Matri, sed manet copula prior, post conceptionem pro adolescentia
prosopi & uxoris ejus: quæ inservit pro conservanda vita Microprosopi & Uxo-
, omniumque mundorum.
. Tres ergo species sunt copulandi in Patre & Matre, nec plures: duæ pro cor-
Microprosopi & Uxoris ejus: & una pro conservanda vita, inque usum alimento-
Et tres istæ species copularum pertinent ad mysterium copulæ inferioris, quæ est
ssus.

Cap. XXXIII. pars tertia.

1.

JAmque explicabimus copulam osculorum; cujus sunt quatuor species, quæ dividuntur in septem. Nulla enim est in mundo copula, quam non præcedat amplexus & osculum. Quare hinc sequitur, ad tres istas copularum species tres quoque pertinere species osculorum: præter oscula prima : quæ extiterunt ante secretionem Microprosopi & Uxoris ejus; ubi nulla adhuc erat Patris & Matris copula alia. Unde quatuor exsurgunt species osculorum: una est osculorum ab omni copula abstractorum: & tria copulationum oscula, quæ sunt quatuor.

2. Hæc autem in septem dividuntur hoc modo, quia oscula copularum semper sunt duplicia: nempe ante copulam pro conciliando amore : & altera durante copula, ut utraque copularum species tàm superior, quam inferior concurrat. E triplici ergo congressu Patris & Matris sex oriuntur osculorum species præter oscula prima, secretionem Microprosopi & Uxoris ejus, præcedentia, quippe quæ non sunt duplicia : omnes igitur sunt septem.

3. Jam repetendum, animam hominis in plures dividi partes: quæ sunt Vitalitas respectu Patris; Mens respectu Matris; spiritus respectu Microprosopi & Psyche respectu Regni. Et hæ omnes de genere mundi Emanativi : quibus analogæ dantur in mundis quoque tribus inferioribus.

4. Unde quæstio oritur, quomodo homini tribui queant notiones tàm sublimes; nempe Mens & Vitalitas, quæ altiores sunt, quam Microprosopus & Uxor ejus: cum ipse tamen creatura sit tot gradibus inferior, cui ne quidem dandus fuisset Spiritus à Microprosopo proveniens, imò ne Psyche quidem à Regno descendens.

5. Responsio autem ex eo peti potest, quod dicit R. Pinchas in præfatione ad Genesin in libro Sohar: quod nempe nulla sit anima, cum qua non prodeant duæ aves volantes; qui sunt Angeli. R. Schimeon Jochaides autem dicit, aves has esse quinque. Idem ergo contingit in Microprosopo: cum hic enim prodiret à Patre & Matre, cum ipso prodierunt aves atque animæ aliæ pro Angelis & hominibus. Quod ita tamen intelligendum, ut quamvis per illam copulam prodierint animæ hominum & Angelorum, id tamen idea quasi saltem fuerit illarum, quæ factæ sunt postea: quoniam hæ nondum erant perfectæ nec completæ, donec copularentur Microprosopus & Uxor ejus: tunc enim demum prodierunt per illam copulam. Radix tamen illarum è supernis erat à copula Patris & Matris; modo quod nondum in perfectionem deductæ fuerint, nisi post copulam Microprosopi & Uxoris ejus.

6. Quicunque ergo descenderunt è copula osculorum, ortum habent è copula omnium pefectissima & summa; unde hi nullo opus habent corpore; sed merè spirituales sunt. Sed qui descenderunt per copulam inferiorem congressivam, quæ cum corpore fit; illos vestiri oportet corpore, inque illo restitui hoc in mundo, per præcepta

operibus

operibus corporeis adimplenda. Ad mysterium ergo osculorum pertinent Angeli:& ad mysterium copulæ inferioris pertinent animæ humanæ.

7. Nihilominus tamen animæ justorum dantur , quam majores sunt Angelis. Quamvis enim à copula inferiore descendant ; attamen copulæ quædam dantur, quæ osculis majores sunt.

8. Nam copula pro impetrandis cerebris Microprosopi , major est quam copulæ reliquæ , & quam oscula ipsa. Ordinem igitur illorum breviter sic enarrabimus.

9. Ab osculis nempe primis omnem copulam,& ipsam electionem Microprosopi & Uxoribus ejus antecedentibus , descenderunt Angeli sancti, qui non mutantur in æternum , semperque persistunt : sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, ad illud, qui format ministros: &c. Angelos dari , quorum nomina in æternum non mutentur ; quique sublimiores sint omnibus Angelis reliquis. Et nihilominus dantur animæ justorum , quæ istis sunt majores:& hæ descendunt ab osculis copulæ pro conceptione ad impetranda cerebra. Quamvis istæ animæ non compleantur nisi per copulam subsequentem.

10. Deinde subsequuntur oscula prima pro conceptione prima Microprosopi.

11. Porrò sequuntur oscula secunda conceptionis primæ ejusdem. Oscula autem secunda præstantiora semper sunt quàm prima.

12. Deinde sequuntur prima pro conceptione cerebrorum causa : & postea secunda.

13. Deinde oscula prima copulæ pro vita mundorum , & tandem secunda ejusdem copulæ. Et species pro Angelis sunt prima, quarta, sexta.

14. Ordo igitur secundum excellentiam illorum , talis est. Primo sunt oscula secunda pro cerebris.

Secundò, oscula omnem copulam præcedentia.
Tertiò , oscula secunda, ante conceptionem primam.
Quartò, oscula prima conceptionis primæ.
Quintò, oscula secunda copulæ mundorum.
Sextò, oscula prima cerebrorum.
Septimò , oscula prima pro vita mundorum.

15. Species ergo prima, tertia , quarta & quinta , pro animabus fuit : sed species secunda , sexta & septima pro Angelis. Et quia Angelis opus non est ; ut ipsi veniant in statum copulandi : cùm tamen animabus eò descendendum sit: unde has vestiri oportuit corporibus. Et istæ sunt species animarum atque Agelorum è copula Patris & Matris descendentium.

16. His tamen omnino similes quoque dantur species in copula Microprosopi cum Rachele ; item in copula Microprosopi cum Leah : & præterea in copula Jacobi cum Rachele. Et hæc omnia in Emanatione. Eademque ratione hæc omnia quoque dantur in Creatione : item in formatione : nec non in factione. Unde patet , quam

plurimas esse species animarum & Angelorum multum à se invicem distinctas, quibus diutius non immorabimur.

17. Duplex tamen hic occurrit differentia. Multæ enim animarum species ortæ quidem fuerunt è copula mundi superioris: sed postmodum descenderunt; quædam gradu uno, quædam duobus, &c: ita ut multi sint descensuum gradus propter varietates corruptionum. Sic quoque dantur animæ, quarum radix ab initio fuit in illo loco, unde nunc in mundum prodeunt: & aliarum radix sublimior fuit, sed propter corruptionem descenderunt, atque nunc ex inferiore loco prodeunt: quæ non sunt unius generis. Nam illæ animæ, quæ radicem suam habent in Emanatione, & descenderunt in sectionem, illæ eousque restitui possunt & ascendere, donec perveniant ad copulam Emanativam, ibique maneant per totam vitam suam, ita ut non opus habeant revolvi. Quod contingit per mysterium orationis illius nocturnæ: *In manus tuas commendo Spiritum meum.* Quia tunc ascendunt sursum in copulam aliquam sublimiorem: ex qua prodit nova Creatura; donec ascendant usque in radicem suam. Atque tunc ascendunt interdiu per mysterium prolapsus in faciem matutini: tunc enim contingit copula Jacobi & Rachelis, quæ est uxor ejus fundamentalis.

18. Cujus autem radix est inferior, ille ascendere quidem potest per opera sua; ejusdem tamen ascensus tam magnus non est, atque gradus ejus primus fuerat: hinc non ascendit nisi noctu.

19. In eo tamen non conveniunt, quod omnes possint ascendere de gradu in gradum, usque in infinitum, modo vere applicent animum, & rite meditentur.

Cap. XXXIV.

Porta Prophetiæ.

I.

IAm de Prophetia & Spiritu Sancto loquemur, in quo nempe consistant & quomodo se habeant. Quamvis enim alibi de singulis jam actum sit: hic tamen in specie tradimus, unde habeant ortum, & quinam sint illorum gradus.

2. Sciendum ergo, quicquid ex ore hominis prodit, non posse esse vanum & frustraneum: Nihil enim in mundo est, quod aliquid quomodocunque dici potest, ne illo quidem sono excepto, qui prodit à vibratione baculi cujusdam, & similia, quod vanum sit & frustraneum, sicut dicitur in Sohar sect. Schelachlecha & in Tikunim suppl. 21. 23. & 25. Item suppl. 20. fol. 63: ubi dicitur quomodo super voce prodeunte ab ore hominis certæ exclamationes fiant & præconia ab Angelis, & ab animabus, & à gloria cohabitante. Qualia etiam reperimus in Sohar sect. Emor fol. 35. colum. 1. Et Pinchas fol. 229 col. 2; & 230 col. 2. ubi prolixè dicitur, quod ex omni verbo quidam creetur Angelus.

3. Quod si igitur homo justus est atque pius, studetque in lege, & precatur cum attentio-

ione; ex illis vocibus, quæ prodeunt ab ore ejus, creantur Angeli & Spiritus Sancti, mper durant atque persistunt.

4. Et isti Angeli sunt mysterium bonorum Dæmonum, qui varia homini annun-olent.

5. Omnia autem ab opere hominis dependent. Nam cùm ex Lege, in qua quis in Dei honorem, creatur Angelus, ille sanctus est admodum, & fide dignus in ous verbis ejus, veraxque & valde sublimis. Eodem modo si quis legat abs- errore & vitio; ille quoque Angelus talis pariter est, ut erroribus ubsit.

6. Eodem modo, si quis opus quoddam peragat secundum hoc vel illud præ- m; idque fiat prout decet, ex eo Angelus producitur admodum sanctus: & um deficit illi operi, tantum etiam deficit luci illius Angeli. Ubi certum ue est, illum Angelum, qui è lege creatur, majorem esse illo, qui creatur ere.

7. Atque hinc intelligi potest mysterium Angelorum illorum, qui homini an- nt futura, & secreta, & mysteria: quod nimirum fiant ex ipsis operibus illius ho- Quamvis & homines dentur, quibus planè nihil manifestatur: quæ omnia de- nt ab anima vel ab operibus eorum.

. Sunt ergo annunciatores omnino veraces: & hi fiunt è Lege & præceptis cum perfectione observatis.

. Alii vero annunciatores aliqua ex parte mendaces sunt: quamvis enim An- alis ipse sit sanctus, & factus sit è Sanctitate; nihilominus tamen ipse homo, cùm suo vel operi aliquid mali vel mendacii immiscet, in causa est, ut Angelus exinde s ex bono constet & ex malo: ubi bonum illud, quod in ipso est, eloquitur verba tis, malum autem in ipso contentum mendacia profert.

0. Dantur quoque Annuntiatores, qui facti sunt è mundo Factivo tantum: pe solum opus quoddam fiat absque attentione. Ita qui è Formatione proce- ortum habent à studio Legis simili. Et qui è Creatione ortum habent à me- nibus & cogitationibus super Lege & præceptis bono quodam opere observa- orum autem omnium juxta singulos modos factorum plurimæ sunt species ab in- diversæ.

1. Character autem ille, quem dedit Magister meus, unde sciri queat, an ver- is Annuntiatoris sint vera; hic erat, ut quis attendat, an ipse loqui soleat verita- & omnia faciat in Dei honorem, nec contraria loquatur vel faciat, sciatque ex- arcana Legis & mysteria ejus: istius hominis annuntiatorem talem esse, cui credi quique talem dare possit scientiam, è quali sit exortus.

2. Mysterium ergo Prophetiæ in hoc consistit, quod illa sit vox quædam demis- ernis, quæ loquatur cum Propheta illo. Eodemq; modô se habet Spiritus Sanctus.

Sed quia vox illa sublimis admodum est, & spiritualis, hinc per se corporeascere non potest, ut intret in aures Prophetæ: nisi prius vestiatur voce illa corporea, quæ prodiit ex ore istius hominis in studio Legis & Precibus, vel similiter. Talis si adsit, eâ vestitur vox illa superna, uniturque cum ea atque intrat in aurem Prophetæ, ut eandem audiat: absque voce hominis autem fieri illud nequit. In hoc tamen multæ occurrunt differentiæ. Sicut enim diximus, vocem illam supernam vestiri voce quadam ipsius Prophetæ: sic quoque contingere potest, ut eadem vestiatur voce justorum quorundam aliorum primævorum; vel etiam sibi coætaneorum: ita ut utriusque hujus generis voces ad Prophetam veniant, & cum ipso loquantur.

13. Alia porro hic occurrit species: quod nempe in homine occurrat vox, verbum, & halitus: hinc fieri potest, ut vox talis superior vestiatur voce, verbo vel halitu ipsius hominis; vel voce, verbo, vel anhelitu justi cujusdam alterius, ita ut ambæ hoc modo vestitæ cum ipso loqui possint, ut ipsi superveniat Prophetia.

14. Nunquam autem hoc fit per verbum aut vocem aut halitum justi cujusdam alterius, nisi hic sit de radice animæ ejus: vel nisi Propheta iste fecerit opus quoddam, juxta ritum justi illius: quare hic nunc accedit, & super eo quiescit.

15. Ut autem adhuc explicatius & citra errorem hoc intelligas, sciendum, vocem illam, vel verbum, vel halitum, unde jam facti sunt Angeli tales, & Spiritus Sanctus, eandem esse vocem, de qua hic loquimur, quod nempe sit vox illa superna Prophetiæ. Illa igitur vox supradicta jam accedit, & commiscetur cum ista voce moderna hujus hominis, quæ nunc ab eo prodit hoc ipso tempore, cum super ipso quiescit Prophetia. Sicut dictum est: *Et Spiritus Domini locutus est in me.* 2. Sam. 23. v. 2. *Et verba ejus in lingua mea sunt.* Quia Spiritus & Verbum prius, jam quiescit super lingua ejus; & ex ea prodit, & ex gutture ejus vox vel verbum aliquod prodit, & loquitur: atque sic hanc eadem audire potest. [confer Matth. 10. v. 20.]

16. Plures igitur sunt species: vel enim vox præterita ipsius vestitur voce ejus moderna: vel halitus præteritus verbo moderno inseritur, & sic similiter. Eademque ratione etiam vox justi cujusdam, cum voce moderna Prophetæ unitur, & sic juxta omnes species supradictas, ita ut modi quasi sint infiniti.

17. Differentia autem quæ inter Prophetiam est, & inter Spiritum Sanctum in hoc consistit: quod Prophetia sit à voce vel verbo præterito quod vestitur voce vel verbo vel halitu præsente: Spiritus Sanctus autem est ab halitu præterito, qui vestitur halitu præsente ipsius Prophetæ. Non autem probè memini, utrum halitus primus necessario requirat halitum præsentem, an vero etiam in voce vel verbo moderno esse possit. Hoc tamen certum est, illum non esse nisi ab halitu præterito, non vero à voce vel verbo præteritis: quia tantum species Spiritus requiritur. Differentia ergo inter Prophetiam & Spiritum Sanctum circa præterita potissimum consistit. Ut Prophetia sit vox vel verbum vel halitus temporum priorum ipsius hominis vel justorum aliorum: Spiritus Sanctus autem halitus tantum sit. Et quamvis omnes Prophetæ in generalibus conveniant, multæ tamen illorum sunt species, unde etiam Prophetæ non fuerunt æquales.

18. Mo

18. Moses ergo Magister noster super quo pax, Propheta erat è masculo: David autem è fœmina & Spiritu Sancto.

19. Cùm igitur vox vel verbum vel halitus ipsius Prophetæ vestitur voce vel halitu ejus moderno, is gradus sanè multò est major, quàm si vestiatur vox vel verbum vel hálitus justorum aliorum moderna ejus voce: quia hinc colligi potest vocem vel verbum vel halitum ejus non habuisse vim Prophetandi nisi eidem jungatur alius quispiam.

20. Moses ergo Magister noster super quo pax, speciem habebat omnium excellentissimam, eo quod vox ejus prior vestiretur voce ejus præsente: ita ut utraque vox prior nempe & posterior ipsius essent propriæ; nec opus haberet aliis. Præterea quoque hoc confert ad excellentiam ejus, quod tam primus quàm ultimus modus de genere vocum essent: notum autem quod vox major sit verbo, & verbum halitu.

21. Post Mosen secundo gradu est Schmuel Propheta: sicut scriptum est Psal. 99. v. 6. *Moses & Aharon inter sacerdotes ejus, & Samuel inter illos qui invocant nomen ejus.* Sed Prophetia quidem Samuelis erat à voce ejus priore: sed non vestiebatur voce ejus moderna; sed verbo moderno. Ambo tamen motus erant ipsius, & hæc est species secunda. Postmodum sequuntur cæteri Prophetæ; sed nullus ipsorum talis fuit, ut vox ejus prior vestita fuerit voce ejus vel verbo moderno, ut de Mosche & Samuele diximus.

22. Ordo ergo Prophetarum hic est: Ut primum locum habeat Moses & Aaron; & deinde Samuel: Tandemque Prophetæ cæteri: quorum tamen multi fuerunt gradus, ut dictum est supra.

Cap. XXXIV. pars secunda.

1.

Jam ergo explicabimus mysterium Spiritus Sancti: Nempe supra jam dictum est, quod iste oriri nequeat à voce vel verbo præterito; sed ab halitu tantum priore: qui tamen esse potest vel ipsius hominis vel aliorum: itemque quiescere potest vel in voce vel in verbo vel in halitu moderno.

2. In hoc igitur genere David Caput fuit omnium; quia halitus ejus prior vestitus erat, ita ut de Mose dictum est in Prophetia.

3. Cæteri autem possessores Spiritus Sancti ortum habuerunt ab halitu justorum aliorum: inter quos multi sunt gradus. Ubi tamen dubium meum supradictum semper recurrit.

Cap. XXXIV. pars tertia

§. 1.

Jamque ordinem Prophetiæ aliter proponemus, & non per mysterium vocis vel verbi ut superius: Sed secundum locum cui eadem applicatur in supernis; utrum nempe id fiat in Microprosopo, an vero in uxore ejus. Et unde descenderint verba Prophe-

tiarum

tiarum, non attenta diſtinctione ſuperiore: quia omnia conſiſtunt in verbo tantum & ſermone.

§. 2. Quod igitur ad locum attinet, unde derivantur, & cui applicantur, & unde influxum hauriunt Prophetiæ; notorium eſt, quod omnes Prophetiæ, quotquot unquam fuerunt, deſcendunt à victoria & gloria: quæ dicuntur duo Prophetæ; item duo femora veritatis: Quia ſupra hos gradus nihil cognominatur Prophetiæ nomine.

§. 3. In Sohar autem reperimus, quod Moſes vaticinatus ſit è ſpeculo illuminato; cæteri autem Prophetæ è ſpeculo non illuminato. Jam notum eſt autem, quod ſpeculum non lucens ſit regnum: quoniam ibi nulla eſt Prophetia, ſed Spiritus Sanctus: eo quod Prophetia ſuperius ſit in victoriæ & gloriæ gradibus, & non in regno; nec etiam in fundamento: unde etiam reperimus, quod Moſche fuerit in victoria & Aharon in gloria: quamvis præterea etiam gloria tribuatur Moſi; unde apparet, quod & ipſe influxum habuerit à gloria.

§. 4. Ut autem hæc omnia explicemus, ſciendum, quod victoria, gloria & fundamentum in Microproſopo, contineant integram perſonam uxoris ejus juxta tres ejus triades, in quarum prima ſunt tres articuli primi, nempe corona, ſapientia, & informatio uxoris: Et deinde tres articuli medii, benignitas, ſeveritas & pulchritudo uxoris: & tandem tres articuli infimi, victoria, gloria & fundamentum uxoris.

§. 5. Moſes ergo Caput Prophetarum vaticinabatur de tribus articulis ſuperioribus victoriæ & gloriæ Microproſopi quoad partem ejus anteriorem. Samuel autem vaticinabatur à parte anteriore articulorum primorum victoriæ Microproſopicæ; quæ eſt dimidiata Prophetia Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax. Et quidem de medietate ejus ſuperiore; quia hic ſimul includebat gloriam. Et propterea dicitur æqualis Moſi; quamvis non plane fuerit ſicut ille; quia Moſes influxum hauriebat ab utroque gradu.

§. 6. Achias autem Schilonites vaticinabatur de duobus articulis primis victoriæ & gloriæ Microproſopi, ſed parte eorum poſteriore. Unde Achias Schilonites major erat Samuele caſu uno; minor vero caſu altero. Quatenus enim influxum hauriebat ab utroque femore victoria & gloria, eodem erat major; Sed quatenus à parte ſaltem poſteriore erat, eodem cenſetur minor: Samuel enim quamvis è victoria deſcenderet ſola, tamen applicabatur parti anteriori ejusdem: & hoc reſpectu major erat Achiá Schilonite.

§. 7. Sed Elias piæ memoriæ vaticinabatur de parte poſtica articulorum primorum gloriæ Microproſopi, & omnes reliqui Prophetæ deſcendebant à duobus articulis mediis & ultimis victoriæ & gloriæ Microproſopi; Nec non à toto fundamento Microproſopi. Duo autem articuli priores victoriæ & gloriæ celſiores habentur fundamento, ut explicuimus alibi, ubi egimus de Sapientia & informatione & matre intellectus, quæ altiores ſunt cognitione.

§. 8. Adhuc alia autem eſt Species Prophetiæ, quæ ab ipſa uxore derivatur, quæ dicitur ſpeculum non lucidum: Unde nempe hauritur influxus, qui à regno dicitur. Aharon ergo erat paranymphus Matronæ hujus, influxumq; ſuum aſſugebat ab ea. Et

quanta

quanta erat excellentia Mosis Magistri nostri super quo pax in Masculo; tanta erat Aharonis in fœmina. Sicut enim Moses accipiebat duos articulos priores à parte anteriore victoriæ & gloriæ masculi; Sic Aharon accipiebat influxum à duobus cerebris fœminæ eorumque parte anteriore. Quoniam duo cerebra fœminæ correspondent duobus articulis prioribus victoriæ & gloriæ Masculi ut notum est. Et hoc respectu æquales sunt Moyses & Aharon, sicut dixerunt Magistri nostri p.m.

§. 9. Sicut igitur multi sunt gradus Prophetarum à duobus articulis mediis, nec non à duobus ultimis victoriæ & gloriæ Microprosopi, partim quoad faciem anteriorem, partim quoad respectum posteriorum descendentium: Ita multi sunt Prophetæ alii quorum gradus spectant ad uxorem totamque ejus personam; exceptis duobus ejus cerebris à parte anteriore consideratis.

§. 10. Circa prophetiam autem Jehoschuæ in dubio versor utrum à fundamen- Microprosopi derivata fuerit; quia erat de tribu Joseph justi: an vero à parte posteriore duorum cerebrorum uxoris, ut dictum supra: Prout reperimus: faciem Jehoschuah fuisse ut faciem Lunæ, eumque vaticinatum esse per speculum, cui non est lumen; per quod intelligitur Luna, quod est cognomentum uxoris.

Cap. XXXV.

1. De sermone Avium notanda sunt sequentia: Quæcunque decernuntur in cœlis, decretorum more per præcones proclamantur in omnibus mundis: in specie autem in Mundo factivo. Eodemque modo omnia hominis peccata quæcunque à singulis committuntur, proclamantur per certum aliquod tribunal cui semper adjunctus est talis quidam Minister. Sed propter crassitiem aëris & nimiam altitudinem vox illa sublimis & spiritualis percipi hoc loco non potest. Cùm autem aves transvolant aëremque diffindunt atque separant, vox supradicta illac transire potest, & huc pertinet illud Ecclesiastæ X. v.20. *Quia avis cœlorum ire faciet vocem, & habens alas annunciabit verbum.* Volatu enim suo vocem illam deducit.

2. Dantur ergo aves quædam, quarum mussitationi & cantillationi vox supradicta applicatur, ita ut cum voce illarum simul transmittatur. Sed aliæ dantur quæ hoc aliter non efficiunt nisi volatu solo: & istæ sunt illæ, quæ nullum babent cantum, linguâque exoticâ easdem appellant aves mutas. In loco igitur supra allegato per avem cœli intelliguntur oscines, quæ vocem supradictam voce sua referunt. De mutis autem intelligenda sunt verba sequentia, quod nempe præditus alis annunciet verbum: Quia nimirum alis tantum utuntur, & annunciatio illarum tantum per signa fit silentia, ita ut solo volatûs sui motu vox illa innotescat.

3. Quamvis & Oscines interdum Cantu, interdum volatu vocem illam indicent.

4. Ut autem de avibus mutis aliquid superaddamus: sciendum illas ortum habere à Lilith interfectrice infantum, usum loquelæ nondum habentium: ubi omnes illæ animæ, præsertim si sint impiorum, adhærent illis avibus & strigibus: quæ causa est quare non habeant vim loquelæ.

5. Dantur etiam aves, quæ præfectæ ſunt ſingulari huic officio, ut decreta mala annuntient: quarum aliquæ præſunt peſti, & ſimilibus plagis. Aliæ autem lætum nuncium deferre ſolent: quæ pariter præfectæ ſunt negotiis pluribus diverſis.

6. Sed aves mutæ præfectæ ſunt neci infantulorum, quamvis etiam dominium habeant, ut ſciant nuncia quævis alia.

7. Corvus igitur ſemper mala denotat, & in ſpecie peſtem. Ex accidenti autem quandoque læta nuncia affert.

8. Milvus autem læta nunciat. Sicut & hirundo, præſertim ſi ceſſare debeat peſtis. Omni enim iſtius plagæ tempore hirundo non apparet.

9. Sic quoque vermes & muſcæ vel culices Sapientiam ſæpe annunciant, nec ullum eſt vivens in mundo, quod non annunciet aliquid, ne reptilibus quidem & ſerpentibus exceptis, nedum animantibus ſive parvis ſive magnis. Unde quoque nullæ reperiuntur aves, niſi illis in locis, ubi habitant homines: ut nempe iisdem annuncient transgreſſiones ſuas & accidentia. Hinc de vaſtatione ſanctuarii dicitur Jerem. 9. v. 10. *A volatili cœli usque ad jumentum transmigraverunt & abierunt*: quia nullus amplius ipſorum uſus fuit.

Cap. XXXV. pars altera.

I.

Scito ab illo tempore quo combuſta eſt Lex, tradita eſſe ſecreta ejus virtutesque ejus in manum corticum propter iniquitatem multam. Unde nulla eſt in mundo creatura, ne brutis quidem immundis, beſtiisque & avibus, aliisque tam ſerpentibus quam reptilibus exceptis; quæ non aliquid annunciare poſſint.

2. Dæmones enim & præfecti illorum ſciunt myſteria legis & arcana illius: Et dæmones illi inſerunt quædam ori illorum cantibusque & voci avium de profundis legis myſteriis: ita ut qui intelligit cantillationes illarum, intelligere queat multa legis arcana. Imo in hodiernum usque diem quidam hac pollent ſcientia, ut intelligant cantus avium & ſuſurros earum.

3. Sæpe hoc & aliter ſe habet: ita ut animæ quædam revolutæ in illis creaturis ſint, quæ adhuc ſciunt, ea quæ ſciverant antea; ita ut multa quoque futura ſciant: eo quod quædam audiant à voce præconiorum factorum intra velum (*tribunalium cœleſtium.*) Hæ igitur talia deinde annunciant.

4. Quandoque & alio caſu hæc fiunt, ut anima quædam juſti de mundo ſuperno hac veſtiatur figurâ & ſimilitudine; quam quidem realiter non habet; ſed oculis tantum ita apparet dum myſteria legis quibusdam revelat. Omnia hæc autem contingunt juxta ſtatum hominis audientis, ut aliquid hoc vel illo modo ipſi appareat. Interdum etiam duo homines ſimul adſunt, quorum unus conſpicere videtur ſpeciem avis, vel alius cujusdam creaturæ; alter autem formam aliam; prout nempe in hoc vel illo gradu conſiſtit homo.

Cap. XXXVI.

§. 1.

MAgister meus R. Jizchak Lorja beatæ memoriæ scintilla erat Mosis Magistri nostri super quo pax, R. Jizchak de Lathasch scintilla erat justi cujusdam priorum seculorum. R. Joseph Vital, scintilla erat Esræ scribæ: Et propter peccatum aliquod in priore revolutione commissum ad radicem sapientiæ veritatis (id est Cabbalæ) pertingere non potuit.

2. R. Moses Münz scintilla erat è Scheth filio Adami Protoplastæ. Filiorum Magistri mei alter scintilla erat R. Jeschebab scribæ: alter autem scintilla erat R. Crospadæi Senis. Oblitus autem sum, quisnam fuerit alteruter.

3. R. Mosche Jona erat Jochanan Sacerdos magnus: Et nunc prima vice revolutionem habebat in homine; quoniam hactenus semper fuerat in brutis & bestiis ferocibus.

4. R. Abraham Levi in se habet scintillam Jacobi Patriarchæ super quo pax, ortumque habet ex hepate Adami protoplastæ. In R. Mosche Alschich jam imprægnationem facit anima R. Schmuel Bar Nachmani: hinc magnus est orator, multosque composuit libros.

5. R. Joseph de Rulphaina mutatus est in canem nigrum diebus Magistri mei.

6. R. Mosche Corduero b. m. & R. Abraham de Witasch fuerunt Psyche & Spiritus Zachariæ filii Jehojadah: unde se invicem admodum diligebant. Frater meus R. Mosche Vital propter peccatum aliquod in revolutione priore commissum ad perfectionem istius Sapientiæ pervenire non est meritus.

7. R. Moscheh Bar Nachman, & R. Mosche Bar Majemon ortum habebant è mysterio duorum angulorum barba Microprosopi. Et quia in quolibet angulo locum habet nomen אל שדי, quod nomen eundem numerum atque nomen משה, hinc uterque habebat nomen משה. Nachmanides autem descenderat ab angulo dextro qui ex parte misericordiam includit; hinc in senio suo merebatur ad hanc sapientiam accedere. Maimonides autem ab angulo sinistro descendebat, ubi nil nisi judicia: hinc in hac sapientia nunquam studuerat.

8. Id quod spiritus annunciator dixerat R. Josepho Caro b.m. de filio ejus, quod esset anima Bezaleelis, id falsum fuit. Id autem quod eidem dixerat de R. Eliesere, quod Tyberiade sepultus sit stans, id verum fuit.

Cap. XXXVII.

§. 1. DE Goliatho, quod longitudo ejus fuerit cubitorum sex & unius palmi 1. Schm. 17. v. 4. notandum, quod mysterium sex illorum cubitorum pertineat ad cortices. Cortex enim Ruthæ erat Ophra (Mater Goliathi;) quæ etiam potuisset venire in sanctitatem, sed nolebat, Ruth. 1. v. 14. Sicut contigerat Leæ & Racheli; ubi Leah etiam veniebat in sanctitatem. Quamvis enim Leah delapsa esset in partem Esavi; tamen per

fletum suum redibat ad Jacobum. Sicut etiam acciderat Chavvæ primæ & Chavvæ secundæ; quarum hæc adhærebat Adamo. Sicut enim Chavva prima abibat ad externos; sic etiam fieri debuisset Leæ; Sed hæc tamen redibat ad sanctitatem, & inserta fuit Racheli. Eodem igitur modo facere potuisset Orpha; sed nolebat, & cervicem suam (עורף)obvertens abibat ad exteriores. Quicquid autem sanctitatis in ipsa erat, inserebatur in Ruth: Et quicquid mali erat in Ruth, inserebatur eidem. Sicut enim Rachel & Lea redigebantur in unam Synochen in Sanctitate: ita Sanctitas quæ erat in Orpha tota inserebatur in Ruth, unde dicitur, Ruth.4,11. *Det Dominus mulierem venientem in domum tuam sicut Rachel & Lea, quæ ædificaverunt ambæ domum Jisraël.* Ubi sensus est, illas duas connexas esse in unum quasi subjectum; cujus intuitu adhibetur particula שתהם. Idem quoque denotatur per voculam את האשה quod nempe sanctitas Orphæ inserta fuerit Ruthæ, quod probe notandum.

2. Quibus ita suppositis, ut veris, de Bohaso dicitur Ruth 3. v. 15. *Et mensus est sex hordei mensuras, & posuit eas super eam.* Ubi sensus est: quod sicut Lea habet (*supra se*) sex mensuras hordei à tergo Microprosopi, quæ sunt sapientia, informatio, cognitio, benignitas, severitas, pulchritudo: Cum ipsa consistat in gradibus imis quatuor, quæ sunt, victoria, gloria, fundamentum & regnum: Sic etiam Orpha potuisset accipere sex illas mensuras hordei ad instar Leæ: Sed nolebat; quare eædem dabantur Ruthæ. Unde dicitur: *Et mensus est sex mensuras hordei, & posuit super eam.* Quæ supra ipsam sunt reverâ, & eidem inserebantur, quoniam accipiebat partem illam sanctitatis, quæ debebatur Orphæ.

3. Ista enim obvertebat cervicem suam, & loco sex illarum mensurarum hordei, quæ sunt in sanctitate, eidem dabantur sex mensuræ hordei, quæ sunt in impuritate: Et hoc erat malum Goliathi; cujus mensura erat sex cubitorum & palmi; quæ ortum habebat è malo illo & scoriis, quæ fuerant in Ruth: nam זרת palmus eundem habet numerum ac nomen רות adjecta voce. Hinc mensura Goliathi erat sex cubitorum & palmi (Heb. זרת)

4. Hinc jam intelliges, quomodo occisus fuerit à Davide: quia etiam in his sibi hoc contra illud posuit Deus Ecclesiaste 7. v.15. Unus nempe è Ruth & alter ex Orpha oriundus erat: Ille erat ex ordinibus (Hebr. מערכות) Dei viventis 1. Sam. 17. v. 26 quæ sunt sex mensuræ illæ hordei, quas Boas posuit in Ruth. Iste verò è מערות sive pudendis Philistæorum, ibidem vers. 23. Quoniam Orpha denudaverat pudenda sua & expulsa erat inter dissolutos, hinc etiam vocatur Rapha, 2. Sam. 21. v.20. 21. Nec enim volebat benedictionem, ideoq; removebatur ab ea, unde ex ea prodierat Goliath nimirum de pudendis מערות Philistinorum: sic enim scribitur 1.Sam.17,23. Et non מערכות (sicut de Jisraëlitis dicitur v.26.) quod dicitur respectu matris ejus Orpha, quę deseruerat & contempserat sanctitatem, & ordines מערכות Dei viventis

5. Cùm igitur David videret, quòd Goliath non posset intrare in ipsos hosce ordines, quos contempserat Mater ejus; ipse eosdem sibi assumebat, quoniam iidem sunt quinque frusta lapidum, quæ accipiebat de torrente, quæ sunt benignitas, severitas,

tas, victoria, gloria & fundamentum; quæ desumebat à pulchritudine, quæ est torrens seu rivus. Lapides enim erant partes de natura rivi: sicut easdem reponebat in Bursa pastorum, & in pera, per quam etiam intelligitur pulchritudo, pera illa pastorum, ubi colliguntur omnia & fiunt unum. Et istæ sunt sex illæ mensuræ hordei, quas Boas ponebat super Ruth, quæ sese applicabat ad Schechinam. Et quia hinc fiebat lapis unus; hinc iste lapis percutiebat imaginem Dan. 2. vers. 34. & concidebat in faciem suam, & postea exhinc factus est mons magnus. Et quia David erat rubeus cum pulchritudine oculorum, hinc convertebatur ad eum (Goliath) eoq; viso fiebat leprosus; lepra enim pœna est & mysterium illorum qui maledicæ sunt linguæ, hinc David eidem dicebat 1. Sam. 17. v. 46. *Die hac concludet te Dominus in manu mea, qui nempe Probris affecisti ordines Dei supradictos.*

6. Hinc igitur intelligi potest, quare lapis nullibi impetum fecerit nisi in fronte, parte nimirum ultra sex cubitos elevata, locoque palmi qui annexus erat iisdem in cervice עורף respectu Matris ejus quæ vocatur Orpha.

7. Cumque videret Davidem venientem ad se cum baculo (Heb. מקל) [ipse enim erat de genere Amalek, qui est canis (inter cortices:) & אבן lapis, quo percutere David volebat canem hunc, eundem numerum habet atque כלב Canis: Unde cum videret appropinquantem ad se puerum hunc] putabat eum pertinere ad genus illius pueri, qui percusserat Amalekum; eique dicebat: Tu ne putas me esse Amalekum, Canem nempe illum, cum ad me venias baculis & lapide, & tu puer saltim sis? Ne hæ putes; quia ego Philistæus sum, & neutiquam mihi prævalebis. Adeoque probris afficiebat Davidem: & iste occidebat eum.

Cap. XXXVIII.

§. 1.

DE mysterio quare homo percutiatur in Sepulchro, alibi jam diximus plura. Quibus adjicimus & hæc. Nempe sicut homini nomen est de parte boni; sic etiam nomen habet de parte mali, & huc pertinet illud Gen. 2. v. 20. *Et vocavit homo nomina omni*, &c. Sicut emim nomina dabat iis quæ in sanctitate; ita etiam nomina dabat iis quæ inter cortices sunt. Cum igitur Adam peccaret, in causa erat, ut dimidiam Psychen acciperet homo de sanctitate, & dimidiam de parte corticum. Notum autem est, quod in mundo factivo malum prævaleat bono, nec eidem æqualiter sit permixtum. In mundo formativo autem partes utriusque sunt æquales, & permixtæ. In mundo autem creativo bonum prævalet malo, nec etiam æqualiter permixta sunt.

2. Quidam igitur homines psychen habent de mundo factivo, deque regno ejusdem: (adeoque de corticibus;) Quidam etiam Spiritum & mentem habent ex illo. Ex his quoad psychen nulla datur restitutio: cumque revolvuntur & pœnam suam luunt, tunc in supernis aquæ fœmininæ tantum elevantur pro copula pulchritudinis & regni: sicut dictum de Jerobeam & sociis ejus, quibus nulla est portio in mundo venturo, cum elevare nequeant aquas fœmininas, pro copula patris & matris.

 3. Qui

3. Qui vero non usque adeo mali sunt, ut talem mentem (è corticibus) acceperint, illi per pœnitentiam possunt restitui. Qui vero Psychen, Spiritum & mentem (è corticibus) accepit, illius ossa putrescunt, & caro ejus absumitur. Et huc pertinet exemplum Ruth & Orpha: ubi Orpha redibat ad populum suum, & ad Deos suos.

4. Et huc pertinet illud Eccles. 4. v. 5. *Stultus complicans manus suas, comedit suam carnem*: ubi intelligitur Spiritus: Et hi perdunt seipsos. Et pauci sunt hominum, qui à se separare possunt Psychen istam, in ipsa quoque terra Jisraelis. Et tales veniunt sub mysterio Davidis. Quilibet autem secundum opera sua vel justior fieri potest vel deterior.

5. In horum numerum etiam referendus est, quicunque est æmulus aliorum & Zelosus in rebus mundanis: Et huc pertinet illud Proverb. 14. v.30. *Putredo ossium est Zelus* Et huc pertinent etiam quæ de R. Achai &c. in Tract. Schabbath dicuntur. Qui enim habet zelum in rebus Divinis, de illis dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Non est Zelotypus vir cum uxore sua, nisi ingressus sit in illum spiritus purus.

6. Et quia in hanc materiam incidimus, paucula quædam de ea annectemus. Scito enim nomen יוסף & vocem קנאה Zelus, eosdem habere numeros: qui numerus etiam invenitur in Tetragrammato valoris 52 ter sumto: item in nomine אל quinquies repetito. אברהם nomen אל in se continet octies: ille autem refertur ad Microprosopum: & angulus barbæ ejus est in Regno illius. Corona enim est persona integra; & sic etiam Sapientia Sapientiæ ejus. De ipsa Sapientia autem eloqui nihil possumus, nisi è supernis deorsum descendendo, & sic per totum Macroprosopum. Regnum ergo consideratur ut Macroprosopus: & huic tribuitur nomen אלהים. Et sic etiam vox פאה i. e. angulus barbæ, numero suo par est nomini אלהים.

7. Tria autem sunt nomina אל; unum in fronte; & duo in angulis: & hæc sunt radices trium mundorum. Et primum est אל שדי: alterum אל יהוה & tertium אל אדני. De reliquis autem numerationibus nihil mihi traditum est. A tribus illis nominibus אל datur lumen, ad nomen אל, quod in facie est; quod procedit in tria Tetragrammata, quæ efficiunt duodecim literas, & assumto universo efficiuntur tredecim: quæ sunt tredecim efformationes Macroprosopi: quales in Microprosopo dantur novem. Reliqua quinque nomina אל descendunt in Fundamentum, ad quod refertur Joseph. Illud autem fit nomen אברם quod significat Patrem excelsi: & hæc est exsuscitatio ad copulam, de qua paulò post.

8. Ut autem ad propositum redeamus; nomen אל plenè scriptum numero suo refert 185. Qui numerus bis sumtus est 370, quæ sunt 370 illa lumina. Et hæc sunt, quæ à tergo elucent. Totidem autem etiam reperiuntur à parte anteriore. Nam si nomen אל exprimatur per literas צ מ; è מצפץ; plenè scriptas hoc modo: מם · צדי hinc fiunt 184, qui numerus bis sumtus additis integris vocibus sunt 370. ע ש. Et huc pertinet illud Jeschajæ 11. v. 8. שעשע *Delectabitur lactens super foramen aspidis.* Ubi prior illa vox numerum illum 370 bis refert.

9. Et

9. Et ficut in Macroprofopo bis extat 370: fic idem numerus reperitur in Matre llectus, ubi eft locus fufceptionis, &c.

o. Contra hæc עשׁ 370. lumina autem quæ in fanctitate datur in impuritate idem nuus עשׁ, quo denotatur vermis offa corrodens & putrefaciens. Et ficut in Sanctieft תולע vermis, quo pertinet תולעת שני vermis Cocci Exod. XXVIII, 5. 6. .XXXV, 25. XXXVIII, 3. &c. ubi intelligitur nomen אבגיתץ quod numero fuo rt vocem תולע, quem numerum etiam habet vox ונתן, item vox שור &c. & huc inet illud Jefa. XLI, 14. *Ne timeas vermis Jaacob.* Sic etiam in impuritate davermis , qui arrodit carnem hominis de quo intelligendum illud: *Stultus compli- manus fuas comedit carnem fuam.* Et huc pertinet & illud Jef. I, 18. *Si rubra fue- tanquam vermiculus.*

11. Quia ergo R. Achai F. R. Jofchiahu tam juftus erat, ut nullo zelo perfequer res mundanas, qui zelus provenit ab externis corticibus; hinc nullum in eo habelominium vermis exterior. Juftus enim in vita fua reftituere & corrigere poteft ia. Unde etiam David inquit; Pfalm. XVI, 9. *Etiam caro mea habitabit in fiducia.*

Cap. XXXIX.

uis contuetur occifos vel fufpendio enectos, multùm vitiat pfychen fuam, etiamfi l centum cubitis ab iisdem abfit.

Cap. XL.

Jizchak Sacerdos conteftabatur fe à Magiftro meo audiviffe, eundem qui à Rabbinis vocatur Caller, revera fuiffe R. Eliеferem, F. R. Schimeonis Jochaidæ.

Cap. XLI.

uidam, qui obligatus eft ad revolutionem, nafcitur pofthumus, ille revolvitur in illo lio fuo. Quod etiam fit per Myfterium Leviratus. Et hinc vocatur Doctor ille us Abbaja i. e. Pater: quia nempe in eo revolutus erat pater ejus. Quæ eft opinio raham Levitæ. De quo tamen dubito.

Cap. XLII.

Jirmejahu dignus fiebat ut effet janitor ad portam Scholæ cœleftis: Quia ipfum expulerant è Schola propter hanc quæftionem: Si pes unus ab extra, & pes unus ra confiftat; Quid tum? In qua tamen magnum continetur Myfterium. Intelligunım victoria & gloria pedes matris: Prima enim vice victoria tantum intrat; & gloextra permanet. Atque tunc locum habet quæftio illa: Si pes unus fit extra, & intra, &c. refponfum autem non accepi.

Cap.

Cap. XLIII.

R. Tarphon descendebat, quoad radicem suam à 288. scintillis, quæ sunt judicii. Nam literæ טרף è nomine טרפון, numero suo referunt 288 demta voce. Et duæ literæ ון quinquies sumptæ sunt 280. Qui etiam continetur in nomine טרפון.

Cap. XLIV.

De percussione quæ fit in sepulchro.

De percussione quæ fit in sepulchro, & de impiis quod ignorent nomina sua, notanda sunt sequentia. Omnes animæ primitùs comprehensæ erant in Adamo protoplaste ante peccatum, prout jam dictum est sæpius. Cum autem peccaret Adam, eo decidebant membra ejus: per quæ intelliguntur animæ illæ, antehac in ipso comprehensæ, quæ decidebant in cortices, ita ut in ipso non remanerent nisi centum cubiti, de quibus dictum est suo loco.

2. Porrò quoque sciendum, non omnes animas fuisse æquales: quæcunque enim membra illi peccato quod committebat Adam Protoplastes, profundius erant implicita, profundius etiam incidebant intra cortices, quam membra alia, quæ transgressioni non adeo erant vicina. Certum est enim animas alias majori pronitate, & deliberata magis animo peccasse, quam alias. Unde patet, quod pro ratione factarum in animabus corruptionum, eædem etiam magis vel minus profundè immersæ fuerint corticibus.

3. Deinde notandum quoque, quod à priore parum abludit, etiam in corticum genere, dari Adamum, qui vocatur Belial; in quo etiam membra sunt multa. Qualia igitur erant membra illa, quæ peccatum committebant, in Protoplastâ, in talia etiam membra partis impuræ abripiebantur illorum animæ, atque sic vestiebantur quasi & involvebantur corticibus illis. Quia nihil factum est casu, sed omnia speciali sunt providentiæ; Legitimoque pondere & mensura dimensa sunt omnia. Nec enim omnes cortices prævalere possunt homini; sed illi tantum qui pertinent ad locum, in quo facta est cujusvis corruptio, in corpore Adami Protoplaste per peccatum ejus. Unde patet eodem ordine immersas fuisse animas corticibus, quo ordine & gradu corruptæ fuerant suo quævis loco in Protoplaste.

4. Præterea illæ quoque animæ, quæ in Adamo Protoplasto remanebant, spoliabantur ornamentis suis, quæ habuerant ante peccatum, & vestiebantur corticum habitu & ornatu: ita ut nulla sit anima, cui non sit cortex singularis secundum gradum peccati sui, & secundum peccatum Adami Protoplastæ. Et iste Cortex vestis ejus atque involucrum est ac permanet per totam vitam ejus, nilque certius est, (quoniam in quolibet hominis anima est portio quædam sanctitatis:) quam quod eidem cortex quidam superinductus sit, tanquam larva quædam & tegumentum, unde dicitur Jerem. 59. v. 2. *Peccata vestra divisionem faciunt inter vos*, &c. Illa enim sunt vestimenta animæ, &

& hæc occultata est iisdem, ut illuminatio superna ad eam pertingere ne-
t.

;. Et hoc est mysterium illius impuritatis, quam serpens superinduxit Evæ & Ada-
k omni semini eorum: ita ut nullus hominum ab illa maneat liber; Quia omnes com-
ensæ fuerunt in Adamo: Quamvis enim non omnes æqualiter ad illud peccatum
urrerint; nemo tamen invenitur, qui non aliquatenus ejusdem fuerit particeps;
is quatuor quidem exceptis, qui nullum aliud habuerunt peccatum, sed tantum
ui sunt propter consilium serpentis, de quo jam diximus. Ratio autem mortis istius
st: quia id quod pertinet ad genus sanctitatis vocatur vita: alterum autem genus
tur mors. Quicunque ergo peccat, eidem adhæret genus alterum, cui est nomen
is: Quod propterea ab ipso tolli nequit, nisi per sepulturam, qua absumatur caro
in pulvere terræ: Ubi hæc mors ab ipso separatur.

6. Omnes ergo Cortices, omnemque spurcitiem quam in se derivat homo per
tum proprium, separare & emundare potest per conversionem pœnitentiæ: sed
tum Adami protoplastæ multas ob causas magnum nimis est, quæ hic enarrari ne-
nt. Hinc ne per pœnitentiam quidem multum separatur. Quamvis enim remissio
peccatorum, & sine dubio Deus pœnitentiam Adami Protoplastæ susceperit: im-
lities tamen illa & cortex qui cuivis adhæsit, ab eodem tolli nequit nisi post mor-
Hinc quatuor illi Amram (Pater Mosis) Benjamin (filius Jacobi,) Et Calab
ıs Davidis) Et Jischai (Pater Davidis, alii legunt Caleb & Josua. A quibusdam
additur Levi, qui non immixti fuerint peccato vituli,) quamvis fuerint justi per-
nihilominus tamen vis ista in tantum iisdem adhæsit, ut moriendum iis fuerit pro-
onsilium serpentis: quoniam necesse fuit, ut restituerentur & purificarentur ab iis-
epararetur cortex iste peccati Adami, cum quo cuivis adest cortex quidam de illa
itie serpentis. Et hic cortex ubique certa quædam scintilla est de uno vel altero
bro Adami Belialis. Et quilibet cortex nomen habet singulare & proprium. Sic-
m respectu sanctitatis scriptum est Psalm. 46. v. 9. *Qui posuit nomina in terra*: ita
lla ullibi detur res, quæ non proprium aliquod habeat nomen. Ita res se habet cum
ibus, ita ut quælibet illorum scintilla, & quælibet species nomen habeat designans
ı illum, cui insit (in corpore Adami Belialis) quia juxta Eccles. 7. v. 15. *Hoc contra
cit Deus.*

7. Quilibet ergo Jisraelita, præter nomen illud à parentibus sibi impositum tem-
circumcisionis suæ, habet nomen aliud. Hoc autem nomen est illud ipsum quo ap-
ur cujusvis hominis animæ. Nam nomen illud à parentibus cuilibet datum, quæ-
nima jam supra habet in throno gloriæ, eodemque illa in supernis appellatur. Non
ex accidenti hæc fiunt, sed Sanctus ille qui benedictus sit, nomen hoc suggerit &
ait ori parentũ, ut eo istum appellent. Hinc de R. Meir scribitur: quod, si cum ali-
nbulasset, inquirere solitus sit, quo vocitetur nomine. Et in textu illo allegato Psal-
. v. 9. Noli legere שַׁמּוֹת solitudines: sed lege שֵׁמוֹת Nomina. Nomen er-
o parentes vocant hominem, est nomen animæ ejus sanctæ.

ooo 8. Præ-

8. Præter hoc nomen autem adhuc aliud nomen quis habet illius nempe corti-cis, qui in ipsum derivatus est ab impuritate propter peccatum Adami. Unde patet, quod quilibet homo duo habeat nomina: unum de genere sanctitatis, & unum de genere im-puritatis.

9. Atque hinc intelliges, in quo consistat mysterium pravæ concupiscentiæ, quæ in homine est. Namque hæc nil est aliud, quam cortex ille derivatus ab impuritate se-pentis: & radicata est adhæretque radici animæ cujusvis hominis ex ipso tempore Ada primi: ita ut omnia quasi confermentata jam sint & commixta in massam unam. Quæ prava concupiscentia hominem ubique dirigit, eundemque inclinare potest pro suo ar-bitratu, cum ipsa se gerat ad instar veri Patrisfamilias.

10. Quod igitur attinet ad percussionem in sepulchro, res ita se habet, prout a-scribitur in Medrasch, (quod nempe, postquam discessit homo ex hoc mundo, Ange-lus mortis veniat, & sedeat super sepulchrum ejus, ubi statim intret anima ejus in corpus ejus, & ille hunc erigat super pedes suos, ut consistat in terra secundum staturam homi-nis, ubi porrò in manu illius sit catena sive virga, una medietate ferrea, & altera ænea, qua hominem verberet: ita ut primò dissolvantur membra ejus, & postmodum dissi-pentur ejus ossa, quæ deinde ab Angelis colligantur. Tertiâ autem percussione homi-nem redigi in pulverem & cinerem, ubi tunc redeat in sepulchrum suum. Quô judicio plectendi sint etiam qui planè justi sunt, & filii principum, & abortivi: excepto eô, qui moriatur in vespera Sabbathi, & qui moriatur in terra Jisraël.) Ratio istorum hæc est, quod nempe cortices isti non penitus unum sint cum anima, sed potius inhæreant Psy-chæ, quæ magis ad corpus accedit, unde anima cum corpore unitur, atque sic excutiatur baculo ferreô, prout cum quis pulverem excutit è veste sua, eamque percutit ad ex-cutiendam impuritatem eidem adhærentem. Quod tàm diu fit, donec sensim ab ho-mine tollatur illa spurcities. In eo tamen non omnes homines sunt æquales: quoniam justi, qui in vita sua pœnitentiam agunt, & bonis operibus student, seipsos excutiunt in vita sua, istumque corticem à se separant per dolores & cruciatus, quos in hac vita tu-lerant: item per studium Legis, quo debilitantur vires hominis usque adeo, ut in per-cussione in sepulchro facienda parum tantum in eo restitet separandum. Omnem enim in vita sua tollere posse impossibile est. Unde à percussione hac in sepulchro nemo est liber, nisi qui singularia illa præcepta à Magistris nostris bonæ memoriæ tradita obser-vet. Totus igitur mundus ex æquo ad percussionem hanc in sepulchro patiendam obli-gatus est: exceptis justis, in quibus parum saltem superest, quod ab iis separetur. Impii autem expurgatione opus habent majore, multisque & majoribus doloribus, donec im-puritas hæc ab ipsis separari queat. Quia quo magis iis adhæret, & annexa est spurcities ista, eò majore opus habent percussione; ut per eam quilibet expurgetur secundum gra-dum suum. Et hæc est vera ratio, quare percussio fiat in sepulchro.

11. Audivi autem à Magistro meo, quod & ipse à Sapiente quodam alio intel-lexerit, eum, qui sepeliatur die sexta post horam quintam, liberum quoque esse ab ista sepulchro percussione; quia sanctitas Sabbathi eundem liberet ab omni cruciatu. Myste-

rium

um autem in eo latet, quod ubi in Genesi de die sexta sermo est in voce הַשִּׁשִּׁי litera
ī it redundans præ diebus cæteris. Ab illo enim tempore & porrò jam computatur Sab-
um. Et Magister meus mihi videbatur ejusdem esse opinionis.

12. Quod autem dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, impios ignorare nomen
um & propterea multis plagis percuti, donec dicant: Testes invocamus Cœlum atque
rram coram Creatore mundi, quod ignoremus nomina nostra: id primo intuitu pa-
doxum omnino videtur: Quid enim refert, utrum sciant nomina sua an minus? Et
uare propterea tot afficiendi sunt plagis, donec cœlum atque terram advocent testes,
ignorare nomina sua. Scito autem, quod in mundo hoc scire atque cognoscere po-
issent, quodnam sit nomen illius corticis impuritatis suæ. Ubi simul perspexissent ex il-
o nomine, cujus ille fuisset generis, & è quo membro corticum fuisset desumtus: ubi de-
nde eundem potuissent corrigere, si nempe scivissent locum corruptionis suæ, adeo-
ue & modum eandem restituendi, ut ita cortex ille in vita sua ab iis fuisset separatus:
nde non opus fuisset istâ in sepulchro percussione. Adeoque omnia dependent à co-
nitione nominis illius corticis; quod est nomen illud cuivis homini impositum re-
pectu corticis sui proprii, ut dictum supra. Atque hinc intelliges, quid sibi velit,
uod impii ignorent nomina sua. Sensus nimirum est, justos non opus habere, ut sci-
nt nomen hoc, quia per bona sua opera corticem hunc à sese expoliunt atque tollunt.
mpii autem, qui nihil omninò fecerunt, pro detrahendo à sese isto cortice, multô
abore hanc demum separationem sustinent, mediante percussione in sepulchro: Un-
e propterea plagis tam ingentibus percutiuntur, quod ignorent nomina sua: nam si
a scivissent, facilius etiam expurgare & separare à sese potuissent hunc corticem. Hoc
rgo corticum nomen ab iis exquiritur; & hoc nesciunt: nec intelligendum est hoc de
omine ipsorum proprio.

Cap. XLV.

I.

IN Gemara tract. de Sabbatho dicitur, animam per duodecim menses ascendere atque descendere: exactô autem mense duodecimo ascendere quidem animam, sed non descendere amplius. Ad hæc narrabat mihi R. Jizchak Sagisch, se audivisse à Magistro meo, quod septimana ultima mensis duodecimi, quamvis homo quidam mortuus sit die quodam profesto illius septimanæ, tamen Sabbatho illo præcedente hanc septimanam ascendat, nec descendat amplius: licet postea inter Sabbathum hoc & diem mortis ejus anni præteriti adhuc intercedant tres vel quatuor dies alii. Anticipari igitur ascensum hunc die illo Sabbathi; quia nempe tunc tempus sit ascendendi genuinum pro omnibus animabus: completaque semel ascensione, neminem redire ad descensum.

Cap. XLVI.

1.

TOta animarum universitas exprimitur numero sexaginta myriadum: Lex autem radix est animarum Jisraëliticarum: hinc istius quoque expositiones ad sexaginta myriades ascendunt, Et quælibet istarum explicationum est radix alicujus animæ Jisraëliticæ. Futuro autem tempore quilibet legere & intelligere poterit secundum illa explicationem, quæ concernit radicem animæ suæ, per quam nimirum creatus est. Atque sic etiam in Paradiso contingit.

2. Dantur autem animæ quædam, quæ continent explicationes multas: & anima Mosis Magistri nostri, super quo pax, continebat omnes sexaginta myriades animarum; quare etiam sciebat omnes sexaginta myriades explicationum.

3. Hinc nocturno tempore, cum anima sub somno ab homine exit, ille, qui dignus est, ascendit, ibique audit atque legit eandem explicationem, quæ pertinet ad radicem suam. Multi tamen sunt casus, ut una nocte majus lumen oboriatur in anima ejus circa hunc textum; & alia nocte circa textum alium: Et hæc omnia secundum opera ejus.

4. Magister autem meus videre poterat in homine, super quo textu accepisset illuminationem pleniorem: atque tunc hunc textum eidem interpretabatur secundum explicationem eidem debitam, & animæ ejus. (Videre enim hoc poterat in fronte cujusvis:) ita, ut si eundem legeret interdiu, anima ejus ascendere posset in infinitum, eique manifestarentur res aliæ; quamvis corpus illius hoc non sentiret.

5. Sexaginta autem Myriades harum explicationum procedunt juxta Methodum sensus literalis, allegorici, Moralis & mystici seu Cabbalistici: quia nulla est anima ad quam non pertineant hi omnes.

Cap. XLVII.

1.

NOcte quadam in somnio mihi apparebat Rabh Jeba Senex, mihique dicebat: Psalm. 31. v. 20. *quam multa est bonitas tua quam occultasti timentibus te.* Ubi literæ initiales textus istius Hebraici מה רב טובך אשר eundem habent numerum, quem nomen רמי Doctoris cujusdam Gemarici: Id quod mihi etiam dicebat, me tamen non intelligente. Pergebat autem dicendo: Abi ad Magistrum tuum, & hic docebit te. Mane igitur cum surrexissem, somniumque Magistro meo narrassem; hic mihi respondebat, intentionem ejus fuisse, quod Rami Bar Chama ortum habuerit è copula portæ primæ trium portarum cognitionis supernæ: Nomen enim Rami significare excelsum ad denotandam cognitionem supremam. Numerum etiam רמי eundem esse cum numero vocis נר lucerna Domini. Unde cum in Gemara Tractatu Bava lathra Cap. primo, Rabh Chisda interrogaret filiam suam, utri nubere vellet è duobus his, qui erant Rami Filius Chama, & Rabba? Illa respondebat, utrique. Quod etiam eveniebat. Atque tunc Rami erat primus & Rabba ultimus. Nam Rabba erat de genere copulæ portæ ultimæ è tribus portis cognitionis supernæ.

2. Datur

2. Datur autem non tantum רם excelsus, sed & מר, amarus, quæ sunt eædem literæ. Vox ergo Ram denotat portam summam, & vox Mar portam ultimam. Unde Chiskijahju Rex Jehuda; qui ortum habebat è porta ultima exclamabat Jesa. XXXVIII. מר לי מר *amarum mihi, amarum.*

3. Elihu autem Filius Beracheel è Familia רם, descenderat de genere medio: Mihique Chaim exiguo videtur, quod Elihu fuerit de genere trium mediarum.

4. Elkana autem Propheta erat de generibus mediis portarum cognitionis supernæ: Ille enim plus habebat quam unum excelsum, unde dicitur fuisse de Ramathaim, de duobus excelsis, 1. Sam. 1. v. 1.

5. Rami autem Bar Chama ortum habebat, de porta summa trium superiorum cognitionis: quare vocatur Chama: vox enim חמא Chama numerum habet 49. juxta numerum quadraginta portarum. Unde literæ vocum finalium initiales, scilicet צפנת ליראיו numerum habent 120, quot fuerunt anni Mosis, (qui per 49. has portas intravit.)

Cap. XLVIII.

Dixit mihi Magister meus, quòd Psyche habeat 613. scintillas: & totidem etiam spiritus: & totidem etiam Mens: qui omnes tantum sint discipuli Sapientum: Præter multas scintillas operatorum seu bonis tantum operibus studentium & plebejorum: Qui omnes tantum sint Rami radicis animæ illius justi: præter species alias ab ipso dependentes; quæ omnes ab homine sint restituendæ, & ad bonum reducendæ.

2. Idem dicebat mihi in fronte hominis lucere viginti duas literas parvas de genere Psyches. Et si homo mereatur accipere spiritum, viginti duas literas illas esse medias: Sique acceperit mentem, viginti duas literas superaddi majores quæ pertinent ad matrem intellectus. Sique luceat in fronte vox aliqua, in qua sint duæ literæ æquales; tunc non lucere nisi literam unam: Ita ut ex. gr. de voce חיים non appareat nisi חים. Quod etiam in pectorali Sacerdotis magni sic evenit, ut literę duplicatę non apparuerint.

3. Idem dicebat mihi, quod in corpore hominis essent 248. scintillæ, & 365. aliæ pertinentes ad psychen: totidemque ad spiritum: & totidem ad mentem, ita ut ad singula præcepta singulæ pertinerent scintillæ. Scire autem poterat, quodnam Præceptum deficeret homini, eo quod hæc vel illa scintilla deficeret. Ubi deinde monebat singulos, quomodo eandem restituere deberent. Sciebat enim locum literarum quem haberent in cute vel in capillis, & in pilis minoribus.

4. Aliquando autem dicebat mihi, se vidisse in fronte mea tres literas אבג: ubi priores duæ debito quidem steterint ordine, tertia autem fuerit inversa. Interrogatus autem à me, quid hoc sibi vellet, dicere id mihi nolebat, postmodum autem dicebat: necesse esse, ut plura retribuerem bona patri meo. Hinc enim primas duas, quæ fuissent erectæ, nempe אב denotare Patrem: tertiam autem, quæ retributionis significationem habet, non fuisse rectam.

Cap. XLIX.

I.

IDem Magister meus ante mortem suam dicebat ad R. Jizchak Sagisch: Monendos esse omnes discipulos, ne nimium studerent in Sapientia hac; eò quod nondum satis essent perfecti: Unde fortassis fieri posset, ut inciderent in truncationem plantarum. Si que generatio fuerit digna se ipsum venturum eosque docturum sapientiam hanc in perfectione. Interrogabat autem ille, quomodo venire poterit Dominus ad nos dum sines erimus, ipse autem puer parvus? & respondebat illi; id vel in somnio futurum, vel interdiu vigilantibus, vel ullo quodam modo alio.

2. Cùm autem moriturus esset, præsens ipsi aderat R. Jizchak Sacerdos: Cui dicebat: Si digna esset generatio, eodem anno verum adesse finem. Eo quod à diebus R. Schimeon Jochaidæ finis nunquam esse potuerit, prout nunc. Recitabat autem versum illum Gen. 38. v. 5. *Et addidit adhuc, & peperit filium, & vocavit nomen ejus Schelah. Et erat in Chesib, cum pareret eum.* Moxque dicebat ei: Surge & propera foras: quia tu Sacerdos es (& pollui posses corpore meo), quia nihil amplius superest quàm ut abscedam. Eoque egrediente exibat Psyche Doctoris hujus magni per verum osculum.

Cap. L.

I.

DE unguibus dicere etiam solebat, quod diebus profestis lumen suum haberent à corticibus: sed vespera Sabbathina, postquam submerserit sese homo, eosdem lumen accipere à Sanctitate: & in illis multa cognosci posse. Finito autem Sabbatho, illa redire in statum pristinum.

2. Etiam pilos hominis sive in capite sint, sive in brachio, vel naso, plurima significare, vel colore suo, vel inclinatione sursum vel deorsum facta, vel longitudine sua, & sic similiter. Fundamentum tamen eorum esse in fronte. Et sic etiam in coloribus oculorum sese manifestare literas.

Cap. LI.

CUm ego exiguus Chajim venirem ad Magistrum meum, ut ab eo discerem hanc sapientiam, me secum abducebat Tyberiadem versus per mare in Cymba quadam parva. Cumque appropinquaremus è regione fenestræ Synagogæ veteris, bibere me jubebat, dicens: jam assequi poteris Sapientiam hanc, quia bibisti de fonte Prophetissæ Mirjam. Et ab illo tempore incepi comprehendere Sapientiam hanc.

Cap. LII.

I.

PRæceptor meus præceperat, ut ipsum baptizaremus post mortem suam in domo submersionum. Cum igitur ex hac vita discessisset, nos condiscipuli eundem depor-

taba-

abamus in locum ſubmerſionis. Et conſtituto corpore ejus in undas dicebamus: Ignoſcat nobis Dominus noſter, quod ipſum ſubmerſuri ſimus. Eodem autem momento ſeipſum inclinabat Capite ſuo & ſponte ſubmergebatur. Quod mirum eſt dictu.

Cap. LIII.

1.

Magiſter meus ſapientiam hanc ita eſt aſſecutus, ut primitus magno ſtudio legeret librum Sohar, multumque laboris inſumeret ſuper diſſertatione una, ut eandem intelligeret. Interdum enim integram ſeptimanam conſumebat, ſuper tractatu vel diſſertatione unicâ, ut verum aſſequeretur ſenſum atque lumen. Quandoque igitur dicebant ei: eum nondum rem tangere. Et majori ſtudio eidem incumbebat. Interdum dicebatur ei: Hæc quidem erat ſententia R. Schimeonis Jochaidæ: tibi autem profundius adhuc meditandum eſt, ſuper illo ſenſu.

2. Deinde autem ipſi apparebat Elias b.m! atque tum intelligebat, & aſſequi poterat omnia, tam magna quam parva, & omnes ſpecies ſapientiæ atque ſcientiarum, & tractatum R. Schimeonis Jochaidæ, quia vocatur Idra ſive area. Hæc enim Sapientia oretenus tantum fuerat tradita, donec uni vel alteri apparuiſſet Elias ex illis Sapientibus quales fuerunt R. Abraham ben David, & R. Moſche Bar Nachman uſque ad Doctorem noſtrum. Nemo autem ſic aſſecutus eſt ſapientiam hanc ſecundum veritatem ſicut ipſe, quamvis multi libri de ea ſint conſcripti. Unde monendus eſt quilibet, ne illos libros priores legat, quia verum Cabbalæ ſenſum non continent: Exceptis illis, quibus apparuit Elias.

3. Ipſe autem in Scriptura, in Miſchna, in Talmude, in diſcurſibus myſticis, & commentationibus intelligebat omnia, & quælibet explicare poterat variis ſenſibus, quatuor illorum explicandi generum, quæ includuntur in dictione פרדס & juxta Cabbalam veram: Prout commentationes ejus ſatis id ſuperque oſtendunt. Eodem quoq; modo intelligebat opus creationis; & opus vehiculi ſive throni Ezechielis; item ſermonem avium; & arborum; & herbarum; & inanimatorum ut lapidum; Flammarum ignis; & carbonum: item ſermonem angelorum & cantillationes avicularum. Ipſe etiam ſciebat, ſicubi ſpiritus aliquis bonus vel malus quendam ingravidaret: Et cum ipſis loquebatur, & ipſos ejiciebat. Ad ſe quoque adducebat animas hominum adhuc viventium; Cumque iis loquebatur pro lubitu, eosque iisdem reſtituebat. Videbat etiam animas è corporibus ſuis exeuntes, item in ſepulchris ſuis; & quando aſcenderent ſingulis veſperis Sabbathinis in Paradiſum: & loquebatur cum animabus juſtorum in ſtatu vitæ alterius degentium: & illæ eidem manifeſtabant omnia arcana regis. Porro etiam intelligebat Metopoſcopiam, & Chiromantiam, & ſomnia interpretabatur juxta verum eorum ſenſum: Prout & ſcire poterat, quænam anima eſſet in revolutione veteri, & quænam nova. Item ſciebat, quid decerneretur in cœlis & in terra. Et cognoſcebat e fronte hominis, quid cogitaret, vel quid ſomniaſſet, & quem textum legiſſet anima ejus dum aſcendiſſet in Paradiſum nocturno tempore. Et cuivis genuinam tradebat

bat explicationem ſecundum radicem animæ ejus. In fronte etiam legere poterat, quæ bona vel mala aliquis feciſſet, vel cogitaſſet: & cuilibet ſua dabat monita, quâ ratione reſtitui poſſet ſecundum peccata ſua. Et diſcipulis ſuis juxta naturam eorum propriam vel juxta radicem animæ eorum, quatenus in Adamo protoplaſte extitiſſent, monita dabat ſingularia, juxta quæ reſtitui poſſent. Multos etiam ſciebat errores, qui irrepſiſſent in libros. Percutere etiam poterat cœcitate, (ut ipſe fieret inviſibilis.) Sciebat etiam quid ſtudendum eſſet diſcipulis ſuis. Et plenus erat ſanctitate & urbanitate & humilis admodum, omniumque virtutum ſtudioſus, timensque peccatum, & amans Deum. Et omnia ea quæ ſupra eum ſciviſſe enarravi, exercere poterat omni tempore, hora atque momento; Quia omnia illa recondita erant in ſinu ejus, quod viderunt oculi mei, & nemo alienus.

Cap. LIV.

PRæcepit ſapientiſſimus & divinus iſte Cabbaliſta, luminare ſanctum R. *Chajim* Vital in teſtamento ſuo: Ut poſt mortem ſuam nudum eum deponerent in fundo ſepulchri, nullo interpoſito linteo: Et quidem ſtatim poſtquam efflaſſet animam ſuam. Addita hac ratione, ut ſi forte commiſiſſet peccatum aliquod lapidatione expiandum, hoc ſibi imputetur pro pœna.

FINIS.

ADUMBRATIO KABBALÆ CHRISTIANÆ,

Id est

SYNCATABASIS HEBRAIZANS,

Sive

BREVIS APPLICATIO DOCTRINÆ HEBRÆORUM CABBALISTICÆ AD DOGMATA NOVI FOEDERIS; PRO FORMANDA HYPOTHESI, AD CONVERSIONEM JUDÆORUM PROFICUA.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumtu JOHANNIS DAVIDIS ZUNNERI,
Cassitero JOH. PHIL. ANDREÆ.
ANNO M DC LXXXIV.

QUæro, non pono: nihil hic determino dictans:
Conjicio: conor: confero: tento: rogo:
Judæos capto: meliori tramite ductor
Si fueris, cedo: quæritur una salus.

KABBALÆ CHRISTIANÆ
CAPUT PRIMUM.
De variis universi statibus.

Kabbalista. Philosophus Christianus.

§. 1.

Abbalista. Nôsti, amice, nihil urgeri acrius, quam conversionem nostram; quam tamen nos statuimus impossibilem, quamdiu tantopere dissidemus in methodo proponendi dogmata, terminorumque utrinque necessariorum usu. Cum itaque intelligam, te dogmatum nostrorum Philosophicorum haud adeo esse ignarum, scire velim, an non inveniri queat hypothesis aliqua, cujus beneficio sive nos melius intelligere possemus doctrinam vestram; sive vos assvescere queatis modis loquendi nostris ænigmaticis.

§. 2. Philosophus Christianus. Rem proponis omnium difficillimam, meæque nec professioni, nec eruditioni, quam nimis scio exilem esse, convenientem. Suspicatus tamen nonnulla sum huic intentioni non admodum dissona, quæ si à felicioribus ingeniis elaborarentur, tuo forte satisfacerent desiderio. Vereor autem, ne vel in limine te absterreat scopus meus, qui eo tendit, ut non tantum infinita Dei erga genus humanum propensio atque bonitas illustretur; sed etiam persona illa, quæ nobis Messias dicitur, ejusque vita, quoad ejus fieri queat, exaltetur; nec non sincera ejusdem imitatio cultusque Dei purus promoveatur; adeoque hypothesis ista omnia sublimiorum studiorum & actuum sectatoribus commendabilis fiat.

§. 3. Kabbalista. Cuncta trutinabo; modo rem dimensus fueris totam & à primis rerum initiis, ad ultimos usque earum terminos telam pertexas. Objectum ergo tuum erit totum universum: quomodo illud definis?

§. 4. Phil. Christ. Totum universum nihil mihi est aliud, quam connexio causati, cum causa sua, seu principiati cum principio, quod Dei nomine vocamus.

§. 5 Kabbal. Ego qui ad symbolica magis feror, universum intueor ceu Academiam, ubi Doctor est causa causarum & Discipuli causata.

§. 6. Phil. Christ. Id perinde sit; cum re ipsa concordemus. Istius igitur connexionis sive Academiæ cùm non unus idemque semper fuerit status, hinc accuratius rem ipsam consideranti quatuor hic potissimum occurrunt diversitates: nimirum, primò status primævæ institutionis: secundò status secutæ destitutionis. tertiò status modernæ constitutionis: & quartò status postremæ restitutionis.

§. 7. Rabbal. Rectè. His enim statibus analogas dicerem non tantùm quatuor literas tetragramati; sed & quatuor istius nominis plenitudines: [videatur apparatus in librum Sohar, Tom. 1. Part. 3. pag. 113. 115.]

§. 8 Phil. Christ. Ego pergam. Status primus est, in quo Deus, Lux in sese simplicissima, produxit naturas creatas, ceu lumina secunda.

§. 9. Kabbal. Adde & hoc: easque in schola sua superna, uberrima cognitionis & dilectionis suæ luce beavit.

§ 10. Phil. Christ. Status secundus est, in quo creata hæc prima è gradu suo primigenio descenderunt.

§. 11. Kabbal. Ego sic dicerem: in quo naturæ productæ ceu vasa; nimia luce sublimium meditationum obruta, confracta & delapsa, nec non putamina sive fragmenta exorta sunt.

§ 12. Phil. Christ. Status tertius est; in quo lapsæ sunt animæ humanæ.

§. 13. Kabbal. Ego sic: in quo naturæ creatæ in alias divinæ cognitionis classes distinctæ fuerunt: è quibus tamen animæ per seductionem Satanæ similiter sunt ejectæ & corticibus implicitæ.

§. 14. Phil. Christ. Status quartus est, in quo per Messiam facta est restitutio.

§. 15. Rabbal. Hic ergo status erit erectæ per Messiam scholæ novæ, & restitutionis omnium post abolitos cortices.

CAP. II.

De statu universi primo sive primævæ institutionis, ejusque efficiente.

§. 1. Phil. Christ. Quoad statum primævæ institutionis causa prima, Deus scilicet gloriosissimus, consideranda est vel in se, vel extra se. [De natura Dei Philosophicè in se considerata videri potest Apparatus in Librum Sohar Tom. 1. Part. 3. Philosophia nimirum Kabbalistica, dissertatione prima per totum.]

§. 2. Kabbal. Nos eandem Dei naturam symbolice describimus, tanquam lucem infinitam, quæ adimpleverit omne Ubi, ita ut nullus in ea esset locus vacuus; sed eadem lux una quadam & simplici æqualitate ubiq; sibi fuerit similis. [Videatur Apparatûs suprà dicti Pars 2. Tract. 4. c. 2. p. 32.] admittuntnè hæc libri vestri Evangelici?

§. 3. Phil. Christ. Sanè hic modus loquendi etiam occurrit, 1. ad Timoth. 6. v. 16. ubi Paulus sic inquit de Deo [juxta textum Syriacum, qui scriptis vestris Kabbalisticis maxime est conformis; unde ut paulatim in Dialecto conformemur, aliquoties citationes ex illo instituemus.] ימר

ועמר בנהרא דאנש דאנש לא משכח דנתקרב לה :

Et inhabitat lucem, ad quam nemo appropinquare potest. Sic Johannes inquit 1 Ep.1. v.5.

דאל הא נוהרא הו וחשוכא כל כלה לית בה :

Quod Deus Lux est; & tenebræ prorsus nullæ sunt in eo. Et Jacobus ait, cap. 1. v. 17.

כל מוהבתא טבתא ומשמליתא מן לעל נחתא מן אבא דנהירא הו דלית לותה שוחלפא מרם אף לא טלניתא דשוגניא :

Omnis donatio bona & completa è supernis descendit, à patre luminum, apud quem non est immutatio ulla nec etiam umbra recessus.

§. 4. Kabbal. Hoc lucis summæ etymo autem denotatur actus quidam simplicissimus, sive talis, ubi inter centrum eradians & radios emissos nulla est differentia; sed omnia sunt centrum unum, ubique sibi simile.

§. 5. Phil. Christ. Hic actus autem aliàs nobis vocatur *Vita*: ut cum dicitur Joh.1.v.4.

בה חיא הוא וחיא איתיהון נוהרא דבני-נשא :

In eo (sermone scilicet) vita erat: & vita erat Lux filiorum hominis.

Idemque vocatur & *Spiritus*; ut cum dicitur, Johan.4. v.24.

רוחא הו גיר אלהא :

Spiritus est enim DEUS.

§. 6. Omnes autem hæ appellationes Deo tribuuntur secundum excellentiam; quia incomprehensibili quodam gradu secundum hos concipiendi modos omnia producta superat.

§. 7. Quamvis autem conceptus hi omnes, & inprimis denominatio Spiritus, naturæ sint abstractissimæ, ita ut Deus per illos considerari possit citra ullum concurrentem respectum alium, secundum quid tamen potentiam quandam in se involvunt sese exerendi. Lux enim est natura, quæ illuminare potest alia: vita, vivificare potest aliud quid: Actus, actuare potest, aliud quid & sic quoque Spiritus tacite involvit spirationem quandam: ut de natura Boni nihil heic dicam; quæ tamen necessario inest enti huic entium, juxta illud Matth. 19. v.17. לית טבא אלא אן חד אלהא :
Nullus est bonus nisi unus DEUS. Unde communicabilis κατ' ἐξοχήν.

§. 8. Hæc autem Communicabilitas DEUM repræsentat partim ut cognoscibilem; partim ut amabilem; & in actum deducta est per Creaturarum productionem juxta quam Deus quadantenus considerari potest extra se.

§. 9. Circa hanc autem productionem consideranda sunt primo, Efficiens; secundo; Medium: tertio Productum; & quarto Finis.

§. 10. Kabbal. Efficiens istius productionis, id est, ipse Deus ille infinitus, in hunc finem ut creaturis locum concedere posset, quæ alias infinitam vim lucis ejus sustinere non potuissent; subtrahendo diversos præsentiæ suæ gradus, spatium quoddam intra sese certo modo evacuavit; quod nos appellamus *constrictionem.* [videatur Apparatus Part.2.tract.4.cap.2.pag.32.33. & Part.1.p.665.it Part.3.p.70. p.100.seqq.] admittitne hoc Philosophia vestra?

§. 11. Phil. Christ. Sano sensu id videtur admitti posse: cumque hoc non illud tantum convenit, quod Deus dicitur LOCUS: sed & quod Paulus dicit, Actor. 17 v. 28.

מה הו ג׳ר חיינן ומתתזיעינן ואתין:

In eo enim ipso vivimus, movemur & sumus. Atque in isto spatio primum producta est Anima Messiæ, cujus amplitudo tanta, ut totum hoc spatium occuparet.

§. 12 Kabbal. Imo hæc ipsa sui subtractio est formalis ratio immediatæ hujus Creationis; cum per hanc concipi queat præparatio illius vasis, in quod deinceps communicando influeret Divinitas, [videatur apparatûs supra dicti Pars 3, pag. 111.]

§. 13. Phil. Christ. Isthæc dijudicent alii, qui sive emanationem hic præferunt, sive productionem ex nihilo.

Eidem autem Animæ Messiæ influendo se communicavit lucis Divinæ gradus summus, quæ nostratibus dicitur Natura Messiæ Divina. Adeoque quod vobis dicitur Adam Kadmon, nobis vocatur Christus: quod subjectum in hac unione consistens, erit supremus ille Academiæ tuæ Divinæ Director: hoc enim mediante deinceps intra eundem Adamum primum seu Messiam, productæ sunt creaturæ reliquæ, per certos ordines distributæ, beatæque illi informationi submissæ.

Illarum conditionem generalem conciperem fuisse talem: ut ceu centra existerent, quædam ampliora, quædam strictiora: seu potius globi tales modo majores modo minores ad puncti exiguitatem usque; quibus facultas esset à creatione sibi indita, sphæram emittendi luminosam, eandemque sive ampliandi sive restringendi, secundum varios sive primæ constitutionis, sive proprii moderaminis gradus: & ita quidem, ut istæ sphæræ sese invicem penetrare possent.

Ipse vero Adam Kadmon seu Messias, ulteriores intra & infra se disposuit Divinitatis dispensationes, quæ in libro Zeniutha & Idra utrâque latius describuntur.

§. 14. Kabbalista. Hic autem notari velim in genere, omnem hanc, quæ de Deo hic dicitur atque dicetur, varietatem, sive multiplicitatem apparentem, nihil aliud inferre, quam varios illos manifestandi gradus, pro subjectorum contemplantium varietate exortos; unde tot luminum in Kabbala diversitates, & tot in divinis membra & nomina. Sicut enim solare lumen in se unum quidem est, ob variam tamen objectorum illuminatorum applicationem, varias sortitur luminositatis & colorum denominationes; partim secundum planetas reflectentes, partim secundum Globi motum & obstaculorum pluralitatem atque qualitatem discrepantes: sic & in Divinitate. Unde quamvis nulla gens in multiplicandis istis in Deo varietatibus sit prolixior quam nostra; nulla tamen etiam unitatem illius acrius atque vehementius urget.

CAP. III.

De Medio primævæ productionis seu Adamo primo.

§. 1. *Kabbalista.* Nunc in specie disquirendum est, quomodo in statu hoc primo è dogmate nostro appareat Trinitas vestra, & qua ratione ea, quæ à nostratibus tribuuntur Adamo primo, applicari queant ad Messiam vestrum?

§. 2. Phil. Christ. In statu hoc primo Deus ipse infinitus intelligi potest, per nomen Patris, quo scripta Novi Fœderis nostri tam sæpe utuntur. Lux autem ab Infinito in Adamum primum sive Messiam per canalem immissa, cumque ipso unita, applicari potest ad denominationem Filii. Et influxus ex hoc versus inferiora demissus referri potest ad characterem Spiritûs Sancti.

§. 3. Eademque concipiendi ratio etiam obtinebit post statum ultimum, cum omnia redibunt ad primum sui fontem, sicut loquitur Paulus 1. Cor. 15. vers. 28.

ומא דאשתעבד לה כל הידן הו ברא נשתעבד להו דשעבד לה כל דנהוא אלהא כל בכל:

Et cum subjecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius subjicietur ei, qui subjecit ipsi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

§. 4. Sed in statibus intermediis conceptus Patris, Filii & Spiritus Sancti competant gradibus aliis Emanativis inferioribus: prout haut rarò scripta vestra *Kabbalistica* dicunt: ob lapsum, gradus insigniter descendisse; & aliquando temporibus majoris illuminationis eosdem iterum ascensuros: Quemadmodum etiam ascendere dicuntur diebus festivis & sabbathis.

§. 5. *Kabbalista.* Nimirum ibidem sensus non est alius, quam Animas, licet ad certas collegiorum Academiæ cœlestis classes pertineant, tamen quandoque subsistere in statu tam profundo, ut gradus obortæ ipsis manifestationis, verbi gratia, primus, claritate vix par sit decimo vel vicesimo: sicut lux meridiana incarcerato tanta saltem est, quanta aliis lux crepusculi. Eosdem autem nostrates statuunt quandoque altius rursus elevari, eâdemque claritate objecta inferiora contemplari, quâ elevatiores tempore ordinario contemplentur objecta superiora. Nam aiàs notum est, quod ipsa Divinitas in se sit immutabilis.

§. 6. Phil. Christ. Huc referri posset, quod Christus dicit Matth. 16. vers. 27.

עתיד הו גיר ברה דאנשא דנאתא בתשבוחתא דאבוהי וג'

Futurum est enim, ut Filius hominis veniat in gloria Patris sui, &c. Et Marc. 8. v. 38

כל גיר דנבהת בי ובמלי בשרבתא הדא חטיתא וגירתא ואף ברה דאנשא נבהת בה מא דאתא בשובחא דאבוהי עם מלאכוהי קדישא :

Quisquis enim turpitudinem agnoverit in me & sermonibus meis in generatione hac peccatrice & adultera, filius quoque hominis turpitudinem agnoscet in eo, cum venerit in gloria patris sui, cum Angelis ex suis sanctis. Conferatur Luc. 9. v. 26. Ubi similis ascensus intelligi posset.

§. 7. Hoc etiam sensu intelligi potest Locus Joh. 1. v. 14. ubi dicitur:

ומלתא בסרא הוא ואגן בן וחזין שובחה שובחא איך דיחידיא דמן אבא וגו'

Et verbum caro factum est, & habitavit inter nos, & vidimus gloriam ejus, Gloriam quasi Unigeniti qui (productus est) *à Patre. &c.* Hoc enim in statu filius revera unigenitus erat; cum in statibus cæteris à Patre generata dicatur à vobis Filia sive Regnum. Huc etiam refero locum Joh. 1. v. 18.

אלהא לא חזא אנש מן מתום יחידיא אלהא הו דאיתוהי בעובא דאבוהי וגו'

Deum non vidit homo unquam; Unigenitus Dei qui est in sinu Patris sui, &c. Ubi per unigenitum, qui est in sinu Patris sui, commode intelligi potest Adam Kadmon, qui à vobis locatur in sinu infiniti. Atque id quasi ordinarium est vestratibus, quod nomina personarum Divinitatis, per omnes mundos distribuant. Sic Joh. 4. v. 23. 24. idem DEUS, infinitus scilicet, qui à Christo vocatur Spiritus, paulò ante vocatur Pater. Item Joh. 5. v. 26. Christus dicit:

איכנא גיר דלאבא אית חיא בקנומה וגו'

sicut enim Patri est vitam in semetipso &c. Quod secundum excellentiam pariter intelligi potest de Infinito.

§. 8. Kabbal. Unde autem colligis, quod substantia illa, primitus producta, sit Messias vester?

§. 9. Phil. Christ. Ex loco Pauli Col. 1. v. 15. Ubi de Christo dicit:

הו דהויו דמותא דאלהא דלא מתחזא ובוכרא דכלהין בריתא :

Qui est Imago Dei invisibilis, & primogenitus omnium Creaturarum.

Hæc enim Messiæ Anima statim ab initio productionis suæ unita fuit cum Luce Divinitatis sibi communicata: & quidem unione tam intellectus, quæ consistit in contemplatione; quam unione voluntatis, quæ consistit in amore. Et hæc omnia in gradu excellentissimo sub universalitate tam partium, quam actuum.

§. 10. Kabbal. Jam porro indagabimus, an ex scriptis vestris etiam erui possint illa attributa, quæ nostrates Adamo primo adscribunt. Primo enim de eo dicitur, quod sit principiatum unum à Principio seu causa una productum. [videatur Philosophia Kabbalistica supra allegata pag. 31.]

§. 11. Phil. Christ. Eodem modo de Messia in Evangelio dicitur, quod sit ידידיא דמן אבא וגו' *Unigenitus, qui* (productus est,) *à Patre.* Johann. 1. v. 14. Item: יחידיא אלהא *Unigenitus Dei:* ibidem, v. 18. Et Johann. 3. v. 16. הכנא גיר אחב אלהא לעלמא

לעלמא איכנא דלברה יחידיא נתל וגו׳

Sic enim dilexit DEVS mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, &c. Et idem v. 18.

דלא הימן בשמה דיחידיא ברה דאלהא :

Quia non credidit in Nomen Unigeniti Filii Dei. Item 1. Johann. 4. v. 9.

בהדא אתירע חובה דאלהא דלותן דלברה יחידיא שדר אלהא וגו׳

In hoc enim innotuit Dilectio Dei, qui est erga nos, quod Filium suum unigenitum misit Deus. &c. Et Marc. 12. v. 16. de eo dicitur:

לחרתא דין חד ברא חביבא אית הוא לה וגו׳

In fine autem unus Filius dilectus erat ei. &c.

§. 12. Kabbal. Secundò dicunt nostrates, quod Adam Kadmon sit instrumentum & medium ad omnia principiata subsequentia. [Philosophia Kabbalistica pag 32.]

§. 13. Phil. Christ. Sic etiam de Filio Evangelico & Messia idem dicitur, nimirum;

כל באידה הוא ובלעדוהי אף לא חדא הות מדם דהוא :

Omnia per manum ejus facta sunt, & sine eo, ne una quidem (res) fuit, quæ facta fuit. Joh. 1. v. 3. Et Ephes. 3. v. 9. Paulus dicit, *quod DEVS omnia creaverit per Iesum Christum.* Quamvis hæc verba, *per Iesum Christum* in textu Syriaco non reperiantur. Idem tamen evincunt & loca alia; ut cum Paulus dicit Col. 1. v. 16. seq. de Filio Dei dilecto:

ובה אתברי כל מדם דבשמיא ובארעא כל דמתחזא וכל דלא מתחזא אן מותבא ואן מרותא ואן ארכוס ואן שולטנא כל מדם באידה ובה אתבריו : והויו דמן קדם כל וכל מדם בה קאם :

Et per eum creatum est, quicquid est in Cælo & in terra, quicquid conspicitur, & quicquid non conspicitur; sive throni [qui alias appellantur Mercabboth] sive dominationes, sive Principatus, sive Potestates; Omnia per eum, & in eo creata sunt. Et is est, qui fuit ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Sic Heb. 1. v. 2. De hoc Filio dicitur:

ובה עבד לעלמא :

Et per eum fecit mundos. Quatuor nempe systemata vobis Kabbalistis notissima. Et huc etiam refero quod Gen. 1. v. 1. dicitur בראשית *Per Principium* (i.e. Messiam,) *creavit Deus cælum & terram.* Quod autem tu dixisti eundem esse doctorem in Academia cœlesti primarium, id pariter confirmatur per verba Joh 1. v. 18. *Deum nemo vidit unquam; unigenitus Dei, is qui est in sinu Patris sui* הו אשתעי *Ipse enarravit.*

§. 14. Kabbal. Tertiò; Adam Kadmon à nostratibus dicitur, à causa perfecta causarum perfectum. [loci cit. pag. 32.]

§. 15. Phil. Christ. Sic iste Filius seu Messias Heb. 7. v. 28. vocatur

ברא גמירא לעלם :

Filius in æternum perfectus.

§. 16. Kabbal. Quartò; Adam ille primus vocatur Prototypum illud, cui

 assimi-

assimilari debet quicquid est sub possibilitate, tanquam similitudini & imagini sing-
lari. [Phil. Kabbal. pag. 35.]

§. 17. Phil. Christ. Sic Heb. 1. v. 3. Messias dicitur

שובחה וצלמא דאיתותה :

splendor gloriæ Dei, & imago essentiæ ejus.

§. 18. Kabbal. Quintò dicitur de Adamo primo, quod efficiens causa perfectissima, sibi simile fecerit principiatum suum essentiale & primum in per... gradu [ibidem pag. 37.

§. 19. Phil. Christ. Sic de se Filius noster gloriosissimus dicit, Joh... vers. 9.

הו חזא לאבא :

Qui me videt, videt Patrem. Et Johann. 12. v. 45.

חזא למן דשדרני :

Et qui me videt, videt eum, qui misit me.

§. 20. Kabbal. Sextò dicitur de Adamo primo: quod Rex ille magnus infinitum excelsus, Rex super Reges Regum, regnet super Regem ab ipso ... nantem qui ob singularem suam prærogativam sit Rex super cæteros Reges [... pag. 38.]

§. 21. Phil. Christ. Eodem modo non tantum de Deo infinito inha... lucem inaccessibilem, dicitur, quod sit

...לא ומרא דמרותא :

Rex Regum & Dominus Dominantium; sed etiam de Messia, Apocal. 19. v. 16.

...ל מרטוטה ועל ירכה שמא כתיב מלכא דמלכא ומרא דמרותא :

Et est ipsi super pallio suo & super femore suo Nomen scriptum: Rex Regum, & ... nus Dominorum. Et Apocal. 17. v. 14. de eo dicitur:

...א לתון מטול דמרא דמרותא ומלכא דמלכא הו וגו׳

Et Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum est, & Rex Regum.

§. 22. Kabbal. Septimò Adam primus dicitur cogitatio suprema [ib... 38.] Et verbum Domini unici. [ibid. pag. 108. è libro Jezirah. Mis... cap. 1.]

§. 23. Phil. Christ. Sic Messias dicitur מלתא seu verbum, Joh. 1. v. 1. Et 1. Joh. 1. vers. 1. מלתא דחיא *verbum Vitæ.* Item Apoc. 19. vers. 13. idem ... מלתא דאלהא : *verbum Dei.* Et Hebr. 1. v. 3. dicitur: ...אחיד כל בחילא דמלתה *omnia virtute verbi sui.* Quasi Verbi appellatio ad alterutram saltem ejus Na... stringeretur.

§. 24. Kabbalista. Octavò, Principiatum illud primum speciali no... catur Adam Kadmon seu Homo primus.

§. 25. Phil. Christian. Ita Messias à Paulo vocatur Adam 1. Cor. 15. v. 45. ait:

...ום בר נשא קדמיא לנפש חיא ואדם חריא לרוחא מחיניתא :

Factus est Adam primus homo in Psychen viventem: At Adam novissimus in ... vivificantem. Et ibid. v. 47.

בר נשא קדמיא עפרנא דמן ארעא בר נשא דתרין מריא מן

Primus homo terrenus de terra : Secundus Homo DOMINUS (ſive : שמיא Tetragrammaton) *de cælo.* Quamvis enim hîc in Antitheſin Adami Protoplaſtæ vocetur ultimus, & ſecundus: id tamen ob ordinem Apparitionis tantùm fit: & exhinc egregiè illuſtratur Locus ille Apocal. 1. v. 11. ubi Chriſtus ait:

אנא אנא אורא ותמא קדמיא ואחרנא :

Ego ſum Urim & Thummim, primus & ultimus.

§. 26. Kabbaliſta. Nonò: Idem Adam Kadmon in Hypotheſi Kabbaliſtarum noſtrorum priorum vocatur CORONA SUMMA [videatur Philoſ. Cabbal. ſup. cit. p. 59.]

§. 27. Phil. Chriſt. Ita in Hiſtoria Evangelica hunc gradum reſpicere videntur Angeli, quando Luc. 2. v. 14. canunt:

תשבוחתא לאלהא במרומא ועל ארעא שלמא וסברא טבא לבני נשא :

Gloria Deo in SUMMIS; & in terra Pax, & Fiducia bona hominibus. Quaſi hæ eſſent acclamationes & cognominationes Meſſiæ. Prout & ſimilis occurrit acclamatio Meſſiæ facta, Luc. 19. v. 38. his verbis:

בריך הו מלכא דאתא בשמה דמריא שלמא בשמיא ושובחא במרומא :

Benedictus eſt Rex, qui venit in Nomine Domini; (& qui meritò dici poteſt) *Pax in cœlis & Gloria in SUMMIS.* Ubi notandum, quod ſicut Corona ſumma non ipſum denotat Altiſſimum & Infinitum; ſed idem eſt, ac ſi diceretur Diadema ſeu faſcia & involucrum ſummi. Ita Meſſias vocatur ברה דאלהא מרמיא *Filius Dei Summi.* Marc. 5. v. 7. Et חילה דעליא *Virtus Summi.*

§. 28. Kabbaliſta. Decimò; R. Schimeon Ben Jochai in Libro Sohar per Seniorem Sanctiſſimum, quem è Daniel. 7. verſ. 9. etiam vocat Senem dierum, quamvis conceptu paululum modificatiore, etiam videtur intelligere Adamum hunc priorem: ad minimum productum ejusdem immediatum. [vid. Phil. Cabbal. p 125.]

§. 29. Philoſ. Chriſtian. Ita in Viſione illa Danielis per Filium hominis verſ. 13. ad Senem hunc allatum, videtur intelligi Anima Meſſiæ, quomodo ſcilicet ad gradum hunc altiſſimum elevata & cum eo unita ſit. Unde etiam v. 22. *Senex dierum* dicitur *adveniſſe ad judicium.* Cum tamen judicium hoc tribuatur Meſſiæ. Joh. 5. v. 22. cum ipſe dicit:

לא הוא גיר אבא דאן לאנש אלא כלה דינא יהבה לברא :

Non enim judicat Pater quenquam, ſed omne Judicium dedit Filio. Unde ob eandem unionem idem Meſſias repræſentatur ut Senex. Apocal. 1. verſ. 14. & quidem iisdem ferè verbis, quibus Senex Danieliticus deſcribitur. Sic enim loquitur Propheta c. 7. v. 9.

לבושה כתלג חור ושער ראשה כעמר נקא :

Veſtimentum ejus ſicut nix candidum, & pilus capitis ejus ſicut lana pura. Johannes autem loc. cit. his utitur verbis:

דישה ושערא רישה חורו איך עמרא חור איך תלגא וגו׳
Caput autem ejus & pili capitis ejus albi erant sicut lana alba ; sicut nix. &c. Ab eo- pem Johanne Natura Messiæ divina conspicitur ut sedens in throno: humana autem ut Agnus in medio Throni apparens. Apocal. 4. vers. 2. 3. 10. 11. cap. 5. vers. 1. 6. 7. 13.

§. 30. Kabbalista. Undecimo; Adam ille primus etiam vocatur Macrocosmus, quod contineat omnia causæ primæ causata. [Philos. Cabbal. pag. 109.]

§. 31. Philos. Christian. Ita de Messia nostro dicitur: Heb. 1. v. 3. אחיד כל *Et continet omnia.* &c. Confer textum Syriacum 2. Cor. 6. v. 18. Apoc. 1. 8. cap. 4. v. 8. cap. 11. v. 17. cap. 15. v. 3. cap. 16. v. 7. 14. cap. 19. v. 6. 15. cap. 21. v. 22. ubi Messias semper nominatur דכל אחיד qui omnia comprehendit: quod etiam est etymon vocis Græcæ παντοκράτωρ. Item Joh. 3. v. 35.

אבא מחב לברא וכל מדם יהב באידוהי :
Pater diligit filium, & omnia dedit in manus ejus. Confer Johan. 13. v. 3. & Matth. 28. v. 18. ubi ipse Christus dicit:

אתיהב לי כל שולטן בשמיא ובארעא וגו׳
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

§. 32. Kabbal. Duodecimò: Adam ille primus vocatur Habitaculum Infiniti, lucisque ejus summæ, & proximè accedens ad similitudinem & Imaginem ejus veram: adeoque Gazophylacium omnium perfectionum, quæ influunt & influxura sunt in omnia causata, omnique tempore & loco, &c. [Ibidem p. 110.]

§. 33. Phil. Christ. Sic de Messia dicitur Col. 2. v. 3. Quod sit ille
די בה כסין כלין סימתא דחכמתא וידעתא :
In quo occultati sunt omnes thesauri sapientiæ & cognitionis. Confer Col. 2. vers. 9. Hebr. 1. v. 3.

§. 34. Kabbalista. Decimo tertio: Adam Kadmon dicitur Nomen primum, sicut אָלֶף est litera prima & per metathesin פֶּלֶא. [Ibidem pag. 110.]

§. 35. Phil. Christ. Eodem modo & Messias vocatur אָלֶף Apoc. 1. vers. 8. cap. 21. v. 6. cap. 22. v. 13. Et per transpositionem פֶּלֶא Jesch. 9. v. 6.

§. 36. Kabbal. Decimò quartò: De hoc Adamo primo nostrates porrò ita dicunt: Cum facta contractione infiniti exortum esset spatium primum, hoc ipsum vacuum, locumque mundorum producendorum fuisse ipsam quasi substantiam hominis primi, qua nempe determinationem acceperit in esse suo. [Ibidem pag. 111.]

§. 37. Philos. Christ. Eodem respectu putarem Messiam dici, דאיתוהי sive ὁ ὢν: Ille qui EST: sive qui Essentiam habet determinatam. Apoc. 1. vers. 4. 8. ita דְהוּא eodem sensu. Apoc. 11. v. 17. cap. 16. v. 5.

§. 38. Kabbal. Decimo quintò: quid autem intelligeres per canalem illum tenuem, per quem Adamus primus influxum accipit ab Infinito?

§. 39. Phil. Christ. Sicut per istum canalem à vestratibus innuitur illa ipsa Adami primi unitas, qua quodammodo unum quid est cum uno illo absolutissimo &

& ſimplici [ibid. pag. 118.] ita ſimilis unitas etiam tribuitur Meſſiæ, quando ipſe dicit. Joh. 10. v. 30.

אנא ואבי חד חנן :

Ego & Pater unum ſumus. Et Joh. 17. v. 11.

דיהוון חד איכנא דחנן :

Ut ſint unum ſicut nos. Et ibidem v. 21. 22.

דכלהון יהוון חדאיכנא דאנת אבי בי ואנא בך וגו ׳ דיהוון חד איכנא דחנן חד הנן :

Ut omnes ſint unum , ſicut tu , Pater mi , in me , & ego in te , &c. *Ut ſint unum ſicut nos ſumus.* Huc pertinent etiam loca Joh. 10. v. 38.

דתרעון ותהימנון דאבי בי ואנא באבי :

Ut ſciatis & credatis , quod Pater meus ſit in me , & Ego in Patre meo. Et Joh. 14. v. 10. 11.

לא מהימן אנת דאנא באבי ואבי בי וגו ׳ הימנו דאנא באבי ואבי בי :

Non credis tu , quod Ego in Patre meo ſim , & Pater meus in me ? &c. *Credite quod Ego ſim in Patre meo , & Pater meus in me.*

§. 40. Kabbal. Decimo ſexto; quonam autem refers ſpatium illud, quod inter Infinitum & inter Adamum Primum reponitur?

§. 41. Phil. Chriſt. Sicut veſtrates per quantulumcunque hoc ſpatium denotant diſtinctionem illam , per quam Cauſa omnium prima & cauſatum hoc primum inter ſe diſtingvuntur : [ibid. pag. 112.] ita inter Patrem & Filium certa quædam etiam occurrit diſtinctio, juxta quam Pater dicitur Filio major , prout Chriſtus dicit: Joh. 14. v. 28.

דאבי רב הו מני :

Quia Pater meus major eſt quam Ego. Juxta hanc etiam Pater amare dicitur Filium, ſicut Johannes dicit, Joh. 3. v. 35.

אבא מחב לברא :

Pater diligit Filium. Et Chriſtus ipſe Joh. 5. v. 20. Ita Pater quædam oſtendere dicitur Filio, ut cum Joh. 5. v. 20. dicit Chriſtus:

אבא גיר רחם לברה וכל מדם דעבד מחוא לה ודיתירין מן הלין עבדא מחוא לה :

Pater enim diligit Filium ſuum : & quidquid facit , oſtendit ei , & quæ ſunt majora his opera oſtendit ei. Sic Pater dicitur dare aliquid Filio, ut Joh. 5. v. 26. 27.

אבא וגו׳ יהב לברא דיהוון היאבקיומה ואשלטה וגו׳

Pater dedit Filio ut eſſet ei vita in ſemetipſo : & poteſtatem dedit ei , &c. Sic Pater dicitur videri à Filio Joh. 6. v. 46.

מן דמן אלהא איתוהי הוהו חזא לאבא

Is qui à Deo eſt , is videt Patrem. Item Pater dicitur docere Filium. Joh 8. v. 28.

איכנא דאלפני אבי הכות הו ממלל אנא

Sicut docuit me Pater meus , ſic loquor , & alia ſimilia.

§. 42. Kabbaliſta. Decimo ſeptimò ; quonam autem referes decem illos Circulos, qui attribuuntur Adamo noſtro primo?

§. 43. Phil. Christ. Sicut decem illi Circuli, qui homini vestro Primo adscribuntur, denotant vitam ejus [ibid. pag. 112.] ita etiam Messiæ singulariter tribuitur vita, ut cum dicitur Joh. 1. v. 4.

בה חיא הוא וחיא איתיהון נוהרא דבני־בשא :

In eo vita erat & vita erat Lux Filiorum hominis. Et Johann 5. vers. 26. dicitur:

איכנאגיר דלאבא חיא בקיומה הכנא יהב אפלברא דיהוון חיא בקיומה

Sicut enim Patri est vita in semetipso, ita dedit Filio, ut esset ei vita in semetipso. Et Joh. 11. v. 25. Ipse Christus porrò dicit:

אנא אנא נוחמא וחיא

Ego sum consolatio (sive resurrectio) *& vita.* (confer Actor. 3. v. 20.) huc pertinent etiam loca sequentia. Joh. 14. v. 6.

אנא אנא אורחא ושררא וחיא

Ego sum via & veritas & vita. Et 1. Joh. 1. v. 1. 2.

מסברין לכון וגו׳ מלתא דחיא וחיא אתגליו וגו׳ ומכרזינן לכון חיא דלעלם הנון דאיתיהון הוות אבא וגו׳

Annunciamus vobis, &c. *verbum vitæ. Et vita manifestata est*, &c. *ac prædicamus vobis vitam, quæ est in æternum, quæ erat apud Patrem*, &c. Et 1. Johann. 5. vers. 12.

הנון חיא בברה איתיהון : כל דאחיד לברא, אחיד אף לחיא וכל דלאאחיד לברה דאלהא לית חיא :

Vita æterna in Filio Dei est. Omnis qui habet Filium, habet etiam vitam: & omnis qui non habet Filium Dei, non est ei vita. Et ibid. v. 20.

ישוע משיחא הואלהא שרירא וחיא דלעלם

Jeschua Meschicha est Deus verax & vitai quæ est in æternum.

§. 44. Kabbal. Decimo octavo. Adamus Primus à nostratibus porrò dividitur in decem numerationes, ceu partes suas [Phil. Kabbal. pag. 112.] quæ sicut in causa prima sunt causaliter & eminenter [ibid. p. 83.] ita in ipso contineri dicuntur exemplariter & idealiter [ibid. p. 85.] ut sunt:

1. Corona summa, quæ sit quasi principium Primum ideale omnium entitatum, quod in se contineat omnia entia reliqua.
2. Sapientia, quæ sit principium omnium vitarum.
3. Intelligentia, quæ sit principium omnium intelligentiarum.
4. Benignitas, quæ sit idea omnium gratiosorum.
5. Severitas, quæ sit principium omnium distribuentium præmium & pœnam.
6. Pulchritudo, ad quam tanquam principium convertantur omnia pulchra.
7. Permanentia, ad quam convertantur omnia subsistentia & durantia.
8. Laus, quæ sit principium omnium, quæ convertuntur ad laudem superiorum.

9. Fun-

9. Fundamentum, quod ſit principium omnium, quæ in inferiora influunt.

10 Regnum, quod ſit principium omnium, quæ à ſuperioribus accipiunt, & ad inferiora demittunt, & inferiora ſuperioribus aſſimilare conantur. [Ibid. pag. 86. 87.] Quomodo iſta applicabis ad Meſſiam veſtrum?

§. 45. Philoſoph. Chriſt. Decem ſane metra ſimilia etiam tribuuntur Meſſiæ, & primò quidem generatim, ut cum Apocal. 1. v. 4. Joh. ſcribit:

טיבותא לכון ושלמא מן הו דאיתוהי ודהוא ודיאתא ומן שבע רוחא דאיתיהין קדם כורסיה:

Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt: & à ſeptem ſpiritibus, qui ſunt ante thronum ejus, Ubi per illum, qui eſt, & qui erat, & qui venit, citra abſurditatem intelligi poteſt Filius Dei, ſicut idem eodem nomine denotatur infra v. 8. & c. 4. v. 8. & cap. 11. v. 17. & cap. 16. v. 5. In ſpecie autem hoc nomine indigitantur tres ejus numerationes primæ; corona nempe, quæ entitatem denotat ſemper ſibi præſentem, ſed occultiſſimam. Sapientia, quæ notam quidem temporis præteriti includit, ob naturam pariter occultam; ſed tamen imperfecti ſaltem; ne videatur ceſſare ab eſſendo. Et intelligentia, quæ communiter vocari ſolet mundus venturus, ſeu potius adveniens, utpote connotationem futuri includens. Ubi notandum, quod tres iſti Characteres temporis in Libro Sohar, præſertim in Idra magna, per tria tetragrammata (quæ efficiunt duodecim literas ſecundum numerum Meſſianum) ſubinnui ſoleant, è tribus illis dictis. Pſ. 10. v. 16.

יְהוה מֶלֶךְ עולם ועד

Dominus Rex eſt in perpetuum & ſempiternum; ubi denotatur tempus præſens. Deinde Pſal. 97. v. 1. & Pſal. 99. v. 1.

יְהוה מָלָךְ

Dominus regnavit. Ubi denotatur tempus præteritum. Et tandem Pſal. 146. v. 10.

יִמְלוֹךְ יְהוה לְעוֹלָם

regnabit Dominus in ſempiternum. Ubi denotatur tempus futurum. Et tria iſta tetragrammata in Idrâ ſupra allegatâ etiam tribuuntur Seniori ſanctiſſimo; per quem ſupra Adamum primum intelligi poſſe, diximus. Unde patet, nihil hic incongrui, ſic tres iſtæ ſupernæ Adami primi numerationes his appellationibus denotari dicantur.

Per ſeptem autem ſpiritus, qui ſunt ante thronum ejus, intelligi poſſunt ſeptem illius numerationes inferiores; quæ hoc loco adhuc ſunt ſpiritus; id eſt conceptus omnium ſubtiliſſimi. Per thronum ejus intelligi ſolet, quicquid altero proximè eſt inferius; ut verbi gratia; uxor reſpectu microproſopi. Item mundus creativus reſpectu emanativi: unde hoc loco mundus creativus intelligi poteſt. Nam antequam ille venit, ſtatuuntur ſeptem illi ſpiritus ſive ſeptem inferiores numerationes; quia Adam ille primus eſt quaſi Anima mundi emanativi, & intra hunc occultatur.

In ſpecie autem Meſſiæ tribuitur

(1.) Corona, cum Apoc. 14. v. 14. dicitur:

וחזא הוית והא ענגא חורא ועל עננא יתבהוא דמא לבר נשא ועל רשה הוא לה כלילא דדהבא

Et

Et vidi, & ecce nubem candidam & super nubem sedens erat quidam, qui similis erat filio hominis & super caput suum erat ei Corona aurea &c. Deinde eidem quoque tribuuntur Diademata multa, Apocal. 19. vers. 12. ועלרשה כלילא סגיאא וגו Oculi autem ejus &c. & super caput ejus Diademata plurima; eratque ei Nomen (illis) inscriptum, quod nemo noverat, nisi ipse. Confer ea quæ de Seniore sanctissimo dicuntur in Idra utraque: diademata enim nihil aliud denotant quam occultationes plures, quibus involvitur tam Messias quam senex ille dierum.

(2.) Messiæ tribuitur sapientia, ut cum dicitur, Matth. 11. vers. 19. ואזדדקת חכמתא מן עבדיה *Sed sapientia justificatur* (s. collaudatur) *à cultoribus suis.* Et Col. 2. v. 3. dicitur, *In Messia reconditos esse omnes thesauros sapientiæ, &c.* & Apocal. 5. vers. 12.

שוא לאמרא דמתקטל למסבו חילא ועותרא וחכמתא וגבירתא ואיקרא ותושבחתא ותודתא:

Dignus est Agnus, qui occisus est accipere potentiam & divitias & sapientiam & robur & honorem & gloriam & gratiarum actionem. Quamvis septem hæc attributa alio sensu etiam applicari queant ad septem numerationes inferiores Messiæ. Et Apocal. 7. vers. 12. dicitur de eodem: אמן בורכתא ותשבוחתא וחכמתא תודתא ואיקרא וחילא וגבורתא לאלהן לעלם עלמין אמין:

Amen benedictio & gloria & sapientia & gratiarum Actio & honos & potentia & robur Deo nostro &c. Quæ acclamatio priori haud admodum est dissimilis & ad septem inferiores Messiæ numerationes etiam referri potest, quamvis transposito ordine. Confer. & Luc. 2. v. 47. Ubi in textu Syriaco etiam *Sapientia* vox reperitur.

(3.) Eidem tribuitur intelligentia loco citato ad Col. 2. v. 3. Ubi sapientiæ & cognitionis combinatio satis innuit, quod hic subintelligatur Binah. Huc etiam pertinet locus Rom. 11, 33. או עומקא דעותרא וחכמתא ומדעא דאלהא: *O profunditas divitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei* &c, ubi è commemoratione judiciorum, Messiam intelligi conjicere licet.

(4.) Messiæ etiam tribuitur Benignitas sive Gratia. Johann. 1. v. 14. ubi Christus dicitur: טיבותא וקושתא דמלא *plenus Gratiæ & veritatis.* Sic Paulus ait Rom. 16. v. 20. 28. טיבותה דמרן ישוע משיחא אתהוא עמכון: *Gratia Domini nostri Ieschua Messia vobiscum* & alibi in initio & fine Epistolarum passim.

(5.) Eidem attribuitur Vis judicandi, ut cum ipse Christus dicit Johann. 5 v. 22.

לא הוא גיר אבא דאן לאנש אלא כלה דינא יהבה לברא:

Pater non judicat quenquam sed omne judicium dedit Filio. Et Paulus Actorum 17. vers. 31.

מטול דאקים יומא דבה עתיד דידון ארעא כלה בכאנותא ביד גברא אינא דפרש:

Quia statuit diem, in quo judicaturus est universam terram, in justitia, per virum, quem definivit. &c. sic Apoc. 19. v. 2. מטול דשרירא וכאין דינה וגו *Quia vera & justa sunt judicia ejus &c.* ubi sermonem esse de Messia, antecedentia & consequentia abundè evincunt. Sic ipse Dominus de se dicit Matth. 16. v. 27. עתיד הו גיר ברה דאנשא דיאתא בתשב והתא דאבוה עם מלאכוהי קדישא והידין יפרוע לאנש וגו

Futurum

Futurum est enim, ut Filius hominis veniat in gloria Patris sui cum Angelis suis sanctis; tunc rependet unicuique secundum opera ejus. Conferatur locus Matth. 26. vers. 64.

(6.) Messiæ quoque tribuitur Pulchritudo, sive Gloria. Nam quod Hebræis dicitur תפארת Septuaginta Interpretibus plerumque dicitur δόξα, & Syriacè תושבחתא & שובחא. Hinc Matth. 24. v. 30. Christus ait.

יחזון לברה דאנשא דאתא על ענני שמיא עם חילא ושובחא סגיאא:

Videbunt Filium hominis venientem super nubes cœli cum virtute & gloria multa. Et Johann. 1. vers. 14.

וחזין שובחה איך דיחידיא דמן אבא וגו

Et vidimus Gloriam ejus, Gloriam quasi unigeniti &c. Et Johann. 17. v. 5. Dominus ait.

והשא שבחיני אנת אבי לותך בהו שובחא דאית הוא לי לותך מן חקדם דיהוה עלמא:

Et nunc glorifica me tu, Pater mi, apud te, ea gloria, qua erat mihi apud te, antequam esset mundus. Et alibi sæpissime.

(7.) Messiæ quoque tribuitur Victoria; ut Joh. 16. v. 33. אלא אתלבבו אנא זכותה לעלמא *Sed bono sitis animo, Ego vici mundum.* Apocal. 3. vers. 21. דזכא אתל לה דתתב עמי בכורסיי איך דאנא זכית ויתבת עם אבי על כורסיה:

Qui vicerit dabo ei sedere mecum in Throno meo sicut & Ego vici, & sedi cum Patre meo in Throno ejus. Et Apocal. 5. vers. 5. הא זכא לה אריא דהו מן שבטא דיהודא: *Ecce vicit Leo de tribu Iuda.* Apocal. 17. vers. 14.

הנון אנון יקרבון עם אמרא ואמרא יזכא לחון מטול דמרא וגו

Hi cum agno pugnabunt; & agnus vincet eos, quoniam est Dominus &c.

Si autem metrum hoc non de Permanentia seu superatione in pugna; sed in duratione intelligatur; Eidem quoque tribuitur Æternitas, Apocal. 4. vers. 9, 10.

וכד יהבו חיותא תשבחתא ואיקרא ותודיתא למן דיתבעל תרונוס דחיא לעלם עלמים · ונפלו וגו וסגדו לה דחיא לעלם עלמין

Et cum darent Animalia gloriam & honorem & gratiarum actionem illi qui sedet super throno, qui vivit in æva ævorum: procidebant &c. & summam reverentiam exhibebant viventi in æva ævorum. Et Apocal. 5. v. 14.

ועסרין וארבעא קשישא נפלו וסגדו לחיא לעלם עלמין:

Et viginti quatuor Seniores procidebant & summam reverentiam exhibebant ei, qui vivit in æva ævorum. Et ibidem cap. 10. vers. 6.

וימא בהו דחיא לעלם עלמין

Et juravit per viventem in æva ævorum. Et cap. 15. v. 7.

וחדא מן ארבע חיותא יהבת לשבעא מלאכא שבעא פיילא דדהבא דמלק רוגזא דאלהא דחיא לעלם עלמין:

Et unum de quatuor Animalibus dabat septem angelis septem ignitabula aurea plena iracundia DEI qui vivit in æva ævorum. Sic quoque 1. Joh. 5. v. 20. de ipso dicitur: הנא הו אלהא שרירא וחיא דלעלם: *Hic est verus Deus & vita æterna.*

(8) Eidem quoque tribuitur Honor sive Laus. Apoc. 4. v. 9. usurpatur vox איקרא

Et cum darent animalia gloriam & honorem & gratiarum actionem sedenti &c. & ibid. vers. 11. *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & potentiam.* Et cap. 5. v. 12. שוא לאמרא וגו' איקרא וגו' *Agnus dignus est accipere &c. honorem.* Et vers. 13.

להדיתב על תרונים בורכתא ואיקרא ותושבחתא וזכותא לעלם עלמין:

Sedenti in throno (& Agno: id est Messiæ secundum utramque naturam) *benedictio & honos & gloria & victoria in sæcula sæculorum.* Et cap. 7. v. 12.

בורכתא וגו' ואיקרא וחילא וגו' לאלהן: *Benedictio &c. honos & Potentia &c. Deo nostro.* Et cap. 19. v. 1. הללויה פורקנא ותושבחתא ואיקרא וחילא למריא אלהן: *Halleluja, Salvatio & Gloria & honos & Potentia Domino Deo nostro.*

(9.) Jesod sive fundamentum apud Cabbalistas vocari solet justi nomine. Prov. 10 vers. 25. Ubi dicitur: *Iustus est fundamentum mundi.* Hoc autem nomen etiam tribuitur Messiæ nostro. Apocal. 16. vers. 5. Ubi Angelus præpositus Aquarum exclamat. כינא אנת מריא וגו' *Iustus es tu Domine &c.* Et Actor. 3. v. 14. אנתון דין בקדישא וזדיקא כפרתון וגו' *Vos autem sanctum & Iustum abnegatis &c.* Et Actor. 7. v. 52. אילין דקדמו בדקו על מאתיתה דזדיקא הו וגו' *Eos qui prius declaraverunt de adventu justi illius &c.* Et Actor. 22. v. 14.

אלהא דאבהתן אקימך למדע צבינה ותחזא לזדיקא וגו'

Deus Patrum nostrorum constituit te ad cognoscendam voluntatem ejus, & ut videres justum illum &c. Et 2. Tim. 4. v. 8. מן השא נטירא לי כלילא דכאנותא דפרעיוהי לי מרי ביומא הו דהריו דינא כאנא וגו'

Et deinceps servatur mihi corona Iustitiæ, quam rependet mihi Dominus meus in Die illo, qui est Iudex justus &c.

(10) Christo nostro etiam tribuitur regnum, Matth. 3. v. 2. ubi Johannes submersos exclamat: תובו קרבת לה מלכותא דשמא *Convertimini appropinquat Regnum Cœlorum.* Quod Christus ipse repetit Cap. 4. vers. 17. Et ibid. vers. 23. dicitur. ישוע מכרז סברתא דמלכות *Ieschua prædicabat Evangelium Regni.* Et Joh. 28. vers. 36 Jesus ait:

מלכותי דילי לא הות מן הנא עלמא אלו מן עלמא הות הנא מלכותי וגו'

Regnum meum non est de hoc mundo: si de mundo esset hoc regnum meum, &c.

Similia etiam divinarum numerationum vestigia reperiuntur 1. Cor. 12. vers. 8. אית דיהיבא לה ברוחא מלתא דחכמתא לאחרנא דין מלתא דידעתא בה ברוחא: לאחרנא הימנותא בה ברוחא: לאחרנא מוהבתא דאסיותא בה ברוחא: לאחרנא דין חילא לאחרנא דין נביותא לאחרנא דין פרושותא דרוחא לאחרנא דין זניא דלשנא לאחרנא דין פושקא דלשנא:

Est cui datur per spiritum sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ, per eundem Spiritum: alii fides per eundem spiritum (videatur apparatus Pars 1. pag. 12; *alii dona sanationis per eundem spiritum* (morbi enim ad prædicamentum severitatis pertinent) *alii autem virtutes* (sive signa & miracula, de quibus vide apparatus Part. 1. pag. 65.) *alii autem Prophetia* (videatur apparatus Pars 1 pag. 560.) *alii autem discretio spirituum* (Propheticorum scilicet, ibidem pag.

pag. 560.) *alii autem genera linguarum* (videatur apparatus pag. 502.) *alii autem interpretatio linguarum* (videatur apparatus pag. 730. & 731.) Inter quæ loca, quamvis nomina quædam dentur, quæ referri debeant ad gradus inferiores; Et in ſpecie locus ultimus enarret numerationes Spiritus ſancti, quarum ipſe quaſi ſit corona; attamen ſciendum, quod radicaliter, hæc omnia contineantur in Adamo hoc priore noſtro.

§. 46. Kabbal. Decimo nono: Quomodo autem applicabis rectilinium illud, quod intra Circulos Adami primi deſcendit?

§. 47. Phil. Chriſt. quia vos rectilineum illud denotare dicitis Adami primi intellectum, juxta quem actu recto & perpetuo perfectiſſime aſſequatur finem ſuum (Phil. Kabbaliſtica pag. 112.) Ego in applicatione hac per illud intelligo omniſcientiam, quæ de Meſſia noſtro prædicatur. Joh. 2. v. 25.

ולא סניק הוא דאנש יסהד לה על כל ברנש הוגיר ירע הרא מנא אית בברנשא:

Neque opus habebat, ut quisquam teſtaretur ei de ullo Filio hominis: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in Filio hominis. Et Joh. 16. v. 30.

השא ידעינן דכל מרם ידעאנת ולא סניק אנת דאנא ישארך וגו׳

Nunc ſcimus, quod omnia ſcias, nec opus habes ut quis interroget te &c. Et Ioh. 21. verſ 17.

מרי כל מדם אנת חכם אנת אנת ירע אנת דרחם אבא לך וגו

Domine mi, omnia tu intelligis, tu noſti quod amem te. Quibus addatur Locus Pauli Col. 2. v. 3.

§. 48. Kabbal. Vigeſimo. Id etiam dicunt ſapientes noſtri, quod in Adamo primo contineantur quatuor plenitudines tetragrammati: nimirum

ע״ב ſive cujus numerus eſt 72.
ס״ג ſive cujus numerus eſt 63.
מ״ה ſive cujus numerus eſt 45.
ב״ן ſive cujus numerus eſt 52. Idque virtute nominis ſui radicalis tetragrammati, quod in eo: (videatur Phil. Kabbal. pag. 112. v. 113. 114. 115) Quomodo hæc applicabis?

§. 49. Phil. Chriſt. Hîc mihi ſuccurrit locus quidam libri Sohar Part. 3. col. 341. (quæ eſt in editione nova. 473. & in Mantuana fol 229. b.)

אוקמוה מארי מתני׳ דבי מקד שא ושמא דלשיח אתקריאו בשם יהוה:

Dictitarunt Doctores Miſchenaici, quod Domus ſanctuarii & nomen Meſſiæ appellentur nomine tetragrammato. Probandum igitur, quod & Meſsiæ noſtro tribuatur nomen tetragrammaton. Hoc autem apparet non tantum è tribus illis exiſtendi modis, ſub nomine, *qui eſt, qui erat & qui venturus eſt*: Sicut diximus ſupra. Sed & ex loco Joh. 12. v. 14. ubi dicitur

הלין אמר אשעיא כרחזא שובחה ומלל עלוהי:

Hæc dixit Eſaias, quum vidit gloriam ejus (id eſt Chriſti) *& locutus eſt de eo.* Jeſaias autem cap. 16. v. 5. dicit ſe vidiſſe tetragrammaton. Deinde Paulus etiam dicit 1. Cor. 10. v. 4.

אבהין ובו׳ כלהון חד משת יא דרוחא

 אשתיו

אשתיו שתין הוו גידמן כאפא דרוחא דאתיאהית עמהין כאפארין היהו הוה משיחא:

Patres nostri &c. omnes unum potum spiritus biberunt. Bibebant enim de Petra spiritu quæ ibat cum eis. Petra autem illa ipse erat Christus. Jam vero Exod. 17. v. 5. 6. tetragrammaton dicitur stetisse in Petra & fuisse scaturigo potus. Huc pertinet locus quidam Libri Sohar. (Col. supra allegata) פתח רעיא מהימנא ואמר סבא סבא אית סלע ואיתסלע אית אבן ואית אבן אית אבן דשמא דיהוה עלה את מר ואננא דימחת לצלמא הוה לטור רב:

Exorsus est Pastor fidelis dixitq;: Senex, senex, datur Petra una & datur Petra alia: datur Lapis unus: & datur Lapis alius. Lapis unus datur, qui est nominis tetragrammati: de quo dicitur Dan. 2. v. 35. *Et lapis qui percussit statuam, effectus est in montem magnum, & implevit omnem terram.* Quæ de Messia intelliguntur & Regno ejus (videatur apparatus Par. I. p. 20.) Porro I. ad Cor. 10. v. 9. dicitur.

לא ננסא למשיחא איכנא דאף מנהון נסיו ואיבדו אנון חוותא:

Neque tentemus Christum, sicut etiam ex eis (quidam) tentaverunt & perdiderunt: illos serpentes: Jam vero Exodi 17. v. 7. Israelitæ dicuntur tentasse tetragrammaton. Item Num. 21. v. 6. dicitur: tetragrammaton in populum misisse serpentes. Ubi obiter annoto, quod forte huc pertineant, quæ Christus dicit Joh. 17. v. 6.

אודעת שמך לבני נשא הנון דיהבת לי מן עלמא וגו

Notum feci nomen tuum filiis hominis, illis quos dedisti mihi è mundo. Et ibidem v. 11.

אבא קדישא טר אנון בשמך הו דיהבת לי וגו

Pater sancte, serva eos per nomen tuum illud, quod dedisti mihi &c. Et vers. 12.

אנא נטר הוית להון בשמך וגו

Ego servabam eos per nomen tuum &c. Et vers. 26. ואודעת אנון שמך ומודע אנא וגו

Et notum feci eis nomen tuum, & notum facturus sum &c. ubi haud incommodè intelligi potest nomen tetragrammaton. Quibus omnibus illustrandis forte inserviet locus quidam Libri Sohar. Par. 2. Col. 396. (& editione nova 161. editione Mant. fol. 221.) ubi dicitur: *Israelitas in angustiis Ægyptiacis perdidisse notitiam mysterii nominis sancti &c. Cumque venisset Moses nomen illud iterum innotuisse illis.* Quamvis enim hic sermo sit de nomine י״ה: applicatio tamen non est difficilis.

Sicut autem quatuor plenitudines nominis Tetragrammati dicuntur radices quatuor mundorum, qui ab Adamo primo proveniant: ita ut primum, denotet mundum emanativum; secundum, Creativum; tertium formativum & quartum, factivum: sive totam plenitudinem Deitatis extensam per omnia systemata. Ita de Christo Paulus dicit Col. 2 v. 9. : דבה עמר כלה מוליא דאלהותא גושמנאית *In quo habitat omnis plenitudo Deitatis (considerato etiam) corporaliter*, id est, ad ultimam usque plenitudinem quæ corporalem denotat mundum & corticibus impuris plenum: ita ut qui impletus sit Christo, dominium habeat super omnia corporalia atque cortices eorundemque characteres.

In specie autem etiam vestigia quædam ipsorum horum numerorum in Persona Christi inveniuntur. Primum enim Nomen quod עב dicitur, habet significationem nubis. Nubis autem figura in mysteriis Evangelicis aliquoties occurrit: ut Matth. 17. v. 5.

עד הו בממלל הא ענגא נהירתא אטלת עליהון

Et

Et cum adhuc ipse loqueretur, ecce nubes lucida obumbravit illos &c. Et Matth. 24. v. 30.
ויחזון לברה דאנשא דאתא על ענני שמיא וגו *Et videbunt Filium hominis venientem super nubibus cœli &c.* Confer. Matth. 26. v. 64. & Actor. 1 v 9. ועננא קבלה תהוגו *Et nubes accepit eum &c.* 1. Cor. 10. v. 1. אבהין כלהון תחית עננא הוו וגו *Patres nostri omnes sub nube fuerunt &c.* quæ erat præsentia Schechinæ sive Messiæ. Apoc. 14. v. 14.
וחזא הוית והא עננא חורא ועל עננא יתב הוא וגו
Et vidi & ecce nubem candidam: & super nubem, sedentem similem Filio hominis &c. Deinde nihil communius est in scriptis Evangelicis quam deprædicatio Gratiæ Divinæ quæ per Christum innotuit, ut patet è Joh. 1. v. 17.
נמוסא ביד מושא אתיהב שררא דין וטיבותא ביד ישוע משיחא הות:
Lex per manum Mosche data est: veritas autem & Gratia per manum Ieschua Meschicha facta est. Locisque infinitis aliis. Jam verò nomen חסד quod gratiam hanc designat, numero suo refert 72. Nomen secundum cujus numerus est 63 involvi videtur in nomine סבא sive senex, qua in forma Messias apparuit, ut dictum supra. Idem numerus etiam extat in voce נביא id est Propheta, quod est insigne Epitheton Messiæ Actor. 3. v. 22.
נביא יקים לכון מריא מן אחיכון אכותי לה שמעו בכל מא דימלל עמוכון וגו
Prophetam excitabit vobis Dominus ex fratribus vestris, sicut me (Mosen) *eum audite in omnibus, quæ loquetur vobiscum. Et erit, omnis Anima, quæ non audierit Prophetam illum, perdetur Anima illa de populo suo.* Et Luc. 24. v. 29.
אמרין לה על ואשוע הו דמן נצרת גברא דהיא נביא וגו׳
Dicunt ei de Ieschua illo qui a Nazrath, homine qui erat Propheta &c. Et Matth. 21. v. 11. כנשא דין אמרין הוו הנו ישוע נביא וגו׳ *Turba autem dicebant: hic est Ieschua Propheta &c.* Et Joh. v. 14. שריראית הנו נביא דאתא לעלמא: *Verè hic est Propheta, qui venit in Mundum.*

Quoad nomen tertium & quartum notandum, quod Christus sæpissimè vocetur Filius hominis Hebraice בן אדם ubi vox אדם refert numerum 45. & vox בן in se habet numerum 52.

Quando autem nomine Primo, denotari dicitur unitas; secundo, essentia; tertio, vita: Quarto, intellectus. (Phil. Kabbalistica pag. 113.) Hæc omnia certe, verissime etiam tribuuntur Messiæ nostro; ut notum.

Et quando porro dicitur quod duobus nominibus posterioribus denotetur Lex scripta & lex oralis (Phil. Kabbal. pag. 114) quodq; propterea in Adamo priore concipiendæ sint omnes literæ (ibidem pag. 76.) & 231. Alphabeti revolutiones, (ibidem pag. 101.) quæ quasi vestis sint Infiniti, per quam intelligatur lex plena literis (ibidem pag. 104. v. 105.) id omne etiam de Messia nostro dicitur, videatur Matth. 5. v. 17.
לא תסברון דאתית דאשרי נמוסא או נביא לא דתשרא אלא דאמלא:
Ne existimetis quod venerim, & solvam Legem aut Prophetas: nequaquam ut solvam: sed ut compleam: & Rom. 10. v. 4.
סכה גיר דנמוסא׳ משיחא הו לכאנותא לכל ומהימן בה:
Finis enim ipse Legis Christus est ad justitiam omni credenti in eum. Luc. 24. v. 25.
אי חסירי רעינא וגו׳ למהימנו בכלהין אילין דמללו נביא:

(c) 3 Oca-

O carentes mente, &c. *ad credendum omnibus quæ locuti sunt Prophetæ*, &c. *& incipiebat à Mosche & ab omnibus Prophetis & interpretabatur eis de se ipso ex omnibus scripturis.* Et ibidem v. 44.

הלא הוא דישתלם כלמדם דכוב בנמוסא דמושא ובנביא ובמזמורי עלי :

Oportebat ut compleretur quicquid scriptum est in Lege Mosche & in Prophetis & in Psalmis de me, &c. Joh. 5. v. 39.

בו כתבא וגו׳ והנון סהדין עלי :

Scrutamini scripturas, &c. *& illa testantur de me* Actor. 10. v. 43.

ולוהי אסהדו כלהון נביא דכל מן דמהימן וגו׳

Et de eo testati sunt omnes Prophetæ, quod quisquis credit &c.

Porro si per literam & plenitudinem Tetragrammati primam, intelligitur in Adamo priore objectum ejus intellectuale; quo pertinet ejus sapientia: per secundam intellectus; quo intelligentia ejus: per tertiam actus intelligendi, quo cognitio ejus; per quartam vox elocutionis ejus intellectualis, ab intellectione prodiens, quo Regnum ejus pertinet: [ibidem pag. 119.] quis non videt hæc omnia decenter etiam quadrare ad subjectum nostrum.

Quamvis mihi potius videatur, per literam & plenitudinem primam, intelligendam ejus sapientiam; sive objecta divina aliis proponenda: per secundam, ejus informationem, seu intellectus apertionem: per tertiam Actualem informatorum cognitionem, unde exurgit notio pulchri: & per quartam istius pulchri amorem: quæ est methodus Academiæ Divinæ perpetua: hîc radicaliter: in subsequentibus formaliter instituta. In tali enim Informatione & Cognitione consistit vita æterna. Joh. 17. v. 3.

§. 50. Kabbal. Vigesimo primò: Adamo nostro primo etiam tribuuntur quinque gradus Animæ: qui sunt:

(1.) Nephesch sive Psyche, id est gradus ille, qui in homine dicitur vitalitas, appropriata corpori naturali & instrumentali; vocaturque vegetativa & sensitiva: quæ in Adamo primo est vita ejus, & repræsentatur per circulos ejus.

(2.) Ruach sive Spiritus, id est, gradus ille, qui in homine dicitur Anima ipsa, per corpus ejus extensa per se subsistens, rationalis, si intelligens rem ex re & de tempore in tempus; qui in Adamo primo repræsentatur per Rectilineam ejus.

(3.) Neschamah, sive Mens, id est, gradus ille, qui in homine est intellectus specialis, communicatus ab intellectu generati & divino, qui in uno momento intelligit omnia simul & semper: qui in Adamo primo repræsentatur per canalem ejus tenuem.

(4.) Chajah, sive vitalitas, id est, gradus ille, qui in homine dicitur unio intellectus istius communicati, cum generali & divino, à quo ille formatus est, perque hunc perfectissime intelligit omnia intelligibilia summa & ima: vivitque vitam divinam penitus; qui gradus in Adamo primo repræsentatur per filium influxus Infiniti.

(5.) Je-

(5.) Jechidah, sive singularitas; id est, gradus ille, qui in homine vocatur unitas illa, qua similis est causæ suæ primæ; quæ est unum simplicissimum, cum qua unita est anima, sicut punctum radii cum centro circuli: ita ut illa hujus sit quasi caput, cor vel centrum, à quo dependeat, & ad quod perducat quicquid ipsa est, & quicquid côntinet atque operatur; qui gradus in Adamo primo repræsentatur per ipsum ambiens infinitum.

§. 51. Phil. Christ. Umbræ quidem aliquæ augmenti hujus luminosi in Anima humanâ etiam naturaliter inveniuntur: ut in infante dicatur existere Nephesch; in puero, adolescente, juvene, viro, ubi usus Rationis accrescit, Ruach; in Ascetâ, qualicunque, qui ad gradum Sanctitatis aspirat; Neschemah: cujus analogon quid etiam in Melancholico, qui ad gradus vaticinandi evehitur (juxta Aristotelem, & alios, nec non Experientiam) idem in febribus quibusdam ardentibus &c. reperitur. Reliqui autem gradus, ubi Animæ Lumen tantopere augetur, ut extra corpus sese exserat, effectusque aliquos extraordinarios edat, qui communiter præter vel supra naturam fieri dicuntur, rarius extant. In summo tamen & excellentissimo gradu, iidem omnes quoque reperiuntur in Messia nostro, non tantum formaliter; sed & communicative. Sic enim Joh. 6. v. 53. 54. 56. Ipse loquitur de manducatione Carnis suæ (quæ hoc loco referri potest ad primum gradum, seu Nephesch) & bibitione sanguinis sui, (qui referri potest ad gradum secundum sive Ruach) Item de vita (quæ referri potest ad gradum tertium sive Neschamah) & de vita æterna (quæ referri potest ad gradum quartum, sive Chajah) & tandem de singulari unione sui (quæ referri potest ad gradum quintum seu Jechidah) unde apparent communicationes quinque istorum graduum. Verba autem textus allegati sunt sequentia: ואמר להון ישוע אמין אמין אכרי אמר אנא לכון דאן לא תאכלון פגרה
דברה דאנשא ותשתון דמה לית לכון חיא בקיומכון :
דאכל דין מן פגרי ושתא מן דמי אית לה חיא דלעלם ואנא
אקימיוהי ביומא אחריא : וגו׳
מן דאכל פגרי ושתא דמי בי מקוא זתנא ברה :

Et dixit eis Jeschua, Amen amen dico vobis, Quod si non comederitis (1.) corpus Filii hominis, & biberitis (2.) sanguinem ejus; non est vobis (3.) vita in vobis ipsis. Qui vero comedit ex corpore meo & bibit ex sanguine meo, est ei (4.) vita, qua est in æternum: & ego suscitabo eum in die ultimo &c. Qui comedit corpus meum & bibit sanguinem meum, (5.) in me manet, & ego in ipso. Deinde eidem etiam tribui possunt corpus, Psyche & spiritus, qui sunt gradus asceticorum ordinarii: juxta 1. Thess. 5. v. 23. ubi Paulus dicit:

הו דין אלהא דשלמא וגו׳ וכלה רוחכון ונפשכון ופגרכון ינטר וגו׳

Deus autem pacis sanctificet vos perfecte totos, & totum spiritum vestrum, & animam vestram & corpus vestrum conservet sine reprehensione, in adventum Domini nostri Ieschua Christi. Et præterea eidem quoque tribuitur tertiô supra corpus gradu, mens, sive intellectus specialis, qui uno momento intelligit omnia, & de quo intelligenda sunt loca sequentia Joh. 2. v. 25. הו גיר ידע הוא מנא אית כבר נשא :

Ipse.

Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in filio hominis. Matth. 9. v. 4. הוא דין ידע מחשבתהון וגו׳
Jeſchua autem cognovit cogitationes illorum &c. Matth. 12. v. 25. Luc. 5. v. 22. Luc. 9. v. 47. Joh. 1. v. 49. ם תחית תתא אנת חזיתך :
Quando ſub ficu eras, vidi te. Et hunc gradum ipſe Dominus deſcribit ſymbolice, Luc. 11. v. 34. 35. 36. ſub figura oculi atque lucis animæ, his verbis.

שרגה דפגרך איתיה עינך אמתי הכיל דעינך פשיטא אף
לה פגרך יתוא נהיר אן דין תהוא בישא ואף פגרך יהוא
הוך : אזדהר הכיל דלמא נוהרא דבך חשוכא הו :
אן דין כלה פגרך נהיר הז ולית בה מנתאמרם חשוכא יהוא מנהר
כלה איך דשרגא בדלקה מנהר לך :

Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Quum igitur oculus tuus ſimplex fuerit, etiam totum corpus tuum erit lucidum: ſin autem fuerit malus, corpus quoque tuum erit tenebroſum. Cave igitur, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint, ſi autem totum corpus tuum lucidum ſit, & non ſit in eo pars aliqua tenebroſa, erit lucidum totum, quemadmodum lucerna, quum ardet, illuminat te. Porro eidem tribuitur quarto loco & vita illa Divina & divinos reddens: de quâ loquitur Johannes c. 1. v. 4.

בה חיא הוא וחיא איתיהון נוהרא דבני נשא : והו נוהרא בחשוכא מנהר וגו׳
In ipſo erat vita, & vita erat Lux filiorum hominis, & ipſa Lux in tenebris lucet. &c. & tandem quinto etiam loco unio illa ſingularis, de qua Joh. 17. v. 21. Joh. 5. v. 30. לא גיר בעא אנא צביני אלא צבינה דמן דשדרני :
Non enim quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me, & Joh. 6. v. 57. איכנא דשדרניא אבא חי ואנא חי אנא מטול אבא וגו׳
Sicut miſit me Pater vivens & ego vivo propter Patrem &c.

§. 58. Kabbal. Vigeſimo ſecundo: Ulterius ex Adamo primo prodire dicuntur quinque genera luminum, nimirum

(1.) Lux capitis ſive Cranii, qua denotatur unitas ejus ſumma & intellectus immobilis.

(2.) Lux cerebri ſive oculorum, quæ etiam dicuntur Lumina Nekúdim, ſive punctata, denotantque eſſentiam ejus.

(3.) Lux aurium, qua denotatur vita ejus.

(4.) Lux narium, qua denotatur intellectus ejus.

(5.) Lux oris, quæ etiam dicuntur lumina Akudim ſive faſciata; unde prodiiſſe dicuntur Vaſa; quibus denotatur voluntas ejus (Loco ſæpius citato pag. 120. 125. ſeqq.) quæ lumina quaſi animæ ſint quinque Perſonarum emanativarum, nimirum ſenioris & Macroproſopi: 2. Patris. 3. Matris. 4. Microproſopi. 5. Uxoris (loco citato pag. 130.) Quomodo iſta applicatis?

§. 53. Phil. Chriſt: Ita Filius Dei non tantum in ſtatu primæ Inſtitutionis, creatis per iſta lumina, objecta diviniſſima, in ſchola ſuperna, (ut ad tuam me applicem methodum juxta Claſſes has, propoſuit, ut intelligi poſſent unitas, eſſentia, Vita, intellectus & voluntas ſui & cauſæ primæ: ſed etiam in ſtatu reſtitutionis ita ſuos illuminat, ita ut lumina hæc haud incongruè explicari queant

ueant de Spiritu Sancto, qui est tertius ille gradus divinitatis in Evangelio propositus, ve influxus ille divinissimus inferioribus communicatus, ut per illum adducantur ad ognitionem & amorem, id est, unionem causæ primæ. Et sicut illa lumina originarie rodeunt ab Infinito per canalem illam tenuem: Ita de Sp. Sancto originarie dicitur Joh. 5. v. 26. רוחא דשררא הורמן לות אבי ופק וגו׳ *Spiritus veritatis ille, qui à Patre meo procedit*, &c. Et c. 14. v. 26. הו דין פרקליטא רוחא דקודשא הו דמשדר אבי בשמי הו ילפכון כלמדם: *Ille autem Paracletus* (seu Advocatus) *Spir. S., quem missurus est Pater meus in nomine meo, ille docebit vos omnia*, &c. Cum autem lumina illa etiam tribuantur Adamo priori; hinc de Spir. S. etiam dicitur, quod sit Spiritus Christi, cum Paulus dicit ad Rom. 8. v. 9. אן דין אנש לית בה רוחה דמש יהאהנא לא הוא דילה si vere Spiritus Dei habitat in vobis. *Si autem non sit in aliquo Spiritus Christi, hic nequaquam est ejus.* Idem etiam appellatur Spiritus Filii, cum Paulus inquit Galat. 4. v. 6. שדר אלהא רוחא דבנה ללבותכון Quoniam autem estis Filii, *misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra*, qui vocat Abba, Patrem nostrum. Et Joh 16. v. 14. Christus de hoc Spiritu ita loquitur: הו ישבחני מטול דמן דילי נסב *Ille glorificabit me, quia de meo accipiet.* In specie autem respectu luminis primi, quod est cranii, hic spiritus Jes. 11. v. 2. appellari videtur, *Sp. Domini*, respectu secundi, quod est oculorum, & ad Patrem refertur, *Spiritus Sapientiæ:* respectu tertii, quod est aurium & ad matrem reducitur, *Spiritus Intelligentiæ:* respectu quarti, quod ad microprosopum refertur, *Spiritus consilii*, *Spiritus fortitudinis*, & *Spiritus cognitionis*, & respectu quinti, quod ad uxorem refertur; *Spiritus timoris Domini.*

§. 54. Kabbal. Vigesimo tertiò: tandem Adam ille primus intra se dicitur continere quinque mundos: nempe mundum

(1.) Infiniti, quem ipse constituit;

(2.) Emanationis, cujus ipse est anima; & deinde tres mundos inferiores, qui ipsi sint loco corporis; ita ut

(3.) mundus creationis quasi sit caput,

(4.) mundus formationis corpus & brachia; &

(5.) mundus factionis duo crura & membrum fœderis ejus [ibid. pag. 130. 131.]

Quomodo applicabis ista ad Messiam vestrum?

§. 55. Phil. Christ. Neque hic desunt loca id illustrantia: ut cum Paulus dicit ad Ephes 1. v. 23. דאיתיה גושמה ושומליא דהו דכל בכל משמלא *Ecclesia est corpus illius & complementum ejus qui omnia in omnibus adimplet.* Et ibidem Cap. 4 vers 10.

הו דנחת הויו הו דאף סלק וגו׳ דישלם כל:

Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.

§. 56. Kabbal. Vigesimo quarto: Corollarii loco adhuc unum tibi suggeram, ne ullum supersit dubium certoque sciatur, à nostratibus per istum Adam Kadmon intelligi Messiam. Allegabo autem Antesignanum rerum Cabbalisticarum scriptorem, R. Jizchak Loriensem Germanum, qui in Tractatu suo Manuscripto Seder Aziluth, seu compendio de ordine Systematis Emanativi sic loquitur:

יע׳קב״ ע׳קב הם ״ ניצוצות האורה הניתוני״ בעקב שהוא עולם העשיה כי אז בעיקבות מ׳שיה׳א הוא אדם קדמון הוצפה יסגא ואחכ יעמדו רגליו. על הר הזתים וישתלםי קומתו ונאמר עליו הנה יככל עברי וכו׳

 יע׳קב

יעקב seu: *Nomen Iacob, sunt literæ* יקב ע, *quasi dicatur denarius calcanei; qui sunt decem radii lucis inserti in calcaneum, qui est Mundus factivus: quoniam tunc, in calcaneo Messia, qui est Adam Kadmon, impudentia multa erit. Et postmodum stabunt pedes ejus supra monte Olivarum: adimplebiturque statura ejus.* [conf Act 1. v. 12 & 9] *De quo eo dictum est: Ecce intelligentis instar erit servus meus, exaltabitur & elevabitur & sublimis erit valde.* Jesch. 52. 13.

CAP. IV.

De Naturis Productis, & fine Productionis earum.

§. 1. Kabbalista. His ita nunc statutis, ulterius edissere, quomodo naturæ extiterint reliquæ & quales? Et ita quidem, ut hypothesis nostra Kabbalistica quoad ejus fieri potest, retineatur & illustretur.

§. 2 Phil. Christ. Naturæ productæ à Deo infinito per Adamum hunc priorem omnes erant spiritus [prout deductum est Apparat. supra dicti Part. 2 pag. 310. 311. 312.] id est, Actus simplices luminosi, in se uni, essentia præditi, quæ centri instar concipi potest; & vita; quæ concipi potest, ut sphæra radiosa ab illo centro pro arbitrio eradiantis juxta varias figuras modò largiùs modo remissius evibrata: intellectum simul habentes, seu cognitionem sine collectione intuitivam; & voluntatem seu vim applicandi se ad commodum suum: ut Deum cognoscerent & amarent. Quo ipso causæ suæ non omninò quidem erant similes, nec tamen etiam dissimiles omninò. Sicut enim Deus Infinitus contractione sui locum fecisse dicitur, causatis suis producendis est vestigium aliquod reliquisse in spatio illo, quod fuerit subjectum & quasi vas omnis lucis illuc infusæ, ex qua productus est Adamus iste prior, & ipso mediante reliqua entia: [ibidem Part. 3 p. 106.] Ita & Adam iste prior in medio corporis sui intentionalis (juxta vestrates,) statuit diaphragma quoddam, contraxitque lucem suam in partem corporis sui supernam; quæ deinde præ copia foras promicuit per cranium, oculos, aures, nasum & os. [ibid. pag. 120. & Part. 1 pag. 592.] Ex tali autem retractione & spatio producta est natura creata, tanquam vas quoddam, quod susciperet Lucem desuper in se infusam. Non enim Materialia fuerunt vasa illa, & subjecta recipientia: sed spiritualia & naturæ determinatæ quæ existentiam actu suscipiebant, quam antea non habebant [ibidem Part. 3 pag 106.]

§. 3. Kabbal. Aliquonè ordine hæc contigisse censes?

§ 4. Phil. Christ. Omninò inter Naturas has productas statim exoriebatur ordo quidam, juxta finem productionis illarum; nempe informationem è supernis consequendam, quasi in decem collegia sive scholas distinctus, secundum decem numerationes, seu decem objecta ab Adamo priore, tanquam summo ipsorum Doctore [Joh 1. v. 18] ipsis proposita.

§. 5. Kabbal. Procul dubio huc referes decem illas numerationes mundi Tohu sive Chaotici; sed jam Classes tuas enumera.

§. 6

§. 6. Phil. Christ. In prima igitur Classe locabatur Anima Messiæ; quæ statim contemplatione & amore suo sese applicabat ad objectum omnium summum; id est gradum illum Divinitatis sibi communicatum, qui in Trinitate nostra dicitur Filius; estque Lux illa in Adamum primum intromissa. Cum hoc enim gradu anima hæc unita manebat, & unita semper mansit, citra omnem studii sui interruptionem. Unde hic Divinitatis character eidem sese proponebat contemplandum & amandum sub nomine coronæ.

§. 7. In secunda Classe locabatur totum corpus animarum humanarum, quarum Messias erat caput. Et hæ, sub forma unius corporis humani, quod vocatur Adam Protoplastes, informabantur in Collegio Sapientiæ, quæ etiam vocatur אדם id est homo; ob numerum מה id est 45. [vide Apparatus Part. 1. pag. 48.]

§. 8. In tertia classe locabantur Angeli, qui nunc dicuntur boni, informati in Collegio Intelligentiæ: unde adhuc Intelligentiarum nomine à Philosophis tam Græcis quam Barbaris vocari solent.

§. 9. In quarta classe locabantur spiritus illi, qui nunc dicuntur Angeli mali, informati in collegio Microprosopi, sive sex numerationum subsequentium, nimirum benignitatis, severitatis, pulchritudinis, superationis, gloriæ & fundamenti: quorum caput erat spiritus ille, qui à Cabbalistis nunc post lapsum ejus vocatur Samaël, & in Evangelio Beelzebub, princeps Dæmoniorum Luc. 11. 15. quasi Dominus habitaculi hujus mundani: cujus objectum erat Daath sive cognitio, seu Anima sex istarum Numerationum: ita ut & hic integrum constitueret corpus, quod nunc vocatur Adam Belial. 2. Cor. 6. v. 15.

§. 10. In quinta Classe locabantur spiritus illi, qui nunc dicuntur formæ seminales & materia; quorum objectum tunc erat Regnum, sive numeratio infima.

§. 11. Atque huc jam referri possunt omnia, quæ in Cabbala dicuntur de numerationibus [Apparatus Part. 3. pag. 147. seqq.] quatenus nimirum illæ fuerunt objectum contemplationis & amoris naturarum istarum productarium in Classibus illis Academiæ supernæ. Item de Vasis [ibid. pag. 163. 164.] & luce tam interna quam ambiente [ibid. & pag. 166.]

§. 12. Kabbal. Nihil nunc restat de statu hoc primo, quam ut aliquid etiam superaddatur de istius Creationis fine.

§. 13. Phil. Christ. Finis primævæ istius institutionis facilè è præsuppositis elucescit, quod nempe fuerit ipsa naturarum productarum informatio: sive illuminatio tam intellectus earum per cognitionem veri: quam voluntatis earum ad amorem boni & pulchri summi. Circa quæ hic non erimus prolixiores.

CAP. V.

De statu secutæ Destitutionis.

§. 1. Kabbalista. Nunc dicendum erit de confractione & lapsu vasorum. Quid adhæc conferri potest è libris vestris Evangelicis?

§. 2. Phil. Christ. Cùm in schola hac summâ, Lux illa objectorum divinissimorum

morum afflueret copiosius, quam septem inferiores, etiam nimia affinitate in se arriperent; hinc factum esse dicitur, ut istæ faciem suam ab illa averterent, id est: contemplatione & amore illo cessarent; quod est mysterium lapsus & mortis. [Appar. Part. 3 p.160.] Vasa igitur illorum confracta dicuntur: ita ut ex hoc lapsu in mundo inferiore existerent spiritus maligni corticesque. [ibid. p.161.] Et hoc ipsum est, quod in Epistola Judæ v. 6. dicitur: *Angelos quosdam non servasse principium suum, sed deseruisse proprium suum domicilium*; classis scil. illius, in qua commorantes studiis divinis invigilabant. Et hæc est ratio, quare Angeli illi dicantur, מלאכא דחטו *tales, qui peccaverunt*, 2. Pet. 2. v. 4. atque huc etiam pertinet locus. 1 Joh. 3. v. 8. מן דעבד חטיתא מן סטנא הו מטול דמן רישיתא הו סטנא חטיא הו וגו׳ *Et is qui agit peccatum, ex Satana est; quia à principio ipse Satanas peccator est* &c. Unde simul patet, in quo propriè consistat natura peccati. Atque hinc Christus etiam de Diabolo dicit Joh. 8. v. 44. בשררא לא קאם מטול דשררא לית בה וגו׳ *In veritate non stetit, quia veritas non est in eo.* Ubi sensus est, spiritum hunc in contemplatione illa veri primi cum toto corpore suo non perstitisse.

§ 3. Kabbal. Suppetitne etiam aliquid de lapsu ultimæ classis?

§. 4. Phil. Christ. Spiritus illi infimi, ad Regnum pertinentes, ab omni actualitate sua cessabant, & descendebant in statum potentialitatis, quæ vocatur materia; id est eradiatio illorum, quâ in sphæram exserebantur, cessabat, ita ut non manerent nisi centra seu puncta nuda. Quò pertinet illud quod [Appar. P. 3. pag 159. §. 2.] dicitur, vas Regni remansisse sine luce. [vid. & Appar. part. 2. p 310. 311. seqq.] & alibi: vas Regni lucem allabentem non assumsisse, sed compressum esse: idque sic factum esse è destinato Dei consilio, ne scilicet Cortices delapsi naturâ Regni gauderent. Unde exponi potest locus ille Pauli Rom. 8. v. 20.: בריתא גיר אשת עבדת לסרי קותא לא בצבינה אלא מטול מן דשעבדה *Creaturam* (id est naturas has, quæ facta sunt monades materiales, è quibus deinde combinatis facta est mundi materialis creatio:) *subjectum esse naturæ* (Tohu sive) *Chaoticæ* (sicut in Siphra Zeniatha cap. 1. locus ille Gen. 1. v. 2. ad hunc lapsum applicatur: nam vox Græca ματαιότης idem est quod בטול Chaldaicum & סריקותא Syriacum; quibus denotatur status activitate & motu carens) *non sponte* (prout sponte lapsi sunt Angeli mali:) *sed propter subjicientem:* (causam nimirum superiorem; quæ id curabat, ne Satanæ lapsi subderentur naturæ tam activæ, ut antea, ad evitandum majus malum.)

§. 5. Sicut autem de vasis illis delapsis dicitur, quod prolapsa sint in lucem sibi propriam, qua intelligerent & amarent se ipsas [ibid. pag. 162.] hinc patet etiam monadibus istis materialibus remansisse, partim lucem aliquam propriam, (quæ si excitetur certo modo suos iterum posset emittere radios, ad quam pertinent formæ materiales & seminales tam inanimatorum quam plantarum & brutorum,) partim aliquam ad minimum ad istam eradiationem tendentiam. Unde etiam à Paulo creaturæ tribuitur *expectatio liberationis*. Rom. 8. v 19. *& spes*. v. 21. *& dolor atque desiderium*. v. 22. quæ omnia sunt signa aliqualis cognitionis sui & amoris proprii. Et huc pertinet Doctrina vestra de Elevatione scintillarum è cibis Imò hinc quoque peti posset Fundamentum totius Physicæ & Medicinæ atque secretionis Chymiæ, quæ singularem requirerent Tractatum.

§. 6. Notandum quoque multas dari Naturas medias sive compositas partim inter

er cortices & lumina; partim inter ſpiritũ & materiam; partim inter gradus ipſos. Dicatur enim ſpirituũ lapſorum, ſ. corticũ natura in eo conſiſtere, quod omnes globi quidem int motu proprio præditi; ſed (1.) caliginoſi, modò majores, modò minores, ſecundum gradus quaſi infinitos; (2.) ulteriori eradiatione ſive extenſione carentes; niſi extrinſecus excitentur à natura quadam magis luminoſa: (3) nulla vitali capacitate ad materiam rædit; unde à veſtratibus dicuntur nudi, atque corporibus carentes, niſi certo auxilio ic adjuventur. Deinde dicatur materia in eo conſiſtere quod ſingulæ monades puncta tem ſint, motu proprio deſtituta, ſed ad eundem prona; lucisque & eradiationis capa-a. Jam ſi globum quendam ſtatuas αὐτοκίνητον, ſed partim luminoſum partim caligi-oſum; jam erit tibi natura media inter corticem & ſanctum: quò vos refertis corticem Nogah; Gladium verſatilem; Principes populorum mundanorum &c. Item ſi ſtatuas nonadem luminoſam à lumine quodam vitali ad αὐτοκίνησιν excitatam; jam erit tibi me-ium inter materiam & ſpiritum; quò referri poſſunt ſpiritus vitales Animalium, plan-rum & quorundam inanimatorum influi, qui compoſiti ſunt è corpuſculis materiali-us alimentorum; & tamen ob excitationem luminoſam à forma Animalis proceden-m, ſuos produnt affectus. Item dicatur â Globo quodam corticoſo excitatio quæri homine, hunc dicere poteris incubum & ſuccubum, & hinc Lemures, ſpiritus fami-res, &c. & huc vos refertis omne id genus adverſantium. Eadem dicatur quæri à bru-; hinc vobis claſſes immundorum animalium, & uſus ſacrificiorum. Dicatur quæri à antis; hinc vobis præputia vegetabilium &c. & hinc forte Dryades & Hamadryades eterum &c. Dicatur quæri ex undarum motu, vel calore: hinc omne Nympharum Tri-numque genus &c. Dicatur è metallorum fumis quæri; hinc erunt pygmæi &c. atque porrò. Superaddere poſſem è gradu materiæ plurima de vita, quam recentiores ap-llant mediam; de zoophytis, de cornu cervi, de ebore, de dente humano, &c. &c. quæ minoſo genere non penitus carent: ſed ſufficit iſta tetigiſſe.

§. 7. Kabb. Sed & ab intelligentiâ & ſapientiâ delapſa eſſe poſteriora, Noſtra dicunt [Apparat. P. 1. pag. 73. 580] Quomodo iſthæc applicas?

§. 8. Phil. Chriſt. Exortâ modo ſupradicto materiâ, ad illius contemplatio-m etiam in Angelis Bonis ſive Intelligentiis, & Animabus Natura illa, quæ ad inferio-converſá erat, ſive fœminina, convertebatur: ita ut hoc ipſo aliquatenus deſcende-t, & cum ſupremis materiæ, tum adhuc ſubtiliſſimæ partibus unirentur: unde exorta in ipſis vitalis capacitas ad vehicula. Quia autem anteriora eorum in unione cum ſu-nis permanebant, hinc nullus in illis contingebat Lapſus vel confractio. Anima au-Meſſiæ, quæ in loco Coronæ erat, nihil omninò patiebatur: niſi quod deſcenden-n ipſi eſſet ad naturas inſpectioni ſuæ commiſſas.

Et quia duæ ſpecies creaturarum, Regni nimirum & Microproſopi claſſis, delapſæ nt: hinc claſſis intelligentiæ deſcendebat in locum regni: Claſſis ſapientiæ in locum roproſopi: & coronæ, in qua permanebat Anima Meſſiæ condeſcendebat in locum elligentiæ.

§ 9. Lumina interim ſive objecta naturis lapſis antea propoſita, poſt lapſum in um reducebantur priſtinum: unde intelligi poſſunt ea, quæ de literarum, Nominumq; nſu tradi ſolent à Veſtratibus.

§. 10. Kabbaliſta. Quonam autem id refers, quod tunc enata à noſtratibus dicantur Judicia?

§. 11. Philoſ. Chriſtian. Nimirum, quia ob lapſum iſtum in Cauſato primo, ſive Adamo primo etiam exoriebatur occaſio puniendi, hinc tunc, cum Meſſias ad claſſem Intelligentiæ deſcenderet, enata dicuntur Judicia.

§. 12. Kabbaliſta. Et huc procul dubio referes ea omnia, quæ de Dinin ſ. Judiciis & Scintillis, nec non quæ de Regibus Edomiticis à Doctoribus noſtris variè proponi ſolent.

CAP. VI.

De ſtatu modernæ Conſtitutionis.

§. 1. Kabbaliſta. Jam per Adamum primum productæ dicuntur Perſonæ divinitatis. [Apparat. Part.3.p.181.] Quomodo iſtud explicas?

§. 2. Schola jam inſtituta eſt nova ſub methodo alia, quæ vocatur *Maris &* Fœminæ; ſive influxus & receptionis: ita ut objecta in minutiores diſtinguerentur Sectiones, nec obruerentur naturæ intelligentes.

§. 3. Kabbal. Rectè: huc enim pertinet tota illa Doctrina Libri Zeniutha & utriusque Idræ in Sohar: item alia illius Libri loca: nec non aliorum Kabbaliſtarum Dogmata de Perſonis Emanativis, & Nominibus ad eas pertinentibus: quæ omnia hic proponere nimis foret prolixum. Paucula ſaltem perſtringe de mundorum ordine.

§. 4. Phil. Chr. Nempe quatuor jam inſtituebantur ſyſtemata, ſive Mundi:

Emanativus, in quo proponebantur objecta divinæ cognitionis & Amoris, novi hac methodo diſpoſita.

Creativus, in quem collocabantur Animæ.

Formativus, in quem Angeli: &

Factivus, in quem materia cum corticibus demittebatur: ita tamen, ut in ſingulos hos influerent certi Divinæ præſentiæ gradus.

§.5. Materiæ autem tum inſtituta diſpoſitio, communiter vocari ſolet Mundi creatio, ſive fundatio, de qua intelligenda ſunt Loca Matth.13.v.35.

פתח פומי במתלא ואבע כסיתא דמן קדם תרמיתה דעלמא :

Aperiam os meum in parabolis, & eructabo abſcondita, quæ ante fundationem mundi id eſt, de ea Vitâ divinâ loquar, quæ ante conditum mundum materialem jam floruit. Item Matth.25.v.34.

ירתו מלכותא דעתידא הות לכון מן תרמיתה דעלמא :

Poſſidete regnum, quod paratum fuerat vobis à conſtitutione mundi. In iſta enim diſpoſitione ſyſtematum mnndanorum ſimul etiam inſtitutus eſt Paradiſus, tam ſuperior qui partim eſt in ſyſtemate Creativo pro animabus; partim in Formativo pro Angelis [unde in Libro Sohar duo ſunt Tractatus de Hechaloth ſive palatiis Paradiſiacis quorum alter à R. Jizichak Lorjenſi; dicitur Hechaloth de Briah: alter Hechaloth de Jezirah.] quàm inferior, qui eſt in mundo Factivo, & quidem in Sereniſſima Regione Magnæ orbitæ Terræ: deque hoc intelligendus eſt locus Pauli 1. Theſſal. 4. v.17.

ידין

והידין חנן אילין דמשתחרינן דחיינן נתחטף עמהון אכחדא בעננא לאורעה דמרן באאר והכנא בכל זבן וגו'

Et tunc nos, qui differimur, qui vivimus, rapiemur cum eis simul in nubes, in occursum Domini nostri, in aera, & ita omni tempore cum Domino nostro erimus. Et hic est Paradisus ille, qui in historia creationis describitur. Huc pertinet etiam locus Joh. 17. v. 24. צבא אנא דאתר דאנא אף הנון וגו' דאחבתני מן קדם תרמיתה דעלם.

Volo ut in loco ubi sum, &c. *quia dilexisti me ante fundationem mundi.* Confer ibid. v. 5. Sic Ephes. 1. v. 4. dicitur:

איכנא דקדם גבן בה מן קדם תרמיתה דעלמא וגו'

Quemadmodum prius elegit nos in ipso ante fundationes mundi, &c. Ubi intelligitur illa selectio animarum, de qua egimus supra cap. 4. §. 7. & illa, de qua supra hoc capite §. 4. Et Petrus inquit: 1. ep. 1. v. 20.

הו דלקדם הוא פריש לה להדא מן קדם תרמיתה דעלמא וגו'

Qui ab initio fuit destinatus ad hoc ipsum ante constitutionem mundi, &c. Nimirum ut esset Servator & caput atque Doctor animarum humanarum: ut sæpius dictum est supra.

§. 6. *Kabbalist.* Jam de Dispositione materiæ in specie quædam edissere, quæ Hypothesin nostram *Kabbalisticam* non evertant.

§. 7. Philosoph. Christ. Materia per Principium rerum productarum proximum, sive Adamum priorem, i. e. Messiam disponebatur, ut testantur dicta. Apocal. 3. v. 14. הלין אמרהו דאמין וגו' רישא דכל דברא לאלהא: *Hæc dicit Amen, &c. Principium omnium, quæ creavit Deus.* Conf. Col. 1. v. 15. 16. Joh. 1. 3. 1. Cor. 8. v. 6. Eph. 3 v. 9. Heb 1. v. 2. Et quidem ita, ut *Cælum* seu pars materiæ hujus subtilissima & *cælestis* extenderetur per mundum Creativum & formativum, usque ad vorticem illum, vulgo solarem dictum sive Abyssum, in qua nunc versatur Terra: *Terra* autem, sive terrestris & crassior materiæ pars, abinde porrò, usque ad centrum Abyssi magnæ, quod tunc erat in medio naturæ fabricandæ. Et hoc est illud ipsum, quod Gen. 1. v. 1. dicitur: Per Principium creavit Elohim *cælum* & *terram*. Quamvis natura hæc terrestris esset immota, i. e. תהו: & informis i. e. בהו quasi talis, *in quâ* quidem *essent* formæ materiales, sed nondum activitate donatæ. Tenebræ autem erant Cortices ab unione cum luce delapsi, confer hîc loca sequentia: ut Luc. 22. v. 53. *Hæc est potestas Tenebrarum.* 2 Cor. 6. v. 14.

הרא הי שולטנא דחשוכא': אינא חולטנת אית לנירא עם חשוכא:

Quæ commixtio est Luci cum Tenebris? Item Ephes. 6. v. 12. ubi Cortices dicuntur *possessores mundi hujus tenebrosi.* Porrò, Col. 1. v. 13. ופרקן מן שולטנה דחשוכא *Et redemit nos à potestate tenebrarum.* Item 2 Pet. 2. v. 4. בסוטמא דחשוכא אסרהון *Vinculis caliginis ligavit eos.* Hi detinebantur supra & intra partes Abyssi id est intra & circa remotissima à manifestatione originis loca. Huc pertinent dicta Luc. 8. v. 31. Apoc. 9. v. 11. cap. 20. v. 3. quæ jam intelligi possunt de centro terræ. Interim Spiritus naturæ motum excitabat in & super particulis aquosi istius vorticis medii, in quo nunc Terra versatur cum annexis. Vide Gen. 1. v. 2.

§. 8. Gradus igitur ille divinæ manifestationis, qui in Adamo primo erat, & in hoc statu

ſtatu exiſtebat in Claſſe Intelligentiæ, quæ vocatur אלהים dicebat: id eſt, jubebat, ut Verbum (quod eſt Anima Meſſiæ cùm ipſo unita,) operaretur: (Confer Joh. 1. v. 1. 2.) ut nempe exiſteret Lux: id eſt, ut Spiritus Naturæ, qui à veſtratibus dicitur Sandalphon; materiæ ſubtiliſſimæ intenſiſſimum daret motum, unde vehicula etiam acciperent ſpiritus ſyſtematis creativi & formativi, quod eſt cœlum empyreum. Et hæc quidem Lux ſic illuminabat hemiſphærium ſupernum vorticis Hydrogæi, ut conus umbræ hujus contegeret hemiſphærium ejuſdem adverſum; quo relegabantur & cortices. Gen. 1. v. 3. ſeqq. ut ita exiſteret diei genus. Rom. 13. v. 12 13. 1. Theſſ. 5. v 5. 8. 2. Pet. 1. 19. & noctis 1. Theſſ. 5. v. 5.

§. 9. Porro exiſtebat firmamentum, ſive materia cœleſtis intra vorticem Hydrogæum, ita ut globus noſter Hydrogæus cum aquis craſſiſſimis in medio vorticis locaretur; Intra materiam extenuatam cœleſtem autem prope globum hunc oriretur aer cum vi ſua elaſtica, una cum Atmoſphæra: quibus omnibus cœli nomen tribuitur. Gen. 1. v. 20. 26. 28. Gen. 2. v. 19. 20. Gen. 7. v. 11. c. 8. v. 2 Matth. 6. v. 26. cap. 24. v. 30. &c. Unde aquæ aliæ manebant in globo Terraqueo, aliæ circa extremum *vorticis*, è quibus deinde condenſabantur Planetæ. Gen. 1. v. 6. 7. 8.

§. 10. Mox globus Hydrogæus in uno ſui hemiſphærio evadebat ſiccus, aquis ad medietatem alteram collectis, & in parte ſicca formæ ſeminales naturam ſuam vegetativam exſerebant pro metallis & vegetabilibus. Gen. 1. v. 9. ſeqq.

§. 11. Deinde quicquid intra vorticem Hydrogæum continebatur materiæ ſubtiliſſimæ, colligebatur in iſtius centrum, & circumrotabatur circa centrum proprium, unde oriebatur natura ſolis ſub Præfecto ſingulari, vorticem actualiter nunc gyrans: unde globus terraqueus a ſpiritu naturæ evibrabatur in orbitam ſuam magnam, ut tamen directionem axeos ſervaret immotam. Pſalm. 93. v. 1. Job. 26. v. 7. c. 38. v. 6. Ubi alterum illius hemiſphærium ſole quidem colluſtrabatur, ex altero autem prodibat conus umbræ ejus, qui eſt habitaculum Corticum, hoc modo ob continuum iſtius globi motum, jaculatorum fundæ gyris. 1. Sam. 25. v. 29. Materia autem aquoſa ad extremum vorticis ſub nomine Aquarum ſupra cœleſtium gyrata, cum particulis ſuis craſſiſſimis tertii ſcilicet elementi omnibus, coibat in planetas, partim primarios, partim ſecundarios, intra quos locum habet & Luna, (cujus Princeps Fœminini generis cum primitus partem Regiminis Solaris obtineret, ob certas quaſdam cauſas, à Veſtratibus commemoratas diminuta nunc fuiſſe dicitur.) qui omnes, per lumen à globo principali reflexum proprio vortice agitantur. Et hi Planetæ cum ſinguli ſuum quoque habeant umbræ conum, ſinguli quoque ſuos habent incolas è corticibus ſub certis ducibus. Et hæc lumina omnia locata ſunt in firmamento. Eodem autem modo etiam extra vorticem hunc in loco lucis primævæ, iſta diſtribuebatur in certos vortices, in quorum centra colligebatur materia illa ſubtiliſſima, ignea; una cum bonis ſui generis, qui antehac luce illa veſtiti fuerant, nunc in Academia hæc cœleſti divinæ contemplationi, & amori atque cultui peculiari vacantibus. Job. 38. v. 7. & aliquando concuſſuris ad magnum illud naturæ finaliter purificandæ & in primam ſui activitatem reſtituendæ incendium; 2. Pet. 3. 10. Conf. Gen. 1. v. 14. ſeqq.

§. 12. Cumque poſtmodum & naturæ ſenſitivæ prodiiſſent in globi iſtius Hydrogæi theatro, ſecundum formarum ſuarum genera: *Gen.* 1. v. 20. 25. Tandem & Genus illud Animarum, quod materiæ amore tactum erat in exercitu ſive corpore illo, quod Adam protoplaſtes vocabatur, in Magnam Terræ Orbitam, tunc adhuc magna claritate lucis ſeptidui micantem, Jeſ. 30. v. 26. ita demittebatur, ut pedibus tantum in ſyſtemate factivo, corpore autem in formativo, & capite in creativo exiſteret: (prout Cabbala tradit Tractatu de Revolutionibus cap. 16.) Reliquæ autem Noes ſive Mentes, quæ Meſſiæ immediatè adhærebant, extra Materiam remanſiſſe videntur.

CAP. VII.

CAP. VII.

De Animarum præexistentia in specie.

§. 1. KAbbalista. Audio autem Hypothesin nostram de Præexistentia animarum, antequam in corpus deveniant, à Doctoribus quibusdam vestris non admitti. Adeoque è re nostra foret, si illa quadantenus illustrari posset.

§. 2. Phil. Christ. Tentabo id problematicè. Et pro confirmatione illius hypotheseos argumenta repetam sequentia. Primò, Quæcunque Hypothesis magis est consentanea sanæ rationi, quam ulla de origine animæ alia, illa ad veritatem magis accedit. Atqui hæc de præexistentia animarum talis est; Ergo, &c. Minor probatur: quia non nisi duæ sunt potissimum opiniones contrariæ. Una eorum, qui animam per traducem propagari dicunt, altera eorum qui, animam statuunt creari, data quacunque occasione. In priori occasione autem manifesta occurrit contradictio: Anima enim cum spiritus sit, essentiæ est indivisibilis id est indiscerpibilis. Altera sententia pronunciat quædam, quæ indigna sunt Majestate divina (dum Deum constituit Efficientem primarium Autoremque propriissimè & specialissimè loquendo, in manifestis criminibus, scortationis, adulterii, incestus: imò sodomiæ; perficientem scilicet impuros illos congressus creatione novarum animarum) imò injuria afficit ipsam quoque animam, quam creatam à Deo in omnigena puritate, in carcerem detrudi ait impurissimum, cujus pravitate non paucæ, ita corrumpantur, ut tandem necessariò adjudicentur extremæ illi calamitati, quæ omnes manent infideles. Cùm ergo duæ istæ opiniones tam absurdæ sint, quid poterit esse præexistentiâ animarum probabilius?

Hîc quidem respondet Amicus quidam 1. *Ratio in mysteriis fidei Judex esse nequit, &c.* Regero: Doctrinam de animæ origine, si accuratè res examinetur, non esse referendam inter mysteria fidei; sed inter dogmata merè Philosophica; (eandem autem analogiam statuo inter Theologiam & Philosophiam, quam vos Hebræi inter Legem scriptam & oralem) eo quod anima sit ex objectis Pneumaticæ, in qua discutiendum, quicquid in doctrina de Anima est theoreticum. Unde Theologia deinde ceu Practici generis ad eandem mysteria fidei applicat pro illius salvatione. Hinc omnes etiam Philosophi antiquiores, unà cum recentioribus, qua tales, de anima egerunt. Philosophiæ autem norma hactenus statuta fuit ratio, quæ quamvis ob lapsum vicem intellectus obeat, si tamen vera eidem adhibeatur medela, suo modo conformis fieri potest τῷ λόγῳ divinissimo, de quo Hebr. 4. ℣. 12. &c.

Respondet 2. *Anima est Spiritus quidem, sed ἔνσαρκος.* Regero: Anima est spiritus incarnatus vel per se, vel ex accidenti: si per se, ergò extra carnem propriè dictam: vel existere nequit; vel si existit, in statu imperfectiore est, quàm cum in carne degit, quippe quæ hac appellatione ipsi statuitur esse naturalis. Prius esset atheisticum: Alterum Theologia redarguit, quæ statum animæ, ἄσαρκον, seu extra carnem, longè statuit feliciorem; imò carnis naturam à statu animæ beato penitus remo-

remover, 1. Cor. 15. vers. 50. Si autem status ἄτακτος animæ est accidentalis, idipsum est, quod Hebræorum opinio urget. Pergit autem:

Nec dividitur cùm traducitur, neq; discerpitur; sed multiplicatur, sicut flamma candelæ alteram accendentis, neq; dividitur, neq; discerpitur. Regero. Traducens, vel aliquid de substantia sua communicat, vel substantiam productam è materia saltem excitat, vel ex nihilo creat, plures modi non dantur. Postremus modus non admittitur: medius animam statuet et materialem: E. locum habet primus. Jam verò quicquid aliquid substantiæ suæ communicat, illud partem communicatam vel retinet, vel perdit. Pater & mater autem partes illas de anima sua filio communicatas, non retinent, quod notorium. E. perdunt. Quodcunque autem partem animæ suæ perdit, illius anima discerpitur & dividitur. Sicut ramis salicis, qui propriè traducis nomen habet, strictè loquendo ab arbore discerpitur & dividitur, cum transplantatur. Imo flamma candelæ propriè & physicè particulas aliquas igneas & fuliginosas in candelam accendendam introducit, quæ à priori candela realiter separantur, & flammam deinde, ob motum in ellychnio novum, sibi suscitant propriam. Quod etiam experientia comprobat. Si enim flammæ componantur diversorum colorum, ut æs urendo viridis; urendo sulphur cærulea &c. primi accensæ hinc candelæ radii, eundem referent colorem, quem flamma traducens habet, donec mox è sebo proprio colorem quoque requirat specialem. Imò sic ipsi quoque solis radii discerpuntur & incorporantur in liquoribus, etiam pondere aucto, unde etiam generatio sulphuris; quod Chymiæ haud ignorum est. Quod autem à candela traducente nihil dispereat, causatur materia inflammata, quæ continuò novam suppeditat materiam; sicut scaturigo fontis novas semper aquas, quamvis quæ exinde hauriuntur propriè loquendo à fonte dividantur. Exempla igitur hæc materialia ad naturam animæ, quæ spiritus est, nihil faciunt: nisi animam statuere velimus materialem, quod absit! Posito autem, quod flamma candelæ accendendo nihil sui admittat, adeoque non dividatur: per illam tamen in candelam accendendam saltem introducitur motus, adeoque novæ forma flammæ è potentia materiæ educitur, quia materialis est. Si igitur eandem statuimus naturam animæ, certè nihil aliud agimus, quod quam à spiritus natura eandem omninò segregamus. Ut de absurda illa animæ filii ex particulis animarum Patris & matris (quippe quæ excludi nequit, ob Christi animam, quæ ex Maria assumta dicitur:) compositione nihil hic dicam.

§. 3. Secundò, si singulorum hominum materia individua jam extitit à mundo condito, quam certè oportet subjectam fuisse multis alterationum & modificationum myriadibus, antequam perveniret ad corporis humani statum; probabilius est multo, singulorum etiam animas jam extitisse ab illo usque ævo.

Sed verum est prius, nemine Philosophorum contradicente. E. & posterius. Connexio majoris probatur, quia probabile est quàm maximè substantiæ nobiliori, nobiliorem quoque competere durationem; nobilior autem anima est corpore.

Ad argumentum hoc 2. ita respondet idem : *singulorum hominum materia quidem prima extitit à mundo condito, non autem secunda.* Regero. Figmentum materiæ primæ adeò jam explosum esse, ut responsum non mereatur : Nisi exponatur de monadibus physicis deinde in corpora coagmentatis ; quæ nihil faciunt pro Authore. Pergit autem : *Ita singularum animarum seminarium quidem extitit à condito mundo.* Regero. Seminarium animarum, si citra tropum loqui velimus, vel statuendum est spirituale, vel materiale. Non spirituale : quia spiritus spiritum non proseminat quà talis Matth. 22. vs. 30. nisi tropicè hoc nomine intelligere velimus Deum ipsum. Nec materiale, quia spiritus à materia proseminari nequit. Nec utriusque generis, quia negatis partibus, negatur totum. Ergo planè nullum fuit animarum seminarium. Nisi Adamus intelligatur, in cujus Exercitus omnes præexistebant Animæ, sicut in plantario omnes plantæ vel arbores post factas insitiones aliò translocandæ. Deinde pergit:

Sicut Levi fuit in lumbis Abrahæ, in quibus decimatus est. Heb. 7. vs. 9. Regero. Quicunque decimatur, ille vel est ens; vel est non ens : Non posterius ; quia non Entis nullæ sunt affectiones. E. prius. Adeoque talis vel est ens actum vel ens in potentia, ut rosa dicitur in hyeme , si in potentia; in potentia etiam decimatus est, quia quale est ens, talis ejus qualitas. Aliter tamen responderetis vos Hebræi, qui statuitis in uno Patrum stipite actu delituisse plures animas posteriorum, quas vocatis Nizuzoth, id est, scintillas, sive radios (de quibus plura traduntur in Tractatu de Revolutionibus) De altero dicto dicetur infra. Sed pergit :

Nobilior est substantia hominis, quam reliquarum creaturarum, & tamen Deus in hexaemero prius creavit reliquas cum inanimatas, tum animatas, quam hominem. Quare N. c. Nobilior est substantia, quoad essentiam : E. etiam durationem. Regero. Quale est ens , talis ejus affectio. E si nobilius est ens, nobilior ejus duratio, quippe quæ illius est affectio (nimirum generalis, non specialis, in uno vel altero ejus statu.) Ex quo argumento duratio distinguitur, in tempus ævum & æternitatem. Exemplum autem hexaëmeri in se habet petitionem principii : quia hoc ipsum negat Præexistentianismus : hominem, quà talem, id est, animam reliquis creaturis fuisse posteriorem : quamvis posterior in theatrum hoc inferius descenderit, authoritates non admittit Philosophus, quà talis sed qua historicus.

§. 4. Tertiò, Quicunque per sapientiam suam semper facit quod optimum est, procul dubio etiam hoc in casu fecit, quod est melius, melius autem est citius esse quam tardius, quandocunque esse bonum est.

Atqui de Deo verum est prius, E. & posterius.

Ad Argum. hoc tertium Respondet Idem 1. *Horas & moras Deus quidem secundum suam sapientiam dispensat, sed etiam secundum arbitrii libertatem* , &c. Regero. Arbitrii divini metrum semper est ejusdem Bonitas, neque ullum dabitur exemplum in contrarium. Respondet 2. *Melius est esse ab æterno : ergonè anima ab æterno fuerit ?* Regero. Quidni, si compatibilia essent productum esse & principio

 carere.

carere. Si autem æternitatis vox sensu Hebræo accipitur, & limitatè; hypothesis salva manet. Et hoc ipsum est μέτρον illud (Rom. 12. ℣. 3.) quod nimirum cadit in producti proportionem Matth. 25. ℣. 15.

§. 5. Quartò, Quicunque est summè & absolute, adeoque semper Bonus, ille semper quoque est communicativus alicui; & quidem quo pluribus eò melius Atqui de Deo verum est prius; E. & posterius; & per consequens non defuerunt ab initio creaturarum animæ, quibus sese communicaret.

Ad Argum. hoc IV. Idem Respondet 1. *Conclusio est absurda: Sequeretur enim ab æterno fuisse animas, &c.* Regero. Communicationem divinam non restringi nisi per naturam Creaturæ; & in hoc consistere vim argumenti: sicut solis splendor non restringitur nisi per receptivitatem illuminandorum: & sic attributa omnium, Agentium per naturam suam, Respondet 2. *Argumentum concludit à genere ad speciem creatam affirmativè, N. C. Deus sui semper est communicativus. E. animæ. Datur aliud præter animam, nempe Dei Filius, cui se pater ab æterno communicavit generando, & Spiritus S. cui spirando.* *Regero.* Communicationem esse attributum naturæ & essentiæ, non personæ: Imò hinc colligi posse Filium & Spiritum S. non haberi pro Deo.

Respondet 3. *Eâdem consequentia sequeretur plures fingendas esse creaturas, quibus sese Deus optimus communicasset quam animabus hominum, ut Dei bonitas amplior redderetur.* Regero. Principiata Divina certas habere restrictiones, tam ex parte principii, (Messiæ,) quam ex parte sui, ut fictioni hic nullus sit locus alius, nisi juxta Hypothesin supra propositam: Ubi præter Animas recensentur & Creaturæ aliæ coævæ.

§. 6. Quintò. Si bonitas divina non debet statui minor bonitate quavis humana, sequitur, illam non jam demum producere animas.

Atqui verum est prius: E. & Posterius.

Connexio majoris probatur: quia Boni Viri, quantum in ipsis est, nullam unquam prætermittunt benefaciendi occasionem: præsertim si nihil ipsos impediat. Quantò magis ergo DEUS ter optimus, de quo impedimenta ne quidem animo fingi possunt. Ad argumentum hoc V. Idem respondet. 1. *Negatur Consequentia. Ratio: quia Divina Bonitas in alia, quàm animabus, materiâ, vel occasione se potest exserere.*

Regero. In quâ ergò sese exseruit? Quod enim exserere sese potuerit non quadrat, quia in Deum non cadit potentia, cum sit actus simplicissimus.

Respondet 2. *Ratio nulla est: quia sicut Boni Viri semper quidem benefaciunt aliis, sed non uno solum semper benefaciendi modo: ita DEUS semper quidem benefacit homini, ex quo ipsum condidit: sed non semper eodem modo. Nec id per impedimenta semper idem non facit; sed per arbitrii libertatem, cui tamen sanctissimæ causæ subsunt.* Regero. Vim argumenti consistere in natura Boni à Minore ad majus quod objectum quærat, recipiens beneficia. Hoc qui restringere nititur, eidem non tribuere debet arbitrium quoddam ἄλογον, & indeterminatum: sed quod attributis ejus reliquis sit analogum.

§. 7. Sex-

§. 7. Sextò. Cujuscunque Dominium nunquam non fuit plenissimum, illi nunquam defuerunt, quanticunque esse potuerunt unquam subditi.

Atqui Dominium DEI universale immutabile est, & nunquam non fuit plenissimum. Ergò nunquam quoque defuit ipsi, quantæcunque unquam esse potuerunt Animæ; imò Creaturæ.

Ad Argumentum hoc Sextum respondit idem: *1. DEI Dominium universale est immutabile, & plenissimum in se quidem: sed creaturæ, quæ objectum illius sunt, non sunt propterea immutabiles & plenissimæ: sequeretur enim absurdum hoc, omnes Creaturas, quæ ab Orbe condito hactenus fuerunt, & adhuc futuræ sunt, semper simul extitisse.* Regero. Nihil absurdi, si Creaturæ (quoad ejus fieri potuit per productorum naturam) ratione substantiæ dicantur simul extitisse: quamvis quoad accidentia variaverint, & variaturæ sint. Nihil enim sub sole novi. Eccles. 1. vs. 9.

§. 8. Septimò. Si DEUS creaturis tam nobilibus non dedit durationem eandem cum duratione materiæ, sequitur, illum vel noluisse, vel non potuisse.

Sed illud Justitiæ, hoc omnipotentiæ ejus repugnat. Ergo dedit.

Ad Argumentum hoc septimum idem respondet. *Deus nemini quicquam debet. Rom. 11. vs. 35. Quare neque injuriam ulli facit non dando ipsi durationem tantam vel tantam.*

Regero. Textum allegatum loqui de Rigoris usu versùs naturas lapsas: Jam verò sermonem esse de Benignitatis usu pro naturis constituendis: quæ aliundè judicari nequit, quàm è natura Boni latissimè extensi, nec rigore, vel impotentia ullatenus restricti.

§. 9. Octavò. Ex quacunque opinione facillimè solvi possunt difficultates illæ, quæ occurrunt circa negotia hominum: illa non tantum est verissima; sed & utilissima.

Sed hæc de Præexistentia Animarum, est talis. Ergò, &c.

Minor probatur: Quia statuitur hac opinione: Animas hominum aliquando extitisse in alio quodam statu; in quo variis modis atque gradibus deliquerint contra Creatorem suum: atque inde juxta justissimam illam Nemesin necesse esse, ut subeant varias Calamitates, aliosque atque alios fortunæ insultus, ceu pœnam inflictam, ob varias Apostasiæ suæ enormitates. Ista clavi non saltem commodè recludi potest mysterium illud, quare multi tam aversi sint ab omni religione & virtute: cæterumque stupidi planè, & quasi invincibili quadam desidia corrupti circa talia ab ipsis incunabulis, adque omnia vitia ferè incorrigibiliter propensi: Sed & quare integræ Nationes tot seculis quasi sepultæ jacuerint ferissima barbarie: multæque adhuc hodie in eadem detineantur. Quæ miranda rerum scena necessariò admodùm obfuscaret divinæ Providentiæ vias, nisi iisdem aliquod ex ista Hypothesi accederet Lumen.

Ad hoc argumentum octavum idem Respondet. 1. *Ex Opinione Epicureorum, non dari Deum vel divinam providentiam, facilè solvi possunt difficultates, quæ*

occurrunt circa inæqualia fata piorum & impiorum: Ergone ea opinio est verissima & utilissima &c. Regero. Hypothesin præexistentiæ nihil in se continere, quod Deo quomodocunque deroget: adeoque contumeliosum est, eandem atheismo æquiparare. Adde quod falsum sit Antecedens.

Respondet 2. *Causas diversæ sortis in corporibus subeundæ non tenemur omnes speciatim reddere, nec possumus; quia Deus eas nobis non revelavit.* Rom. 11. 33. *Quare non licet* &c. Regero. Sed & Assaph abibat in sanctuarium Dei Ps. 73. 17. Et Deus certas habet methodos revelandi quædam servis suis, de quibus multi parum sunt solliciti. Et pergit:

Est peccatum originale fons & origo omnis mali, unde diversi rivi emanant, qui modò hos, modò alios fructus peccatorum actualium & suppliciorum progerminant. Regero. Quodcunque est fons unde rivi emanant & origo unde fructus progerminant, illud est causa quædam realis & proxima atque individualis: non verò imaginarium quid & potentiale. Unde sequitur peccatum tale commissum esse à singulis, & non ab uno quodam, propter quem imputetur cæteris: quod hypothesin nostram confirmat. Dices: Intelligi naturæ corruptionem. Regero. Hanc pœnam potius dicendam, quàm peccatum: & generalem esse & æqualem: unde nulla prodiret inæqualitas sortis. Porrò inquit:

Sinit Deus unum subire sortem, quam & alter meruit Luc. 13. ℣. 3. 4. *Et dum hunc non punit, sicut illum; ostendit, quam longanimus ipse sit* Regero. In loco allegato latere vaticinium de subversione urbis & jugulatione civium ejus per Romanos; unde nihil pro Authore. Cæterum Deus etiam metro Longanimitatis suæ personas non accipit: nec rationibus caret dum judicat, vel parcit.

Respondet 3. *Nec absurdum nobis est dicere: peccatum originale suos habere in aliis intensiores, in aliis remissiores gradus: Intensiores præcipuè in liberis parentum malitia induratorum: quorsum digitus intenditur Ez. 16. v. 2. c. 19. v. 2. s. Matth. 3. v. 7. Luc. 3. v. 7. Quo posito mirum non est, & sortem variare.* Regero. Actus unus & singularis, qualis fuit lapsus Adami, consideratus ut individuum non potest habere gradus varios uno & eodem tempore. Si ergò peccatum originale habet gradus diversos in diversis, sequitur gradus hos non provenire ab uno subjecto. Et hoc est, quod volumus: plura nimirum Animarum subjecta in Adamo secundum diversos gradus delituisse. Dicta autem allegata, quæ respiciunt ad malorum parentum malos liberos, ad peccatum originale (ne tropicum illud quidem, quod pœna primi dicendum) detorqueri nequeunt; imo imitationem potius liberorum, quam generationem illorum innuunt; Cum dici nequeat, pravitatem parentum moralem esse hæreditariam: nulla enim est ratio, quare id non sit perpetuum. Si autem perpetuum, unde nobis tot exempla filiorum proborum à Patribus pessimis progenitorum? Hæreditas autem inclinationum pravarum ab Ideis in spiritu Parentum latentibus, transmissis cum spiritu seminali, Peccatum originale nullo modo dici potest. Imò nec hinc sortis varietas, quippe quæ etiam cum ipsa nativitate se prodit.

§. 10. Nono,

§. 10. Nonò, Cuicunque opinioni nulla facultatum nostratum contradicit, illa pro indubitato vera est habenda;

Hæc de præexistentia animarum talis est. Ergo &c.

Ad Arg. hoc IX. Respondit 1. *Facultates nostræ non sunt judex controversiarum: vel opinionum diversarum: sed principia sive naturæ sive scripturæ.* Regero. Facultates humanæ, id est, sensus, ratio, intellectus sunt Judex controversiarum, actu; principia sunt Judex, normâ. Jam opinioni de traduce animarum contradicit ratio; quia anima nullo modo concipi potest esse materialis, vel propagari modo materiali. Traducis autem spiritualis non datur idea: Nisi admittatur hypothesis Cabbalistica, de pluralitate Animarum in uno subjecto latentium & ex uno stipite disseminandarum, quæ Præexistentiam non evertit. Opinioni autem de Præexistentia nulla contradicit facultas: id est nec sensus, nec ratio, nec intellectus; Imò nullum contradicit principium naturæ nec scripturæ.

Respondet 2. *Scriptura autem adeoque & facultas intellectus scripturâ illuminati, contradicit opinioni ex revelatione pendenti, si illa in sacris literis, sicut hæc, fundamentum non habeat.* Jes. 8. Regero. Opinio hæc merè Philosophica est, ut supra dictum: Secundò, nullus est scripturæ locus, qui dicat: Animæ non præexistunt. Loca autem controversa non possunt dici contradicentia. Præsertim cum ab iis, à quibus Philosophia hæc ad nos traducta ex Hebræis scilicet, pro Præexistentia explicentur. Pergit autem:

Contradicit etiam intellectus, ratione persuasus sententiæ, quæ statuit, animam corpori præextitisse. Est enim anima eum in finem natura ordinata, ut cum corpore constituat hominem. Contrarium si supponit Dissertatio, petit principium. Regero. Si anima saltem cum carnali corpore constituit hominem, sequitur nos non esse homines in vita æterna. Ille autem qui thesin format ex omni antiquitate Philosophiæ tam Græcæ, quam Barbaricæ, non petit principium: sed neoterici illi potius, qui nec antiquitatem nec expressam Scripturæ Literam, nec rationem nisi materialem sequuntur Ducem.

§. 11. Decimò. Quæcunque opinio sola sine omni difficultate explicat naturam peccati originalis, illa cæteris est præferenda.

Hæc est talis. Ergo &c.

Minor probatur: Quia juxta hanc hypothesin quilibet ipse statuitur autor peccati sui primordialis, nec opus est ut recurramus ad peccatum pœnamque Adami, ubi certè Labyrinthus difficultatum: Hic enim non disquiritur de secreto illo atque imperscrutabili modo, quo illud peccatum in nos devolvatur: nec periclitatur justitia divina, quasi immaculatos spiritus corporibus immundis incluserit, nullâ eorum culpâ; quippe qui cum delicto Adami nihil omninò habuerint commercii; & quæ sunt reliqua communis sententiæ incommoda.

Ad Arg X. Resp. 1. *Nobis non licet fingere modos solvendi difficultates, sed ad Scripturam in mysteriis nempe fidei, recurramus, & videamus, quos solvendi modos* ipsa

ipsa nobis suppeditat. Regero. Opiniones Philosophicæ sub normam scripturæ non reducendæ sunt, nisi hac expresse contradicat. Hic autem mos inolevit quam plurimis Theologorum, ut suo dominio subjici velint, quicquid opinabile est.

Respondet 2. *Quemlibet esse autorem sui peccati, sicut Adamus & Eva fuerunt, in 5. literis nullum fundamentum habet.* Regero. Contrarium evincunt loca infra allegata. Pergit. *Multo minus in natura.* Regero. Et hæc tamen dictat cum Ezechiel. 18. 19. ss. filium non debere portare iniquitatem Patris: sed animam peccantem ipsam mori debere. Pergit. *In scriptura autem habetur, Adamum & Evam esse fontem totius generis humani. Act. 17. vers. 26.* Regero. Distinguendo inter statum inhabitationis terrenæ; & inter statum substantiæ per se sumtæ, de quo ibidem vs. 28. 29. De illo loquitur Paulus, non de hoc. Pergit. *Et peccasse nos in ipsis Rom. 5. 12.* Regero. Nisi non enti tribui velint actus reales, locum hunc Traducianis non patrocinari: sed quia in omnes homines dicitur transiisse mors, eo ipso, quod omnes peccarunt: sic enim Syrus: בהי דכלהון חטו. Hinc patet omnes ibidem realiter adfuisse. Pergit. *Quare non periclitatur justitia divina, si statuamus, pœnam infligi etiam iis, qui non quidem ad similitudinem Adami peccarunt: peccarunt tamen nempe in principio seminali, &c.* Regero. Peccare in Principio seminali est peccare in potentia: sicut dici posset, Traducianos errasse in Hieronymo, vel aliis opinionis suæ autoribus. Hoc autem proprie est, non errasse, non peccasse. Nisi sublata spiritus natura omnia jubeamus esse materialia: sicut cum fructus pharmaco dicitur infici, cum arbor inficitur; vel rosa colorari, cum frutex colore imbuitur; quæ sane proxime est ad Atheismum via.

§. 12. Undecimò. Quæcunque opinio sola sine omni difficultate explicat ea, quæ circa varias mentium humanarum inclinationes occurrunt, ea cæteris est anteferenda.

Atqui hæc de præexistentia est talis. Ergò &c.

Minor probatur hoc modo: Internæ complexiones hominum tam sunt variæ, quam constitutiones eorum externæ; mentiumque crases tam diversæ quam corporum, adeo ut, sicut dantur ἰδιοσυνκρασίαι σωμάτων, sive temperamenta radicalia in partibus ipsorum corporis, ita, quoque Mentales, seu Animariæ, (ut sic dicam,) inveniantur propensiones; cognitæ animabus ipsis, atque quibus quasi sigillatæ & imprægnatæ in hunc mundum veniunt. Facillime enim observari potest, quosdam ad has vel illas opiniones quam maxime esse pronos, adeo ut primo quasi intuitu iisdem assentiantur, firmiterque postmodum inhæreant; cum tamen contra, alii æque eruditi, nec minoris acuminis atque judicii admodum circa illas hæsitent, quamvis æquè clarè propositas, parique evidentia confirmatas; adeo ut sæpè nullo modo illas approbare queant, imò potius quam pertinacissimè reclament, ut hæc ipsa illarum aversatio videatur insita atque innata esse ipsimet eorum naturæ. Unde jam oritur intellectualis hæc cum quibusdam dogmatibus congruitas, cumque aliis antipathia & incompossibilitas? nisi præextiterunt animæ, atque ita in hunc statum descenderunt,

derunt, præoccupatæ certo quodam ad hæc vel illa Principia affectu, insitoque ad alia odio?

Idem observari potest circa ea, ad quæ multi inclinant, admodum propensi ad certa quædam exercitia, operationesque peculiares, de quibus determinationibus ad multa specialia singulariter tendentibus congrua nulla dari potest ratio, nisi quod animæ eorum in alio prius comparuerint theatro, antequam in hoc descenderent, ubi addictæ fuerint certæ cuidam actionum speciei, huic ipsi quam hic affectare deprehenduntur, admodum analogæ; quâ si delectatæ fuerint vehementius, diuque exercitatæ habitum acquisierint; probabile est, illas semper certas quasdam de iis in se retinere reliquias, & quasi stricturas atque fragmenta, cumque ratio illarum cæteræque facultates, maturuerint, quis neget illas de novo excitari posse ad has iterum eligendas, de novo amandas, & postliminio quasi in usum revocandas.

Ad Arg. hoc XI. Resp. Idem. *Inclinationes non referendas ad statum quendam priorem, nisi statuere velimus, in cœlo, ubi animæ praextitisse finguntur, prostare tanquam in Theatro, qui philosophentur, alios qui sutrinam vel textrinam exerceant; alios qui arma tractent; alios aliud vitæ genus sectantes: ad hæc n. & similia hominum inclinationes feruntur.* &c. Regero. Hic respondebitis vos Hebræi, theatrum sc. illud in quo comparuerint animæ, non saltem esse originarium in cœlo, sed & succedaneum, in terra: cui innititur tota vestra hypothesis de revolutionibus. Pergit. *DEUS qui in productionem hominis influit, imprimit ipsi etiam inclinationem hanc vel illam* &c. Regero. Ad causam primam saltem recurrendum esse, cum non dantur mediæ. Et si hæc de indifferentibus concedantur, quid dicendum de pravis ut sunt inclinationes ad bella, fraudes, atheismum. &c.

§. 13. Duodecimo. Quæcunque opinio fluit ex ipsa durationis natura, illa est vera. Hæc &c. Ergo &c.

Minor probatur, quia quicquid capax est indefinitæ durationis à parte post; illud etiam est capax durationis indefinitæ à parte ante, per suam naturam, quæ in se nihil continet, quod anteriori huic durationi repugnet, in quantum sc. Natura producti id admittit. Talis autem est anima. Ergò.

Ad Arg. hoc XII. Idem respondet: *Non est quæstio, cujus durationis anima sit capax; sed cujus sit particeps reddita.* Regero. In affectionibus ex ipsa essentia fluentibus capacitatem esse argumentum actus ipsius, quod vel sit, vel fuerit vel futurus sit. Capacitas enim intelligitur ex parte nostri, ut sensus sit: in quo concipi potest citra repugnantiam, hoc vel illud, in illo fuit, est, vel erit. Sic in anima est capacitas ad ubi definitivum; ergò aliquando erit in eo. Sic in Satana est capacitas justitiæ. E. aliquando fuit justus.

§. 14. Sequuntur Argumenta ab autoritate scripturæ depromta: eaque vel ad probandam præexistentiam omnium animarum, vel solius animæ Messiæ, Illa autem sunt seqq.

I. Deuter. 29. 15. Nec vobis solis hoc fœdus ferio & execrationes istas, sed cunctis præsentibus coram Domino DEO nostro, & qui non hîc nobiscum hodie, unde argumentantur Vestrates:

Cum quibus DEUS fœdus ferit, illi non sunt plane non entia, quia fœdus requirit duo relata realia.

Atqui Deus feriit fœdus cum Israëlitis, qui nondum nati fuerunt;

E. qui nondum nati fuerunt, non fuerunt plane non entia, & per consequens animæ eorum, vel delituerunt in animabus parentum, quod juxta præsuppositum Seminarii & traducis materialis absurdum esse, superius probatum: vel jam tum præextiterunt.

§. 15. II. Ies. 57. 19. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar, quia spiritus à facie mea operiet, & animas ego feci. Unde argumentum vestratium:

Si DEUS ipse testatur, se pro posteritate, cum qua non sit litigaturus, fecisse animas, utique animæ illæ, antequam veniret tempus illud, quo spiritus homines debeat operire, jam præextiterunt:

Sed verum est prius, ex textu, E. & posterius.

§. 16. III. Ierem. 1. 5. Priusquam te formarem in utero, novi te, vel potius, indidi tibi scientiam, & antequam exires de vulva sanctificavi te; unde sic à vestratibus infertur.

Quemcunque DEUS ita novit, ut scientiam indat ipsi & eum sanctificet & constituat prophetam, illum oportet existere.

Atqui cuidam Deus ista tribuit antequam formaretur in utero, E. quidam antequam formaretur in utero existit; & si quidam, quid obstat quin omnes? quia duratio spiritibus creatis omnibus est eadem.

§. 17. IV. Ecclesiast. 4. 2. 3. Et laudavi magis mortuos quam viventes, & feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt, unde argumentum: confer Matth. 26. 24.

Cui competit vel minima species felicitatis, de illo non potest negari existentia: Atqui non nato tale quid tribuitur, Ergo &c.

§. 18. V. Job. 38. 21. Scis, quia tunc natus eras, & numerus dierum tuorum magnus. Vel Interrogativè: sciebasne quod tunc nasciturus esses, & numerum dierum tuorum multorum?

Ex utroque sensu fluit Præexistentia animæ Jobi; quippe qui statuitur præsens ipsis rerum initiis.

§. 19. VI. Sap. 8. vs. 19. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & magis bonus existens, veni in corpus immaculatum. Unde: Qui venit in corpus jam bonus existens, illius certè anima non cum corpore incipit.

§. 20. VII. Joh. 9. 2. Interrogaverunt Jesum discipuli ejus: Rabbi quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cœcus nasceretur? Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut &c. unde argumentum: Quam-

Quamcunque opinionem datâ commodissima occasione Christus non refutavit, nec pro erronea redarguit, in illa nihil est veneni, neque periculi vel erroris.

Atqui hæc de præexistentia talis est. Ergò &c.

§. 21. VIII. Quicunq; in scriptura dicuntur perditi, illi aliquando fuerunt non perditi; omne enim quod perditum dicitur, præsupponit, quod aliquando fuerit in potestate ejus, qui postea perdidit; quod enim in potestate nunquam fuit, non potest dici esse perditum.

Atqui omnes homines in scriptura dicuntur perditi.

E. omnes aliquando fuerunt non perditi, adeoque in potestate supremi Domini.

Minor probatur Psal.119,26. Jer.50,6. Ez.34,16. Luc.15,6.9,24. Cap.19.10, Matth. 15.24. Matth.18.11.

§. 22. IX. Quicunque dicuntur ovium more errare, & dispersi esse, illi præsupponuntur fuisse in grege:

Atqui homines in scriptura dicuntur errare sicut oves & dispersi esse à grege, 1. Petri 2.25. Joh.11.53.

Ergo fuerunt in grege; & per consequens præextiterunt.

§. 23. X. Quicunque in terrâ sunt peregrini & extranei, illi alibi quam in terra sunt exorti, & alibi habent patriam.

Atqui homines in terra dicuntur in sacris peregrini. Er. &c.

Minor probatur ex Ps.39.14. 1.Pet.2 11. Hebr.11.13. Ps.119.19.

§. 24. XI. Si Deus creavit omnia simul; etiam animas creavit simul:

Atqui verum est prius, ex Ecclesiastic.18.1. Ergo &c. unde & Pater spirituum dicitur Heb.12.9.

§. 25. XII. Quicunque dicuntur in sacris in peccatis mortui, illi præsupponuntur aliquando fuisse vivi, quia omnis privatio præsupponit habitum.

Atqui qui &c. Eph.2.1.5. E.&c. Non fuerunt autem tales unquam in hoc corpore. E. ante.

§. 26. Jam Argumentum ex sacris de Anima Messiæ proferam:

Si Christi Anima præextitit, omnium animæ præexistunt.

Atqui verum est prius, prout ex sacris jam docebitur. E. &c.

Ad Argumentum hoc idem Respondet: *Hinc sequeretur: E. animabus omnibus competit apparuisse Patriarchis, collocutum esse cum Mose, Israelitas liberasse &c.*

Regero. Distinguendo inter id quod Christo competit ratione essentiæ, & quod ipsi competit ratione officii; de illo autem loquitur argumentum, non de hoc genere.

Major probatur, quia præter peccatum Christus in omnibus nobis similis est; & omnium animarum ratione durationis eadem est ratio.

Minor probatur.

1. Quia jam Patriarchis sæpius apparuit, cum Mose sæpe conversatus est, Israelitas ex Ægypto liberavit, in deserto comitatus est, inque Cananæam introduxit &c. teste præter loca V.T. infinita Paulo, 1. Cor.10.4. & Joh.1.11. Ad probationem subsumti

1. Respondet Idem. *Apparuit quidem Filius Dei Patribus, sed Deus &c. nimirum* יהוה *Gen. 18, 1. Ex. 33. qua loca de anima Messiæ dici nequeant. Petra quæ Israelitas sequebatur erat Christus, sed ut Deus, quem tentarunt in itinere, & à quo prostrati sunt illi, 1. Cor. 10, 4. 5. Psal. 78 19 seq.*

Regero. Hinc sequi, quod Christus aliquando concipiendus sit sub una natura; quia in Vet. T. pars altera unionis ejus singularissimæ nondum extitisset. Suppositi autem Præexistentia animæ ejus, nil absurdi est, si totum illud unitum intelligatur per Tetragrammaton, sicut Jer. 23. 6.

2. Quia ipse testatur, se claritatem habuisse priusquam mundus fieret apud Patrem. Joh. 17. 5. hæc autem non est claritas divinitatis, quia illa per suam naturam est immutabilis; E. animæ tum jam præexistentis.

Ad prob. hanc 2. Respondet idem. *Est ea claritas divinitatis, quippe quæ fuit ante mundum, quam Christus petit sibi dari secundum humanam naturam.* Regero. Si claritas divinitatis intelligeretur, dicendum fuisset; clarifica me illa claritate, quam habeo apud te: quia claritas divinitatis nunquam diminuta fuit, sicut claritas creaturalitatis ejus.

3. Porrò ipse testatur: Exivi à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem. Joh. 16. 28.

4. Joh. 3. 13. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis. &c.

5. Johannes Baptista de ipso testatur, quod de sursum venerit. Joh. 3. 31.

6. Iterum Christus ipse Joh 6. 32. Pater meus dat vobis, panem de cœlo verum: panis enim Dei verus est, qui de cœlo descendit, &c.

7. Ibidem ℣. 38. Ego descendi de cœlo.

8. Misit me vivens Pater, &c. Hic est Panis qui de Cœlo descendit. Joh. 6. ℣. 57. 58. Confer. ℣. 41. 51.

9. Secundus homo est Dominus ex cœlo. 1. Cor. 15. ℣. 47.

10. Hoc sentite in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, &c. sunt verba Pauli. Phil. 2. 5. seq.

Quæ omnia cum præcedentibus non possunt ullo modo intelligi de divina natura Christi, quæ nec variari, nec loco moveri potest propter divinam suam excellentiam & omnipræsentiam ipsi essentialem; & per consequens necessariò explicanda sunt de anima Christi quæ longè præextitit terreno suo corpori: unde certissimum argumentum necti potest, præexistere & cæterorum hominum animas.

Ad probationes. 3. 4. Usque ad 10. Respondet. *Intelligi ipsum Dei Filium & de exitu, descensu, adventu θεοπρεπῆ, qua sit manifestatio illa de qua 1. Tim. 3. 16.* Regero. Hypothesin illam, per quam scriptura intelligi potest secundum literam, si Deo & Christo aliàs nil deroget, præferendam esse illi, quæ tropos in scripturas infert & allegorias. Hoc ipsum enim nimium quantum absterret infideles à conversio-

versione ad Christianismum, quod fictitios illos terminos tolerare nequeant. Locus autem 1. Tim. 3. 16. De Anima Messiæ loquitur cum divinitate unitâ: præsertim si textum intueamur Syriacum.

11. Heb. 1. ℣. 6. Primogenitum Pater iterum introduxit in mundum, quod secundùm humanitatem intelligendum ex ℣. 9.

Ad probat. hanc 11. ℞ *Primogenitum esse Dei, Christo secundùm divinam & humanam naturam competere potest.* Regero. Nervum argumenti consistere in eo, quod iterum introductus dicatur: unde consequitur, illum jam ante introductum fuisse secundùm humanitatem, juxta quam unitus est. ℣. 9.

12. 1. Joh 3. 5. 8. Qui autem apparet ille non demum incipit esse.

Ad probatur 12. Respondet. *Intelligi Deum, qui apparuerit, juxta 1. Tim. 3. 16.* Regero. Sensum scripturæ sic non facilitari, cum infidelibus incomprehensibile sit, quomodo ille qui invisibilis est, apparuisse dicatur extra Prophetiam.

§. 27. Sequuntur argumenta ab authoritate humana, suo modo tamen sacra.

I. Primo producantur Apostoli Domini nostri nondum illuminati, qui huic opinioni fuerunt addicti & tamen non correcti à Domino ut patet (1.) ex eo, quod rogarent, de cœlo nato. Joh. 9. 2. (2.) ex eo, quod dicerent, alios eum putare Johannem Baptistam, alios Eliam, alios Hierimiam, aut unum ex Prophetis. Matth. 16. 14. Quæ assertio sine fundamento Præexistentiæ subsistere non potuisset, nec tamen à Domino correcta est; prout, si quid erroris in ea, procul omni dubio à sanctissimo & benignissimo illo magistro factum fuisset. (3.) ex eo, quod cum Dominus diceret, se exivisse à Patre: illi statim dicerent. Ecce nunc palam loqueris & proverbium nullum dicis. Joh. 16. 29.

II. In scenam prodeat Clemens Alexandrinus, qui sæpe in scriptis suis hujus opinionis facit mentionem, nec unquam tamen illam redarguit ceu erroneam; sic enim ait stromat. 1. Manifestum est Barbaros speciatim honorasse Legislatores suos atque Magistros, Deos eosdem appellantes. Putant enim cum Platone, Animas quasdam bonas relicto loco suo supercœlesti suscipere descensum in hunc tartarum, assumtisque corporibus participes fieri omnium, quæ in Generatione occurrunt miseriarum, & solicitè curam agere generis humani, cui leges tradiderint & Philosophiam prædicaverint.

Deinde l. 3. cum adversus Marcionitas disputat, non pauca Loca ex Platone allegat, partim directè partim indirectè hanc opinionem includentia; ex quibus est illud; ex Phædone: Esse arcanum traditione ad nos delatum, quod nos homines in hac vita velut in carcere simus. Idem illud, (ubi Heraclitum simul & Pythagoram & Socratem cum Platone citat) Mors est si quid expergefacti videm⁹, si quid dormiẽtes videmus somnus est. Maximè autem congruit, quod ex Philolao Pythagoræo citat. Testantur antiqui Theologi & vates, animam terreno huic corpori adjunctá esse per modum pœnæ, eamq; quamdiu in eodem est, sepultam esse. Et cõtra hæc nihil asserit.

Eodem libro quamvis admodum sese opponat Julio Cassiano, his tamen verbis utitur:

utitur: Existimat nobile hoc ingenium magis ad mentem Platonis, animam, quæ divina sit & superna, concupiscentiâ effœminatam descendere in generationem & corruptionem.

Imo in Protrept. expressè ait: Christum iterum in cœlos revocasse eos, qui in terram disjecti erant.

III. Sequatur Origenes, qui apertiùs hanc opinionem propagavit, quam ut allegationibus opus sit.

IV. Porrò Synesius Episcopus Cyrenensis, qui epistol. 105. expresse ait: Revera, animam corpore existentiâ posteriorem esse, nunquam dignabor opinari. Et Hymno 3. Ut Gutta cœlestis, Effusus sum in terram, Fonti me, restitue, unde effusus sum, vagans exul.

V. His accedit Arnobius, qui adversus gentes l. 1. sic ait: Nonne Deo omnes debemus hoc ipsum primum quod sumus, quod esse homines dicimur, quod ab eo vel missi vel lapsi cæcitate hujus in corporis vinculis continemur?

VI. Prudentius sese offert; qui hymno in exequiis defunctorum sic canit.

Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida jam Paradisi:
Licet & nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis.
Illic, precor optime Ductor
Famulam tibi præcipe mentem,
Genitali in sede sacrari
Quam liquerat exul & errans.

VII. Augustinus quoque de hac opinione non sine favore loquitur: lib. 1. de libero arbitrio: utrum ante consortium hujus corporis aliâ quadam vita vixerit animus, magna quæstio est, magnum secretum. Ibidem l. 3. de præexistentia animarum cum sermo est, sic ait: si de Deo aliud senserimus quam est; intentio nostra non in beatitatem, sed in vanitatem compellet; De creatura verò si quid aliter quam sese habet senserimus, dummodo non id pro cognito perceptoque teneamus, nullum periculum. Et in discussione quadruplicis illius quæstionis, utrum nempe animam propagetur, an creetur, an à Deo è secreto quodam receptaculo, ubi præexistat, mittatur; an verò proprio motu huc decidat? sic ait: Aut nondum ista quæstio à divinorum librorum Catholicis tractatoribus pro merito suæ obscuritatis & perplexitatis evoluta atque illustrata est: aut si jam factum est, nondum in manus nostras ejusmodi literæ pervenerunt.

VIII. S. Basilius quoque & IX. Gregorius Nazianzenus quod non adversati fuerint opinioni huic, exinde patet; quod ex scriptis Origenis tam egregium librum excerpserunt, cui nomen indiderunt Origenis Philocalia; in quo pauca loca reperiuntur, quæ partim implicitè partim apertè affirmant Præexistentiam animarum. Ulterius allegari possent.

X. Johan-

X. Johannes Hierosolymitanus.

XI. Philastrius.

XII. Boetius. Quos tamen ob brevitatis studium præterimus.

§. 28. Sequuntur argumenta ab autoritate Philosophorum desumta. Hic enim Testimonium Antiquitatis maximum reperitur, quocunque vertamus oculos.

I. In Ægypto enim antiquissima occultarum scientiarum nutrice assentientem habemus Trismegistum, ut ex fragmentis ejus apparet.

II. Nec non Gymnosophistas, & Brachmanes Indorum; & Persarum Chaldæorumque Magos, ut manifestum est ex oraculis Magicis vel Chaldaicis, in quæ commentati sunt Pletho & Psillus.

III. His adde, Lector, abstrusam Judæorum Philosophiam, quam Cabbalam dicunt, cujus author Moses Philosophorum quotquot unquam fuerunt maximus: Unde Menasseh Ben Israel de creatione Prov. 15. s. 5. ex Gemara Chagigæ citat sequentia: In cœlo Empyreo esse domicilia vitæ & pacis, & animarum justorum, & spirituum, atque etiam animarum istarum, quæ in mundum venturæ sunt. Et ex Bereschith Rabba allegat illud; Doctores Judæorum locum Psalmi 139. 4. Post & ante me formasti: explicare de creatione Adami, id est hominum, facta primò die primâ, deinde die sexta.

IV. Huc speciatim pertinet Philo; in qua opinione hâc nihil est familiarius, ut allegationibus non sit opus.

Addantur V. Zoroaster. VI. Pythagoras, VII. Epicharmus. VIII. Empedocles, IX. Cebes Thebanus. X. Euripides, XI. Plato; XII. Euclides. XIII. Virgilius, XIV. M. Cicero. XV. Plotinus, XVI. Jamblichus. XVII. Proclus. XVIII. Prophyrius. XIX. Psellus; aliique plurimi & ex recentioribus. XX. Marsilins Ficinus, XXI. Item Johannes Fernelius, qui sibi adjungit Hipocratem & Galenum, de abditis rerum causis l. 2. cap. 4. XXII. Cardanus de animorum immortalitate p. 235. - - 239. & XXIII. Pomponatius, qui tamen immortalitati animarum parum favet.

Atque ne quid desit, his annumerabimus. XXIV. & Aristotelem, qui in tract. de anima l. 1. cap. 3. cum loquitur de necessariâ qualitate corporis ab anima actuandi in illos invehitur, qui materiam hanc tam negligenter tractant, quasi possibile sit, ut juxta fabulas Pythagoricas, quælibet anima quodlibet corpus ingrediatur: cuilibet enim animali ut propria competat species, ita peculiarem esse formam, qui vel aliter docent, idem dicunt, ac si quis affirmet fabrilem intrare in fistulam; oportet enim singulas artes suis uti instrumentis, & animam suo corpore. Ubi certè Aristoteles non carpit opinionem de Metempsychosi (quæ involvit præexistentiam) sed quod anima hominis possit intrare corpus brutale, & vice versa, hæc est illa absurditas, quam Aristoteles rejicit, reliquâ opinione tacite approbata. De Generatione anim. tamen l. 3. cap. 11. aliquantò clarius loquitur: Generantur

in terra

in terra ejusque humiditate plantæ & viventia, quia in terra est humor, in humore spiritus, & in toto universo animalis calor adeò, ut quodam modo omnia sint animarum plena. Ib. l. 2. c. 3. Ubi speciatim tractat quæstionem de præexistentia animarum sensitivarum & rationalium, utrum nimirum utraque dicenda sit, præexistere an verò rationalis tantum, ita concludit: Reliquum est, rationalem animam solam intrare ab extra, ut quæ sola divina sit, cumque cujus operatione corporis operatio nihil habet commune: quibus verbis opinionem Magistri sui Platonis expresse sequitur.

§. 29. Sed in contrarium I. Sic argumentantur quidam: Si in pœnam uniretur anima cum corpore, tum unio non esset naturalis; nec esset bonum & perfectio naturæ, sed potius malum quid, sicut est omnis pœna, quod absurdissimum.

℞. 1. Per instantiam. In pœnam quoque injunctum est homini, ut in sudore faciei, manducet panem; ut mulier pariat cũ doloribus; ut terra proferat tribulos &c. & tamen nec sudor nec dolor partus, hominis nec tributi, terræ ratione, cessant esse naturales: Imo ipsum corpus hoc crassum atque inglorium, loco gloriosi illius quod in statu innocentiæ habuit homo in pœnam tribuatum est, ei tamen naturale est. 2. Est ergo fallacia autem dicto secundum quid ad dictum simpliciter; non enim simpliciter in pœnam unitur anima cum corpore, sed secundum quid: & unio hæc, non in pœnam solum; sed in commodum quoque animæ concessa est, ut nimirum ne desit ei occasio redeundi ad statum priorem.

§. 30. Prius est in re illud, quod ei est naturale, quam quod est præter naturam; sed separatio animæ, & subsistentia separata est præter naturam; unio verò secundum naturam, E. hæc illâ prior fuit, non contra.

℞. Distinguendo, inter Naturam, quatenus accipitur pro statu universi post formatam materiam introducto; & quatenus accipitur pro rei Essentiâ. Jamque resp. ad minorem, unionem cum corpore quidem animæ esse secundùm naturam, i.e. congruentem statui moderno corruptionis; non verò essentialem: Cùm ipsa Animæ Essentia absque unione hâc abundè concipi queat.

§. 31. Si DEUS in principio creasset animas separatas, tum non creasset omnes res secundum perfectionem, cujuscunque naturæ congruentem debitam. Ratio consequentiæ: quia propriam & connaturalem sibi perfectionem obtinet anima in corpore non extra corpus.

℞. Distinguendo inter Animam, quâ talem: & quâ lapsam: posteriori sensu concedi potest Assertum; non priori. Etsi enim claudus perfectionem suam obtinet in grallis, grallæ tamen non pertinent ad perfectionem ejus quâ homo est.

§. 32. IV. Si animæ existunt ante corpus, aut sunt in via, aut in patria, aut in neutro. Sed nullum horum dici potest E. non præexistunt.

℞. Animæ primò fuerunt in patriâ, ubi exortæ sunt: deinde in statu neutro, cum delapsæ sunt in statum peccati: & cum in hæc corpora intromittuntur in viam reditus perveniunt. E. falsa est argumenti minor.

§. 33. V. Si Animæ præexisterent procul dubio illius status non plane essent oblitæ; quod tamen nihil illorum recordentur manifestum est. E. non præextiterunt.

℞. Oblivionem prioris status nihil evincere contra Præexistentiam animarum, apparebit facile, si consideremus illa, quæ vel plane tollunt, vel mirum in modum diminuunt memoriam nostram in ista vita: quorum omnium hic inveniemus concursum, inque majori gradu & à potioribus causis, quam ulli unquam viventi evenire potuerunt. Quæ enim memoriam nostram hic plane tollunt, potissimum ista sunt. 1. Si deest opportunitas reminiscendi aliquid, sicut illis contingit, qui surgentes jurarent nulla sibi illa nocte obvenisse insomnia; postmodum tamen occasione interdiu data, longam sæpè rerum somniorum in memoriam sibi revocant. 2. Si desuescimus animum applicare ad quædam; atq; sic quæ magno labore in scholis conscripsimus, adulti plerumque pro nostris non agnosceremus, nisi ad scripta nos convincerent nomina. 3. Si insignis quædam constitutionis atque temperamenti in corpore nostro fiat mutatio, sive ab externo quodam accidente, sive à morbo violentiori sive à somnio.

Atque hæc principia oblivionis omnia eminentius inveniuntur in descensu animæ in carcerem hunc terrestrem, quam unquam fieri potest, quamdiu eundem inhabitat. Procul omni dubio enim longè major est differentia inter illam rerum scenam, quam videt anima extra corpus, & quam in corpore videt, quam inter ea, quæ videt homo dormiens & vigilans: Et perpetua præsentis vita negotia insignem in ipsam introducunt desuetudinem reminiscendi priorum. Præterea descensus earum, primus plerumque accidit, dum sunt in statu Corticum atque silentii, in quo fortè multæ animarum myriades per multa secula jacuerunt. Si verò citra statum silentii descendant nec Corticibus innexæ fuerunt, memoriæ quoque exempla de statu priori occurrunt, ut in Christo Joh. 17. 5. Tandem descensus in terrenum hoc corpus major est mutatio, ad delendasque priores in memoria species multo aptior, quam ullum accidens, ullusvè morbus alius, quo tamen urgente, sæpè multis in hac vita memoria omnis periit. Hic iterum excipiunt dicentes: si nuda mutatio vehiculorum introducere potest in animum omnium rerum ante actarum oblivionem, sequitur talem etiam metuendam esse post exitum ex hoc corpore terreno: quod absurdum, quia ibi memoria omnis permanet, & conscientia non cessabit. Resp. diversa est ratio, quia inter statum animarum priorem & modernum intercessit status silentii & torporis, in quo consopitæ jacuerunt omnes facultates superiores intellectus, rationis & sensuum, quô & memoria pertinet. Inter modernum autem statum atque futurum tale nihil interjacet, unde nec memoriæ abolitio sequitur.

§. 34. VI. Si DEUS creavit animas cum triplici vitali aptitudine ad triplex vehiculum, quorum ultimum sit receptaculum lapsarum, sequitur Deum illas creasse cum necessitate labendi. Omnis n. vitalis aptitudo & consequenter etiam quæ est ad vehiculum terrestre, flueret ex essentiâ animæ, & per consequens necessaria est.

℞. Distinguendum est inter aptitudinem vitalem in se consideratam, & inter ejus

ter ejus deductionem in actum. Illa si necessario competeret animæ, non tamen hæc propterea est necessaria, quia falsum est omnem potentiam, necessariò deduci in actum. E. potentia in amphibiis invenitur in pluribus elementis vivendi, non autem necessarium est, ut semper deducatur in actum; possunt enim dari e. g. anseres, anates, fibri imò hippopotanii &c. qui nunquam in aquam descendunt, si semper in terra nutriantur: Atque ita res se habet cum potentia animæ vivendi in pluribus vehiculis; Adde quod & extra vehiculum vivere, queat ut Auriga extra currum.

§. 35. VII. Si anima præextitit, adeoque plura ipsi vehicula competunt, sequitur deposito vehiculo terrestri, iterum assumi aliud, & consequenter non dari carnis resurrectionem.

℞. Distinguendum inter acceptionem vocabuli carnis in statu, pro eâ, quod jam est caro; & in ampliatione, pro eo quod fuit caro. Juxta hanc non juxta illam intelligenda est carnis resurrectio; non enim caro quatenus caro resurget, quia teste Apostolo 1. Cor. 15. ℣. 51. *omnes immutabimur*; sed illud quod fuit aliquando caro resurget, & transmutabitur in naturam ejus vehiculi quod cuilibet animarum competet; quia enim omnis immutatio est materiæ accidentalis, & perinde est illius substantiæ quomodocũq; formatæ sint illi⁹ particulæ (sicut nihil refert ceræ, sive pomi sive hominis figuram referat, sive in fluore sit sive gelata) hinc nihil decedet illi substantiæ quæ caro nostra fuit, sive in aëris sive in ætheris consistentiam attenuetur & immutetur?

§. 36. VIII. Si anima præextitit in vehiculo prius aereo, sequitur illi etiam post mortem tribuendum esse vehiculum simile, ne detur saltus: Tale autem decedentibus piis omninò erit incommodum, quia aër est habitatio Dæmonum, & plenus tempestatibus.

℞. Aëris varii sunt gradus; quorum summus est materia intra magnam terræ orbitam contenta. Unde non opus est Pios includere Amosphæræ terrenæ post obitum, ubi hæc incommoda; sed dari possunt loca multò altiora, ubi major quies.

§. 37. IX. Si hypothesis de præexistentia vera est, sequitur hominem sæpius posse mori quam semel: Si enim excedente homine ex hac vita vitalis aptitudo ad corpus terrenum nondum expiravit, necessum erit, illum ad simile corpus redire, donec in ipso evigilet aptitudo vitalis ad corpus aëreum: atque hac ratione sæpius mori deberet, quam semel, quod esset contra loca Heb. 9. 27. Job. 16. 22. 2. Sam. 12. 23.

℞. I. Dictum Heb. 9. ℣. 27. ut recte intelligatur, distinguendum est 1. inter hominis vocem totiùs acceptam pro anima, in quocunque statu illa sit, & strictus pro anima cum corpore ex humo facto unita. 2. Inter Judicium universale & particulare. Loc⁹ hic ergò ita explicandus: quod quæcunq; anima cum suo vehiculo terreno est unita, illi constitutum sit, semel ab hoc vehiculo dissolvi, & deinde standum sit ipsi coram judicio particulari, ubi Nemesis divina disquiret, an ita vixerit, ut redeundum ipsi sit ad priorem statum, an minus. Judicium enim universale non sequitur mortem singulorum hominum.

II. Ad

II. Ad dictum Job. 16. 22. respondetur, illud particulare esse, & loqui tantum de morte Jobi, qui in sese animadvertebat approximare finem aptitudinis vitalis ad vehiculum terrestre, unde tanquam vir sanctus non opus erat ut metueret regressum ad hoc habitaculum terrenum. A particulari autem ad universale non valet consequentia.

III. Argumentum ex 2. Sam. 12. vs. 23. pariter laborat, fallacia à dicto secundũ quid ad dictum simpliciter. Particulare enim erat, quod filioli Davidis anima in vehiculum terrestre ita non regressura erat; ut rursus fieret filius Davidis, & ipsis diebus Davidis ad ipsum rediret: inde autem universaliter argumentari non licet.

§. 38. Ex hac de præexistentia hypothesi sequitur. Gloriam cœlestem futuræ vitæ inconstantem & amissibilem esse. Si n. ex priori gloria delabi potuerunt animæ, quid obstat, quin & à futurâ deficere queant?

℞. Obstare promissiones sacrarum literarum in quibus in speciale præmium fidelibus promissa est corona incorruptibilis 1. Cor. 9. 25. & immarcessibilis, 1. Pet. 5. 4. Unde Paulus testatur nos resurrecturos in incorruptione 1. Cor. 15. 42. 52. & oportere corruptibile hoc includere incorruptionem & mortale immortalitatem ℣. 53. ut mors absorbeatur in æternum 55. Os. 13. 14. una cum stimulo, peccato. ib.

§. 39. XI. Ex hac hypothesi sequitur, quod plures animæ ingredi possint unum corpus, quia rationis atque sensuum usu carere, nec nisi facultatem plasticam in actu habere dicuntur animæ in generationem demissæ; juxta quam discernere non possent, utrum animalia jam sit ingressa an minus.

℞. Distinguendum est inter ingressum formativum & non formativũ. Ille est quando centrum vitale animæ locum suum obtinet in illo puncto materiæ, in quo sedem animæ primariam jam determinavit spiritus universi. Etsi ergo mille animæ unâ simul ingrederentur materiam ex iis omnibus tamen non nisi una posset obtinere ingressum formativum, nimirum cujus centrum vitale punctum materiæ primarium occupavit.

§. 40. XII. Ex hac hypothesi sequeretur reliquos quoque planetas ab hominibus incoli: Quippe quorum aliqui loco beato unde delapsæ sunt animæ, propiores, imo globo hoc terreno majores sunt.

℞. Negatur consequentia, quia ibi deesset materia seminalis debitè præparata. Deus enim primum materiæ talis præparatorem Adamum in globo terreno collocavit; extra quem exinde homines non erunt.

§. 41. Sequuntur Argumenta adversæ partis ex sacris desumpta.

I. Ex Geneseos 1. versu 28. Quicunque vi edicti Divini: Crescite & Multiplicamini, multiplicant se secundum speciem suam; illi non minus quoad animam, quam quoad corpus se propagant: Quia ad speciei rerum animatarum constitutionem non minus anima quam corpus pertinet. At homines vi edicti Divini multiplicant sese secundum speciem suam. Ergo &c. & per consequens, animæ non præexistunt.

 Resp.

℞. Conceditur totum Argumentum: sed negatur conclusionis consequens: possunt enim homines se propagare etiam secundum animam, quamvis anima non ex ipsorum substantia desumatur. Homo enim dum generat, non nisi materiam præparat, Animæ introducendæ convenientem: atque ita ipse est causa sine qua non ratione introductionis animarum: sicut qui præparat materiam pro igne, est causa sine qua non introducendi ignis, atque ita ignes multiplicat, qui tamen ab extra accedunt, Ita corpora magnetica solo affrictu multiplicare se possunt, si nimirum ferro affricentur: quamvis materia subtilis, combinatrix ab extra accedat. His ita κατ' ἄνθρωπον præmissis, ad minorem respondetur: negando. In textu sacro enim non additur hominem multiplicari secundùm speciem suam sed nudè ponitur, crescite & multiplicatis: quæ sunt phrases indifferentes, absque determinatione causæ efficientis principalis.

§. 42. II. Ex Gen. 5. ℣. 3. Si Adam genuit Filium secundum imaginem & similitudinem suam, sequitur filium ab eo fuisse generatum etiam secundum animam. Sed verum est prius, ergo & posterius.

Respond. Negatur antecedens, quia similitudo potest intelligi externa, ratione corporis, cujus corruptelæ subjecta fuit etiam anima quamvis ab extra in illud venerit.

§. 43. III. Ex Gen. 46. ℣. 25. Quodcunque egreditur è femore parentis, illud non præexistit, sed animæ filiorum, &c. ergo, &c.

Responsio (1.) In hoc dicto intelligi posset spiritus vitalis, qui cum semine propagatur, & animæ appellatione etiam alibi gaudet: ut Psalm. 16. ℣. 10. (2.) Dici potest, esse metonymiam formæ pro formato, animæ pro animato. (3.) Si enim propriè accipiendum esset vocabulum Animarum, sequeretur, Animam propagari à solo Patre, matre exclusâ. (4) Nisi forte hypothesis vestra, de pluralitate Animarum in uno stipite hîc locum habeat.

§. 44. IV. Ex Job. 14. ℣. 4. Quis dabit mundum de immundo: unde sequitur ab immundâ anima patris, immundam animam Filii provenire.

Responsio. Particula DE non semper significat causam efficientem principalem; sed sæpe etiam instrumentalem & sine qua non, atque ita hoc loco intelligitur: quia Pater immundus cum seminie immundas communicat archei sui ideas.

§. 45. V. Ex Psalm. 51. ℣. 7. Ecce in iniquitate conceptus sum & in peccato concepit me mater mea.

Responsio. Textus loquitur de iniquitate & peccato non infantis, sed parentum generantium. Et si de infante peccatum intelligendum est, sensus est iste: Ecce anima mea ex præcedente lapsu jam in iniquitate existens recepta est in uterum matris.

§. 46 VI. Quod natum est ex carne caro est. Job. 3. 6.

Responsio. Vocabulum *nasci* non infert dependentiam essentialem ab eo qui gignit, carnalis enim, id est, vitalem aptitudinem ad carnem adepta, (jam ante nativitatem existens) anima, ex carnalibus parentibus prodiens, caro dicitur: sicut

ſicut impura aqua per impuros canales derivata, cùm erumpit eo magis impura eſt.

§. 47. VII. Sicut per unum hominem peccatum in mundum introiit & per peccatum mors, ita mors ad omnes homines pertranſiit quatenus omnes peccaverunt. Rom. 5. ℣. 12. ex hoc ſequitur ante Adamum non fuiſſe peccatum.

Reſp. Adam ut ſupra dictum, in Hiſtoria Allegorica Moſis, eſt repræſentatio totius humani generis, & hic ipſe textus indicat mortem ad omnes homines pertranſire non ex eo, quod ſolus Adam peccaverit, ſed quatenus ipſi ſinguli homines peccaverunt.

§. 48. VIII. Rom. 9. 11. Dicitur, liberos nondum natos nihil egiſſe boni aut mali. Unde concluditur, ante vitam hanc terrenam animas non peccaſſe.

Reſponſio. Nondum nati, ſunt vel tales qui exiſtunt ante unionem; vel qui in unione, de his loquitur textus, non de illis, quia 1. expreſsè nominantur liberi 2. indigitatur determinatio temporis, in quo nihil boni vel mali egerint, nempe cum diceret Dominus: *major ſerviet minori*: quod dicebatur, cum jam viverent & moverentur infantes in utero. Et ita nondum nati dici poſſunt nihil egiſſe boni aut mali, actualiter quamvis ante unionem hanc jam præceſſerit aliquis lapſus; adeoque limitandum eſt prædicatum, nihil egerunt boni vel mali, ſcilicet in ſtatu unionis.

§. 49. IX. Ex 2. Cor. 5. 10. Argumentantur, ſi in loco, ubi reddenda eſt ratio omnium peccatorum, tantum reddenda eſt ratio propriorum corporis, prout quisque geſſit &c. ſequitur extra corpus nullum commiſſum eſſe peccatum, ſed verum Prius ex textu. E. & poſterius.

Reſponſio. Negatur antecedens, 1. quia in textu nulla particula invenitur excluſiva, v. g. tantùm: ſed à potiori, nimirum peccatis actualibus, fit denominatio judicii: fieri ergò poteſt, ut & de originali peccato generatim ſit reddenda ratio. 2. poſito, de hoc tunc non redditum iri rationem: tamen non ſequitur, illud non fuiſſe commiſſum: quia (1.) oblivione generali in anima jam fuiſſet obliteratum, (2.) pro eo pœnam jam ſuſtinuiſſet anima, nimirum detruſionem in carcerem hunc terrenum.

§. 50. X. Ex Hebr. 7. ℣. 5. Qui in lumbis patris decimatur, ille quoad animam eſt in Patre. At. &c. Ergo &c.

Reſponſio. (1.) Ut ſupra §. 3. hoc cap.

(2.) Qualis nativitas, talis etiam eſt potentia naſcendi: nativitas autem patrem non aliter concurrentem habet quam cauſam inſtrumentalem ad animæ introducendæ materiam præparendum, ergo ita etiam potentia naſcendi intelligi debet.

§. 51. XI. Ex Eccl. 12. 7. Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum, unde argumentum ſicut corpus è terra, ita ſpiritus à Deo: atqui pulvis è terra datur tempore generationis E. ita & ſpiritus à Deo. Sic argumentantur, qui creationem urgent immediatam, quæ fiat tempore generationis.

Reſponſio. Sicut è terrâ deſumitur corpus; & ejus materia tamen originaliter

non tam incipit: ita etsi à Deo datur spiritus, tempore generationis, demum universaliter concurrente; tamen non sequitur, illum tum demum incipere.

§. 52. XII. Ex Zachar. 12. ℣. 1. Dicit Dominus, fingens spiritum hominis in medio ejus. Si ergò spiritus hominis fingitur in eo, non præextitit.

Responsio. Per spiritum hoc loco intelligi spiritum vitalem prout alibi sæpè Gen. 6. 17. cap. 7. 15. confer eundem ferè sensum habentem ℣. 15. Psalm. 33. prout quoque determinatio; *in medio ejus*, nempe in visceribus, indigitat; unde ad animam, non valet consequentia.

CAP. VIII.

De Personis Divinitatis in specie.

§. 1. KAbbalista. Jam paucis Personas Hypotheseos nostræ Cabbalisticæ ad Dogmata vestra applica.

§. 2. Philosoph. Christian. His itaque spiritibus; tam Animabus scilicet, quam Angelis in certos ordines digestis, jam Dogmata Emanativa proponebantur, partim sub conceptibus Numerationum: partim & quidem potissimum per conceptus Personarum, sub forma maris & fœminæ propositarum: quarum sunt quinque apud vestrates: Macroprosopus scilicet: Pater & Mater: Microprosopus, & uxor ejus: ita ut prima referatur ad Coronam; secunda ad sapientiam: tertia ad intelligentiam: quarta ad sex subsequentes: & quinta ad ultimam.

Ubi primæ quidem in Novi Fœderis libris rarius fit mentio, tanquam occultissimæ: fortassis tamen ibi, ubi Paulus præter Patrem, etiam nominat Deum: ut 2. Cor. 11. v. 31. 2. Cor. 1. v. 3. Eph. 1. v. 3. 2. Thess. 2. v. 16. Nec non Petrus. 1. Pet. 1. v. 3. Quanquam hisce in locis textus Syriacus nullibi legat copulam: Sed Patrem designet expresse. Fortassis etiam ibi, ubi summus ille Dei affectus nempe μακροθυμία exprimitur, qua Phrasi septuaginta interpretes exprimunt τὸν ארך אפים Exod. 34. v. 6. unde hæc persona apud vos kabbalistas accepit nomen אריך אנפין: ut Luc. 18. vers. 7. ubi Syrus habet: ומני ריחה על יהון & *protrahet spiritum suum super illis.* Item 2. Pet. 3. v. 9. ubi Syrus: אלא במגרת רוחה לא צבא וגו *sed per protractionem spiritus sui erga nos non vult*, &c. Sic eadem phrasis occurrit, Rom. 2. v. 4. 1. Pet. 3. v. 20. 2. Pet. 3. 15. Quamvis etiam nomen illud אבא דרחמא seu Pater Misericordiæ, 2. Cor. 1. v. 3. à Vestratibus ad Macroprosopum referatur. (Videatur Apparat. Part. I. p. 7.)

§. 3. kabbalista. Sed quomodo reperies Patrem & Matrem?

§. 4. Philosoph. Christ. Patris quidem mentio in Scriptis Novæ Dispositionis fit sæpissimè: cui non tantum involvitur. Notio Macroprosopi, ob apicem literæ Jod; sed etiam conceptus Matris: quia duæ istæ Personæ à kabbalistis vestris in per-

in perpetua dicuntur consistere Unione, nec unquam separari: Unde Notio Matris nihil aliud nobis designat, quam Amorosam illam Patris propensionem versus inferiora, de quo Amore videatur. Johan. 15. vers. 10. ומקוא אנא בחובו״ *& permaneo Ego in dilectione ejus.* Rom. 5. vers. 5. 8. Rom. 8. vers. 35. 2. Cor. 13. vs. 11. 13. 1. Joh. 4. vers. 14. 16. Judæ. vers. 21.

§. 5. Kabbalista. Et Microprosopum ubi invenies?

§. 6. Philosoph. Christ. Cum Microprosopus à Vobis vocetur Filius, ita ut etiam generationis ejus, imò status ejus uterini, nec non lactationis & adolescendi, certi describantur modi (de quibus vid. Apparat. Par. 3. pag. 181. 182. seqq.) dubium nullum est, quin ista applicari queant ad filium toties in Scriptis Evangelicis denominatum: quoniam in isto statu Anima Messiæ jam ulterius descendit in illum Adami prioris gradum, ad quem applicatur Microprosopus. Nec difficile foret, speciales illos Microprosopi status ad specialia Oeconomiæ Messianæ tempora applicare, ab orbe scilicet condito, usque ad tempora novissima.

§. 7. Kabbalista. Tandem & de uxore quædam reperienda tibi sunt.

§. 8. Philosoph. Christ. Ad uxorem sive Regnum commodissimè referri possunt omnia quæ de spiritu Sancto dicuntur in Libris Novi Fœderis; quia & vestrates denominationem spiritus S. ad metrum Regni referunt (vid. Apparat. Par. 1. p. 682.) Confer. Luc. 15. v. 8. Ubi tamen notandum, ipsam quoque Ecclesiam, Spiritus Sancti præsentia gubernatam, & Messiæ cohabitatione (licet nunc magis nunc minus) illustrem, ad hoc Regnum pertinere, quod nec à Vobis est alienum, quibus iste Gradus sæpissimè dicitur כנסת ישראל seu Ecclesia Israëlis. Quo referri possent loca Eph. 5. vs. 23. 29. 32. Ap. 12. vs. 1. c. 22. vs. 17. c. 21. vs. 2. 2. Cor. 11. v. 2.

§. 9. Kabbalista. Multa adhuc restarent specialiora; nimirum de Personis secundariis, quod nempe Pater alio respectu etiam dicatur Israël senex: Materque similiter, Tebhuna seu Intellectio. Item quod Microprosopus nunc dicatur Israël puer, nunc Jaakobh: Et quod Uxor, nunc Leah, nunc Rachel dicatur. Sed ad ista nolim te adigere fastidia.

§. 10. Phil. Christ. Refugerem ad communem vestram distinctionem, quod objecta hæc divina vel Benignitatem præ se ferant, vel severitatem: quorum Attributorum plures gradus vos per istas Personarum intersectiones designatis. Similem autem diversitatem quoad Personas nostras & nos è scriptis nostris facile erueremus.

§. 11. Sic & de ordinibus Angelorum Bonorum & malorum, in quos nimirum hi sub hoc statu redacti fuerint, nihil hîc superaddam, (vid. Apparat. Par. IV. pag. 246. seqq. pag. 253. seqq. Et Pneumaticæ Kabbalisticæ Tractatus. De Animabus autem Tractatus de Revolutionibus.)

CAP.

CAPUT IX.

De status istius tertii Depravatione, sive De Lapsu Animarum.

§. 1. KAbbalista. Jam porrò enarra Hypothesin, de Animarum lapsu, eamque pro re natâ è scriptis vestris Evangelicis illustres. Nosti enim, assertionem nostram, quod Adam Protoplastes constiterit ex omnibus animarum individuis, ita ut quædam ad caput ejus, quædam ad oculos, quædam ad nasum, & sic alia ad cætera membra ejus omnia pertinerent.

§. 2. Philos. Christ. Ponamus ita: inque unam locemus Rempublicam omnes Animarum materia subtilissima indutarum species & individua: istudque Regnum sive Exercitus, distinctus fuerit sub forma corporis humani, quasi per certa quædam membra sive in signia, membrorum istorum charactere variegata, sub Moderamine quidem Adami, sed summo Monarcha Messiâ. Ejusmodi sane corporis etiam mentionem facit Paulus, dum inquit Eph. 4. ℣. 13. עד מא דנהוא כלן חד
Donec fiamus omnes nos &c. : גברא גמירא במשוחתא דקומתא דשומליה
unus vir perfectus in mensura staturæ plenitudinis illius (i.e. Filii DEI.) Confer hic ea, quæ supra dicta sunt de statura Adami primi.) Sic idem mox pergit ibid. ℣. 15.
דכל מדם דילן ירבא במשיחא דהויו רישא : ומנה כלה פגרא מתרכב
ומתקטר בכל שרין וגו' במשוחתא לכל הדם לתרביתא דלה דפגרא
&c. quicquid est nobis, crescat in Christum, qui : דכרובא ישתלם בנינה
est caput. Et ab eo totum corpus componitur & colligitur per omnes commissuras & in mensura unicuique membro ad incrementum ipsius corporis, ut per charitatem perficiatur ædificium ejus. Sic idem loquitur Rom 12. ℣. 5. הכנא אף חנן דסגיאא
Sic etiam nos, qui multi sumus, unum sumus חנן חד חנן פגר במשיחא וגו'
corpus in Christo. Et 1. Corinth. 12. ℣. 27. אנתון דין פגרה אנתון דמשיחא
Vos autem corpus estis Christi. Et Eph. 5. ℣. 23. איכנא דאף משיחא רישאה הו
דעדתא והויו מיחנא דפגרא :
Sicut etiam Christus caput est Ecclesiæ, & est Servator corporis. Item Col. 1. vers. 24.
Pro (bono) corporis ejus, quod est Ecclesia. : חלף פגרה דאיתה והי עדתא
Istud enim corpus suum non tum demum fabricabat Messias; sed membra dispersa iterum saltem colligebat. Joh. 11. ℣. 52.

§. 2. Huic autem corpori insidiabatur Adam Belial, Prov. 6. ℣. 12. id est, totum corpus sive exercitus corticum, 2. Cor. 6. ℣. 15.

§. 3. Et quia præceptum erat Adamo, ut omnium metrorum divinorum, quæ arbores vocantur, Gen. 2. ℣. 17. contemplationi indulgeret: potissimum autem ad arborem vitæ sese applicaret, per quam intelligitur Microprosopus, ubi tunc Anima Messiæ locum habebat: Ad Regni autem, sive partis fœmininæ studia; circa

circa quam, tanquam attributum divinitatis ultimum, sectionem etiam quærebant cortices atque malum, non accederet: hinc pars corticum fœminina, quæ à vestratibus dicitur Lilith, tentasse dicitur partem animarum fœmininam. 2. Cor. 11. ℣. 3. Ut studia Fœminina in divinis amplecteretur.

§. 4. Quod cum in transgressione Præcepti divini fieret, & pars Animarum masculina ad illa pariter descenderet: totum corpus sive Exercitus corticum irruisse dicitur in corpus Adami; ita ut singula membra Mali, singulis membris Boni implicarentur: Unde Rom. 5. ℣. 12. Dicitur בכלהון בני אנשא עבר מותא בהי דכלהון חטו *in omnes filios hominis transiit mors, in eo, quod omnes peccaverunt.* Confer. 1. Cor. 15. 22. באדם כלהון בנינשא מי תין *In Adamo omnes filii hominis mortui sunt.*

§. 5. Ubi notandum, non tantùm in nobiliora membra Adami, potiora quoque membra corticum subintrasse: (de quo multa in Tractatu de Revolutionibus cap. 2. &c.) sed profundiùs quoque corticibus immersas fuisse partes exteriores corporis Adamitici, quam interiores, qualia fuerunt viscera nobiliora. Unde ad illas referimus animas Gentilium: juxta septem partes Corporis. (quæ sunt 1. Caput, *2* & 3 duo brachia 4. corpus 5. & *6*. duo crura, & 7. membrum naturæ; singulæ sua constantes decade:) divisæ in septuaginta classes, seu populos, quibus præfecti sunt totidem Principes corticum, (videatur Daniel. 10. vers. 20. 21.) Ad viscera autem nobiliora interna referimus Animas Populi Israëlitici & Fœderis antiqui.

§. 6. Effectus autem cladis hujus fuit Mors, sive privatio graduum priorum. Et quidem, quoad Animam Protoplastarum specialissimam, Descensus è Paradiso inferiore in Terram ipsam, atque corpus materiæ crassissimæ: Dominii Lucis Messianæ loco, dominium pravæ concupiscentiæ: Rationalitas & sensualitas, intellectus loco: captivatio sub corticibus &c. Quoad cæteras animas autem Immersio intra corpus corticum (conf. Col. 1. vers. 13. Hebr. 2. 14. 1. Pet. 2. vers. 9.) donec per viam generationis & ulteriora media alia exinde extrahantur. (videatur Tractatus de Revolutionibus.)

CAPUT X.

De statu postremæ Restitutionis, ejusque Gradu primo.

§. 1. Kabbalista. Hactenus nobiscum locutus es: nunc id agendum tibi erit, ut ostendas Messiam vestrum Autorem esse Restitutionis.

§. 2. Philosoph. Christ. Omnia ad vestrum accommodabo captum, salvis tamen Dogmatum nostrorum fundamentis. Nimirum hoc modo captivatum à corticibus Animarum genus, restituere in se suscepit Anima Messiæ: quæ jam ulterius

 condo-

condescenderat in Exilium hoc usque ad illum gradum Adami prioris, ubi locum habet Regnum Emanativum: adeoque intelligi potest per nomen Schechinæ, sive gloriæ Divinæ cohabitantis. (Hîc conferantur Johan. 1. vers. 14. Ubi notatur vox ἐσκήνωσεν: Joh. 5.38. 2. Cor. 6.16. cap. 13. vers. 3. Eph. 3. vers. 17.

§. 3. Itaque efficere voluit quatuor Gradibus: Nimirum

(1.) Corpus corticum infirmando.

(2.) Impugnando.

(3.) Captivando.

(4.) Destruendo.

Ut tandem hoc modo iterum in unum corpus colligeret Filios Dei dispersos Joh. 11. vers. 52.

§. 4. Sicut autem Corporis humana mensura est ejusdem Caput, octies sumtum: ita & corporis hujus mystici mensura haud incongruè statui potest, illius caput Messias: & ita quidem, ut quoad durationem mundanam singulis capitum dimensionibus tribuantur mille anni: juxta illud Apoc. 1. vers. 8. אנא אנא א אלף Ego sum Aleph, &c. quasi subinnueretur millenarius.

§. 5. Primum igitur Restitutionis gradum, Infirmationem scilicet Corticum Messias tribus instituit modis.

1. Animas per generationes producendo.
2. Productas accuratius secernendo.
3. Pertinaciores variis pœnis corrigendo.

§. 6. Primò igitur Animas è corticibus per varias Generationes produxit: id quod vestrates fieri dicunt secundùm proportionem Corporis [Unde illud vestrum: *Non venturum Mesiam, donec omnes Animæ prodierint è corpore*, Jcoamm. fol. 62. col. 1. Nidd. fol. 13. col. 2. Avoda sara fol. 5. col. 1.] Ita ut primò productæ fuerint animæ ad caput pertinentes: & sic porrò usque ad pedes. Et quia productio hæc vel concernit membra interna, vel externa, hinc juxta proportionem mensuræ supra dictæ, nimirum humani capitis, productio membrorum internorum & viscerum incepit cum Fidelibus, sive animabus nobilioribus, ab orbe condito, seu ab ipso capitis vertice; usque ad finem corporis propriè dicti; (demtis pedibus:) ad quod vos etiam aliàs stringitis Iisraëlem [sicut Abrahamum ad brachium dextrum, & Iizchacum ad sinistrum refertis.] Finitâ igitur corporis mensura, i. e. quatuor capitibus, quod est spatium quater mille annorum; censendum erit è corpore corticum jam productas fuisse omnes Animas nobiliores, Corporis Mesiani antiqui: ad quas pertinet populus Fœderis antiqui: ita ut quicquid subsequentibus temporibus ex illis natum est, omne per revolutionis medium reversum sit: quod ego in hac hypothesi vestri causa admitto.

§. 7. Finitâ autem Pedum mensurâ, qui sunt symbolum Graduum Nezach Hod, seu superationis & Gloriæ, quos vestrates appellant duas medietates corporis; productæ censendæ erunt omnes animæ exteriores & Gentilium.

§. 8. Se-

§. 8. Secundò Infirmationem Corticum Mesſias etiam inſtituit, animas ita productas accuratius ſecernendo: ita ut interiores ad peculiare Fœdus vocatas, methodo Legis ad vitam Divinam promoveret; easque vero & genuino DEI cultu à cæteris ſegregaret: atque ita præpararet ad perfectionem aliquando temporibus Mesſiæ obtinendam, [Hebr. 11. ℣. 40. Dan. 12. ℣. 13.] ſive per revolutionem Matth. 11. ℣. 14. ſive per reſurrectionem Matth. 27. ℣. 52. 53. Apoc. 20. ℣. 6. Exteriores verò methodo Philoſophiæ expoliit, vel ad proſelytismum; vel ad revolutionem intra populum Fœderis obtinendam. Et hæc eſt Electio illa, quæ à veſtratibus ברור: in Novo Fœdere ἐκλογὴ; & Syris צביות dicitur: Secretio ſcilicet ad Fœdus, & Eccleſiam tam priſcam (Rom. 9. ℣. 11. cap. 11. verſ. 28. Actor. 13 verſ. 17.] quam recentem (Act. 9. v. 15. Rom. 11. v. 5. 7. 1. Theſſ. 1. vſ. 4. 2. Pet. 1. vſ. 10. Act. 15. vſ. 7. 1. Cor. 1. vſ. 27. 28. Ubi ἐκλογὴ & κλῆσις vſ. 26. pro ſynonymis habentur. Item. Jac. 2. vſ. 5. Matth. 24. vſ. 22. 24. 31. Marc. 13. vſ. 20. 22. 27. Luc. 18. vſ. 7. Rom. 8. vſ. 33. Col. 3. vſ. 12. 2. Tim. 2. vſ. 10. Tit. 1. vſ. 1. 1. Pet. 1. vſ. 1. 1. Pet. 2. vſ. 1. Ap. 17. vſ. 14. ſed Matt. 20. v. 16. & c. 22. v. 14. Electi, idē ſunt ac ſelectè Boni.) Prout ſimilis ſelectio olim facta eſt poſt lapſum corticum, ubi animæ in unum corpus ſecretæ ſunt ſub capite Mesſia Eph. 1. vſ. 4. quæ deinde, poſtquam ſub Adamo lapſæ eſſent vſ. 7. ſub idem caput iterum reducebantur vſ. 10. & quidem certo ordine, ita ut quæ determinatæ & limitatæ quondam fuiſſent ad loca priora, adeoque ad caput pertinerent, priùs etiam purificarentur (tanquam eandem formam Capitis habentes. Rom. 8. verſ. 29.) per martyria ſcilicet. Hinc illud quod Syrus hic dicit קדם סם, priori loco poſuit; קדם רשם ſub priori ſigno collocavit &c. (confer. 2. Theſſ. 2. vſ. 13. 2. Tim. 1. vſ. 9 1 Pet. 1. vſ. 2.)

§. 9. Tertiò, Infirmationem corticum Mesſias etiam inſtituebat, animas pertinaciores variis pœnis corrigendo: tam corporalibus, quam gehennalibus: quod in veſtri gratiam ſimiliter addo: quia juxta Veſtrates, omnis pœna Dei correctiva eſt, non exterminativa.

CAP. XI.

De ſecundo Gradu Reſtitutionis Animarum.

§. 1. SEcundo Mesſias quoque reſtituit Animas, Cortices impugnando; tam per ſe, quam per ſuos. Poſtquam enim finita eſſet Corporis proprie dicti (in productione Animarum ex Adamo Beliale) menſura; quatuor ſcilicet Capitum; nimirum circa finem millenarii mundi quarti: quæ eſt plenitudo illa temporis, Gal. 4. ℣. 4. Eph. 1. ℣. 10. (ubi vox ἀνακεφαλαιώσασθαι repetitam hanc ſimul capitum menſuram connotare videtur.) Ipſa Anima Mesſiæ cortices aggrediebatur cominùs, ut corpus illud Iſraëliticum, nunc è corticibus omninò extra-

ctum, ulteriùs expurgaret: Gentiles verò sive exteriores animas) hactenus etiam productas & ad membra superna pertinentes,) in illos gradus deduceret, quibus tractaverat internas: Fœderis nimirum cultusque puri &c. Inferioresque tandem & sub pedum mensura contentas ulteriùs educeret è potentia corticum. Ubi obiter annoto, recenter extractas semper difficillimæ fuisse tractationis, Ecclesiæque puriori graves: prout & vestrates animadvertunt de Proselytis.

§. 2. Atque hoc est Tempus Fœderis Novi, per sacrificium ipsius Messiæ sanciti ad impetranda pro animabus sanctificandis nova & ulteriora auxilia. Jamque Anima Messiæ in illo supponenda est Adami primi loco, in quo Regnum consistere concipitur, quoniam ad Regnum à vestratibus refertur Messias: ita tamen, quatenus illud est in copula cum Microprosopo: unde etiam Agno tribuuntur omnia septem metra inferiora Apoc.5.vs.12. (conf. Ap.3.vs. 1.) Et omnia quidem Basiliæ & Messiæ attributa jam à rigoris & vehementiæ sive fortitudinis gradu (quæ Gebhurah vobis dicitur) influxum habuerunt, (juxta Matth. 11. vs. 12.) unde etiam Nomen ישוע, quod Messias assumsit, habet numerum 386. id est, Nominis אלהים cujus numerus est 86. quatenus istud influit in tres mundos, ut decem singulorum numerationes ascenderent ad plenitudinem Decadis suæ, unde 300. Hoc enim metro potissimùm opus fuit ad impugnandos comminùs Cortices. Quamvis alias nomen ישוע exhibeat totum systema emanativum: nimirum Jod cum Apice, coronam cum sapientia, prout in Tetragrammato. Schin intelligentiam (vid. Apparat. in lib. Sch. Part.1.p. 694. unde & tres literæ אמש, de quibus Liber Iezirah, in Tikkurum, & in libro Parder Rimmonim Tract.27.c.3. exponuntur de tribus prioribus.) Vav autem denotat sex membra subsequentia. Et Ajin quidem denotat fundamentum, sed applicatum ad Regnum, ceu fons in mare influens. Ubi notandum, quia jam erat tempus, cum copula institueretur tam inferior quàm superior; quod duæ Literæ Fœmininæ Tetragrammaticæ propterea mutatæ sint in tales, quæ connotant Masculinitatem: quoniam etiam Schin Matris, denotat tres Patres. (Unde & in Nomine יוחנן, qui erat alter à Messia, literæ Tetragrammaticæ tantùm masculinæ sunt.) In se autem,

Messias quoad nativitatem fuit in	Malchuth s. regno.
Quoad circumcisionem & Baptismum in	Jesod s. Fundamento.
Quoad officium Propheticum in gradibus Propheticis, qui sunt	Nezach, Hod: s. Superatio & (Gloria.
Quoad officium suum regium in gradu Regio. s. in	Tiphereth s. Pulchritudine.
Quoad officium suum sacerdotale; s. respectu Passionis in	Gebhurah s. Rigore.

(Quod enim tempore Messiano hi gradus permutandi & Sacerdotes ad severitatis; Levitæ autem ad Benignitatis metrum reducendi sint, expresse docet Liber Revolutionum Part. 1, cap. 23. §. 11.)

Et tan-

Et tandem quoad sessionem ad dextram Patris in gradu dextræ, Chesed s. Benignitate.

§. 3. Adeoque Messias cortices nunc aggrediebatur tam in genere & in abstracto: quam in specie, & in concreto.

§. 4. Et sicut quatuor potissimum sunt Corticum species: (de quibus videri potest Pneumaticæ Cabbalisticæ Tractatus prior:) qui in sacris Ezech. 1. ℣. 4. dicuntur:

Negah s. splendor (quem indifferentem dicitis ad bonum & ad malum.)
Ignis:
Nubes magna; &
Ventus turbinis veniens ab Aquilone. Item 1. Reg. 19. ℣. 11. 12.
Vox silentii tenuis.
Ignis.
Terræ motus, &
Spiritus grandis & fortis dissipans montes & confringens petras. Conf. Gen. 1. ℣. 2.
Sic à scriptoribus Novi Fœderis iidem intelligi videntur per

1. Materiam seu carnem.
2. Peccatum.
3. Satanam, &
4. Mortem: (quorum Applicationem in aliud Tempus differimus:)

Atque singulos hos Cortices aggressus est Messias; eosque aggredi suos edocuit; ut magno quasi exercitu impugnarentur.

§. 5. Primus igitur congressus est, quem Messias instituit cum Materia, sive carne, ejusque amore: hanc enim (1.) Ipse assumsit. (2.) abnegavit. (3.) in aliis sanavit. (4.) passionibus subjecit. (5.) glorificavit.

Assumsit autem pravâ libidinis concupiscentiâ (quam Jezer hara vocatis, & ad omnes generationes concurrere dicitis) non pollutam, sed à spiritu sancto in Matre Virgine ad polificationem fermentatam; quæ ultima dici posset primæ matris revolutio, ita ut, quæ virgo peccatum introduxerat, Virgo etiam salutem pareret. Et huc pertinet locus ille in Sohar sectione Beschallach col. 92. (Mart. fol. 52. b.) Fissio maris rubri à seniore dependet. Dixit R. Schimeon: Cerva quædam datur in terra, propter quam Deus sanctissimus, qui benedictus sit! multa facit. Cum illa clamat, Deus sanctissimus, q. b. s.! audit clamorem ejus, & suscipit vocem ejus: & cum mundus opus habet misericordia, tanquam aquis; ipsa edit voces: & Deus sanctissimus, q. b. s.! audit vocem ejus, atque propitius est mundo. Quò pertinet illud quod scriptum est. Ps. 42 vs. 1. Sicut cervus glocitat erga fontes aquarum. Et quando vult parere, ipsa clausa est, ab omni latere. Deinde venit & ponit caput inter genua sua, & clamat, & edit voces, & Deus sanctissimus propitius est ipsi; Eique destinat serpentem quendam, qui mordet verenda ejus, eandemque aperit,

& diffindit locum illum; unde ftatim parit. In quæ verba fic commendatur R. Naphthali F. Jacobi Elchanan in libro Emek Hamelech fol. 57. col. Schechinah vocatur ים Mare, quatenus 50. portas accipit à matre fuperna: & ipfa eft Mare imum, & סוף finis omnium graduum. Et ipfa eft Virgo, cujus matrix angufta eft, & amatur à marito fuo: & virginitas ejus femper redit poft fingulos concubitus. Non enim ita fe habet ut mater fuperna, quæ femper in copula eft. Sed Schechinah opus habet, ut ipfi diffindatur locus ille: juxta myfterium Fiffi Maris; & tunc parit Meffiam. Atque hoc dependet à feniore fanctiffimo, ut findat mare duodecim tribubus: & fiffione hâc influxum in illas demittat. Quod autem de Cerva dicitur, illam effe occlufam, fenfum habet iftum: quod fit in dolore partus, juxta Gen. 3. vf. 16. Et Cortices ibi fint. Et fequentia conveniunt cum Allegoria fapientum noftrorum b. m. Quod nimirùm hæc Cerva non pariat, donec ferpens veniat, eamque mordeat in uterum, eò quod hic fit anguftus. Ubi per Cervam intelligitur Malchuth, f. Regnum; Serpens autem, qui eam mordet, eft Cortex &c. Tempore ergò venturo Meffiano illam affligent dolores partus, antequam pariat Meffiam &c. &c. *Hæc* ibi. Quæ propterea faltem allegantur, ut (juxtà communem Regulam veftram; cum dicitis: Id quod accidit Patribus (i. e. fupernis) accidit & liberis (i. e. infernis.] appareat nihil effe abfurdi, fi Mater Meffiæ dicatur Virgo, juxta Jefch. 7. vf. 14. De aliis autem Meffianæ Nativitatis Circumftantiis nihil hîc addemus, ne nimiis digreffionibus dilabamur à fcopo propofitæ brevitatis.

§. 6. Prout autem carnem quidem & craffiffimam materiam affumfit Meffias, ita (2) omnem hylophiliam feu rerum materialium Amorem generofiffimè iterum abnegavit: omni philautiâ exuta formam fervi affumendo Phil. 2. vf. 7. nec ullis carnis commoditatibus indulgendo. Unde & ad augendum carnis propriæ contemtum Galilæam elegit & Nazaretham, ubi conciperetur & educaretur, fabrilique opera vitam fuftentaret. Prout & officii fui tempore omnem honoris fucum quam ftudiofiffimè evitavit.

§. 7. Sic quoque (3) in aliis varias carnis imbecillitates à Corticibus plerumque exortas [Luc. 13. ℣. 11.] fanavit; liberatosque hoc modò à Satana ad fua applicuit ftudia: [quod alii exorciftæ efficere minimè poterant: Luc. 11. ℣. 24. 25. 26.]

§. 8. Tandem autem (4) Carnem propriam doloribus atrociffimis fubjecit; donec (5) eandem plane in vehiculum commutaret æthereum. Actor. 9. ℣. 3. Similem autem philautiæ abnegationem, crucisque fufceptionem etiam fuis mandavit [Matth. 16, ℣. 24. cap. 10. ℣. 38. Marc. 8, ℣. 34. Luc. 9, ℣. 23. cap. 14, 27. c. 17, ℣. 33.] unde dehinc tempora martyriorum, qualia vobis dicuntur Dolores Meffiani [vid. Col. 1. vf. 24.] ad quæ finguli tenebantur conferre fupplementa quædam. Et hæc de Cortice primo, nempe Materia.

§. 9. Secundum congreffum inftituit cum Peccato, tam Univerforum, five Mundi; quam fingulorum: ubi fpecialiter intelligitur prava illa concupifcentia, quæ à vobis Jezer hara vocatur è Genef. 6. verf. 5. & Angelus finifter, five Mors [Conf. 2. Cor. 12. verf. 7.]

§. 10. Mun-

§. 10. Mundum igitur, ſive prava multitudinis errantis Exempla impugnavit, (1.) Exemplo vitæ ſanctiſſimæ & verè Divinæ: [Joh.8.verſ.46. cap.16.vſ.33. Luc.23. vſ.47.] ſimilemque non tantùm & à ſuis deſiderat Matth.5. vſ.16. [ad cujus imitationem multùm conferret,ſi in hunc finem peculiaria inſtituerētur Exercitia.] Sed & ſingulari Spiritus ſancti auxilio in ſuis mundo ſeſe oppoſuit Joh.16. vſ.8. (2.) Mundum quoque impugnavit purificatione cultus divini [qui cultus purior omnique idololatriæ ſuſpicione vacans unicum eſt, ſemperque fuit genuinæ Eccleſiæ ſignum, juxta Veſtrates.] Ut nimirum Pater invocetur & laudetur cum nomine Filii commemoratione, ceu autoris Novi Fœderis, omiſſa mentione Patrum, ad quos ſpectabat Fœdus antiquum: & expurgatis omnibus Idololatriæ ſcintillis[Joh.4.vſ.21.22.23.24. Joh.14.vſ.13. cap.15, vſ.16. cap.16. vſ.23.24.26.] Et hæc eſt vis phraſeos ἐπικαλέομαι id eſt,in precibus & benedictionibus præter Nomen Patris, nomen Meſſiæ commemoro,ita ut Deus dicatur Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti [2.Cor.1. verſ.3. cap.11. verſ.31. &c.] Vide Actor.2. vſ.21. cap.9. vſ.14.21. cap.22.vſ.16. Rom.10. vſ.12.13.14. 1.Cor.1.vſ.2. 2.Tim.2.vſ.22. [Conf.1.Pet.1.vſ.17. Col.3.v.17. Eph.5.vſ.20. Heb.13. vſ.15.] Unde ſi vos ad noſtrū converteremini Evangelium, retentis precibus ritibusque veſtris (tanquam patriis,non tanquam Fœderis notis) nullâ opus haberetis imūtatione alia,quā ut in Benedictionibus veſtris (quæ & nobis ità injunctæ ſunt,Col.3. vſ.17. Conf.Rom.1.vſ.8.1.Cor.10,31 Eph.5,vſ.20.1.Theſſ.5,18. Heb.13,15.1.Pet. 2,5.) iſtius Nominis ſuperadderitis, commemorationem: & quando in Benedictione veſtra מודים,ſive confitemur &c.Genua flectitis,ad Nomen Dei ſuperadderetur hoc Epitheton, Pater Domini noſtri Jeſchua Meſchicha (qui eſt ſenſus loci Paulini Phil.2,vſ.10.11.) Iſtique Meſſiæ ſuæ canerentur è Pſalmis laudes.

§.11. Pravam autem concupiſcentiam ſingulorum,unde omnia peccata actualia erumpunt,duplicibus impugnavit armis: nimirum Methodo ſingulari, & auxilio infallibili.

§.12. Methodus Chriſti ut evidentius appareat,ſciendum eſt: triplicem eſſe in univerſum ad virtutum culturam methodum. Prima eſt Philoſophiæ & naturæ, qua quis ob finem Summi Boni per Actum virtutis moralis,Affectum moderari præſumit: per quam, ob nimiam Naturæ lapſæ imbecillitatem, & Corticum impedientium vigorem, omniſque auxilii ſpecialioris defectum, propriis viribus homo ad verum ſcopum eniti haud valet.

Methodus ſecunda eſt Fœderis antiqui & Legis, qua quis ob ſpeciales Dei promiſſiones & communicationes,expreſſiori Legis ſcriptæ viæ inſiſtere; ſacrificiorum beneficio vim Corticum infringere, & peculiaribus meditationibus, (quas vos Cawanoth appellatis) ad praxin virtutis ſeſe dirigere contendit. In qua tamen ad perfectionem pariter haud patet via. (Conf. Matth.5. vſ.20.) quia Natura hîc tamen, qua talis operatur; prava concupiſcentia, quamvis commiſſa ejus per victimas expientur, ad ſimiles actus ſæpiùs recurrit, nec funditus infringitur, & auxilia ſaltem concurrunt inchoata non conſummata.

Tertia

Tertia igitur est Christi methodus, qua quis

(1) Ob spem vitæ perfectissimæ in unione cum Deo consistentis (Matth. 5. v. 38. Joh 17. vs. 23.

(2) Abnegata non saltem omni Equitate (Matth. 16, vs. 24.) sed & omnibus viribus propriis (Luc. 14. vs. 28-33.)

(3) Circa omnem actum moralem ad primum affectus cujuscunque motum (Matth. 5. vs. 22. 28. 29. 30. in cujus rei gratiam studium catecheticum de agnoscendis & observandis affectibus peculiare insigniter prodest:)

(4) Patrem cœlestem ardenti Fide. (plorat.

(5) Ob Fœdus novum per Messiam sacrificio proprii corporis sancitum, im-

(6) Ut Spiritus Sancti auxilio affectum præsentem subigat,

(7) Actumq; hunc ad Christi præcepta, internum Mosaicæ Legis sensum ubiq; inculcantia [quæ à nobis specialiter excerpta & in jubentia, prohibentia & mystica distincta sunt, sicut vos præcepta vestra 613. excerpsistis: & Exemplum conformet.

Tunc enim vi promissionis (Matth. 7. vs. 7. 8. 9. 10. 11. cap. 21. vers. 22. Marc. 11. vs. 24. Luc. 11. vs 9. 10. 11. 12. 13. Jac. 1. vs. 5. 6. 1. Joh. 3. vs. 22. Joh. 14. vs. 13. 14. cap. 15. vs. 7.) & Juramenti (Joh. 16. vs. 23.) auxilium istud obtinet. Unde Actus tales vocantur opera Dei (Johan. 6. vs. 28. 29.) fructus Spiritus (Gal. 5. vs. 22. Eph. 5. vs 9.) opera Fidei (1. Thess. 1. vs. 3. 2. Thess. 1. vs. 11. &c.) Et huc pertinent omnia, quæ de fide scribit Paulus (nimirum specialissimâ hâc, quâ homo credit, se contra naturæ suæ possibilitatem, per auxilium Gratiæ exerciturum actum Justitiæ: plures simul sumti vocantur Justitia Fidei, ab instrumento; Justitia DEI, à principio; &c.) Imò huc pertinent omnia, quæ de sanctificatione dicuntur: (ut Hebr. 12. vs. 14 &c.) adeò ut hic unicus ille character sit, unde opus aliquod dici possit bonum, quod DEO placere queat (Heb. 11. v. 6.) & Christianum ab Hypocrita vel extraneo discernat. (Matth. 7. v. 21.) Et hæ sunt illæ Aquæ Fœminæ, quas vos Najim nukbim dicitis, pro impetrando superno influxu à vobis etiam requisitæ: unde ista de Fide methodus vobis haud alio est peregrina: in se autem planè peculiaris, & contra omnia peccata certissima.

§. 13. Ut autem exauditionem hanc quam certissimam redderet Messias, hinc Cortices, eandem accusando impedientes (Apoc. 12. v 10.) non ulterius victimis legalibus abstrahi voluit: (prout vi Fœderis antiqui factum esse, vos statuitis) sed ipse victima factus est Novi Fœderis; cujus conditiones sunt: ex parte hominis, Vera Fide influxum petere: Et ex parte DEI Patris, peccatorum priorum nō amplius meminisse, & influxum Spiritus S. largiri. Hac igitur victima in precibus Patri oblatâ, cortices refringuntur (Eph. 5. v. 2.) & peccatorum memoria abolita manet (Heb. 7. v. 27. cap. 9. v. 26. 28. cap. 10. v. 10. 11. 14. 17. 18. Conf. Apoc. 12. v. 11.) & influxus (quem vos pariter toties sollicitatis) ad justitiam datur, (1. Petri 2. v. 24 cap. 3. vers. 18. &c.)

§. 14. Hanc autem Methodum suam pro meliori impugnatione corticum evulgari curabat per duodecim Apostolos in analogiam duodecim tribuum Israëliticarum; & per septuaginta Discipulos, in analogiam septuaginta Populorum mundi & totidem Principum illorum, hoc medio impugnandorum, electos. §. 15.

§. 15. Alterum contra pravæ concupiscentiæ Corticem, armorum Messianorum genus est Auxilium infallibile: idq; duplex: Influxus nimirum Spiritus sancti: & influxus Messiæ proprius.

§. 16. Ad obtinendum igitur influxum illum priorem, præparari voluit hominem catechumenum, & in methodo supradictâ probe informatum (Matth. 28. vs. 19. 20.) morte submersionis (Rom. 6. vs. 4.) quæ suffocarentur omnes ideæ & consuetudines ejus priores (quæ propriè dicta conversio est.) prout in Dementibus & Hydrophobis suffocatur idea Amentiæ. Unde omnem vitæ suæ potestatem submersori concedebant submergendi, ut illos tam diu sub aquis detineret, ut quasi pro mortuis extraherentur. Id enim peculiare est, quod de CHRISTO scribitur, ipsum *statim* iterum ascendisse ex aqua. (Matth. 3. vers. 16. Marc. 1. vs. 10.) quod aliis non erat possibile, quippe qui priùs refocillandi erant ad vitam novam. (Rom. 6. vs. 3. c. 7. vs. 4. Col. 2. vs. 12.) Unde Submersio dicitur regeneratio Tit. 3. vs. 5. Matth. 19. vs. 20. Joh. 3. vs. 3. 9. Conf. 1. Pet. 3. vs. 21. Atque tunc accipiebant influxum Spiritus Sancti vel generalem ad sanctificationem (quia Aquæ Benignitatis à Metro sanctitatis i. e. sapientia Patris descendunt in Regnum: ut fortissimo hoc influxu quám vehementissimè refringeretur Cortex iste pervicacissimus, ut cum Vestratibus loquar.) vide 1. Cor. 6. vs. 11. Actor. 20 vs. 32. cap. 26. vs. 18. Rom. 15. vs. 16. Eph. 5. vs. 26. Jud. v. 1. per actus precum & fidei semper continuandam Rom. 1. vs. 17. Idem ad illuminationem Eph. 1. vs. 17. 1. Joh. 2. vs. 20. 27. & similia dona communia. Et hoc est cor illud mundum, quod R. Iizchak Lorja dari dicit per submersionem sicut in voce טבל submersit, existunt literæ initiales vocum istarum לב טהור ברא cor mundum crea. Psal. 51. vs. 12.

Vel etiam accipiebant Influxum specialem ad miracula pro convertendis infidelibus 1. Cor. 14. v. 22. quæ miraculorum genera secundum seriem Numerationum supra è 1. Cor. 12. vs. 8. 9. 10. enarravimus.

§. 17. Influxus Messiæ proprius est conformatio Psyches nostræ, & spiritus nostri (Nephesch, tu diceres, & Ruach.) specialior, ad similitudinem Psyches & spiritus ejus: sive auxilium ad imitationem ejus: quod ipse appellat comestionem corporis seu carnis, & bibitionem sanguinis sui. Cujus effectus est, arctissima Animæ cum illo & omnibus gradibus superioribus unio ad continuatam in Bonis operibus perseverantiam usque in vitam venturi seculi.

§. 18. Ad illam autem præparare nos voluit per epulum corporale sumtionemq; Panis Azymi, & vini (quod illis locis rubrum saltem crescebat:) cum benedictione Hebræis usitata: verbi gratiâ: Benedictus sis Tu, ô Domine cœli & Terræ, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui è terra produxisti panem. Et: Benedictus sis &c. qui creasti genimen vitis. Ex qua formula nomen accepit Poculum Benedictionis (1. Cor. 10. v. 16.) cujus requisita latius describuntur atque explicantur in Sohar Par. 3. fol. Crem. 114. a. b. & in Talm. Berach. fol. 51. a. Et hoc epulum vos celebrare possetis, cæteris paribus, secundum ritus vestros Paschales; ad minimum singulis Sabbathis.

§.19. Triplex autem potissimum est Comestio hæc mystica sive Sacramentalis, quæ quò frequentior eò utilior: & quia tota Christianorum vita quasi Sabbathum est perpetuum [Hebr. 4. ✡. 3. 6. 9. 11.) hinc ista quasi sunt tria nostra Epula Sabbathina: quorum uno nobis tribuitur Neschamah, seu Mens: fortè & [sicut Vestrates dicunt die Sabbati Justis tradi animam superfluam:) superfluum illud ex Joh. 10. ✡. 10. ubi textus Syriacus cum phrasi vestra concordat: nimirum ex Mensibus illis, ob unionem cum Messia, corticibus haud immersis. Altero Chajah seu Vitalitas Divina; & tertio Jechidah, seu singularis cum Deo unio.

Primum autem Epulum est in Affectu: de spei genere (Hebr. 11. ✡. 1.) fidei nimirum: alterum in Voluntate, amoris scilicet: & tertium in Intellectu, contemplationis nimirum unitivæ.

Fides commemorando (Luc. 22. vers. 19.) ruminat opus Fœderis novi, ejusq; beneficia individualiter sibi applicat, ad supradictam illam cum Messia conformitatem (Joh 6. vers. 51. 53.

Amor ex sensu Prov. 30. vers. 20. copulam celebrat mysticam (Eph. 5. vers. 32.) elevando aquas fœmininas uberiores ad unionem sponsi cum sponsa in supernis, unde in illam influit Exempli Christi Semen incorruptibile. 1. Pet. 1. vers. 23. Joh. 1. vers. 13. 1. Joh. 3. vers. 9. 10. Quo pertinet repetitio istius comestionis secunda. Joh. 6. vers. 54. 55. Intellectus cum objecto unum evadens contemplando mysteria hæc altissimo gradu ad ipsam summorum Luminum quasi scandit scaturiginem, unde Unio illa beatissima. Joh. 14. vers. 23. 1. Cor. 6. vers. 17. Joh. 17. vers. 21. Joh. 15. vers. 5. 2. Pet. 1. vers. 4. Gal. 2. vers. 19. 20. &c. Et huc pertinet repetitio sumtionis hujus tertia, Joh. 6. 56. Nec enim procul à nobis abest divinissimus iste cibus: quippe qui Spiritu Naturæ coextenso toti materiæ, ob excellentiam primogenituræ suæ multò statuendus est amplior: Unde omnia in omnibus implere dicitur. Eph. 1. v. 23. cap. 4. vers. 10. Conf. Matth. 28. vers. 20. cap. 18. vers. 20. Atque sic omnino expugnatur secunda hæc corticum species, nimirum Jezer hara, seu prava concupiscentia & inde emergens peccatum.

§. 20. Tertia corticum species est Satanas, cum omni exercitu spirituum lapsorum: quos Christus impugnavit passim directè eosdem ex obsessis ejiciendo. (Luc. 11. v. 22.) & tentationibus eorum, (præsertim Principis Edom, Matth. 4. vs. 8. 9. Conf. Apoc. 12. v. 3. Ubi idem vocatur Draco magnus Edomiticus) resistendo Hebr. 4. v. 15. Unde in officio Messiano confirmatus est Act. 2. v. 36. Heb. 2. v. 9. Partim indirectè impugnato peccato & corticibus aliis. Col. 2. v. 15. Joh. 12. vs. 31. Eph. 4. v. 8. Hebr. 2. v. 14. Eumque sic ulterius impugnare etiam suos voluit. Eph. 6. v. 11. 12. Ap. 12. v. 11. &c.

§. 21. Quarta & ultima Corticum species est Mors, hostis ultimus. 1. Cor. 15. vers. 26. Nimirum vel corporalis, quam impugnavit non tantùm incorruptibilitate & resurrectione 1. Cor. 15. v. 20. 21. 54. Sed & generosa vitæ suæ depositione. Joh. 10. vs. 18. Qui gradus adhuc est sublimior, quam qui vobis dicitur, obitus per osculum: (ubi singulariter notari etiam velim tempus Minchah & Erebh Schabbath, de quibus alibi.) Ad quam & suos hortatur. Matth. 10. v. 28. Joh. 5. v. 24. Vel

Vel æterna, quæ est infernus, quem impugnavit triumpho suo. 1. Cor. 15. vs. 55. 57. Col. 2. vs. 15. Descensuque ad inferos, Conf. 1. Pet. 3. 19. Quæ omnia vobis eò magis erunt probabilia, qui in pœnis istis finem admittitis, (juxta Emek hammelech cap. 1.) & æternitatem hoc in casu delimitata illa intelligitis, qualis etiam innuitur. Gen. 17. vers. 7. 19. Exod. 31. v. 16. 1. Par. 17. vs. 17. Psalm. 125. vers. 1.

Jamque completa una diminuti Capitis sui (i. e. centuriæ) tertia, assumtus est Dominus, in medio septimanæ Danielis ultimæ. Dan. 9. vers. 27.

§. 22. In concreto autem impugnavit cortices, dum 1. destruxit vestram Rempublicam, quoniam Patres vestri è litera Legis sibi fecerant corticem & velum (2. Cor. 3. vs. 15.) cùm tamen sensus legis mysticus nunc prævalere debeat. (Rom. 10. vs. 4.)

2. Dum Gentilismum extirpavit in Romano Imperio (i. e. inter illas Gentilium animas, quæ omnes jam è corticibus extractæ & productæ erant: non verò inter illas, quæ adhuc educendæ erant) Apoc. 12. vers. 10.

3. Dum extirpabit paganizantem Christianismum ab animabus recenter è corticibus extractis propagatum: (Matth. 13. vs. 40. 41. 50. Apoc. 11. vs. 18. c. 14. vs. 16. 19. 20. cap. 19. v. 2. 17. 18. 19. 20 21.) cujus initia concipi possunt juxta membri fœderis mensuram, quæ sunt duæ quasi tertiæ capitis unius, secundo quinti millenarii: nimirum anni 666. qui numerus ex humano corpore desumtus dici potest, (Apoc. 13. vs. 18.) ubi nimirum vitâ Fundamenti finitâ, nudorum crurum proportio incepit. Sicut enim die quinta bestiæ creabantur, ita millenario quinto Bestia, sive Regnum hoc. Cujus anni 1260. (Ap. 11. v. 2. 9. c. 12. v. 6. 14. c. 13. vs. 5.) cùm finiti erunt; Bella Væ tertii incipient. (Ap. 11. vs. 14.) Additis autem annis 30. ut sint anni 1290. (Dan. 12. vs. 11.) initia erunt Regni: & post annos 45. ut sint anni 1335. (Dan. 12. vers. 12.) hoc stabilitum erit. An. nimirum mundi 6001. (& Christi 2001.) qui numerus exurgit ex 666. & 1335. Huc ferè quadrat vaticinium illud Libri Sohar sectione Vaæthchannan. Col. 515. f. Ubi dicitur: *Umbra incipit facere initium diei sequentis: sicut eveniebat cùm vastaretur Sanctuarium: ubi ingruebat umbra juxta Jerem. 6. vs. 4. Ubi dies & umbra. & illa est finis exilii. Et mensura umbræ hujus sunt sex pugilli & dimidius, secundum pollicem mensuræ hominis, qui prævalet inter viros.* Hæc ibi. Pugillus autem est collectio trium digitorum; pollicis, annularis, & minimi: qui si statuantur denotare Centurias; hinc exurgent 18. centuriæ: & pugillus dimidius esset añorum 150. qui sunt anni exilii 1950. His si addantur anni post Christum natum 70. quo anno destructum est Templum, prodibit annus post Christum natum 2020. Numerus computo nostro superiore haud multò major, & juxta symbolum. Pollicis majoris computatus.

CAPUT XII.

De duobus ultimis Restitutionis Messianæ Gradibus.

§. 1. Tertius restitutionis Messianæ gradus est, qua Messias cortices captivabit: idq; circa finem duorum capitum ultimorum in pedibus, qui quatuor qui-

dem capitum longitudinem habent in se: respectu sanctitatis & animarum tamen saltem reputantur pro duobus, quia duo crura Nezach & Hod vobis tantum duæ medietates dicuntur, ita ut quasi retracti concipiendi sint articuli infimi; quod apud vestrates haud est infrequens. Sicut enim Adam Kadmon retraxisse dicitur lumina corporis sui inferioris supra diaphragma, ut illa deinde emicaret ex oculis auribusq; &c. ita ad statum hunc Restitutionis idem retraxiste videtur lumina sua infima, quæ sub genibus, in femora supra genua, ut eo vehementius promicarent circa membrum fœderis, ist est, circa adventum Messianum primum. (Similis autem de abbreviatione & contractione temporum phrasis etiam occurrit Matth. 24. v. 22. ubi Dominus propheticè non de fine saltem politiæ vestræ, sed implicitè de consumatione totius seculi hujus loquitur.) Et quia secundum vestrates, quodlibet membrum iterum habetur pro persona integra decem Numerationibus constante; hinc finis istius meritò constituitur in Regno, nimirum Messiano hoc, in quo omnium luminum supernorum confluxus erit incomparabilis. Unde jam versari videmur circa cœlorum regionem (retractorum scilicet.)

§. 2. Betviter: circa finem Millennii sexti captivabitur satanas Apoc. 20. vs. 1. 2 1. 7. ita ut millennium septimum sit Regni Messiani Apoc. 3. 7-13. cap. 7. vs. 9-17. cap. 11. vs. 15. 19. c. 20. vs. 6. c. 21. vs. 1. 2-27. c. 22. 1-5. Matth. 13. vs. 8. 23. 30. 43. ubi Messias ut filius David regnabit: & non humiliatus erit ut filius Joseph.

§. 3. Jam enim Regni metrum, prout vos dicitis, iterum ascendet in Coronam, i. e. Messias, qui sese demiserat ad ima Adami prioris, nunc iterum ascendet ad summitatem. Circa finem autem Millennii sexti, paulatim incipiet præparatio ad Regnum hoc divinissimum, & vita Christi variis in locis & gradibus evadet illustrior; ita ut manus Jacobi, i. e. initium Temporis venturi & calcaneus Esavi i. e. finis mundi corticosi Edomitici præsentis, in unam incidant periodum, juxta 4. Esdr. 6. vs. 9. ad quam periodum spectare videtur Epistola Christi ad Sardenses Apoc. 3. vs. 1.

§. 4. Atq; hic latissimus mihi pateret campus parallelismos colligendi è libro Sohar & scriptis Propheticis Novi Fœderis, de statu Regni hujus Messiani, quos tamen, cum Tu neutiquam istorum sis ignarus, brevitatis studio hic prætereo.

§. 5. Quarto Restitutionis gradu Cortices destruentur magno illo incendio, quo regio generationis & corruptionis abolebitur Jes. 25. ℣. 7 Apoc. 20 ℣. 9 10. 14. 1 Cor. 15 ℣. 26. 27. 28. &c. Quo facto Messias Regnum tradet Patri, ibid ℣. 24. ut Deus sit omnia in omnibus: ib. ℣. 28. Idque fortè sub finem millennii octavi (finita nimirum omni totius corporis Adami Belialis mensura, quæ est octo capitum,) & hic est numerus mortis & Corticum, semper dum multiplicatur deficiens Apoc. 17. ℣. 11.

§. 6. Et hæc paucula nunc sufficiant Tibi: in quibus vix aliquid reprehendes, brevitate exceptâ: cum ad vestrum captum accommodata sint omnia Deus igitur Domini nostri Jesu Christi, Pater Gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & manifestationis, in sublimiore cognitione Ejus, illuminatosque oculos mentis vestræ &c. &c. Ephes. 1. ℣. 17 18 19. 20. Amen!

FINIS.

Digitized by Google